

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 K
6



MARCI ANTONII

SABELLI

SUMMA

DIVERSORUM TRACTATUUM,

Resolutiones, Praxis Criminalis, ac Index generalis.

TOMI SEX.



MARCI ANTONII
SABELLI
J. C. MUTILIANENSIS
SERENISSIMI MAGNI ETRURIÆ DUCIS
Rotæ Criminalis Auditoris

SUMMA DIVERSORUM TRACTATUUM,

IN QUIBUS QUAMPLURIMÆ UNIVERSI JURIS Selectiores, Methodicæ, Practicæ, ac Decisivæ Conclusiones circa Judicia, Contractus, Ultimas voluntates, & Delicta, ad Forum Sæculare, Ecclesiasticum, & Conscientiæ spectantes, ordine alphabetico ad instar uberrimi REPERTORII habentur, ab Auctoribus probatissimis, & Decisionibus, præcipuè SACRÆ ROMANÆ ROTÆ Urbis, & Orbis Areopagi confirmatæ, cum locis ubi Materiæ distinctæ, ac plenius pertractantur.

OPUS OMNIBUS JUDICIBUS, ADVOCATIS, PROCURATORIBUS, cæterisque Jurisprudentiæ Professoribus, maximè utile, & ad allevandos labores apprimè necessarium; dum veluti in Promptuario ferè omnia ad Fori, Polique praxim, & usum quotidianum pertinentia, summo studio, ac diligentia adnotata exhibentur, unà cum Discursu de prohibita munerum, & precum datione, ac receptione Iudicibus, cæterisque Officialibus publicis, & Compendio Iudicis perfecti.

EDITIO SECUNDA VENETA, INNUMERIS ACCESSIONIBUS, à GUIDO ANTONIO SABELLO J. C. ET EQUITE, Auctoris Filio diligenter collectis, ac propriis locis distributis, locupletata.

TOMUS PRIMUS.

In quo novissima ADDITAMENTA *in calce apposita reperiuntur.*








VENETIIS, M.DC.XCVII.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



SERENISSIMO
COSMO III.
MAGNO DUCI ETRURIÆ VI.



Umanitas illa verè ſingularis, verè admirabilis, quia Tua, qua non ſemel meos, Genitoriſque mei litterarios labores excipere dignatus es, imbecillitati meæ ſpem fecit, fore ut Opus hoc tertia hac editione non parum auctum Tibi probaretur, & ſi non condignum, certiſſimum tamen paternæ, & meæ erga Majeſtatem Tuam obſeruantiæ monumentum. Memini ſiquidem Te Solis inſtar facere conſueviſſe, ut de tenebris lumen ſplendeſcat, & pro-

tectio-

tectionis tuæ luce refulgeat, quicquid propria obrutum caligine delitesceret. *Mea itaque* (ut cum D. Cypriano loquar) *indulgentiam meretur humilitas, quæ quo potest accessu sublimitati tuæ manibus se porrigit attrectandam, non gloriam mendicans, sed gratiam*. Opus hoc dum Justitiam ceterarum Virtutum compendium commendat, quid aliud est, quàm rudis earum imago, quas omnes in Te uno collectas Tua propterea felix veneratur Etruria, Orbis admiratur universus! Nulli igitur meliùs, quàm Tibi dicari par erat de Justitia labor, qui Justissimo pariter & Clementissimo Regimine, dum timorem incutis, amorem Tibi subditorum adeò concilias, ut & Justitia Principem, & Charitas Patrem exhibeat. Patere igitur, Piissime Principum, ut tuos provolutus ad pedes, dum humile Majestati tributum Obsequii persolvo, Paternæ tuæ fructus Clementiæ colligam, qui & meam in te venerationem, & innumera Tua in me merita declarent. Ita fiet, ut me voti compotem mei, & Te simillimum Deo Tua manifestet Humanitas, qua de excelso Majestatis tuæ fastigio tam humilia respicere, ac Patrocinio fovere non dedignaris.

Celsitudinis Tuæ Serenissimæ

Humill.mus Devinctiss.mus & Obseq.mus Servus, & Subditus
Guidus Antonius Sabellus.

A U C T O R

AD LECTOREM SUMMÆ.



ON tibi, sed mihi sub compendio scripseram, Amice Lector, neque scripta ista evulgandi animus unquam fuit, nisi postquam ad hanc Summam paulatim creverint volumina, & suggestio quædam, ut puto, vel magis cupio à spiritu charitatis ducta pulsare cœpit, fore & aliis profutura si in lucem darem; licèt modò tempus, & vires deficiant formam mutandi, & in meliorem redigendi, prout ingenii tui sublimitas postularet: Sed quæcunque demum sunt per multos annos elucubrata (non in scirpo nodum quærens, sed utilitati consulens) penes me hucusque ferè inutilia, ne dicam apud quosdam temporum calamitate damnosa, etsi nonnulla mutila, & alia abundantia, tibi libenter offero, ut meliore, si libet, utaris fato, temporis consumpti rationem reddam, & ne talentum à Domino donatum, cum servo nequam prorsus abscondisse videar. Multa sunt pro veteranis Professoribus ad memorandum, & pro junioribus ad demonstrandum, quandoquidem ad juris, vel Doctorum fontes unde sumpsi, me retuli, ne ulterius cresceret Opus, quod totum plura ad libitum implebit volumina, & horum primum nunc pro arrha exhibetur; alia si gratum esse conspicietur, sub incessante Prælo cudentur, sin minus in sua privata sorte, ad cuius usum parata fuere, remanebunt; sicque tuum erit publici, vel privati juris effici: hoc unum tibi compertum sit, jam omnia esse disposita, nec aliud quàm tuæ benignitatis testimonium, & Impressorum commodum expectari. Si quid dignum intellectu, & usibus tuis reperies, id illi acceptum referas, à quo omne datum optimum desursum est, descendens à Patre luminum; & qui dat sapientiam parvulis, abscondita illis revelat; & linguas infantium facit disertas.

O utinam labores isti infessi, in quibus ætatem consumpsi, mihi ex infinita Bonitate Dei, qui dedit velle, & posse adscriberentur ad salutem, prout sæpissimè de hoc illam rogavi, & nunc humillimè exoro, & jam omnia consequutus essem. Rogo & eos, quibus fortassè placuerit Summam perlegere, ut teneant, quæ libent, & non carpant, sed humaniter, quæ non placent, emendent, scientes nil ad lucubrandum durius, nil mollius ad judicandum.

Aliorum ingeniis libenter & ratione cedo, meum tantùm laborem pro aliis sublevandis profiteor, & gratum cupio, ad profectum siquidem omnia tendunt, & non quæritur plausus, sed tantummodò salus, & indulgentia de audacia desideratur, quam etsi fortè non assequar, non indignabor, sciens communem scribentium sortem, & Lectorum conditionem, nec cujusquam sanè hucusque ab omnibus par sum nomini; imò meliora sæpè ab indoctis impugnari, sed & mediocria etiam à sapientibus commendari, nec laudem, gloriamve consequi quem nullus odit, & cui nemo contradicit, sed per contraria virtutem elucescere magis, quin magis

Labor sine præmio felix:
Honor sine honore beatus:
Felix sine pretio virtus:
Vita sine vita beata.

Vale, æqui, bonique consule, & meliora semper in sequentibus voluminibus exspecta.

Auriculas captat verborum copia, corda
Vox operum: Bipedes hæc juvat, illa placent.

Index

Index Paragraphorum hujus Tomi.

MAR-



MARCI ANTONII
SABELLI
I. V. D. MVTILIANENSIS



Discursus de prohibita Munerum, & precum, datione, interpositione, ac receptione, Iudicibus, alijsque Ministris publicis, & maximè pro foro Conscientiæ.

SVMMARIVM.

1 *IVdices seruare debent Deo, & iustitiæ manus mundas, aliàs multa inconuenientia.*
2 *Iudices habeant congruum salarium, & n. 20. & 21.*
3 *Pœna contra Iudices corruptos.*
4 *Officiales tenentur se inuicem de baratterijs reuelare, & num. 68.*
5 *Iudices quando, & per quæ dicantur corrupti.*
6 *Munera omni iure prohibita, dicuntur furta, & rapina.*
7 *Qualiter sint prohibita de Iure Diuino.*
8 *De Iure Canonico.*
9 *De Iure Ciuili, &*
10 *De Iure Municipali.*
11 *Bannimenta pœnalia obligant in conscientia, & num. 41. & seqq.*
12 *Romæ, & alibi prohibita munera, & qualia, & num. 15.*
13 *Excommunicatio, & alia pœna contra dantes, & recipientes.*
14 *Ignorantia an excuset à censuris, & alijs pœnis.*
16 *Quot modis humanum peruertatur iudicium.*
17 *Prohibitio munerum non comprehendit consanguineos, & affines.*
18 *An comprehendat Amicos.*
19 *An arceat Iudices non habentes salarium, vel tenue, & num. 38.*
22 *Iudices an teneantur seruare taxas mercedis antiquas, & num. 79.*
23 *Iuramentum de obseruantia statutorum quomodo intelligatur, & num. 60.*
24 *Iudices an ex causa remunerationis possint aliquid recipere.*
25 *Moderatio Theologorum in hac materia.*
26 *Iudices an possint recipere à non habentibus lites.*
27 *An à non subditis, & à personis Ecclesiasticis, & nu. 28.*
29 *Ecclesiastici quando forum seculare sortiantur.*
30 *Iudices an post sententiam, vel finitum officium possint recipere munera.*
31 *Esculenta, & poculenta seruato moderamine nullo iure sunt prohibita, & n. 63.*
32 *Non iure naturæ.*
33 *Non iure Diuino, & num. 36.*
34 *Non iure Canonico.*
35 *Non iure Ciuili antiquo.*
37 *Iudices secluso scandalo, & periculo iniustitiæ, quæ possint recipere.*
38 *An de iure Authent. possint accipere munera.*
39 *An de iure nostro Municipali.*
40 *Leges Ciuiles quando non obligent in conscientia, &*

quas interpretationes admittant in hac materia, & num. 41. & seqq.
43 *Gabella an possit fraudari in foro conscientiæ, remissiuè.*
44 *Principes sæculares an præsumantur velle obligare in conscientia, & num. 81.*
45 *Lex non obligat cessante illius ratione.*
46 *Lex in præsumptione fundata cessat, vbi veritas est in contrarium.*
47 *Contemptus legis in quo consistat, vt sit peccatum.*
49 *Lex per consuetudinem abrogata non obligat, & quando possit abrogari, vel non, & n. 57. & 61.*
50 *Consuetudo quando excuset à peccato.*
51 *Princeps sciens, & non puniens dicitur permittere, & num. 67.*
52 *Inferiores an possint derogare legibus superiorum.*
53 *Actus quot requirantur ad derogandum legi.*
54 *Consuetudo attendenda circa munera, & n. 58.*
55 *Consuetudine stante nullum est delictum in accipiente.*
56 *Consuetudo quando inducat obligationem dandi munera.*
57 *Consuetudo quando deroget legi, vel non, & n. 61.*
59 *Consuetudo circa munera quomodo interpretanda.*
62 *Conclusio circa receptionem munerum.*
63 *Esculenta, & poculenta in qua quantitate permissa, n. seqq.*
64 *Munera à quibus recipi non debeant.*
65 *Iudices Ecclesiastici an possint munera recipere, & num. 58.*
66 *Consuetudo reprobata intelligitur de præterita.*
67 *Scientia ministrorum an sufficiat ad derogationem legis.*
69 *Dantes munera peccant in casibus prohibitis, & quando isti possint excusari, & n. 95. & seqq.*
70 *Esculenta, & poculenta permissa etiam in foro externo.*
71 *Principes an benè prouideant omnia munera prohibendo.*
72 *Recipientes munera prohibita, an teneantur ad restitutionem, distingue, vt nn. seqq.*
74 *Restitutio an, & cui sit facienda, & nn. seqq.*
76 *Accepta pro delictu patrando, an possint retineri.*
77 *Iudices, vel alij per præmium delinquentes ad quid obligentur.*
78 *Recipientes pro iustitia facienda, an teneantur ad restitutionem.*
79 *Quid si recipiant vltra debitum salarium.*
80 *Quid si à spontè dantibus non ratione officij.*
81 *Leges sæculares non obligant ad restitutionem ante Iudicis sententiam, & nn. seqq.*
82 *Iudices an teneantur ad restitutionem munerum ante iudicis sententiam.*
85 *Quid in alijs pœnis ipso facto impositis.*
86 *Quid in Censuris Ecclesiasticis.*
87 *Declaratoria debet sequi seruato iuris ordine.*
88 *Pœnæ præscribuntur etiam cum mala fide.*

89 *Periurium an causet infamiam, inducat priuationem officij, & obligationem restitutionis, & n.90.*
91 *Declaratoria priuationis an retrotrahatur ad tempus delicti, & obliget ad restitutionem interim perceptorum, & num.92.*
93 *Possessor malæ fidei mercedem laboris vtiliter impensi deducit.*
94 *Clausula,* ipso facto, *an referatur ad omnia præcedentia, & sequentia.*
95 *Corrumpentes, vel tentantes iudices, & alij participes qualiter teneantur, vel possint excusari, & num.69. & 98.*
96 *Reuelans corruptelam pœnas euitat, & præmium consequitur, an possit condemnari, si non probauit, & alia, & num.97.*
99 *Iudices, & testes pecunia corrupti an gaudeant immunitate Ecclesiæ si sequatur mors innocentis, & num.100.*
101 *Iudices precibus, & alijs modis corrumpi possunt.*
102 *Patrocinium potentioris assumens qualiter puniatur.*
103 *Cessio in potentiorem nulla.*
104 *Venditores fumi qui dicantur, & quomodo puniantur.*
105 *Florentiæ non possunt causæ comendari.*
106 *Iudices debent esse inexorabiles, erecti, & ardui.*
107 *Preces honestæ non damnantur, & quæ tales sint, nn. seqq.*
108 *Iudices quando possint amicis gratificari, & num.109. & seqq.*
109 *Tenentur sequi opiniones probabiles in fauorem rei.*
110 *Non condemnantes reos, vel rigidius ad quid obligentur.*
111 *In varietate opinionum quid agendum, & nn. seqq.*
112 *An possint iudices in dubio iudicare pro Amico, & nn. seqq.*
113 *Praxis vera legum interpres.*
114 *In dubijs, pari iure quibus magis fauendum.*
116 *Quid amicis, & amicitiæ tribuendum.*
117 *Iudices an possint prius causam vnius, quàm alterius expedire.*
118 *Quid facere debeant in varietate opinionum, vt possint fauere amicis.*
119 *Procedentes cum dubio, vel contra conscientiam licèt erroneam peccant, & nn.seqq.*
120 *Conscientia erronea ad quid obliget.*
121 *Iudices secundum allegata, & probata iudicare debent.*
122 *Conscientia quid sit, quæ dubia, quæ erronea, & quæ scrupulosa.*
124 *Scrupulus quid sit, & an possit cum eo licitè operari.*
125 *Dubium quid sit, & quomodo deponendum ad licitè operandum.*
126 *Consilium pro vincendis scrupulis.*
127 *Iudices possunt aliorum opinioni probabili adhærere, retenta etiam propria sibi probabiliore visa, & quare.*
128 *Non possunt Amicis carnalibus complacere.*
129 *Amicitia cum omnibus habenda, quomodo intelligatur.*
130 *Amicitia non in vitijs, sed in virtute consistit.*
131 *An expediat vnum, vel plures amicos habere.*
132 *Amicitiam aliorum susurrando dissoluere an sit peccatum.*
133 *Mina contra prauos iudices.*
134 *Consolatio bonorum iudicum, & Aduocatorum.*
135 *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, &c.*

Aperiat Dominum os meum in laudem, & gloriam suam.

Vera Sapientia Deus.



Non vt Aristarci partes assumam, sed vt benè agendi dicam, alijsque melius veritatem indagandi, & sequendi occasionem præstem, magnum in qualitate virtutis, licèt paruum in quantitate molis opus aggredior, dum humano timore solutus, veritati intentus, materiam istam de prohibita, permissaue iudicibus munerum, & precum datione, interpositione, & receptione inter Theologos, atque Iurisperitos maximè controuersiam, ac altas quæstiones continentem, breuiter tractandam Deo adiuuante suscipio, & incipiendo à muneribus regulam vniuersalem constituo.

Iudices debere præ omnibus alijs mundas seruare Deo, 1
& Iustitiæ manus, aliàs homicidia, inuasiones, vulnera, adulteria, raptus Virginum, comerciorum confusio, & contemptus legum, atque ipsorum Iudicum, citò violatur iustitia auro, nullamque reus pertimescit culpam, quam nummis redimere putat, & pauper dum non habet quod offerat, non solùm auditi contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, & ideò non licet iustum etiam iudicium vendere, & tantò minus iniustum, etsi liceat Aduocato iustum patrocinium, & rectum Consilium vendere, vt colligitur ex traditis per Iustinianum *in §. oportet Auth. de Mandat. Princip. in Auth. vt Iudic. sine quoque suffrag. in princ. §. Administrationes in Auth. de Iudic. §. si quis autem in fine collat. 6. cap. pauper* 11. *qu.*3. & benè explicat Paul. Christin. *ad leg. Municip. Mechlin. tit.*1. *art.*2. *per tot.*
vbi propterea admonet Principes prouidere, ne quis sit in 2
administratione iustitiæ nisi habeat salarium publicum sufficiens, ex quo possit commodè viuere, ac idem docet Menoch. *de arbitr. cas.*514. *per tot.*

Quapropter pœnæ plures olim (etiam excoriationis 3
pellis ad aliorum terrorem, sedi Tribunalis affixionis, & similes) ac etiam hodie fuerunt, & sunt iudicibus, muneribus, vel pecunia corruptis impositæ, quas ad longum prosequuntur, & extraordinarias, vel arbitrarias iuxta facti, & personarum qualitates esse profitentur, Menoch. *de arbitr. cas.*381. *per tot.* Farinac. *qu.*111. *n.*14. *& seqq. ad* 98. Decian. *tract. crim. lib.*8. *c.*34. Aluar. de Velasc. *tract. de Iud. perfect. Rub.*9. *annot.*2. vbi de pœnis à iure Ciuili, Canonico, & Regio sancitis contra Iudices munera recipientes, Socin. *reg.*55. *verb. Baratteria*, Card. Tusch. *litt. I. concl.*408. *num.*2. *& seqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.* 13. *tit.*5. *n.*75. *& seqq. fol. mihi* 48. Paul. Christin. *doc. Belg.*
95. *vol.*4. Baiard. ad Clar. §. *fin. q.*73. *vbi etiam n.*24. quòd 4
vnus officialis sciens alium officialem baratteriam commisisse tenetur reuelare *per text. in §. necessitatem Auth. vt Indic. sine quoque suffragio.* Et qualiter in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ puniaotur Iudices in iudicando corrupti per pecuniam, vel aliter, nempè pœnis pecuniarijs, priuatione officiorum in perpetuum, infamia, & huiusmodi, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.*116. *n.*7. *&c. dixi in Praxi, §. Præsens per tot. & in summa §. Iudex num.*21. *& seqq.* vbi plura ad propositum.

Dicuntur autem Iudices per sordes iudicasse, & barat-
teriam commisisse cùm aliquid acceperint, vel fuit sibi pro- 5
missum, vel remissum, vel mutuatum, vel aliud eis commodum causatum à litigantibus ante sententiam, vt illam proferant, etiam sub nomine sportularum non debitatum, vel vt iustitiam faciant, vel causam celeriter expediant, & licèt ipsi nihil promiserint, vel si promiserint, & non fecerint, & licèt sponte fuerit datum, vel oblatum, vt benè declarat Menoch. *de arbitr. dict. cas.*342. *num.* 18. *& seqq.* Decian. *d. lib.*8. *cap.*34. Farinac. *d. qu.*111. *num.*138. *& seqq. per tot.* Boer. *decis.*153. Parid. *de Sindicat. verb. corruptio*, Mascard. *de probat. concl.*164. *& seqq. & concl.*453.

Omni igitur iure prohibita est Iudicibus, alijsque of- 6
ficialibus publicis munerum, siue donorum receptio præcipuè in pecunia, etiam minimæ quantitatis, ita vt antiquo iure hæc munera vocentur furta, & rapinæ, Alex. *cons.* 206. *num.*9. *&* 11. *lib.*2. Menoch. *de arbitr. cas.*517. *n.*1. *& seqq.* Viu. *dec.*113. Decian. *d. lib.*8. *cap.*35. *n.*14. Farinac. *d. qu.*111. *n.*235. *& seqq.*

Primò de iure Diuino, quod potissimum est, & nulla
malitia euitari potest, cùm omnia nuda, & aperta sint ocu- 7
lis Dei; Scriptum est enim Exod. *c.*23. (loquendo de iudicibus.) *Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.* Deut. *c.*16. *non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.* Ecclesiast. *c.*20. *Xenia, & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum.* Dauid Psalm. 14. interrogando Deum, quis habitabit in tabernaculo eius, respondit ex eiidem Domini sententia. *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit.* Isaiæ *cap.* 5. *væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo.* Regum *lib.*1. *cap.*8. *acceperunt munera, & peruerterunt iudicium.* Iob *cap.*15. *Ignis deuorabit taber-*

bernacula eorum, *qui munera libenter accipiunt*. D. Hieron. in Soph. *cap*.3. iudices munera, Xeniaque capientes, & iustitiam vendentes, Lupos Arabiæ, & Vespertinos rectè appellat, qui noctis tempore comedunt, & in manè nihil relinquuntur: iterùm Deuter. *cap.27. Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis*, Prouerb.17. *munera de sinu impius acipit, vt peruertat semitas iudicij*, Isaiæ *cap*.1. *Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones*. Micheæ *cap*.3. *Principes eius in muneribus iudicabant, & Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant, &c. propter hoc, causa vestri, Sion quasi ager arabitur*, & similia iudicibus pauenda congerunt Menoch. *de arbitr. cas*.517. *num*.9.*&c*. Prosper. Rendell. *tract. de vinea, &c. fol. mihi* 90.*&* 91. *tit. de esculent. & poculent. official.* Aluarez de Velasc. *tract. de iud. perfect. Rub* 9. *annot*.1. Farinac. *quæst*.111. *num*.235. vbi inter cætera, quòd nullum est officium tam Sanctum, tamque perfectum, aut solemne, quod auaritia comminuere, atque violare non soleat; muneribus non homines solùm, sed & Deos flecti consueuisse: etiam Ethnici clamare solebant, vbi igitur muneribus agitur, iustitiæ locus esse non potest, nec cum legibus pacem habere possunt iudices, qui munera recipiunt: Sunt enim tamquam equus, & mulus, quorum maxillas dona, velut chamo, & fræno constringunt, nam auaritia plerumque sensus hebetat humanos, & peruertit opiniones, vt quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ: cæca est auaritia, sed diuersis fraudum oculata ingenijs, in omnibus mala, in iudicibus teterrima, dum ab eis iustitia venditur, veritas cauillationibus offuscatur, venales fiunt leges, quas liberrimas esse oportet, & pecunia iustificat delinquentes; aurum iudicat, dum latet in occulto, & sententia profertur in publico: cor iudicum circa diuites emollit, erga pauperes verò ad exercendum rigorem impellit, vt perbellè demonstrat D. Ambr. *ser*.13. *in festo S. Alexij*, D. Petr. Damian. *opusc*. 12. *apolog. de contemp. sæcul. c*.29. & alij relata per Velasc. *d. rub*.9. *annot*.1.

8 Secundò prohibita sunt munera iudicibus, & officialibus de Iure Canonico per *text. in c. statutum ibi nullum munus, &c. de rescript. in* 6. *c*.1. *de sent. & re iud. in* 6. *glos. in c. cum ab omni in verb. præter expensas, vers. munera de vit. & honest. Cleric.* Facinac. *c*.111. *n*.236. Aluar. de Velasc. *d. tr. rub*.9. *annot*.2. *n*.5.

9 Tertiò de iure Ciuili antiquo per *text. in l. plebiscito, ff. de de off. Præsid. & in l. solent*, §. *fin. C. de off. Proconsul.* Farin. & Velasc. *loc. prox. cit.*

Quartò de iure nouo Authenticorum per *text. in Auth. vt Iud. sine quoque suffrag.* §. *scriptum est exemplar, & in* §. *sunt præterea instit. de pub. iud.* cum similibus relatis per Velasc. *d. annot*.2. *num*.3. *& per nos supra in princ.* quæ iuta noua prohibent etiam parui muneris receptionem, & videntur corrigere leges antiquas digestorum permittentes esculenta, & poculenta iuxta intellectum Accursij *in d. Auth.*

Quintò de Iure Municipali ferè vbique vigente, & præ-
10 cipuè Florentiæ per bannimenta edita sub die 12. Februarij 1549. & 19. Decembris 1576. prohibentia dari, & recipi munera quibuscumque iudicibus, Magistratibus, vel alijs officialibus publicis (exceptis esculentis, & poculentis non excedentibus valorem vnius scuti, dummodò ex mera liberalitate, amicitia, vel sanguinis coniunctione procedant, & non ex causa litis, vel publici negotij; nam ex causa litis, vel negotij publici, nec ante, nec post, & tantò minus ea durante non potest quidquam recipi) sub pœna quocumque casu recipientibus infamiæ, priuationis *ipso facto* officij, & aliorum officiorum in perpetuum, amissionis rerum acceptarum, vel illarum valoris, & scutorum ducentorum auri in auro; dantibus verò sub pœna amissionis omnium suorum iurium *ipso facto*, absque alia declaratione, rerum donatarum, vel earum valoris, & scutorum centum auri in auro; proxenetis, mediatoribus, portatoribus, vel alijs de familia complicibus sub pœna ictuum funis, confinij, stincarum, amissionis, vel valoris, & scutorum centum auri, sub quibus, & eisdem pœnis comprehenduntur etiam dantes, & recipientes pro obtinenda gratia, rescripto, officio, beneficio, gradu, comendatione, expeditione causarum, vel alijs negotijs etiam non litigiosis: dictæ causæ sunt cognitionis Magistratus Dominorum Octo Baliæ Virorum, & pœnæ pecuniariæ, ac restitutionis applicantur pro tertia parte Fisco, pro tertia Magistratui exigenti, & & pro alia tertia notificatori; delicta huiusmodi probantur iuramento notificatoris cum vno teste fide digno, & semper possunt puniri non obstante quauis præscriptione, atque etiam tenentur hæredes pro pœnis pecuniarijs, & solutione rerum, vt in dicto bannimento anni 1576. & in mea Praxi §. *Præsenti per tot.*

Quæ quidem bannimenta sunt prorsus iuri communi 11
conformia, & summa prudentia referta, vt ex prædictis, & inferiùs dicendis clarè constabit, & licèt pœnalia, ac laicalia, etiam in his, quæ iure naturali, aut Diuino non continerentur (quidquid nonnulli contrarium sentiant) cùm sint de materia graui, multum periculosa, & ad obuiandum fraudibus, ac corruptelis, habent vim obligandi, & obligant etiam in foro conscientiæ ad peccatum mortale, vel veniale iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ, & iuxta illorum tenorem videntur impedire translationem, & respectiuè acquisitionem dominij rerum donatarum, ad latè tradita per Ludouic. Carbon. *tract. de legibus lib.7. disp*. 1. *& seqq. & lib.8. disp.4. & seqq.* Couar. *in C. peccatum par*. 2. §.5. *n*.1. *& seqq.* Guttierez *de Gabell. qu*.2. *num*.22. *& seq.* Salas *de legibus q*.96. *art*.14. *disp*.10. *sect*.1. *num*.6. *&c.* Alph. à Castr. *de potest. leg. pœn. lib*.1. *cap*.4. Nauar. *in manual. cap*. 43. *n*.48. Medin. *de rest. qu*.24. Molin. *de iust. & iur. tract*.2. *disp*.27. Azor. *instit. moral. part*.1. *lib*.5. *c*.5. Suarez *de legibus lib*.3. *cap*.21. Layman. *Theol. moral. lib*.1. *tract*.4. *cap*. 14. Sperel. *decis*.46. *n*.6. *& seqq. decis*.103. *num*.51. *& decis*. 147. *per tot.* Paul. Christin. *dec. Belgic*. 62. *num*.1. *& vol*.2. Aluarez de Velasc. *tract. de iud. perfect. Rub*.9. *annot*.12. *n*. 17. *& seqq. per tot.*

Romæ etiam, & in statu Ecclesiastico vigent similes
Constitutiones Papales, per quas prohibitum est iudicibus, 12
alijsque officialibus temporalem iurisdictionem habentibus recipere munera (exceptis tamen esculentis, & poculentis, quæ intra biduum consumi possint) à sibi subiectis, sub pœna tam dantibus, quàm recipientibus excommunicationis Pontifici reseruatæ, ac restitutionis dupli, & obligant in conscientia, ac respectu accepti est debita restitutio ipsi donatori, etiam ante iudicis sententiam, respectu verò pœnæ tantùm post sententiam, & est facienda pauperibus, vel locis pijs, vt obseruat Dian. *resol. moral. part*.9. *tract*.8. *resol*. 42. vbi tamen quòd si donator, cui fit restitutio, finito officio iterùm restituenti voluntariè, ac spontè donaret, cessaret prohibitio, & censura, cum recipiens non amplius sit Officialis vt requiritur, & supponitur. Non tamen sufficeret simplex remissio, cùm plus sit restituendi donare iterùm, quàm retinenti remittere, *cap. statutum, vbi glos. de rescript. in* 6. Azor. *Instit. moral. part*.3. *lib*.13. *cap*.23. *litt. D. & E.*

Et de promulgatione Chirographi Clementis VIII. in quo sub acerrimis pœnis iudicibus ordinarijs Criminalibus interdicta fuit receptio esculentorum, & poculentorum etiam in minima quantitate, meminit Farinac. *quæst*.111. *num*.254. quicquid vsque fuerit seruatum.

Pariter de excommunicatione, & alijs pœnis contra dan- 13
tes aliquid, vel recipientes, promittentes, vel promissionem acceptantes pro gratia, vel iustitia obtinenda in Curia Romana: item contra præbentes consilium, auxilium, vel fauorem, contra scientes, & non reuelantes eos, qui ex pacto tacito, vel expresso dant, vel recipiunt aliquid pro gratia, vel iustitia obtinenda in dicta Curia Romana vigore Constitutionis Bonifacij VIII. reuocatæ tamen à Clemente V. sed postea renouatæ, confirmatæ, & auctæ à Gregorio XIII. plura quando procedant, vel non, & alia ad interpretationem, tradunt Virgin. Boccat. *de pactis, &c.* Nauar. *tom*.3. *in Commentar. de dat. & accept.* Quaranta §. *data, & promissa*, Nald. *verb. Gratia*, Bonac. *tom*.2. *circa* 8. *decal. præcept. disp*.10. *q*.2. *pun*.8. §. *Incidens per tot. & alijs ab ipsis relati.* Qualiter etiam dictæ pœnæ fuerint extensæ ad alios casus per Bullam Clementis VIII. quæ est decima in ordine *tom*.3. idem Bonac. *loc. cit. n*.22. *in fine*, vbi etiam an ad illas incurrendas requiratur scientia dictarum constitutionum, vel sufficiat ignorantia crassa, & affectata siue moraliter culpabilis. Et quòd ignorantia licèt vincibilis iuris, vel fa- 14
cti excuset ab incursu censurarum, & aliarum pœnarum, non tamen crassa, & affectata, nisi sint appositæ clausulæ *Scienter aliquid facientibus*, vel *præsumentibus*, quia tunc requiritur dolus, & ignorantia etiam crassa, & supina, vel affectata excusaret, nisi esset ingens temeritas, idem Bonac. *de Censur. disp*.1. *q*.2. *pun*.1. Dian. *resol. moral. par*.3. *tract*.5.

resol.12. & 13. & tract.6. resol.7. & 41. vbi etiam, quòd naturalis obliuio æquiparatur ignorantiæ, & eodem modo excusat. Et licèt quis sciat aliquid esse delictum ab Ecclesia prohibitum, si tamen ignoret censuram, illam non incurrit, quamuis illud commiserit, etiamsi ignorantia sit vincibilis, & idem est si sciat censuram, & ignoret reseruationem, vt possit absolui, Dian. *resol. moral. part.10. tract.14. resol.63.* Ciarlin. plures citans in terminis violatæ immunitatis Ecclesiæ *contr.155. num.8. & seqq. de quo dixi in summa, §. Absolutio num.28. §. Episcopus num.31. & §. Iudex num.27.* & sic patet censuras non illaqueare conscientias bonas, sed tantùm dolosas, vt latiùs adnotaui *in d. summa, §. ignorantia num.10.*

In Regno Granarensi, ac alibi similia extare ordinamen-
15 ta non modò baratterias damnantia, & seuerè punientia, cùm nempè iustitia venditur, aut pactum pro ea administranda, sententiavè ferenda interuenit; sed etiam simplicem muneris, siue doni receptionem, vel promissionem improbantia, grauibusque pœnis vindicantia, testatur Aluar. de Velasc. illorum tenorem referens *in tract. de iud. perfect. rub.9. annot.2. n.6. & seqq.*

Quatuor enim modis humanum iudicium peruertitur,
16 nempè timore, cupiditate, odio, & amore, à quibus Iudices maximè cauere debent, nam si consanguinitate, aut amicitia, vel hostili odio in iudicando ducantur, peruertunt iudicium Christi, qui est veritas, & iustitia, & fructum illius vertunt in amaritudinem damnationis, *cap. quatuor modis 11. q.3. & cap. quicumque oad. causa, & q.* Paul. Christin. *ad leg. Munic.* Melchin. *tit.1. art.2. n.1.* vbi quòd ideò à donis, & muneribus saltem pretiosis, quæ illorum animum flectere possint, abstinere debent, cùm auaritia sit mater omnium malorum maximè in Iudicibus, de quibus plura infra in compend. de qualitatibus iud. perfect. & tutius est abstinere etiam ab Esculentis, & poculentis, aliàs à iure communi, & consuetudine permissis, quia interdum cum istis etiam comeditur iustitia, & oritur iniustitia, vt notat Gratian. *discept. for. cap.56. num.48.*

Prædicta tamen varias patiuntur limitationes, atque declarationes, nam

Primò prohibitio dandi, & recipiendi munera iudicibus, alijsque Officialibus facta, non comprehendit consanguineos, neque affines vsque ad sextum gradum, à quibus
17 ideò possunt recipi munera quæcumque, & donationes impunè, cùm inter istos cesset causa prohibitionis, vel quia non possint esse Iudices in causis coniunctorum, vel quia in dubio contemplatione potiùs sanguinis, & meritorum, quàm officij datum, vel donatum præsumeretur ad exclusionem delicti, per text. *in l.1. ff. ad l. Iuliam repetund.* vbi Glos. & DD. Boss. *tit. de official. corrupt. sub num.3.* Menoch. *de arbitr. cas.517. num.4.* Decian. *tract. crim. lib.8. cap.4. num.1.* Farin. *qu.111. num.245. & seqq.* vbi quòd ab istis consanguineis, & proximioribus licitum est accipere munera in infinitum, & in omni quantitate nulla adiecta taxatione, quidquid inaduertenter Boer. *decis.153. num.27.* illa restrinxit ad centum aureos in anno, æquiuocando de muneribus consanguineorum ad munera Amicorum iuxta proximè dicenda. Quòd si intuitu, & contemplatione officij darentur, & reciperentur dicta munera, & sic militaret causa prohibitionis, nigræ scilicet suspicionis, & remanerent isti etiam sub præfatarum legum censura, & prohibitione, Farin. *d. q.111. num.249.* & latè Aluarez de Velasc. *d. tr. de iud. perfect. Rub.9. annot.3. per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.189. n.35.* & in istis quoad forum conscientiæ, ipsa conscientia securitatem, vel damnationem præstabit, sui solo testimonio contenta, & externis non indigens adminiculis, cùm sine timore sit proferenda veritas, in opinionibus non sit confidendum, sed in bona conscientia, vt perbellè demonstrat Velasc. *d. annot.3. num.24.* vbi plura ad hoc propositum.

Secundò, ab amicis etiam possunt Iudices, & Officiales munera recipere non tamen prætextu officij, sed amoris,
18 & beneuolentiæ, & cum moderamine ad centum aureos tantùm in anno, secundùm Menoch. *de arbitr. cas.517. n.4.* Dec. *tr. crim. lib.8. c.35. n.14. & c.40. n.8.* Mascard. *de probat. concl.164. n.12. &c.* Farinac. *qu.111. n.242. vbi tamen n.244.* quòd hodie non licet Iudici vllo modo ex causa amicitiæ aliquid accipere præterquam esculenta. Et re vera ista opinio negatiua, vt securior, & verior non seruato moderamine paruæ quantitatis iuxtà inferiùs dicenda, est amplectenda, cùm standum sit regulæ de prohibitione munerum, dum de exceptione non constat, & quia licèt datio, & receptio munerum non sit ex suo genere, & natura, vel ex parte rei mala, ex circumstantijs tamen mala fieri potest, & efficax ad malitiam instæ legis præcepto contrauentio est, ad latè tradita per Aluarez de Velasc. *d. Rub.9. annot.4. per tot.*

Istique duos casus coniunctionis, & amicitiæ sunt etiam nominatim excepti, sed cum dictis moderationibus in nostra lege municipali Florentina, ibi, *Non hà inteso, nè intendo già la prefata Altezza, per il presente Bando prohibire in tutto il fare qualche cortesia gl' amici, o parenti l' vn l' altro, o quali solo per cortesia, & amoreuolezza sogliono con cose da mangiare, e da bere andar si visitando, &c.*

Tertiò Iudices, & Officiales non habentes salarium,
vel tenuè, non prohibentur accipere munera à spontè dan- 19
tibus, pro sui, & suæ familiæ sustentatione, quàm aliter sustentare non possunt propter paruitatem salarij, dummodò ob id non faciant iniustitias, Paris. de Put. *tract. de Sindic. verb. corruptio cap.3. num.3. & in verb. Poculenta cap.1. & 2.* Menoch. *de arbitr. cas.517. num.21.* Viu. *decis.113. num.7.* Mascard. *de probat. concl.164. num.11.* Farinac. *qu.111. n.241.* vbi intelligunt de esculentis, & poculentis, de quibus infra, & idem est ob superuenientes, vel auctos labores ad quos ex causa suscepti officij non essent obligati, idem Menoch. *cas.514. n.21.* Laofranc. Zacch. *tract. de Salar. & merced. qu.9. & 11.* facit Rot. Rom. per Merlin. *decis.108. & 162.*

Legi enim diuinæ, & humanæ congruit salaria competentia iusdicentibus constitui iuxta qualitatem præsentium
temporum, quibus abundat pecunia, & alia sunt cariora, 20
quàm olim fuerint, & non ad meram necessitatem, sed habita etiam ratione, vt quotannis summam aliquam in arca reponere possint, qua vel senectuti suæ, vel posteritati consulant, cùm nullus sit tam vilis mercenarius dietim suas operas locans, qui præter id, quod in se alendo consumit, nolit etiam mercedis partem superesse, & scriptum est à Salomone *c.12. de fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis, & statuit Iustinianus in l. per hanc, §. sexcenti aurei, C. de aduoc. diuers. iud. per hæc aurea verba, sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fisci patronis fori tuæ celsitudinis ad exemplum priorum temporum, ex arca tui iudicij consulatur, ne post decursum celerem aduocationis, & labores gloriosos egeni exeant,* vt benè declarat Menoch. *de arbitr. cas.514. n.9. & seqq.* Lanfranc. Zacch. *tract. de salar. & merced. qu.9.* Paul. Christin. *decis. Belgic.137. n.27. & seqq. vol.5.* Mastril. *de Magistr. lib.1. cap.21.*

Loco itaque huiusmodi competentis salarij, quod aliàs 21
tenuissimum esset in pluribus Officialibus, nec ad meram necessitatem sufficeret, & vix pro pensione domus, sunt hodie à Principibus, & à consuetudine multa incerta in officijs constituta, & permissa pro mercede scripturarum, & laborum, inter quæ incerta ad hanc rationem videntur connumerari forsan posse munera, saltem esculenta, & poculenta, quæ quandoque à litigantibus ad aliciendum animum, & pro celeriori causarum expeditione, vel pro laboribus, siue pro maiori studio, & diligentia (si contingere potest) dantur, dummodò tamen spontè, & liberaliter iuxtà inferiùs dicenda.

Et his valdè adstipulatur alia communis traditio, quòd
Iudices, & alij ministri non teneantur hodie seruare taxas 22
mercedum antiquas, si attenta temporum, & circumstantiarum varietate sint nimis tenues, & iniustæ, sed possint licitè in conscientia accipere incrementum vsque ad limites iusti pretij, etiam si iurauerint obseruantiam huiusmodi statutorum, cùm iuramentum non extendatur ad taxas iniustas respectu præsentium temporum, vt benè probat ex Molina, & alijs Dian. *resol. mor. par.2. tr.17. resol.60. p.3. tract.6. resol.39. p.9. tr.8. resol.8. per tot. & p.11. tract.1. resol.24. in fine.*

Iuramentum enim de obseruantia statutorum, & huius-
modi intelligitur quatenus sint in vsu, & obseruantia, idem 23
Dian. *loc. cit. & part.12. tract. de collocut. & scriptur. tempor. conclauis resol.15. vers. Et quia,* Aluarez de Velasc. *tr. de iud. perfect. Rub.9. annot.6. num.21. & eadem Rub.9. annot.3. num.30.* vbi etiam quòd intelligitur secundùm ius, illiusque restrictionem, siue limitationem patitur, etiamsi simpliciter, & generaliter fuerit prolatum, ad Seraph. *de iurament. priuil.47. num.79.* Less. *de iust. & iur. lib.2. cap.42. dub.4. num.42.* & ideò etiam non extenditur ad mu-

munera à legibus permissa, licèt de non recipiendis muneribus fuerit in specie præstitum.

Quartò remunerationis causa possunt Iudices, & offi-
24 ciales dona recipere, cùm hæc non sit propriè donatio, sed compensatio, debiti solutio, vel obligationis redemptio, & lex vel statutum prohibens donationes, illas non comprehendit, quæ ex causa remunerationis fiunt, ac ideò omnes donare prohibiti, possunt remunerationis causa donare; intelligendo tamen quoad Iudices, si remuneratio alios quàm administrationis iustitiæ actus respiciat, & sic merita aliundè quàm ex causa officij proueniant, nam pro præstitis beneficijs in administratione iustitiæ, quàm gratuitò exercere debent, Iudices quidquam accipere, nec quidem de remuneratione cogitare prohibentur, ne præmium, aut expectatio præmij iustitiam euertat, quod etsi de facto non sequatur, iustumque proferant iudicium cum dicta expectatione, fraudem in Deum committunt, non aliter quàm mutuantes pecuniam, qui plus expectando accipere fœnerationem dicuntur, ac vsuram mentalem committunt, licèt nullum præcesserit pactum, solamque spem in iudicibus aliquid consequendi non debitum à litigantibus crimen repetundarum inducere colligitur, *ex l. fin. C. ad leg. Iul. repetun. cap. 1. de sent. & re iud. in 6. C. qui rectè 66. in ordine* 11. *quæst. 3. cap. 1.* 14. *quæst. 3. cap. consuluit. 10. de vsur.* & dixerunt Decian. *tract. crim. lib. 8. cap. 35. num. 2.* Farinac. *quæst.* 111. *num* 213. Facbin. *contr. iur. lib. 2. cap. 81.*

Hæc tamen nimis rigorosa videntur, & ex Theologo-
25 rum assertione moderamen recipiunt, vt non procedant in iudicibus, qui non respectu iustitiæ, sed vt priuati meruerunt, seu etiam respectu iustitiæ, sed minus principaliter; nam tunc donationem, receptionemque liberalem respectu quoque ad iustitiam, licitam esse, pront eam licitam etiam dicunt, quæ maioris laboris compensandi ratione, ad quem non tenebantur iudices à partibus liberaliter largiuur, Nauar. *in extrauag. de datis, & promiss. pro iust. vel grat. obtin. not. 3. num. 5. & not. 10. num. 36.* Bonac. *circa 8. Decal. præc. disp. 10. qu. 2. punct. 8. §. Incidens proposit. 1. num. 14.* Layman. *Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 4. num. 9* Dian. *resol. moral. part. 3. tract. 5. resol. 45.* Rebell. *de oblig. iust. part. 2. lib. 18. qu. 20. num. 5. vers. à partibus*, & alij plures penes Aluarez de Velasc. *de iud. perfect. Rub. 9. annot. 4. num. 5. annot. 7. num. 9. & annot. 12. num. 12. & 14.* inter quos Molin. *tract. de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 88. col. 3. vers. Secundum, &c.* per hæc præcisa verba loquitur relata à Velasc. *d. annot. 4. num. 4. Dico interdum posse accipi sine vllo peccato. vt quando ex amicitia datur aliquid Ministro publico, etiamsi amicitia ortum habuerit ex eo, quod sit minister publicus, aut quando ex gratitudine, & gaudio rei iustè obtentæ, aliquid ex mera liberalitate illi datur, in huiusmodi namque donationibus nihil vitij ex natura rei conspicio.*

26 Quintò à Subditis quoque, qui litem non habuerunt, non habent, neque spes, aut timor verisimilis est imminentis litis, non prohibentur iudices munera recipere, non enim eos ita lex habet exosos, vt ab illis omnem subditorum beneuolam actionem remouere intendat, & non ita suspectos, vt quamlibet etiam in maleuolam, & iniquam vertat, & quia gratuita, & liberalis donatio non intuitu officij facta, nullo alio vitio laborat, quàm quòd à lege sit prohibita, quo sublato, ea ratione quòd suspicionis causa cesset vbi non fuit, nec est, nec futura lis verisimiliter, ita etiam cessare debeat prohibitio, & ne vbi beneuola præsumptio sumi potest, maleuola delictum, maculamque inurens fiat; dummodò parua sint (iudicantis arbitrio) munera, & non valdè frequentia, ne aut magnitudine vires suspicio sumat, aut auaritia caput extollat, aut frequenti acceptatione conditionis vtilitas deregatur, vt eleganter declarat Aluarez de Velasc. *d. tr. Rub. 9. annot. 8. per tot.* licèt quoad lites præteritas alia sit inspectio, de qua infrà erit sermo.

Quod videtur etiam permissum à nostra *lege municipali ibi in §. non hà inteso, vers. Anzi vuole che sia lecito il darne, come il pigliarne, eccetto però da quelli, che hauessero lite in quel tempo di dette liti in modo alcuno, e nè auanti, ò doppo le cominciate, o finite liti, e questo vuole, che sia inteso à puro, e sano intelletto, e senza sinistra cauillatione, ò interpretatione, e vuole che stia in arbitrio di chi hauerà da iudicare, e sopra la loro conscienza, il dichiarare, se simili presenti, auanti, ò doppo siano dati per rispetto delle dette liti.* Quæ sanè verba admittunt iuris interpretationem, & ad terminos iuris communis possunt commodè referri.

Sextò cùm non prohibeantur Iudices extra casus litium munera etiam à subditis modo dicto recipere, tantò magis
idem erit ipsis permissum à non subditis, alteriusque di- 27
tionis, vel fori hominibus, qui spontè, nec officij ratione dona in quolibet quantitate offerant, cùm istorum forensium respectu, Iudices tamquam priuati reputentur, nec possint in eos sub acerrimis pœnis iurisdictionem saltem contentiosam exercere, ac aliter faciendo lethaliter etiam peccent, & ad restitutionem obligentur, nisi proprius iudex satis instructus ratam habeat condemnationem. Non
tamen idem erit respectu personarum Ecclesiasticarum, vt 28
ab illis tamquam alterius fori possint Iudices laici indifferenter munera recipere, sed tantùm cum moderamine dicto quoad subditos, quia Ecclesiastici, & si non eorum iurisdictioni suppositi, imò Iudices laici incapaces illius existant, tamen sunt de eadem Prouincia, Populo, Ciuitate, & Territorio, ac sæpè forum sæculare sortiuntur,
veluti quando vti actores contra laicos, quorum forum 29
regulariter sequi tenentur, litigant, vel reconueniuntur, vel ad tollendam violentiam ad sæcularia tribunalia recurrunt, vt benè hæc omnia comprobat Aluarez de Velasc. *d. tract. Rub. 9. annot. 9. per tot.* vbi etiam an & quando iudicibus sit prohibitum, vel permissum mutuum recipere (vel etiam dare) gratis, vel sub vsuris, tam à subditis, quàm à forensibus, & quid in alijs contractibus, de quibus dixi *in summa §. Iudex num. & §. officialis.* Et quòd Iudices laici possint saltem per modum extraiudicialis defensionis cognoscere de omni iniuria, vel violentia inter personas Ecclesiasticas, ac super possessorio, vel quasi etiam in spiritualibus, & beneficialibus, quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale, Afflict. *decis. 24.* Peregr. *decis. 145.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 45. num. 5. & 6. vol. 1. & decis. 203. num. 25. & seqq. d. vol. 1. & decis. 132. vol. 4. & decis. 222. vol. 5.* Guid. Pap. *decis. 1. & 85.* Thesaur. *dec. 82.* Pax Iordan. (quamuis Episcopus) *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 13. num. 9. & vol. lib. 10. tit. 23. num. 3. & vol. 3. lib. 14. tit. 11. num. 44. in fine, & dixi in §. Iudex num. 30.* vbi tamen retuli plures alios contrarium mordicus tenentes. Nec desunt affirmantes posse etiam Ecclesiasticos, si seditiosi, & turbatores publicæ quietis essent auctoritate laicali expelli è Regno, Ciuitate, vel loco, quem perturbant, & seruatum fuisse quandoque refert Clar. *§. fin. quæst. 36. num. 24.* Fuscus *de visit. lib. 2. cap. 20. num. 25.* Giurb. *cons. crim. 48. num. 16.* Rodriquez *in addit. ad Bull. Cruciat. §. 9. num. 84.* Pereira *de manu Reg. cap. 12. num. 12.* Ceuallos *de cognit. per viam violent. glos. 6. num. 65.* Salgad. *de protect. reg. tom. 1. par. 1. cap. 2. num. 263. & seqq.* Sed videas Dianam *resol. moral. par. 1. tract. 2. resol. 17. p. 3. tract. 1. resol. 27. & par. 4. tr. 1. resol. 81.* vbi concludit recurrendum esse ad superiores Ecclesiasticos, qui etiam non possunt id facere sine causæ cognitione.

Septimò post sententiam, vel finitum officium possunt
Iudices oblata munera, nullo tamen præcedente pacto, bo- 30
na fide recipere ab illis, qui coram ipsis litigarunt, quia peracto ministerio, fraude cessante, cessat prohibitio illius respectu inducta, pariterque suspicio, & causa corruptionis, iuxta frequentiorem opinionem, quam sustinent Præposit. *in cap. qui rectè num. 4. 11. qu. 3.* Dominic. *in cap. statutum, §. insuper num. 10. de rescript. in 6.* Hippolyt. *sing. 190.* Felin. *in ca. tua nos num. 5. de Simon.* Rip. *tract. de pest. part. vlt. de remedijs, §. medicorum num. 117.* Boss. *de Offic. corrupt. num. 4.* Menoch. *de arbitr. cas. 342. num. 38. & de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 8. in fine*, Mascard. *de prob. concl. 163. num. 14.* Farinac. *qu. 111. num. 210. & seqq.* Baiard. ad Clar. *qu. 73. num. 29.* Decian. *tr. crim. lib. 8. cap. 40. n. 9.* Peregrin. *de iur. fisc. lib. 4. tit. 7. num. 12.*

Contrarium tamen tenent alij non pauci, nempè prohibitam esse receptionem etiam post sententiam, vel depositum officium (supposito quòd hìc loquimur præter esculenta, poculenta, & Xenia, de quibus alia est inspectio, vt infra) Bald. *in l. solent. §. fin. ff. de offic. Proconsul.* Paris. de Put. *de syndic. verb. esculenta cap. 2. n. 2. in fine*, quorum opinionem veriorem putare, & securiorem scire dicit Aluarez de Velasc. *de iud. perfecto Rub. 9. annot. 10. num. 11. & seqq.* illam comprobans auctoritatem D. Petri Damian. *Epist. lib. 2. Epist. 2. & lib. 6. Epist. 31.* vbi quamuis dicat morem esse apud sedis Apostolicæ Ministros, pendente negotio nihil prorsus accipere, ab ijs autem qui omninò quieti sunt, si dare voluerint, non abijcere; de se tamen testatur, nec à quieto omninò vas argenteum gratuito accipere voluisse,

& violentis precibus Ecclesiæ suæ applicauisse, nec ob id vsque ad factam restitutionem quieuisse; & licèt hæc sint opera sanctorum, & magnæ perfectionis, si nos salui esse volumus, oportet nos illos imitari, & sanctos fieri, nam quis ascendet in Montem Domini? Aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo, &c. Nisi efficiamini vt paruuli, &c. Probat etiam Velasc. *loc. cit. per text. in l. 1. §. hoc autem in fine, ff. de calumniat. & in d. l. fin. C. ad leg. Iul. repetun.* vbi quòd nec ante iudicium, nec post iudicium, nec durante officio, nec post illud depositum nil penitus recipi potest pro præstito beneficio tempore administrationis, quamuis asserat huiusmodi leges congruè intellectum accipere, si pactum, vel promissio intercessit, seu etiam quo ad forum conscientiæ expectatio sola præmij: nam tamdiù mali Iudices sunt, quamdiu illos deprauat spes receptionis, ac ideò qui de præmio cogitarunt, quidquam accipere etiam finito officio prohibentur *per text. in cap. 1. de re iud. in 6.* vbi Monach. Io. Andr. Gemin. & alij, Decian. *tract. crimin. lib. 8. cap. 35. num. 2.* Farinac. *dict. quæst. 111. num. 212. &c.* Sed nihilominus Velasc. residet in dicta opinione negatiua, quam vlterius probat per leges Regias Patriæ suæ, (& fortè est maius fundamentum) sicut & nos probare possumus per leges nostras municipales supra relatas, & ratione in iuris præsumptione fundata contra dantes, qui sine causa donare, & suum iactare non præsumuntur, & contra recipientes, quos in vim præcedentis pacti recipere instat præsumptio, nisi occurrentes circumstantiæ aliud persuadeant, Boss. *tit. de offic. corrupt. num. 4. in fine, vers. & in dubio præsumitur fraus*, Farinac. *dict. quæst. 111. num. 214.* Concludit tamen ipse Velasc. *loc. cit. num. 15.* non esse adeò acerbè intelligendam, sed iudicantis arbitrio repositum, quando suspicionis coniecturæ cessent, vel vrgeant, personarum, temporis, munerumque qualitate inspecta, quæ omnia perpendere prudens iudex exterius debet, interius verò sui quisque censor, iudexque fidelis, & sic in effectu non videtur dissentire à communi aliorum opinione, post sententiam, vel depositum officium posse Iudices munera sibi gratis oblata recipere, nulla præcedente promissione, vel pacto, nec quidem expectatione iuxtà superiùs dicta, cum quibus & conuenire videtur nostra lex municipalis in verbis supra relatis.

Octauò seruato moderamine paruæ quantitatis, quæ de iure communi non habet præfinitos terminos, sed ex temporum, personarumque conditione æstimatur, permissum
31 est iudicibus, alijsque Officialibus, & Ministris esculenta, poculenta, & Xenia, quæ intra paucos dies consumi possint recipere à sponte, & liberaliter dantibus, quia nullo iure hæc prohibentur, maximè si non officij causa, & intuitu dentur, sed ex amicitia, & liberalitate, vt communiter asserunt Theologi Siluestr. Angel. Caietan. & alij relati, & approbati per Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 13. cap. 23. vers. quantum ad Xenia*, Clauis Reg. *lib. 12. cap. 13. nu. 19.* Nauar. *in constit. Greg. XIII. de dat. & promiss. not. 21.* Boccac. *in tract. de pact. par. 1. num. 32. & part. 3. num. 101.* Bonac. *circa 8. Decal. precep. disp. 10. quæst. 2. punct. 8. proposit. 2.* Menoch. *de arbitr. cas. 517. num. 5. & seqq.* Farinacius *quæst. 111. num. 250. & seqq. & num. 337.* alijque ab istis relati.

32 Non quidem iure naturæ prohibentur quia beneuolam continent actionem, immò in his paruis abstinentiam esse naturæ odiosam, & inhumanam dixit I.C. *in l. solent, §. non vero, ff. de offic. Proconsul.* vbi quòd sicuti turpissimum, & auarissimum est ab omnibus, & omnia velle recipere, ita inciuile, & inhumanum est ab omnibus, & omnia recusare.

33 Non iure Diuino ex Romanæ Ecclesiæ interpretatione *in cap. & ij quæstiones 18. de Simonia*, vbi Summus Pontifex ita exponens testatur, quòd scriptum est, Beatus qui excutit manus suas ab omni munere, de illis donis dictum esse, quæ accipientis animum allicere, vel peruertere solent, &c. ita vt etiam equi, vel palafredi Munus Cardinali à diuite datum, negotij quoque, & temporis circumstantia accedente tale non reputetur, sed modicum, sicuti à scrupuloso de simoniaca labe consultus, censuit idem Pontifex *loc. cit.* Et sic omnia supra ex sacris paginis desumpta, sunt perfectionis consilia, & non legis præcepta, nam si essent præcepta destrueretur communis Theologorum assertio fundata etiam in consuetudine, de qua nos infrà, cùm nulla valida contra ius diuinum possit induci consuetudo, & tanquam nutritiua peccati quantò longior esset, ac etiam temporis immemorabilis tantò damnabilior, & magis execranda efficeretur, quia diuturnitas non minueret, sed augeret peccatum, Capell. Tholos. *quæst. 193. num. 7. &c.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 62. num. 39.* latè Paul. Rubeus *in adnot. d. decis. 217. num. 399. & seqq. part. 9. recent. Rot. Rom.* vel sunt intelligenda, prout videntur loqui quando ex receptione munerum sequeretur corruptio iudicum, & iniustitia, ne sint contraria iuri Pontificio, de quo supra, & statim.

Non iure Canonico, nam text. *in cap. statutum 11. §. in-*
super de rescript. in 6. dum nullum nec paruum quidem mu- 34
nus à litigantibus recipere permittit, tamen Xenia non prohibet, & eum, qui talia solum à sponte offerentibus recipit, cùm omni puritate munus suum exercere sentit, cùm prohibitio sit intelligenda de illis, quæ iustitiam subuertere possunt, & sic de iure Canonico permissum est iudicibus esculenta, & poculenta dono recipere ab ijs, quorum causas sunt iudicaturi, vt expressè habetur in dicto textu, quia in istis cessant rationes, quibus prohibita sunt munera, nempè ne corrupti iniustè iudicent, & ne litigantes facultatibus spolientur, cùm ex huiusmodi esculentis, & poculentis, nulla resultet corruptionis suspicio, & litigantibus modicum detrimentum, vt explicat Menoch. *de arbitr. cas. 517. n. 20.* licèt non respondeat ad ea, quæ priùs dixerat *num. 9.* de prohibitione iuris diuini, cui nos vt supra satis congruè responderi posse putamus. Saluo, &c.

Non iure ciuili antiquo, nam text. *in l. Plebiscito 18. ff.* 35
de offic. Præsid. dum prohibet iudicibus dona recipere, excipit nominatim esculenta, & poculenta, quæ intra dies paucos consumi possint, *& in l. solent, §. non vero, ff. de offic. Proconsul.* admonet iudices ita humanitatem, & comitatem seruare, vt neque in totum à Xenijs abstineant, neque auaritiæ fræna relaxent, cùm valdè inhumanum sit à nemine accipere, sed passim vilissimum, & omnia auarissimum. Tantùm igitur abest, vt inhonestam, illicitamve dictam paruam, gratuitam, & beneuolam donationem, receptionemque leges iudicent, vt potius omniam scrupulositatem improbent, ac inhumanam appellent, & ad receptionem inuitent, vt optimè deducit vir ille doctissimus, alioquin in hac materia oculatissimus, & rigidus Aluarez de Velasc. *de iud. perfect. Rub. 9. annot. 5. sub num. 11.*

Et quod magis est, etiam à litigantibus licitam esse istam modicam, & liberalem receptionem probant Menoch. *de arbitr. cas. 517. num. 5. &c.* Xamar. *de offic. Iud. & Aduocat. part. 1. quæst. 20. num. 15. & seqq.* Siluestr. *in Summ. verb. Iudex 1. quæst. 8.* Tabien. *eod. verb. num. 8.* Bonacin. *circa 8. Decal. præcept. disp. 10. quæst. 2. punct. 8. proposit. 2. in fine*, cum alijs per eum citatis, Farinac. *quæst. 111. num. 254.* ita seruatum communiter in Romana Curia referens vsque ad Clementis VIII chirographi promulgationem, quo sub acerrimis pœnis iudicibus criminalibus fuit prohibita receptio esculentorum, & poculentorum in minima etiam quantitate; cuius sanctio quoad Iudices ciuiles in Curia Romana, & quoad vtrosque extrà illam, relatas leges illæsas reliquit, & iterùm idem Farinac. *dict. quæst. 111. num. 337.* de eadem obseruantia testans quoad omnes Vrbis Iudices. Et indistinctè Xenia, iuxta citata iura, licèt in Sabaudia capi, testatur Cacheran. *in Proœm. decis. Pedemont. num. 5.* refert Aluarez de Velasch. *dict. Rub. 9. annot. 5. num. 11. &c.* vbi confirmat quoque ex Genesi *cap. 19.* exemplo duorum illorum Angelorum, qui tanquam Iudices missi ad va-
standam Sodomam, obsequium, & hospitium à Loth eis 36
oblatum primò respuerunt dicentes minimè, sed in platea manebimus, & postea eodem instanti eiusdem Loth suasione acceptarunt, ad illumque diuerterunt, ingressique domum illius, fecit conuiuium, coxit azyma, & comederunt, quod quidem manifestat humanitatem à iudicibus non esse omnino relegandam in paruorum munerum receptione, quæ nec animum mouere possunt, nec officij ratione dantur, nec passim, nec ab omnibus recipiuntur.

Ita vt secluso scandalo, & periculo iniustitiæ non desint 37
etiam Theologi tenentes in rigore posse Iudices accipere quidquid sibi datur à litigantibus ad instar muneris liberalis, vt maiorem diligentiam adhibeant, vel piam causam vnius, quàm alterius expediant, data tamen temporis æqualitate, vt cum Lessio, Molina, & Layman probat

Dian.

Dian. resol. moral. par. 3. tract. 5. resol. 45. P. Stephan. de Neapol. de pracip. iur. & iust. par. nempe de restit. & contract. lib. 1. cap. 2. num. 30. vbi intelligit, & benè, quando non datur ad redimendam vexationem, sed ex liberalitate, nec est affectatum, vel datur à tertio (quòd mihi non placet cùm hoc modo possit facilè fieri fraus legi) vel stante dubietate causæ, licèt hoc vltimum reprehensibile dicat, & nos clarius infra demonstrabimus, ac idem in effectu tenet Dian. dict. part. 3. tractat. 6. resol. 4. vbi dicit notandum ad tollendum scrupulos, & facit Seraph. decis. 825. vbi quod Bulla declaratoria Gregorij XIII. quæ innouat dispositionem Bonifacij VIII. in extrauag. de sent. excommunicat. ne quid detur pro iustitia, vel gratia in Curia Romana obtinenda, non habet locum extra Curiam, nec in casibus, in quibus daretur pro labore, & expensis, vel pro consequenda iustitia, si ille qui dat verè iustitiam foueat, Nauar. super dicta Bulla num. 14. & 26. & latè videndus Bonacin. circa 8. Decal. Precept. disp. 10. quæst. 2. punct. 8. §. Incidens per tot. Aluarez de Velasc. dict. tract. Rub. 9. annot. 4. & seqq. per tot. & sic patet secundùm prædictos posse accipi pro iusta sententia ferenda etiam vltra esculenta, & poculenta, quod tamen non est tutum, nec sequendum, cùm loquantur solo iure naturæ spectato, quo attento non etiam peccarent Iudices contra Iustitiam, nec tenerentur ad restitutionem aliquid accipiendo ab vna parte, vt in eius fauorem pronuncient in varietate opinionum, hinc indè probabilium, etiam probabiliori relicta, Dian. resol. Moral. par. 3. tract. 5. resol. 55. vers. licet contrarium, P. Stephan. de Neapol. dict. cap. 2. num. 30. vers. notat. etiam Lessius. Secùs autem stante prohibitione legis positiuæ, de qua in iuribus supracitatis, & infra examinandis, quæ videntur reddere incapaces Iudices acquisitionis dominij, & obligare in conscientia; præter tamen esculenta, & poculenta expressè permissa, & reseruata, dummodò ad necessitatem non perducantur, vel extorqueantur per indebitam vexationem, vel cunctationem expeditionis causæ, & negotiorum, donec veniant, nam tunc sunt verè furta, & rapinæ, sed gratis, & ex mera liberalitate dantis proueniant.

38 Difficultas est in iure Authenticorum, nam text. in Auth. vt Iudices sine quoque suffrag. §. Scriptum est exemplar, & in §. sunt præterea Instit. de pub. iud. prohibet parui quoque muneris receptionem, & videtur corrigere leges antiquas digestorum permittentes vt supra esculentorum, poculentorum, Xeniorumne receptionem, iuxta opinioem Accursij in d. Auth. sed omissio quòd Accursius dubitanter loquitur, & non est ita de facili inducenda legum correctio, imò ad eam vitandam omnis capienda interpretatio, & nulla congruentior, quàm ea, quæ ex alijs iuribus etiam antiquioribus sumitur, debet intelligi prohibitio si munera dentur officij ratione, & nisi insufficiens habeant salarium, quod tamen si sit taxatum etiam tenue, sibi imputare debent, si cum eo officium acceptarunt, vt notant Azor. Instit. moral. part. 3. lib. 13. cap. 23. col. 2. vers. Circa stipendium ad finem, & vers. Secundo iudex, Farinac. decis. 7. num. 3. par. 2. tom. 1. vel de muneribus, quæ iudicantis animum mouere possint iuxta aliorum præcedentium iurium dispositionem, non autem de esculentis, poculentis, gratuitisque alijs munusculis, quę non solùm sint à prohibitione exclusa, sed nominatim potiùs permissa, si specialem malitiam non contineant, quæ dicitur abesse cum beneuolo animo, nec officij ratione præstantur, nec extorquentur, ad tradita per Aluarez de Velasc. d. tract. de iud. perfect. Rub. 9. annot. 5. num. 12. & seqq. ad 20.

39 Alia non minor difficultas est in iore nostro municipali supra relato cum prohibitione recipiendi ista etiam parua dona esculenta, & poculenta à litigantibos, cùm tam ius commune, quàm monictpale ob bonum publicum id efficere possit, & obligare ad obseruantiam etiam in foro conscientiæ, vt docet Molin. de iust. & iur. tom. 1. tr. 2. disp. 88. col. 3. vers. tertium est, quem refert, & sequitur Aluarez de Velasc. d. tract. rub. 9. annot. 4. num. 20. & annot. 5. num. 20. & nos alijs pluribus citatis supra comprobauimus.

40 Sed vtrumque ius recipit non solùm supradictas limitationes, & declarationes, verùm etiam non procedit in casibus, in quibus cessat periculum corruptionis, nam leges in præsumptione fundatæ non obligant in conscientia vbi deficit veritas præsumptionis, quia cessante causa, vel ratione dispositionis, cessat ipsa dispositio; sicut etiam si in aliqoo casu particularis cesset finis adæquatus, & ratio legis, eius quoque obligatio cessat etiam in foro conscientiæ, Valet. de different. vtriusque for. verb. lex different. 12. Layman. Theolog. moral. tract. 4. cap. 21. num. 4. Dian. resol. moral. par. 1. tract. 10. resol. 27. & 28. Basil. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 5. num. 7. Comitol. respons. moral. lib. 7. qu. 1. num. 10. Moner. de commut. cap. 5. num. 48. Gutier. pract. qq. lib. 4. qu. 10. num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 8. Tiraq. tract. cessante causa num. 18. Felin. in c. quoniam contra 11. de probat. num. 11. vbi etiam Panormit. num. 6. notari iubet, quòd quando constitutio continet aliquid non propter se principaliter, sed ad finem alicuius mali euitandi, transgressores non illaqueat ad pœnam, si finis, ad quem principaliter tendit constitutio, non violatur; subdens idem putare respectu peccati mortalis, dummodò constitutio non contemnatur, Io. Petr. Ala de Christian. & Politic. Decur. cap. 43. Aluarez de Velasc. d. rub. 9. annot. 5. num. 23. asserens hunc esse casum nostrum, in quo receptio munerum prohibetur non vti ex se mala, aut illicita, sed ne iudicum corruptio contingat, quæ si verè absit, illæsa seruetur integritas, illibatusque iustitiæ candor (sed hoc opus, hic labor est) desit legis contemptus formalis, prauique exempli nota, leges prædictæ non illaqueant transgressores, parua munera etiam nominatim prohibita recipientes, alia, quam officij ratione, non obstante etiam iuramento, quod eosdem congruos sensus, intellectusque recipit; adductaque in contrarium non necessitatem, sed maiorem continere securitatem, quam ipse suadet, & nos suademus, ac Deo adiuuante cum eo sectari curamus.

Verùm quia supra diximus bannimenta nostra, & hu- 41
iusmodi leges, licèt pœnales, & laicales obligare in foro conscientiæ, sciendum est pro clariori intelligentia, valdè probabilem esse contrariam opinionem, quòd nempè leges humanæ pœnales etiam in materia graui non obligent in conscientia, sed tantùm ad pœnas temporales an ipsis impositas, & post iudicis sententiam propter rationes, & auctoritates, quas adducit, licèt illis respondeat Ludou. Carbon. tract. de legibus lib. 7. disp. 1. & seqq. & lib. 8. disput. 4. & seqq. Aluarez de Velasc. de iud. perfect. rub. 9. annot. 11. num. 20. & seqq. & eadem annot. §. 1. per tot. qoibus addo Dian. resol. moral. p. 1. tr. 10. resol. 17. & seqq. P. Stephan. de Neapol. tr. de restit. lib. 1. cap. 15. n. 19. vbi tamen n. 20. testatur probabiliorem, & tutiorem esse primam opinionem, & loquitur in materia gabellarum.

Circa quam vti quotidianam posset obiter notari, an li- 42
citum sit saltem in foro conscientiæ fraudare gabellam impositam, non pro rebus mercimonij causa delatis, sed pro vsu proprio, & familiæ, vel esculentis, & poculentis, maximè si adsit consoetudo illam soluendi, de quo Sperel. decis. 13. num. 18.

Et de conditionibus necessarijs pro iustitia huiusmodi gabellarum, Less. lib. 2. cap. 33. dub. 7. n. 5. Layman. Theol. moral. lib. 3. sect. 5. tr. 3. cap. 3. num. 3. Dian. resolut. moral. par. 1. tr. 11. resol. 38. & par. 2. tract. 17. resol. 28. P. Stephan. de Neapol. de restit. lib. 1. cap. 15. num. 8. & seqq. Panimol. in sua Idea consult. 13. num. 1. & seqq. per tot. & plenè ex nostris Sanfelic. discept. vnic. de donatiuo tempore belli, habetur post primum volumen suarum decisionum, vbi relato Lessio, ac pluribus alijs Theologis, & Legistis multa cumulat pro iustitia onerum à Principibus suis subditis impositorum, & ego dixi in Practica, §. Gabella num. 69. & in summa, §. Gabella num. 1. &c.

Sed ad consulendum conscieotijs Principum, & simul subditorum in probabilitate dubiorum hinc inde, potest recurri ad Dian. dict. part. 2. tract. 17. resol. 59. qui plures rationes, & auctoritates pro vtraque parte adducit.

Verùm ad rem nostram redeundo, admissa etiam pro
veriori, & magis communi illa opinione, qoòd leges hu-
manæ pœnales obligent ad peccatum, & in conscientia,
etiam in his, quæ non sunt disposita à iure naturali, vel di- 43
uino, patitur tamen etiam ex suis sectatoribus plures limi-
tationes.

Prima est, vt procedat tantùm quando intentio superioris, & legislatoris fuit obligandi etiam in foro conscientiæ, aliàs secus; sed quia in casu nostro legislator suam mentem non declarauit, recurrendum est ad contecturas, quæ videntur stare pro obligatione ob strictam prohibitionem, de qua suprà, vt latè explicat plures allegans Sperel. decis. 147. num. 29. & seqq. Aluarez de Velasc. de Iud. perfect. rub. 9. annot. 12. num. 21. & seqq.

Quamuis alij dicant non obligare in dubio quoad conscientiam, saltem ante iudicis sententiam, cùm Principes
44 sæculares non debeant de conscientia iudicare, aliàs multas præberent peccandi occasiones, & iudicarent extra forum suum, adnotata per Sot. *de iust. & iur. lib.1. art.6. qu.6. col.17.* Nauar. *in Manual. cap.23. num.62. & 67.* Velasc. *d. annot.12. §.1. per tot.* Salas *de legibus qu.96. tract.14. disp.15. sect.2. num.30.*

Secunda limitatio est, vt non procedat dicta opinio ces-
45 sante ratione legis siue in generali, siue in particulari, nam tunc cessat etiam obligatio illam seruandi in foro conscientiæ, Angel. *in summ. verb. lex cap.5. num.4.* Comitol. *responsf. moral. lib.7. qu.11. num.10.* Dian. *resol. moral. par.1. tract.10. resol.28.* cum alijs per Sperel. *decis.147. num.46. & seqq.* vbi tamen quando cessat ratio legis solùm in particulari, refert plures contrarium tenentes, *& num.53.* asserit istam opinionem esse periculosam hoc nostro æuo deprauato, in quo vnusquisque de facili audet sibi formare conscientiam iuxta sua vota, & iudicem in causa propria agere. Sed nos supponimus omnem cessare malitiam, & corruptelam, quo casu rectè procedit limitatio.

Multa etiam contra istam limitationem adducit Eques Ludou. de Vecch. *in Senen. cessionis 11. Iunij 1661.* apud Oleam *de cessione iur. decis.vlt.* ostendendo leges, quarum ratio continua, & finis communis, ac vniuersalis est, non cessare, licèt in aliquo casu particulari cesset illarum ratio, & finis; loquitur tamen quoad forum externum, quod cùm non possit omnimodam habere certitudinem de actibus humanis, vult leges semper obligare, quod penes me est indubitatum; secùs autem in foro interno, in quo sola veritas cuique in se nota attenditur, & ideò non obligantur transgressores, quoties finis, ad quem lex principaliter tenditur, non violatur, Duar. *de cens. quæst.2. §.2. num.22.* Tambur. *in præcep. Decal. part.1. lib.2. cap.1. §.7. num.37. & seqq.* Caramuel *Theol. moral. fund.17. quæst.1. num.536. &c.* licèt alij plurimi contrarium sentiant relati per Dian. Sperel. & alios in locis supracitatis: sed cum dicta distinctione fori externi, & interni, alataque differentiæ ratione, facilè conciliari posse existimo, nisi sequatur scandalum, vel contemptus legis iuxta ea, quæ statim subijciam.

Tertia limitatio præcedenti affinis, & casui nostro ap-
46 plicabilis est, quòd cùm dicta lex municipalis videatur in præsumptione fundata, & ad obuiandum fraudibus, & corruptelis, non obliget in conscientia si in aliquo casu particulari veritas sit in contrarium, vt supponitur Abb. *in cap. quoniam contra 11. num.6. de probat.* quem ibi DD. sequuntur Felin. *in cap.1. sub num.40. de constit.* Layman *Theolog. moral. tract.4. cap.21. num.4.* Homobon. *in exam. Eccles. part.1. tract.5. cap.8. quæst.53.* Dian. *part.1. tract.10. resol.17.* Conciol. *allegat.25. num.17.* cum alijs per Sperel. *decis.28. num.32. decis.147. num.56.* & latiùs *decis.162. & 163.* vbi post relatas quatuor diuersas opiniones distinguentem amplectitur, vt limitatio ista procedat stante bona fide, & cessante non solum fraude, sed etiam voluntate transgrediendi, cùm lex non sit apposita iusto, & omnes actus moralis pendeat essentialiter ab intentione, aliàs autem secus, vt ibi plenè per eum, & sic videtur requiri contemptus for-
47 malis legis in eo consistens, quòd transgressio procedat ex affectu animi, quo potestas superioris paruifiat, seu homo contemnat superiorem, nolitque eius subijci legibus, vel iudicet, siue exteriùs proferat esse indignum obedire legislatori, vel illum non haberi ius ad imperandum, vt benè explicat cum alijs ab eo citatis, & plausibile fore scrupulosis dicit Dian. *resol. moral. part. 10. tract.15. resolut.33. per tot.* In quo contemptu formali posset etiam quandoque excusare leuitas materiæ à peccato mortali, secundùm eumdem Dian. *part.3. tract.6. resol.72.* & plura de huiusmodi contemptu, Azor. *instit. moral. part.1. lib.4. cap.9. quæst.15.* D. Thom. *2.2. quæst.186. art.9.* vbi Caietan. Alphonsf. de Castr. *tract. de potest. leg. pen. lib.1. cap.5. docum.6.* Nauar. *in manual. cap.23. num.42.* Sperell. *decis.113. per tot.*

48 Alias limitationes, siue casus, in quibus lex ciuilis, & humana non obligat ad peccatum, veluti quando esset iniusta, vel de materia non graui, sed leui, vel obscura, vel discrepans à iure naturali, vel diuino prosequitur Sperel. *dec.147. num.23. & seqq. per tot.* & in istis, quia sunt extra rem nostram non insistimus.

49 Quarta limitatio ad propositum nostrum est, vt dicta opinio non procedat vbi lex fuit per contrariam consuetudinem abrogata, nisi contineat præceptum naturale, vel diuinum, cui non posset per consuetudinem derogari, Suarez *de legibus lib.7. cap.17. & 18.* Sperel. *d. decis.147. num.41. &c.* Aloys. Ricc. *prax. var. resol. cap.171. per tot.* vbi
plura notabilia qualiter consuetudo excuset à peccato in 50
ijs, quæ non repugnant iuri naturali, vel diuino: nam licet dum est in fieri peccent contrauenientes legi absque rationabili causa, tamen postquam est inducta, causat bonam fidem, & videtur à peccato excusare, vt etiam colligitur ex Syluest. *in sum. verb. consuetudo num.18.* Tabien. *in sum. eod. verb. num.13.* Sum. Angelic. *verb. consuetudo num.3.* Sum. Arm. *eod. verb. num.9.* Azor. *instit. moral. part.1. lib.5. cap.4. & cap.17.* Bonac. *de legibus disp.1. qu.1. punct. vlt. §.3.* Sed in casu nostro iam ostensum est, munera non esse de iure naturæ, nec diuino in parua quantitate prohibita, & consuetudo illa dandi, & recipiendi videtur certa, & notoria, non solùm Florentiæ, sed ferè vbique, etiam cum tali quali dissimulatione, & conniuentia Principum, qui dum
sciunt contrauentionis in hac materia, & non puniunt per- 51
mittere dicuntur, ad Couar. *tom.1. relect. §.10. num.15. fol. mihi 250.* Abb. & Innoc. *in cap.1. de Decimis,* Syluestr. *in sum. verb. Lex 6.* Angel. *in summ. verb. consuetudo, §.10.* Aloys. Ricc. *prax. var. resol. cap.205.* Gizzarel. *decis.36. num.73. dixi in praxi, §. præsenti num.10.*

Et sic stante scientia, & patientia Principum cessat obie- 52
ctum, quòd inferiores non possint derogare legibus superiorum, Caualer. *decis.85. 91. 111. & 423. per tot.* Sperel. *decis.15.* Dian. *resolut. moral. part.1. tract.10. resol.4. & resol.7.* vbi quod satis est legem non obseruari, etiam si Princeps ignoret, cùm leges humanæ intelligantur sub ista conditione, si populus recipiat, & sciente Principe, vel eius Ministris, & Auditoribus, & non puniente, cùm possit,
sufficiunt duo, vel tres actus contra legem facti ad illam 53
abrogandam, facit Merlin. *decis.845. num.2. &c.* Rot. *part.12. recent. decis.169. num.19. & seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.52. vol.2.* Et circa dationem, & receptionem istorum munerum standum esse consuetudini locorum, testatur
Azor. *institut. moral. part.3. lib.13. cap.23. per tot.* & alij su- 54
pra relati, atque infrà referendi.

Ita vt stante consuetudine recipiendi, nullum possit in 55
accipiente considerari delictum, non obstante lege municipali id expressè prohibente, cùm non sit vsu recepta, vel contrario abrogata, vt in terminis Regiæ Pragmaticæ defendit Lanar. *consil.43. num.37.* quem refert, & sequitur Prosper. Rendell. *tract. de Vinea, &c. fol. mihi 91. col.2. tit. de esculent. & poculent.*

Imò non desunt tenentes per huiusmodi consuetudinem 56
induci obligationem dandi, & recipiendi munera tamquam in aliquibus casibus debita, ita vt consueta non possint recusari, ne præiudicet successoribus in officio, Ioseph. Ludouic. *com. opin. vnic. de consuet. vers. infertur 102.* Sayr. *decis. cas. conscient. 15. tit. de censibus,* Prosper. Rendell. *loc. cit. dixi ego in sum. §. consuetudo num.20.* intellige prout ibi, & non aliter.

Consuetudo igitur vbi viget (prout vt extare creditur 57
Florentiæ, & alibi, nisi versa sit in abusum, & corruptelam) siue contrarius vsus potuit, & potest derogare legibus parua quoque munera iudicibus dare, & recipere vetantibus, nam licèt vsus cedat legum auctoritati, & contra leges nullæ sint consuetudinis vires, vel saltem consuetudo debeat esse rationabilis, quæ talis dici non potest quando est contra legem, quæ pariter de sui substantia debet esse rationabilis, & nulla virtus virtuti contraria sit, vel non procedat contra ea, quæ publicam vtilitatem respiciunt, vel inferiores non possint legem superioris tollere: Tamen contraria opinio verior est, posse leges humanas, siue Canonicas, siue Ciuiles consuetudine contraria, vel non vsu abrogari, quia consuetudo vim legis obtinet, & venit appellatione iuris, saltem si sit rationabilis, & legitimè præscripta, vel sciente Principe, siue eius Ministris inducta, ac ita omnes Theologos, & Iuristas conuenire, asserit Suarez *de legibus lib.7. cap.18. num.2.* Salas *eodem tract. quæst.96. tract.19. disp.19. sect.3. num.18. & seqq.* ex D. Thom. *1.2. quæst.97. art.3.* Aluarez de Velasch. *de Ind. pers. rub.9. annot.6. num.6. & seqq. per tot.* vbi infert ad casum nostrum, potuisse nempè consuetudine introduci, vt esculenta, poculenta, & Xenia, siue munera parua spontè oblata licitè dentur, & accipiantur à Iudicibus, ad tradita per Sayr. *in Claui Regia lib.12. cap.13. num.15.* Eman. Sà *in sum. verb. de Iudice, & arbitro num.12.* Bonacin. *circa*

8. De-

8. *Decal. pracet. disput.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 8. *proposit.* 2. *num.* 8. vbi per hæc verba loquitur: *Verum quicquid sit de iure communi arbitror Iudices sæculares, tam ordinarios, quàm delegatos posse iuxtà legitimam loci consuetudinem minus accipere, hoc enim iuri naturæ, vel diuino non aduersatur, quamobrem alicubi legitima consuetudine receptum est, vt dentur, & accipiantur munera vltro oblata, consequenter non damnentur indices aliquid moderatè accipientes iuxtà consuetudinem legitimè introductam; Imo etiam Ecclesiastici Iudices excusari possent vbi legitima consuetudine receptum esset, vt à Iudicibus Ecclesiasticis munera recipiantur; non enim implicat aliquod ius Canonicum contraria consuetudine abrogari: Subdens nam si loquamur de muneribus, quæ Xenia nuncupantur, & consistunt in esculentis, & poculentis, dicendum est cum communi Doctorum sententia accipi posse à quocumque Iudice tàm Ecclesiastico, quàm sæculari, tàm ordinario, quàm delegato, ratio est tum quia nullo iure prohibita est illorum acceptio, tum quia dari solent in parua quantitate, consequenter animum iudicis ad iniquè iudicandum corrumpere non consueuerunt*, & allegat Clau. Reg. Azor. Syluestr. Tabien. Caietan. Angel. Reginald. & alios, quibus addo testantes de obseruantia, & consuetudine Curiæ Romanæ, Status Ecclesiastici, ac etiam totius Italiæ, recipiendi Xenia, esculenta, & poculenta, non solùm ab extraneis, sed etiam à collitigantibus, Ioseph. Ludouic. *conclus.* 38. *illat.* 102. Viui. *decis.* 113. *num.* 14. Nauar. *in constit. Gregor. XIII. de dat. & promiss. not.* 21. *num.* 35. *vers. pro contraria*, Farinac. *quæst.* 111. *num.* 254. *& num.* 337. Boccac. *tract. de pact. part.* 1. *num.* 31. *& part.* 3. *num.* 101.

59 Dictam autem consuetudinem interpretatur Aluarez. de Velasc. *d. tract. rubr.* 9. *annot.* 6. *sub num.* 20. vt non vltrà progrediatur, quàm quòd ius diuinum, & leges humanæ eidem conformes permittant, aut conscientia fidelis cuiusque patiatur. Si enim minimum etiam, iustitiæ, vel iniustitiæ faciendi causa à volentibus quoque iudex recipiat, per extorsionem concutiat, vel aliter in diuinam legem receptione peccet, ineptè consuetudinem allegabit, cuius contra legem diuinam nullæ sunt vires.

60 In casibus verò, in quibus rectè procedit consuetudo, vim quoque obtinebit non obstante iuramento de obseruantia legum, & Statutorum munera prohibentium, quia non intelligitur de illis, quæ consuetudine abrogata sunt, D. Antonin. *in sum. part.* 2. *tit.* 10. *cap.* 6. §. 6. *in fine*, Syluestr. *in verb. iuramentum* 4. *quæst.* 23. *in fine*, Tabien. *verb. iurare quæst.* 36. *in fine*, Nauar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 23. Dian. *resolut. moral. part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 39. Velasc. *d. rub.* 9. *annot.* 6. *sub num.* 21. *dixi in summa* §. *iudex num.* 21. *&* §. *iuramentum num.* 54.

61 Et quæ dicta sunt de non vi consuetudinis contra leges debent intelligi quoad leges diuinas, vel naturales, contra quas non valet consuetudo, cùm illæ procedant à voluntate diuina, ad quam non se extendit potestas humana, & alijs modis relatis per Velasc. *d. rub.* 9. *annot.* 6. *num.* 8. *& seqq.*

62 Concludendum itaque videtur cessante periculo corruptionis, & iniustitiæ, non obstantibus legibus municipalibus, posse iudices vigore consuetudinis, & alijs rationibus prædictis, tuta conscientia recipere, & retinere parua munera, & esculenta, vel poculenta sibi à litigantibus ex mera liberalitate oblata, quæ non sint magni valoris, ac paucis apta consumi diebus, dummodò vt dixi (& iterùm propter magnos abusus repetere cogor) ad necessitatem non perducantur, indirectè compellendo litigantes ad dandum per cunctationem in expeditione causarum, vel per mediatores, vel alijs modis notis ipsis, qui talia committunt.

63 Quæ autem esculenta, & poculenta ad hunc effectum dicantur modici valoris, sunt à nostra lege municipali ad vnum scutum in casibus permissis taxata, & de iure communi, cùm non sint definita, iudicis arbitrio relinquuntur, attentis personis dantium, & recipientium, quantitate muneris, & tempore donationis, ad text. *in cap. & si quæstiones* 18. *de Simon.* Menoch. *de arbitr. cas.* 517. *num.* 22. *&* 23. vbi quòd talia considerantur non solùm respectu propriæ personæ iudicis, sed etiam respectu suorum, & familiæ, ac ideò inter esculenta, & poculenta connumerari posse fœnum, vel auenam pro equo, vel quid simile, & sufficere quòd paucis possint consumi diebus, licèt actualiter non consumantur iuxta doctrinam, quam sequitur Geminian. *in cap. statutum* §. *insuper num.* 4. *de rescript. in* 6. Azor. *institut. moral. part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 23. vbi quòd sufficit vt intra triduum, vel aliud breue tempus ad 64 summum dierum decem consumi possint iuxta consuetudinem locorum, Farinac. alios citans *quæst.* 111. *num.* 250. *& seqq. ad* 261. vbi exemplificat in varijs rebus, & declarat, dummodò non recipiantur à calumniatoribus, & persequentibus innocentem, non ab iniustè vexatis, & non etiam ab infamibus, non vendantur ad imbursandam pecuniam, vt faciunt quidam moderni iudices, & ministri; illorum valor non excedat centum aureos in toto anno omnibus simul computatis, & sic sint adeò moderata, vt verisimiliter non sint apta ad mouendum Iudicem à recto iudicio, ac etiam nostra lex dicit, *purche non se ne faccia bottega*.

Sciendum est etiam prædicta esse intelligenda de iudicibus sæcularibus, tàm ordinarijs, quàm delegatis, nam quoad iudices Ecclesiasticos fortior est prohibitio, vt benè distinguit Azor. *instit. moral. d. part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 23. 65 *litt. C. vbi tamen litt. T.* dicit quòd si alicubi vigeret consuetudo, vt etiam iudices Ecclesiastici aliquid reciperent, non essent condemnandi, quia consuetudo reprobata in *d. c.* statutum debet intelligi de consuetudine præterita, 66 idest quæ vigebat ante illud capitulum, non autem de illa, quæ posteà in futurum esset inducta, idem docet Roch. de Curt. *tract. de consuetud. sect.* 7. *num.* 11. Bald. Nouel. *de dot.* 6. *part. priuileg.* 21. *num.* 19. alijque plures in his terminis relati per Aluarez de Velasc. *de iud. perfect. lib.* 9. *annot.* 6. *num.* 12. & idem in effectu quoad iudices Ecclesiasticos tenet Bonacin. *circa* 8. *Decal. precept. disput.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 8. *proposit.* 2. *num.* 5. *cuius verba sunt supra relata num.* 58.

Et idem responderi potest ad leges municipales tollentes consuetudinem, procedere quoad præteritam, non quoad futuram posteà inductam, maximè cum non contineant clausulas irritantes futuram consuetudinem, & stante scientia Principum, & suorum ministrorum, quæ sufficit 67 ad legum derogationem, Dian. *part.* 10. *tract.* 10. *de legibus resol.* 7. *ad finem*, Velasc. *loco citato num.* 15. vbi quòd legum derogatio inducitur nedum scientibus Principibus actus legi contrarios, sed etiam illis ignorantibus, si eorum superioribus Iudicibus, Auditoribusque scientibus fiant; licèt meo iudicio in hoc forte scientia ministrorum, non deberet Principibus præiudicare, cùm ministri vt plurimùm sint qui huiusmodi leges abrogant, nisi dicatur quòd vnus posset alium deregere, sicut tenentur in 68 hac materia, vt dixi per text. *in* §. *necessitatem Auth. vt Iudic. sine quoque suff.* Sed absit, cùm de communi interesse agatur.

Notandum est insuper in casibus prohibitis grauiter peccare non tantùm recipientes, sed etiam dantes, vel mittentes munera vetita iudicibus, vt iustè, vel iniustè faueant 69 causæ, Nauar. *de dat. & promiss. not.* 11. *num.* 27. vbi *num.* 35. idem dicit de precibus, vt refert Gratian. *discept. for. cap.* 56. *num.* 48. Dian. *resol. moral. part.* 5. *tract.* 7. *resol.* 17. vbi an peccet qui offert, vel dat pecuniam iudici, vel electori ad redimendam iniustam vexationem, & post relatas contrarias opiniones, in hoc casu negatiuam amplectitur, quando id simpliciter tendit ad remouendum affectum iniustum iudicis, & ad illum constituendum in animi æqualitate singulis debita, secùs autem si animo corrumpendi, de quo iterùm infrà *vers. & non solum, &c. num.* 95.

Pariter non extra rem videtur notare, esculenta, & poculenta etiam in foro externo iudicibus non esse prohibita, 70 & ob id de corruptela argui non posse, quicquid sit in alijs muneribus, vel commodis sibi à iudicando resultantibus, ad latè tradita per Menoch. *de arbit. cas.* 342. *per tot. & cas.* 517. *per tot.* Farinac. *quæst.* 111. *nu.* 235. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 1150. Prosper. Rendell. *tract. de Vinea, &c. tit. de esculent. & poculent. official. fol. mihi* 90. *&* 91. vbi quòd hodie mos recipiendorum munerum viget Romæ, & vbique impunè ad Ludouic. *decis. Luc.* 1. *num.* 49. Viui. *decis.* 113. *num.* 14. Lanar. *consf.* 43. *num.* 37. Mascard. *de probat. conclus.* 164. *vbi num.* 13. notat, non rectè Principes suis Magistratibus consulere, dum omnia, & ab omnibus in- 71 differenter recipi prohibent, refert, sed cum quadam admiratione Aluarez de Velasc. *de iud. perf. rub.* 9. *annot.* 6. *num.* 10. *facit quod dixi in sum.* §. *consuetudo num.* 20.

Contingit adhuc in hac materia valdè dubitari, an 72 & qualiter iudices recipientes munera vetita, & in casibus

bus prohibitis obligentur ad restitutionem, & dicendum est, quòd

73 Aut recipiunt pro iniustitia facienda, & videntur ad restitutionem obnoxij, non quia actio, pro qua dantur, non sit natura sua pretio æstimabilis, sed quia habet annexam iniuriam contra iustitiam, vt affirmat, & declarat Sotus *de iustit. & iur. lib. 4. quæst. 7. art. 1. ad 2. col. 1.* Couat. *in relect. cap. peccatum de reg. iur. in 6. part. 2. §. 2. num. 6. vers. Video tamen.*

74 Contrarium nihilominus (quod accepta) est verius tam naturali, quàm positiuo iure inspecto, & ex communibus Theologorum traditionibus, quia si iure naturæ esset facienda restitutio deberet fieri danti, & huic non debetur, cùm in accipiendo nulla ei sit facta iniuria, sed sponte, & liberaliter dederit vt supponitur; vel quia etsi opus malum tamquam malum non sit pretio æstimabile, tamen tamquam delectabile vel vtile danti, & detrimentosum, & periculosum recipienti sit pretio inter homines æstimabile, ac ideò quod pro eo est acceptum, non est restituendum, nisi quatenus in æstimatione sit excessus; vel quia idem statuunt Theologi in acceptis pro iniqua occisione, vel alio delicto perpetrando, vt non sint restituenda; neque est ratio differentiæ inter casus aliorum delictorum, & iniquæ sententiæ. Iure positiuo nulla est lex sæcularis, vel canonica, imò neque diuina, quæ obliget ad restitutionem
75 iniustè acceptorum de voluntate dantis, vbi turpitudo ex vtraque parte versatur, & opus fuit perfectum, secùs si imperfectum, & non adimpletum, nam tunc restitutio ipsi danti esset facienda, Nauar. *in Manual. cap. 17. num. 30. & seqq.* Less. *de iustit. & iur. lib. 2. cap. 14. dubit. 8. num. 52. & seqq.* D. Antonin. *in sum. part. 2. tit. 2. cap. 5.* Angel. *in sum. verb. concussio. num. 2. & verb. Restitutio §. Turpe,* Syluestr. *verb. Restitutio 2. §. 3.* & alijs relatis per Aluarez de Velasc. *de Iud. perfect. rub. 9. annot. 12. num. 1. & seqq. ad* 11. vbi concludit non esse improbabilem aliam opinionem obligantem ad restitutionem, si non ipsi danti, cui in pœnam criminis denegatur repetitio, saltem fisco, vel pauperibus, alteriue piæ causæ, vel loco pio. Verùm
76 (quicquid sit in foro fori) in foro conscientiæ post factum, posse retineri accepta pro iniusta sententia ferenda, vel falso testimonio dicendo, sicut pro quolibet alio delicto patrando, ratione laboris, & periculi suscepti, cùm displicentia tamen absoluta peccati, & proposito amplius non peccandi, latè probat Dian. *resol. moral. par. 8. tract. 6. resol. 110. per tot.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. cap. 3. num. 9.*

Cauendum tamen est omninò ab hac doctrina tanquam ab igne, quia etsi vera sit respectu acceptorum, peccarent
77 grauissimè Iudices, & alij per præmium delinquentes, ac obligarentur ad restitutionem omnium damnorum, & expensarum versus partem, vel Rempublicam læsam quoad Iudices etiam per omissionem tantùm in non condemnando eos, qui de iure erant condemnandi, quicquid sit quo ad pœnam, ad quam antè Iudicis sententiam non videntur obligati, D. Th. 2. 2. *quæst. 67. art. 4. glos. in c. hoc etiam placuit 2. quæst. 6.* D. Antonin. *in Sum. par. 2 tit. 1. cap. 19. §. 4. post principium,* Azor. *Instit. moral. part. 3. lib. 4. cap. 17. & lib. 13. cap. 23. dub. 4.* Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 10. resol. 23. part. 3. tract. 5. resol. 52. & tract. 6. resol. 35.* P Steph. de Neapol. *de restit. cap. 2. num. 37.* Aluarez de Velasc. *de Iud. perfect. Rub. 9. annot. 12. num. 2. & Rub. 21. annot. 3. per tot.* & nos clarius infrà explicabimus.

Aut Iudices recipiunt pro iustitia facienda, & sic ob
78 causam honestam, vtque faciant, vel omittant quod facere, vel omittere ex iustitia tenebantur, & tunc obligantur ad restitutionem, quia cùm id facere tenerentur ex iustitia, dans dare non debebat, atque ita dare nollet, si ipsi alias facere vellent, quod facere tenebantur, proindè dans coactè dat, & rationabiliter inuitus, cùm aliter suam non posset redimere vexationem: turpe ideò, iniustum, & restitutioni obnoxium efficitur tale lucrum, quando fuit datum timore iniuriæ, aliàs non dandum, secùs verò si instar muneris liberalis sit datum, vt maiorem, quàm solent, quamque tenentur Iudices diligentiam in causa adhibeant, *l. 2. ff. de condict. ob turp. caus. c. non sanè 15. 14. quæst. 5.* vbi Aug. Barbos. plurimos referens, Petr. Nauar. *de restit. lib. 4. cap. 2. num. 74.* Martin. Nauar. *in Manual. cap. 17. num. 33.* Less. *d. lib. 2. cap. 14. dubit. 9. num. 64.* Layman. *Theolog. moral. lib. 3. sect. 5. tract. 4. num. 9.* Dian. *resol. Moral. par. 3. tract. 5. resol. 45.* Aluarez de Velasc. *de Iud. perfect. Rub. 9. annot. 12. num. 11. &c.*

Aut recipiunt vel extorquent Iudices, vel alij Ministri
aliquid vltrà sibi debitum salarium, vel stipendium taxa- 79
tum, & pariter in vtroque foro ad restitutionem obligantur, nisi excusentur, eò quia ipsarum partium causa aliò proficiscantur, vel laborem manifestè maiorem assumant, quàm ratione officij debebant, vel merè liberaliter, & non coactè aliquo modo detur, vel quia ex abundantia pecuniæ inspectis temporum præsentium circumstantijs salarium anteà taxatum iniustum appareat, nam tunc saltem in foro conscientiæ (quicquid secùs sit in foro fori ad euitandas fraudes) possunt iustè vsque ad limites iusti pretij, non attentis taxis antiquis incrementum recipere, de quo dixi *in §. Iudex num 21. vers. Quod non teneantur,* Rebell. *de oblig. iust. par. 2. lib. 18. quæst. 20. num. 4. & seqq.* Fagundez *in præcep. Decal. præcep. 8. lib. 8. cap. 26. per tot.* Aluarez de Velasc. *d. Rub. 9. annot. 12. num. 13. & seqq.*

Aut demum recipiunt à spontè dantibus non officij ra-
tione, & tunc iure naturæ illicitam non esse donationem, 80
nec ex parte dantis, nec ex parte recipientis, & consequenter nullo modo restitutioni obnoxiam certum est; nisi per ius positiuum commune, vel municipale esset prohibita huiusmodi donatio (exceptis tamen casibus, in quibus supradictum est esse permissam, ac etiam a litigantibus factam, secundùm vsum, & Theologorum sententiam) quia non est dubium, quòd lex ciuilis potest obligare ad restitutionem, etiam in his, quæ naturali, aut Diuino iure non continentur, & in foro quoque conscientiæ ad venialem, mortalemve culpam iuxta materiæ grauitatem, vt latè explicat Aluarez de Velasc. *d. Rub. 9. annot. 12. num. 16. & seqq. per tot.*

Quamuis etiam sit valdè controuersum, an leges sæ-
culares, & præcipuè municipales expresè obligantes in 81
conscientiæ foro ad restitutionem, vel alias pœnas ante iudicis sententiam, sint iustæ vi sua, pacti, vel iuramenti, aut desuetudine abrogatæ, & videatur negatiuè respondendum, & consequenter in foro animæ non obligare ante iudicis sententiam, cùm Principes sæculares non debeant de conscientia iudicare, aliàs præberent magnam peccandi occasionem, & iudicarent extra forum suum ex traditis per Sot. *de iust. & iur. lib. 1. art. 6. quæst. 6. col. 17.* Nauar. *in Manual. cap. 23. num. 62. & 67.* Iacob. Simanc. *de Catol. Instit. cap. 9. num. 32.* Salas *de legibus quæst 96. tract. 14. disput. 15. sect. 2. num. 30.* Aluarez de Velasc. *d. Rub. 9. annot. 12. §. 1. per tot.*

Rursus igitur quæritur an Iudices munera gratuita re-
cipientes in casibus prohibitis ad dictam restitutionem sta- 82
tim, & ante iudicis sententiam in foro conscientiæ teneantur; affirmatiuam opinionem sustinent multi, quia quando acceptio est mala, veluti à lege prohibita, etiam quòd dominium sit translatum, tenetur accipiens restituere, vel quia lex acceptionem prohibens reddit accipientem incapacem dominij, & actum nullum, vel quia talis obligatio non solum facto legis, sed ipsiusmet accipientis prouenit, nam eo pacto officium acceptasse videtur, ne munera recipiat, maximèque accedente iuramento, Siluestr. *in sum. verb. Iudex 1. quæst. 8. & verb. Restitutio 2. dict. 5.* Medin. *de restit. quæst. 2. circa finem,* Sanchez *cons. moral. lib. 3. cap. vn. dub. 2. nu. 7.* Franc. *in c. statutum §. notarium num. 3. de rescript. in 6.* Dominic. *ibidem §. si quis autem,* & alijs per Velasc. *d. rub. 9. annot. 12. §. 2. num. 1. & seqq. ad 8.*

Negatiuam autem opinionem defendunt alij communi-
ter, nempè gratuita munera à iudicibus contra prohibitio- 83
nem legis accepta, non esse in foro conscientiæ ante iudicis sententiam restituenda, nisi lex ipsa expresè, vel cum decreto, siue clausula irritante illos incapaces, vel inhabiles ad recipiendum, & retinendum redderet, cùm aliud sit prohibere, aliud irritare, & multa fieri prohibeantur, quæ tamen facta tenent, & sic nisi lex exprimat, vt non tantùm illicita, sed etiam inualida sit acceptio, erit valida donec infirmetur, & per consequens restitutioni ante iudicis sententiam non obnoxia quoad munera vt dixi spontè, & gratis data, quia licèt accipiens contra legis prohibitionem fecerit, dominium tamen acquisiuit, ad cuius restitutionis obligationem necessaria erit condemnatio, & iudicis sententia, ac ante illam in conscientia non tenebitur, cùm lex simpliciter acceptionem prohibens non reddat inhabilem, seu incapacem accipientem dominij rei donatæ, nisi id nominatim declarет, vel sequatur ope exceptionis, & post iudicis

dicis sic declarantis sententiam : & tantò minus si aliæ pœ-
næ sint appositæ, nam ex pœnarum adiectione (nisi expres-
sè addatur etiam irritatio actus) illius firmitas magis re-
sultat, legislatoremque illis contentum, ostenditur; nec
ex vi suppositi pacti, vel iuramenti in acceptatione officij
oritur dicta obligatio restitutionis, quia nullibi extat di-
ctum pactum, nec iuramentum de restituendo, vel non
retinendo, sed ad summum de non recipiendo, & ideò li-
cèt peccent, & periuri sint contrafacientes, non inde ori-
tur obligatio restitutionis ante latam sententiam, aut ante
latum præceptum, quo Confessarius, ad id pœnitentem
(ex facti circumstantijs) adstringat, & quia etiam irritatio
actus pœnam sapit, quæ non debetur ante condemnatio-
nem, & obligatio restitutionis regulariter oritur ex iniu-
stitia, quæ vt supponitur hic non adest, cùm fuerit libera-
liter datum, nihilque parti ablatum, prout hæc omnia, &
alia colliguntur ex Molin. *de iust. & iur. tom. 1. tract. 2.
disp. 88. num. 12. &c.* Vasquez *in opusc. de restit. cap. 7. dub.
6. num. 54. &c.* Martin. Becan. *sum. Theol. scolast. cap. 6. de
lege hum. quæst. 6. num. 6.* Castr. Palaus *de virtut. & vit.
contr. tract. 3. disp. 2. punct. 8.* Laym. *lib. 3. tract. 4. cap. 4.*
Fagundez *in præcep. Decal. part. 2. præcep. 8. cap. 27. num. 9.*
Aluarez de Velasc. eorum dicta referente, & contraria sol-
uente *d. Rub. 9. annot. 12. §. 2. num. 8. & seqq.* vbi profite-
tur se quidem Iudices perfectos, & leges omninò seruantes
expetere, ac imperfectorum non excusatorem, sed verita-
tis indagatorem esse conari.

84 Aliud tamen esset si restitutio non tam pœnam, quàm
interesse partis, reique amissæ recuperationem contineret,
quia tunc in foro conscientiæ deberetur ad tradita per Co-
uar. *in 4. lib. Decretal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 14. vers.
sextò fol. mihi 240.* Velasc. *loc. cit. num. 45.*

Quid autem dicendum sit de alijs pœnis à lege *ipso facto*
impositis contra Iudices munera à personis prohibitis reci-
pientes, an in foro conscientiæ ad illas teneantur transgres-
85 sores ante iudicis sententiam, & quicquid in contrarium
nixus fuerit per argumenta probare Alphons. de Castr. *de
potest. leg. pœn. lib. 2. cap. 5. & 7.* quem sequitur Couar. vbi
supra, illis penitùs resolutis alij communiter firmant, sen-
tentiam iudicis saltem criminis declaratoriam requiri,
etiamsi lex *ipso iure, vel ipso facto* pœnam imponat, & ante
illam in foro conscientiæ nullatenus deberi; cùm non sit
credendum Legislatorem ità subditos grauare velle, vt eis
inauditis, ante iudicialem cognitionem, sententiamque
iudicis pœnæ saltem, vel criminis declaratoriam, ad pœ-
nam in foro animæ legis transgressores obligare intendat,
suique fieri proditores, accusatores, testes, & iudices,
iuribus naturæ læsis; nisi apertissimis verbis nullam aliam
interpretationem admittentibus, ante quamlibet aliam
sententiam ad pœnam obligantibus, & de plenitudine po-
testatis supremo tantùm Principi attributa vtatur, & in
dubio semper benignior pars est amplectenda; ita vt firma-
ta conclusio procedat, etiamsi lex dicat, *antè aliam con-
demnationem, vel sententiam*, quia intelligitur de con-
demnatoria, non de declaratoria adhuc necessaria; vel *antè
aliam declarationem*, quia intelligitur tantùm exclusa de-
claratoria pœnæ, non criminis, vel in notorio, quod &
si non indigeat clamore accusatoris, eget tamen sententia
antequam reus obligetur ad pœnam in foro conscientiæ;
imò & Fiscus occupans bona delinquentium ante senten-
tiam declaratoriam tenetur ad restitutionem; vel etiam
non solum si agatur de pœna actionem, siue executionem
requirente, sed etsi actionem non exigat, & in passione,
siue priuatione tantùm consistat, nam adhuc sententia
requiritur ad obligandum reum secundùm veriorem opi-
nionem; exceptis tamen censuris Ecclesiasticis *ipso iure*,
86 vel *ipso facto* latis, quæ secum executionem trahunt absque
alia declaratione, quia in istis priuatio non tam de pro-
prijs, quàm de communibus bonis fit, ac ita vsu receptum
est, vt Ecclesia, quæ spiritualem subditorum profectum
respicit, aliquas pœnas habeat, quibus à delictis etiam
87 occultis arcere possit. Quæ quidem pœnarum incursio, vel
criminis patrati declaratio fieri debet citata parte, ac iuris
ordine seruato, & ab eadē iure datur appellatio; nec etiam
post huiusmodi sententiam declaratoriam tenetur reus
damnatus præstare, & exequi pœnas, sed tantum ad par-
tis petitionem, patientiam præstare executioni, nisi iudex
aliud in sententia declarauerit, ita vt si Fiscus fuerit ne-
88 gligens in exigendo, possit condemnatus præscribere pœ-
nas etiam cum mala fide, vel quia ius rei malam fidem
excludit, & à pœnarum præstatione ipsum reum non exa-
ctum excusat, & pœnas, quas non prorsus sua negligen-
tia Fiscus efficit, præscriptibiles reddit, prout hæc omnia
pluribus citatis tam Theologis, quàm Iuristis singillatim
probat, & contraria diluit Aluarez de Velasc. *tract. de
iud. perfect. Rub. 9. annot. 12. §. 3. per tot.* cui adde Sanfelic.
decis. 220 per tot. & dixi ego in sum. §. Pœna num. 3. &c.

Et subtilius inuestigando, cùm Iudices in assumptione
officiorum iurent obseruantiam legum, & Statutorum,
videtur, quòd saltem ratione periurij, dum contrafaciunt
munera prohibita recipiendo, officij priuationem, & in- 89
habilitatem à lege municipali *ipso iure* impositam incur-
rant, & ad restitutionem fructuum, siue prouentuum ex
officio iam obtento, vel obtinendo perceptorum teneantur,
quia periurium causat infamiam (quæ etiam in lege nostra
est expresè inter alias pęnas apposita) infamibus verò por-
tæ dignitatum, & officiorum, tam Sæcularium, quàm
Ecclesiasticorum, & non tantùm futurorum, sed & præ-
sentium, ac iam adeptorum, cùm illorum priuatione sunt
præclusæ, ac ideò sic ipso iure periurio, vel alio maleficio
officijs, vel beneficijs priuatos, inhabilesque redditos fru-
ctus, vel prouentus non facere suos, ad eorumque restitu-
tionem coosequenter in foro conscientiæ, & ante senten-
tiam obligari (quidquid sit an teneantur dimittere offi-
cium, vel beneficium, de quo vltrà alios hic citatos latè
Sperel. *decis. 161. & 162.* Rice. *collect. 1739.* Rot. *part. 2.
diuers. decis. 216. num. 19. & seqq.* Sanfelic. *decis. 220.*) as-
serunt Lodouic. Gomez *in c. 1. de rescrip. in 6. num 9.* Azor.
*Instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 8. quæst. 3. vers. si tamen
quæres*, probat text. *in l. si fundum 17. & l. certum est 22.
C. de re iud.* & faciunt tradita per glos. *in l. quoties 17. C. de
dignit. lib. 12. & in l. 2. §. Miles ff. de his, qui not. infam.*
Mancin. *de iuram. part. 5. effect. 8. num. 1.* & Farinac. *quæst.
160. num. 156. & seqq.* Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 13.
num. 14.* dum probant ex periurio, infamiaque ex eo con-
tracta, *ipso iure* priuationem, & inhabilitatem induci

Sed contrarium nihilominus est verius, & tenendum,
infamiam ex periurio ante iudicis declarationem non con- 90
trahi, nec ex eo priuationem incurri, nec dimittere tene-
ri, quia infamia ex periurio non oritur *ipso iure*, sed opus
est sententia condemnatoria, vel dato quod iuxta magis
communem opinionem oriatur *ipso iure*, tamen adhuc
opus est sententia saltem criminis declaratoria; vnde se-
quitur priuationem officij, vel beneficij, etiam vbi *ipso iu-
re* esset inducta priuatio ante condemnatoriam, vel sal-
tem declaratoriam iudicis non contrahi iuxta superiùs di-
cta; ac ideò interim officium, beneficiumve licitè retineri
posse, fructùsque percipi, ac suos fieri, reprobatis Gomez,
& Azor. supracitatis, illorumque rationibus, & argumen-
tis respondendo tenet Sanchez *in præcep. Decal. lib. 2. cap.
26. num. 7. & seqq.* Fagundez *in præcep. Decal. part. 2. lib.
8. cap. 29. num. 23.* Molin. *de iust. & iur. tom. 1. tract. 2.
disput. 96. num. 5. &c.* Menoch. *de arbitr. cas. 416. num.
62. &c.* Trullench. & alij, quos refert, & sequitur Aluarez
de Velasc. *d. tract. Rub. 9 annot. 12. §. 4. num. 11. & seqq.
per tot.* vbi vlterius confirmat, quia (quidquid sit de ti-
tulo) sola possessio licitam facit fructuum perceptionem,
& nemo cum infamia saltem seipsum prodere tenetur, offi-
cium dimittendo, vel alijs se à voce abstinendo.

Et licèt lata postea sententia declaratoria, vbi priuatio
est *ipso iure* a lege imposita, teneantur transgressores ad fru-
ctuum, siue prouentuum restitutionem à die transgres- 91
sionis, & sic virtute dictæ clausulæ retrotrahatur ad tempus
commissi delicti, secundùm Couar. *de matrim. part. 2. cap.
6. §. 8. num. 8. &c.* Diaz. *pract. Canon. cap. 131. num. 5.*
Molin. *de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 96. num. 7.* Ve-
lasc. *d. Rub. 9. annot. 12. §. 3 num. 42. & 43. & §. 4. num.
16. & 17.* maximè quando ab initio vitiosè, & mala fide
officium, vel dignitatem occuparunt, quasi nunc ob vitio-
sum, & iniquum ingressum, nec legitimam possidendi
causam habuerint, & faciliùs impediatur acquisitio, quàm
tollatur ius quæsitum.

Valdè tamen probabilis est altera opinio habens indi-
stinctè inhabilitatem à lege pro crimine impositam non
contrahi, neque officiorum obtentionem impedire, ne-
que restitutionis fructuum, vel prouentuum obligatio-
nem producere ante iudicis sententiam saltem criminis 92
declaratoriam, etiamsi *ipso iure* a lege inhabilitas sit appo-
sita, quia accessorium sequitur naturam sui principalis, &
ideò sicuti ante dictam sententiam potest officium, vel be-
nefi-

neficium iustè retineri ex prædictis, sequitur vt non an-
teà etiam debeatur fructuum restitutio, sed ab eo tempore
tantùm, quo res ipsa est restituenda, nempè post senten-
tiam, cùm aliàs videatur absurdum obligari priùs ad resti-
tutionem fructuum, quàm ipsius rei; hocque maximè
procedit vbi officiorum prouentus ob industriam, & la-
borem sunt constituti; nam tunc Iudices etiam inhabiles à
lege reputati, si aliàs vtiliter laborem suum in officio im-
pendunt, illos lucrantur, cùm & possessores malæ fidei
93 mercedem laboris in vtilitatem rei impensi percipiant, iute-
que deducant, per text. *in l. si à Domino 39. §. fin. & l. pla-
ne 41. ff. de petit. heredit. l. si stipulatus 4. ff. de vsuris l. 1. l.
ex diuerso 36. & l. fructus 45. ff. de rei vendic.* Rebuff. *in l.
plus est in restitutione 22. ff. de verb. signif. col. 4. super verb.
fructusque reddere*, faciunt tradita per Bonac. *de legibus
disp. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 2. num. 10.* Dian. *resol. moral.
part. 1. tract. 10. resol. 24. vers. & notandum*, Nauar. *de
dat. & promiss. pro iust. vel grat. num 44. & in Manual. cap.
17. num. 25.* Layman *Theol. moral. lib. 3. de iust. tract. 2.
cap. 3. num. 3.* & latè hanc partem tuetur Velasc. *d. Rub. 9.
annot. 12. §. 4. num. 18. & seqq. per tot.*

An autem clausula *ipso iure*, vel similes circa incursum
94 pœnarum appositæ contra recipientes munera in casibus
prohibitis restringantur ad casum ipsum, vel orationem,
cui sunt adiectæ, siue potiùs referantur ad omnes sequen-
tes, vel præcedentes, pulchra est, & non leuis disputatio,
in qua post relatas hinc indè rationes, & argumenta con-
cludit ipse Velasc. *d. Rub. 9. annot. 12. §. 5.* probabiliorem
esse opinionem negatiuam, nempè non extendi, nec repe-
titas intelligi, cùm in dispositione qualibet benignior, &
humanior interpretatio sit facienda, quæque minus gra-
uet, maximè verò in pœnalibus, exorbitantibus, & odio-
sis, in quibus pœnæ casum suum non excedunt, & quate-
nus dubium aliquod esset, requiri sententiam declarato-
riam, vt obligatio in conscientia ad pœnam vrgeat iuxta
superiùs dicta.

Et non solùm Iudices corrupti, sed etiam illos corrum-
95 pentes, vel corrumperé tentantes, proxenetæ, comites,
siue participes tenentur crimine, & pœnis repetundarum,
de quibus plenè Farinac. *quæst. 111.* Velasc. *d. Rub. 9. annot.
2. & annot. 13.* & alij per me relati *in sum. §. Iudex num. 25.*
ac peccant regulariter, vt dixi supra *vers. notandum est, &c.
num. 69.*

Si tamen corrumpens, vel corruptionis particeps, siue
conscius, vel proxeneta crimen reuelauerit, & probaue-
rit, pœnas euitabit, & præmium consequetur, & licèt non
96 probauerit non potest ipse ex sua confessione, in accusa-
tione emanata, de eadem corruptela condemnari, cùm
propter aliud, & ad alium finem emanauerit; sed benè de
calumnia posset puniri pœna talionis, & ad expensas, dam-
na, & interesse condemnari, si saltem sufficientia indicia
non subministrauerit, prout in alijs accusationibus, dum-
modò Iudex de corruptela reuelatus per proprium iura-
mentum se non purgauerit, aliàs posset puniri, ac si deli-
97 ctum esset probatum, vt colligitur ex text. *in Auth. nouo iu-
re C. de pœn. iud. mal. iud.* vbi glos. & DD. Velasc. *d. Rub.
9. annot. 13.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 95. vol. 4.* Farinac.
d. quæst. 111. num. 191. & *seqq. & num. 261. & seqq. ad 279.*
vbi de probatione corruptionis, & baratteriæ, de qua
etiam Mascard. *de probat. concl. 165. & 166.* Paul. Christin.
decis. Belgic. 107. num. 8. vol. 5. vbi quòd delicta Iudicum
extra officium commissa legitimis modis, prout aliorum
sunt probanda, quo verò ad scelera, vel furta in officio
patrata, standum est iuramento accusatoris cum semiple-
na probatione.

Possent tamen corrumpentes Iudicem, vel corrumpere
98 tentantes quandoque excusari, veluti si id egerint pro sa-
lute vitæ, vel sanguinis proprij, siue alterius amici inqui-
siti de crimine capitali, vel pro conseruatione proprij iuris,
vel pro se redimendo ab iniustis vexationibus, vel pro con-
sequenda iustitia, siue solicita expeditione, dummodò
semper constet de sinceritate donantis, aliàs præsumeretur
datum ad malum finem, de quo dixi etiam supra *vers. No-
tandum est, &c.* latè Farin. *quæst. 111. num. 98. & seqq. ad
124. & num. 288. & 319.*

Iudices autem pecunia corrupti, sicut & testes, si exin-
99 de sequatur mors innocentis, tamquam proditores, & as-
sassini non gaudent immunitate Ecclesiæ, Peregr. *de im-
munit. cap 7. num. 43.* Ital. *eod. tract. lib. 1. cap. 5. §. 4. & 5. num.
345. & seqq.* Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 1. resol. 19.*

Cessante tamen pecunia esset locus immunitati; vel
consulendus Papa, idem Dian. *part. 4. tract. 1. resol. 104.* 100
& refert Bonacin. *in Decal. disp. 3. quæst. 7. punct. 6. §. 3.*
absolutè tenentem vtroque casu locum esse immunitati,
cùm Iudices, & testes prædicti propriè, & physicè non
occidant, & hanc opinionem pro immunitate alijs etiam
citatis probat iterum idem Dian. *part. 6. tr. 1. resol.
26. quæst. 11.* Castr. Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct.
10. num. 8.*

Atque hæc de muneribus dicta sufficiant.

*De precibus, & quæ possint Iudices facere,
vel non pro amico.*

PRædictæ materiæ prohibitionis munerum, & corru-
ptionis iudicum valdè affinis est alia precum, & com-
mendationis causarum ab Aulicis, & Potentioribus deri-
uantium, in qua par, & quandoque fortior est ratio pro-
hibitionis, cùm rogare Ducum sit species violenta iuben-
di, & Iudices non solùm muneribus, sed & precibus, ac 101
pluribus alijs modis corrumpi possint, vt obseruat Farinac.
quæst. 111. num. 102. & 129. vbi quòd corrumpens Iudi-
cem non pecunia, sed precibus, aut alio modo, licèt tunc
non amittat causam, punitur tamen pœna centum aureo-
rum, quod confirmat Clar. *§. fin. quæst. 73. num. 2. in fine*,
idem Farinac. *d. quæst. 111. num. 361.* vbi quòd per sordes
dicitur iudicare Iudex quando mouetur, vel ex pretio, siue
premio, vel ex prece, seu gratia, vel ex odio, seu inimi-
citia, vel ex timore, Aluarez de Velasc. *tract. de iud. per-
fect. Rub. 12. annot. vnic. num. 5. &c.* & dixi ego *in sum. §.
causa num. 21.*

Quapropter iure communi sancitum est, quòd reci-
piens patrocinium Potentioris vel eius nomen prætendens
in lite, amittat causam, & in metallum damnetur: pa-
trocinium verò illicitum præstans puniatur arbitrio Recto-
ris Prouinciæ, vel si potentior consenserit suum nomen ex- 102
pendi, notetur infamia, vt patet *ex tit. C. ne liceat Potent.
patroc. in. litig. præst. & tit. sequenti de his, qui Potent. nom.
titul. præd. affig. vel eor. num. in lit. prætend.* vbi glos. & DD.
Paul. Christin. *decis. Belgic. 110. nu. 1. &c. vol. 2.* vbi etiam
quinam dicantur Potentes ad hunc effectum, Olea *de cess.
iur. tit. 2. quæst. 4. & 5. per tot.* Seraph. *decis. 825.* & latè
videndus Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de postu-
lando resol. 2. per tot.* vbi pluribus modis ampliat, &
declarat.

Hinc est, vt cessio iurium facta in Potentiorem regula-
riter sit nulla, Dueñ. *reg. 88. per tot.* Card. Tusch. *litt. C.
concl. 208. & litt. P concl. 461. 462. & 463.* Paul. Christin. 103
d. decis. 110. Trentacinq. *d. resol. 2.* Corbul. *de Emphyt.
tit. de priuat. ob alienat. ampliat. 12. num. 0. &c.* Salgad.
Labyrint. credit. part. 1. cap. 7. num. 94. & seqq. Olea *de
cess. iur. tit. 2. quæst. 4. & 5. per tot.* Rot. *part. 11. recent.
decis. 294. num. 7. & seqq.* & dixi *in sum. §. Cessio num. 23.*

Huc etiam pertinent quæ tradunt Doctores de vendito-
ribus fumi, qui scilicet prætextu amicitiæ, vel familiarita-
tis Principum, vel Iudicum, muneribus, vel promissio-
nibus receptis, aut etiam amore, vel gratia, euentum ne- 104
gotiorum, & causarum felicem petentibus, vel litiganti-
bus promittunt, illos decipiendo, falsò se quædam in eo-
rum fauorem dixisse, quædam responsa habuisse alia op-
portunè expectare, negocium adhuc pendere asserendo, &
alia huiusmodi fingendo ad fallendum miseros expectan-
tes, & sperantes, & sibi diuitias, & munera vsurpandum;
quod genus hominum improbissimum est, & magnis pœ-
nis afficiendum, prout olim seruatum referunt per text. *in
l. qui explicandi de accusat.* Menoch. *de arbitr. cas. 334.* Ca-
bal. *resol. crim. cas. 67.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib. 1. §.
13. cap 6.* & vtinam hodie non extaret huiusmodi pestis,
& genus latronum, atque furum in Ciuitatibus, & extra.

Florentiæ igitur iure merito, ac prudentissimè statutum
fuit per Decretum Supremi Magistratus sub die 10. Octo-
bris anno 1635. emanatum vigore motus proprij S C.S. de
quo in mea praxi §. *Causa num. 6.* nec causæ, vel lites pos- 105
sint ab aliquo recommendati, etiam pro simplici expeditio-
ne, nec per Iudices recipi, vel suscipi recommendationes,
vel preces Potentiorum, & Aulicorum (exceptis eleemo-
synarijs S. Bonauenturæ, vel alijs, quibus ex officio spe-
ctat procurare causarum expeditiones) sub pœna priuatio-
nis officiorum, & Indignationis S. C. S licèt hæc male fer-
antur, vt dixi *in sum. §. causa num. 21.* Pro cuius Decreti
intel-

intelligentia, & obligatione etiam in foro conscientiæ faciunt superius scripta in materia prohibitionis munerum, & notam per Nauarr. *de dat. & promiss. not.* 11. *num.* 35. *& seqq. not.* 12. *n.* 17. Pretij enim loco succedunt preces (eò magis efficaces, perniciosæ, & damnabiles, si proueniant à fœminis, lenonibus, & similibus apud iudices eiusdem farinæ) vt in terminis simoniæ quando saltem pro indigno sit postulatio, aduertit *glos. in cap. tuam* 10. *de ætat. & qualit.* & pulchrè in terminis nostris Aluarez de Velasc. *de iud. perfect. Rub.* 12. *annot. vnic. per tot.*

Debent enim Iudices esse inexorabiles, erecti, & ardui,
106 vt se similes legibus, quæ surdæ, & inexorabiles dicuntur, præstent, ac animum constantem ad iustitiam, prout ipsa constans est, & oculis subclausis præseferant, sic vtili necessariæque legum seueritati deseruientes fallaces nocentium, & intercedentium preces animosè contemnentes, prudenter despicientes, non se illi flectentes, nec fletui cedentes; nam opus esse Medico austero, validisque remedijs, proindè non eligendos, qui iucundissimi essent, populoque blandientes, sed inexorabiles clamabat M. Cato, de quo à pluribus laudatur, prout commendantur Principes, alijque Potentes, & eorum familiares, qui epistolas commendatitias ad iudices dirigendas, solummodò etiam *vt iustitiam faciant*, denegant; cùm iudices non fauori, amori, aut precibus, sed meritis causarum attenti, secundùm illa iudicare debeant, & nullum eis sit concessum arbitrium, etiam in arbitrarijs, quod iuris præfinitionibus, & causarum accidentibus non sit alligatum, nihilque ex arbitrio suo (nisi lex deficiat) facere possint, sed iuxta leges, & in iudicando magis custodia veritatis, quàm obedientia voluntatis cordi sit habenda, vt benè omnia comprobat idem Velasc. *d. Rub.* 12. *annot. vnic. per tot.* vbi etiam quòd sententia à iudicibus pretio corruptis lata est ipso iure nulla, precibus verò rescindenda, ad Farinac. *quæst.* 112. *num.* 197. *&* 206.

Quamuis autem valdè periculosum sit preces pro litigantibus interponere, & iudicibus illas recipere, & exequi, maximè in ciuilibus; tamen ne prorsus inhumanus videar (loquendo etiam cum Velasc. *d. tract. de iud. perfect. Rub.* 11. *annot.* 2. aliàs in hac materia rigidè, quia omnes
107 iudices, & ministros perfectos, & sanctos desiderat) honestas funditus preces intraque ipsius iustitiæ limites damnare non intendo, præcipuè in materijs arbitrarijs criminalibus, nam licèt sicuti odio pœnas exasperare, & augere non est permissum, ita nec propter amicitiam illas temperare, quia amicus neque noxio gratificari debet, neque innocenti insidiari: negari tamen non potest in arbitrarijs posse iudices iuxta rationabilem animi motum pœnas moderare, & amicis gratificari, amicosque in id licitè interponere preces iuxta honestum rogandi modum, nempè quæ salua fide facere possint, & intra latitudinem, ac limites iustitiæ; dummodò amicitia consistat in meritis, & virtutibus, non in lenocinijs, & vitijs. Non ad personas tantùm, sed ad causas respiciant (etsi quandoque dissimilis personarum conditio dissimilitudinem pœnarum requirat, ita vt tunc æqualitas summa esset inæqualitas, siuè iniquitas, & nihil tam inæquale, quàm æqualitas ipsa, ac inæqualitas æqualitatis genus sit, eiusque teneat vices; at non pro voluntate, sed pro iure, proque ratione, quæ discrimen priuato non tribuit amori, vel gratiæ, sed causæ) & dummodò reus gratificandus non sit solitus delinquere & non agatur de atroci delicto, non detur moralis exinde multiplicationi delictorum occasio, non redundet in præiudicium partis læsæ, non recedant à solito, seu quantò minus fieri potest; sint de maioribus iudicibus ordinariam iurisdictionem habentibus, & non de pedaneis: Id agant ante sententiam, vel in ipsa sententia, & pœna non sit specificè à lege præfinita, quia tunc gratificationi locus non esset, nisi legitima existente causa; his enim,
108 vel huiusmodi circumstantijs concurrentibus, posse iudices pœnas minuere, sicque amicis gratificari, amicosque cum eis licitè suas preces interponere colligitur, ex text. *in cap.* 3. *de off. Legat. in cap. Clerico* 37. *dist.* 50. *in cap. miror.* 8. *in ord.* 17. *quæst.* 4. *in cap. veniamus* 5. *in ord.* 35. *quæst.* 9. in quibus locis fuerunt remissæ, vel moderatæ pœnæ, non modò propter amicitiam, & dilectionem delinquentium cum iudicibus, sed & cum alijs, qui pro delinquentibus intercesserunt, & probat Tiraq. *de pœn. temper. caus.* 16. *&* 17. Farinac. *quæst.* 17. Salas *de legibus quæst.* 96. *tract.* 14. *disp.* 15. *sect.* 8. Suar. *eod. tract. lib.* 5. *cap.* 11. *& de relig. tom.* 4. *lib.* 9. *cap.* 9. *num.* 10. *&c.* Bonac. *circa* 8. *decal. præcep. disp.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 7. *num.* 2. nec desunt exempla sanctorum Ambrosij, Augustini, Antonij, & aliorum, qui sæpè pro delinquentibus apud iudices intercesserunt, relata per Salas, & Suarez *loc. cit.* & alia per Velasc. *d. Rub.* 11. *annot.* 2. *num.* 2. *num.* 19. *& num.* 30. quod certè sancti Viri non fecissent, si iudices temperare rigorem ad eorum intercessiones non potuissent.

Sic itaque Rector, vel Iudex, (vt optimè aduertit cum alijs Velasc. *loc. cit. sub num.* 19.)

Perdurus iniquas
Accipere preces: Rursus quæ digna petitur
Largitor facilis.
Iniustaque numquam
Largiri focijs.

Præterea possunt, ac debent iudices in criminalibus se-
109 qui opiniones probabiles in fauorem reorum, relictis etiam probabilioribus in fauorem fisci, vel accusatoris, Castr. Palaus *tom.* 1. *disput.* 2. *punct.* 11. *num.* 4. Dian. *resol. moral. part.* 3. *resol.* 13. & alij relati per Velasc. *d. tract. Rub.* 14. *annot.* 7. *num.* 20. & ita hoc modò etiam amicis gratificari saltem apparenter.

Ac iudices etiam iniustè pœnas debitas non imponentes, vel mitiores, aut rigidiores quàm lex præfiniat infligentes, licèt malè agant, obligenturque ad damna parti-
110 bus, vel Reipublicæ ob iniustam, vel omissam sententiam causata, non tenentur ad restitutionem pœnarum fisco, vel etiam partibus applicandarum, quia istæ non debentur in foro conscientiæ ante iudicis sententiam, maximè quoad pœnas corporales, quamuis & idem esse quoad pecuniarias verius, ac receptius existimem, licèt multum laborent Doctores in explicatione huiusmodi damnorum, & sibi inuicem contrarientur; quando tamen rigidior pœna imponitur non est pœna, sed iniuria, ac ideo obligantur ad restitutionem excessus, nisi ex circumstantijs, aut criminum immanitate, ob quam licitum sit intra transgredi, excusentur, ad tradita per Salas *de legibus quæst.* 96. *tract.* 14. *disp.* 15. *sect.* 7. *num.* 98. *& seqq. & sect.* 8. *num.* 106. Farinac. *quæst.* 17. *num.* 7. *& seqq.* Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 13. *dubit.* 10. *num.* 73. Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 10. *resol.* 23. *& part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 52. *& tract.* 6. *resol.* 35. P. Stephan. de Neapol. *de precip. iur. & iust. par. lib.* 1. *de restit. cap.* 2. *num.* 37. Azor. *Instit. moral. part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 17. *& lib.* 13. *cap.* 23. *dub.* 4. latè Aluarez. de Velasc. *de iud. perfect. Rub.* 11. *annot.* 3. *per tot.* dixi in *sum. §. Iudex num.* 19.

In ciuilibus verò causis magis periculosum est munera, vel preces cum iudicibus interponere, illisque recipere,
111 quia quidquid nonnulli teneant, & sic probabilis opinio, posse iudices in iudicando, vbi adest varietas opinionum, in gratiam amici, probabilem sequi, omissa etiam probabiliori, & cessante scandalo modò iuxta vnam, modò iuxta aliam opinionem pro amico iudicare, dummodò vtraque sit probabilis, licèt contraria relicta esset probabilior, etsi adesset scandalum peccare quidem, sed non teneri ad restitutionem: imò solo iure naturæ spectato non peccare contra iustitiam, nec ad restitutionem teneri, si pecuniam accipiant pro ferenda sententia, vt supra, quòd tamen de iure positiuo obligante etiam in conscientia est omninò proibitum, prout hæc omnia (laxatis forsan nimis habenis) docent Less. *de iust. et iur. lib.* 2. *cap.* 14. *dub.* 9. *num.* 64. Dian. *resol. moral. part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 55. *& part.* 2. *tract.* 13. *resol.* 3. alijque relati per Velasc. *d. tract. Rub.* 14. *annot.* 7. *num.* 10. *et seqq. et annot.* 8. *num.* 1. *et seqq.* vbi etiam adducit multa iura, quæ penè innumerabilia esse dicit suadentia in dubijs gratificationi locum esse, & notaui *in sum. §. Iudex num.* 23.

Contrarium omninò verius, probabilius, & receptius
112 est, liberum non esse iudicibus in opinionum varietate intuitu amicitiæ illam eligere, quæ amico faueat, eique gratificari, & tantò magis detestandum si mediante pecunia id agerent, quia in iudicijs non debet esse personarum acceptio, sed tenentur iudices vnicuique ius suum reddere secundùm merita causarum, ac lites dirimere, prout melius, magisque rationi consentaneum videtur, proque cuiusque potiori iure, & dignitate; at ille, cui opinio probabilior existimata fauet, censetur eo ipso sententia fauorabili dignior, cui si præferatur alter, erit contra ipsius dignioris ius, & committetur acceptio personarum contra iustitiam distributiuam; nisi minus probabilis opinio existima-

stimata, esset magis in praxi recepta, quia tunc secundùm eam licèt minus probabilem existimatam, vel visam esset iudicandum, cùm praxis sit vera legum interpres, pro le-
113 ge stet, legemque superet, ac ius consequenter potentius tribuat, imò iniquè ageret qui contra praxim iudicaret (intelligendo de praxi vniuersaliter recepta, & à viris doctis, ac Deum timentibus obseruata, non de abusibus) debent namque iudices medium, in quo virtus consistit tenere, & amore iustitiæ omninò iudicare, non priuato aliquo affectu in alteram partem inclinare; numquam enim, aut rarissimè ita dubietas contingere potest, vt æqualis per omnia sit, nec ita pendulus iudicantis animus, vt in alteram partem ex rationibus, & iuribus illam fauentibus non inclinet, pro eaque potiùs iudicandum putet, & sic quod iustius sibi videbitur, non quod amicitia expostulat bonus, perfectusque iudex facere debet, nec aliam à Principe, vel Republica facultatem habet; in dubijs verò, parique iure litigantium à legibus statutum est
114 reo potiùs, quàm actori fauendum, possessori, doti, libertati, Ecclesiæ, causæ piæ, aut miserabilibus, & similibus causis à iure priuilegiatis, & expressis, inter quas non est amicitia, & præter illas nemini licet gratificari, etiamsi datum esset arbitrium quamtumnis amplum, nam nec datum videtur, nec dari potest, vt vni detrahat, & alteri tribuat, ob quas, & alias rationes posteriorem hanc sententiam tenent Bald. *cons.* 420. *num.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 445. *num.* 2. *lib.* 5. Menoch. *de arbitr. quæst.* 48. *lib.* 1. *& lib.* 2. *cas.* 339. *num.* 22. *& seqq. de recuper. poss. remed.* 3. *num.* 776. *& seqq. & præsump. lib.* 2. *præsump.* 71. *num.* 38. Scacc. *de sent. & re iud. glos.* 14. *quæst.* 23. *num.* 10. Thesaur. *in præfat. ad decis. Pedemon. num.* 32. *decis.* 89. *num.* 3. *& decis.* 96. *num.* 16. Roland. *cons.* 70. *num.* 12. *&c. vol.* 1. Fontanel. *decis.* 90. *num.* 15. Hieron. Leo. *decis. Valent.* 25. *num.* 4. *&* 5. Layman *Theol. moral. lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 3. *num.* 16. Trulench. *oper. moral. lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 4. Card. de Lugo *de iust. & iur. part.* 2. *disp.* 37. *sect.* 10. *num.* 116. & alij plurimi, quos refert, & longa manu contrarijs satisfaciendo sequitur Aluarez de Velasc. *de iud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 7. *num.* 18. *& seqq. & annot.* 8. *num.* 11. *& seqq. per tot.* vbi tamen *num.* 23. *& seqq.* fatetur com-
115 munem Theologorum, & Iuristarum sententiam esse in opinionum conflictu, æqualique per omnia iure, & causa liberum esse iudici quam sequi velit, gratiamque facere amico (pecunia tamen, vel alio præmio non interueniente) sed rarissimè hanc æqualitatem dari; illa autem data, & permissa electione opinionis, carnalem abesse debere affectum, non ad personam, sed ad Deum, & conscientiam habendum respectum, ne affectus huiusmodi offundat caliginem intellectui; & admissa etiam illa pro communiori opinione, plus securitatis, & perfectionis, quàm ipse insequitur, istam continere; dato enim loco affectibus carnalibus, gratiæ, vel amori, maximè periclitatur iustitia, quia faciunt cæcutire, humanos sensus hebetant, & opiniones peruertunt, iuxta illud Aristotelicum *lib.* 1. *Rethor. Amor, odium, & proprium commodum faciunt sæpè iudices cognoscere verum*; vulgare autem dictum *in dubio pro Amico*, vertendum *imò pro diabolo*, asserit ex Thesaur. *decis.* 89. *num.* 3. *ad finem*, vbi etiam Additio notat non dari casum pro amico, sed inuocandum nomen Domini, & sanctum brachium eius, & non dubitandum, iudicium rectum proferendum, abscondit enim plerumque Dominus veritatem sapientibus, & reuelat paruulis, & dicit ipse Saluator, *Nolite secundum faciem iudicare, sed rectum iudicium iudicate*; ergo non pro amico, sed pro iustitia semper est iudicandum, Io. Petr. Ala. *tract. de Aduoc. & Causid.* Christian. *part.* 2. *quæst.* 72. & alijs probantibus nihil commune amorem, & amicitiam habere cum iustitia, quæ non nouit Patrem, neque Matrem, amicos, nec inimicos, sed se ipsam solam.

Non negat etiam ipse Velasc. *loc. cit. annot.* 2. *num.* 29. *& seqq.* aliquid tribuendum amicitiæ, sed vel in se pru-
116 denter excusando, (& non ambitiosè contra amicos iniustè iudicando, vt praui iudices quandoque faciunt, ne ex affectu iudicasse videantur) vel in desiderando veram, & iustam amicorum causam, vel in diligenter eorum iustitiam inuestigando (dummodò nil turpe aliud adsit) vel in gratiosiùs audiendo, & non fastidiosè fastidiosam etiam narrationem sufferendo, vel aliquam dilationem non alteri grauem, vtrique communem, & proficiam concedendo, vel proprijs commodis cedendo, audiendo diebus festiuis, vel feriatis, dummodò in reliquis concernentibus commoda partium æqualitatem seruent, & quod præcipuum est in sententiando meminerint se Deum adhibere testem; in præparatorijs enim ad sententiam aliquod tribuitur iudicibus arbitrium, quo amicis gratificari valeant absque læsione partis, veluti in expectando absentes, & similibus, in quibus salua, illæsaque principalis causæ iustitia, aliqualis gratiæ iudicibus facultatem iura concedunt, vt constat *ex l.* 1. *C. quomodo, & quand. iud. l. non quidquid* 40. *ff. de iud. cap. consuluit* 24. *de off. & potest. iud. deleg. vbi glos.* & huiusmodi relatis per Velasc. *d. annot.* 8. *num.* 20. *&* 30. vbi in his etiam optat iudices æqua lance omnes metiri, licèt arbitrium illis datum non neget, sed non tam amicos, quàm Deum præ oculis habere prætextuque iuris, gratiæ, & arbitrij non nimis laxare habenas hortatur.

Minusque possunt iudices arbitrio suo gratificari amicis
in tempore, expediendo priùs illorum causas posthabitis 117
alijs primò introductis, sed debent ordinem seruare, incumbendo priùs antiquioribus ad se delatis, aliàs grauiter peccant, & obligantur ad damna, intelligendo parte instante, nam si pars non petat expeditionem, vel alia subsit rationabilis causa aliquando recentiores præponendi, excusantur Michael. Salon. *ad S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 63. *art.* 4. *contr.* 1. *concl.* 1. *&* 2. *vers. ex his sequitur*, Io. Petr. Ala *d. tract. part.* 2. *quæst.* 71. Layman *Theol. moral. lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 4. *cap.* 4. *num.* 9. Dian. *resol. moral. part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 45. Velasc. *d. Rub.* 14. *annot.* 8. *num.* 31. vbi grauiter increpat eos, qui cum aliorum detrimento gratiosi apparere volunt, nihil posse iudicantes decepti, nisi omnia possint, cùm nihil verè possimus, nisi quod licitè possumus, & laudat alios, qui potuerunt transgredi, & non sunt transgressi, facere mala, & non fecerunt cùm stabilita sint bona illorum in Domino.

Debent igitur Iudices, dum volunt fauere amicis in varietate opinionum, omnem à se priùs (si possunt cum
quieta conscientia) exuere, ac repellere dubitationem, 118
firmiterque credere illis ius esse, vel saltem pro eis iudicandum iuxta acta, & probata, licèt ipsis iudicibus vti priuatis aliter constaret, aliàs si operarentur cum dubio,
exponerent se periculo lædendi alterum, ac per consequens 119
mortaliter peccandi, quod non licèt, quia omne, quod non est ex fide peccatum est ex sententia D. Pauli ad Roman. *cap.* 14. & quia etiam conscientia erronea, siue speculatiuè, siue practicè, & magis practicè ligat, vel ad illam rationabiliter deponendam, si vincibilis sit ignorantia, vel ad faciendum id quod ipsa suadet, si ignorantia sit inuincibilis, aliàs operando contra conscientiam (licèt erroneam) dictantem siuè verè; siuè falsè aliquid esse malum, voluntas illud amplectens vult, quantum in se est, malum, ac proindè legem naturalem dictantem omne malum esse vitandum, transgreditur, & peccat, quando actio, vel omissio est libera, & ea specie, ac quantitate malitiæ, & culpæ, quam ipsa errans conscien-
tia dictat. Ergo dum iudices dubitant non debent, nec 120
possunt pro amicis iudicare, nisi priùs dubitationem vt suprà expellant, aliàs potiùs à iudicando abstineant, vt eruditè probat Menoch. *de arbitr. cas.* 339. *num.* 22. *& seqq. ad* 35. auctoritate Nauar. *in cap. si quis autem nu.* 130. *de pœnit. distinct.* 7. D. Thom. 1. 2. *quæst.* 13. *art.* 5. *&* 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 9. *& quæst.* 67. *art.* 3. & aliorum, quibus addo Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *vers. non obstant*, Scacc. *de sent. & re iud. glos.* 14. *quæst.* 8. *num.* 7. 8. *&* 42. Azor. *Instit. moral. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 8. *& cap.* 17. *quæst.* 7. *&* 8. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 2. *& seqq. & in præcep. Decal. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. *& seqq. & cap.* 11. *num.* 1. *& seqq.* Layman. *Theol. moral. lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 3. *&* 4. Dian. *resol. moral. part.* 4. *tract.* 3. *per tot. & part.* 9. *tract.* 8. *resol.* 47. 48. *&* 49. ac eruditissimum Aluarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 14. *annot.* 3. *per tot.* vbi an iudices secundùm
allegata, & probata, vel secundùm scientiam, & verita- 121
tem, quàm priuatim nouerint, iudicare possint, vel debeant, & concludit secundùm allegata, & probata cum aliquibus declarationibus, de quibus per eum, *& d. Rub.* 14. *annot.* 6. vbi ex communi Theologorum, & Iuristarum sententia docet Iudices debere omninò secundùm propriam, firmam, & securam conscientiam iudicare, dubiam quatenus haberent deponentes, aliàs iniquè agere, & peccare.

Est enim conscientia (ad hoc propositum) iudicium, siue

siue dictamen rationis, quo aliquid bonum, aut malum
122 esse monemur; vel animi quædam ratio, vis, & lex, à
qua, & rectè factis, & de malè gestis admonemur; vel
quædam rectæ rationis scintilla, bonorum, malorumque
operum index, & iudex; vel cognitio intellectus, animæ
pædagogus, & rector, vt eam de melioribus moneat,
vel de culpis arguat; vel est sensus animæ cognoscentis
bonum, vel malum; & ista quandoque firma est ex scientia,
quæ dicit cognitionem certam, saltem moraliter, ita
vt non sit prudentis dubitare; quandoque errat, & erronea
dicitur, veluti quando dictat bonum esse quod est malum,
vel è contra; quandoque dubitat, & dubia appellatur,
veluti quando in æquilibrio intellectus pendet; quandoque
scrupulis angitur, & scrupulosa nuncupatur; quandoque
habet varias opiniones, & opinabilis nominatur,
vt quando præstat assensum vni parti, non tamen firmum,
& certum, sed cum alterius formidine, de quibus Aluarez
d. Rub. 14. *annot.* 6. & alij supracitati hanc materiam optimè
elucidantes.

Licèt autem vt dixi iudices, & alij non possint operari
contra id, quod propria conscientia dictat, nec cum dubio,
saltem practicè, quia vt voluntas honestè operetur,
123 oportet intellectum non esse practicè dubium, sed determinatè
iudicare hic, & nunc licere hanc operationem,
aliàs dubitans practicè, si aliquid operetur peccat; speculatiuè
verò tantum dubitans, potest licitè quandoque operari,
si habeat oppositam cognitionem practicam, qua
mediante propter aliquam concurrentem circumstantiam
existimet sibi licere hanc operationem. Possunt tamen
124 operari cum scrupulo sine labe peccati, & sic cum conscientia
scrupulosa, an aliquid sit peccatum, vel non, quamuis
scrupulus non deponatur, sed maneat in mente, intelligendo
de vero scrupolo, qui quantumcumque vrgeat,
non tollit liberum assensum contrariæ parti, secùs autem
in eo, qui determinatum alterius partis tollit assensum,
cùm tunc non sit propriè scrupulus, sed dubium verum
deponendum, vt suprà, ad licitè operandum; est enim
scrupulus assensus ex leuibus coniecturis, vel apparentia
aliqua contra id, quod aliquis credit, opinatur, vel dubitat,
vel formido ita tenuis, vt sit contra eam agendum,
quia procedit ex ignauia, & pauore; dubium verò est
quando intellectus in æquilibrio pendet in neutram partem
125 potiùs inclinans, licèt alij etiam teneant scrupulum
esse deponendum ad licitè operandum, intelligendo non
de vera explosione ita vt scrupulus non sentiatur, nec
perseueret, cùm id quandoque non sit in nostra potestate,
sed ita, vt illi non præstetur consensus per determinatum
iudicium illius partis, in quam vexat, formando assensum
dictantem eam partem non licere, ac ob id optimum
esse consilium pro vincendis scrupulis frequenter contra
126 illos operari, eosque contemnere, aliàs scrupulosos numquam
pacem habituros, & alia vide per Layman *Theol. moral. lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. *&* 6. Sanchez *in præcept. Decal. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 79. *& seqq. & de Matrimon. lib.* 2.
disp. 41. Aluarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 14. *annot.* 6. *num.*
12. *& seqq.*

Possunt etiam iudices iuxta communiorem, & veriorem
Theologorum sententiam aliorum opinioni etiam
minus tutæ, quam tamen probabilem reputant, adhærere
contra propriam opinionem, quam tutiorem, & sibi
127 probabiliorem esse persuadent (& hæc est, vt puto, quam
conscientiam opinantem, vel opinabilem, & probabilem
dicunt) quia licèt tutior sit pars eligenda, tenendum
certum incerto relicto, & non agendum contra propriam
conscientiam vt diximus, & arguunt qui negatiuam partem
sustinent, tamen probabilior est affirmatiua, quia
operantes iuxta opinionem, quam probabilem existimant,
temerariè, aut imprudenter non agunt, & sicut in speculatiuis
opinio probabilis est sine errore, & periculo, ita
magis in moralibus, in quibus cùm omnimoda de rebus
certitudo haberi nequeat, ad eam minimè Deus obligat,
sed ad operandum cum morali certitudine, quæ in opinione
probabili adest, aliàs intollerabile esset onus, & multis
periculis expositum, si opiniones probabiliores essent de
necessitate inuestigandæ. Rationes verò, & auctoritates
contrariæ procederent in vero dubio, in quo tutior pars
est eligenda ad vitandum peccati periculum, secus in opinionibus,
in quibus minus probabilem sequentes, contra
conscientiam non agunt, dummodò certò apud se statuant
id sibi licere: alias contra propriam conscientiam aliorum
opinioni adhærentes id sibi non licere existimantes, peccarent
iuxta superiùs dicta. Firmato autem dicto proposito
sibi licere, procedit assertio, etiam propria opinione,
tamquam probabiliore retenta, nec ob id dantur duo assensus
contrarij, cùm intellectus non affirmet vtramque
partem esse certam, sed solùm vtramque esse probabilem,
nempè neutram partem ita certam esse, quin vtraque probabiliter
sustentari valeat, & sic cessat contradictio, Azor.
Instit. moral. part. 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæst.* 7. Sanchez *in præcept. Decal. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 13. *& seqq.* Layman *Theol. moral. lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 2. *num.* 7. Dian. *resolut. moral. part.* 2. *tract.* 13. *resol.* 1. August. Barbos. *in collect. ad cap. Capellanos* 4. *de fer. num.* 6. Aluarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 14. *annot.* 7. *num.* 1. *& seqq. ad* 6. vbi concludit idem
esse in Confessarijs, & Aduocatis: cum aliquo tamen discrimine
circa Aduocatos, vt ego dixi *in sum.* §. *Aduocatos num.* *&* §. *Index num.* 18. *in fine*, vbi quòd verum
est si probabilitas sit circa ius, & non circa factum, quia
circa factum tenentur sequi quod est probabilius, in iure
autem possunt ex duabus opinionibus probabilibus, quam
maluerint eligere pro amico, & modò vnam, modò aliam
sequi cessante scandalo ad Dian. *d. part.* 2. *tract.* 13. *resol.*
3. *part.* 3. *in addit. resol.* 13. *& part.* 11. *tract.* 2. *resol.* 60.
quod ego intelligo iuxta superius notata.

Oportet igitur iudices habere patientiam, & scire, quòd
non possunt amicis carnalibus, & vitiosis complacere, si 128
volunt officium suum rectè exercere, sed iuxta semitas
veritatis, ac iustitiæ iudicare debent, vt sibi ad gloriam,
& non ad gehennam ædificent; Amicis verò, ex meritis,
& virtute aliquatenus iuxta superiùs dicta gratificari, cùm
id sibi merita poscant, & illis ius concedat, *l. non omnis*,
ff. de re milit. Tiraq. *de pœn. tempor. caus.* 16. *nu.* 5. *& caus.*
49. *&* 51. Velasc. *d. tract. Rub.* 11. *annot.* 2. *num.* 16.

Quamuis enim amicitia, & pax, quantum fieri potest
cùm omnibus sit habenda iuxtà monitum Apostoli ad Ro- 129
manos 12. *& in* 11. *quæst.* 3. *&* 3. *quæst.* 6. debet intelligi
cum bonis, non cum impijs, & peccatoribus, cum quibus
non est pax, vel amicitia à viris iustis, & præcipuè iudicibus
habenda; sed cum illorum vitijs, quibus etiam
Deus irascitur, semper est pugnandum, ne simul in peccatis
eorum pereant; & vitandi sunt isti, cum quibus ex
pace, vel amicitia Deus, aut veritas, vel iustitia offenditur,
quia pessima pax, vel amicitia est rebellare Deo,
veritati, & iustitiæ, talisque dilectio terrena, animalis,
& diabolica est nocens dilecto, & diligenti, non meretur
nomen amoris, nec amicitiæ, & experientia sæpè docet,
cùm propter huiusmodi amicos carnales Deus contemnatur,
aut veritas offendatur, aut iustitia conculcetur, vel
negligatur, eos etiam posteà iusto Dei iuditio inimicos,
& persecutores effici, vel magna ab illis tolerari, cùm
amicitia vera non in vitijs, sed in virtutibus consistat, &
ideò quæ cum bonis est virtus, cum malis, & improbis 130
est fraus, dolus, atque conspiratio, Luc. de Penn. *in l. vn.*
C. de pub. læt. lib. 12. *num.* 11. *& seqq.* Guaz. *de pace*, *&*
treg. part. 1. *quæst.* 23. *num.* 12. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 43.
num. 174. & dixi *in sum.* §. *Amicitia num.* 5. *&* §. *Amor*
num. 6. vbi quòd Amor sensualis non meretur nomen
amoris, sed potius cupiditatis, siue concupiscentiæ, vel
proprios odij sui ipsius, & incendij, ex quo præter alia
innumerabilia mala sequitur vltimum terribilium damnatio
æterna; nec ideò debet confundi cum vero amore, qui
est caritas, quæ omnia potest, omnia vincit, omnia superat,
& ad æternam gloriam perducit.

Et ideò licèt dubitent Philosophi, an melius sit vnum,
vel plures amicos habere, & multis rationibus concludant 131
(loquendo de amicitia humana) satius esse vnum tantùm,
vel ad summum duos, siue tres amicos, & non plures habere;
nam qui multis vult esse amicus, nemini est verus
amicus, & Pytagoras laudatus a Plutarco *lib. de multitud. amic.* dixit ne multis manum inijcias, idest ne multos tibi
facias amicos, Aristotel 9. *moral. Nicomac. c.* 10. vnum
tantummodò habere vtilius docet, licèt duos, vel ad summum
tres concedat, & verè melius sit esse vnius amicus,
& nullius inimicus; quamuis in amicitia supernaturali
quò plures sunt, eò meliores, & sibi inuicem vtiliores
existant, vt probat Fr. Lucas de Montesorti *in sua Domo sapientia tom.* 2. *colum pr. num.* 306 *fol. mih* 277. hoc indubitatum
est cum malis, & peruersis, nullam vnquam esse
amicitiam admittendam, quæ nec amicitiæ nomen meretur,
sed doli, & fraudis.

Hinc

Hinc est, quòd quamuis amicitia aliorum media susurratione dissoluere, regulariter sit peccatum mortale cum obligatione restituendi; tamen secus est vbi susurratio fieret ad bonum finem pro dissoluenda amicitia turpi, noxia, vel non honesta, licèt aliàs vtilis esset ei, qui illam habet, vt docet P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib. 1. cap. 13. num. 7. & 8. & dixi in sum. §. Amicitia num. 2.*

Atque ad propositum non omittam etiam referre verba Innocentij Tertij Pontificis Maximi, de contemptu Mun-
133 di, seu de miseria conditionis humanæ *lib. 2. cap. 4.* ita exclamantis, *Væ vobis, qui corrupti preces, vel pretio, qui fracti amore, vel odio dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem, mortificantes animas, quæ non moriuntur, & viuificantes animas, quæ non viuunt; Vos enim non attenditis merita causarum, sed merita personarum, non quod ratio dictet, sed quod voluntas affectet, non quod lex sentiat, sed quod mens cupiat; non inclinatis animum ad iustitiam, sed iustitiam inclinatis ad animum; non vt quod liceat hoc libeat, sed vt liceat hoc quod libet: numquam in vobis ita simplex est oculus, vt totum corpus sit lucidum, sed aliquid semper admiscetis fermenti, quo totam massam corrumpitis, &c.*

Quos hæc, & alia prædicta tangunt videant ipsi; sciant alij, & lætentur, quòd Iudices, & Aduocati benè vtentes
134 legibus, ac muneri respondentes meliorem vitam agunt, quàm Religiosi, vt notat Ias. *in Rub. ff. de iust. & iur. num. 8.* Guaz. *deff. in præfat. num. 2. & seqq.* Borgn. *decis. 33. num. 21.* Scacc. *de sent. & re iud. cap. 1. glos. 4. quæst. 1. num. 34. & seqq.* Paul. Christin. *ad leg. municip.* Mechlin. *tit. 1. art. 2. num. 2.* vbi etiam quid è contra, & quod in correctione malorum Deus placatur, & minister Domini est qui malos percutit, *c. si quos igitur 32. quæst. 4. & quæst. 5. c. qui malos*, Aluarez. de Velasc. *de iud. perfect. rub. 15. annot. fin.* vbi plura de præmijs, meritisque bonorum iudicum, & de pœnis malorum dixi latiùs *in Compend. de qualit. iud. perfect. vers. vigesimo, & vltimo*, Marta *de success. legal. part. 4. quæst. 18. art. 4. num. 48.* vbi refert plures Aduocatos in numero Sanctorum redactos. Nec à difficultatibus deterreantur, siue mœrore boni iudices afficiantur, quia iustitiæ Domini rectæ lætificantes corda, præceptum Domini lucidum illuminans oculos, & timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi, ac inter beatos re- 135
putantur qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, & qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum Cœlorum; hæc enim desiderabilia sunt super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel, & fauum, ac ideò à seruis Domini custodienda, quoniam in custodiendis illis retributio multa, & gaudium illorum erit plenum in Cœlo.

Reliqua ad materiam conducentia vide in sequenti compendio de qualitatibus iudicis perfecti per totum.

Finis Discursus de prohibitione munerum, & precum.

COMPENDIVM

De qualitatibus Iudicis perfecti ex non minus eleganti, quàm obstruso tractatu D. Gabriel. Aluarez. de Velasc. *de iud. perfect. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *IVdex tamquam iustitia animata debet in se omnes habere virtutes.*
2 *Debet esse castus, & pudicus.*
3 *Luxuria quot mala producat, & an puniatur in Iudice, & num. 4.*
5 *Iudex debet esse perquisitus, & rogatus, non ambiens, & nn. seqq.*
6 *Virtus an latere possit.*
7 *Offitia non debent vendi.*
8 *Iudex debet esse taciturnus, & secretus, & quare.*
9 *Modestus habitu, & cultu.*
10 *Compositus in incessu.*
11 *Solitarius, & quare.*
12 *Formidabilis delinquentibus, & bonis mansuetus.*
13 *Impossibile est omnibus placere.*
14 *Fama à quibus quærenda.*
15 *Iudex sit oculatus argus in se, & in alios.*
16 *Humilis, & non superbus.*
17 *Humilitatis laudes, & superbiæ damna.*
18 *Humilitas quòd sit iuncta cum generositate.*
19 *Iudex debet reuerendam tristitiam præseferre.*
20 *Tristitia vera quid sit, & quot mala producat.*
21 *Iudex debet grauitatem sine fastu seruare.*
22 *Sanctus esse debet, quomodo, & quid sit Sanctitas, & nn. seqq.*
23 *Sanctitas cur in Iudice necessaria.*
24 *Non est tamen de necessitate iudicij, sed perfectionis, & decentiæ.*
25 *Iudex licet criminosus potest alios condemnare sine nouo peccato, & debet.*
26 *Iudex debet esse seuerus cum moderamine.*
27 *Incorruptus, mundisque manibus, & quare.*
28 *Inadulabilis, & seipsum cognoscens, & quare.*
29 *Immisericors contra improbos foris, sed intus caritate plenus, & nn. seqq.*
30 *Misericors salua iustitia, & legum seueritate.*
31 *Aequitas quando rigori præferenda, vel non.*
32 *Iudex dissimulans delicta quas pœnas incurrat, et nn. seqq.*
34 *Quando possit pœnas temperare.*
35 *Pœnas dolenter imponat ex necessitate, et affectu iustitiæ.*
36 *Quando peccet, non puniendo reos, vel ex odio, vel alio affectu, et num. 37.*
38 *Magna pietas delinquentes punire, ne vlterius peccent, et num. 39.*
40 *Iustitia vera iuxta leges, & fræno temperantiæ moderata.*
41 *Iudex an in gratiam amicorum possit aliquid facere.*
42 *Debet esse inexorabilis, erectus, & arduus.*
43 *Vi, & maiestate potens, vt alios defendat.*
44 *Fortitudo necessaria in iudice, & quare, & num. 45.*
46 *Iudex repellat omnem humanum timorem, & pugnet pro iustitia.*
47 *Timeat cum à iustitia cadit propter homines, & nu. 48.*
49 *Naturalis est timor hominum, sed nimius damnatur.*
50 *Iudex quos defendit, ipse non deprædetur.*
51 *Quidquid agit ad iustitiam referat, & rationem status repellat.*
52 *Sit veritate, & æquitate terrificus.*
53 *Audiat cum patientia, sed sine contemptu suo, & nu. 54.*
55 *Impatientia & ira quando, & quomodo permissa.*
56 *Ira sit ratione temperata, & quomodo vitetur.*
57 *Veritas est ipsa iustitia, et semper à Iudice quærenda.*
58 *Non sufficit priuata cognitio, sed iuxta allegata, et probata.*
59 *Iudex an semper secundum allegata, et probata iudicare debeat, relicta propria scientia priuata.*
60 *An possit astutia, fraude, dolo, vel simulatione veritatem quærere, et nn. seqq.*

61 *An*

61 *An poffit immunitatem promittere, & promiffam feruare, & nn. feqq.*
62 *Mendacium quando fit peccatum, & nn. feqq.*
63 *Iudex peccat promittendo impunitatem animo non fe obligandi.*
64 *Debet quærere veritatem, fed præfinitis à iure modis.*
65 *Habeat fimplicitatem columbæ, & aftutiam ferpentis.*
65 *An poffit vti verbis ambiguis, & fimulatione, & num.66.*
67 *Non poteft condemnare ex confeffione illegitimè extorta.*
68 *Quid fi illa confeffio non fuit reuocata, fed ratificata.*
69 *Confeffio facta fponte, etiam fine præcedentibus inditijs fubfiftit.*
70 *Via plana fequenda, & num.93.*
71 *Sapientia mundi abijcienda, & iuftorum fequenda.*
72 *Simplicitatis bona, & calliditatis mala.*
73 *Iudex indebitè confeffionem extorquens, vel non feruato iuris ordine inquirens ad quid teneatur, & nn. feqq. & num.92.*
73 *Quando poffit excufari, vel non, & feqq.*
74 *Caufa damni proxima, & non remota eft attendenda.*
75 *Pars quando fibi, & non iudici damnum imputet, & num.78.*
77 *Iudex quomodo poffit errorem fuum, & proceffum emendare.*
78 *Quid fi non fit error in proceffu, fed dolus in iudice.*
78 *Dolus, vel metus quando imputetur iudici, vel parti, & num.75.*
79 *Suggeftio ad quid obliget iudicem.*
80 *Ordini, & folemnitatibus iuditij, an poffit renunciari.*
81 *Claufula* fummariè de plano, &c. *quid importet.*
82 *Iudex iniuftam ferens fententiam facit litem fuam etiam fi pars non appellauit, & quare.*
83 *Iudex interrogans de focijs in cafibus non exceptis peccat.*
84 *Socios nominans in cafibus non exceptis ad quid obligetur.*
85 *Teftis occultum crimen detegens ad quid teneatur, & num.89.*
86 *Crimina excepta quæ fint.*
87 *Iudex in criminibus exceptis debet interrogare de focijs fub pœna peccati, & interrogatus reuelare.*
88 *Concurrentibus duabus legibus naturæ, ftandum eft fortiori.*
89 *Teftes, & focij, quando teneantur reuelare delinquentes.*
90 *Ordo iuris in interrogando in quibus confiftat.*
91 *Modi iuridici procedendi in criminalibus.*
94 *Iudex an iudicare debeat fecundum confcientiam, & alia remiffiue.*
95 *Debet multos libros habere, & ftudio vacare.*
96 *Duos fales debet habere.*
97 *Sententia de repente lata, nulla.*
98 *Non debet retardari vbi facilis, & expedita eft caufa.*
99 *Iudex tenetur de dolo, & lata culpa, non de leui, & leuiffima.*
100 *Quando dicatur negligens in officio.*
101 *Imperitia, vel ignorantia quæ imputetur iudici, vel non, & nn. feqq.*
102 *Iudex fufficienter edoctus humana fragilitate errans, excufatur.*
103 *Scientia eminens non requiritur, fed mediocris.*
104 *Scientia perfecta non datur in hac vita, & quare.*
105 *Iudex non tenetur ad exactiffimam diligentiam, fed ad moralem.*
106 *Intentio operi nomen imponit.*
107 *Iuftus quis dicatur, vel non.*
108 *Opinio communis in iudicando fequenda.*
109 *Iudex non femper tenetur fequi opinionem communem, & quando poffit ab ea recedere, & num.110.*
111 *Iudicium bonorum præmia æterna, & temporalia, & nn. feqq.*
112 *Iudices boni magis mereri pofsunt, quàm Religiofi.*
113 *Vita actiua quomodo poffit effe melior contemplatiua.*
114 *Iuftitia bene acta alias redimit culpas.*
115 *Miraculum de hac materia.*
116 *Iudices iniqui quantum fit miferi, & infelices.*
117 *Iudices omnes timere debent.*
118 *Conditiones miferæ omnium iudicantium, & fuperiorum.*
119 *Nil infelicius quàm imperare.*
120 *Solitudo corporis, & animi defideranda, & quare nn. & feqq.*
123 *Priuata vita felicior.*
125 *Iudices ferui publici.*
126 *Principes boni fibi dominantur, & populo feruiunt.*
127 *An alijs, vel nobis fit viuendum, & quomodo.*
128 *Honores in mundo non dantur fine oneribus, & miferijs.*
129 *Difficile eft cœleftibus, & terrenis fimul infiftere.*
130 *Otium damnatur, & vtilis occupatio laudatur.*
131 *Solitudo perditorum, & malorum peffima, & num.133.*
132 *Solitudo etiam in turba prudentibus neceffaria, & num.133.*
134 *Vacandum Deo, & requiefcendum in eo.*
135 *Conclufio Auctoris.*

IVdex dicitur iuftitia animata, & alicubi fæpè appellatur
iuftitia, quia ficuti ipfa iuftitia in abftracto, & in gene-
rali eft omnis virtus, & non pars virtutis, ideft omnes in
fe virtutes complectitur, ita iudex tanquam iuftitia ani- 1
mata debet omnes in fe habere virtutes, hinc eft, vt etiam
in iure fæpè fub boni viri nomine nuncupetur, ac ad inftar
ipfius iuftitiæ fub Virginis imagine pingitur ad demonftran-
dam ipfius mentis, & corporis integritatem, vt fit vndique
perfectus, quantum humana fragilitas patitur: quod fi ple-
rifque non contingat, altiùs tamen ibunt, qui ad fumma ni-
tentur, quàm qui ad ima fubftiterint, ficuti multorum au-
ctoritatibus, & rationibus comprobat D. Gabriel. Aluarez
de Velafco in fuo doctiffimo *tract. de Iudice perfecto Rubr.* 1.
annot. 1. *per tot*. Ex quo plura alia ad propriam falutem, &
inftructionem deliberare non pigebit.

Primò itaque Iudex caftitatis, & pudicitiæ amator, & cul-
tor effe debet, non tam in alijs, quàm magis in fe ipfo, &
fic non folum manus, fed etiam oculos abftinentes habere, 2
ita vt fi omnes alias virtutes, præter caftitatem habuerit, of-
ficium fuum non impleat: luxuria enim omnia alia bona
obruit, & diffipat, fapientem infatuat, & iuftitiæ alioquin
cultorem a recto diuertit, mentem eripit, ratione priuat, in
furorem trahit, animum à negocijs abducit, ad illaque red-
dit ineptum (cùm ignoret amor iudicium) reddit fenfus
tardos, obtufos, graues, & quodam modo confepultos, ac
plurima alia mala gignit, quæ à iudicibus debent effe aliena,
alioquin neceffe eft, vt iudex huiufmodi vitio laborans mul-
tas faciat iniuftitias; nam vbi libido dominatur, innocentiæ
leue præfidium eft, vt exempla antiquorum plura ex facris, 3
& profanis paginis fatis apertè demonftrant, & experientia
ipfa vfque ad hodierna tempora non eft mendax. Prima
igitur Imperatorum, & Principum cura debet effe, vt non
modò fe ipfos caftos, & pudicos exhibeant, fed alios etiam,
& præcipuè Iudices à fe eligendos, tales effe conentur; &
licet multa in alijs fecundùm veniam relaxentur humanæ
infirmitati, nec iudices etiam extra officium, ceffante ftu-
pro, adulterio, violentia, fcandalo, vel alia grauiori qualita-
te in id delinquentes puniantur, vel fcrupulosè in foro fori
findicentur, tamen fimplici non placent veritati, & quæ tol-
lerantur ex indulgentia, perfectum non decent Iudicem: 4
imò officiales concubinas tenentes, officiorum priuatio-
nis pœnam incurrere, & ad alia inhabilitatem contrahe-
re in ftatu Ecclefiaftico, fanciuit Nicolaus V. Sum. Pontif.
in Bullar. conftit. 3. *fol.*71. refert Baiard. ad Clar. *in §. forni-
catio num.*5. & generaliter coitum in officiali cum muliere
fibi fubdita punibilem effe teftatur Clar. *d. §. fornicatio n.*22.
& latiùs Aluarez de Velafc. *d. tract. Rub.* 1. *annot.* 2. *per tot.*
vbi optimè omnia prædicta rationibus, & auctoritatibus
confirmat.

Caueant itaque iudices, & Officiales ab illecebris, iocis,
& conuerfationibus mulierum, vt poffint rectum proferre
iudicium, nam fi Adam, Samfonem, Regem Dauid, Sa-
lomonem, & alios, mulieres deceperunt, quis tutus effe po-
terit? cùm re vera (maximè inter tot pericula) difficilè fit
libidinis incẽdia fuperare; quin impuberes ftimulat, iuuenes

inflammat, senes, & decrepitos fatigat, non aspernatur tuguria, non reueretur palatia, sed de his satis. Nec ob id timeant mœrore, vel animi ægritudine affici, quia Iustitiæ Domini rectæ lætificantes corda &c. Lætamini iusti in Domino. Introite in conspectu eius, in exultatione &c. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Secundò perquisitus, & rogatus debet esse Iudex futurus, non se spontè muneri offerre, multoque minus illud ambi-
5 re, nam sicuti Deus, Ioseph è fœtido carcere; Moysen ex misero ortu, cista naufragum, in solitudine vagantem, Dauidem à grege, Saulem de Asinarum custodia, Petrum à retibus, & similes vocationes ad populi regimen præfecit, & euexit, oblatos autem non elegit, sic iudex non petens, aut se offerens, & minus ambiens quærendus est à Principe, qui vicem Dei refert in terris, nam benè imperat qui non libenter imperat; omnis igitur ambitio fugienda, & amplectenda virtus, quæ hominem extollit, & merita procuranda, quæ ad dignitates dirigunt, faciuntque iter planum: aliàs frustra nititur ad gloriam, qui prius non claruit virtute; merita namque, vitæ probitas, doctrina fulgens, nolentem quoque ad regimen trahunt, quantumuis latentem (si latere virtus potest) numquam enim quamuis obscura virtus latet, sed sui mittit signa, vt latè exornat idem Aluarez. de Velasc. *d. tract. Rub.* 1. *Annot.* 3. *per tot.* vbi etiam plura de legibus circa ambitum latis de pœnis in ambitiosos constitutis, quamque perniciosus sit in Republica ambitus; vtrum officia publica vendi, & emi possint, & negatiuè omninò concludit ibidem §. 3. *per tot.* An ambitio, quæ precibus contrahitur sit æquè, prout quæ pretio prohibita, & punibilis, vel saltem illicita, & an aliquo casu, vel ratione honestari possit, vide eum *loc. cit.* §. 4. *& 5. per tot.* Quod apud Romanos totius Philosophiæ Moralis, & iustitiæ Principes, officia non concederentur petentibus, & ambientibus, sed recusantibus, Lamprid. *in vita Alexandri Seueri,* Paul. Rub. *in annot. ad decis.* 254. *nu.* 39. *& seqq. part.* 9. *recent.*

Tertiò taciturnus, & secreti tenax debet esse iudex, quia mentem hominis lingua pandit, profert mores, & secreta detegit, cum ex abundantia cordis os loquatur; facta enim, & dicta iudicis tamquam in exemplum omnium oculis ex-
8 positi, omnes excipiunt, obseruant, carpunt, & custodiunt, ac ideò non nisi ponderosa, honesta, & necessaria solummodò verba proferat, moribus, & vitæ inculpabili, quoad fieri possit conformia, sit eius oratio pura, simplex, dilucida, plena grauitatis, & pudoris, non affectata, sed tamen ponderata, grauis, rara, atque modesta; multò vtatur silentio, nam qui moderatur labia sua prudentissimus est, & custos iustitiæ est silentium, aliàs secreta reuelans dicitur proditor, & puniri debet, vltra quod in multiloquio non deerit sæpè stultitia, & mendacium, & eximia est virtus præstare silentia rebus, ac magna res est vocis, & silentij tempora seruare, idem Aluarez de Velasc. *d. tract. rub.* 1. *Annot.* 4. *per tot.*

Quartò habitu, & cultu modestus esse debet iudex, nam sicut in alijs nimius cultus fœdus est, in iudicibus turpissi-
9 mus, cum in eis decens, & modesta grauitas elucere debeat, nec speranda sit integritas in rebus gerendis ab eis, qui etiam pilis, & vestibus fucum adhibent, & nimia forma vestium deformitatis mentium, & morum inditium est. Non tamen iustitia est sordibus ostentanda, sed interius colenda & cultu modestè graui exterius decoranda, non ad pompam, sed vt ex maioritate, & decore maiori ornatuum, maioritas appareat dignitatum; mediocritas itaque sicut in alijs rebus ita in vestitu optima est, & æquè peccat quod excedit, quàm quod deficit, securus autem modus erit, vt vestes congruam ætati, personæ, figuris, naturæ, studijs, & quem consueto regionis præstabit, quòd si in aliquam partem sit declinandum, in tenuiorem cultum decorum tamen tendat; iudicialis enim, siue etiam Imperialis Maiestas magis animo, ingenio, moribus, & virtute, quàm splendido nimis apparatu, & cultu commendatur, Aluarez. de Velasc. *d. tract. de iud. perfect. Rubr.* 1. *annot.* 5. *per tot.*

Quintò in incessu quoque iudex modestus, compositus, & grauis esse debet, cùm etiam in motu, gestu, & incessu
10 seruanda sit verecundia, quia habitus mentis, in corporis statu cernitur, & grauem, sedatumque incessum magnanimitatis esse indicem, tradit idem Aluarez. *d. tract. rubr.* 1. *annot.* 6. *per tot.*

Sextò iudex solitudinem, atque secessum amet, nam corruptioni familiaris conuersatio præuia est, viamque demon-
strat: & ob id mandatur ne Præsides Prouinciarum in vlte- 10
riorem familiaritatem Prouinciales admittant, *in l. obseruandum 19. ff. de off. Præsid.* & Sapiens Prouerb. 28. qui cognoscit in iudicio faciem, non benè facit, iste pro bucella panis deserit veritatem; quid non familiares preces, quid non valet conuersatio frequens? quæ non integritati contrectatio nocet? vltra quod contemptum parit, quem iudex pati non debet; ex secessu autem non modò contemptu vitabit, sed sui, munerisque dignitatem augebit, & admirationem raritate conciliabit. Non tamen aditum negotiantibus præcludat, non curam officij remittat, non cubiculo se claudat, litigantes non fugiat, quia priuato secessu publici officij curam non implebit, sed statutis horis foro assistat, cunctis sit benignus, nullis, vel paucis familiaris, & cum in turba esse cogitur, tunc præcipuè in se ipso secedat, & faciat de turba secretum in interiori homine, sit sermone affabilis, accessuque facilis, patens causarum, & negotiorum expeditioni, & subditorum necessitatibus, se subtrahat autem nenijs inanibus, familiaritatem euitet, in se secedat etiam in turba, sitque sine popularitate communis, iuxta illud

Si vitare voles acerba quædam,
Et tristes animi cauere morsus,
Nulli te facias nimis sodalem,
Gaudebis magis, & minus dolebis,

vt per Aluarez. de Velasc. *d. tract. Rubr.* 1. *adnot.* 7. *per tot. vide inf.* §. *vigesimo, & vltimo vers. solitudo itaque, &c.*

Septimo iudex sit prauis, & delinquentibus sine formidine aspectu vehementi, & formidabili, probis autem huma-
no, miti, & modestè placido, tùm quia acris est iustitiæ 12
oculus in redarguendo, & in occultis, absconditis, & nefandis rebus in lucem proferendis, sapientia enim lucet in vultu, huiusmodique iudicis, vel solus aspectus sufficit, & si tantum fuerit intuitus, explorata est veritas: tum etiam quia inter Iudicum ornamenta aspectus hic vehemens multum decorat, nitoremque dignitati conciliat. Non tamen debet iudex ex vultu torquere, vt Carnifices, & Tyranni solent, sed vt dissipet malum, quem formidabilem aspectu iusti, rectique amantes grauem, & pro muneris necessitate fortem iudicabunt, molliores autem, & mali trucem reputabunt, ad exemplum Christi Saluatoris nostri, qui cum iudex apparuerit, speciosus iustis, & terribilis erit iniustis, & quem mansuetum experientur, & aspicient electi, eumdem patiendum, atque terribilem conspicient reprobi. Omnibus autem, & vulgò placere impossibile est,
(nec Iuppiter quidem omnibus placuit, vt olim fuit in 13
adagio) proinde honores, & iniuriæ vulgi in promiscuo habendi sunt, nec istis dolendum, nec illis gaudendum: caueat sibi tamen quicumque imperat, etiamsi omni virtute, & probitate polleret, nam nemo tam sanctus, & innocens esse potest, vt quibus placeat, nam plerumque tot habet hostes, quot subditos. Quare plus vera ratio, & propria conscientia apud Iudicem valeat, quàm vulgi opinio, nec læsa iustitia, curet populo satisfacere, (vt Pilatus dimittendo Barabbam, & tradendo Iesum flagellis cæsum) sed opus suum probet, & in semetipso tantùm gloriam habebit, & non in altero, nihil de fama cogitando, vel laborando, & si enim omnes vituperent, & maledicant, liber est, quem conscientia non accusat, nec damnat, & fatius est famam, quàm conscientiam perdere, ista enim non mordente, dimittamus stultos foris loqui quod volunt, vulgum, turbamque loquacem; nam gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ: & esset diffidere de potentia, & prouidentia Dei existimare quòd non audiamur, nisi acclamemur; clament opera nostra, licèt taceat vulgus, aut etiam honestam integritatem horreat, & laceret; non enim modica laus est vulgò, & malis non placere, & omnibus se ob-
sequentem non præbere. Non tamen contemnenda est pro- 14
pria fama, sed à bonis quærenda in faciendo iustitiam, quæ ex Deo est, vt ab eo, & non ab hominibus præmium accipiamus, si enim illi maledicent, Dominus benedicet iustis, & non relinquet virgam peccatorum super sortem iustorum; attendite igitur, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, & ad pompam, vulgique rumorem, sed coram Deo, ne stultissima ob inanem gloriam fiat commutatio mercedis copiosæ ab eo in Cœlis præparatæ; in integritate, & maiestate estote constantes vulgi contemptores, rectique ministri, non sat famæ aut muneri vestro consultum putantes ex ostentatione scientiæ, inanis gloriæ, affabilitatis, popu-

popularisque auræ, quia correctores vitiorum, vt sunt iudices, laudes populi quærere non debent; gloriæ humanæ cupiditas scientiæ defectum manifestat, etenim veri sapientes abscondunt scientiam, & sapientia huius mundi stultitia est apud Deum & tantò magis, quantò conatur exterius videri; nec laudem, gloriamue consequuntur illi, quos nullus odit, & quos soluta affabilitas contemptos potius, quàm verendos facit, insitum enim est naturaliter vulgò, de bonis semper malè sentire, & iudicare, sed summa quidem laus est displicuisse malis, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, & stultum est velle placere illis, quos scimus non placere Deo, & concludendo.

Fama placet populi? cupida trahis aura fauorem?
Nescis diuinum quid paret arbitrium.
Fumus, & vmbra leuis tota est hæc gloria mundi.
Torquent famosos tartara saua reos.

De quibus omnibus latè Aluarez de Velasc. *d. tract. de iud. perfect. Rub.* 2. *annot. vnic. per tot.* & Paul. Christin. *ad leg. municip. Mechlin. tit.* 1. *art.* 2.

15 Octauò sit Iudex luminibus oculorum acribus, ac in se, & in subditos oculorum aciem intendat, tamquam sol omnia intuens, oculatusque argus, primò autem in se frequenter totam oculorum aciem conuertat, in alios temperatè, modestè, & placidè, nihil detrahens maiestati; nihil atrocitati permittens, vt visu non torqueat; sit iudex ipse sui, & mundus à vitijs, si vult aliena corrigere, nam correcturus alios, à sua correctione incipiat, ne sibi obijci possit, quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides? Hypocrita eijce primùm trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui, & alia ad rem tradit idem Aluarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 3. 7. *&* 10. *per tot.*

16 Nonò humilis sit, & non superbus iudex, nam humilitas ab omnibus amanda, & amplectenda, est iudicibus maximè necessaria, & ex intimis præcordijs diligenda, tum sui præcipuo amore, & dignitate tamquam omnium virtutum thesaurus, mater, & magistra, tum quia in omni persona est tamquam turris fortitudinis a facie inimici, in paupere grata, in diuite gloriosa; ad salutis, æternitatisque gloriam certissima via; sine illa stare potestatis dignitas,
17 saluaque maiestas nequit, & est complementum iustitiæ. Superbia verò è contra totum corpus virtutis inficit, formosa quæque deformat, est initium transgressionis, origo peccati, & omnium malorum radix; superbus ergo iniustus est, contemptibilis, & abiectus. Dominus deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles, superbire est cadere, est vitium vilitatis, & inditium ignobilitatis, nescit autem extolli nobilitas mentis, & superbus dicitur qui super alios, vel supra vult videri quàm est, vel vltrà fines proprios tendit. Caueat itaque iudex ab istis periculis, & ad humilitatem confugiat (quæ etiam vim habet cum bonis moribus nobilitatem inducendi vbi non esset,) sed cum temperie, quia seruanda est in corde humilitas, & in opere disciplina, ne, dum omnia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas, non ergo iudex plusquam expedit se subijcere debet, sed cum moderamine, ne sibi contemptum generet, teneat exterius quod pro aliorum vtilitate suscepit, & interius quod de sua æstimatione sentit, quibusdam etiam erumpentibus signis, vt talem eum esse alij non ignorent, ac seruata auctoritate ad cor suum rediens consideret quòd est æqualiter cum alijs conditus, non vt ceteris temporaliter prælatus, dicens cum Dauide, *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, nec in mirabilibus super me*, vt latiùs explicat idem Aluar. de Velasc. *d. tract. Rub.* 4. *per tot.*

18 Et qualiter vera humilitas sit perfecta cognitio, nos nihil esse, & nihil posse ex nobis, nam etiam bona, quæ in nobis videntur esse, sunt ex Deo, & debeat humilitas esse iuncta cum generositate, qua mediante cum D. Paulo dicamus, omnia possumus in Deo, & in eo, ac per eum omnia confidimus, optimè declarat S. Franciscus de Sales in eius opere inscripto, *Trattenimenti spirituali tratten.* 5. *per tot.*

19 Decimò debet iudex reuerendam quamdam tristitiam dignitati, & grauitati congruentem in se habere, non autem simpliciter tristis esse, nam tristitia vera cùm sit ægritudo altiùs animo insita, atque inhærens, corpus, & animum torquet, exsiccat ossa, reddit abiectum, nocet cordi, sicut tinea vestimento, & vermis ligno, accelerat mortem, multos occidit, & non est vtilitas in illa, ac ideò est longè repellenda, sicut etiam affectata: sed amplectenda quædam tristitia sine affectatione seuera, sine hypocrisi grauis, sine amaritudine temperata, quæ metum delinquentibus incutiat, ad reuerentiam pariter, & amorem prouocet, ac potiùs dicitur grauitas, & prudentia, vt benè demonstrat idem Aluarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 5. *annot. vnic.*

Vndecimò debet iudex grauitatem sine fastu, aut elatione, sed comitate conditam seruare; grauitas enim in bonā, 20
& in malam partem sumi potest, in bonam denotat constantiam, in malam vitium, & culpam; iudex itaque bona grauitate seruata, erit constans, & seuerus, nec minis, nec precibus cedens, vel ab æquitate discedens, humanus tamen & affabilis, ita vt nihil seueritati hilaritas, nihil grauitati simplicitas, & nihil maiestati humanitas detrahat, sed hæc nisi cum magna prudentia difficillimè coniunguntur, quid enim tam distans, à seueritate, quàm comitas? at si copulentur pulcherrima societas, quam in multis recenset Aluarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 6. *annot. vnic.*

Duodecimò sanctum Iudicem esse oportet, hoc est fidelem, seruantem, quæ ad Deum sunt iusta, mundum, & 21
perfectum; est enim sanctitas omni scelere, vera, perfectaque & penitus incoinquinata munditia. Et iudices non solum sancti, ac Dei ministri, sed etiam Dij sępè in sacris paginis nominantur, ac ideò ad similitudinem eius, cuius vices gerunt, se componere, & formare debent, ac videre quod faciunt, non enim hominis exercent iudicium, sed Domini, & iura ipsa Sanctos illos desiderant, bonos, optimos, Religiosos, cæterisque omnibus meliores, ita vt in illorum electione sola virtus, & bonitas sit attendenda, & quòd timorem Dei habeant, sine quo nihil rectum, vel sapienter geri potest, cum illo omnia rectè, quia initium Sapientiæ est timor Domini, fons vitæ, & declinatio à ruina mortis: Qui timent Dominum, inuenient iudicium iustum, & iustitias quasi lumen accendent, os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Seruiant itaque Domino in timore, & exultent ei cum tremore, sintque veri cultores iustitiæ, quæ de Cœlo prospexit, tamdiu enim iudices sunt, quamdiù sunt iusti; cùm sint iustitia animata in terris, & prima iustitiæ portio est non peccare, sicut 22
prima virtus est vitio carere, & hoc modo habentes iustitiam, sapientiam, & perfectionem, erunt similes Deo, iuxta text. in *c. similem* 36. *de pœnit. distinct.* 2. Aliàs autem iusta ab iniustis petere, insipientia est, nec possunt hominibus esse boni, qui Deo sunt infideles, nec humana seruare, qui diuina violant; qui igitur Sancti, & iusti non sunt, iudices esse non debent, nec possunt, vt nomen congruat actioni, ne sit nomen inane, & crimen imane, honor sublimis, & vita deformis, omnis enim prauus ignarus est, quia in maleuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, ad latè tradita per Aluarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 7. *annot.* 1. *per tot.*

Dictaque Sanctitas in iudicibus non solùm sui, sed subditorum, exemplique ratione est necessaria, quia Superio- 23
rum dicta, factaque in aperto sunt, & ab omnibus notantur, sunt enim Rectores quasi signum positi ad sagittam, illorumque errata minima quęque notantur, & pro magnis habentur; nihil eis parcitur, nihil latere potest, & ideò lucere debent tamquam luminaria in mundo, ad quorum normam se formant subditi, & hæc est iustitia, vt quod alios facere volunt, priùs ipsi incipiant, & suos alios hortentur exemplo: nam idoneus ad consulendum alijs non putatur, qui sibi priùs non consulit, & qui alijs præsunt tantò meliores desiderantur, quantò honoribus, & dignitate antecellunt. Væ igitur illis, per quos scandalum venit, etiam si hoc non intenderent, scilicet scandalizare, quando opera illorum sunt talia, vt inde scandalum veniat, nam tantò maius peccatum est, quantò maior qui peccat habetur; crescit delicti cumulus iuxta ordinem meritorum, & sępè quod minoribus ignoscitur maioribus imputatur, idem Aluarez de Velasc. *d. Rub.* 7. *annot.* 2. *per tot.*

Verùm quia sine crimine nullus; inter ipsas leges delinquitur, inter iura peccatur, innocentia nec vbi defenditur reseruatur, quis enim gloriari potest castum se habere cor, aut mundum se esse à peccato? & si dixerimus, quia 24
peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est, nam nullus reperitur ita immunis à culpa, vt in eo non habeat, vel iustitia quod arguat, vel misericordia quod remittat, & ideò Sanctitas in iudice desiderata non de necessitate iudicij, actorumve valore, sed ad perfectionem, ac decentiam est referenda, alioquin nemo superesset, qui iudicare posset; propterea quicquid

plura contrarium suadeant, receptissima est scientia, criminosum etiam, eademque, vel maiori subditorum labe inquinatum posse Iudicem esse, ab eo gesta valere, neque criminis, vel indignitatis exceptione à iudicando repelli, nisi legitimo agitato iudicio priuationis, aut suspensionis sententiam passus fuerit, cùm valeant ab eo gesta non de merito vitæ, sed officij potestate illi tributa, etiam si crimen esset notorium, Bertrand. *cons.* 83. *vol.* 1. Maiol. *de irregularit. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 10. & alij per Velasc. *d. tract. Rub.* 7. *annot.* 3. *per tot.*

25 Ita vt liceat Iudici grauissimo etiam scelere irretito (excommunicationis tamen, vel suspensionis dempto) alios eodem, vel dissimili laborantes condemnare absque nouo peccato, etiam si publicum esset iudicis peccatum, dummodò in eo iudicio speciale non sit scandalum, ex quo sententia reddatur in populo contemptibilis, & irrisoria; imò si non condemnaret, peccaret, cùm delinquentes punire teneatur, vel forsan erit veniale quando peccator peccatorem condemnat, vel nullum si proponat emendationem in se, & cum humiliate condemnet, vt benè declarat Velasc. *d. Rub.* 7. *annot.* 4. *per tot.* cum alijs per eum citatis, & dixi *in* §. *Iudex num.* 2. *in fine*.

26 Decimotertiò Iudex debet esse seuerus, seueritas enim est virtus inflexibilis circa inflictionem pœnarum, vbi recta ratio exposcit, ac ideò regentem plurimùm decet, maiestatem præstat, & dignitatem auget, ita vt sine illa stare nequeat iustitia, & actum sit de Republica, ac melius est seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. Non tamen mansuetudo est releganda, sed ita probanda, vt adhibeatur etiam causæ seueritas, sine qua Ciuitas rectè administrari non potest; debet itaque seueritas esse religiosa, & temperata, vt Iudex arridens timeatur, & iratus ametur, & ne nimia clementia illum vilem, nec immoderata seueritas odiosum reddat, expedit namque interdum aliquid seueritati detrahere, cùm plerumque iustitia durior querelas excitet, & possit etiam iudex ob nimiam seueritatem à iudicando repelli, quapropter miscenda est seueritas cum humanitate, & clementia; sed hæc simul iungere facile dictu difficile autem factu; adhibeatur itaque amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderatè sæuiens, sit pietas, sed non plusquam expediat parcens, sit seueritas cum mansuetudine, & mansuetudo cum seueritate, sit tamdem iudex seuerus, non sæuus, Aluarez de Velasc. *d. tract. de iud. perfect. Rub.* 8. *annot. vnic. per tot.*

27 Decimoquartò Iudex debet esse incorruptus, mundisque manibus, nam nil ita, quàm munerum receptionem, diuinæ, & humanæ litteræ damnant in iudice; illa enim iustitiam peruertunt, oculos etiam iustorum excæcant, verba sapientum mutant, vniuersum iudicium conturbant, faciunt vendere iustitiam, veritatem fuscari, leges venales, quas liberrimas esse oportet, iustificant delinquentes, damnant innocentes, Rempublicam conturbant, & plurima alia mala, quæ ex subuersione iustitiæ, quam munera tollunt, inducunt. Iudices itaque, qui causas audiunt, iustè iudicent, & munera super innocentes non accipiant, neque vt impium iustificent, ne fortè dum acquirunt pecuniam perdant animam, vt benè explicat Aluarez de Velasc. *d. tract. Rub.* 9. *annot.* 1. *per tot.* & latiùs ego materiam istam pertractaui supra in discursu de prohibita munerum, & precum datione, & receptione, &c. vbi videndum.

28 Decimoquintò Iudex fugiat, vitetque adulationem, & in sui cognitione laboret, aliàs actum est de Republica, si is, qui illi præest, sui immemor, & sibi incognitus, adulatoribus aures præbeat, non secùs ac si à fatuo gubernaretur; tutissima conuersandi ratio est se ipsum non ignorare, & quantò quis in cognitione sui ipsius proficit, tantò ad cognitionem Dei accedit, nam se ipsum noscere consumata iustitia est, & qui sequitur iustitiam, & misericordiam, inueniet vitam, iustitia, & gloriam, cùm ex bonis operibus, & virtute non aliundè quærenda sit laus; imò non quærenda ab hominibus, sed præparanda conscientia, & tunc laus erit à Deo, ac coram Deo, & hominibus, & tamquam sol, & luna sine interprete ex se ipsis naturaliter vocem emittent bona opera, etiam si sileant; concilient itaque iudici merita laudem, non fingat adulatio, nec adulantem se, neque adulandum cuiquam exhibeat, alterum enim calliditatis est, alterum vanitatis; & assentatio vitiorum semper adiutrix; omnes illos euitet iudex, qui omnia eius facta, vel dicta indifferenter laudant, illos autem libenter auscultet, qui cum monere audent, & errata placidè sine contumelia castigare, isti enim amici sunt, illi autem assentatores, & adulatores, qui mendacij præmium expectant, & melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi, nec sibimetipsi ex integro credat, cùm mens blanditur, sed iustitiam pro sola æterna retributione distribuat; Consulant etiam sibi adulatores, quibus imminent damna, & pericula multa, de quibus Summistæ *in verb. adulatio*, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 115. *art.* 1. & 2. Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 7. *num.* 52. Sanchez *in præcept. decal. lib.* 1. *cap.* 3. apud quos habetur quibus modis contingat adulatio, & quod peccatum sit, & alia notabilia de hac materia tradit Aluarez de Velasc. *de iud. perfect. Rub.* 10. *annot. vnic. per tot.*

Decimosextò Iudex contra improbus, & noxios sit immisericors; nam licèt misericordia magna sit virtus, salu-
tis præsidium, fidei ornamentum, propitiatio peccatorum,
iustos probet, Sanctos roboret, Dei cultores ostentet, 29
Regnum confirmet, thronum exaltet, & in statuendis le-
gibus seueritas sit adhibenda, in exigendis autem suppli-
cijs mitiganda, verius tamen est (quicquid sit in supremo
Principe, qui quandoque potest pœnas remittere) non
posse iudicem à legis determinatione, seueraque illius di-
sciplina recedere, nec illius rigorem pro arbitrio suo miti-
gare, nisi ex iusta, & legitima causa à legibus approbata.
Misericors enim debet esse iudex, sed salua iustitia, legum- 30
que seueritate, ita vt misericordia de iustitiæ fonte descen-
dat, aliàs dicitur iniusta, intempestiua, dolo proxima, &
nomen suum amittit, nec iudex debet esse sapientior
quàm conueniat, nec lege prudentior, nec luce splendi-
dior, nec norma rectior, nec præcepto diuino sublimior,
& quod dicitur de æquitate rigori præferenda, intelligitur
de æquitate scripta, quæ tunc exacta iustitia est, aliàs fru- 31
strà essent scriptæ leges, si ab illis cuique arbitrio suo rece-
dere fas esset sub prætextu æquitatis confictæ, & cerebri-
næ, vel inanis compassionis, aut iniustæ miserationis; si-
cuti respondit Sanctus Rex Ludouicos quibusdam pro reo
intercessoribus asserentibus, *Clementiam rigori præferen-
dam*, Reum plectere, & merita pœna afficere, rigorem non
esse iustitiæ, sed verè beneficium Clementiæ, adeò vt cui
licet criminum auctores castigare, nec castigat, perinde
agat ac si reum se, ac auctorem, ac scelerum protectorem,
& patronum constituat.

Notatur etiam infamia iudex dissimulans delicta, legales
pœnas remittens, vel sine iusta causa temperans, ac eis-
dem pœnis, quibus delinquens erat puniendos subijcitur,
prout fertur seruasse olim Regem Carolum Primum, qui 32
quemdam Iudicem suspendere fecit, quia mortis reum ad
manus tantùm amputationem condemnasset; facientis enim culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare, nec caret scrupulo consensus occulti, qui manifesto facinori desinit obuiare: probat autem se odisse vitia qui condemnat errantes, & nil prodest alicui non puniri proprio, si puniendus sit alieno peccato; maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine, idest qui ab inferenda reprobis pœna digna abstinet, & qui non vetat peccare cum possit, iubet; imò grauius delinquit impunitum facinus dimittens, cui ius, & necessitas est emendandi, quàm ipse committens.

Non tamen à iudice est omnis misericordia releganda, 33
quia esset iustitiæ officia depellere, quæ sunt humanitas, æquitas, & misericordia, ne sub velamine iustitiæ impietas exerceatur; sed tantùm iniusta, ac contra leges propria effecta voluntate, muliebri, & inepta compassione formata, non autem iuri conformis; in leuioribus enim, ac in extraordinarijs criminibus, quæ præfinitam pœnam non habent, & quorum castigatio ex circumstantijs iudicis arbitrio remittitur, misericordia cum moderamine est adhibenda, ita tamen vt non sit persusa, indiscreta, vel fatua, & in sola voluntate fundata, sed pro cuiusque operibus, & meritis, & sic per semitas sapientiæ, & æquitatis alias inordinata pietas nutrit impietatem, & timida manus Medici vulnus auget ægroti, & si Dei minister est, qui malefacientes vindicat, Diaboli minister est, qui criminosos, ac reprobos suauitate palpat, & sicut Deo præbet obsequium, qui peruersos vlciscitur, sic aduersario, qui perpetrantibus iniqua blanditur: exhibeatur itaque cum mansuetudine disciplina, vt nec immoderata vltio nimis affligat, nec remissio re-

ctitu-

ctitudinem frangat, etenim nimia iustitia incurrit pecca-
tum, & temperata facit perfectos; summumque ius sum-
ma iniquitas, iustus nimis perit in iostiria sua, ideò noli
esse iustus multum, idest sine misericordia, quia omne
nimium graue, & odiosum, ac vertitur in vitium.

Debet igitur iudex iuata legum sancita, ea concurrenti-
34 bus circumstantijs, non tam pro volontate, quàm pro ra-
tione pœnas temperare, vt ad longum explicant Tiraquel.
de pœn. temper. & Farinac. *quæst.* 87. *& seqq.* aliàs nihil tam
inæquale, quàm æqualitas ipsa sine discrimine sexus, æta-
tis, conditionis, & casuum, ac ideò omnia contemplari
iudicem oportet, sed quia difficile est temperamentum,
quidqoid æquo plus futurum est, in humaniorem partem
præponderet, cùm meliùs sit de misericordia, quàm de
crudelitate rationem reddere: ita autem cum misericor-
dia est miscenda iustitia, vt numquam misericordia à iu-
stitia absit, quia misericordia, & veritas pulcra coniun-
ctio: exhibenda est itaque prauis asperitas in ostensione,
& charitas in mente, vt dura ostensio delinquentem coer-
ceat, & charitatis custodia mercedem mansuetudinis non
amittat. Pietas, & potestas æqua libramine sunt pensan-
dæ, sed gratius est nomen pietatis, cùm per leges licet,
veloci quando in iure, vel facto dubium adest, illud nam-
que æquitatis regula eaaminandom est, & io dobio debet
iudea ad absoluendum, quàm ad condemnandum prom-
ptior esse, cùm meliùs sit, vel saltem minus malum, no-
centem impunitum dimittere, quàm innocentem punire,
vel quando casus non est à lege prouisus, aut pœna non
est constitura, in his enim semper in benigniorem partem
inclinandum iusta personarum, causarum, locorum, &
temporum qualitates.

Cùm aotem res est clara, & ad seueritatem lege consti-
tutam deueniendom, suppliciumque à delinquentibus su-
35 mendom, pœnas tunc dolentes iudea imponat, & qua-
tenus foris punit, intus paterna charitate diligat, doleat
quoties cogitur esse feroa; cùm triste aliquid statuit sit tri-
stis & ipse, odium io personam nomquam habeat, sed in
culpam, non pœnæ nocentium, sed emendandi vitia, &
corrigendi mores sit cupidus, velit eum quem punit non
pœna miserum, sed correctione beatum, cum districtio-
nem vitijs, & compassionem naturæ debeamus. Doleat
ergo ex animo iudea dum & iustè punit, nihil odio, aut
crudelitati relinquens, nam si gaudeat ea odio, operatur
rectum, sed non rectè, nec omninò culpa vacat, sed il-
lam contrahit talem, qualis est affectus, quo mouetur;
non enim satis est benè facere, nisi ea bona voluntate
proficiscatur, & oportet non solum facere iustam opera-
tionem, sed etiam ex affectu iusto operari, quia iustitiæ
Domini rectæ, & non sufficit ad perfectionem iustom
esse, idest leges seruare, sed & rectum esse oportet, hoc
est virtutem directo sequi, vitiorum confinia non tan-
gentem: ex necessitate igitur, affectu charitatis, & iu-
stitiæ, & rectitudine procedat iudea ad inquirendum, &
puniendum excessus, & tunc etiam si malum velit, idest
pœnam peccatori non peccat, nam & Deus odit peccato-
res volendo eis pœnam; ac idem est in Carnifice exequen-
36 do, & qualibet alia priuata persona desiderando pœnam
malefactori ex affectu iustitiæ propter bonum illius, vel
ordinis vniuersi, qui sine aliquorum punitione esse non
potest: si verò odiom sumatur propriè, & formaliter vo-
lendo alicui malum, prout malum illius est, ibi sistendo,
& non in bono iustitiæ vel ordinis vniuersi, tunc nec Iu-
dici, nec priuato cuipiam licet illud facere, vel desiderare,
quia esset actus crudelitatis, & inimicitiæ, nec Deus ipse,
qui est omnium Dominus sic odit etiam maaimum pecca-
torem, vt illi velit malum, vt malum illius est, sed ob
maius bonum, vel ipsorum peccatorum vt resipiscant, vel
Reipublicæ vt tranquillè viuatur, vel honoris, & iusti-
tiæ diuinæ.

Quale autem peccatum contineat iudiciom licèt iu-
stum, si non ex affectu, amore, vel inclinatione iustitiæ
processit, sed particularis amoris, vel odij aliquid habuit
admiatum, *dic. ex sententia Dominic. Bann. in* 2. 2. *D.
Thom. quæst.*60. *art.* 2. quòd iudicando requiritur. Primò,
quòd iudex non iudicet contra iustitiam; Secundò, qoòd
iudicet ea affectu, & amore iustitiæ cum auiditate, qua-
lem cibi, vel potus habet, qui fame, vel siti laborat; Ter-
tiò, quòd non iudicet ea aliqoa affectione priuata, ea ira,
odio, auaritia, aot alia passione. Prima conduio ea suo
genere obligat sub culpa mortali, quoniam sumitur ex fi-
ne: Ceterùm in particulari non semper erit peccatum
mortale iudicium non procedens ex inclinatione iustitiæ,
satis enim erit ad euitandum peccatum mortale, quòd iu-
diciom secundum substantiam procedat, quasi ea affectu
iustitiæ, velut quòd iudex reddat vnicoique quod suum
est, & hoc intendat, quamuis admisceatur ibi aliqois
amoris, vel odij affectus, quod casu tantùm erit culpa ve-
nialis ob leuitatem passionis, quæ non tanta fuit, vt per-
turbatit rationem iudicij, & iustitiæ, nisi odium sit mor-
tale, ad Naoar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 14.

Insequatur iudea quantum potest perfectionem, iuata
illud, *diligite iustitiam, qui iudicatis terram*, & tunc lici-
tè poterit pœnas à delinquentibus somere, etiam animo
vindictæ, non tamen priuatæ, sed publicæ, ac noo tam
seueri, quàm misericordis nomen, & effectum asseque-
tur, cùm verè magna sit pietas prodere latebras im-
piorum; inter eleemosynarum genera delinquentes 38
corrigere, & iustitia impietate pia; E contra verò im-
punitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radia impu-
dentiæ, transgressionum nutrix; bonis nocet, qui ma-
lis parcit; quæ igitur bonitas? quæ misericordia? vni
parcere, & alios in discrimen adducere; iusta enim
correctio non solùm delinquenti, sed & ceteris pro-
ficua est, namque vindicta vnius multorum com-
pescit audaciam; eaempla sunt omnium, tormenta pau-
corum, veluti fulmina paucorum periculo cadunt, sed
omniom metu.

Delictum commissum pœna non potest reddere infe-
ctum, sed cohibere nequitiam, audaciamque deinceps 39
eaemplo, & timore; sequitur vltio eatinctum, sed magis
prosunt ista victuris, & illius, qui morte punitur, non ipsa
mors animæ nocet, sed peccatum, qood augeri posset, si
viueret, diminuitur, & ideò nemo prudens punit, quia
peccatum sit, sed ne peccetur vlterius.

Reuoluat igitur iodex diuinas, & humanas leges, &
iuata ab illis desioita ferat sententiam, ac iniquitatis vitio-
nem inter splendidiores triumphos enumeret, innoaios 40
vndique illæsos conseruet, misericordiam, & iudicium
custodiat, vnum altero condiat, vt & boni habeant aman-
do quod caueant, & mali metuendo quod diligant; vera
enim iustitia est, quæ se temperantiæ fræno moderatur:
ergo qui præest hinc indè circumspiciat, vt quædam leui-
ter correpta tolleret, nec tamen disciplinæ vincula eadem
lenitate dissoluat, vt quædam tollerando dissimulet, nec
tamen dissimulando ea crescere permittat; laboriosa qui-
dem sunt ista, & nisi diuina gratia fulciat, ad custodien-
dum difficilia, vt post multa concIodit Aluarez de Ve-
lasc. *de iud. perfect. Rub.* 11. *annot.* 1. *per tot.*

An aotem in gratiam amici possit quandoque iudex mi-
nuere pœnas, & non imponendo, vel minuendo, siue
augendo obligetur ad restitutionem, & alia tradit idem 41
Velasc. *d. Rub.* 11. *annot.* 2. *&* 3. *per tot.* & dixi *in discursu
de prohibit. munerum, & precum receptione, vers. Quamuis
autem valde periculosum, & seqq.*

Decimoseptimò iudea debet esse inexorabilis, erectus,
& arduus, vt se similem legibus præstet, & constans, vt
iustitiam exhibeat, fallaces nocentium, & intercedem- 42
tium preces animosè contemnens, illis non se flectens,
nec fletui cedens; non fauori, vel amori, sed meritis cau-
sarum attentus, sciens nullom sibi arbitrium etiam in ar-
bitrarijs concessum, quod legum præfinitionibus, & cau-
sarum accidentibus non sit alligatum, & in iudicando cu-
stodiam veritatis, non obedientiam voluntatis cordi esse
habendam, vt benè comprobat Aluarez de Velasc. *d. tract.
Rub.* 12. *annot. vnic. per tot.* & notaui in *d. discursu de pro-
hibit. muner. & precum vers. debent enim iudices esse inexo-
rabiles.*

Decimooctauò Iudex debet esse vi, & maiestate potens
ad reprimendam vim, fugandum metum, & fortitudi-
nem indocendam cum iustitia, & prudentia coniun-
ctam, aliàs fortitudo sine iustitia iniquitatis materia 43
est, & sine prudentia temeritas; nec aliam quam iustitiæ
maiestatem, vim & potentiam ostentare debet iudex,
quæ pro æquitate pugnet, gaudium iustis, & pauorem
iniquis parturiat, leuamen miseris præstet, exiguis mi-
sericordiam concedat, potentibus, ac superbis incutiat
timorem, & omnes in officio contineat; præcipuum
enim munus iudicantis est, tenuiores à Potentioribus de-
fendere, iniurijsque vindicare, sic iustitiæ adimplen-
tur officia, quæ sunt, cunctis prodesse, nocere nulli,

pericula, aliena suscipere, opem ferre miseris, amicam
esse bonis, & peruersis contrariam; opus tamen est forti-
tudine, aliàs sine illa iustitia terga nonnumquam vertit,
44 atque eos deserit, quos tueri debet; namque iudici sæpè
pro communi commodo, pro Republica, pro Religione,
pro patria, pro iustitia, pro virtute, pro veritate, pro
subditorum salute, adeundæ sunt inimicitiæ, subeundæ
tempestates, cum multis audacibus, improbis, non-
numquam etiam potentibus dimicandum, ob id enim fa-
ctæ sunt leges, vt earum metu humana coerceatur auda-
cia, tutaque sit inter improbos innocentia, & ne fortior
45 omnia possit. Qui autem se ad hæc impotentem agnoscit,
& timet faciem potentis, non se ingerat muneri iudican-
di, ne Potentissimi indignationem incurrat, quia iusti-
tia seruari non potest, nisi à viro Forti, & sapiente; opus
est igitur Iudicem sagacem, & integrum esse, pudore,
blanditijs, & metu superiorem, nam cuius horum affe-
ctuum succumbat, actum est de tenuioribus, de miseris,
de republica, totam iudicij Religionem obteret, quia fa-
cilè deuiat à iustitia, qui in causis non Deum, sed hominis
pertimescit.

Repellat ergo iudex omnem humanum timorem, po-
tentiorum iniqua volentium odia, inimicitias, insidias-
que contemnat, eripiat inopem de manu fortiorum eius,
46 egenum, & pauperem à diripientibus eum; iudicet pau-
peres populi, & saluos faciat filios pauperum, & humiliet
calumniatorem iuxta Psalm. 34. & 7. ita vt boni eum dul-
cem, & praui sentiant correctorem: impauidus sectetur
iustitiam, internæ tranquillitatis stabilitate conscientiæ te-
stimonio suffultus sui committat Domino tuitionem, quia
iustorum animæ in manu Dei sunt, iustitia rectorum li-
berabit eos, & in insidijs suis capientur iniqui; pugnet
pro iustitia, & Deus expugnabit inimicos eius; non ti-
meat eos qui occidunt corpus, animam autem non pos-
sunt occidere; nec plaga, nec mors tenebit eum, qui be-
nè, & piè vixerit: timeat eum, qui potest animam, &
corpus perdere in gehennam; beati qui persecutionem
patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum
Cœlorum; præterea quis est, qui noceat boni emulatori-
bus? quoniam Deus non auferet à iusto oculos suos, &
Reges in solio collocat in perpetuum, alijsque multis re-
pletur benedictionibus iudex iustus.

Timeat autem cum à iustitia cadit, malorum enim de-
47 bile, fluidumque imperium est, qui timet hominem citò
corruet, qui sperat in Domino subleuabitur. Regnum à
gente in gentem transfertur propter iniustitias, & contu-
melias; quare, confidenter dicendum Dominus illumina-
tio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector
vitæ meæ, à quo trepidabo? Bonum est confidere in Do-
mino, quàm sperare in Principibus; etenim maledictus
homo, qui confidit in homine; & ex aduerso Benedictus
vir, qui confidit in Domino; humana præsidia quærant
qui ista non norunt; mihi autem adhærere Deo bonum
est, ponere in Domino meo spem meam, & scio quod non
confundar.

Ab iniustitia, qua Deum offendit propter homines ca-
ueat iudex, nam qui magnatum gratia præuaricatur,
(quantum in se est) potentiores illos pluris, quàm Deum
48 facit, & æstimat, & iram Dei super se prouocat, quia
magis timet hominem, quàm Deum. Dementia est hu-
manum timorem inducere, qui numquam trepidatione
vacat, & diuinum exuere, qui omnem excludit timorem,
quia timor Domini initium, & plenitudo sapientiæ, imò
ipsa sapientia, quæ fortitudinem intromittit, & expellit
timorem.

Naturale est homini timore homines, iacturam fauo-
ris, atque gratiæ ipsorum, læsionem corporis, mortem,
amissionem, & iacturam bonorum; decetque etiam iudi-
49 cem huiusmodi timor, sed dedecet, ac improbatur ni-
mius, inordinatus, diuinæ aut humanæ legi contraue-
niens, vt notat Valer. Reginald. *in 2. part. prax. for. pæni-
tent. lib. 17. cap. 23. sect. 3. num. 222. &c.*

Non autem sufficit iudici iustitiæ vi, & Maiestate pau-
peres apparenter defendere, si offendat occultè, eos a Pon-
tentiorum præda liberare, vt deprædetur ipse; nam non
est iustus, qui studet eripere alteri, quod sibi quærat, imò
50 tantò deterior, quantò fœdius iustitiæ, & pietatis vela-
mine committit facinus: tuetur pauperes, vt illos spo-
liet: defendit miseros, vt miseriores faciat defendendo:
plus inuigilat subditorum euacuandis marsupijs, quàm
vitijs extirpandis, contra naturam iustitiæ, quæ alijs po-
tiùs, quàm sibi nata est, commune commodum, non
suum expectat, & alienum bonum pro suo ducit emolu-
mento, ac suo etiam damno alienas custodit vtilitates.

Quidquid igitur iudex agit, ad iustitiam referat com-
modi proprij oblitus; honestum præferat vtili, ratio- 51
nem, quam statum vocant, qui vtile sectantur, repellat,
veram sine fuco iustitiam sectetur communi bono inten-
tus, cuius constitutus est procurator, & executor; vi, &
maiestate iustitiæ deterreat improbos, coerceat potentes,
probos, pusillosque defendat, vt rectè muneri suo respon-
deat, de quo latiùs Aluarez de Velasc. *d. tract. Rub. 13.
annot. vnic. per tot.*

Decimononò sit Iudex æquitate, & veritate terrificus,
idest timorem incutiens, licèt enim terror videatur ab
æquitate, & veritate alienus, tamen aptissimus in iudice,
qui dum æquitatem, & veritatem amat, terribilis iustè 52
redditur, cùm nil fortius, nilque terribilius sit ipsa veri-
tate, quæ omnia superat, nec accipit personas, nec dif-
ferentias, prout etiam æquitas scripta, quæ est seueritas
iustitiæ dulcore misericordiæ temperata, scutum inexpu-
gnabile obiectum iustitiæ, exactaque iustitia, ideò vtra-
que ex istis ad incutiendum iniquis terrorem, & bonis
amorem aptissima.

Sit igitur terrificus iudex, non ad ferocis, effrenatæque
potentiæ ostentationem, pusillorumque metum, quia tunc
esset maximum vitium; nec pro voluntate, aut vana ela-
tione, sed pro necessitate, quia contra naturam est super-
bire, & ab æquali velle timeri, sed malignis, & peruersis
se terribilem, erectum, & per zelum iustitiæ superiorem
præbeat, bonis refugium, mansuetum, affabilem, mitem,
& socium; audiat cum patientia, quia nec imperiale est 53
libertatem dicendi denegare; satius est superuacua audire,
quàm non dici necessaria, & an sint superuacua scire non
potest, nisi cum audierit, nec tam obest audire superflua,
quàm ignorare necessaria, & audiens sapiens sapientior
erit, & intelligens gubernacula possidebit, melior est fi-
nis orationis quàm principium, melior est patiens ar-
rogante, nec potest iudicare de toto, qui totum non
audit.

Quamuis autem sit necessaria patientia in audiendo, de-
bet tamen esse cum ingenio, ne inde contemptibilis effi-
ciatur iudex, quem ideò decet quandoque dirigere, re- 54
fellere, & grauiter increpare causidicos eorumque occur-
rere fallacijs, audaciam litigantium, disputationes, &
pugnas verborum, quæ magis ad subuersionem, quàm
ad inuentionem veritatis proficiunt, viriliter cohibere,
corrigere prauum morem, præcidere linguas vaniloquas,
& labia dolosa claudere, sed cum prudentia, & grauita-
te; procacia iurgantium verba, quæ implacabiles forsan
excitarent rixas præuenire, & sedare. Equidem magna
virtus est patientia, sed in iudice interdum impatientem
esse probabilius sentit *D. Bernardus de consider at. ad Eu-
gen. lib. 1. cap. 3.* quare errant, qui placidum semper, &
in omnem casum blandientem iudicem optant, grauius
qui damnant non se talem semper exhibentem, nam cùm 55
opus fuerit debet se concitatum, & terrificum ostendere;
mite sit cor, non in dura voce peccatur, sicut Iob cùm di-
xit quòd *Deus non æquo iudicio afflixit eum*, non peccauit
in duritie vocis, quia mite cor habuit; sit autem terror
semper temperatus, & sine iniuria, monitio sine asperitate,
hortatio sine offensione, ratio præueniat iram, & si ira-
scatur, (quia ira affectus naturæ est, non potestatis)
malum sermonem non proferat, lingua sit menti subdi-
ta, nec quidquam agat, priusquam concitata mens ad
tranquillitatem suam redeat, nam *ira furor breuis est*, &
omnis actus ex iracundia inutilis, ideò cum discretione,
iudicio, & tranquillitate procedat iudex, nec frequens in
eo sit indignatio, nec amara protsus, sed mansuetudinis
dulcedine admixta, moderamine autem adhibito: & cau-
sa existente, licitè, imò necessariò irascitur iudex, nam
loco, & tempore irasci virtus est, & qui non irascitur
vbi, & quando oportet fatuus, & stupidus est, iuxta illud
Irascimini, & nolite peccare, idest irascimini vbi culpa est,
cui irasci debetis, non potest enim fieri, vt rerum indigni-
tate non moueamur, alioquin non virtus, sed lenitudo, &
remissio iudicatur, igitur erratis proximi, quem vt nos
amare præcipimus, sicut & nostris irasci debemus, &
hoc modo etiam ira quando oportet, & vt oportet mota,
fortitudinem assumit; & immobilem manere, aut decen-
ter

ter vbi oportet non indignari hebetudo est non mansuetu-
do, & patientia præter rationem suscepta est potius stupor
mentis; qui autem opportunè excandescit, virtutem exer-
cet præstantissimam, nam tunc ira non ex perturbatione,
sed ex iudicio oritur; alia enim est ira, quam impatientia
excitat, alia quam zelus iustitiæ format, illa ex vitio, hæc
ex virtute generatur, nam si ita non fuerit, nec doctrina
proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur, &
ira bona est calcar virtutis, hac erepta animus inermis, &
ad conatus magnos piger efficitur.
Sit semper ratione temperata ira, nec facilè credat pro-
priæ voluntati, vel passioni iratus, caueat à iudicio, &
56 vultum inducat legis, quæ nescit irasci; ad fugiendam au-
tem iram, non sunt de facili audienda, quæ in iram trahe-
re possunt, nec expedit omnia videre, omnia audire, mul-
tæ nos iniuriæ transeant, ex quibus plerasque non accipit,
qui illas nescit; non vis esse iracundus; non sis curiosus,
qui inquirit quæ de se dicta sunt, & malignos sermones, se
ipsum inquietat, & ne mala audita nos moueant, passim
dicta sine probatione non credamus, credulitas enim vi-
tium est à grauitate superioris alienissimum, vt latiùs om-
nia prædicta exornat Aluarez de Velasc. *d. tract. de iud.
perfect. Rub. 14. annot. 1. per tot.*
Quòd autem veritas sit ipsa iustitia, vel leni, & ideò
57 iudex veritatis, sicut iustitiæ, & iudicij debeat esse cultor,
ex intimisque præcordijs illam amare, præoculis semper
gestare, nec momento ab ea recedere, vt & subditi eam-
dem in Iudice circumspiciant semper, ac reuereantur, ni-
hilque apud eum præter veritatem præualere cognoscant,
cùm veritas sit præcipua virtus in iudice, tamquam inse-
parabilis iustitiæ comes, ad quam nisi per veritatem per-
ueniri non potest, cùm sit iustitiæ mater, origo, & ba-
sis; Non solùm igitur oportet iudicem esse veritatis culto-
rem, & amantem, sed etiam sagacem, scientia, & sa-
pientia pollentem, vt illam inueniat, à tenebris abducat,
& inuentam tueatur, nam licèt dicatur, quòd veritas
numquam latet, & possit sine eloquentia defendi, tamen
etiam claritate, ac nitore sermonis est illustranda, aliàs
quandoque opprimitur si non defendatur, & potest defen-
di etiam fallendo fallentem, fraudemque refellendo frau-
de, dummodò semper sine mendacio, sed argutijs, & Deus
non patitur lumen veritatis inquirentes per tenebras exte-
riores vagari, vt melius explicat Aluarez de Velasc. *d. Rub.
14. annot. 2. per tot.*
Numquid verò sufficiat veritatis priuata cognitio, vel
publica ex actis sit necessaria, & sic an iudex iuxta allega-
ta, & probata, vel secundum scientiam, & veritatem,
58 quam ipse priuatim nouit iudicare possit, vel debeat, va-
rij varia dicunt. Aliqui enim existimant non posse iudi-
cem neque in ciuilibus, neque in criminalibus damnare
reum, qui talis ex actis apparet, si ipse etiam priuatim
nouit veritatem aliter se habere, sed tunc debere absolue-
re, vel à iudicando abstinere. Alij secundùm probata in
actis, in ciuilibus, & non in criminalibus, putant licere
iudici iudicare, licèt sciat veritatem esse in contrarium.
Alij idem asserunt in criminalibus vbi venit tantùm pœna
pecuniaria imponenda, secùs si corporalis. Alij denique,
59 & magis communiter firmant indistinctè, posse, & de-
bere iudicem iudicare, & damnare innocentem contra ve-
ritatem à se priuatim cognitam, si reus appareat ex actis,
nec medium iuridicum inueniat, quo secundùm leges pos-
sit eum excusare, aliàs magna Reipublica nascerentur in-
commoda, magnis semper angustijs iudices afficerentur,
& discrimina paterentur. Multi tamen limitant in iudici-
bus superioribus, Consiliarijs, seu Auditoribus, & mul-
tò magis in ipso Principe existimantes secundùm verita-
tem priuatim cognitam, propriamque conscientiam ex
bono, & æquo iuris apicibus omissis istos iudicare posse,
& debere, dummodò priuata scientia, seù conscientia, sit
omnium simul Senatorum iudicantium, licèt contrarium
alij sentiat etiam in Senatoribus Principem repræsentanti-
bus, quia cum publica auctoritate fungantur iudices, ex
eaque iudicent, publicam fidem, & scientiam legibus
munitam, non propriam sequi debent, aut possunt, imò
& in ipso Principe Supremo, qui certam suam priuatam
scientiam sequi non debet in condemnando, sed benè in
absoluendo, quod maximè de æquitate procedit, nisi deli-
ctum ita atrox, & perniciosum esset, vt Reipublicæ expe-
diret eius auctorem publicè puniri, Aluarez de Velasc. (plu-
res allegans) *d. tract. Rub. 14. annot. 3. per tot.* & alios ci-
tatos in *§. Iudex num. 4. & seqq.*
Et quamuis iudex debeat esse acerrimus veritatis inda-
gator, magnaque in id prudentia, astutia, & sagacitate
vti ex recto fine, & ob id attenta multorum Doctorum 60
opinione, quæ etiam communis appellatur, possit non
solùm astutia, sed calliditate, fraude, dolo, vel simula-
tione veritatem perquirere, & extorquere, nec immu-
nitatem reo vt fateatur promissam implere teneatur, cum
partes iudicis post confessionem non sint nisi in condem-
nando, ipse enim reus confitendo se prodit, confessus pro
iudicato habetur, & sua se quodammodo sententia dam-
nauit, quàm nec pactum præcedens remittere, nec tem-
perare promissa impunitas potest, sed sibi, suæque stulti-
tiæ imputare debet, qui tali promissioni immeritò fidem
adhibuit, cùm sciret, vel scire deberet ad eius imple-
mentum iudicem non arctari, & suam sibi nocere confes-
sionem, quamuis & iudex suæ calliditatis, & circum-
uentionis detrimentum sentire debeat vt sua cuique fa-
tuitas, suus cuique dolus, & malitia noceat, & non ter-
tio, veluti, parti, vel Reipublicæ, cui quæsitum est ius
ex confessione.
Iuri tamen, rationi, & æquitati conformior est in vtro-
que capite contraria sententia, quia nec artificiosis men-
dacijs, nec simplicibus verbis licita est vnquam deceptio, 61
nec pro hominis vita, & tantò minus in iudice, qui for-
tis, magnanimus, bonus, simplex, veritatis in omni-
bus amicus; & numquam fallax desideratur; dolosus enim
non est sapiens, sed simplex vir bonus est sapiens, & sa-
pientia dolosa non est desursum descendens, sed terrena,
animalis, & diabolica, ac in iudicijs adeò bona fides exu-
berare debet, & sine simulatione sinceritas, vt quodlibet
mendacium, quod extra iudicium veniale esset, mortale 62
efficiatur secundùm multos exæquantes ad mortale men-
dacium cum iuramento extra iudicium, & simplex in
iudicio, nam vis iudici exigit veritatem, sicut vis iura-
menti, licèt alij, & fortè magis communiter intelligant
cùm in re graui accidit, dempto iuramento.
Peccaret itaque grauiter iudex impunitatem animo non
se obligandi promittens, significando verbis animum, 63
quem non habet, idque ad mendacium spectat pernicio-
sum, si sit de re notabili contra spiritualem, vel tempo-
ralem proximi salutem: ac omnis actus, contractusuè,
cui causam dedit dolus nullus est, omnisque promissio,
vel fides data à quolibet seruanda est, quia fundamentum
iustitiæ est fides, & iustorum corda meditantur fidem,
iniustorum verò fraudes; magna enim est iniustitia viola-
tio fidei, habetque fides data vim iuramenti, & obligat
ex genere suo sub mortali, nisi leuitas materiæ excuset, &
sic adimplenda est promissio, & fugienda omnis callidita-
tis suspicio.
Oportet igitur iudicem esse solertem, diligentem, &
vigilem veritatis indagatorem, sed præfinitis a iure mo-
dis, remotis mendacijs, cauillationibus fugatis, fallaci- 64
bus simulationibus, & quibuslibet alijs artibus insidio-
sis euitatis, cùm semper veritatis vna sit vis, & vna fa-
cies, omneque, quod arte elicitum, & fraude composi-
tum est, simplicitatis merito careat, & nil simplicitate
cordis felicius, non vt Pharisæi improbi, qui consilium
fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent, sed vt
Iob de quo scriptum est, erat vir ille simplex, & rectus:
& quid vetat nos rectitudine, & simplicitate illius conso-
cios fieri? vt in omnibus sicut in eo glorificetur Dominus.
Cuilibet homini fœdum est dolis, aut fraudibus insidiari,
sed iudici turpissimum; veram ergo in exquirendo, &
puniendo delicta sequatur Philosophiam, non callidè, &
politico artificio excogitatam, atque accersitam, sed sim-
pliciter, ac spiritualiter cultam, & obseruatam, & tantùm
abest vt per dolum, fraudemue, veritatem per iudices eli-
ci iura velint vel patiantur, vt potiùs id omninò vetent, &
tali modo (veluti per suggestionem) elicitam confessionem
nullam reddant.
Habeat Iudex simplicitatem Columbæ, ne cui machine-
tur dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplantetur
insidijs, animum vultus tegat, idest non illius secreta pan- 65
dat, neque votum declaret ante sententiam, dummodò
oppositum eius, quod intendit numquam manifestet,
vel ostendat, aliàs nec zelus extorquendæ veritatis li-
berat à vitio, quia debet esse secundùm scientiam, & le-
gum præcepta, aliter non inutilis modò, sed maximè noci-
uus, & ipse timor Domini nisi secundùm scientiam sit nihil

prodest, imò obest, nam & Iudæi habent zelum, & timo-
rem Dei, sed quia non habent secundùm scientiam in ipso
zelo, & timore maiorem contrahunt diuinitatis offensam;
licet verò permissum sit quandoque dissimulare, idest ce-
lare quod est, vel verbis ambiguis vti, numquam tamen
quod non est decet indicare, vel manifestare, imò iudici
nec verbis ambiguis reum capere, & ad confessionem in-
ducere permittitur, & mendacium, dolus, vel fraus nul-
la ratione honestari possunt, etiam repellendæ fraudis, quæ
debito modo est repellenda, cùm lex tamquam turpissi-
mum vetet dolosè ambulare, hoc est versutè viuere velle,
& iustitiæ speciem præseferre, quia vir versutus odiosus
est, & sub bono zelo non est tegenda iniustitia; astutiæ igi-
tur sunt tollendæ, & malitia, quæ vult videri prudentia,
sed longè distat ab illa: & licèt sit permissa tortura, & il-
lius terror legitimis præcedentibus indicijs, hoc est reme-
dium iuris, in quo non interuenit fraus, non dolosa ver-
sutia, sed illud agitur, quod intenditur sine deceptione,
aut mendacio, si quantitatem, & qualitatem tormenti
iudex celat, prudenter agit, quia exprimere non debet
iuxta communem stilum, & sibi imputet reus si maiora
suspicatus delictum, veritatemque fatetur.

Caueant autem iudices ne à verbis dissentiant facta, seu
è contra ne à prudenti dissimulatione deuient, & in calli-
dam, reprobatamque simulationem incidant, & simpli-
ces illudant, quia simulatores, & callidi prouocant iram
66 Dei, & abominatio Domini est illusor; nec ex bello iusto
(in quo nil refert an ex insidijs, & simulationibus, vel
aperto Marte repugnetur) licet arguere ad iudicia, quia
diuersa est iudiciorum lex in quibus omnia bona fide sunt
peragenda, & omnis fraus, vel simulatio repellenda.

Si ergo iudex per promissionem impunitatis, vel alijs il-
legitimis modis confessionem extorserat, non potest ex illa
reum damnare, quia non habuit veritatem iuri confor-
mem, & secundùm illius præcepta cognitam, & elicitam,
67 & Respublica, vel priuatus ex tali illegitima confessione,
quæ executionem non meretur, nullum ius acquisiuit,
quia sicuti vnius dolus alteri non nocet, ita nec etiam pro-
desse potest, cùm alterius circumuentio alteri actionem
non tribuat, nec ob id respublica, vel pars priuatur iure
suo, quod aliter legitimè conuinci, aut probari potest,
ex nouaque probatione sententia sequi, & quemadmo-
dum in legitimè confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi
in condemnando, ita nullæ sunt vt illegitimè confessum ex
illa confessione damnet, nec habet quod ita confessus sibi
imputet naturalem fœderis obseruantiam, & publicam fi-
dem iudicis sequutus; Saltem si ita extortam confessio-
nem reus retractet; si verò in ea persistat, illamque expres-
68 sè ratificet, iam certò sciens, & certioratus, quòd impuni-
tatis promissæ nulla habebitur ratio, pœna ordinaria deli-
cti puniri potest, quia ratificatio prioris dolo extortæ con-
fessionis vitium purgat, liberumque inducit consensum,
quem abstulerat deceptio; quòd si nec reuocet, nec expres-
sè ratificet, sed tacitè illam non reuocando, non pœna ordi-
naria, sed extraordinaria mitiori puniri debet; quamuis iu-
dex, qui ex tali confessione expressè non reuocata, pœnam
ordinariam imponeret, non esset damnandus, maximè si
aliæ extarent coniecturæ, & indicia, quibus accedente di-
cta confessione, & illa non reuocata post compertam iudi-
cis simulationem, esset locus pœnæ ordinariæ, licèt alij
etiam hoc casu extraordinariæ tantum locum tribuant, in-
telligendo omnia de confessione spontanea sub spe impuni-
tatis emanata, tunc enim ratificata vt supra nocet, secùs si
per torturam sub dicta promissione emanasset, quia tunc
ratificatio nihil operatur, cùm non possit tot supplere de-
fectus, vt colligitur ex Couar. *var. lib. 1. cap. 2. num. 16.* Me-
noch. *de arbitr. cas. 367.* Farinac. *quæst. 81. num. 276. & seqq.*
Fachin. *contr. iur. lib. 19. cap. 61.* alijsque relatis per Aluarez
de Velasc. *d. tract. Rub. 14. annot. 4. nu. 45. & seqq. per tot.*

Et facit quia quamuis sine legitimo processu, indicijs,
69 vel diffamatione ad inquisitionem, & confessionem non
sit deueniendum, tamen si ante hæc (vi, metu, dolo, vel
fraude cessantibus) fiat spontè confessio, subsistit, & ad
condemnandum sufficit per text. *in cap. 1. de accusat. lib. 6.*
Mascard. *de probat. concl. 350. num. 2. concl. 353. num. 5. &*
34. Viu. *com. opin. 140.* Velasc. *d. annot. 4. num. 13. & 47.* &
annot. sequenti vbi latius, *num. 18. & num. 33. & seqq. &*
num. 64. vide in §. *Confessio n. 26. & 47. & §. Inquisitio nu. 11.*

Ad euitandas autem tot difficultates, & pericula in vtro-
que foro quantò satius est tutiorem, & faciliorem viam se-
qui, plana quippe est veritatis via, & graue iter mendacij:
stultitia relinquere iter rectum, & ambulare per vias tene- 70
brosas; simplicitas in medio veritatis est: semita iusti re-
cta, rectus callis iusti ad ambulandum, quæ igitur demen-
tia ducit iudices ad præcipitia à veritatis simplici via Regia
declinantes, ipsi viderint, qui se in eloquij iactant vanita-
te, & de argumentationum suarum versutia, quæ inimi-
ca est fidei, gloriantur; nos verò media, & Regia via in-
cedentes, inoffenso pede gradiamur, de simplicitate no-
stra, bonisque illam comitantibus, rectique cognitione,
iuuante Domino gratulemur, vanam, fictamque mundi
sapientiam abijcientes, & veram iustorum amplectentes: 71
Mundi enim sapientia est cor machinationibus tegere, sen-
sum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ ve-
ra sunt fallacia demonstrare. At sapientia iustorum est nil
per ostentationem fingere, sensum verbis aperire, vera vt
sunt diligere, falsa deuitare, bona gratis exhibere, mala li-
bentiùs tollerare, quàm facere, in eaque, & simplicitate
tutissimum est rectorum munimen, quia Deus custodit re- 72
ctorum salutem, & protegit gradientes simpliciter, & qui
ambulat simpliciter ambulat confidenter; at vir duplex ani-
mo inconstans est in omnibus vijs suis, & væ duplici corde,
labijs scelestis, manibus malefacientibus, & peccatori ter-
ram ingredienti duabus vijs; statera verborum fallax im-
probabilis apud Deum, quæ prætendit pondus grauitatis
sobriæ, & subnectit versutias fraudulentiæ: maximè displi-
cet Deo proximum suum promissorum benignitate deci-
pere, & subdola iniquitate deprimere; translucent fraudes,
manet inconcussa simplicitas, non hypocrisis simulata;
huiusmodi versutiam induerat serpens, cum, vt deciperet,
se consiliarium exhibuit, & amicum simulauit.

Arrigant aures iudices de sua improba calliditate lætan-
tes, gaudeant in sua recta simplicitate perfecti (perfectus
est qui malitiam nescit, nec dolum nouit) quia simplicitas
iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vasta-
bit illos; renouamini spiritu, & ad perfectionem tendenti-
bus omnia simplicitas placeat, quæ ad Deum ducit, non ser-
pentina calliditas, quæ mortale venenum instillat; quod
intus est foris luceat, & quod foris est intus operetur; epu-
lemur itaque non in fermento veteri, neque malitiæ, &
nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis, vt cum
Apostolo perfectione fruamur.

Ipsaque simplicitas numquam mala cogitat vlla.
Hinc sincera fides, æterna fide fruetur:
Et contra dolus longo cruciabitur igni,
Elige quid velis, vt digna piacula vites.

Sicuti prædicta omnia à vers. *Et quamuis Iudex &c.* latiùs
exornat idem Aluarez de Velasc. *de iud. perfect. Rub. 14. an-*
not. 4. per vndecim paginas integras, & alios citaui in §. *Iu-*
dex num. 48. &c.

Iudex autem confessionem dolo, fraude re extorquens,
aut contra, vel præter iuris ordinem inquirens, vel de so-
cijs interrogans, ad damni ea de causa, vel ratione proue-
nientis restitutionem obligatur, cùm sit causa efficax inlu- 73
sta illius, nisi possit excusari ex eo, quia non ex illa solum
ratione, aut causa, in qua inordinatè processit, sed ex alia
etiam condemnatio sequi posset; nam tunc licèt vna cau-
sa deficiat superstitibus alijs, non tenetur ad restitutionem;
vel nisi fuerit tantùm causa damni remota, & non proxi-
ma, cùm immediata causa tantùm, & non remota sit at-
tendenda, causa enim proxima, & immediata est propriè
causa, & appellatione causæ venit, & intelligitur, atque
inspicitur in quibusuis hominum actionibus, remota ve-
rò, & mediata est ficta, impropria, dicitur potiùs occa-
sio, & non attenditur; vnde si pars quæ potuit, imò de-
buit (saltem conditionaliter si damnum vitare velit) ap-
pellatione, querela, vel simplici etiam apud iudicem op- 74
positione, & petitione damnum ex inordinato processu
vitare, nec id fecit, sibi damni causa proxima, imme-
diatè, & efficax censetur, culpaque sua damnum pati;
& non iudicis, qui fuit causa inefficax, & remota, quam
de facili vt supra potuit pars remouere, & tacendo vide-
tur actis consentire, gestaque approbare, vide in §. *Tacens*,
& consequenter sibi, & non alijs damnum imputare; 75
aut volens, sciensque sufferre, quod à dolo, iniuria, &
restitutione iudicem excusat, cùm volenti, & scienti non
fiat iniuria, neque dolus, imò nec partis ignorantia trans-
fundit in iudicem restitutionis obligationem, quia igno-
rantia iuris clari regulariter neminem excusat, & est lata
culpa dolo comparata, de qua vide in §. *Ignorantia num. 5,*
& seq.

& seqq. & num. 10. at sui cuique culpa, & ignorantia, & non alteri nocet, & damnum, quod quis sua culpa sentit sibi imputare debet, nec sentire dicitur, vt possit ab alio repetere: quare cùm iniustè inquisitus, vel interrogatus potuerit remedijs iuris sibi consulere ad vitandum damnum, & id non effecit, à se immediatè, & efficaciter damnum sentit nec alium habet obligatum; Intelligendo hæc omnia postquam pars, vel reus habuit copiam, vel notitiam cer-
76 tam processus, quia tunc rationabiliter potest iudex sibi persuadere ex iuris dispositione, partem ius sibi competens scire, & consentire gestis, quibus non contradicit, cùm tacens in iudicialibus consentire dicatur, etiam in sibi præiudicialibus quando contradicendo poterat impedire; nam ante publicationem processus, vel dictam notitiam habitam, & vsque tunc tota inordinati processus culpa, damnique causa, & obligatio apud iudicem residet, nec quidquam parti imputari potest, cùm omnia iuridicè, & solemniter acta existimare debuerit ob magnam præsumptionem, quæ militat pro iudice, cui ideò securè reus potuit se committere, sicut etiam tenetur iudex (saltem in foro conscientiæ, in quo veritati cedit præsumptio) si certò sciat reum omninò ius, eiusque remedia ignorare, nec consentire gestis, vel si per sordes, pretiumue inordinatè processit, quia tunc quamuis pars tacendo in culpa sit, iudex est in grauissimo dolo, qui dictæ culpæ præponderat, & ita malitia excedit, vt pro illo ad integrum partis, litisque interesse obligatus existat, nisi fortè etiam de hoc pars sciens taceat, cum & dolus præteritus possit remitti.

Potest autem imò debet iudex meliore vsus consilio errorem suum, processumque emendare, partisque, & suo
77 consulere damno in futurum, & quandocumque ante diffinitiuam sententiam reponendo à grauamine, vel absoluendo ab instantia, & denuò iudicium inchoando; vel etiam post diffinitiuam sententiam, quæ nullitatem contineat causam iterùm instaurare, quasi prior non esset agitata, sicque inordinati processus defectum nullitati causam præbentem emendare, quia iudex, qui ex actis nullis absoluit, potest postmodum ex nouis validis condemnare, & è contra; si itaque parte petente non emendet, de iniuria, seu damno ei illato in interiori, & exteriori foro tenebitur, & quamuis emendauerit vsque ad emendationem tenebitur ad expensas, & damna, nisi eum legitima excuset ratio, vt si fortè errauerit ex causa probabili, & laudabilis opinionis existat.

Si non est error in processu, sed ex parte iudicis dolus,
78 metusue illatus, per quem à reo confessionem extorsit, dic quòd si dolus, vel metus talis est, qui ad partis potiùs fatuitatem, vel vanam trepidationem, quàm ad iudicis malitiam, vel violentiam referri possit, & sic non cadens in constantem virum, non nocet validitati iudicij, neque iudici, etiam si iudex leuem tormentorum comminationem interposuerit, quia licet aliquam tunc fecerit iniuriam, tamen non tam censetur ipse extorsisse, quàm reus liberè propalasse. Si verò dolus, vel metus talis intercessit, per quem disertus quilibet, & constans caperetur, & constat ex actis, seruanda est superior distinctio, nam aut pars opponit, & debet iudex instaurare processum, & ritè prosequi, aliàs ad expensas, & damna tenetur vt supra, aut non opponit, & voluntariè videtur fateri crimen, confessionem approbare scienter, & iuri suo renunciare, consequenterque scienti, & volenti non fit iniuria, quæ obliget ad restitutionem. Sed si de tali dolo, vel metu non apparet in actis, nec probari potest, ad restitutionem obligatur iudex tamquam illius causa efficax iniusta, & idem in sug-
79 gestione, quæ non solet apparere, si eius saltem qualitatis sit, quæ cautum etiam decipere posset, nam si appareret, & nullitati, & distinctioni prædictæ remanet subiecta. Et hæc quo ad inquisitionem indebitè, & contra iuris ordinem formatam, confessionem elicitam, & iudicium sic prosequutum.

Quo ad alias processus solemnitates, quæ vel omittuntur, vel peruertuntur in ordine, eadem pariter militat ra-
80 tio, & distinctio oppositionis, vel taciturnitatis partis, nam licèt multi teneant dictis solemnitatibus, & ordini iudiciario fauore publico introductis, non posse expressè renunciari, tamen saltem tacitè per non oppositionem posse remitti communiter concludunt, sicut etiam
81 censentur remissæ, vbi potest procedi *summariè, simpliciter, de plano, & sola veritate inspecta*, nam huiusmodi clausulæ liberant ab obseruatione ordinis iudiciarij, omnemque iuris solemnitatem relaxant, & ad formam iudicij de iure naturali, vel gentium inductam reducunt.

Quod verò dicimus circa ordinem iudiciarium præiudicare sibi partem tacentem, & non reclamantem, approbareque gesta videri, non procedit quoad sententiam diffinitiuam; nam iudex, qui eam contra ius protulit facit litem suam, & potest pro interesse conueniri in Syndicatu, etiam si pars grauata non appellauerit, vel appellationi renunciauerit, vel eam deseruit, vt videtur com- 82
munis Doctorum opinio, licèt alij, & fortè melius intelligant dum causa, siue impedimentum subest, cur non appellauerit, sentientes si impedimentum non extet, approbatum videri iudicium, à quo non fuit appellatum, nec contra iudicem recursum dari. Sed vtcumque sit, diuersa est resolutionis ratio, nam sententiæ iniustitia à parte præueniri non potest, sentitur, & inspicitur simul, negotio finem imponit, dat, vel adimit ius, quo nemo se priuare velle, nec suum iactare præsumitur, & non potest retractari, nisi per appellationem, & eius prosecutionem. Processus verò errori, vel inordinationi pars semper potest obstare dum durat instantia; toties noscitur, & approbatur, quoties inspicitur, & non contradicitur, quorum actuum, & taciturnitatis geminatio enixam, & deliberatam inducit approbationem, & ideò non mirum, si in istis damnum ad partis negligentiam, fatuitatem, tacitumque consensum, & non ad iudicem refertur: secus autem in sententia diffinitiua, in qua nimis durum videretur arctare lassum, & læsum, vt appellatione non interposita, vel non prosecuta, vel prosecuta, & sententia iniusta malè confirmata, ius suum aduersus iniquè iudicantem perdat, quod sibi competere, & durare sciebat, aut sumptus, cæteraque Superiorum Tribunalium subire discrimina, ac propterea receptior isto casu est opinio, non appellantem à sententia iniusta contra Iudicem ius suum illæsum retinere; nec sibi taciturnitate in id præiudicare, vide *in §. Iudex num.* 18.

Iudex etiam in casibus non exceptis, reum de socijs interrogans mortaliter peccat, & reus potest tunc verbis
æquiuocis interrogationem eludere, dum absit menda- 83
cium, sed si socios propalet non vtendo iuris remedijs, tenetur ipse tamquam causa proxima, & immediata ad damni inde contingentis restitutionem, cùm non legitimè, & contra iuris ordinem interrogatus, naturali lege teneatur occultare peccatorem; nec habet iudicem obligatum 84
ad sui reuelationem, saltem si postea ipse vel socij detecti non opposuerunt, & processum restaurari, confessionemque indebitam elidi non postularunt, vt necesse est ad transfundendam obligationem in iudicem iuxta superiùs notata: nisi posset vterque, idest Iudex, & nominans excusari ex eo, quòd dictum socij in casibus non exceptis saltem per se, nullum generet præiudicium; sed quia ex accidentibus facilè generari potest, sibi prospiciant iudices rectitudine, & legum simplicitate vtentes, quibus alias nec bona fides, quam operatio contra legem excludit, nec ignorantia iuris clari, quæ neminem iuuat, & illos specialiter deturpat, asylum firmum præstat, vide *in §. Ignorantia num.* 5. *& seqq. & num.* 10. Testis verò, qui per imprudentiam occultum crimen detexit bona fide putans se
legitimè interrogari, non tenetur lege iustitiæ dictum 85
suum retractare, sed lege charitatis si sine suo detrimento possit, speret retractationem profuturam, ita tamen vt non obligetur ad restitutionem si non retractauit, sed talis obligatio recidit in iudicem, qui causam iniustam efficacem damno dedit, non legitimè procedendo.

In criminibus autem a iure nominatim exceptis, propter eorum atrocitatem, & graue Republicæ nocumentum (nempè læsæ Maiestatis diuinæ, & humanæ, prodi-
tionis, coniurationis, falsæ Monetæ, maleficij, siue strygum, 86
latrocinij, & grassationis viarum, assassinij, sacrilegij, partus suppositi, & generaliter in omnibus alijs delictis, maximè occultis, & difficilis probationis, quæ de sui natura solent committi cum interuentu plurium, vel quando adsunt particularia indicia, quod cum pluribus fuerint commissa, vel quæ Republicæ sunt pestifera, bonumque publicum, & multitudinem nimis lædunt, vel si adesset statutum, siue consuetudo id permittens maximè contra diffamatos, dummodò numquam fiat interrogatio de aliqua certa persona in specie, sed in genere, nisi adsit specialis, & legitima præsumptio de certa persona, vt latè explicant Farinac. *quæst.* 43. *num.* 56. *& seqq. per tot.* Menoch. *de arbitr.*

*bitr. caſ.*474. Card. Tuſch. *litt. S. concl.*315. Guaz. *diſſ.*
30. *cap.*32. Maſcard. *de probat. concl.*1312. Peguer. *deciſ.*
5. & dixi *in §. Socius num.*47. *& ſeqq.* vbi etiam de requiſi-
tis, & quale indicium faciat huiuſmodi dictum ſocij cri-
minis, debet iudex reum de ſe confeſſum de ſocijs omninò
87 interrogare ſub pœna peccati mortalis, damnumque Rei-
publicæ, & ſubditorum, etiam aliter non requiſitus auer-
tere, & tunc reus interrogatus ſub eadem peccati obliga-
tione ſocios reuelare tenetur, imò etiam non interrogatus,
ſi agatur de obuiando alijs delictis in futurum adhuc im-
minentibus, ac ad id moneri debet à confeſſario, aliàs ſi
abſolueret ſine dicta monitione, abſolueret impœniten-
tem, & ipſe etiam Confeſſarius peccaret; quia, etſi lege
naturali teneatur quilibet non diffamare proximum, tamen
in criminibus exceptis, vbi agitur de impediendo damna
ſpiritualia, vel temporalia multorum, quæ in futurum
pendent, alia lex naturalis fortior accedit, qua etiam
88 priuati tenentur aliorum mortem, & pericula præcauere,
iuxta Prouerb.24. *Eripe illos, qui ducuntur ad mortem*; at
concurrentibus duabus naturæ legibus contraria dictanti-
bus, ſtandum eſt fortiori, & iſtis caſibus præſtantiora
ſunt bona corporis, & vitæ multorum, quàm bona famæ,
& fortunæ paucorum in generali igitur inquiſitione, in
qua certum, & manifeſtum delictum apparet, latet verò
89 delinquens, teſtis generaliter interrogatus, an ſciat quis
illud perpetrauerit, tenetur delinquentem propalare, ſi-
ue ſolus, ſiue cum alijs ſciat, & ſiue ex officio iudicis, ſi-
ue ad inſtantiam partis agatur, & idem eſt in ſocio crimi-
nis generaliter de ſocijs interrogato, vbi agitur de crimi-
nibus, ex quibus publicum, vel particulare imminet dam-
num in fieri, vel in futurum, niſi tam teſti, quàm ſocio
ex reuelatione immineret graue periculum, aliàs teſtis le-
gitimè interrogatus veritatem ſibi notam occultans peccat,
& iuſtitiam commutatiuam lædit, & obligatur ad reſti-
tutionem damni verſus partem iuxta magis communem
opinionem, licèt alij contra quoad reſtitutionem, red-
dentes rationem, quia quamuis teſtis grauiter peccet con-
tra charitatem erga proximum, & contra obedientiam, &
iuſtitiam legalem erga iudicem, non peccat tamen contra
iuſtitiam commutatiuam (ſecundùm iſtos) nam ante
mandatum iudicis non tenetur ex commutatiua iuſtitia,
etiam ſecundùm auctores contrariæ ſententiæ, ſed per
mandatum iudicis ſolùm accedit obligatio iuſtitiæ legalis,
& obedientiæ, ergo nullum eſt vinculum iuſtitiæ commu-
tatiuæ, & reſtitutionis, de quo dixi *in §. Teſtis num.*14. *&*
*num.*34. & omnia prædicta à *verſ. Iudex autem confeſſio-*
nem, &c. probat Aluarez de Velaſc. *de iud. perfect. Rub.*14.
*annot.*5. *per octo integras paginas allegans*, Sot. *de ratione*
*tegendi, & detegendi ſecreti memb.*3. *qu.*1. *concl.*5. Nauar.
*in manual. cap.*18. Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.*2. *cap.*29. *dubit.*18.
*num.*172. *& ſeqq.* Filiucius *tr.*40. *cap.*6. *qu.*14. *num.*199. *&c.*
Trullench. *in oper. moral. lib.*8. *cap.*5. *dubit.*23. Bonacin.
*tom.*2. *moral. circa* 8. *Decal. precept. diſp.*10. *quaſt.*2. *punct.*
6. *num.*6. *& alios.*

Quia autem ſæpè dictum eſt, ſeruandum iuris ordinem
in interrogando reos, vt ſe prodere teneantur, notandum
eſt cum Nauar. *loc. cit. num.*57. conſiſtere in tribus, primò
90 quòd Iudex interrogans ſit competens; Secundò, quòd de-
lictum ſit probatum ſaltem ſemiplenè per vnum teſtem om-
ni exceptione maiorem, vel per indicia illi æquipollentia,
vel per infamiam plenè probatam, tertiò quòd huiuſmodi
probatio ſit illi notificata, vt ſciat in quo ſtatu reperiatur,
quibus concurrentibus debet reus iudici præcipienti vt fa-
teatur parere, aliàs nemo ſe prodere tenetur.

Item notandum eſt modum procedendi ex accuſatione,
vel etiam ſimplici denunciatione publici Officialis ad id de-
putati, aut alicuius priuati, vel ex querela partis offenſæ
91 eſſe iuridicum, & à conſuetudine approbatum, quicquid
de iure deberet infamia præcedere, cùm huic iuri poſiti-
uo poſſit per conſuetudinem derogari, & derogatum cen-
ſeatur; cùm igitur Iudici delatum eſt crimen aliquo ex
dictis modis, legitimè procedit ad examinandos teſtes no-
minatos, vel alios, quos ipſe inquirendo ex officio com-
perit informatos, & aliàs capiendas informationes, ex qui-
bus crimine per vnum ſaltem teſtem omni exceptione ma-
iorem, vel alijs æquipollentibus indicijs probato, poteſt de
eo interrogare reum, & etiam torquere ſi neget, & ſi per
duos, vel plures teſtes eiuſdem qualitatis illum condem-
nare (dummodò ſemper conſtet de corpore delicti eo mo-
do quo conſtare poteſt ſecundùm illius naturam) & teſtes
præſumuntur idonei, donec contrarium appareat, vt colli-
gitur ex Bonacin. & alijs per eum citatis *d. tom.*2. *circa* 8.
*decal. prec. diſp.*10. *qu.*2. *punct.*5. *&* 6. *per tot. vbi etiam n.*6.
quòd iudex non ſeruando iuris ordinem in iudicando, te-
netur ad reſtitutionem, niſi poſſit alia via procedere, & 92
ea ratione condemnare iuxtà ſuperiùs dicta, vel ſi errauit
in aliquo, in quo Princeps poſſit diſpenſare, & diſpenſauit,
vel ſi condemnauit perſonam exemptam, vel non ſubdi-
tam, & illius iudex ratum habeat, nam his caſibus excuſa-
tur ab obligatione reſtituendi. Et de triplici modo proce-
dendi in criminalibus, nempè per inquiſitionem, denun-
ciationem, & accuſationem, pulchrè Gonzal. de Paz. *in*
*Prax. part.*1. *tom.*1. *de mod. & forma proced. in cauſis cri-*
minal. apud Tribunal. ſecul. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.*378. *per*
tot. Clar. *§. fin. quaſt.*3. *per tot.* vbi reducit ad duplicem mo-
dum, nempè vel ex officio, vel ad inſtantiam partis, de
quo, & alijs modis ego plura dixi in mea *pract. in præfat.*
*num.*3. *& ſeqq.*

In tutò itaque ſe locet Iudex ad perfectionem tendens,
tot pericula monſtrata, imò monſtra viter, atque horreat;
quid prohibet tuta ſequi, tranquilla ſectari, amplecti ſecu- 93
ra? quid ire aperta via, rectaque ingredi, & non ſibi ad
præcipitia anxios diſponere flexus? emuntur diſcrimina
magno, conſtat paruo ſecuritas pretio, vt concludit Alua-
rez *d. annot.*5. *in fine.*

An autem ſecundùm propriam conſcientiam iudicare
debeat iudex, quid & quotuplex ſit conſcientia, an liceat
contra propriam opinionem, quam quis probabilem putat,
aliorum probabili ſententiæ adhærere, vel in conflictu opi- 94
nionum probabiliorem omninò ſequi teneatur, vel gratifi-
cari liceat amico, latè & eruditè declarat idem Aluarez *d.*
*Rub.*14. *annot.* 6. 7. *&* 8. *per tot.* & dixi *ſupra in diſcurſu de*
*prohibit. mun. & prec. dat. num.*180.

Vigeſimò, & vltimò iudex debet eſſe librorum cumulo
circumdatus, ſtudio, litteriſque aſſiduè operam dare,
quia multa ſcire oportet, & numquam ſatis, tamdiù di-
ſcendum, quamdiù viuit, vt iuſtum ab iniuſto diſcernat,
nam difficilis captu eſt inuentio iuſti, facilèque effugere 95
ſolet parum animaduertens, ſæpè decipimur ſpecie recti,
& vitium ſerpit ſub vmbra virtutis, & è contra perindè de-
cet iudicem eſſe doctiſſimum, ne legem ſanctam ignorans
dicat bonum malum, & malum bonum, Sapientia cla-
mat, *diſcite iudices finium terræ*, & Pſalmiſta, *Erudimini*
qui iudicatis terram, aliter ignorantia iudicis plerumque eſt
calamitas innocentis; regendi, & gubernandi munus ars
omnium ſumma, & difficilior inter omnes mundi artes,
ideòque ſcientia, & ſapientia magna indiget; requiritur
ſapientia, & bonitas ſecundùm virtutem, vnde dicitur duos
ſales in iudice deſiderari, ſapientiæ, ne ſit inſipidus, &
conſcientiæ ne ſit diabolicus, aliàs dato quod ſciat, ſi 96
non habet habitum virtutis, ducetur à paſſione ad oppoſi-
tum: diuinæ itaque legi, eiuſque meditationi aſſueſcat,
quo nil ad ſapientiam, ſcientiamque aſſequendam præſtan-
tius, & nil prodeſt omnium rerum eruditio, niſi Dei
ſcientia coronetur, deindè humanæ inſudet, quæ ſua
tempora habet quinquennij nempè, at neque hoc tempore
ſtuduiſſe ſufficit, ſed ſemper ſtudendum: id ius, & nego-
tia poſtulant, nil non præmeditatum, nil non conuenien-
ti prætuio ſtudio decernendum; inde ſententia repentè, &
ſine librorum reuolutione lata nulla eſt, præcipuè in cri- 97
minalibus, aut perſonam iudicis tangentibus, quia mox
vt infertur iniuria, perturbatur animus, & vix rectum
illicò valet promulgare iudicium, vnde neceſſe eſt differre
ſententiam, donec mens turbata quieſcat, nam qui currit
feſtinans, feſtinans euertit, ad pœnitendum properat qui
citò iudicat; cogitandum eſt quod agitur, & nullus ante
iudicium vel ſuſpicione damnandus: feſtinatio improuida
eſt, & cæca, vbi præcedit cogitatio maturitas adhibetur, &
præcipitatio eſt nouerca iuſtitiæ, non eſt damnum dilatio
vbi certior ſit ex ea victoria.

Si tamen in iure ſit facilis, & expedita cauſa, & in facto
inſtructus iudex, non debet moratoria, & inepta cuncta-
tione ſententiam differre, ſed prouida, & conuenienti fe-
ſtinatione partium damnis, & incommodis obuiare, ſic- 98
que bonum, breuemque litibus finem imponere, & ab il-
larum vexationibus, & grauaminibus partes liberare, nec
innoxio abſolutionem, nec noxio congruam pœnam dif-
ferre; optant vtique audiri ſibi benè conſcij, optant etiam
qui grauibus flagitijs vrgentur pœnam mortis celeritate
tranſigere, vt aliquanta compendia pœnarum lucrentur,
cte-

etenim & Dominus, quorum miseretur, citò castigat; diligentia igitur necessaria est in qualibet virtute, maximè verò in iudice circa disciplinam, studium, eruditionem, & causarum expeditionem, sicut è contra negligentia inuenitur in quolibet peccato, vbique culpabilis, iuri summoperè exosa, & multifariè ab eo damnata.

Quapropter iudex negligens in administranda iustitia, vel in studendo, & ob id iniquam sententiam proferendo, & si iustam putaret, facit litem suam, & ad interesse parti tenetur in vtroque foro; omissio enim iudicis, vel aliorum, qui ex officio ad aliquid tenentur vicem commissio-
99 nis tenet, dolus est, vel dolo proxima, cùm partes suas facere possunt, & nolunt, imò negligentia est maior, quàm imperitia, licèt vtraque sit culpabilis, continet peccatum mortale, & obligationem restituendi, si habeat in se dolum, vel culpam latam siue magnam, & dissolutam, nam de leui, & leuissima culpa non tenetur iudex sub peccato mortali, neque ad restitutionem, neque ad syndicatum
100 in foro exteriori, quia ex leui culpa non incurritur pœna grauis: magnam autem, & dissolutam negligentiam tunc dicitur committere iudex, quando procedens ad instantiam partis ter, vel saltem semel, vel per clausulam *iustitiam peto*, requisitus iustitiam retardat, eamque negligit ministrare; vbi verò non adest pars, sed ad officium iudicis inquisitio, & delicti vendicatio pertinet, non solùm cum obuiare potest delicto, & non obuiat in dissolutam negligentiam, eiusque pœnam incidit, sed & cum sibi delatum, & manifestum est delictum, inquisitionem prætermittit, vel desidiosè, negligenter, vel ineptè eam pergit, ita vt impunitum, vel non debitè punitum illud relinquat, ante enim hanc delicti scientiam imputari negligentia iudici nequit. An autem, & quando in criminalibus pœnam non imponens, vel mitiorem teneatur ad restitutionem dictum est supra *de prohib. mun. vel prec. dat. n.* 110. *& in §. Iudex n.*

Imperitia etiam, siue ignorantia non longè distat à prædictis, cùm quilibet ea scire teneatur, quæ ad officium suum
101 rectè peragendum necessaria sunt, vndè propter negligentiam ignorantia eorum, quæ aliquis scire tenetur, est peccatum, & ideò si imperitus, & ita iudicandi muneri insufficiens, vt verisimile sit aliquod notabile damnum proximo euenturum illud acceptat, & retinet (& tantò magis si per ambitionem impetrat) mortaliter peccat, & tenetur ad restitutionem damnorum inde sequutorum: quid enim necesse est homini maiora se quærere? aptari onus viribus debet, nec prius occupari, quàm cui sufficere possumus, idque maxima disquisitione, nec mediocri diligentia contendi (plus æquo nobis, nostrisque viribus indulgentes) inuestigandum, & semper timendum, etiamsi non sufficientes existimemus. Meritò itaque in iure imperitia culpæ annumeratur, maléque per imperitiam iudicans quasi delicti reus est, litem suam facit, & ad totale interesse, vel in quantum viro bono æquum videbitur iuxta imperitię qualitatem tenetur; alia enim est imperitia dissoluta propè dolum, & dolo comparata, quæ obligat iudicem ad totale interesse, alia non adeò turpis, nec latam continens culpam, & hæc aliquam, vel etiam totalem pro iudicantis religione excusationem habet, nam si in difficilis legis intellectu, seu plures sensus habentis, iudex humana imbecillitate, vel difficultate materiæ errauerit, pro erroris qualitate arbitrium iudicanti conceditur, etiam si per imprudentiam absque dolo ad mortem condemnauerit, & condemnationem fuerit executus: quòd si sententia, de cuius errore in iure apparet, & sic nulla, non fuerit executioni mandata, facilius est remedium, & non ad interesse, sed ad damna tantùm, & litis expensas tenebitur iudex, si alia ratione non possit in parte, vel in totum, vt supra, & infra excusari, & qui per sordes malè iudicauit condemnatus ex suo delicto non repetit à parte, pro qua iudicauit; secus verò si per imperitiam, nam tunc conuenitur ex quasi delicto, & potest cessionem ad repetendum contra partem obtinere, ad tradita per Oleam *de ceff. iur. tit.* 5. *quæst.* 6. *num.* 8. *& seqq. dixi in §. Correus num.* 8.

Iudex autem non quidem imperitus, nec muneri insufficiens, sed mediocriter saltem edoctus, congruentem in
102 facto, & iure discutiendo diligentiam adhibens, veritatis attingendæ intentione, & desiderio, si adhuc humana fragilitate erret, iniustamque proferat sententiam, cùm iustam proferre laborauerit, in interiori, & exteriori foro excusatur à peccato, & restitutione, quia iniuriam formalem non intulit, neque aliquid commodi ex tali sententia à parte læsa accepit, & idem est in eo, qui pœnam non relaxandam ex ignorantia relaxauit, nam non tenetur ad restitutionem, etiam si postea errasse cognoscat.

Dicitur *iudicem non imperitum, sed mediocriter saltem edoctum, à peccato, & restitutione excusari*, tum ad excludendum imperitum, & insufficientem, qui se peccati, & 103
restitutionis periculo sciens exposuit, & ideò tenetur iuxta superiùs dicta: tum ad ostendendum non eminentem ad dictam excusationem desiderari scientiam, sed mediocrem, condecentemque muneri sufficere, scientia enim est donum Dei, eminens est desideranda, & competens tolleranda, multa inflat, eius imperfectionem suppleat charitatis perfectio; eminentis namque scientiæ homines vix reperiri possunt, imò nullus reperitur, & nulla hic perfecta scientia, quia Dominus voluit plura remanere dubia, & non 104
aperta in via, vt mentes nostras alliciat ad concupiscendum perfectam cognitionem rerum in Patria, & in hac vita nostræ ignorantiæ obscuritate obruimur, ac ideò natura contenta est mediocribus.

Dicitur etiam *congruentem in facto, iureque discutiendo diligentiam adhibens*, quia ad exactissimam non tenetur, 105
sed ad moralem, idest quam probi, & diligentes communiter, seu frequenter in similibus negotijs adhibere solent, nec ea requiritur, quam diligentiores, aut scrupulosi adhiberent.

Dicitur item *veritatis attingendæ intentione, & desiderio*, quia intentio operi nomen imponit, & cuius finis bonus 106
est, eius quoque opus bonum est, & è contra; si oculus (idest intentio) fuerit simplex, totum corpus (idest actio) lucidum erit, nam si intentio est simplex, actio tenebrosa non erit coram Deo, & dum rectum intenditur, bonum opus efficitur, etiam si minus bonum esse videatur, & è contra cum quid etiam rectum peruersa intentione agitur, & si splendere coram hominibus videatur, apud examen interni iudicis obscuratur, superluminare etiam conscientia est ipsa intentio, quæ præeminet actioni. Qui itaque iudicat ex amore, & affectu iustitiæ, idest ex intentione, qua vult seruare bonum iustitiæ, & reddere vnicuique quod suum est, quæ intentio est primus actus elicitus à virtute iustitiæ, non iudicabit contra iustitiam, diligentia, & disquisitione vt diximus comite, quia si rectè offeratur, & non rectè diuidatur, peccatur, rectè autem dicitur offerri, cùm recta intentione quid agitur, sed rectè non diuiditur, si quod piè agitur, non etiam subtiliter discernitur; non enim quis dicitur iustus ex eo, quòd iusta opera 107
faciat, sed si iustè, & iusto animo faciat, nec misericors ex eo quòd dat eleemosynam, sed si recto animo dat, his verò concurrentibus, si adhuc iudex iniustè iudicet præter intentionem deceptus, aut errore lapsus, iniustus non est nisi materialiter, etenim innocentia est vbi non est nocendi voluntas; ò ergo, *Quàm bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde.*

Affectui autem, & desiderio prædicto, sicuti nimia subtilitas legibus exosa, suique confidentia nocere solet, ita communibus opinionibus adhærere multum conducit, ideò ab illis recedere, etiam cùm recta intentione valdè pe- 108
riculosum, ita vt dixerint multi sententiam contra communem latam, esse nullam, pariaque esse contra legem, vel contra communem iudicare, & alij licèt validam, esse saltem iniustam, & pro ea iudicem in Syndicatu teneri, litemque facere suam, & ad interesse obligari.

Quod tamen non ita amarè, & sine delectu accipiendum est, vt semper proprium iudicium, & intellectus subigatur communi, & alieno intellectui, nam non cæcum exigit obsequium, sed rationabilem assensum, nec decet iudicem esse ministrum voluntatis alterius; infelicis enim 109
est ingenij nihil à se promere, semper imitari, non semper meliora pluribus placuerunt, argumentum pessimi turba est, optimum quidque rarissimum, & quandoque Doctores aliquam amplectuntur opinionem turbatim, sine delectu rationum, vel saltem illis non exactè ponderatis; non igitur cuiusque principalis, & nobilissima animæ facultas est concludenda, nec more pecudum sequens antecedentium grex, vel auium volantium, vbi cæteræ volant, cum non ex numero, sed pondere æstimandæ sint sententiæ, & dicat Dominus: *Ne in iudicio plurimorum acquiescas sententiæ, vt à vero deuies*, possitque vnus interdum multos, & maiores in aliqua parte superare, ideò quod melius, & æquius est iudicandum, & cùm viderit iudex aduersus communem opinionem stare rationem, potest à com-

communi recedere, de ratione, communiqne errore do-
cendo, non enim cogitur aliorum esse pedissequus, imò
rationabilem suam sequi debet opinionem, sed non volun-
tatem.

Caueat verò, ne suæ adeò indulgeat intentioni, vt facilè
posse à communi recedere putet, nam pro magno teste ve-
tustas, & sapientia non placet alta, & dum quis existimat
se aliquid scire, nondum cognouit quemadmodum opor-
110 teat scire, nemo igitur sit sapiens apud semetipsum, nec
abundans in sensu suo, quia sæpè præuenit vires fiducia,
quæ solet arrogantia laborare, qui præsumit, minus vere-
tur, minus præcauet, plus periclitatur, ergo collirio inun-
gat oculos suos, vt benè videat iudex, à Deo intellectum,
directionemque petat, imperitiam suam etiam peritus
agnoscat, nec se ignoret, vt verè sit peritus, cùm prima
virtus sit cognitio infirmitatis, superbo oculo veritas non
cernitur, sincero patet, & sic non leuiter à communi rece-
dat, nisi contra eam adsit manifesta ratio opinionem
superans, malè enim noua placent, nisi antiqua benè displi-
ceant, & id solum rectum est, quod ratio præscribit; si
quid noui adinuenerint iudex, humiliter pro lumine gra-
tias agat Deo, qui sapientiam præstat paruulis; antiquitati
quidem, & opinionibus antecedentium Doctorum mul-
tum est deferendum, sed magis rationi, illis indulgendum,
huic seruiendum, vt eruditè concludit Aluarez de Velasc.
tract. de iud. perfect. rub. 15. annot. 1. per tot.

Iudicibus tandem muneri suo pro viribus satisfacere cu-
rantibus, æterna, & temporalia, non deerunt præmia,
111 namque habetur Deuteron. *cap. 16. vers. 20. Iuste quod iu-
stum est persequeris: vt viuas & possideat terram, quam Do-
minus Deus tuus dederit tibi.* Eccles. *cap. 2. vers. 30. Qui
operatur iustitiam ipse exaltabitur.* Sap. 3. *vers. 8. Iudica-
bunt nationes, & dominabuntur populis.* Prouerb. 10. *vers. 3.
Non affliget Dominus animam iusti, vers. 6. Benedictio Do-
mini super caput iusti, vers. 7. Memoria iusti cum laudibus,
& vers. 24. Desiderium suum iustis dabitur, & cap. 21. vers.
21. Qui sequitur iustitiam & misericordiam, inueniet vi-
tam, iustitiam, & gloriam.* Psalm. 36. *vers. 17. Confirmat
autem iustos Dominus.* Psalm. 105. *vers. 3. Beati qui custo-
diunt iudicium, & faciunt iustitiam.* Psalm. 111. *Potens in
terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur: &
In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non ti-
mebit*, & similia ex sacris paginis desumpta, quæ etsi omni-
bus iustis in communi conueniant, maximè verò Iudices
respiciunt, qui opus tam excellens, & laboriosum benè pe-
regerunt, ideòque magnis in Cælo coronabuntur præmijs,
summisque laudibus afficientur in terris, eximij enim me-
riti est, & ingenti laude dignum, vt quis in magna peccan-
di licentia constitutus iustam transigat vitam, adeò vt di-
xerint multi: Iudices mereri magis quàm Religiosos,
112 Fratresque Prædicatores, quia magnam ab illis cæteri con-
sequuntur vtilitatem, magis Deo placet iustitia, quam im-
molatio hostiæ, & quia alij Religiosi inseruiunt vitæ con-
templatiuæ, Iudices verò actiuæ, quæ est maioris meriti;
113 licèt alij vitam contemplatiuam potiorem, & maioris me-
riti esse simpliciter, quam actiuam rectè contendant; sed
secundùm quid, veluti cum multis prodesse potest vita
actiua, hæc potius est eligenda propter necessitatem, vel
saltem si contingat patienter toleranda, & sic potest esse
quòd quis in operibus vitæ actiuæ plus mereatur, quàm
alius in operibus vitæ contemplatiuæ: hinc honorabilior est
coetus Clericorum sæcularium, quàm Monachorum, quia
illi inseruiunt vitæ actiuæ, isti verò contemplatiuæ, sed
quidquid sit, certum est bonorum Iudicum eximium esse
meritum, & præmium, magnamque gloriam futuram,
etiamsi in aliquo extra officium peccauerint, nam iustitia
benè acta eos ad rectum statum pertrahet, aliasque forsan
redimet culpas, liberabit eos à morte, in semita iustitiæ vi-
ta, misericordia, & veritate redimitur iniquitas, vt habe-
114 tur Prouerb. *cap. 11. 12. & 16.* Psalm. 118. *Feci iudicium, &
iustitiam: non tradas me calumniantibus me.* & Ecclesiast.
*cap. 4. In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro
viro matri illorum: & eris tu velut Filius Altissimi obe-
diens, & miserebitur tui magis quàm mater*, & alibi, *Quæ-
rite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite
viduam: & si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix
dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut la-
na alba erunt*; nec in id deest miraculum cuiusdam linguæ
115 hominis Pagani, qui iudex fuerat, in paganismo mortuus,
& sepultus, & quia numquam dederat iniquam senten-
tiam, Deus reseruauit eius animam in lingua, quousque
à fodiente effossa, baptismum peteret, & reciperet, & po-
steà subitò in puluerem resoluta relatum à D. Antonino *in
sum. part. 2. cap. 29. §. 2.* ex Petro Paludano.

Iudices verò iniqui, miseri, & infelices à legibus huma-
nis puniuntur acerbè, & certiùs à diuinis, quas nullatenus 116
effugere possunt, vt enim pœna respondeat delicto, scri-
ptum est Apocalyp. 18. *vers. 7. Quantum glorificauit se, &
in delicijs fuit; tantùm date illi tormentum & luctum, quo-
niam Dominus amat iudicium.* Psalm. 36. *vers. 18. Iniusti pu-
nientur, & semen impiorum peribit.* Isaiæ 1. *vers. 23. Prin-
cipes tui infideles, socij furum: omnes diligunt munera, se-
quuntur retributiones. Pupillo non iudicant: & causa viduæ
non ingreditur ad illos. Propter hoc, ait Dominus: Heu consola-
bor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis, &c.
& cap. 10. vers. 1. Væ qui condunt leges iniquas, & iniusti-
tiam scribunt, vt opprimant pauperes in iudicio, & vim fa-
ciant causæ humilium populi mei: vt essent viduæ præda eo-
rum, & pupillos diriperent.* Ierem. 5. *vers. 26. Quia inuenti
sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, laqueos po-
nentes, & pedicas ad capiendos viros: ideo magnificati sunt
& ditati; incrassati & impinguati: præterierunt sermones
meos pessimè, causam viduæ non iudicarunt, causam pupilli
non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicarunt: num-
quid super his non visitabo, aut super huiusmodi gentē non vlci-
scetur anima mea, dicit Dominus?* Ezec. 22. *vers. 27. &c. Prin-
cipes tui in medio illius quasi lupi rapientes prædam ad effun-
dendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auari ad
sectanda lucra: egenum, & pauperem affligebant, & adue-
nam opprimebant calumnia absque iudicio, &c. Effudi super
eos indignationem meam, in igne iræ meæ: & viam eorum in
caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.* Sap. *cap. 6. vers. 4.
Cum essetis Ministri Regni illius, nec custodistis legem iusti-
tiæ, nec secundùm legem Dei ambulastis, horridè, & citò ap-
parebit vobis, quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt
fiet*, & sic quantò gloriosius est fastigium dignitatis, tantò
durius erit in reddenda ratione iudicium, & non solùm
iniustitiæ, sed etiam iustitiæ iudicabuntur, iuxta commina-
tionem Domini Psalm. 74. *vers. 3. Cùm accepero tempus, ego
iustitias iudicabo*, ergo quid faciet de iniustis iudicijs, qui
ipsas quoque iustitias iudicabit? His accedit imprecatio
Imperatorum Leonis, & Alexandri dicentium, *si nos effu-
gerint, inueniant & Deum, & cœlestes omnes, atque incor-
poreas potestates sibi numquam non aduersantes, immaturè
ex hac vita excidant potiùs, quàm excedant, incommodis in-
super afficiantur perpetuis, ipsorum adium fundamenta ignis
tandem deuoret, & posteritas eo dirigatur inopia, vt panem
ostiatim quæritet.*

Quis igitur, etiam munus suum adimplere satagens non
timebit? Quis non foro terga dabit siquidem sæpè iustitia 117
nostra ad examen diuinæ iustitiæ deducta, iniustitia est, &
sordet in districtione supremi Iudicis, quod in æstimatione
fulget operantis, & flendum est cum Hieremia *cap. 15. vers.
10.* secundùm lecturam D. Ambrosij *lib. de fide Resurrect. col.
6. Heu me mater, vt quid me peperisti? virum causam dicen-
tem iudicij in omni terra.* Equidem grandis honor, sed
graue pondus istius est honoris, ò quantas molestias, & pe-
ricula vitant qui nihil omninò cum populo contrahunt! ò
conditiones miseræ administrandarum Prouinciarum, in 118
quibus diligentia plena simultatum est, negligentia vitupe-
rationum, vbi seueritas periculosa est, liberalitas ingrata,
sermo insidiosus, assentatio perniciosa, frons omnium fa-
miliaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ,
blanditiæ apertæ etiam aduersus optimos quosque iudices!
prouidè ideò consulit Ecclesiast. *cap. 7. vers. 4. Noli quærere
à Domino Principatum, neque à Rege Cathedram honoris:*
Sapiens celebratur Adrianus Pontifex, qui dixit Ponti-
ficiam Sedem spinosam esse, iter vndique obsitum sentibus,
& cuius sepulcro inscriptum est, *Adrianus VI. hic situs est,* 119
qui nihil sibi infelicius in vita, quàm quod imperaret, duxit:
Miserabile prorsus dignitatum, seu præfecturæ commer-
cium, quam fugere primæ, & singularis est prudentiæ, vt
ad longum rationibus, & auctoritatibus prosequitur hic
auctor ad conuincendum ambitiosos videndus.

Solitudo itaque desideranda, & ab habentibus optionem
eligenda, non quidem tantùm corporis, sed potiùs cordis, 120
& animi, illa tamen corporis multum ad quietem mentis
conducit, & sic non est ipsa perfectio, sed perfectionis in-
strumentum, quantò enim ad perfectionem tendentes se à
conuersationibus sæculi subtrahunt, tantò magis oculi
men-

mentis præsentiam Dei, & Angelorum contemplantur :
nam licèt Deus etiam in medio hominum carnalium ele-
ctos protegat, valde tamen rarum est, vt homo inter sæcu-
li voluptates positus, à peccatis sit alienus: non erit semper
securus, qui periculo fuerit proximus, bonum est vt homo
sit corporaliter remotus à Mundo, sed multò melius vt sit
voluntate elongatus à sæculo, non enim capit sublimia
mens implicata negocijs, pluribusque intentus minor fit
ad singula sensus. Turba grauis paci, placidæque inimica
quieti, & vbi non est quies, ibi mens à proposito sæpè de-
uiat, plurimaque alia ad vitam solitariam amplectendam
suadentia, non modò pro mentis ad Deum eleuatione, sed
& pro corporis subleuamine deducit idem hic Auctor con-
tra mundana sectantes videndus.

Quamuis enim homo sit animal ciuile, & sociale, & ideò
eligens vitam solitariam non sit pars Ciuitatis, sed aut be-
stia, aut Deus, natura nihil solitarium amet, & detestabi-
121 lis sit plerumque mortalium voluntas, quæ conspectum ho-
minum effugit, nec possit de illo aliquid veraciter credi,
cuius vitæ testis non potest inueniri; id totum de inhuma-
na solitudine, aut hominum congressus abhorrente intel-
ligendum venit; laudatur itaque solitaria, & priuata vita,
quæ non hominum consortium fugiat, sed turbam, popu-
laremque vitæ quietæ nocuam multitudinem, namque
solitaria vita non omnem excludit societatem, sed so-
cietatis tumultum, vulgi commercium, ac ideò magna
quidem est, præclara, humanisque rebus sublimior, &
sic eam eligentes non faciunt contra, sed supra natu-
ram hominis, non sunt bestiæ, sed meliores homine, au-
gent, & non minuunt hominem, non modò sunt pars Ci-
uitatis, sed potior, & maximè illi proficua, vt testatur fe-
licior ætas, quæ ab agris Senatores occupatum otium pro-
fitentes, educebat in Reipublicæ tutamen, Imperij cul-
men, ornamentum, & decus; inter aratra viuebant, & ne
virtus quiete languesceret, depositis laureis, triumphales
viri rusticabantur; sicuti enim studijs est multitudo nouer-
ca, & illis, & tranquillitate inimica est multorum conuer-
satio, ita è contra solitudo studiorum, & negotiorum cœ-
lestium est apotheca, cœlestis doctrinæ Schola, diuinarum,
& humanarum artium disciplina, & Scriptorum Chorus
omnis amat nemus, & fugit vrbes: nihilominus hominis
negotijs occupari, quàm viuere, hæc sors Magistratum,
122 rebusque publicis Præsidentum, omnis Potentatus vita
breuis, quin potius, hos non vixisse, sed fuisse tantummo-
dò verè dici potest: isti non viuunt & si spirent, occupato-
rum enim pro alijs vita, mors est: soli otiosi sunt, qui sa-
pientiæ vacant, soli viuunt, soli regnant, qui bonæ mentis
studio, non sæculi se vanitatibus dedunt, de quo fidem fa-
ciunt multi, qui post ætatem longam peractam, dixerunt
pauci vixisse annis, computandum tantùm annos, quibus
in rure, vel alia quiete vixerunt, nam alia tempora in sæ-
culi vanitatibus, & fluxu carnis consumpta, quasi perdita
minimè pro vita memorantur. Reges, Imperatores, &
Magnates, qui Regiam, & priuatam vitam experti, prote-
stati sunt nullam Regni fortunam esse tranquillitati Ere-
123 mi, Ruris, vel alterius priuatæ, & solitariæ vitæ præfe-
rendam, & tunc sibi illuxisse diem, habuisseque vitæ prin-
cipium cùm magnis molestijs essent liberati, & Sanctus
Iob, qui dum esset Rector populi, & exactissimam iusti-
tiam ministrauerit dicebat, *in Nidulo meo moriar, & sicut
Palma multiplicabo dies*: Occupationem quidem satis gran-
dem natura omnibus dedit à die exitus de ventre matris
vsque ad diem sepulturæ, quantum lachrymæ, quantum
124 sollicitudines, quantum mors optata, quantum valetudo,
timor, teneri anni, somnus, labores, luctus, pericula occu-
pant, quibus deductis in longissima etiam vita minimum
est quod viuitur, & ideò qui alias sibi voluntarias assumunt
occupationes miseri, & sub iugo pressi dicuntur, præcipuè
Iudices, qui & cùm optimè res cesserit serui publici sunt,
125 imò & Reges, quorum Regnum nil aliud est, quàm splen-
dida seruitus, omnium onere pressa, iuxta illud Isaiæ 9.
cuius Imperium super humerum eius, & Iob 9. *sub quo cur-
uantur qui portant orbem, &c.* Dominandi cupido oculum
excæcat rationis, ab initio omnia fœta, faustaque proponit,
postea quod celauerat euomit virus, & infestat grauedine;
126 quoque excelsior fortuna, eò miserior, nam magna serui-
tus est magna fortuna, bonus Princeps sibi dominatur, &
populo seruit, nil autem miserius, quàm ex libero seruum
effici, nec minus seruus est, sed magis, qui non vni tan-
tùm, sed omnibus seruit; si melius est nemini imperare,
quàm alicui seruire, quantò melius erit non omnium fieri
seruum? quis naturalem libertatem non quærit? Quis sibi
viuere non optat?

Non nobis solum nati sumus, & vt inquit Apostolus,
nemo nostrum sibi viuit, quare alteri viuas oportet si vis 127
tibi viuere, nec potest quisquam beatè degere, qui se tan-
tummodo intuetur, qui namque sibi viuit soli, & omnes
negligit superfluus est, & nec homo, nec generis nostri. Sed
tamen quisque attendat sibi ipsi, ne proximos iuuando se
deserat, ne alios erigens cadat, quid enim prodest si vniuer-
sum lucretur, & se vnum perdat? nemo enim prudenter se
totum erogat alijs, nihil aut minimum sibi relinquens, agat
aliquando suam causam, qui insistit alienis. Occupationes
igitur occupationibus non addamus scientes ab istis nos
edocendos, sed nobis consulamus miseram fugiendo volun-
tariam seruitutem speciosis nominibus fictè delinitam, ve-
rè autem oppressam, rectum iter aggrediamur, vitemus
quæ vulgò placent, nam munera, quæ fortunæ putantur,
insidiæ sunt, & eminentis vitæ exitus cadere est. Vna, fir-
ma tranquillitas, atque perpetua securitas est ab huius in-
quietantis sæculi turbinibus se extrahere, salutaris Portus
statione fundare, ad Cœlum oculos tollere, & ad Domini
munus admissi, ac Deo nostro mente iam proximi intrà
nostram iacere conscientiam, in ipso gloriari, nihil appe-
tentes de sæculo, tanquam sæculo maiores effecti.

Honores non dantur in mundo sine miserijs, sollicitudi-
nibus, ærumnis, doloribus, turbationibus, & vanitatibus, 128
nec gloria sine inuidia, detractionibus, & alijs persecutio-
nibus, nam vt altos venti semper aggrediuntur montes,
sic numquam desunt aduersa in dignitate constitutis: bea-
tus ille, qui procul à negotijs paterna rura colit, forum, &
superba Potentiorum limina vitat, & cui hoc dicere non
licet, saltem non curet, non ambiat, quia nemo potest am-
plecti Dei gratiam simul & sæculi, difficile est Cœlestibus,
& terrenis simul insistere, Deum simul, & mundum dilige- 229
re; viuat quisque sibi, & longè nomina magna fugiat; qui
fugerit sæculi, mare, naufragium non timet, & qui in freto
vixit, saltem moriatur in Portu, diuidat saltem Deo, & sæ-
culo tempora sua, se seruato nihil perdere timeat, huc co-
gitationes tendant, hoc optandum, hoc curandum, Deo
se remittendum, & quid felicius? redigat se ad pauca, ex
quibus cadere non possit, nihil alieni agat, nihil maximè
quod ad Iudicem spectat, omnia impedimenta dimittat,
vacet bonæ menti, toto conamine insidiosos sæculi laqueos
fugiat, & tandem æterna fruetur gloria.

Non ob id tamen innitamur ad segnitiem, aut inertem
quietem, non ad somnum, non ad voluptates, nam otium
sectantes stultissimi sunt, non est istud quiescere, sed perni-
ciosissima occupatio, & vno quidem otio ad omnia vitia 130
casus, quia omne vitium docuit otium, & omnium tenta-
tionum sentina est, sed vtiliter occupari suademur, nam ne-
mo sic debet esse otiosus, vt in eodem otio vtilitatem pro-
ximi non cogitet, parum enim sibi proficit qui dum potest,
alteri non prodest, & omni perfectæ animæ discernendum
est, quando cœlesti contemplationi studeat, & quando
proximiorum vtilitatibus inseruiat, & sic quo plus otij est,
eò minus otiari, & nullum diem per otium transire; stu-
dium, & sapientia otia negotia sunt, crescunt ad mensuram
otij; nam quo otiosior Sapientia, eò exercitatior in genere
suo; otium autem sine litteris mors est, & viui hominis se-
pultura, & ideò ne sic inutiles facti moriamur ante mor-
tem, simus in otio non otiosi, sed in studijs occupati, &
omne vitæ fastidium effugiemus, prout & ego expertus fa-
teor libentissimè.

Et quamuis ad casus apta quoque solitudo sit, vbi tenta-
tiones plurimæ, nisus ad virtutem difficilis, lapsus facilis
ad errorem, multaque mala afferre possit solitarijs non ha- 131
bere certiorem; in solitudine enim mala consilia agitant,
aut sibi, aut alijs pericula struunt, cupiditates improbas or-
dinant, quicquid metu, aut pudore animus celabat expro-
mit, audaciam acuit, libidinem irritat, atque iracundiam
instigat; sed hæc perditis, atque stultis, & imprudentibus
contingunt; prudentibus verò, & virtutem sectantibus so-
litudo non modò proficit, sed est necessaria etiam in turba, 132
nam dum coguntur esse in multitudine, debent tunc præ-
cipuè in se secedere, & recolligere; vt habentes etiam con-
uersationem in Vrbibus, possideant contemplationem, &
sic non locus, licèt multum conferat, sed mens recollecta,
& quieta facit verè hominem solitarium, possumusque
etiam in medio Vrbium esse solitarij.

Va-

Vana itaque, austera, seu potiùs stolida, sterilis, iners, seu desidiosa solitudo est vitanda, & væ ita soli, non enim quis putet se euasisse pericula cùm Eremum adierit, nam & ibi subtiliùs tentabitur, licèt faciliùs expeditus resistet; &
133 nonnè qui pro virtute dimicat solus est, virtute ipsa Comite, Dominaque virtutum: is quidem, cum quo Deus est, numquam minus solus est, quàm cùm solus est, tunc enim liberè fruitur gaudio suo, tunc ipse suus est sibi ad fruendum Deo in se, & se in Deo, & sic beata solitudo consistit in animo, qui semper nobiscum est, & non in loco, vndè videmus quorumdam otium occupatum etiam in media solitudine; in villa hilari, & amœna mœstos, & plusquam molestijs occupatos, nam quies non est vbi animus inquietus est; solitaria tamen vita est laudanda, cùm solitudo sit instrumentum perfectionis, & si quid mali in ea reperitur, non est solitudinis, sed hominis vitium, præterquamquod in omni conditione, & gradu optimis semper mixta sunt pessima, & nullum est in hac vita bonum, quo homo pro sua libertate non possit malè vti aliquo modo; sed quid prodest solitudo corporis, si deficiat solitudo cordis? licèt enim quis remotus corpore viuat, sed tumultibus, & cogitationibus humanis se inserat, non est in solitudine, & è contra si aliquis corporaliter popularibus turbis prematur, & nullos curarum sæcularium tumultus in corde patiatur, non est in vrbe, namque in plateis etiam, & triuijs suum Pietas habet secretum, locus non facit Sanctos, sed operatio bona sanctificat locum, & nos.

Quisquis amas Mundum, tibi prospice quo sit eundum,
134 hæc via, qua vadis, via pessima, plenaque cladis; Fuge paululum occupationes tuas, & absconde te modicum à tumultuosis cogitationibus tuis, abijce nunc onerosas curas, postpone laboriosas dissensiones, vaca aliquantulum Deo, & paululum requiesce in eo, intra in cubiculum mentis tuæ, exclude omnia præter Deum, & quæ valent ad quærendum eum; quid namque est potestas culminis, nisi tempestas mentis? fuge maria, vndasque declina, & excelsum, atque à periculo captiuitatis, & naufragij immunem occupa locum.

Vt autem concludam cum Velasc. *dict. tract. rub. 15. annot. fin.* qui per tresdecim integras paginas hanc materiam eruditissimè de more exornat, non deleo ego, licèt 135
solitudinis amans cum Lentulo Augure fuisse ab ea, & à Studijs abductum, sed maximas, quas debeo SERENISSIMO DOMINO MEO MAGNO ETRVRIÆ DVCI Sanctæ mentis Principi, & Iustitiæ zelantissimo, gratias humili animo ago, & semper referam de muneribus, honoribus, atque oneribus, quibus pro munificentia sua (omni indecoro ambitu remoto) sæpè sum honestatus, supraque merita euectus; Lentulum in querelas ineptas deduxit auditas, quæ neminem patitur esse gratum; ad Officia me decor, & filiorum amor impulit, ac retinet, nec etiam inanem cupiditatem excuso, sed doleo; ad solitudinem autem, occupatique otij desiderium natale genium, innataque mens animo sibi, æternisque vacare præoptans sollicitat: accepi fateor meritis potiora, sed (ex inexplebilitate cordis ad maiora creati) inferiora votis; desiderio feror, non ratione; interim non quod rationabiliter vellem ago; ò seruitus! ò necessitas! ò publici muneris discrimina! qui liber est ab istis, incautè, & ambitiosè non appetat, & qui obtinuit pertimescat: Solitudinem in multitudinem quæram, & vota Deo committam, in cuius Bonitate omnis spes mea, & non euacuabor, in oblectationem veniet misericordia, & non confundar, neque despiciar.

EPILOGVS COMPENDII,

Qui igitur Iudex cupit esse perfectus, sit

1 CAstus, & pudicus.
2 Perquisitus, & rogatus.
3 Taciturnus, & secretus.
4 Habitu, & cultu modestus.
5 In incessu compositus.
6 Solitarius.
7 Aspectu vehementi, & formidabili malis.
8 Oculatus Argus.
9 Humilis, & non superbus
10 Reuerendæ tristitiæ.
11 Grauis sine fastu.
12 Sanctus.
13 Seuerus.
14 Incorruptus.
15 Inadulabilis.
16 Immisericors contra improbos foris; & intus charitate plenus.
17 Inexorabilis, erectus, & arduus.
18 Vi, & Maiestate potens.
19 Æquitate, & veritate terrificus.
20 Librorum cumulo circumdatus, & studens.

Principes, & omnes Iudices terræ laudent nomen Domini.
Omnis Spiritus laudet Dominum.



MARCI ANTONII SABELLI I. V. D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER PRIMVS.

Aperiat Dominus os meum in laudem, & gloriam suam, & ne scribam vanum, duc Virgo Maria manum.

De littera A.

ABBAS I.

1 ABBAS de iure antiquo, & iuxta canones est nomen potiùs sollicitudinis, & curæ, quam honoris; potest tamen corrigere Monachos delinquentes contra regulam, non autem de alijs delictis communibus, quorum coertio spectat ad Episcopum, sicut & cognitio circa contractus, & quasi contractus, Capell. Tolos. *quæst.* 309. Clar. §.*fin. quæst.*35.*num.*10. vbi Baiard. *num.*18. Aloys.Ricc. *Prax.var. resol.cap.*270. Sperel. *decis.*38.*num.*11. *& seqq.* vide Ascan. Tamburin. *tract. de iur. Abbat. & Prælat. tom.*1. *disp.*1. *& seqq.* Pac.Iordan. *Lucub.vol.*2. *lib.*7. *tit.*14. *fol.*77.*& seqq.* vbi quando Regulares sint puniendi ab illorum Superiore, vel ab Episcopo, & colligit summatim 49. casus, in quibus subsunt Episcopo, Cardin. Tusch. *litt. A. concl.*7. *per tot.* Marescott. *var.resol.lib.*2.*cap.*35.*num.*124. *& seqq.* vbi de priuatione beneficij, & huiusmodi spectantibus ad Episcopum.

Hodiè tamen est nomen honoris, & dignitatis, licèt non ordinis, vt bené probant Seraph.*dec.*514.Ricc.*Collect.*3199. Tusch. *litt.A.concl.*3.*n.*4. *& seqq. & concl.*5.*per tot.* vbi propterea an præcedat Canonicos Cathedralis Ecclesiæ, & alia plura *in seqq.concl.* de Abbatibus, & Abbatissis, quæ penes eum videri possunt.

De huiusmodi præcedentia extra tamen Ecclesiam, & extra Processiones, vide etiam Boer. *tract.de auct. Magn.Consil. num.*67. *& seqq.* Ricc. *Prax.var.resol.cap.*168. Sperel. *decis.*179. vbi quòd secùs in Processionibus, & vide in §.*Doctor num.* & plenè Ascan. Tambur. *de iur. Abbat. tom.*1. *disp.*24.*&* 25.*per tot.* vbi quem locum teneant in Concilijs, processionibus, & alijs sessionibus, & actibus tam publicis, quàm priuatis, & tam inter alios, quàm inter se ipsos, Addit. ad Sanfelic. *decis.*333.

An, & quibus Abbatibus competat ius sedendi sub baldachino in proprijs Ecclesijs, & alia ad rem, Addit. ad Sanfelic.*decis.*331.*per tot.*

2 Abbatum alij sunt sæculares, alij Regulares, & qui tales dicantur, Azor. *Instit. moral.part.*2. *lib.*3.*c.*19. *fol.mihi* 178. Ascan.Tambur. *d.tract.tom.*1. *disp.*3. *& seqq.*

Plura de Abbate Monasterij Cassinensis, qualiter habeat iurisdictionem Episcopalem, Archiuium publicum, & alia priuilegia, latè Merlin.*dec.*264. *per tot.*

3 Abbates habebant de iure facultatem conferendi ordines minores non tantùm Monachis, & Conuersis suis, sed etiam puris laicis, Concilium autem Tridentinum *sess.*24. *cap.*10. *de reform.* illam restrinxit ad Regulares tantùm sibi subditos, Lap. *Alleg.*138.Seraph.*dec.*985. latè Ciarlin. *contr.* 220.*per tot.* vide Ascan.Tamb. *tr.de iur. Abbat.tom.*2. *disp.*2. *per tot.* vbi examinat 30. quæsita de potestate Abbatum circa Sacramentum Ordinis, Rot.*part.*1. *diuers.decis.*731. *n.*8. *&c.* Azor. *Instit.Moral.par.*2.*lib.*3.*cap.*48.*q.*15.*fol.*232. Gratian. *discep.forens. cap.*791. *n.*1. *& cap.*871. *per tot.* vbi etiam an sit de substantia quòd priùs acceperint benedictionem ab Episcopo, Dian.*part.*4.*tract.*4. *resol.*147.*& part.*5. *tract.*13. *resol.*93. vbi quid statuendum si ordines contulerint, *& part.*11. *tract.*2. *resol.*30. *&* 40.

Abbates quando possint conferre ordines, date litteras 4
dimissorias, visitare Ecclesias, dispensare interstitia, conferre beneficia, & interponere auctoritatem in resignationibus, & quid operetur in hoc consuetudo, vel præscriptio, vide Grat. *discept.forens.cap.*212. *per tot.* Card.Tusch. *litt.A. concl.*9. & Dian. *d.resol.*147. *& alij vt supra*, Ricc. *Collect.*1256.

An Abbates insulati possint conferre ordines minores laicis sibi non subditis, cum licentia Episcopi, Dian. *part.*7. *tract.*11. *resol.*42. vbi etiam an hodiè aliqui Abbates possint suis subditis conferre ordines maiores, vide ipsum, *& part.* 11.*tr.*2.*resol.*30. *& resol.*40.*per tot.* Ciarlin.*contr.*220.*per tot.* Tambur. *d.tr.*2.*tom.*2. *disp.*2.*per tot.*

Abbas regulariter non potest absoluere Monachos ab ex- 5
communicationibus à iure inductis, nisi haberet iura Episcopalia, vel nisi excommunicatio proueniret ex constitutionibus ipsius Regulæ, vel ab ipso Altare, quia his casibus posset absoluere, Bernardin. Diaz. *inter regul. Diuers.reg.*1. *per tot.* Aloys.Ricc. *Prax.var.resol.cap.*96. *cap.*290.291.300. 301.316. & alibi referens multa, quæ possit facere Abbas, & multa quæ non possit, Tusch. *litt. A.concl.*16.*&c.* latè videndus, Ascan. Tamburin. *tract. de iur. Abbat. disp.*13. *& seqq. tom.*2.

An possit rescindere vota Monachorum, Azor. *Instit. moral. part.*1. *lib.* 11. *cap.*17. *quæst.*16. *& seqq. fol. mihi* 1402. vide Tamburin. *d. tract. tom.*2. *disp.* 18. *& seqq. per tot.*

An Abbates, & alij Prælati inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & iura quasi Episcopalia etiam nullius Diœcesis gaudeant facultate absoluendi, & dispensandi sicut Episcopi vigore Concil.Trid. *sess.*24. *cap.*6. Dian.*part.*4. *tract.*4.*resol.*221. vbi refert contrarias opiniones, uas am-

bas

bas probabiles dicit, vide in §. *Episcopus n.*32. Dian. *part.*7. *tract.*2. *resol.*4. *per tot.*

Quòd Abbates, & alij Prelati inferiores non possint sibi erigere oratorium in domo, pro missa celebranda, Dian. *part.*9. *tr.*1. *resol.*48. *per tot.*

6 Abbas, vel alius Prælatus transigere, vel compromittere non potest de rebus Ecclesiæ sine consensu Superioris, vel Capituli, *cap. contingit extr. de transact.* Specul. *de Arbitr.* §. *rest. st.* Seraph. *dec.*1278. Rot. *part.*6. *diuers. decis.*30. *num.*9. Rot. per Farinac. *decis.*166. *num.*3. vbi quòd non potest præiudicare monasterio, Franch. *dec.*105. *n.*11. vbi loquitur in quæsitis, & dixi in §. *Transactio n.* & §. *Prælatus num.* Rot. *part.*13. *recent. decis.*235. *num.*9. & *seqq.* vbi de beneplacito Apostolico necessario, aliàs non præiudicatur Abbatiæ, nec successoribus in ea.

Quòd Prælatus non possit sine Capitulo aliquid facere in præiudicium Ecclesiæ, maximè circa ius quæsitum; quicquid sit in iure quærendo, nec ideò transigere, rem penes alios dimittendo, sed tantùm retinendo, Cabal. *consf. dec.*72. *per tot. lib.*1. vide in §. *Transactio n.*3.

An, & quando Abbas, vel alius Prælatus possit sine consensu capituli præiudicare Ecclesiæ suæ in his per quæ fit reditus ad ius commune, vide latè Rot. *part.*2. *diuers. decis.*22. *per tot.* Card. Tusch. *litt. A. concl.*12. 13. &c.

Et an sola Abbatissa possit præiudicare Conuentui, siue Monasterio, Boer. *decis.*115. *per tot.* Grat. *discep. forens. c.*568. *nu.*51. &c. Ricc. *Collect.*3716. vide in §. *Monasterium n.*4. & §. *Renunciatio num.*

Qualiter Abbas vnà cum Monasterio possit hæreditatem Monacho delatam adire, etiam illo inuito, latè Astor. de Guidon. *inter consilia diuers. vlt. volunt. vol.*1. *consil.*161. *per tot.* dixi in §. *Monasterium num.*7. vbi plures allegaui, & qualiter etiam ipse solus possit repudiare, cùm agatur de iure quærendo, & nondum quæsito *infra num.*19.

7 Abbas non obstante Regula quòd Monachus nihil possideat, potest conniuentibus oculis permittere quòd Monachus possideat, sed non perpetuò, & ideò valere legatum Monacho factum cum conditione, vt nihil Monasterio quæratur, vide latè Ricc. *Collect.*3027. Rot. *part.*13. *decis.*100. Franch. *decis.*718. Dian. *part.*3. *tract.*2. *resol.*34. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.*2. *disp.*21. *per tot.* vbi plures alios allegat, & *part.*5. *tract.*3. *resol.*128. *in fine*, vbi quòd valet etiam cum facultate disponendi tempore mortis, licèt alias Religiosi non possint disponere, & faciunt tradita per Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*11. *num.*304. & *seqq. fol.*185. vbi an vsus distinguatur a dominio in rebus, quæ vsu consumuntur.

Qualiter Religiosi professi sint incapaces dominij, & possessionis in proprio, nisi aliter sibi concedatur ex beneplacito Apostolico, & ideò pecunias per eos datas ad censum, esse Monasterio restituendas, facta tamen imputatione fructuum solutorum in sortem, latè Rot. *part.*11. *recent. decis.*253. *per tot.* Rot. *part.*16. *recent. decis.*405. & 410. vbi plura ad rem, & dixi in §. *Monachus num.*13. §. *Monasterium num.*7.

Multa de paupertate Religiosa, & largitione munerum Religiosis prohibita iuxta Bullam Clementis Octaui, cuius præcipua ratio est, ne bona Monasteriorum dilapidentur, & ambitionis occasio detur; ex quo principio, & à cessatione dictæ rationis multas dubitationes benignè resoluit iuxta probabiliorem opinionem Dian. *part.*1. *tract.*6. *per tot.* vbi etiam an sit vsu recepta, vide §. *Lex num.*2. P. Steph. de Neapol. *de restit. lib.*2. *cap.*11. & 12. vbi ponit dictam Bullam cum declaratione Vrbani VIII.

8 Abbates, & Abbatissæ qualiter sint ab Episcopo consecrandi, & benedicendi, ac plura de huiusmodi benedictionibus, & consecrationibus Abbatum, Abbatissarum, Virginum, Monialium, & similium, vide per Pac. Iordan. *Lucub. vol.*1. *lib.*5. *tit.*3. & *seqq. fol.*360. & *seqq.* Tusch. *litt. A. concl.*27. *per tot.* & *litt. B. concl.*47. Ricc. *Collect.*2697. latè Ascan. Tamb. *tr. de iur. Abbat. & Monial. disp.*27. & *seqq. per tot.* & *de iur. Abb. tom.*1. *disp.*6. & 11. *per tot.* Et alia quæ de iure requiruntur in Abbatibus Monachorum Præfectis, vide per Azor. *Instit. moral. part.*1. *lib.*12. *cap.*20. *per tot. fol. mihi* 1560. &c.

Plura autem de cuculla quid, & quotuplex sit, à quibus Monachis, & sub qua forma sit gestanda priuatiuè quoad alios, Rot. *par.*12. *rec. decis.*399. *per tot.*

9 Abbates, vel alij Prælati regulariter non prohibentur testificari pro suo Monasterio, vel Ecclesia, exceptis quibusdam casibus, vt latè per ampliationes, & limitationes declarat Farinac. *quæst.*68. *illat.*18. *per tot.* Et tangit remissiuè ad eum, Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*18. *num.*587. &c. *fol.*334. vide Mascard. *de probat. vol.*1. *concl.*3. *per tot.*

Quòd Abbates, & Monachi Claustrales non possint esse patrini in baptismo sub pœna peccati, Ricc. *Collect.*2660. & 3894. Sanchez *de matrim. lib.*7. *disp.*70. *num.*21. Barbos. *de off. & potest. Episc. part.*2. *alleg.*30. *num.*36. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.*2. *disp.*4. *quæsit.*2. vbi tamen quòd si de facto aliquem susciperent, efficerentur veri patrini, & reddit rationem prohibitionis ne oriatur scandalum, quia olim patrini comatres deosculabantur, quod Abbates, & Monachos dedecet; sed vtinam hodie aliqui peius non agant, vt est in prouerbio.

10 Abbates, & alij habentes legitimam administrationem possunt agere sine consensu Conuentus, cùm dicantur procuratores Ecclesiæ suæ, præterquam in arduis, in quibus non debent experiri sine consensu Capituli, si tamen agant tenent processus, licèt capitulum possit contradicere, & se opponere, Additio ad Capell. Tolos. *quæst.*79. *per tot.* facit Rot. *part.*1. *diuers. decis.*534. *per tot.* & Farinac. *decis.*48. *num.*1. vbi propterea quòd Abbas pro Monasterio rectè citatur, vide Rot. *part.*12. *recent. decis.*272. *num.*3. & *seqq. infra num.*19. & *in* §. *Monasterium num.*16. vbi qualiter debeat capitulariter citari.

11 Abbas est manutenendus in obedientia à Monachis sibi præstanda, cùm habeat in eos auctoritatem, qua non debet spoliari: potest reuocare suos Monachos professos extra Monasterium vagantes, & sine illius consensu non possunt alij Monachi in Monasterio recipi, Caualer. *decis.*525. *per tot.*

Non potest tamen de iure Abbas ipse solus sine consensu Conuentus Monachum admittere, & creare, *glos. in cap. vlt. de Regul. in* 6. Azor. *Instit. moral. part.*1. *lib.*12. *cap.*20. *in fine fol. mihi* 1566. quidquid alij per eum citati contrarium teneant, vide latè Tambur. *de iur. Abbat. & Prælat. tom.*3. *disp.*6. *per tot.* vbi doctè de more 28. quæsita examinat, & resoluit de potestate Abbatum, & Prælatorum Regularium quoad nouitios recipiendos, illosque ad professionem admittendos.

12 Abbas potest remouere Priorem manualem etiam sine causa, dummodò tamen absit omnis malitia, & præsumptio odij, itaut non obstet consuetudo non vsus dictæ facultatis, quia in facultatiuis non inducitur, Rot. *part.*1. *diuers. decis.*778. Ricc. *Collect.*3273. Tamburin. *de iur. Abbat. tom.*3. *disp.*9. *quæst.*14. Ex quibus autem possit ipse Abbas remoueri, Tusch. *litt. A. conclus.*25.

Et qualiter possit adhibito sui conuentus consilio, Monachum cuius correctio desperatur, eijcere, vel habeat ius de per se absque alio consilio corrigendi, & alia, vide per Azor. *instit. moral. part.*1. *lib.*12. *c.*20. *quæst.*8. & *seqq. fol. mihi* 1563. Tamburin. *d. tract. tom.*3. *disput.*8. *quæst.*7. & *per tot.* vbi plura alia de potestate Abbatum circa Apostatas, fugitiuos, & eiectos.

Qualiter etiam possit punire, & corrigere suos Monachos, & in hoc præferatur Episcopo, Paul. Christin. *decis. Belgic.*68. *num.*7. & *volum.*1. vide in §. *Episcopus num.*3. & §. *Monachus num.*9.

13 Abbas qualiter pendente lite teneatur præstare alimenta, & litis expensas Monacho colliriganti etiam in prima instantia, Lancellott. *de Attent. part.*2. *cap.*4. *limit.*11. *num.*18. & *sequentibus*, & dixi *in* §. *Expensa num....* & §. *Monachus num.*4.

14 Abbatissa qua forma seruata sit eligenda, Caputaq. *decis.*260. *part.*2. vide *in* §. *Electio num.*4. & 12. plenè Ascan. Tamburin. *tract. de iur. Abbatissar. & Monial. disp.*28. & *seqq.* Et an nulliter electa teneatur in conscientia officium dimittere, vel dispensationem impetrare, latè Sperell. *decis.*161. & 162. *per tot.* Ricc. *Collect.*1759. Quòd eius officium non possit durare vltrà triennium, possit tamen post expletum triennium adhuc Monasterium gubernare, donec fiat noua electio, Dian. *part.*7. *tract.*12. *resolut.*19. latè Tamburin. *d. tract. disp.*30.

Quòd in electione Abbatissæ possit Episcopus vnà cum Vicario suo, vel Secretario, vel alio ab ipso assumpto, vota singularium Monialium oretenus expressa audire, fuisse resolutum à Sacra Congregatione testatur Sbroz. *de offic. Vicar. lib.*2. *quæst.*198. *in fine*, & benè probat Sperel.

*d.deciſ.*161.*num.*2. *& ſeqq.* vide Tamburin. *d. tract. diſp.*28. *& ſeqq.*

An poſſit paciſci de certo intereſſe, donec dos monialis acceptæ ſoluatur monaſterio, dixi *in §. Monaſterium num.*3.

15 Abbatiſſa eligenda debet eſſe virgo, & non corrupta, niſi diſpenſetur à Papa, Capell. Toloſ. *q.*296. Tuſch. *litt. A. concl.*26. Dian. *part.*3. *tract.*2. *reſol.*99. vbi tamen allegat alios contrarium tenentes. Debet eſſe priùs expreſsè profeſſa, Rot. *part.*6. *Diuerſ. deciſ.*121.*n.*14. Plura de requiſitis neceſſarijs in Abbatiſſa, & de illius poteſtate, Ricc. *Collect.*3716. *& Collect.*2415.2223. *in fine*, Franc. Marc. *deciſ.*953. *part.*1. Tambur. *d. tract. diſp.*28. *& ſeqq. per tot.*

An poſſit eſſe illegitima ſine diſpenſatione, Dian. *part.*3. *tract.*2. *reſol.*101. vbi quòd ſic, licèt alij contra, & in omnem caſum poteſt diſpenſari à ſuo Prælato, vide in §. *Filiatio num.*12. Merlin. *deciſ.*671.*n.*42. vbi quòd per profeſſionem omnis macula abolетur: debet eſſe ætatis annorum 40. completorum, Concil. Trident. *ſeſſ.*25. *cap.*7. *de Regul.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.*2. *lib.*10. *tit.*20. *num.*85. *fol.*394. vbi plura de certa ætate requiſita in ſimilibus muneribus, & officijs, Tuſch. *d. concl.*26. *num.*8. vbi quòd debet eſſe 30. annorum completorum, ſed non meminit de Concilio, quod tamen in ſubſidium approbat huiuſmodi ætatem annorum 30. & ſequitur Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*156. *num.*9. *& ſeqq.*

An ſufficiat ſi 40. annum attingat, Dian. *part.*7. *tractat.*12. *reſol.*9. vbi refert opiniones, & videtur tenere vt ſupra.

16 Abbatiſſa nulliter electa an habeat poteſtatem incorporandi Religioni, & alia plura, vide per Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*216. *n.*19. *& ſeqq.*

Alia de materia Abbatum, & Abbatiſſarum, dixi *in §. Monachus*, *§. Monaſterium*, *& §. Prælatus*, Cardin. Tuſch. *litt. A. concl.*3. *& ſeqq. ad* 31. plenè Tambur. *in tract. de hac materia.*

Quod Abbatiſſa ſola non poſſit præiudicare Conuentui, Boer. *deciſ.*115. *per tot.* vide *in §. Monaſterium num.*4. Quòd Abbatiſſa non poſſit acceptare profeſſionem Nouitiæ, quia non poteſt imponere velum, ſecus vbi non datur velum, vt in conuerſis, & alia de profeſſione Nouitiæ, Ciarlin. *contr.*194. *n.*30. *& ſeqq. per tot.*

17 Abbatiſſa qualiter ſit capax de iure viſitandi Monaſteria ſibi ſubiecta, etiam priuatiuè quoad Epiſcopum, exceptis tamen ijs, quæ reſpiciunt curam animarum, ita vt dum eſt in quaſi poſſeſſione viſitandi (quæ etiam ex vnico actu acquiritur, & ſuffragatur ſucceſſori in dignitate) ſit manotenenda, etiam contra Epiſcopum, exceptis vt ſupra, quia iuris aſſiſtentia, quam habet Epiſcopus circa viſitationem, illi non ſuffragatur quando alius eſt in quaſi poſſeſſione, Rot. *in Barchinonen. iuriſdictionis prima Iulij* 1644. *coram Bichio part.*9. *recent. deciſ.*311. *per tot.* & iterùm in eadem cauſa coram eodem ſub die 4. Iulij 1646. *d. part.*9. *deciſ.*423. vbi reſpondetur obiectio, quòd fœmina ſit incapax iuriſdictionis ſpiritualis, & alijs, & in eadem cauſa *part.*10. *rec. dec.*44. *per tot.* vbi confirmantur aliæ prædictæ deciſiones, & dicitur quòd in his, quæ verſantur extra clauſtrum poteſt viſitare mediante perſona à ſe deputanda, & quòd eidem Abbatiſſæ de iure competit etiam ius præſentandi, aut conferendi in beneficijs fundatis in Eccleſia ad Monaſterium ſpectante, licèt non habeat poteſtatem exercendi iuriſdictionem erga prouiſos de dictis beneficijs, & alia, &c.

An, & quando Abbatiſſa, vel Abbas poſſit, vel teneatur nominare, vel deputare Vicarium perpetuum, vel amouibilem Eccleſiæ, vel beneficio curato eius Monaſterio vnito, latè Aloyſ. Ricc. *prax. var. reſol. cap.*293. *per tot.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom.*3. *diſp.*9. *per tot.* vbi plura de poteſtate Abbatum circa beneficiorum collationem.

18 Abbas ex quo dicatur habere ius viſitandi Monaſterium ſibi ſubiectum, & poſſit iuuari quaſi poſſeſſione Anteceſſoris, Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*150. *per tot.* vide *in §. Epiſcopus num.*3.

Et quando ex priuilegio habeat ius viſitandi, corrigendi, & cognoſcendi de cauſis criminalibus, Rot. per Farinac. *deciſ.*165. *&* 166. *per tot.*

19 Abbas, qui ſine conſenſu monaſterij contraxit mutuum recipiendo, non obligat Monaſterium, niſi probet mandatum, neceſſitatem Monaſterij, & verſionem in illius vtilitatem, de qua debet eſſe ſolicitus etiam mutuans, vt poſſit contra Monaſterium repetere, Rot. *in Leodien. Pecuniaria* 22. *Iunij* 1657. *coram Beuilaqua, part.*12. *rec. deciſ.*272. *per tot.* quæ fuit confirmata 5. *Martij* 1663. *coram Cerro Decano part.*14. *deciſ.*42. 6. *Martij* 1667. *coram Ottalora*, vide *in §. Multum num.*6. *§. Verſio num.*1. *&c. §. Ciuitas num.*11. Alia vide *in §. Prælatus*, latè Tamburin. *de iur. Abbat. tom.*3. *diſp.*11. *per tot.* vbi plura de poteſtate Abbatum circa bonorum temporalium adminiſtrationem, & ibidem *diſp.*12.13. *& ſeqq.*

Quòd Abbas non poſſit alienare bona Monaſterij abſque euidenti neceſſitate, vel vtilitate, & his ceſſantibus alienatio ſit omninò nulla, non obſtante beneplacito Apoſtolico, *ſi in euidentem*, & illius confirmatione quia illud quidem ſupplet ſolemnitates, non autem defectum cauſæ, & Abbas diſſipans pecunias Monaſterij de proprio refundere tenetur, Rot. per Farinac. *deciſ.*222. *per tot.* vide *in §. Alienatio*, *& §. Beneplacitum.*

Quòd Abbas, vel Prior Monaſterij Regularium non habeat auctoritatem obligandi bona, nec redditus ſui Monaſterij abſque interuentu, & conſenſu Monachorum vocem in Capitulo habentium, & tunc ex neceſſitate Monaſterij, & non alias, latè probat, & contrarijs reſpondet Thom. Triuiſan. *deciſ.*41. *lib.*1. facit optimè Guaz. *tract. de pac. &c. part.*2. *q.*23. *per tot.* Bich. *deciſ.*599. *per tot.* Rot. *part.*15. *rec. deciſ.*42. *& deciſ.*227. *per tot.*

An autem, & quando Abbas præſumatur feciſſe de conſenſu Monaſterij, vel alius Prælatus de conſenſu Capituli, & alia, Maſcard. *de probat. vol.*1. *concl.*2. *&c.*

Quòd licèt Abbas, vel Abbatiſſa non poſſint alienare ſine interuentu Conuentus, tamen poſſint etiam ſoli abſque conuentu hæreditatem, legatum, vel donationem tamquam ius quærendum, & non quæſitum repudiare, vel renunciare, & in hoc Monaſterio præiudicare etiam ſine ſolemnitatibus, Ceuallos *com. contr. com. quæſt.*661. Sanchez *de matrim. lib.*6. *diſp.*4. *n.*42. *& ſeqq.* Auguſt. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.*3. *cap.*50. *n.*42. *& ſeqq.* Noguerol. *alleg.*6. *num.*23. *& ſeqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part.*1. *cap.*12. *num.*16. *&* 17. *par.*2. *c.*14. *num.*101. *&* 102.

Abbas exemptus non tenetur ire ad Synodum, niſi habeat 20
curam animarum, quam per ſe, vel per Capellanos amouibiles exerceat, quia tunc tenetur, ſi verò per Vicarium perpetuum poteſt mittere illum, Abb. *in cap. quod ſuper his de maiorit. & obed.* Seraph. *deciſ.*190.

Abbas, & Epiſcopus non poſſunt remittere iniurias Ec- 21
cleſiæ ſuę, vel Monaſterio illatas, niſi accedente conſenſu Capituli, & idem eſt in Prioribus, & Antianis Ciuitatis, vt non poſſint remittere iniurias Ciuitati factas ſine conſenſu conſilij, *Gloſ.*1. *in cap. contingit*, vbi Fel. *n.*8. *de ſent. excom.* Clar. & Baiard. *§. fin. q.*58. *n.*22. *&* 35. Morot. *tr. de pace, & treg. q.*137. *n.*4. Guaz. *eod. tr. p.*1. *q.*21. *per tot.* Quid autem ſeruandum de nece, vel alia offenſa Monaci, aliqui tenent ſpectare ad eius Filios, ſi quos habet ante ingreſſum, reddere pacem, alij ad Abbatem, & Monaſterium ſi iam fuerit profeſſus, vel ad omnes, quod tutius reputatur, & ſi non concordent fauore pacis præferuntur qui pacem faciunt; ſi verò non habet filios, ſpectat ad ipſum Monachum offenſum, & Abbatem cum Capitulo ſimul reddere pacem, de quo vide Clar. *d. q.*58. *n.*24. *&c.* Farinac. *q.*13. *n.*26. Card. Tuſch. *litt. P. concluſ.*174. *n.*34. *& ſeqq.* Guaz. *de pace part.*1. *q.*13. *num.*5. *& ſeqq.* dixi *in §. Pax*, *n.*10. Sanfelic. *deciſ.*55. *n.*19. *&c.*

Pro moniali autem rapta, ſi iam erat profeſſa, eſt habenda remiſſio à ſummo Pontifice, & à conſanguineis monialis, Boſſ. *tit. de pace, num.*27. Baiard. ad Clar. *d. quæſt.*58. *n.*40. Guaz. *d. quæſt.*13. *num.*14.

An Abbas, Prælatus, Ciuitas, & huiuſmodi poſſint, vel teneantur ſe obligare, vel cauere de non offendendo pro ſuis particularibus, & ſubditis, vide Herculan. *de caut. q.*38. *n.*14. *& ſeqq. q.*50. *num.*33. *& ſeqq.* Guaz. *de pace, &c. part.*2. *§.*3. *quæſt.*23. *per tot.*

Abbatiſſæ Monaſteriorum, ſiue Prioriſſæ qualiter ſint 22
eligendæ, confirmandæ, benedicendæ, quanto tempore durare poſſint, an renunciare valeat, quam poteſtatem habeant, & alia plurima notabilia de Monialibus, nempè de educatione puellarum, illarum libertate circa ingreſſum, & profeſſione abſque metu, & de pœnis contra illas cogentes, quę conditiones, & qualitates requirantur in puellis, vel alijs mulieribus recipiendis, de illarũ numero, dote, profeſſione, votis, largitionibus munerum, Sacrilegijs contra illas patratis, de illarum regulis, legibus, & ſtatutis, item de ſubiectione, viſitatione, & correctione, officio diuino, Confeſſarijs, priuilegijs, clauſura, egreſſu, tranſitu de vno ad aliud Mona-

nasterium, licentijs ingrediendi monasteria, vel loquendi cum monialibus, de velatione, benedictione, & consecratione monialium, de constructione Monasteriorum, ac demum de sepultura monialium, plenè videndus vltrà alios supracitatos P. Ascan. Tambur. in suo vberrimo, & doctissimo *tract. de iur. Abbatissar. & Monial. per tot.*

23 Abbates, & alij Prælati Episcopis inferiores, quare sic nuncupentur, an dignitatem habeant, de illorum origine, & antiquitate, in quot genera distinguantur, quomodo, & à quibus eligantur, nominentur, confirmentur, qualiter se abstinere debeant à Simoniaca institutione, & illegitima procuratione Abbatiarum, & Prælaturarum, de illorum benedictione, duratione, renunciatione, remotione, vel depositione, residentia, exemptionibus, priuilegijs, communicatione, & confirmatione priuilegiorum, præscriptione iurium Episcopalium, Pontificalibus insignijs, indumentis, & ornamentis Prælatitijs, vsu, & exercitio Pontificalium circa diuersa, præeminentijs, & præcedentijs in Concilijs, processionibus, & alijs sessionibus, & actibus publicis, vel priuatis, tam cum alijs, quàm inter se ipsos, de qualitatibus, quibus debent esse præditi ad rectè munus suum exercendum, de eorum exteriori habitu, decentia, habitatione, conuersatione, & huiusmodi, latè idem Ascan. Tamburin. in alio suo elegantissimo, & perutili *tract. de iur. Abbatum, & Prælatorum tom. 1. per tot.*

24 Abbates, & alij Prælati Episcopis inferiores quam iurisdictionem, & potestatem habeant in generali, & in particulari circa sacramenta Ordinis, Confirmationis, Baptismatis, Eucharistiæ, Pœnitentiæ, Extremæ-Vnctionis, & Matrimonij, circa Sacrificium Missæ, Indulgentias, & absolutiones, circa diuini Officij recitationem, prædicationem, ieiunium, reseruationem casuum sibi faciendam, & absolutionem, excommunicationes ferendas, & relaxandas, suspensiones, interdicta, absolutiones ab irregularitatibus, circa vota simplicia, & solemnia Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis, an possint vota maximè suorum subditorum irritare, & alia plenè idem Ascan. Tambur. *d. tract. de iur. Abbat. & Prælat. tom. 2. per tot.*

25 Abbates, & alij Prælati Episcopis inferiores an possint, & Religioni expediat celebrare capitula, & domestica concilia, instituere, vel facere Officiales, & ministros in suis Ecclesijs, & Monasterijs, condere statuta, aliquid disponere circa Regulam, construere, vel destruere Monasteria, & cum quibus licentijs, recipere Nouitios, illosque ad professionem admittere, & delinquentes punire, licentiam transeundi ad aliam Religionem suis subditis concedere, quomodo cum Apostatis se gerere valeant, beneficia conferre, vel auferre, caritatiuum subsidium à subditis, & beneficiatis exigere, bona temporalia administrare, alienare, locare, in emphyteusim, vel feudum concedere, Ecclesias, vel Monasteria vnire, vel disiungere, & dismembrare, sibi iudices conseruatores eligere, quæ officia, & quos actus in iudicio exercere, an testari, de illorum spolijs, & huiusmodi plenè Ascan. Tamburin. *in d. tract. de iur. Abbat. & Prælat. tom. 3. per tot.* ad quem semper in istis materijs recurras, quia doctè quidem, & luculenter omnia dubia resoluit; hoc mihi annuisse sufficiat.

26 Multa de Abbatibus, & Abbatissis, illorumque, atque illarum officijs, muneribus, auctoritate, & huiusmodi vltrà iam citatos tradunt P. Franc. Pellizzar. *in Manual. Regular. tom. 1. & 2.* in varijs locis distinctè enunciatis in vtriusque Repertorio *verb. Abbas, & Abbatissa*, P. Franc. Suarez *tr. de Relig. tom. 4. verb. Abbas, & Abbatissa*, iuxta indicem Laurent. Vrsel. *in suis concl. 1. & seqq.* Emin. de Luca, vt in Indice generali suorum Operum, Pancirol. *in suis decision.* Pilata *in decis. omnes in Indice verb. Abbas, & Abbatissa*, cæterique plures relati ad Ægyd. de Casteion. *in Alphabeth. iurid. verb. Abbas, & Abbatissa*, & nouissimè à Com. Augustin. Fontana *in sua Biblioth. Legal. part. 4. eodem verb. fol. 2.*

27 Abbatissa omittens sine legitima causa sumere solitam benedictionem, priuationis pœnam ipso iure incurrit, quod tamen non procedit in Abbatissa temporali nisi priuilegio, vel consuetudine aliter sit introductum, *Clem. attendentes, §. Statuimus de Stat. Monach.* vbi Canonistæ, & Carol. Ant. Thesaur. *tract. de pæn. Eccles. part. 2. cap. 1.* ibi etiam an hæc pœna liget in foro conscientiæ, & refert contrarias opiniones *in verb. Episcopus cap. 2. not. 3.*

28 Abbatissæ qualiter possint præcipere in virtute sanctæ obedientiæ, maximè in re graui, an aliquæ possint, vel sint capaces habere iurisdictionem Ecclesiasticam, & alia circa electionem, suffragia, renunciationem, requisita, & potestatem Abbatissarum, habentur, penes Mendo *tr. de Ordin. Milit. Disquis. 6. n. 3. & seqq. Disquisit. 7. n. 59. & Disquis. 14. n. 28. cum multis seqq.*

§. ABLATIVVS II.

1 Ablatiuus casus significat tempus imperfectum, & ideò non requirit implementum, Bart. Bald. Alex. & alij *in l. si cui legetur, ff. de legat. 1.* Surd. *dec. 178. n. 4.*

2 Ablatiuus absolutus importat conditionem, & inducit formam, *l. à testatore ff. de condit. & demonstr.* Asin. *in Prax. §. 11. cap. 1. num. 3. & §. 3. cap. 36. nu. 2.* Soccin. *reg. 1.* latè Card. Tusch. *litt. A. concl. 32. per tot.* Merlin. *decis. 247. num. 8. & decis. 864. num. 1.* Ricc. *Collect. 3227.* Rot. *part. 10. rec. dec. 11. num. 10. & part. 13. decis. 154. num. 2. &c.* vbi quòd non solùm resoluitur in conditionem, sed etiam importat ordinem succedendi, quo præposterato dispositio conditionalis remanet inefficax. Huiusmodi tamen forma non est talis, quin possit per æquipollens impleri, Ias. *in l. 2. §. prius, ff. de vulgar. & pupil.* Asin. *d. §. 3. cap. 47.* vide in *§. Conditio, & §. forma.*

3 Ablatiuus absolutus, vel participium absolutè positum facit conditionem expressam licèt videatur esse præteriti temporis, cùm tamen futurum quid designet cum quadam præteritione, Altograd. *cons. 87. n. 3. lib. 2. cons. 56. n. 15. cons. 60. n. 46. & cons. 90. n. 72. d. lib. 2.* vide Philip. Massin. *Select. iur. Distinct. Cent. 1. Distinct. 10. n. 16. & 25.* Galuan. *cons. 33. n. 9. & 46. cons. 8. num. 8. & 10. & cons. 10. num. 12.* Rot. *in Bonon. fideicommissi de Buccaferris 24. Maij* 1655. *num. 8.* penes Paul. Zacch. *Quæst. Medic. Legal. tom. 2. decis. 98.* Ricc. *Collect. 654. & 3227.*

4 Ablatiuus absolutus in contractibus importat conditionem, & non modum, ac ante omnia debet impleri, vt competat actio, nam ea deficiente contractus ipso iure resoluitur, Gratian. *discept. forens. cap. 308. in princ. cap. 748. num. 9. & 939. num. 21.* Surd. *decis. 268. num. 11. & alij supracitati.*

Quòd ablatiuus in rescriptis, & vltimis voluntatibus importet conditionem, Rot. *part. 17. rec. dec. 322.*

Idem esse in vltimis voluntatibus, Gratian. *discept. 773. num. 4.* Ac in rescriptis idem Gratian. *cap. 1000. num. 10. & 11.*

5 Ablatiuus absolutus regulariter facit conditionem propriam de futuro, & expressam etiam in statutis, ac etiamsi fuerit adiecta dictio *vt*, quæ aliàs inducit modum; nisi tamen repugnaret subiecta materia, vel nisi materia esset dispositiua, vel nisi gratia frequentioris vsus, vel per quamdam admonitionem esset appositus ablatiuus, vt probat Soc. *tract. regul. Iur. reg. 1. per tot.* Leoncil. *decis. Ferr. 12. num. 4.* Buratt. *decis. 696. num. 2.* Caualer. *decis. 78. num. 3. & decis. 428. num. 2.*

Quòd interdum non stet conditionaliter, sed causatiuè, & probet actum præcessisse, Rot. *part. 13. recent. decis. 512. nu. 12.* vbi de verbo *consentientibus*, quod præcedentem consensum probat.

6 Ablatiuus absolutus licèt vt plurimum importet conditionem, sæpè tamen importat etiam dispositionem, nam quando ponitur affirmatiuè ad significandum aliquid, de quo exprimens potest disponere, tunc non conditionaliter, sed dispositiuè, ac diuersimodè accipitur iuxta subiectam materiam Surd. *decis. 331. num. 13. & seqq.* Altograd. *cons. 56. num. 18. &c. lib. 2.* Card. Tusch. *litt. A. concl. 32. n. 11. & seqq.* Corbul. *de Iur. Emphyt. tit. de Caus. priuat. ob alienat. ampliat. 31. num. 7.* vbi quòd quando ablatiuus refertur ad personam, & ad rem, in qua potest cadere fideicommissum illud inducit, & non conditionem per doctrinam Bart. *in l. à testatore num. 3. ff. de condit. & demonstrat.* de quo tamen vide Menoch. *lib. 4. præsumpt. 76. num. 63. & seqq.* Bardellon. *cons. 46. n. 100.* & Mangil. *de imput. quæst. 68. num. 4.* Galuan. *cons. 33. num. 10.* Philip. Massin. *select. Iur. distinct. Cent. 1. distinct. 71. num. 13. & 28.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 2. num. 13.* vbi intelligit dummodò includat verbum dispositiuum, Mart. *de success. leg. part. 1. quæst. 9. art. 4. per tot.* vbi quòd positi in conditione per ablatiuum absolutum siue affirmatiuè, siue negatiuè censentur vocati, cùm idem sit dicere, *liberis non extantibus*, substituo Caium, vel illis extantibus, *Caius non succedat*, licèt referat Mantic. & alios in contrarium.

Abla-

7 Ablatiuus abſolutus in ſubſtitutionibus, vt quia dictum fuerit, *decedentibus dictis meis hæredibus ſine filijs ſuccedat talis*, facit ſubſtitutionem reſoluere in ſuas ſingularitates, niſi exindè ſequatur abſurdum, vel quid contra mentem teſtatoris, nam repugnaret mens teſtatoris, operaretur effectum contrarium, & ſic reciprocæ fideicommiſſariæ inter primos vocatos, ſi alia requiſita concurrant, ſicuti pluribus in vtroque caſu relatis videtur firmare Peregr. *de fideicom. art.* 13. *num.* 62. Galuan. *conſ.* 8. *num.* 10. vbi loquitur in emphyteuſi facit, Mart. *de ſucceſſ. leg. part.* 1. *quæſt.* 9. *art.* 4. *& 5. per tot.*

Quòd in ſubſtitutionibus ablatiuus abſolutus de pluribus reſoluatur in ſuas ſingularitates ex præſumpta mente teſtatoris, maximè fauore deſcendentium, & ad abſurda vitanda, latè Rot. per Bich. *deciſ.* 337. *numer.* 12. *& ſeqq.*

Circa autem dictam principalem concluſionem de ſubſtitutione pluribus facta, an, & quando in perſona cuiuslibet ſeparatim, ſiue coniunctim procedat dixi in §. *Conditio*, §. *Fideicommiſſum*, & §. *Subſtitutio*.

8 Ablatiuus abſolutus non probat numerationem, ſed intelligitur appoſitus in conſequentiam confeſſionis, veluti quando Notarius dicit in inſtrumento Titium confeſſum eſſe, ſe habuiſſe, & recepiſſe à Mæuio, *dante, & numerante*, quia non ob id teſtatur numerationem fuiſſe coram eo factam, ſecus autem ſi per gerundium mentionem fecerit de numeratione, veluti dando, & numerando, quia gerundium ſignificat actum, qui oculis ſubijcitur, Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 18. *tit.* 6. *n.* 11. ſequitur Pacif. de Sahuian. *inſpect.* 1. *cap.* 7. *num.* 25. *& ſeqq.* vide in §. *Numeratio*.

9 De ablatiuo abſoluto, vt ſi exprimens poterat diſponere importet diſpoſitionem, ſi verò non poterat diſponere faciat conditionem, Surd. *deciſ.* 331. *num.* 14. *& ſeqq.* Cyriac. *contr.* 249. *num.* 16. *& 17. & contr.* 424. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quòd importat conditionem expreſſam, & eſt fortior alijs conditionibus, loquitur in ſententia, vt non poſſit executioni demandari, niſi impletis conditionibus in ea appoſitis, & benè Vela plures allegans *Diſſert. iur.* 38. *num.* 70. Caſtil. *contr. lib.* 4. *cap.* 57. Cæſar. de Afflict. *contr.* 30 *num.* 39. *& 40.*

10 De virtute, & efficacia ablatiui abſoluti, plenè Laurent. Vrſel. *concl.* 5. relatus à moderno Com. Auguſtin. Fontan. *Biblioth. Legal. part.* 4. *verb. Ablatiuus fol.* 4.

§. ABORTVS III.

1 ABortus eſt fœtus nondum maturi eiectio, & dicitur abortus quaſi longè, & procul abortu, dictio enim *ab* ſignificat excluſionem, & priuationem lucis, Alex. *in l.* 1. *ff. ſi quis caut.* Crauett. *conſ.* 156. Manar. *Noct. Malenc. interrogat.* 200. §. 1. *in princ.* vbi etiam quòd poteſt procedere ex multis cauſis etiam naturalibus, & quando non eſt doloſus non punitur, poteſt enim cauſari à vehementi febre, à ſaltu mulieris, à clamore, à timore, à tuſſi graui, & ſimilibus motibus vehementibus, ac violentis, vt docet Galen. *lib.* 5. *Aphoriſ.* Hypocrat. *Aphoriſ.* 45. & alij relati per Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 52. *n.* 20. *& ſeqq.* vbi plura de coniecturis, & inditijs partus immaturi, & imperfecti. Quod non poſſit ſequi ex ſimplici pugno, dixit Rot. *part.* 9. *rec. deciſ.* 323. *n.* 1. iuxta text. *in l. ſeruus* 27. §. *ſi quis de menſe verſ. ſi mulier pugno, ff. ad l. Aquil.*

Plura de abortu Thom. del Bene *tract. de immun. Eccleſ. part.* 1. *cap.* 2. *dubit.* 4. *ſect.* 20. *tot. fol.* 100. aliqua dixi in §. *Parricidium n.* 5. *& §. Natus n.* 5.

Multa de Abortu, quid ſit, de illius cauſis, inter naturales partus non numerari, & alia plura tradit videndus Alphonſ. à Caranza *tract. de partu natural. & legit. cap.* 16. *per tot. fol. mihi* 598. *&c.* Lara *de vita hom. cap.* 9. Giurb. *ad conſuet. Meſſan. cap.* 10. *gloſ.* 1. *num.* 5. *& ſeqq.* Solorzan. *de Parricid. lib.* 2. & alij relati ab Ægid. de Caſteion *Alphabeth. iurid. verb. Abortus*, Torreblanc. *de Magia lib.* 2. *cap.* 43. *per tot. & de iure ſpirit. lib.* 12. *cap.* 16. Laurent. Vrſel. latè *concl.* 7. cæterique citati à Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. Legal. par.* 4. *verb. Abortus fol.* 5.

Cæterum quid ſit abortus, de illius cauſis, effectibus, cognitione, curatione, & alia vide per Scipion. Mercur. *in eius vulgato tract. della Comare lib.* 2. *cap.* 17. 18. *& ſequentibus*, Paul. Zacch. *quæſt. Medic. legal.* in pluribus locis, prout in eius Repertorio, *verb. Abortus*, Ioſeph. Ruſtic. *in Commen-*

car. ad l. cum Auus, ff. de condit. & demonſtrat. lib. 4. *cap.* 9. *per tot.* cum alijs per eos citatis, Dian *part.* 1. *tract.* 5. *reſolut.* 1. vbi quod homicidij feſtinatio eſt prohibere naſci, nec refert natam quis eripiat animam, aut diſturbet naſcentem, homo eſt qui futurus eſt, nam fructus in ſemine eſt, & alia de abortu magicis artibus cauſato, Martin. Delrio *diſquiſ. mag. lib.* 3. *ſect.* 2. *& 3. per tot.*

Abortum conſulens an efficiatur irregularis, dic quòd ſi fœtus erat animatus, ſequuto effectu abortionis efficitur irregularis, ſecùs ſi non erat animatus, & quid in dubio, vide Vgolin. *tract. de irregularit. cap.* 16. §. 2. *& §.* 3. *per tot. fol. mihi* 87. *&c.* Cæſar. Panimol. *in ſua Plauſimon. ſeu idea ſedand. iurg. forenſ. Conſtit.* 18. *per tot.* vbi etiam de pœnis abortus ex Conſtit. Pij V. & Gregor. XIV. & alia, *& conſtit.* 22. *n.* 25. *& ſeqq. per tot.* Sperel. *deciſ.* 20. *num.* 33. *& 34.* Dian. *part.* 7. *tract.* 5. *reſol.* 4. *& ſeqq. per tot. d. tract.* 2

Et de præbente cauſam abortui, qua pœna puniendus, quando partus dicatur animatus, vel inanimatus, ac de pœna matris infantem in vtero necantis, vel iam natum occidentis plenè Theſaur. *deciſ.* 12. *& 13. per tot.* Farinac. *de homicid. quæſt.* 122. *part.* 5. *& 6. per tot.* Franch. *deciſ.* 592. *per tot.* Oſaſch. *deciſ.* 60. *num.* 7. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. H. concluſ.* 147. *per tot.*

De dante poculum amatorium, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 358. *per tot.* Martin. Delrio *diſquiſ. mag. lib.* 3. *quæſt.* 3. *per tot.* vbi plura de amatorio maleficio, an poſſit cogere voluntatem, de eius remedijs, & alia curioſa. Torreblanc. *de Magia lib.* 2. *cap.* 43. 44. 45. 46. *& ſeqq.* vbi plura de Maleficio abortus, ſterilitatis, difficilis partus, exſiccationis lactis, dæuouendi dæmoni, de poculo amatorio, de maleficio odij, ſanitatis, ac morbi an curari poſſint viſu, contactu, voce, afflatu, oſculo, vel nudi lintei applicatione, an maleficio liceat maleficium curare, quomodo curentur maleficia remedijs naturalibus, & diuinis, & huiuſmodi curioſa.

Abortum procurans, vel ei cauſam præbens, ſi fœtus erat animatus anima rationali, punitur pœna ordinaria homicidij, ſi verò inanimatus pœna extraordinaria iudicis arbitrio, quamuis vtroque caſu pœnam eſſe arbitrariam, quaſi iura non diſtinguant de fœtu animato, vel inanimato, tenuit Menoch. *de arbitr. cap.* 357. ſed contra eum communis eſt aliorum opinio diſtinguens vt ſupra, cum qua tranſeundum omninò puto Manar. *Noct. Malencon. Interrog.* 200. §. 1. *verſ. Quoad quartum*, Paul. Zacch. *quæſt. Medic. legal. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 9. Farinac. *de homicid. quæſt.* 122. *num.* 131. *& ſeqq.* Ricc. *Collect. deciſ.* 590. *part.* 3. *& deciſ.* 1336. *part.* 4. Dian. *part.* 7. *tract.* 5. *reſol.* 5. *& ſeqq.* vbi etiam de pœnis ex iure nouo Sixti V. & Gregorij XIV. P. Steph. de Neapol. *tract. de reſtit. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 1. *& ſeqq.* Paul. Comitol. *reſponſ. Moral. lib.* 4. *quæſt.* 13. *per tot.* Siluester. *in verb. Abortus num.* 1. Summa Angelic. Summa Tabien. *&c. eodem verb. Abortus*. 3

Licèt quibuſdam viſum fuerit probabile, omnem fœtum quamdiu in vtero eſt carere anima rationali, & tunc primum incipere eam habere cùm paritur, ac conſequenter dici poſſe in nullo abortu homicidium committi; tamen talis propoſitio eſt expreſsè damnata, & reprobata per Decretum Innocentij Papæ XI. Romæ publicatum 4. Maij 1667. *ſub num.* 35.

Quando autem, & quo tempore fœtus dicatur animatus, vel inanimatus anima rationali, multum inter ſe diſcrepant Doctores, vt videre eſt penes Menoch. *d. caſ.* 357. Manar. *d. Interrog.* 200. §. 1. *verſ. Quoad ſecundum*, Farinac. & Vlpin. *in ſuo d. quæſt.* 122. *num.* 15. *fol. mihi* 278. Paul. Zacch. *d. qu.* 9. *n.* 24. & latiùs *lib.* 9. *tit.* 1. *per tot. de Animat. fœt. human. & dixi in mea Pract. Criminal.* §. *Aborto n.* 7. Dian. *part.* 7. *tract.* 5. *reſol.* 6. P. Steph. de Neapol. *tract. de reſtit. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 4. Quod in dubio ad excluſionem pœnæ corporalis, fœtus præſumatur potiùs inanimatus, quàm animatus, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 51. *num.* 139. Dian. *part.* 7. *tract.* 5. *reſol.* 41. *verſ. nota tamen*: Quidquid ſecus ſit quoad pœnas ſpirituales, idem Dian. *loc. cit. reſol.* 24. Barboſ. *vbi ſupra n.* 141. Siluestr. *in verb. Abortus num.* 2.

Abortus non ſemper punitur pœna ordinaria, ſed interdum pœna mitiori pro modo culpæ, veluti quando quis ignorans mulierem eſſe prægnantem, illam percuſſit, vel quando pro ſalute mulieris fuiſſet procuratus abortus, vel mulier eſſet minor, & ſuaſionibus eſſet inducta ad euitandam infamiam, vel ſi caſu in latrinam partus fuit emiſſus, vel ſi aſſeratur partum fuiſſe mortuum, & ob id ſepultum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 357. *num.* 18. *& ſeqq.* Theſaur. 4

*decis.*12. *&* 13.*per tot.* Manar. *d.interrogat.*200. Franch. *decis.*592. Clar.& Baiard.*§.fin.q.*68.*n.*1. *& seqq.*alijque supracitati videndi.

5 Abortus punitur etiam pœnis spiritualibus, nempè excommunicationis ipso facto, & irregularitatis vbi fœtus erat animatus, vt dixi supra *n.*2. Manar. *d.Interrogat.*200. *§.*1.*vers.Quoad quintum*, Sperel. *decis.*20.*n.*34. vbi etiam an dicta excommunicatio habeat locum in ipsa muliere sibi abortum procurante, & firmat quòd non, licèt non desint alij contrarium sentientes. Quòd habeat locum etiam in ipsa muliere sibi abortum procurante, sicut in alijs complicibus, Dian.*p.*7.*tr.*3.*resol.*7.*cum pluribus seqq per tot.* vbi an, & quando, ac contra quos habeant locum, vel non dictæ pœnæ spirituales, qualiter ignorantia excuset, qui possint absoluere, & alia plura notabilia.

An liceat procurare abortum fœtus nondum animati ad euitandum periculum vitæ, vel infamiæ, vide Dian.*& quos allegat part.*3.*tract.*5.*resol.*11.*part.*6.*tract.*8.*resol.*37. vbi negatiuè concludit, quicquid nonnulli affirment, *& p.*7.*tr.*5. *resol.*32. *&* 39.

Licitum esse procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehensa grauida occidatur, aut infametur, asseruerunt nonnulli; sed ista conclusio est hodiè omninò reprobata per dictum Decretum Innocentij XI. sub num.34.

6 Abortum fœtus animati procurantes dicuntur committere homicidium proditorium, & sequuto effectu non gaudent immunitate Ecclesiæ, prout fuisse declaratum a Sacra Congregatione de anno 1622.refert Manar. *d.Interrog.*200. *§.*1.*vers.Quoad quintum*, & de anno 1632. 3.Decembris dixi in mea *Pract.§.Aborto n.*8.*& §.Delinquenti num.*26. Ricc. *dec.*262.*part.*3. Ambrosin. *tract.de Immunit.Eccl.cap.*2.*n.*6. & admittit alios adducens Sperel. alioquin acerrimus immunitatis defensor, *decis.*23. *num.*3. *in §. Immunitas num* 6. *vers.Quod abortum*, vbi referuntur plures contrarium tenentes, prout contrarium tenet Dian. *resol.moral.part.*7. *tract.*5.*resol.*42.

Cùm hic per me scriptis concordat Romaguer. *ad Constitut.Stat.Eugub.lib.*4. *Rub.*27.*n.*18. *&c.* ac Coriuad. *decis.*96. *num.*17.

7 Alia plura scitu, & notatu digna in hac materia abortus, & præcipuè de coniecturis, & signis illum denotantibus dixi in mea *Pract. §.Aborto num.*3. *& per tot.* quæ non repeto cùm ibi videri possint summatim recollecta, & latiùs explicata per Paul.Zacc. *quæst.medic.legal.lib.*3.*tit.*2.*q.*9.*per tot. & cons.*69. *per tot.tom.*2. Scipion.Mercur. *in tract.della Comare lib.*2.*c.*17. *cum pluribus seqq.*

8 Abortus an, & quando habeatur pro nato, vel non, ad effectum rumpendi testamentum, & succedendi vel similes effectus, vide Bart. *in l.quod dicit*, *ff. de lib. & posth.* Tiraq. *in l.si vnquam glos.suscepit n.*205. *& seqq.* cum alijs per Paul. Zacch. *d.tract.lib.*1.*tit.*2. *quæst.*10.*per tot. & quæst.* 2. *num.*13. *& seqq.* & distinguit prout *in d.mea Pract. §.Aborto num.*1. quibus adde Menoch. *de præsumpt. lib.*6.*præsumpt.*52. *num.*24. *& per tot. & lib.*4.*præsumpt.*89. *num.*112. Ioseph. Rustic. *in Commentar. ad l.cum auus*, *ff.de condit. & demonstr.lib.*4. *cap.*9. *per tot.* Marta *vot. Pis.*55. *num.*6. *&c.* dixi *in §.Filius num.*5.

De filio ex ventre matris secto nato, an dicatur abortiuus, an succedat, & illi succedatur per parentes, vide inter *consilia vlt.volunt.* per Zilett. *Diuers.cons.*131. 132. *&* 133. *vol.*1.

Quòd non liceat matri consentire se adhuc viuam secari, vt possit puer baptizari, quia illa sectio esset directa occisio matris, sed mortua sit statim secanda, vt infans baptizetur si adhuc viuit, & quid si mater esset ad mortem damnata, Dian. *part.*2. *tract.*15.*resol.*44. dixi *in §.Mulier n.*36. *vers.si autem §.Baptismus n.*7. idem Dian. *part.*5. *tract.*3. *resol.*12. *vers.Non desinam*, *& resol.*13.

An autem ex aliqua iusta, & rationabili causa sit aliquando permissum procurare sterilitatem in vxoratis, vide in *§.Medicus n.*5. latè Dian. *p.*7.*tr.*5.*resol.*33. *cum pluribus seqq.* vbi an, & quando mulieri grauidæ liceat, vel non pro salute sua vti medicamentis, ex quibus sequendus sit abortus, Panimol. *in sua Idea constit.*22.*num.*26.*&c.* P. Steph.de Neapol. *tract.de restit.cap.*8.*n.*1.*&* 2. *lib.*1.

9 Abortus est crimen mixti fori, & pro illo puniendo datur præventio inter iudicem sæcularem, & Ecclesiasticum iuxta Bullam Sixti V. vt docet Nouar. *in sum.Bullar. tom.*2. *tit. de abortu n.*5. *& n.*19. vide Barbos. *de potest. Episc.* 3.*alleg.*111. *num.*20. & alios, quos refert, & sequitur Dian. *part.*7. *tr.*5. *resol.*41. Nunquam tamen vidi iudices Ecclesiasticos se intromittere in huiusmodi delictis quoad pœnas temporales, imò si reus sit Ecclesiasticus traditur Curiæ sæculari, vt notant Barbos. & Dian. *loc.cit.*

Quod abortus sit crimen mixti fori. Multa pro iurisdictione Iudicis Ecclesiastici cum præuentione in causis abortus, & infanticidij, præcipuè ante baptismum, & in similibus delictis tradit Raynal. *Syntax. rer.crim.cap.*6. *§.*1. *n.*68. *& seqq. per tot.*

Sed ne deseras videre Donat. Ant. de Marin. *resol. lib.*2. *cap.*3. *n.*1. *& seqq.* vbi asserit, quòd Iudex Ecclesiasticus extra Statum Ecclesiasticum nequit cognoscere vigore Bullæ Sixti V. causas abortus contra laicos, cum quo transeundum puto, vt dixi saltem vbi viget talis consuetudo, quam Raynald. *loc.cit.* approbat, & vult ex ea etiam tribui iurisdictionem ad fauorem Iudicis Ecclesiastici, ita nec eam rationabiliter impugnare valet vbi adest ad fauorem Tribunalium sæcularium, data iurisdictionis capacitate, prout in delictis mixti fori.

10 Quod præbentes poculum naturale abortus, vt venefici sint puniendi, non vt sortilegi, nisi sortilegia admisceant, Martin. Delrio *disquis. magic. lib.*5.*sect.* 16. *col.* 5. *litt.B.*

11 De infantium puerorum oppressione, ex eo quod teneantur à matre in eodem lecto cum ipsa cubante, & dormiente, an, & quando sit casus reseruatus, & quomodo mater puniri debeat sequuta nece infantis, Caietan. *in* 2.2.*q.*64. *art.*8. Nauar. *in summa cap.*15. *num.*13. & alij relati per Paul. Comitol. *respons. moral. lib.*4. *q.*12. *per tot.* vbi tres admonitiones considerat.

12 Abortus crimen qualiter propter eius atrocitatem, (sicut nonnulla alia crimina) non præscribatur, Farinac. *quæst.*10. *n.*29. *& seqq.* vide *in §.Delictum num.*7.

§. ABSENTIA IV.

1 ABsentia generaliter sumpta est duplex, altera scilicet ordinaria localis, siue naturalis, quæ ratione diuersi domicilij, siue patriæ diuersæ causatur; altera verò extraordinaria personalis, siue accidentalis, quæ causatur ratione discessus, & absentationis accidentalis à patria, siue domicilio proprio, vt benè explicat Odd.*de restit.in integr.part.*1. *q.*5. *art.*7. *num.*46. *&* 47.

Quòd absentia remota, vel in loco remoto per duas dietas, & vltrà reputetur impotentia, Bellamer. *decis.*662. *de concess.præbend.*

2 Absentia magis in specie sumpta quoad personas, quæ vt supra extraordinaria dicitur, est multiplex, nempè necessaria, & probabilis simul, necessaria tantum, probabilis tantum, & voluntaria, quæ singulæ qualiter excusent citatum in criminalibus, vide Clar. *§.fin.quæst.*34. *per tot.* vbi Baiard. *remissiue num.*1. Quotuplex sit absentia explicat Cigala *tract. de Alt.§.rursus* 5.*n.*4.*& seqq. fol.*51. Scaglion.*super Pragmat. Regn. tit. de form.proced. in caus. post cit. num.*28. *fol.mihi* 33. Card.Tusch. *litt.A. concl.*33.*&c.* Mascard.*de probat.concl.*8. *&c.* Plures alias absentiarum species iuxta varias Doctorum opiniones, & distinctiones, & an vnaquæque illarum, & qualis dicatur iusta causa restitutionis in integrum, latè explicat videndus Odd.*de restit.in integr.par.*1. *quæst.*5.*art.*7.*per tot.quæst.*6. *&* 7.*per tot.* & dixi *in §.Restitutio*, *& §.Bannitus num.*37.

3 Absens in materia præscriptionis dicitur ille qui habitat extra Prouinciam, *l.cum in longi*, *C.de præscrip.long.temp.* & generaliter in omni materia quis dicatur absens, & quot modis, vide Grat.*discept.forens.cap.*230.*per tot.* Odd. *de restit.in integr.part.*1. *q.*5.*art.*6. *per tot.* Card. Tusch. *litt. A.concl.*35. vide *in §.Præscriptio*.

Cùm quis dicitur simpliciter abesse intelligitur à territorio, & sic reperiri in loco vicino, & non extra Prouinciam, nam qui extra Prouinciam degit non dicitur simpliciter abesse, sed longè abesse, Menoch.*de arbitr.cas.*40. *n.*9. *& seqq.* Gizzarel.*decis.*42.*n.*15. *&* 18.

4 Absens non dicitur ille, qui remansit in fundo per cognationem, & familiam stante animo reuertendi, cùm quis dicatur magis esse vbi amat, quàm vbi animat, vide Grattan. *discept.forens. cap.*484. *n.*16. *&* 944. *num.*31. Paul. Christian. *decis.Belgic.*136. *vol.*1.

Et quod non dicatur exire qui exit animo redeundi, *l. quid si fugitiuus ff.de adilit. edict.* Bald. *in l.*1.*num.*27. *Cod.de*

fer.

ser.fug. Gregor. *decis.70.num.5.* Vrceol. *consul.forens.cap.50. num.39.* vbi Rot.

5 Absens dicitur, & pro absente habetur qui licèt corpore sit præsens, tamen animo abest, sicut etiam si somno, aut morbo comitali sit occupatus, Montan. *de tut.cap.30. num. 35. fol.87.* Ludouis. *decis.70.num.7.* Odd. *de restit. in integr. part. 1. quæst.5. art. 6.num. 39. vers. Decimoquarto, & per tot.* vbi recenset 14. & vltra modos, quibus absens quis reputari potest diuersis respectibus, & iuxta subiectam materiam.

6 Absens causa Reipublicæ restituitur aduersus præscriptionem contra se completam, secùs in absentia voluntaria, *l.1. & 2.C.quibus non ob long.temp.præscript.* Cùm huiusmodi absentia ex causa Reipublicæ nulli debeat esse nociua, nisi tamen fuerit affectata, & procurata, Montan. *de tut. cap.26. num.51. fol.74.* Odd. *de restit.in integr. quæst.6. art.10.per tot.* Gizzarel. *decis.9. num.19. & 20.* vbi quòd non restituitur si adhuc absentia cessante interuenisset læsio, & sic quando absentia, vel aliud impedimentum non fuit causa immediata læsionis, per text. *l.his qui, & l.penult.ff.ex quibus caus.maior.&c.* Paul.Christin. *decis.Belg.138.vol.2.*Sanfelic. *decis.296. num.1.* Quæ dicatur absentia Reipublicæ causa, & sic iusta, & quomodo probetur, Mascard. *de probat.concl. 11. vol.1.*

Et quod absentia affectata, & procurata excusationem præstet, sed priuilegium aliàs competens auferat, Bardellon. *cons.111.num.70. & 71.*

Qualiter contra absentem, & ignorantem possit præscribi præscriptione longa, & longissima, nisi possideat ciuiliter, & alia ad hoc propositum, Capell.Tholos. *decis.76. per tot.*

7 Absens ex causa Principis, vel Reipublicæ, seu alia causa necessaria simili, non tenetur dimittere procuratorem, nisi in causis cœptis, & in non arduis, nec grauibus, & debet probari quòd possit idoneum in loco inuenire, maximè in absentia non perpetua, sed temporali, vide Grat. *discept. forens. cap.868.n.14. & per tot.* facit Montan. *de tut. cap.32. reg.9.n.50. & seqq. fol.122.* Corbul. *de iur. Emphyt. de caus. priuat. ob non pet. inuest. num. 21. & 22.* vbi quando absens possit excusari, vel non à non petita inuestitura, & vide *in §.Impedimentum*, & latè Odd. *de restit. in integr.part.1.q.30. per tot.*

An autem absentia præsumatur iusta, & legitima, vel ex malitia, Menoch. *lib.6.præsumpt.20.* Odd. *d. tract. part.1. q.38.num.24. &c.*

8 Absens Reipublicæ causa si fuerit iam datus tutor, & administrare cœperit, non tenetur pro non gestis, debet tamen facere se excusare, alioquin tenetur, excussis tamen prius alijs tutoribus, qui gesserunt, & reuersus habet excusationem anni à noua tutela, *l.1.& 2.C.si tut.vel Curat.Reipub.caus.* Montan. *de tut.cap.35. num.88. & seqq. fol.163. & cap.21.n.9.&c. fol.66. & cap.23.n.35.fol.68.* Balthas.Tomas. *tract.10. de tut. & Curat. tit.36.num.67.fol.1092. & ibidem n.150.fol.1096.*

Quod absens à loco vbi sunt bona pupillorum, à tutela de iure remoueatur, *l.diuus Marcus ff.de tut.& curat.* Rot. *part.13.rec. decis.108.n.11.* Si tamen absentia sit necessaria ob iudiciales controuersias, vel cum filijs in loco vbi florent gymnasia, vt virtutibus repleantur, non est culpabilis, nec iusta causa remotionis à tutela, Rot.*part.13. recent.dec.83. num.4. & seqq.*

9 Absens an, & quando habeatur pro præsenti ad effectum lucrandi salarium, fructus, & distributiones quotidianas, vide latè Grat. *discept.forens.cap.166. per tot. cap.591. n.34. & cap.806. num.9. & seqq.* Capyc. *decis.125.per tot.*Pac.Iordan. *Lucub.vol.2. lib. 10.tit.40. num.95.& seqq. fol.473.* Rot. *part.9. recent.decis.117.per tot. part.12. decis.260.num. 14. & seqq.* Ludouis.*decis.154.& 540.* Ciarlin. *contr.26.per tot.* vbi de absente ex causa pestis, *& cap.192.per tot.* Sanfelic. *decis. 325.lib.2.*Lanfranch.Zacch. *tract.de Salar.& Merced.q.20. per tot.* Rot.*in Visen. recreationis 3. Martij 1625. coram Pirouano penes Scanarol. de visit. Carcer. in Appendice decis. 17.per tot.* vbi de absentia ex causa carcerationis,*& decis.21.* penes eumdem Scanarol. *loc.cit. quæ est in Iacen. Portionis 1.Februarij 1610. coram Ortembergo*, vbi quòd carceratus ex culpa sua non lucratur interim distributiones quotidianas, secùs autem si reperiatur innocens, vt probat Gratian. *loc.sup.cit. & dixi in meis resol. cap.43. num.7.& per tot.* vbi de officiali absente ex causa carcerationis, & distinguitur vt supra, ac idem esse in Medico absente, vel impedito, vide Cæphal.*cons.70.& 71. lib.1.* Lanfranch. Zacch. *de Salar. & Merced.q.21.& quæst.74. num.7. & seqq.* Card. Tusch. *litt.S. concl.8.* & dixi *in mea Pract. §.Medici num.7. & in hoc opere §.Medicus num.11. §.Aduocatus num.16.§.Officialis num.11. & §.Salarium n.12.*

Absens quando habeatur pro præsente, adde Pacion. *tr. de locat. cap.50. n.102. & seq.* Bich.*decis.557.num.8. & seqq.* vbi quòd quis absens ratione officij habeatur pro præsente, procedit quoad fructus beneficij, non autem quoad distributiones quotidianas, quæ vltra præsentiam requirunt etiam interessentiam, & regula procedit etiam quoad familiares, inseruientes Papæ nisi aliter illis ex speciali priuilegio fuerit indultum.

Quòd Clerici, qui sunt in Curia Romana debeant percipere fructus præbendarum quasi præsentes in suis Ecclesijs, cùm sint in seruitio Summi Pontificis, ac ita iudicatum testatur Paul.Christin. *dec.325.num.5.vol.5.* facit latè Sanfelic. *decis.325. vltima lib.2.* vbi in terminis emolumentorum doctoratus, an debeantur Cardinali absenti, qui sit de Collegio, & post plura similia adducta negatiuè resoluit.

Absens pro seruitio, & defensione sui beneficij habetur pro præsente, Rot.*part.6. diuers.dec.243.n.13.* 10

Et quòd duo Canonici absentes pro seruitio Episcopi possint fructus suarum Præbendarum percipere, & idem esse in alijs clericis inferioribus portionarijs,dummodò in istis concurrat dispensatio Episcopi, & vtilitas Ecclesiæ, vel necessitas Episcopi, aliàs secùs, Rot.*part.2.diuers.decis.222.per tot.* Pac.Iordan. *Lucub.vol.2. lib. 10.tit.40. n.168. & seqq.fol.480.* & dixi *in §.Episcopus num.* Dian.*p.10.tr.11.resol.58.* vbi an Canonicus absens per tres menses vigore Concilij Tridentini *sess.24.cap.12.* sicuti lucratur fructus beneficij, gaudeat etiam distributionibus quotidianis, & refert contrarias opiniones, vide *in §.Canonicatus n.4.* & latè Comitol. *respons. moral.part.1.quæst.59. & 60. per tot.*

Absens ex causa studij habetur pro præsente, & lucratur 11 fructus beneficiorum, & Præbendarum, ac etiam distributiones de Massa grossa, quæ diuiditur in fine anni, maximè quando Ecclesiæ aliud non haberet, vel modicum, dummodò tamen habeat licentiam ab ordinario, & dispensationem, quæ potest concedi vsque ad septennium, & non studeat in Patria, vel alio loco particulari, sed in aliqua publica vniuersitate, Aloys.Ricc. *Prax. var. resol.cap.33.& 70. per tot.* Tusch. *litt.F. concl.509.* Paul.Christin.*decis.Belg.18. per tot.vol.2.* Ricc.*Collect.3212.*

Quòd Indultum de non residendo ob causam studij,& de percipiendo fructus non suffragetur fine consensu Ordinarij loci, in quo beneficia consistunt, Pius V. *Constit.113.in Bullar.Conc.Trid. sess.23. c.1.de reform.* vide Aloys.Ricc.*Prax. var.resol.cap.223. per tot.*

Nec comprehendat distributiones quotidianas, *C.licet, de præbend.* & intelligatur dummodò incumbat studijs Sacræ Theologiæ, siue Canonum, ita vt ista qualitas sit præcisè probanda, Alex.*cons.88.n.2.lib.4.* cum alijs per Gratian. *discept.forens.cap.282.n.12. 19. 28.& seqq.* vbi tamen quòd potest sustineri etiam alia opinio quòd sufficiat incumbere iure Ciuili, vel similibus scientijs non prohibitis, quam sequitur Aloys.Ricc. *d.resol.33.n.1.*

De huiusmodi indulto ex causa studij quibus concedendum, vel non, cum quibus conditionibus, quando suffragetur vel non, vide plura summatim de more per Pac. Iordan. *Lucub. vol.2. lib.10. tit.40. num.126. & seqq.ad 168. fol.476.*

Quòd promotis ad Ecclesias Parochiales non sit concedendum dictum Indultum, & quare, Pac.Iordan. *d.vol.2. lib.9.tit.1.n.227.&c. fol.167. & lib.10. tit.40. n.50. fol.467.* vbi quòd quicquid olim esset de iure canonico, hodiè stante dispositione Concil.Trid. *sess.23.cap.1.de reform.* non potest ab Episcopo concedi vltra duos menses quoad habentes Ecclesias Parochiales.

Absens ex causa infirmitatis lucratur distributiones quo- 12 tidianas, si aliàs in sanitate erat solitus interesse diuinis, & infirmitas sit talis,vt non possit ad Ecclesiam accedere,Ricc. *Prax.var. resol.cap.397. & 444. per tot.*

Quòd legitimè impeditus habeatur pro præsente, & lucretur distributiones quotidianas, quas etiam non exactas transmittat ad hæredes, licèt fuerint inter alios repartitæ, sed non bona fide; non tamen possit iure accrescendi, vel non decrescendi prætendere portiones aliorum absentium, quia licèt portiones non inseruientium inseruientibus accrescant, procedit tantùm fauore illorum, qui verè, & rea-

realiter inferuiunt, non autem aliorum, qui per iuris fictionem pro inferuientibus habentur, vt latè probat Rot. *part. 9. recent. decis.* 117. *per tot.* facit eadem Rot. *part.* 10. *decis.* 135.

Quòd distributiones quotidianæ non debeantur nisi præsentibus, sublata etiam facultate Canonicis aliter disponendi, Merl. *decis.* 153. *per tot.* Et quando vno deficiente accrescant alijs participantibus, vel sint ponendæ sub sequestro, idem Merlin. *decis.* 504. Quòd debeantur Lectoribus Theologiæ, vel Iuris prudentiæ, perindè ac si in choro residerent, idem Merlin. *decis.* 630. *& decis.* 727.

Quando distributiones quotidianæ debeantur ratione interessentiæ, & quando ratione residentiæ, & quid importet, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 368. *per tot. & decis.* 384. *num.* 13. *& seqq.*

Quòd absens ex causa timoris belli, & eo durante, sed non vltrà lucretur, distributiones quotidianas, Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 390. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 141. *& decis.* 336. *per tot.* in eadem causa, vbi ex facto diuerso, cessationis scilicet belli, denegantur absenti distributiones, reuocata præcedente decisione.

13 Absenti an, & quomodo quæratur ius, & actio ex iuramento, siue stipulatione Notarij dixi *in §. Donatio num.* 50. *& seqq. & in §. Notarius n.* 21. latè Tusch. *litt. A. concl.* 38. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3278. Fatin. *decis.* 346. *n.* 7. An, & quomodo ex confessione partis, vide *in §. Confessio*, Marcian. *disp. for. cap.* 52. *num.* 14. *& seqq.*

Quòd absenti ab ipsa lege, & legis beneficio, etiam absque iuramento, & absque stipulatione Notarij, quæratur ius, & actio, quæ etiam transeat ad hæredes ipsius donatarij absentis, *per text. in l. si quis argentum, C. de donat.* vide Clar. §. *Donatio quæst.* 14. Anton. Fabr. *de err. Pragmat. Decad.* 47. *Err.* 1. *n.* 3. *& Err.* 5. *per tot.* cum alijs per Marcian. *disp. forens. cap.* 13. *&* 14. *per tot.* vide in §. *Actio num.* 11. latè Gizzarel. *& Addent. decis.* 51. Salgad. *Labyrint. credit. par.* 2. *cap.* 26. vbi multa hincindè.

Item vigore statutorum Bononiæ, & Florentiæ, vt dixi in §. *Notarius num.* 21. Et vigore legis Regiæ, de qua Salgad. *loc. cit. num.* 72. *& seqq.* Olea *de cess. iur. t. t.* 4. *quæst.* 9. *numer.* 37. *&c.*

14 Absens præsumitur ignorare Banna, & proclamata, siue edicta, etiam si tantùm abesset à Ciuitate, & reperiretur in Comitatu, illisque non ligatur propter dictam ignorantiam, & quando partes sunt diuersi fori præsumitur absentia, vt probat Borgn. *dec.* 17. *n.* 37. *& seqq.* Loquitur tamen in ciuilibus, pro quo facit quod dixi in §. *Creditor num.* nam in criminalibus esset distinguendum, vt in §. *Ignorantia*, & in mea *Pract.* §. *Ignoranza n.* 1. *& §. Statuti n.* 29.

15 Absens regulariter de iure condemnari non potest, quia videtur solis præsumptionibus, & ex causa quodammodo incerta damnari, *l. absentem, ff. de pœn. l. absentem, C. de accusat. l.* 1. *C. de requir. reis. & cap. afferte de præsumpt.* Bellamer. *decis.* 716. *de accusat.* Boer. *decis.* 63. fallit tamen in multis casibus etiam de iure, & generaliter de consuetudine, secundùm quam legitimè citatus, si sit contumax habetur pro confesso, & conuicto, & pœnis etiam capitalibus pro qualitate delicti condemnatur, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 80. *n.* 138. *& seqq.* Baiard. ad Clar. *fin. quæst.* 44. *n.* 2. *&c.* Card. Tusch. *litt. A. concl.* 37. *per tot. & litt. C. concl.* 1017. Cabal. *resol. crim. cas.* 181. *num.* 1. *& seqq.* & est notissimum in Practica adde Paul. Christin. *decis.* 88. *vol.* 4. *& ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 25. *per tot.* Arisinin. Tepat. *var. sent. tit.* 298. *per tot. & tit.* 132. vbi plura de absentia, & absentibus, latè Farinac. *q.* 11. *per tot.* Sanfelic. *dec.* 71. *per tot.*

An, & quando absens possit condemnari, nouissimè Francisc. de Angel. *tract. de confes. lib.* 2. *q.* 32. *per tot.* vbi benè declarat, & quòd non possit super facto audiri, nisi se in carceribus constituat, & ita seruatur Florentiæ, ac alibi, vt dixi in mea Praxi in *Præfat. n.* 215. & testantur Farinac. *quæst.* 99. *n.* 261. Conciol. *resolut. crim. verb. Procurator resol.* 1. *n.* 20. vide *in §. Procurator n.* 9.

De modo procedendi contra reos absentes per annotationem bonorum, Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. cap.* 40. *per tot.* De absentibus, & quomodo damnari possint, Simanc. *de Catholic. Instit. tit.* 2. Torreblanc. *de iur. Spirit. lib.* 15. *cap.* 10. *& seqq.* Vela *Differt.* 39. *num.* 47. Solorzan. *in Polit. Indiar. lib.* 4. *cap.* 24. *vers. fin. & lib.* 3. *cap.* 29. Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 20. Mattheu. Sanz. *de rer. crim. contr.* 28. *num.* 2. *&c.*

In partibus tamen Etruriæ, ac alibi, quando absens condemnatur ex contumacia, si non sit aliter conuictus, solet fieri aliqua reseruatio ad comparendum, & se iustificandum; intra quam si compareat resoluitur sententia, & admittitur ad defensiones, vt dixi in mea Pract. §. *Contumaci*, & alibi, & in hoc opere §. *Contumacia, & §. Admissio.*

Qualiter in criminalibus de consuetudine multorum locorum non sit necessaria citatio ad sententiam, Card. Tusch. *litt. C. concl.* 273. *in §. Citatio n.* 63.

Absentia longa æquiparatur morti, *l. multa, ff. de condit.* 16
& demonstr. Montan. *de tut. cap.* 37. *num.* 21. *fol.* 181. ita vt si minor, vel alius diu abfuerit, & ignoretur an viuat, eius propinquiores admittantur ad capienda bona cum cautione de illis restituendis, & reddenda ratione si reuerti contingat, nisi absens ipse procuratorem, vel administratorem dimisisset, tunc enim verè mors esset probanda antequam admittantur propinquiores ad bona, Menoch. *de arbitr. cas.* 150. *n.* 16. Munoz. *de ratiocin. cap.* 6. *num.* 47. *& seqq.* Boer. *decis.* 88. *n.* 1. Borgn. *de tut. num.* 331. Crauett. *cons.* 127. *in fine*, quos refert, & sequitur Balthas. Tomas. *tract.* 1. *de Curat. tit.* 13. *n.* 24. *fol.* 1163. Montan. *vbi supra*, Ioseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *dec.* 4. *n.* 91. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *gl.* 3. *p.* 1. *n.* 30. *& seqq.* Gutierez *pract. quæst. lib.* 2. *q.* 7. *per tot.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 49. Magon. *decis. Luc.* 44. *num.* 11. *&c.*

Qualiter absentia æquiparetur morti, ita vt subrogatus in casu absentiæ censeatur etiam subrogatus in casu mortis, Ricc. *Collect.* 1056. 3888. 3049. Sebast. Medic. *tract. mors omnia soluit part.* 1. *n.* 95. *&c.*

Absentia diuturna à patria cum domicilio alibi perpetuò 17
translato facit amittere ciuilitatem, & illius priuilegia, ac haberi pro extero, vide Marcian. *disp. forens. cap.* 43. *n.* 3. cum alijs per eum citatis, & in mea *Pract.* §. *Cittadini n.* 13. *&* 23. facit Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 106.

Absentia cum plurimum facti habeat non præsumitur, 18
sed præsentia nisi contrarium probetur, & ideò ab allegante probari debet, Mascard. *de probat. concl.* 5. *num.* 2. *to.* 1. Franc. March. *decis.* 626. *n.* 3. *pari.* 2. *& decis.* 174. *part.* 1. Clar. §. *fin. q.* 34. *vers. sed numquid*, & alij quos refert, & sequitur Cigala *tract. de Act.* §. *rursus* 5. *num.* 12. *&c. fol.* 53. vbi satisfacit contrarijs, Ricc. *Collect.* 3211. latè Odd. *de restit. in integr. part.* 1. *q.* 38. *n.* 7. *& n.* 19. *& seqq.*

An, & quando absentia præsumatur in bonam, vel malam partem, quid in præscriptione, qualiter probetur ad diuersos effectus, & alia, Mascard. *d. conclus.* 5. *cum pluribus seqq.*

Qualiter autem possit probari ex diligentijs cursorum, siue nunciorum de aliquo reperiendo, & de illo non reperto, maximè si eius cognitionem habeant, Mascard. *de probat. concl.* 8. *n.* 6. Grat. *discept.* 78. *n.* 20. Rot. *part.* 12. *rec. decis.* 106. *n.* 3. *& seqq.*

Absenti, & ignoranti potest beneficium conferri, sed non 19
quæritur ius nisi sequuta scientia, & acceptatione, Card. Tusch. *litt. A. concl.* 39. *per tot.* Garz. Millin. *decis.* 420. *n.* 10. *&* 11. vbi quòd absens potest eligi, & tantò magis si sit notus, latè Mastrill. *decis.* 2. *per tot.*

Quòd licèt absens non possit legitimari, nisi ab habentibus specialem facultatem legitimandi etiam absentes, tamen conualidetur legitimatio per ratificationem, quæ inducitur ex sola scientia absque contradictione, Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 87. *per tot.*

Absentia temporalis Officialis indeffinitè ad officium de- 20
putati, non est causa sufficiens vt possit officio priuari, nisi præcedat requisitio, vel interpellatio ad redeundum, Capiblanc. *de Baron. Pragm.* 5. *n.* 97. Nouar. *de grauam. Vasal. grauam.* 145. *n.* 4. Rodauill. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 84. Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 339. *n.* 16. *vol.* 2.

Absens in criminalibus, & sic in carceribus non consti- 21
tutus, non potest regulariter per alium defendi, siue alius pro eo comparens veniat tamquam procurator, siue tamquam instructor, vel defensor, quando delictum, de quo imputatur potest pœna corporali puniri, cùm semper militet eadem ratio prohibitionis, & ita vbique ferè seruatur, ac adsunt particulares Constitutiones, quicquid aliqui distinguant, vt videri potest per Clar. & Baiard. aliosque ab eis cumulatos, §. *fin. quæst.* 32. *&* 33. *per tot.* Mart. *vot. Pis.* 70. *per tot.* & dixi *in §. Procurator num.* 9. *&c.* Arisinin. Tepat. *var. sent. tit.* 132. *&* 298. vbi alia plura de absentia, & absentibus, sed vt plurimum contra praxim, & communes traditiones circa hic positam conclusionem, Sanfelic. *decis.* 31. 32. *&* 33. *per tot.* vbi qualiter admittatur excusa-

tor

tor ad allegandum iustam causam absentiæ, & dandus sit terminus.

22 Absens à pace pro eo facta, & stipulata à patre, (qui potest regulariter facere pacem pro filio absente) vel à Notario, non obligatur, nec obligat ad obseruantiam, ante ratificationem, & ideò siue ipse offendat, siue offendatur non sequuta ratificatione, non potest dici fractor pacis, neque proditor ille, neque aduersarius, qui fuit præsens, vt seruetur æqualitas inter partes licèt aduersus patrem, qui pro filio absente promisit pœna conuentionalis committatur, Dec. *cons.*531.*n.*10. Marsil.*sing.*337. Paris.*cons.*78.*n.*49.*lib.*1. Soc. iun. *cons.*103.*n.*15.*lib.*3. Curt.iun. *cons.*52. *num.*13.*cons.*74.*n.*9. Bero.*cons.*199.*n.*2.*& seqq.lib.*2. Herculan. *de caut.de non offend.cap.*13.*n.*7.*& seqq.* Card.Tusch.*lit.P.concl.*184.*num.*1. Guaz. *de pace p.*1.*q.*12. *n.*36.*& quæst.*29. *per tot.& q.*81.*&* 82. *per tot.* Ciarlin.*contr.for.cap.*116. *num.*40. *& seqq.* vbi plures allegat pro vtraque parte, & concludit vt supra de veriori, & magis communi opinione.

Quod principalis paciscens, qui pace interuenit, si offendat absentem comprehensum in pace, pœnam ruptæ pacis incurrat, etiamsi non fuerit sequuta ratificatio absentis; secùs autem si absens, qui non ratificauit offendat alium absentem à pace, vel etiam præsentem paci, quia si non ratificauit pacem non potest incurrere pœnam, quam non promisit, nec ratificauit; benè verum est, quòd si quis promiserit pro eo de rato tenebitur ipse ad pœnam conuentionalem, nec poterit prætendere reuelationem quia is, qui ante ratificationem offendit ad nihilum tenetur fisco, nec parti, nec ei, qui pro eo promisit de rato (quòd ego intelligo nisi fecerit de eius mandato) in primo autem casu quando scilicet offendit, qui paci interuenit, debetur pœna, quia contrauenit suæ promissioni, non debet offendere antequam sit certus quòd absens nolit ratificare, nam durante potestate ratificandi dicitur esse in statu implicito pacis, Bertazol.*cons.crim.*149.*num.*6.*lib.*1. cum alijs per Farinac.*q.*107.*n.*282.*& seqq.* Conciol. *in verb. Pax resol.*10. Raynald. *Syntax.rer.crim.cap.*8. §.2.*per tot.*

An autem, & quomodo possit fieri pax pro absente, idest nomine absentis recipi à Notario, vide Guaz. *d.tract.par.*1. *quæst.*29. *per tot.*

23 Absentia an, & quando excuset citatum, per quos possit allegari, an requirat expressionem causæ, vt suspendat processum, qualiter probetur, & alia de absentia, & eius effectibus in causis criminalibus, latè Guazz.*ad deff.deff.*12.*c.*1. *per tot.* Sanfelic. *decis.*31. 32. *&* 33. Qualiter probetur per existentiam, vel præsentiam in alio loco remoto, maximè si negatiua sit loco, & tempore coarctata, idem Guazz. *deff.*28. *cap.*1. *n.*12. vide *in* §. *Negatiua*, Sanfelic. *d.decis.*31. vbi qualiter per perquisitionem in loco, à quo iussus fuerat non discedere.

De absentibus, quæ illis indulgeantur in quibus præiudicentur, vel damnificentur, & alia plura singillatim latè Laurent.Vrsel. *concl.*8. *per tot.* Borell. *in Summa decis.tom.*2. Cancer. *var.resol.part.*2. *cap.*5. *num.*193.*& seqq. cap.*14.*num.*124. *& seqq.* Emin. de Luca *in Indice generali suorum Operum verb. Absentia*, alijque plures citati in vnoquoque casu difficultatis à Modernis de Casteion. & Com. August. Fontana *in eorum Alphabetis legal. in verb. Absens, & Absentia per tot.*

§. ABSOLVTIO V.

1 Absolutio à iuramento est concedenda ab Episcopo, vel eius Vicario causa cognita quando quis dolo aduersarij repetitur enormiter læsus, Pract.Papp.*cum Add.in caus. vendit.glos. Et sub iuramento num.*4. Sbroz.*de off.Vicar.lib.*2. *quæst.*187. Pic.*ad stat. Vrb. glos.*23. *num.*35. *infra n.*5. A quo Prælato sit concedenda quando contrahentes sunt diuersæ Diœcesis, vide Molin.*de iust.tom.*1. *disp.*3.*&* 149. Mandos. in addit. ad Lap. *alleg.*10. *num.*5. Felin. *in cap.fin. num.*24. *de for. compet.* Dian.*part.*11. *tract.*2. *resol.*36. *per tot.* vbi distinguit.

Multa de absolutione à iuramento, à quo sit concedenda, quomodo petenda, & alia, vide per Balthas. Tomas. *tr. de tut. & curat. tit.*19. *tract.*8. *num.*685. *& seqq. fol.*456. *& tract.*9.*num.*1118.*fol.*511. & alibi prout in eius Repertorio, Bernard. Diaz. *reg.*241. *per tot.* Pac. Iord. *Lucub. vol.*3. *lib.*9. *tit.*1.*n.*509. *& seqq. fol.*594. *&c.* Tusch. *litt. A. concl.*54. *cum pluribus seqq.* Ridolphin.*in Prax.p.*1.*cap.*8.*n.*54.*& seqq.ad* 95. Ricc. *Collect.*39. 3186. 3243. *cum pluribus seqq.* Borgn. Caual-can. *decis.*9. *per tot.* Arismin. Tepat. *var.sent.tit.*241. *per tot.* Marescott. *var.resol. lib.*2.*cap.*84. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis.*370.

Absolutio prædicta non impedit obligationem Camera- 2
lem, neque illius executionem retardat, Pic.*ad stat. Vrb. glos.*23.*num.*50. vbi allegat Rot. & alios, quicquid nonnulli contrarium teneant allegati, per Altograd. *cons.*42.*num.*3. *lib.*1. *qui tamen num.*22. pluribus relatis firmat, nec de iure, nec de stilo concedi absolutionem obligato in forma Cameræ, nisi priùs satisfecerit, & adimpleuerit, & posteà velit repetere, & vide Grat. *decis. March.*165.*num.*4. Mohed.*decis.*2. *&* 3. *de except.* Ridolphin. *in Prax. part.*1. *cap.*8. *num.* 86. *&c.*

Absolutio non est concedenda quando minor vel alius 3
non fuit ignoranter deceptus, sed scienter, cùm scienti, & volenti non inferatur dolus, nec deceptio, vide Altograd. *cons.*5. *n.*50. *lib.*1.

Absolutio à iuramento ad effectum agendi concedi potest 4
absque partis citatione, nisi iam fuerit contrauentum promissioni iuratæ, vel nisi sit dubium an debeat concedi, necne, Afflict. *decis.*220.*num.*10. Pic. *ad Stat.Vrb glos.*23.*n.*47. Asin. *in Prax.* §.7. *cap.*5. *limit.* 103. Ceual. *commun. contr. commun.quæst.*434. Baron.*tract.de cit.tom.*1.*quæst.*17.*num.*30. *& quæst.*19.*num.*106. Sperel. *decis.*180.*num.*60. Gabriel.*com. concl.tit.de cit. concl.*1.*num.*91.*& seqq.* Triuis.*decis.*64. Ricc. *Collect.*39. Peregrin. *dec.*112.*num.*23. Pac.Iord. *Lucub. vol.*2. *lib.*9.*tit.*1.*num.*510.522.*& seqq. fol.*195. *& vol.*3. *lib.*13.*tit.*8. *num.*155. *fol.*86. vbi etiam quando pars condemnetur in expensis.

Vel dic, quod aut petitur absolutio ad effectum, vt penitus annulletur obligatio iurata, & tunc requiritur citatio partis, aut petitur solum ad effectum agendi, & ad habilitandum personam, vt non obstante iuramento possit dolum, metum, vel aliam fraudem contractus detegere, & isto casu cùm de graui partis præiudicio non agatur cui remanet saluum ius ipsum contractum defendendi, & non est necessaria citatio in absolutione concedenda, Bernard. Diaz. *reg.*5. *per tot.& reg.*241. *limit.*2. Oldrad.*cons.*120. Grat.*decis.* 165.*per tot.* Sbroz.*de off.Vic.lib.*2.*q.*187.*n.*8. Pac. Iordan. *Lucub.vol.*3.*lib.*14. *tit.*22.*n.*360. *& seqq. fol.*462. Thom. Triuis. *decis.*64. *lib.*1. Tusch. *litt. A. concl.*61. *per tot.* Ridolphin. *in Prax.part.*1.*cap.*8.*n.*77. vbi quod ad effectum agendi passim ab Ordinario conceditur sine partis citatione ante incursum periurium, post verò incursum periurium debet obtineri à Papa.

An sit necessaria citatio partis in concedenda absolutione à iuramento, Caren.*resolut.*139. vbi quòd ad effectum agendi, non est opus citatione, Possent.*sing.*150. vbi stante stilo ita faciendi.

Absolutio à iuramento peti debet ante lapsum termini in 5
contractu præfixi, alias non suffragatur cùm promittens iam effectus sit periurus, & ideò frustra legis auxilium inuocat qui in legem commisit, sed hoc casu necesse est prius absolui à periurio, & postea à iuramento, Rom.*cons.*326. Afflict. *dec.*220. *num.*17. cum alijs per Pic. *ad stat. Vrb.glos.*23. *n.*24.*&* 44. Grat. *discept.forens.cap.*470.*num.*40. Pac.Iordan. *d.tit.*22.*n.*357.*&c. fol.*462.

Quod tamen istud non attendatur in praxi, sed tantùm tempus inchoati iudicij, & porrecti libelli, cùm verè per huiusmodi actum inducatur contrauentio, & non anteà ad effectum periurij incurrendi, vide Sperell.*decis.*83. *n.*38. *& seqq.per tot.* quòd puto verissimum, alias enim multi essent periuri, cùm paucissimi sint qui soluant tempore conuento, *infra n.*17. facit Rot.*part.*12. *recent.decis.*198.*num.*8. *& seqq.*

Quamuis quod non soluens in tempore efficiatur periurus, probat Altograd.*cons.*42. *num.*8. *lib.*1. *& alijs supracitatis.* Et quod periuro non concedatur absolutio, ac quatenus narrato periurio posset concedi, sit obtinenda non ab ordinario, qui illam concedere non potest isto casu, sed à Papa, idem Altograd.*cons.*42. *num.*26. *& seqq.lib.*1. Sperel. *decis.*25.*n.*13. & latiùs *decis.*83.*num.*43. *& seqq.per tot.* Pacif. de Saluian. *inspect.*2. *cap.*2. *num.*368. *& seqq.* Ciarlin. *contr.* 122. *num.*42.

Sed quod imò etiam post incursum periurium possit absolutio concedi ab Episcopo, parte tamen hoc casu citata, & assignato termino ipsi periuro ad docendum de causis absolutionis, & compilato processu per sententiam deffinitiuam impositaque salutari pœnitentia; secùs autem si periurus nollet dictum onus subire, nam tunc debet adiri summus

Pontifex pro absolutione coram quo dicta probatio non requiritur, vide Pac. Iordan. *Lucub. vol.2. lib.9. tit.1. num.522. & seqq. fol.*195. Ridolphin. *in Prax. p.1. cap.8. n.73. &c.* Addit. ad Santelic. *decis.*370.

6 Absolutio à iuramento non est concedenda sine iustissima causa, quando iuramentum fuit præstitum parti præsenti, & acceptanti, vt quia appareat fuisse dolo, metu, vel super re illicita extortum, & esse de his causis saltem semiplenè docendum, Altograd. *cons.*42. *n.*24. *&c. lib.*1. vbi etiam quòd Iudex aliter absque iusta causa absolutionem concedendo grauiter peccat, & absolutio est inualida, ex doctrina Bonac. quem allegat, vide P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib.2. cap.*2.

Quando & quibus casibus sit concedenda, Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. num.*16. *&* 61. latè Iordan. *in loc. sup. cit.* Tusch. *litt. A. concl.*58. *& seqq.* Ridolphin. *loc. sup. cit. num.* 84. *&c.*

7 Absolutio à iuramento, siue à periurio concessa per Episcopum absque cognitione, & sine iusta causa, ac parte non citata est nulla, nec est concedenda quotiescumque debitori potest esse consultum alia via ordinaria, nec quando petitur per calumniam. Quando verò agitur de iuramento iniusto, licèt spectet ad Episcopum circa illud dispensare, & absoluere propter spiritualitatem, quam in se continet iuramentum, tamen potest etiam Iudex laicus, constito sibi de turpitudine, compellere creditorem laicum ad relaxandum huiusmodi iuramentum iniustum, licèt ipse iudex per se illud relaxare nequeat, Pac. Iordan. *Lucub. vol.2. lib.9. tit.1. num.*514. *&* 531. *fol.*195. *& vol.3. lib.14. tit.22. num.*332. *&* 352. *fol.*460. vbi plures allegat, Tusch. *litt. I. concl.*456. *n.*4. Dian. *resol. moral. par.1. tract.2. resol.*114. *&* 115. vbi quo ad iudicem laicum intelligit quando constant de turpitudine recipientis, & sic de iniustitia iuramenti, secùs autem in dubio. Sed quando iuramentum fuit principaliter præstitum in honorem Dei an possit remitti à creditore, in cuius vtilitatem redundat affirmatiuè concludit idem Dian. *part.* 10. *tractat.14. resol.*15. vbi tamen refert alios contra sentientes.

Quòd iudex laicus possit cogere partem ad relaxandum iuramentum vi, & metu extortum, Bobadil. *Polit. lib.* 2. *cap.16. numer.*52. quem sequitur Caren. *d. resolut.*139. *num.*7.

An autem iudex sæcularis possit cognoscere de nullitate absolutionis, siue relaxationis iuramenti ab Ecclesiastico concessæ, dic quòd sic, si sit euidenter iniusta, & iniqua, vel nulla, secùs si probatione, vel examinatione indiget, Dian. *p.11. tract.2. resol.36. in fine inf. n.*9.

8 Absolutio non est concedenda quando iuramentum, de cuius relaxatione agitur firmat, & conualidat contractum, sed tunc iuramentum ipsum, & contractus est seruandus; conceditur enim solummodò quando iuramentum non conualidat contractum, sed tantùm obligat ad obseruantiam ob diuini nominis reuerentiam; tunc autem iuramentum regulariter firmat actum, quando principaliter agitur de priuata vtilitate; & non firmat, quando agitur de publica vtilitate, vide Sanchez *de matrim. lib.1. disp.32. num.*3. *& seqq.* cum alijs per Pac. Iordan. *vbi supra num.*553. *& seqq.* & dixi *in §. Iuramentum*, P. Steph. de Neapol. *tract. de restit. lib.2. cap.2. n.6. &c.*

9 Absolutione à iuramento concessa per Episcopum ad effectum agendi, vel excipiendi, non tenetur propterea Iudex sæcularis contractum præcisè rescindere, & nullum declarare, sed debet de iustitia cognoscere, & deffinire, prout iuris fuerit, nec obligatur sequi præceptum Iudicis Ecclesiastici in hoc, nisi sibi iustum videatur, imò de nullitate talis absolutionis cognoscere non prohibetur, Farinac. *q.8. n.*145. Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.13. tit.8. n.*160. *fol.*86. Sbroz. *de off. Vicar. lib.2. quæst.*187. *num.*22. Afflict. *decis.220. n.*9. vbi Vrsil. *in Add. num.*9. Tusch. *litt. I. concl.*456. Dian *part.*11. *tract.2. resol.36. in fine*, vbi intelligit quando nullitas est euidens supra *num.*8.

Quæ alia remedia competant iuranti ad euitandum effectum iuramenti, pluraque alia de huiusmodi materia, vide summatim Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.22. num.*330. *& seqq. ad* 362. *fol.*460.

10 Absolutione à iuramento concessa etiam post periurium parte citata, si ab ea fuerit appellatum, potest nihilominus etiam pendente appellatione ad vlteriora procedi in foro temporali circa rescissionem contractus, quia cùm tale decretum absolutionis trahat secùm executionem, & agatur de soluendo ligamine animæ, non extinguitur, nec suspenditur per appellationem, & idem est in alijs causis spiritualibus, Franch. *decis.602. per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.2. lib.9. tit.1. num.525. fol.196, & vol.3. lib.14. tit.26. num.828. fol.*395.

Sicut etiam non obstante litis pendentia coram Ecclesiastico super petita absolutione, potest Iudex sæcularis procedere super obligatione ad illius executionem præsertim post incursum periurium, Afflict. *decis.30. num.*5. Balthas. Tomas. *de tut. & Curat. tit.19. num.748. fol.*465. & dixi *in §. Iudex num.*34. *&* 35. vbi etiam an Episcopus ratione absolutionis, efficiatur competens in causa principali, & negatiuè resoluitur, quidquid nonnulli ibidem relati contrarium teneant, & idem etiam probat Farinac. *quæst.8. num.* 143. *& seqq.*

11 Absolutio à iuramento non est necessaria vbi agitur de contraueniendo obligationi factæ à carcerato in casu non permisso, de quo dixi *in §. Carceratus num.*5. Et quamuis tot requirantur absolutiones quot fuerunt iuramenta, tamen vnicam verbis generalibus conceptam sufficere, licèt etiam fuerit obtenta post latam sententiam, si numquam fuerit oppositum de periurio, quia semper suffragatur obtenta antè oppositionem periurij, Fontanell. *de pact. nup. Claus.7. glos.2. part.7. n.*7. cum alijs quos refert, & sequitur Rot. *in Reginen. seu Salernitana Bonorum* 19. *Iunij* 1643. *coram Carillo* penes Scanarol. *de visit. carcer. in Appen. decis.7. per tot. & in par.9. recent. decis.*208. & post Merlin. *de pign. decis.*73.

12 Absolutiones tot requiri, quot fuerunt iuramenta, gradatim, ordinatim, & explicitè quoad omnia, vide Rom. *cons.* 326. *n.*2. Pic. *ad Stat. Vrb. glos.23. n.*25. Pac. Iordan. *Lucub. vol.2. lib.9. tit.1. num.529. fol.196. & vol.3. lib.14. tit.22. num.353. fol.*461. Balthas. Tomas. *de tut. & Curat. tit.19. num.721. fol.*461. Ridolphin. *in Prax. part.1. cap.8. num.80. & seqq.* Ricc. *Collect.*3246.

Ac idem esse quando instrumentum continet plura capitula, & promissiones separatas vnico iuramento firmatas, vt quando dicitur in fine *quæ omnia, & singula &c.* nam adhuc requiri tot absolutiones quot sunt capitula, & promissiones separatæ, vide Vrsil. ad Afflict. *decis.220. n.*12. Borgn. *decis.9. num.25. part.*1. Pic. *ad Stat. Vrb. d. glos.23. n.*27. Spetel. *decis.83. n.36. & seqq.*

Sufficere tamen absolutionem verbis generalibus conceptam, probat Marescott. *var. resol. lib.2. cap.84. num.6. & seqq.* quem sequitur Rota *in d. Salernitana Bonorum* 19. *Iunij* 1643. *coram Carillo num.*21. *& in Romana dotis de S. Cruce* 4. *Februarij* 1609. *coram Penia*, Spetel. *decis.83. n.*37. vbi quod satis est petere absolutionem à iuramentis in numero plurali cum relatione ad instrumentum, & quòd in praxi licèt plura essent iuramenta in instrumento expressa, conceditur absolutio vnico rescripto ab omnibus cum clausula, *ordine successiuo*.

Quòd absolutio habens relationem ad instrumenta comprehendat omnia iuramenta in ipsis instrumentis contenta, Ridolphin. *in Prax. part.1. cap.8. num.*82. Pacif. de Saluian. *in spect.2. cap.2. n.364. & seqq.*

13 Absolutio ad effectum agendi non est concedenda quando quis iurauit omnia contenta in instrumento fuisse solemniter acta, vel se non contrauenturum aliquo modo, quia poneret pro falso, quod iurauit esse verum, ostenderet se periurum, & propriam allegaret turpitudinem, itaut si parte reluctante fuerit concessa nihil operetur, Grammat. *decis.45. num.*2. cum alijs per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.3. lib.14. tit.22. num.100. fol.*445.

14 Absolutio aliter est petenda quando quis iurauit eam non petere, & obtenta non vti, nam primò debet ille obtinere absolutionem à iuramento non petendo, postea à iuramento, ac deinde à promissione de non vtendo, Rom. *cons.*326. *num.*2. Afflict. *decis.220. num.*12. Pic. *ad Stat. Vrb. glos.23. num.*26. Pract. Papp. *for. Iuram. quod præst. à part. gloss.3. in fine cum Add.*

Sed huic conclusioni applicari posse existimo quæ dixi supra seruari circa plures absolutiones à pluribus iuramentis obtinendas. Quòd absolutio à iuramento contento in instrumento obligatione Camerali vallato comprehendat etiam iuramentum de non petendo absolutionem in illa inclusum, Rot. *part.6. recent. decis.294. n.*24.

Quòd iuramentum de non petenda absolutione non sit validum tamquam contra bonos mores, Azor. *instit. moral. lib.11. cap.7. quæst.*6. Dian. *part.11. tract.2. resol.35. vers. quod si.*

Abso-

15 Abſolutio à iuramento conceſſa principali debitori, vel correo non ſuffragatur fideiuſſori, vel alteri correo, Pyr. Maur. *tract. de fideiuſſ. part. 2. ſect. 9. cap. 7.* vbi citat Iaſ. *in l. 1. num. 3. C. de diuerſ. reſcript.* Marſil. *de fideiuſſ. num. 274. quæſt. 36.* & Aret. *conſ. 33. num. 2.*

16 Abſolutio prædicta habilitat tantùm ad agendum, & excipiendum, nihil præiudicando viribus iuramenti, quod remanet in ſuo robore, efficacia; benè verum eſt, quòd ſi poſteà contractus declaretur nullus, non eſt opus noua abſolutione, ſed iam obtenta incipit ſortiri plenum effectum, Pic. *ad ſtat. Vrb. gloſſ. 23. num. 49.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 233. num. 32. cap. 150. num. 5. & cap. 824. num. 25.* idem Gratian. *deciſ. 165. num. 6.* Pacif. de Saluian. *inſpect. 2. cap. 2. num. 365. &c.*

Quòd ius partis non tollat, nec faciat reſurgere nullitatem contractus, per iuramentum ſublatam, ſed tantum operetur, ne illam impetrans incidat in periurium agendo, Altograd. *conſ. 5. num. 51. & 52. lib. 1.*

Quòd in nihilo præiudicet inſtrumento, quin poſſit ſeruatis ſeruandis executioni demandari, Franch. *deciſ. 670.*

Quòd aperiat os, ſed non retardet executionem obligationis cameralis, & ſic operetur tantum repetitionem ſoluti vigore obligationis cameralis, Sperel. *deciſ. 83. num. 34.* vide ſupra *num. 2.*

Vbi tamen contractus ſolo iuramento firmatur, abſolutione obtenta remanet ipſo iure nullus, Peregrin. *deciſ. 112. num. 22.* vbi tamen *num. 16. & 21. contrarium dicit.*

17 Abſolutio à iuramento obtineri debet antè inchoatum iudicium, aliàs agent, vel excipiens efficitur periurus, priuatur actione, & exceptione, ac à limine iudicij repellitur, *l. ſi quis maior*, vbi gloſ. & DD. *C. de tranſact.* Alex. *conſ. 17. num. 8. lib. 2.* Magon. *deciſ. Flor. 22. num. 4. & deciſ. 119. n. 9. &c.* Pic. *ad ſtat. vrb. gloſ. 23. num. 17.* Caualer. *deciſ. 144. num. 1.* Sperel. *deciſ. 25. num. 21. & ſeqq. vide in §. Periurus, & ſupra num. 5.* Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 8. num. 54. & ſeqq.*

Quanto ſit neceſſaria abſolutio à iuramento, vel non, plura Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt. 90. per tot.* vbi an impugnare volens tranſactionem iuratam opus habeat abſolutione à iuramento, & pluries me citat in hoc §.

Et acta facta ante oppoſitionem periurij ſunt nulla, nam licèt hæc exceptio non fuerit oppoſita ab initio, non videtur tamen illi renunciatum, ſecundùm Pic. *d. gloſ. 23. n. 51. & 52.* vbi refert contrarium tenentes, vide Coccin. *deciſ. 268. num. 5.* Ridolphin. *loc. cit. num. 60. &c.* vbi declarat Picum *ſupra num. 11.*

Et ſi obtineatur lite pendente, ac detecto periurio tamquam intempeſtiua non releuat, Magon. *d. deciſ. 119. num. 10.*

Quòd exceptio periurij poſſit opponi in quacumque parte iudicij, & ſemper repellat agentem; & per quos actus inducatur periurium, vide Altograd. *conſil. 46. num. 6. &c. lib. 1.*

Quòd poſſit periurus officio iudicis repelli, ſi ex actis notoriè conſtet de non iure ſuo, Sperel. *deciſ. 83. num. 11. & num. 32.* Farinac. *quæſt. 160. num. 189. &c.* Ridolphin. *vbi ſupra num. 64.*

Sed quòd ſuffragetur abſolutio, ſi adhuc non erat oppoſitum de periurio, & parte non opponente, periurus non repellatur, ac proceſſurus teneat, Crauet. *conſ. 199. nu. 15.* Beltram. ad Gregor. *deciſ. 64. num. 11.* Sperel. *deciſ. 25. num. 27. & 28. & dixi ſupra num. 11.* Ridolphin. *loc. ſupra cit. num. 58. &c.* vbi quòd valent geſta ante oppoſitionem, & abſolutione obtenta cauſa in eodem ſtatu reaſſumitur, Rot. *part. 12. recent. deciſ. 198. num. 9. & ſeqq.*

Quòd periurus poſſit agere ex alio contractu, licet non ex eo, ex quo incidit in periurium, Rom. *ſing. 499. num. 2.* Rota *part. 2. diuerſ. deciſ. 97. num. 10.* Ridolphin. *dict. cap. 8. num. 67.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 198. num. 12.*

Sicut etiam periurus excipiendo non repellitur, quicquid ſecus ſit agendo, Sperel. *deciſ. 47. num. 20.*

At quòd exceptio periurij non obſtet agendi ad reuocationem attentatorum propter illorum priuilegia, niſi illis in ſpecie fuerit rénunciatum cum iuramento, Lancellot. *de Attent. part. 2. cap. 24. quæſt. 26. per tot. cap. 30. priuil. 8.*

Alia de pœnis periurij vide in §. *Periurus.*

18 Abſolutio à iuramento eſt obtinenda etiam ſi ſtatutum diſponat, quòd iuramentum cenſeatur dolo, & metu extortum, nam nemo debet eſſe Iudex proprij iuramenti, niſi promiſſa eſſent de ſui natura mala, & turpiter præſtita, Pic. *ad ſtat. vrb. gloſ. 23. num. 18. & 33.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 567. num. 21.* Altograd. *conſ. 42. num. 19. lib. 1.* Sperel. *deciſ. 83. num. 28. & ſeqq.*

An ſit neceſſaria quando iuramentum fuit vi, vel metu elicitum, & in ſimilibus, Paul. Chriſtin. *deciſ. 226. per tot. vol. 5.* vbi quòd ſic de iure canonico, & in foro conſcientiæ, P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtitut. lib. 2. cap. 2. num. 7. &c.*

19 Abſolutio ſecundùm aliquos non eſt neceſſaria quando inſtrumentum eſt nullum, Soccin. iun. *conſ. 3. col. fin. lib. 2.* Magon. *deciſ. Florent. 22. num. 5.* vbi tamen teſtatur contrarium ſeruari propter aliorum auctoritatem, de quo vide Gratian. *deciſ. 165. in Add. num. 3.* Altograd. *conſ. 27. nu. 37. & 38. lib. 1.*

Quòd ſit neceſſaria etiam ſi iuramentum annulletur à ſtatuto Ludouiſ. *deciſ. 64. num. 6.* Mareſcott. *var. reſolut. lib. 2. cap. 84. num. 20. & ſeqq.* vbi limitat niſi nullitas, vel iniuſtitia ſit iam detecta.

20 Abſolutio eſt neceſſaria, etiam ſi iuramentum fuerit meticuloſum, excepto tamen matrimonio, & quare, vide Sperel. *deciſ. 25.* & dixi *in §. Iuramentum, & §. Matrimonium num. 14.* Dian. *part. 3. tract. 4. reſol. 278.* vbi quid in ſponſalibus, *& part. 4. tract. 4. reſol. 28.*

Plura an, & quando ſit neceſſaria, vel non abſolutio à iuramento in contractibus meticuloſis, Fontanel. *de pact. nupt. t. 2. clauſ. 7. gloſ. 2. part. 7. fol. 413. &c.* ac generaliter de abſolutione à iuramento, Thoro *Compend. deciſ. Neap. tom. 1. verb. Abſolutio*, Laurent. Vrſel. *concluſ. 11. per tot.* cæterique relati à Com. Auguſt. Fontana *in ſua Biblioth. part. 4. verb. Abſolutio fol. 10.* Cæſar. de Afflict. *controuerſ. 14. per tot.*

21 Abſolutio prædicta eſt de neceſſitate etiam ſtante enormiſſima læſione, niſi tamen dolus, & enormiſſima læſio eſſet iam detecta per ſententias abſque oppoſitione periurij, Soccin. *conſ. 27. n. 26. lib. 4.* Natt. *conſ. 305. n. 9.* Afflict. *deciſ. 263. num. 3.* Borgn. *deciſ. 9. num. 4. part. 1.* cum alijs per Pic. *ad ſtat. vrb. gloſſ. 23. num. 22.* Gratian. *deciſ. 165. in Add. num. 3. & 4.* Sperel. *deciſ. 83. per tot.* Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 8. num. 71. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 279. num. 13. vol. 1. & deciſ. 94. num. 5. vol. 2.* Coccin. *deciſ. 268, num. 3. &c.*

Si tamen iurans fuerit dolo inductus ad iurandum, non indiget abſolutione, ſi dolus ſit talis, qui conſenſum excludat, ſine quo non obligat iuramentum, idem Sperel. *deciſ. 150. num. 57. &c.* Sanfelic. *in Praxi ſect. 36. num. 21.* vbi quòd dolus præſumitur in magna læſione, & dolus iuramento videtur exceptus, imò ſtante enormiſſima læſione non eſt opus abſolutione à iuramento, cùm iurans non videatur cogitaſſe de tam enormiſſima læſione, vnde deficit conſenſus, quod ego intelligo, ſi ſit detecta, vt ſupra.

12 Abſolutio à iuramento ſecundùm veriorem opinionem eſt neceſſaria quando quis vult allegare ſimulationem contractus, vt teſtatur Sperel. *deciſ. 28. num. 35.* & multos hinc inde tenentes allegat Baltaſ. Thomaſ. *de tut. & Curat. tit. 19. num. 665. & ſeqq. fol. 453.* & dixi *in §. Iuramentum, num. 30. & §. Simulatio, num. 6.*

Quòd non ſit neceſſaria Iaſ. *in §. fuerat num. 68. Inſtit. de act.* quem refert, & ſequitur Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 30. num. 5. volum. 3.* & benè rationibus comprobat Lotard. *de vſur. quæſt. 7. num. 40.* intelligendo quando eſt omninò ſimulatus.

23 Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria quando impugnatur inſtrumentum ex capite non adimplementi, cùm cenſeatur continere tacitam conditionem quatenus à parte adimpleatur, Crauet. *conſ. 127. num. 26.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ. 120. num. 6.* dixi *in §. Exceptio*, Rot. *part. 12. recent. deciſ. 198. num. 10.*

Nec in quacumque tacita conditione, Dec. *conſ. 350. n. 6. & 351. num. 8.* dixi *in §. Iuramentum.*

Nec quando iuramentum fuit præſtitum ſuper re illicita, & turpi, Pic. *ad ſtat. vrb. gloſ. 23. num. 31. &c.* vbi prædicta omnia, & alia comprobat Vrceol. *Conſult. 98. num. 34. & 35. vol. 2.* vbi quando fuit præſtitum ſuper pacto illicito de hæreditate viuentis, vt non ſit neceſſaria abſolutio.

24 Abſolutio à iuramento non eſt neceſſaria in hærede iurantis, cùm iuramentum ex parte iurantis ſit perſonale,

Rot.

Rot. part. 2. diuers. decis. 102. num. 19. & vide in §. Iuramentum, Ricc. Collect. 3248. Sanfelic. decis. 115. num. 15.

Et quòd effectus iuramenti quo ad vinculum periurij, nec etiam transeat ad successores in officio, Rot. part. 2. diuers. decis. 97. num. 9.

Alios casus, in quibus non est necessaria dicta absolutio, ponit Ricc. Collect. 3244. & seqq. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 84. per tot. &c.

25 Absolutio à iuramento an sit necessaria quando testis iurauit se non examinare, & non deponere in aliqua causa, si iuramento non obstante compellatur à Iudice, prout compelli potest, vide Farinac. quæst. 78. num. 149. & seqq. Pac. Iordan. Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 19. num. 97. & 98. fol. 383. vbi quod est controuersum, sed verior, & receptior sententia tenet dandam esse absolutionem ad cautelam.

26 Absolutio ab excommunicatione, suspensione, vel interdicto concessa à Pontifice in Bulla impetrationis beneficij, non prodest hæretico, nec illi, qui vltra annum insorduerit in excommunicatione, nec falsificantibus litteras Apostolicas, non parentibus rei iudicatæ, incendiarijs, violatoribus Ecclesiarum, siue Ecclesiasticæ libertatis, res vetitas ad infideles deferentibus, nec alijs expressis in Regula 78. Iulij Papæ Tertij, nisi expresè illi derogetur, quod non solet facere Papam, & prodest tantùm quoad effectum consequendi beneficium, ita vt taliter absolutus in nullo alio releuetur, nisi vt valeat prouisio ei facta de beneficio, cæteris omnibus pœnis contra excommunicatos in suo robore remanentibus, vt latè probat Rebuff. in prax. benef. part. 1. tit. de declarat. non. prouis. vers. Teque absoluens per tot.

An petens absolutionem fateatur se excommunicatum, & quomodo talis absolutio sit probanda, Mascard. de probat. concl. 12. & 13. per tot. vol. 1. Ludouis. decis. 331. cum annot. Beltram.

Plura de absolutione à censuris, & quando possit, vel debeat dari ad cautelam, Card. Thusc. lit. A. concl. 43. & seqq. Thoniat. decis. 18. num. 13. & seqq. per tot. Dian. resol. moral. part. 5. tract. 9. resol. 3. cum pluribus seqq. vbi qui possint absoluere ab excommunicatione maiori, vel minori, reseruata, vel non, Ricc. Collect. 3759. & alibi prout in eis repert. Aloys. Ricc. prax. var. resol. cap. 15. per tot. Quo ad absolutionem à censuris, Rot. part. 16. recent. decis. 195.

27 Absolutio ab omni excommunicatione etiam Papæ reseruata concedi potest per Legatum de latere, per text. in cap. ad eminentiam de sent. excommun. cap. si quis suadente 17. quæst. 14. Felin. in d. cap. ad eminentiam in fine, Diaz. reg. 7.

An autem absolutio obtenta cum mendacio, & sub falsa expressione sit valida, vide Couar. in cap. alma 1. part. §. 11. num. 14. cum alijs per Pac. Iordan. Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 11. num. 338. & seqq. fol. 346.

Quòd possit ex causa rationabili conferri etiam inuito, & non petenti, imò etiam sine causa cùm par sit potestas ligandi, & soluendi, Capel. Tholos. quæst. 299. num. 4. &c.

28 Absolutio ab excommunicatione ob violatam Ecclesiæ immunitatem concedi potest ab ordinario, cùm non reperiatur expresè reseruata Pontifici non obstante Bulla in Cœna Domini, per quam absolutio reseruatur Papæ, quia loquitur de statuentibus, Aloys. Ricc. Prax. var. resol. cap. 333. per tot. Castr. Pala. tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 12. num. 7. vide in §. Episcopus nu. 31. Ciarlin. contr. 155. per tot. Fontal. decis. 201. num. 16. & seqq.

Contrarium tamen ostendit Sperel. decis. 105. num. 43. & seqq. & decis. 183. per tot. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 34. in fine, Concorda opiniones prout dixi in §. Episcopus num. 31.

Quòd dicta absolutio sit concedenda satisfacta parte, & reintegrata iurisdictione læsæ immunitatis, Merlin. decis. 588. Ciarlin. d. contr. 155. vbi quòd tunc concedi potest etiam ab Episcopo, vide etiam in §. Iudex num. 27. Ciarlin. contr. 10. num. 38. &c. contr. 162. num. 18. Addit. ad Sanfelic. decis. 402. obseru. 1. vbi quòd potest concedi ab Episcopo, & plures allegat.

De absolutione ob percussionem Clerici, Tusch. lit. A. concl. 51. lit. P. concl. 274. dixi in §. Episcopus num. 32.

29 Absolutio à quibuscumque censuris, & casibus reseruatis potest in articulo, vel periculo mortis necessariò adeundo concedi à quolibet Sacerdote; licèt vbi commodè, & sine periculo fieri potest sit consulendus superior, vide Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. Ricc. in Prax. var. resol. cap. 229. per tot. Dian. part. 3. tract. 4. resolut. 57. 71. & 72. & part. 9. tract. 7. resol. 12. vbi de tempore pestis.

An verò vt supra absolutus si mortem euadat, teneatur postea se personaliter superiori præsentare, idem Dian. part. 8. tract. 7. resol. 66. & part. 9. tract. 6. resol. 36. & facit part. 9. tract. 7. resol. 9. & seqq.

Plura de absolutione Sacramentali largienda moribundo sensibus destituto, Dian. part. 3. tract. 3. per tot. & part. 7. tract. 10. resol. 10. & 11. & part. 11. tract. 3. resol. 2. vbi an remigantes, & obsessi tamquam in periculo mortis constituti possint vt supra absolui, vide in §. Banniti num. 2. Dian. part. 11. tract. 5. resol. 29. vbi de voluntariè prælium, vel nauigationem aggredientibus, an possint vt supra absolui tamquam in periculo mortis constituti.

Absolutus semel deffinitiuè de aliquo crimine, non potest amplius de eo inquiri, & puniri, secus autem si fuerit tantùm absolutus ab obseruatione iudicij, vel ex defectu probationum, vel cum clausula, rebus sic stantibus, siue ex hactenus deductis, vel alio non docto, prout fieri solet vbi non liquet de innocentia inquisiti, Guazz. ad deff. deff. 2. cap. 7. Petr. Cabal. resol. crimin. cas. 93. per tot. & cas. 162. num. 26. Clar. §. fin. quæst. 57. Tusch. lit. A. conclus. 53. per tot. Ricc. Collect. 3459. & 3522. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 3. cap. 30. Farinac. quæst. 4. Sanfelic. decis. 377. cum Addit. vbi idem tenet in absoluto simpliciter, & limitat stante ignorantia, collusione, & alijs modis vt supra, Sperel. decis. 134. num. 65. vbi loquitur de absoluto in vno Tribunali ex defectu probationum, prout præsumitur, qui potest in alio vbi adsint probationes pro eodem delicto puniri, cùm non debeant esse ligatæ manus Iudicis meliores probationes habentis, & sic memini aliàs ex tempore respondisse cuidam Equiti similia perquirenti, & acquieuisse ex necessitate, & facit quod dixi in §. Condemnatio num. 2. 30

An absolutus semel de crimine possit amplius molestari, Conciol. resol. crimin. verb. Absolutio resol. 1. per tot. & resol. 4. num. 5.

An autem valeat absolutio conditionata, vel sub pœna reincidentiæ, vide Gizzarel. & Addent. decis. 11. per tot. vbi videtur distinguere inter Iudicem, & Principem. An dimissus sub fideiussione possit molestari, & ad carceres reduci nouis non superuenientibus indicijs, Crispol. cas. milit. 39. Addit. ad Sanfelic. decis. 377. vbi quòd non quando fuerunt discussa inditia, aliàs autem sic.

Absolutus à Iudice Ecclesiastico de crimine communis fori, potest puniri à Iudice laico pro eodem delicto, cùm ex eo dicatur læsa vtraque Iurisdictio, & vterque vindicet iniuriam propriæ Iurisdictioni illatam, Clar. §. fin. quæst. 57. vers. sed hic occurrit, Scacc. de iud. lib. 1. cap. 12. num. 81. Guaz. ad deff. 2. cap. 7. num. 55. & deff. 35. cap. 11. per tot. vbi benè declarat, dixi in meis resolut. cap. 9. num. 7. & per tot. Tusch. lit. A. concl. 53. per tot. Mastril. decis. 68. num. 8. per tot. Farinac. quæst. 4. num. 7. & seqq. ad 13. vbi quinque casus distinguit, & declarat. 31

Hanc materiam absoluti, vel condemnati pro crimine mixti fori ab vno Iudice, an, & quando posit, vel non ab alio molestari tractat nouissimè plures casus in vtroque capite distinguens Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 10. num. 42. & seqq. vbi etiam quòd omni casu non potest noua pœna ex integro imponi, sed tantùm prima suppleri. De delictis mixti fori non rectè punitis à Iudice ordinario Ecclesiastico, an iterùm à sæculari puniri possint, latè multis citatis Vela in Prælect. ad cap. 1. de offic. iudic. ordin. siue tract. de Episcop. part. 1. num. 130. & seqq. post Dissert. fol. mihi 346.

Et quando absolutus, vel condemnatus à Iudice Ecclesiastico in delictis mixti fori possit iterùm à Iudice laico pro eodem delicto molestari, vel non, & è contra quando absolutus, vel condemnatus à Iudice laico possit inquietari ab Ecclesiastico, vide latè Sperel. decis. 92. per tot. & latiùs decis. 134. per tot. vbi firmat regulam, quòd pro eodem delicto mixti fori, stante vnius Iudicis præuentione, non possit per alterum procedi, quàm multis modis ampliat, limitat, & declarat, & vide Farinac. de inquis. quæst. 4. num. 7. &c. Card. Tusc. lit. A. concl. 53. num. 63. & lit. M. concl. 293. num. 46. & seqq. vbi reprobat Clarum, adde Sanfelic. decis. 377. in Addit. Pac. Iordan. Lucub. vol. 2. lib. 7. tit. 15. num. 63. & seqq. fol. 100. Dian. part. 1. tract. 2. resol. 107. & part. 4. tract. 1. resol. 61. Paul. Christin. decis. Belg. 34. num. 10. vol. 2. & decis. 176. nu. 15. & seqq. vol. 5. Caball. resol. crimin. cas. 162. Sanfelic. decis. 138. vbi etiam an absolutus à delicto simpli-

citer

citer deducto possit molestari ob qualitatem aggrauantem postea deductam.

An autem absolutus in loco delicti possit molestari in loco originis, vel domicilij, & è contra, vide Clar. & Baiard. §. *fin. quæst*.38. *&* 39.

An absolutus in loco delicti, possit molestari in loco originis, vel domicilij, & è contra, Conciol. *d. resol*.4. vbi quòd non, quando non fuit deffinitiuè absolutus tamquam innocens, secus si ex defectu probationum, vel per collusionem, & fraudem.

Quid verò dicendum si fuerit punitus, Caluin. *de æquit. lib*.3. *cap*.226. & vide in §. *Iudex num*.45.

32 Absolutus à peccato blasphemiæ, hæresis, vel simili in foro pœnitentiali à sacerdote confessario, non censetur absolutus in foro temporali, Io: Dominic. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap*.1. §. 1. *ad* 7. *num*.140. *& seqq. fol*.91. vbi plures casus distinguit, & declarat, & plenè hanc conclusionem tractat Valer. *de differentijs vtriusque fori, verb. Absolutio per tot*. quo ad pœnam temporalem, sed adhuc potest in eo puniri, cùm duplex sit pœna, vna spiritualis ratione animæ, & altera temporalis ratione corporis, quarum vna alteram non tollit, Thom. Triuisan. *decis*.36. *lib*.2. Menoch. *de Arbitr. cas*.539. *num*.31. *& seqq. per tot*. vbi refert, quid in aliquibus Concilijs de hoc fuerit statutum, & an credatur ipsi Sacerdoti attestanti de huiusmodi confessi pœnitentia peracta, Merlin. *decis*.15. *num*.8. *& seqq*. vbi etiam quod absolutio à censuris non potest concedi, nisi priùs satisfacta parte, Franc. de Angel. *tract. de confess. lib*. 2. *quæst*. 69. vbi quòd absolutus à blasphemia in foro pœnitentiali vigore etiam cuiuscumque plenarij Iubilæi, aut Bullæ Cruciatæ, non censetur absolutus, nec liberari debet à pœna in foro temporali, quicquid tenuerit Bart. *cons*. 167. de qua materia plenè etiam Francis. *var. resol. cap*.20. *per tot*.

Quis autem possit absoluere ab hæresi, vel alijs delictis spectantibus ad Tribunal Sancti Officij, Dian. *resol. moral. part*.1. *tract*.5. *per tot*.

Quòd absolutus virtute Iubilæi, Cruciatæ, siue alterius priuilegij intelligatur tantùm absolutus in foro conscientiæ, & non in foro exteriori, licèt aliqui contrarium sentiant Dian. *part*.1. *tract*. 11. *resolut*. 25. *&* 26. *part*. 5. *tract*. 9. *resolut*. 13. Merlin. *decis*.15. *num*.8. *&c. decis*. 136. *per tot*. vbi latè.

33 Absolutus in iudicio criminali, non potest condemnari ad restitutionem eorum, quæ veniunt accessoriè, nam sublato principali tollitur interesse partis, ad quod etiam non potest quis condemnari, nisi sit legitimè confessus, vel conuictus de delicto, Gratian. *discept. forens. cap*. 144. *n*.63. *& cap*.525. *num*.16. *& seqq*. vbi etiam quod nec in absolutione criminali, potest reseruari ius ciuiliter agendi per iam dictam rationem, & vide Sanfelic. *decis*. 226. *per tot*. Bonifac. *de furt*. §.3. *nu*.93. *&c*. Scanarol. *de visit. Carcer. lib*.2. §.2. *cap*.14. *num*.28. *& seqq*. Ricc. *Collect*.2108. dixi *in* §. *Iudex num*.12. vbi contra, Conciol. *resol. crim. verb. Index resol*.6. *num*.10. *& seqq*. vbi refert plures pro vtraque opinione, *& verb. Occisio resol*. 2. *num*. 7. Cabal. *resolut. crimin. cas*.248. *num*.29. *&* 35.

De articulo non absoluti iudicio criminali possint condemnari ad restitutionem, Rouit. *decis*. 67. *per tot*. vbi adducit alias declarationes, nempè vt possit reus conueniri in alio iudicio ciuili, & quando à lege, vel statuto simul, & semel obligaretur inquisitus principaliter tam ad pœnam delicti, quàm ad interesse damnum passi, vel offensi, vt possit condemnari vnico contextu ad interesse, licèt imponatur pœna extraordinaria mitior, adde Cortiad. *decis*.35. *num*.7. *& seqq*. vbi plura, & plures allegat Andreol. *controuers*.24. vbi de absoluto à criminalitate, vt non possit eodem tempore, & ab eodem iudice condemnari ad interesse ciuile. Sed quòd imò Officiales criminales possint procedere etiam super solo interesse partis ex delicto prouueniente, si de eo ab initio fuit facta protestatio, omisso, vel dilato iudicio, & condemnatione criminis, quando pars noluit agere ad pœnam, sed solum ad consecutionem damni, & interesse, Farinac. *cons*. 69. *num*.4. quem sequitur Tondut. *de præuent. part*. 1. *cap*. 23. *num*. 15. *&* 16. vbi plures allegat idem tenentes, & ego dixi in §. *Index nu*.12. *cum Addit. & in Praxi* §. *Iudici num*. 73. secundæ impressionis, & ita seruatum Florentiæ in multis causis pectoraliter agitatis in Magistratu DD. Octo Balliæ Virorum.

Intelligendo siue sit absolutus in totum, siue tantùm à pœna ordinaria, & ex indicijs condemnatus in aliquam pœnam extraordinariam mitiorem, nam adhuc non potest condemnari ad restitutionem, & interesse partis ex huiusmodi indicijs iuxtà opinionem, quam sustinet Cabal. *resol. crim. cas*.82. *num*.14. *& per tot*. vbi testatur ita vidisse millies seruari, & illum sequitur alijs etiam citatis Ricc. *Collect*.4220.

Contra Caball. tamen validè insurgit, & condemnatum ex indicijs pœna extraordinaria mitiori, licèt non confessum, neque conuictum, posse, ac debere condemnari etiam ad restitutionem, & interesse partis, Porr. Mediolan. *in fasciculo rer. crim*. §. *de pœn. diuers. crimin. fol*. 407. Andreol. *controu*. 269. *per tot*. Guaz. *de pace, &c. part*. 1. *quæst*. 42. *num*. 21. vbi testatur pluries contra Caballum iudicasse per text. in *cap. afferte nobis de probat*. vide alios *in* §. *Contumacia num*.18.

Circa quem articulum ego crederem, multum posse Iudicis arbitrium, & sic diuersimodè seruatum vidi per Magistratum Dominorum Octo Virorum Balliæ Ciuitatis Florentiæ in pluribus causis similibus, quæ quotidie in eo Tribunali insigni ob multitudinem causarum criminalium vndique à toto Serenissimo Dominio confluentium, cum voto peritissimorum Assessorum, & Iudicum, ac approbatione suæ Celsitudinis Serenissimæ deciduntur; hac regula tamen vt plurimum seruata, nempè quòd aut extant probationes, quæ possent sufficere ad obtinendum in causa ciuili arbitrio iudicis, vel receditur à pœna ordinaria ob ætatem, sexum, vel similem causam, & his casibus potest fieri condemnatio ad restitutionem, & interesse partis; aut non reputantur sufficientes in causa ciuili, & omittitur huiusmodi condemnatio, iuxta opinionem quam benè comprobat Sanfelic. *decis*. 226. *per tot. & dixi in mea Pract. Criminal*. §. *Delinquenti num*. 28. §. *Contumacia num*. 24. *&* §. *Ladri num*. 23. vide in hoc opere §. *Furtum num*. 4. Ricc. *Collect*.4220.

Quandoque etiam fuit seruatum condemnare ad interesse, & damna partis offensæ, non in totum, sed pro rata, & ad mensuram pœnæ arbitrariæ pro excessu in feriendo commisso, vt videri potest sub die 6. Septembris 1673. in causa, contra Doctorem Franciscum de Follis, & dixi *in* §. *Homicidium num*.10. *in fine*.

Absolutus ab expensis litis, non censetur absolutus à damnis, & interesse partis, Gratian. *discept. forens. cap*.833. *num*.25. Ricc. *Collect*.3769. Magna enim est differentia inter remissionem expensarum, & damnorum, ad quæ probanda sufficiunt leuiores probationes per coniecturas, per testes de credulitate, ità vt nec singularitas obstet, & sic locus iuramento suppletorio, idem Gratian. *cap*. 33. *num*. 54. Surd. *decis*.261. vide *in* §. *Damna, & in mea Pract*. §. *Pace num*.20. vbi quod remissa iniuria non censentur remissa damna, nec è contra, & in §. *Damni num*.27. 34

Absolotus ab expensis quatenus sententiæ acquiescat censetur in illis condemnatus si appellet per argumentum à contrario sensu, vt latè probat Gratian. *discept. forens. cap*. 372. *num*.1. *& seqq*. 35

Intellige si appellationem prosequatur, secus si voluntariè illam deserat, Mastril. *decis*.166. *num*. 11. Mangil. *de euict. quæst*.26. *num*.9. *&* 10.

Absolutus præsumitur victus ab expensis, quando in illis non fuit expresè condemnatus, *l. terminato*, *C. de fruct. & lit. expens*. Asin. *in Prax*. §. 32. *limit*. 22. Menoch. *lib*. 2. *præsumpt*.83. Borgn. *decis*. 15. *num*.16. *&c*. vbi an, & quando præsumatur absolutus etiam ab expensis primæ instantiæ. 36

Et quod absolutus expresè dicatur qui non est condemnatus, Sacc. *de appell. quæst*.17. *limit*. 6. *membr. num*. 70. *& limit*.22. *num*.37. *in fine*, Barbos. *de Axiomat. iur. Axiomat*.1. *in fine*, Gratian. *decis*. 50. *per tot*. vbi etiam quando quis intelligatur condemnatus tam in expensis primæ, quàm secundæ instantiæ, vide *in* §. *Expensa*, *&* §. *Index num*.43. *&* 49. *in fine*.

Qualiter tamen expensæ, quæ iure actionis debentur, & quando peti possint, nec victus intelligatur absolutus licèt non fuerit condemnatus, vide Mysing. *cent*. 4. *obseruat*.48. Paul. Christin. *decis*.97. *num*.4. *volum*.4. *& decis*. 91. *num*.13. *volum*.6. Et idem esse quoad fructus, vt absolutus non intelligatur ab illis, qui iure actionis debentur, Giurb. *decis*.89. *num*.9.

Prædicta conclusio, quòd absolutus dicatur ab expensis, qui non est ad illas condemnatus, videtur etiam intelligenda quando victus ostendit habuisse iustam causam litigandi,

di, ob quam possit, & debeat excusari ab expensis, aliàs condemnatio expensarum videtur per errorem omissa in sententia, vel quia non fuerit petita, & potest suppleri à iudice appellationis, ac erunt simul taxandæ expensæ primæ, & secundæ instantiæ, ad tradita per Seraph. *decis.* 38. *per tot.* Bich. *decis.* 534.

37 Absolutus iniustè tenetur in conscientia soluere quod debet vero creditori, sicut è contra iniustè condemnatus non tenetur, imò nec debet in conscientia soluere etiam si non appellauerit, quia Deus iudicat secundùm veritatem, & non secundùm præsumptionem, Sperel. *decis.* 163. *num.* 36. *&* 37.

38 Absoluere is potest, qui condemnare potest, cùm absoluere, & condemnare conuertibilia sint, & qui vnum potest, potest & aliud, & è contra, quia eadem est potestas ligandi, atque soluendi; in dubio autem absoluere potiùs debet Iudex, quàm condemnare, quia melius est absoluere nocentem, & culpabilem, quàm innocentem condemnare; nisi agatur de periculo animæ, vt in materia restitutionis, vel simili, quia tunc in dubio melius est condemnare, vide Card. Tusch. *litt. A. conclus.* 40. 41. *&* 42. cum alijs per Barbos. *de Axioma l. iur. Axiom.* 1. *per tot.*

39 Absolutio ab obseruatione iudicij multis placet in quibusdam casibus, verùm etiam non sine ratione ab alijs damnatur tamquam nutritiua litium, & ideò quando super meritis cognosci potest, non ita de facili est vsurpanda, regulariter autem fert secum condemnationem expensarum contra actorem, quamuis etiam interdum possit ab illis absolui arbitrio iudicis, iuxta qualitatem facti, & personarum, Gratian. *decis.* 137. *num.* 20. *&* 21. *in Addit. num.* 7. Borgn. Caualcan. *decis.* 7. *per tot.* vbi plura qualiter sit licita appellatio ab huiusmodi absolutorijs, vel possit de nouo inchoari iudicium refectis expensis, & alia, vide *in §. Sententia, num.* 35.

40 De absolutoria ab obseruatione Iudicij, quando sit permissa, & an dicatur diffinitiua, vel interlocutoria, & alia, Io. Anton. ab Ecclesia *par.* 1. *obseruat.* 44. *per tot.* & alijs relatis à Com. August. Font. *tot. loc. sup. cit.* Et de alijs pluribus absolutionibus circa forum conscientiæ quando, & à quibus sint concedendæ, vel non DD. singillatim relati ab Ægid. de Casteion. *in suo Alphab. iurid. verb. Absolutio per tot.* & multa decisiuè, Valer. *de different. vtriusque fori in verb. Absolutio per tot.* plura de absolutione sacramentali à censuris in vita, & articulo mortis virtute Bullæ Cruciatæ, Iubilæi, vel alterius Indulgentiæ, P. Andr. Mendo *in Bulla S. Cruciatæ Elucidat. in locis citatis in indice verb. Absolutio, Absoluere.*

An huiusmodi absolutio ab obseruatione iudicij sit diffinitiua, vel interlocutoria benè distinguit Thomat. *decis.* 59. *num.* 2. *&c.* nempè vt sit deffinita quando non est defectus in libello, & litigantes prosequuti sunt iudicium vsque ad sententiam, interlocutoria verò quando defectus est in libello, vel actor se absentat, vel iudici non liquet de causa.

Plura de absolutione prædicta, ac de alijs diuersis absolutionibus, vide latè per Bertachin. *in Repert. part.* 1. *verb. Absolutio,* Card. Tusch. *litt. A. conclus.* 54. *& seqq.*

§. ACCESSORIVM VI.

1 ACcessorium sequitur naturam sui principalis siue tractetur de inducendo, siue tollendo, siue confirmando, nisi essemus in accessorio separabili à suo principali, vel nisi de illo sit facta specialis prouisio, Gratian. *discept. forens. cap.* 937. *num.* 22. *&c.* Franch. *decis.* 506. *num.* 20. *& seqq. decis.* 613. *num.* 12. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 267. *per tot.* Sperel. *decis.* 126. *num.* 4. *& seqq.* latè Barbos. *de Axiomat. iur. Axiom.* 4. *per tot.* vbi infert ad multa notabilia, & ampliat procedere etiamsi accessorium esset dignius suo principali, Card. Tusch. *litt. A. conclus.* 76. *&c.* Ricc. *Collect.* 2532. 3315. *&* 3316. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 125. *num.* 3. *&c.* vbi de accessorio ad fideicommissum, vt stante illius per se subsistentia, & separabilitate, non efficiatur fideicommissarium, nec fideicommissi natura sequatur, sed remaneat proprium hæredis grauati acquirentis; secus autem si additamentum accessorium fiat ab ipso testatore fideicommittente, quia tunc cederet fideicommisso, vide *in §. Grauatus, num.* 5.

2 Accessorium non sequitur naturam principalis quando in illo consideratur diuersa ratio, & effectus, Bart. *in l. cos n.* 6. *C. de vsur.* vide *C. Accessorium* 42. *de reg. iur. in* 6. *l. cum principalis* 139. vbi Dec. *ff. de reg. iur.* Alex. *cons.* 4. *num.* 5. *lib.* 1. Card. Tusch. *litt. A. conclus.* 76. *num.* 39. *& conclus.* 79. *num.* 4. Marcian. *disput. forens. cap.* 56. *num.* 9. *&c.* Coccin. *decis.* 447. *num.* 4. vbi quod attenditur accessorium vti principale, quando in eo militat diuersa ratio, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 267. *per tot.*

Accessorium cessat, cessante principali *C. accessorium de reg. iur. in* 6. Argel. *de acquir. poss. quæst.* 1. *art.* 7. *num.* 130. *&c.* vbi etiam quia cessante substantia, siue subiecto, cessant accidentia eiusdem, cùm sine illa subsistere, nequeant, Coccin. *decis.* 395. *num.* 2. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 186. *&c.* Seraph. *decis.* 787. *num.* 11. *& seqq.* vbi quando existente nullo contractu principali, accessoriæ quoque obligationes, vel clausulæ annullentur, Bich. *decis.* 311. *num.* 29. *& seqq.* vbi an præscribatur accessorium cum principali, & de distinctione inter accessorium accidentale independens, vel dependens à principali, de qua Mantic. *de tacit. lib.* 1. *tit.* 14. *num.* 8. Arias de Mesa *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 31. *per tot.* vbi si tollatur principale aliquo remedio extraordinario, an tunc sustineatur accessorium, & hinc indè arguit. 3

Accessorium punitur vt principale quando continet delictum graue, vt in caupone, vel stabulario, & huiusmodi retinentibus non principaliter, sed accessoriè mancipia quæstuaria, nam dicuntur lenones, & possunt puniri, *l. Athletas §. ait Prætor. ff. de his, qui not. infam.* Rovz. Maur. *decis. Lituan.* 5. *num.* 70. *&c.* vide *in §. Lenocinium.* 4

Accessorium an remaneat probatum, probato principali, & è contra, & quando possit probari iuramento, vide Mascard. *de probat. conclus.* 14. *&* 15. *per tot. vol.* 1. vbi benè explicat. Alia plura de accessorio, & eius natura notat Bertachin. *in repert. part.* 1. *verb. Accessorium per tot.* Cardin. Tusch. *litt. A. conclus.* 76. *&c.* 5

De accessorio, vt sequatur naturam sui principalis, etiam si sit dignius, veniat in concessione principalis, eo perempto pereat, an annullata principali obligatione annulletur etiam accessoria; si tamen accessorium possit separari suam propriam sequatur naturam, sicut etiam si diuersa subsistat ratio, in dubio accessorium præsumatur id, quod est minus dignum; an peti possit recepto iam principali, vel præscripto; multa in accessorium veniant, quæ principaliter venire nequeunt; quod alteri rei accedit, an eius fiat, cuius est res, cui accedit, & alia ad rem, Barbos. *lib.* 12. *§. fin. num.* 211. *de indic. & in Rub. solut. matrim.* 4. *part. num.* 30. Castil. *contr. lib.* 6. *cap.* 168. *§. vnic.* Solorzan. *lib.* 2. *Polit. Indiar. cap.* 18. & alij plures relati ab Ægid. de Casteion. *in eius Alphabet. iurid. verb. Accessorium*, Laurent. Vrsel. *conclus.* 19. *&* 114. *per tot.* cum alijs per Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. part.* 4. *fol.* 14.

§. ACCVSATIO VII.

ACcusatio est delatio alicuius criminis ad vindictam publicam, legitima interueniente subscriptione, tamen subscriptio ad pœnam talionis est hodie sublata, Clar. *§. fin. quæst.* 12. Guaz. *ad deff. deff.* 3. *cap.* 2. Card. Tusc. *litt. A. concl.* 156. Paul. Christin. *decis.* 194. *per tot. volum.* 4. Datur tamen etiam accusator ciuilis ad priuatam vtilitatem principaliter, iuxta Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 138. *num.* 5. *&c.* Plura de accusatione Conciol. & Romag. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 1. *& seqq.* 1

Quæ autem præmia consequantur delatores voluntarij, & secreti delicta occulta reuelantes, & probantes, tam inspecto iure antiquo, quàm hodierno, vide latè Menoch. *de Arbitr. cas.* 198. *num.* 1. *& seqq. ad* 14. vbi multa moralia, & quid à diuersis Imperatoribus fuerit obseruatum cum huiusmodi delatoribus, vide *in §. Statutum dans præmium, & in mea Pract. §. Premi per tot.* vbi habetur quid præcipuè seruetur in statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, Lanfranc. Zacch. *tract. de Salar. & Merced. quæst.* 84. *per tot.* Giurb. *cons. crim.* 22. Ricc. *Collect.* 2617. Ambros. *decis. Perus.* 23. *per tot.* Baiard. ad Clar. *quæst.* 29. *nu.* 26. Card. Tusch. *litt. S. conclus.* 632. Ioseph. Melle in Add. ad Gizzarel. *decis.* 15. *num.* 15. *& seqq.*

An autem habens ex officio onus accusandi, si non accuset teneatur ad restitutionem pœnæ imponendæ, vide *in §. Iudex num.* 19.

Accusatio continere debet annum, mensem, locum delicti, nomen accusatoris, & accusati, Iudicis, & speciem cri- 2

criminis, *l. libellorum ff. de accuſat.* Dies autem, & hora non eſt neceſſaria, niſi factum eſſet punibile tantùm in tali die, vel hora, vel niſi petatur à parte pro ſua defenſione facienda, Clar. §. *fin. quæſt.* 12. Guazz. *ad deff. deff.* 3. *cap.* 3. *per tot.* Tuſch. *litt. A. concluſ.* 157. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 1219. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 284. *&* 285. vbi plura de accuſatione, & accuſatoribus, Conciol. *reſol. crim. verb. Accuſatio reſol.* 7. *&c.*

3 Accuſare poſſunt omnes qui non ſunt expreſsè prohibiti, & tales admittuntur ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur, nec hodie attenduntur ſimiles exceptiones, cùm Iudex ſimul ex officio procedens in caſibus permiſſis ſuppleat omnem defectum ex perſona accuſatoris reſultantem, Clar. §. *fin. quæſt.* 12. *per tot.* latè Farinac. *quæſt.* 12. Menoch. *de Arbitr. caſ.* 198. *n...* Tuſch. *litt. A. concluſ.* 160. *& ſeqq.* Ariſmin. Tepat. *loc. ſup. cit.* Guaz. *deff.* 3. *cap.* 1. *& ſeqq.*

Quod autem accuſare nemo regulariter inuitus cogatur, & quando ſecus, vide *in* §. *Actor. num.* 21. §. *Delictum num.* 12. *&* §. *Denuntiatio num.* 11. *&* 12.

4 Accuſator de iure comuni tenetur fideiuſſores præſtare de accuſatione proſequenda, & ſoluendis expenſis in caſum ſuccumbentiæ, quod tamen hodie non eſt in vſu, Clar. §. *fin. quæſt.* 18. Maur. *de fideiuſſ. part.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 30. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 706. *num.* 42. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 194. *per tot. vol.* 4. vbi plura de hac materia.

5 An autem, & quando quis teneatur accuſare in foro conſcientiæ, latè Turrian. *tract. de iuſtit. diſput.* 49. *dub.* 1. *per tot. fol. mihi* 483. vbi quòd tenetur accuſare quando etimen cedit in detrimentum boni communis, & poteſt probare, vel ſaltem Superiori denunciare, vt ibidem benè declarat, de quo ego alios allegaui *in* §. *Actor num.* 21. *&* §. *Officialis num.* 32.

Accuſator quæ & qualia pericula, & incomoda poſſit incurrere, vide Guazz. *deff.* 3. *cap.* 2. *per tot.* vbi admonet Aduocatos vt retrahant eorum clientes ab accuſando, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 285. *per tot.* Peccat enim vt plurimum ſi faciat ex odio, & rancore, ſe facit inimicum accuſati, quod eſt magni præiudicij, villeſcit coram hominibus, & alia ſuſtinet, de quibus Guaz. *loc. cit.*

Et quod accuſator cum reo colludens proprias probationes diſſimulans, & falſas aduerſarij admittens etiam ſi neceſſitate officij accuſauerit, poſſit tamquam præuaricator arbitrio Iudicis puniri, Menoch. *de Arbitr. caſ.* 323. *per tot.*

6 Accuſator ſiue inſtigator non probans delictum, in dubio præſumitur calumniator, niſi aliqua iuſta cauſa poſſit excuſari, vt ſi ſemiplenè probauit, dummodò non ſit ſolitus calumniari, vel ſi fuit deceptus à teſtibus, vel ſi probet audiuiſſe à perſonis fide dignis, vel ſi neceſſitate officij accuſauerit, vel ſi dolor immenſus illum coegerit, vel ſi delictum ſit atrox, & immane, vel ſi præceſſerit diffamatio, vel ſi occiſus ante mortem nominauerit accuſatum, vel propter infirmitatem ſexus, & ſimiles, quæ licèt excuſent à calumnia, non excuſant ab expenſis, nec ab actione iniuriarum, vt latè declarat Menoch. *de Arbitr. caſ.* 321. *per tot.* & vide Clar. §. *fin. quæſt.* 62. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 33. *num.* 37. *& cap.* 706. *num.* 42. Guazz. *deff.* 3. *cap.* 13. *vbi docet* 25. de Conciol. & Romaguer. *in Addit. ad Stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 13. *per tot.* modos excuſandi ab huiuſmodi calumnia, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 166. *per tot.* vbi quod pœna accuſatoris per calumniam eſt triremium in perpetuum, vel ad longum tempus, & prius mittitur ſuper aſino cum mitra per Ciuitatem, & alia de pœnis calumniatorum, vide latè per eum *d. caſ.* 166. *per tot. & caſ.* 295. *per tot.* Farinac. & Vulpin. *in ſucc. quæſt.* 16. *per tot.* vbi quod dictæ cauſæ non ſolum excuſant à calumnia præſumpta, ſed etiam ab actione iniuriarum, & ab expenſis, iuxta veriorem, & praxi receptam opinionem Sanfelic. *deciſ.* 54. & latiùs *deciſ.* 346. *cum plena Addit.* vbi quod accuſator non tenetur ad expenſas ex eo quod non probauerit, niſi conſtet de vera calumnia, exceptis cauſis ſindicatus, in quibus non probans tenetur ad expenſas vigore Pragmaticæ Regni, & idem Sanfelic. *deciſ.* 347. *cum Addit.* & dixi *in mea Pract.* §. *denuntiatori num...* Maſcard. *de probat. concluſ.* 24. *&* 25. *& concluſ.* 254. Tuſc. *litt. E. concluſ.* 634. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 205. *volum.* 4. *& ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 9. Ricc. *Collect.* 1218. vbi præcipuè de inſtigatore, Beninten. *deciſ. Bononien.* 46. *infrà num.* 14. Conciol. *verb. Accuſatio reſol.* 1. *cum addit.* vbi refert duos morte mulctatos.

Quibus pœnis olim fuerint affecti delatores voluntarij ob illorum improbitatem, quid hodiè ſeruetur, & quando excuſari poſſint ſi delatum crimen non probent, latè Menoch. *de Arbitr. caſ.* 198. *num.* 14. *& ſeqq. ad* 28. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 14. *num.* 26. *&c. volum.* 5. vbi etiam quod ſunt nominandi, & detegendi delatores ſecreti, vt poſſint puniri, ſi accuſati reperiantur innocentes, vide Farinac. *d. quæſt.* 16.

Quòd olim accuſator non probans puniretur pœna talionis, cuius loco hodie ſucceſſit pœna arbitraria, idem Menoch. *de arbitr. caſ.* 322. *per tot.* vbi etiam de alijs pœnis olim contra calumniatores ſancitis, & criminis grauitate, & vide alios ſupracitatos, Sanfelic. *deciſ.* 374. Tuſch. *litt. A. concl.* 166. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 9. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. cap.* 285. *per tot.*

Quòd aliquando accuſator, vel denunciator poſſit adſtringi pręſtare cautionem de reficiendis expenſis ſi delictum non ſit verum, Boſſ. *de captur. num.* 3. Menoch. *de arbitr. caſ.* 314. *num.* 6. Guaz. *deff.* 3. *cap.* 1. *num.* 11.

7 Accuſator recedens ab accuſando, non poteſt regulariter de nouo redire ad accuſandum, ſed poteſt Iudex ex officio accuſationem proſequi Guaz. *deff.* 3. *cap.* 11. Conciol. *loc. cit. reſol.* 5.

8 Accuſatus poſtquam eius nomen receptum eſt inter reos, non poteſt accuſatorem ſuum reaccuſare, Duen. *reg.* 29. Marian. Soc. *in c. ex litteris num.* 69. *& ſeqq. ad* 79. *de mut. petit.* vbi decem modis hanc regulam limitat Clar. §. *fin. quæſt.* 14. *num.* 12. *verſ. tertius*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 531. *num.* 80. vide *in* §. *Reconuentio*, *& melius in mea Pract. in Præfat. num.* 10. Card. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 164. Guaz. *deff.* 3. *cap.* 10. Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 16. Ricc. *Collect.* 1418. Ariſmin. Tepat. *d. tit.* 284. *cap.* 4. Nouar. *Collectan.* 3.

Quòd accuſatus non poſſit regulariter ſuum accuſatorem reaccuſare de eodem, vel pari delicto, niſi reaccuſatio procedat ex eodem fonte primæ querelæ, quia tunc proceditur ſuper vtraque querela, & ſi procedat ex diuerſa cauſa præſtatur cautio per reaccuſatum de ſtando iuri finita prima accuſatione, Gram. *deciſ.* 53. Clar. §. *fin. quæſt.* 14. *num.* 12. & alij relati a Io. Bapt. Thoro *Compend. deciſ. Neap. tom.* 1. *verb. Accuſatus fol. mihi* 17. vide Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 16. *per tot.*

9 Accuſatus comparens ſpontè coram Iudice præſumitur innocens, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 91. *num.* 14. *& ſequentibus.*

10 Accuſatio criminalis ceſſat quandò dolus purgari poteſt per actionem ciuilem ex contractu, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 625. *num.* 20. *& ſeqq.*

Sed quomodo ſit intelligenda hæc concluſio, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 398. *num.* 19. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 24. *& ſeqq. fol.* 202. & ego dixi *in mea Pract.* §. *furto num.* 44. vbi alios allegaui, *& num.* 45. & in hoc opere §. *dolus.*

11 Accuſatio omnis tollitur regulariter ſpatio 20. annorum, *l. querelam C. de falſ.* ita vt nec per Iudicem poſſit ex officio procedi tranſacto dicto tempore, Clar. §. *fin. quæſt.* 51. alios vide in §. *Delictum, & in mea Pract.* §. *Maleficis*, *&* §. *Præſcriptione.*

Actio tamen ciuilis deſcendens ex delicto durat 30. annis ſicut aliæ ciuiles perſonales, Clar. *loc. cit.* Boer. *deciſ.* 26. *part.* 1. Guaz. *deff.* 2. *cap.* 2. *per tot.*

12 Accuſatio pro crimine adulterij durat tantùm quinquennio, Boer. *d. deciſ.* 26. Clar. §. *Adulterium verſ. Vnum tamen*, vide *in* §. *Adulterium num.* 18. Competit ſolum quibuſdam perſonis, nempè ſponſo, marito, patri, fratri, auunculo, & patruo, *l. quamuis C. de adult. & l. ſi vxor. ff. ad leg. Iul. de adult.* Ricc. *Collect.* 236. Montan. *de tut. cap.* 17. *num.* 7. *fol.* 58. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 114. *per tot.* vbi intelligit tam de patre, fratre, & patruo mulieris, quam mariti, Franch. *deciſ.* 94. *&* 240. vbi quòd quando adulterium eſſet notorium per confeſſionem, poſſet etiam iudex procedere ex officio, vide Paul. Chriſtin. *deciſ.* 218. *num.* 1. *& ſeq. volum.* 5. Baiard. ad Clar. §. *Adulterium num.* 14. vbi etiam quòd ex diſpoſitione Concilij Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de reform. matrim* poteſt Ordinarius ex officio procedere quando eſt publicum, & præceſſit trina monitio, Ciarlin. *controu.* 15.

Quòd adulterium ſit delictum publicum, & iudex teneatur ex officio inquirere, Thom. Triuiſ. *deciſ.* 3. *num.* 7. *lib.* 2. vide *in* §. *Adulterium num.* 3. intelligendo ex parte

vxo-

vxoris, & dixi plura in Practica §. *Adulterio, &* §. *Meretrici*, vide Ciarlin. *contr.* 165. *per tot.*

De iure ciuili non potest vxor criminaliter accusare maritum de adulterio, sed solum agere ad separationem thori, si ipsa sit innocens, *l. vbi glos. C. ad l. Iul. de adulter.* Couar. *de matrim. part.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 5. Tiraquel. *de leg. connub. lib.* 1. *sub num.* 42. Peguer. *decis.* 94. *num.* 1. Sperel. *decis.* 140. *num.* 1. Cabal. *resol. crim. cas.* 32. *num.* 3. *& per tot.* Paul. Christin. *decis.* 197. *num.* 9. *&c. vol.* 4. *& decis.* 218. *num.* 56. *& seqq. vol.* 5. Sanfelic. *decis.* 337. *in Addit.* vbi & tantò minus occidere.

Qualiter accusatio de adulterio competat etiam agnatis, & fratribus mariti, immò etiam extraneis hæredibus ne soluant dotem, potest tamen mulier replicare de reconciliatione, vel de compensatione si possit probare, & alia, Didac. Mari in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 54. vide *in §. mulier num.* 31.

13 Accusatus, vel inquisitus, siue denunciatus de aliquo delicto capitali, & graui, pendente causa non admittitur regulariter ad testificandum, maximè in criminalibus, & si sit carceratus; admitteretur tamen in criminibus exceptis, & in omnem casum posset recipi, & poni ad partes examen, vt expectetur iudicij exitus, Farinac. *quæst.* 56. *art.* 4. cum alijs per Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 362. *& seqq. ad* 383. *fol.* 322. Mascard. *de probat. conclus.* 27. *vol.* 1.

14 Accusatore non probante, reus etiamsi nihil de sua innocentia docuerit est absoluendus, cùm dicatur præsumptiuè de illa constare, imò accusator tenetur actione iniuriarum, intelligendo vbi accusator nihil probauit, nam si indicia ad torturam subministrauerit, tenetur reus vel probationibus, vel per torturam illa purgare, Barbos. *de Axiom. iur. Axiom.* 7. *per tot.* vbi quòd idem est in ciuilibus vt actore non probante reus absoluatur, & dixi *in §. actor num.* 1. *& supra num.* 6.

Quid autem si delator probauit crimen, & reus habuit iustas defensiones, an adhuc delator sit condemnandus, Paul. Christin. *decis.* 125. *num.* 11. *&c. volum.* 5. vbi quod sic quando defensiones erant notæ ipsi delatori, & idem ego dicerem si per eas constaret de innocentia accusati, & de calumnia, vel falsitate accusationis.

Quòd denuncians crimen, si detecta innocentia inquisiti fuerit absolutus, teneatur ad expensas, Thoro *Compend. decis. Neap. part.* 1. *verb. Denuncians*, vbi allegat Gramat. *decis.* 39. Farinac. *quæst.* 16. *num.* 12. *& seqq.* Cornazan. *decis. Luc.* 193. Ricc. *Collect.* 1218. *&* 1219. idem Thoro *d. part.* 1. *verb. Querela*, vbi quòd querelantes si nil probauerint, possunt ab accusato de iniurijs reaccusari, etiamsi à Superiore obtinuerint ne molestentur, quia tale rescriptum vti iniustum non valet. Quas pœnas incurrat accusans per calumniam, Carol. Ant. Thesaur. *tract. de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Accusator cap.* 1. vbi de restitutione, de infamia, irregularitate, & suspensione, *& cap.* 2. *&* 3. vbi etiam quid si efficiatur præuaricator, vel tergiuersator. Accusator, absoluto accusato, quando in expensis condemnari debeat, vel non, cum distinctione veræ, aut præsumptæ calumniæ, quæ sint causæ excusantes, & plura pro excusatione, Mans. *Consult.* 279. *per tot. lib.* 3.

Quando accusatus non possit condemnari etiam probato delicto, Card. Tuscb. *litt. A. conclus.* 172. *per tot.*

Quod ad excusandum accusatorem à præsumpta calumnia, & ab expensis sufficiant indicia non solum ad torturam, de quibus non est dubium, sed etiam ad inquirendum simpliciter (intelligendo de speciali inquisitione contra aliquem) non autem leuiora, Farinac. *quæst.* 16. *num.* 62. *& seqq.* & ita sæpissimè vidi seruatum Florentiæ, vt quando fuit formata inquisitio legitimis præcedentibus indicijs, numquam fuerit accusator condemnatus in expensis, vel alia pœna, nisi de vera constiterit calumnia, & falsitate accusationis, etiam per defensiones post inquisitionem factas, nam tunc detecta calumnia, & falsitate, esset accusator non solum in expensis condemnandus, sed etiam seuerè puniendus; iudex autem, qui ex necessitate officij procedit faciliùs excusatur, vt inquit Farinac. *loc. cit. num.* 63.

Prædicta doctrina, de qua supra *num.* 6. *&* 14. circa accusatorem, vel instigatorem non probantem in expensis condemnandum, vel arbitrariè puniendum pro calumnia, licèt sit verissima, tamen in praxi raro admittitur à quibusdam Iudicibus, eo sub prætextu quòd retraherentur homines ab accusando; sed quàm leuis sit excusatio, vel potius grauis contra illos increpatio, vt ipsis, & calumniatoribus latior pateat aditus vexandi sæpè innocentes, miseri semel fortè absque remedio experientur, si hac intentione egerint, secus si zelo iustitiæ, vt est præsumendum, & latè videndus Farinac. *d. quæst.* 16. *per tot.* Francisc. de Magistr. *in Silu. Eccles. part.* 2. *lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 17. *num.* 14. *fol. mihi* 105. vbi quòd hodie raro, aut numquam ad expensas condemnantur accusatores, ne terreantur, & ab accusando desistant; quod tamen debet intelligi, nisi constet de vera calumnia, quo casu vltra refectionem expensarum essent etiam grauiter puniendi iuxta qualitatem facti, & personarum.

15 Accusator falsus tenetur etiam cum periculo propriæ vitæ, & famæ manifestare falsam accusationem, si adsit spes vt indebitè accusatus liberetur, quia melior est conditio innocentis, secus autem si manifestatio non liberaret innocentem, Bonac. *disput.* 1. *quæst. vlt. num.* 21. P. Stephan. de Neapol. *de restit. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 41.

16 Accusator secretus habetur pro inimico, & non potest esse testis, Ludouis. *decis.* 517. *num.* 11. *&* 12. vide *in §. Testis num.* 55.

Qualiter sit nominandus, & detegendus, vt possit puniri, si accusatus reperiatur innocens, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 14. *num.* 26. *& seqq. vol.* 5. *vide supra num.* 6. *& num.* 14.

17 Accusator, neque accusatus possunt sibi inuicem facere positiones, & si fecerint non tenetur alter respondere, quia in iuditijs criminalibus, vel etiam mixtis, in quibus possit aliqua criminalitas considerari, veluti in causis turbatæ possessionis, vel damni dati, & similibus non admittuntur positiones; nam respectu accusatoris non potest facere positiones, quibus teneatur accusatus respondere, quia positionibus criminosis, vel crimen continentibus non est respondendum, vt dixi *in §. Positio num.* 9. *&* 10. licèt enim accusatus possit interrogari à iudice, & ex sua confessione puniri, non indè sequitur vt positionibus criminosis ab accusatore datis respondere teneatur; respectu verò accusati, nec ipse potest facere positiones accusatori, & illum cogere ad respondendum, imò nec iudex debet permittere, etiam si accusator vellet illi respondere, quia posset adesse collusio, & accusator aliquid fateri contra veritatem, & fisci intentionem ad liberandum accusatum à pœna, & faciendum delictum impunitum, licèt enim etiam desistente accusatore possit fiscus, & iudex prosequi, non indè sequitur quòd accusator non possit magnum facere præiudicium in probationibus, quæ est potissima prohibitionis ratio, vt benè explicat Michalor. *de posit. cap.* 30. *per tot.* & ego alios allegaui *in §. Positio num.* 9. *&* 10.

Quòd accusator non teneatur se repetere ad instantiam accusati super suis interrogatorijs, nec Iudex permittere debeat ob timorem collusionis, Clar. §. *fin. quæst.* 45. *vers. sed hic incidenter*, Scacc. *de iudic. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 251. Conciol. *resol. crimin. verb. Accusatio resolut.* 12. Zuff. *de legit. process. crim. lib.* 3. *quæst.* 180. *vide in §. Socius num.* 57. *& in §. Repetitio*.

Alia de accusatione tradit Conciol. *verb. Accusatio per totum*.

18 Accusatio de delicto à filio contra pattem instituta præbet iustam causam exhæredationis, & idem est si filius instigauerit, vel aduocauerit, vel iniustè iudicauerit contra patrem; exceptis tamen casibus læsæ Maiestatis bumanæ, & diuinæ, vel si crimen non irrogaret infamiam, vel non importaret pœnam afflictiuam, vel si recessit ab accusatione ante sententiam, vt bene probat, & declarat Merlin. *de legit. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 9. *per tot.*

An autem idem sit, si filius dixerit patrem non posse testari, & de hoc illum diffamauerit, vel è contra pater erga filium, idem Merlin. *d. tract. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 17. *per tot.* vbi affirmatiuè concludit cum aliquibus declarationibus.

De alijs causis, ex quibus filij possunt exhæredari, & de remedijs aduersus exhæredationis, dixi in §. *Filiatio num.* 37. cum aliquibus præcedentibus.

Alia plura de accusatione, accusatore, & accusato, vide per Bertach. *in suo Repert. part.* 1. *verb. Accusatio &c.* Card. Tusch. *litt. A. conclus.* 156. *&c.* Conciol. *resol. crim. verb. Accusatio per tot. & ad Stat. Engub. lib.* 4. *Rub.* 1. *& seqq. cum addit. D. Francisc. Romaguer.*

Accu-

19 Accuſatio quid ſit, quid continere debeat, an quilibet poſſit cum bona conſcientia alium accuſare, an accuſans teneatur accuſatorem proſequi, an accuſatus valet reaccuſare accuſantem, an ſemel iudicatus poſſit de nouo moleſtari, quid ſi fuerit oblita, vel omiſſa aliqua qualitas aggrauans in prima accuſatione: qui poſſint accuſare, vel non; an Papa, Epiſcopi, & alij Prælati poſſint, & à quibus, ac coram quibus renunciari, vel accuſari, an præcedere debeat infamia, vel fama, an ſemel abſolutus, vel tortus poſſit iterum inquiri ab eodem, vel alio Iudice: quid de abſoluto in foro animæ; an inimicus, vel cohabitans cum inimico poſsit accuſare, & quale indicium faciat inimicitia; quomodo procedi poſsit in delictis notorijs, & quæ notoria dicantur; an quis poſsit compelli ad accuſandum, & an aſsignari terminus ad proſequendum, aliàs non audiatur; an admittatur procurator; an & quando clerici accuſando efficiantur irregulares, vel non; an, & quando ſententia poſsit retractari, vel non; an maleficia diſtinguantur ex ſolo fine actus, vel ex voluntate; an poſſit renunciari defenſionibus; de fama an præcedere debeat, & quomodo probanda, aliaque plurima de hac materia declarando proſequitur Rodrig. Fermoſin. *tom. 1. criminal. ad tit. de Accuſat. Inquiſit. & Denunciat. lib. 5. Decretal. à fol. 1. & ſeqq. ad* 124. Laurent. Vrſel. *concluſ. 26. & 27.* Thoro *Compen. deciſ. Neap. tom. 1. verb. Accuſare fol.* 17. Ant. Auguſt. *part. 3. lib. 30. per tot.* & alij multi ſingillarim relati per Ægid. de Caſteion. *in ſuo Alphabet. iurid. verb. Accuſatio Syntagm, Com. opin. tom. 2. lib. 9. tit. 2. de accuſat. fol. mihi* 442. *&c.* Com. Auguſt. Fontana *in ſua Bibliot. part. 4. fol.* 19.

20 Accuſatoribus pluribus concurrentibus ad accuſandum, quis præferatur, an detur locus præuentioni, & alia ad rem, Tondut. *tract. de præuent. part. 1. cap. 19. per tot.*

§. ACQVISITA VIII.

1 ACquiſita à fratribus citra ſocietatem, cùm inter eos adeſt aliquis minor, qui ſocietatem tacitam non dicitur contraxiſſe, qualiter ſint inter eos diuidenda, vide latè Hector. Felic. *de ſociet. cap. 3. num. 37. & ſeqq. in meis reſol. cap. 83. & cap. 31. num.* 11. vbi de diuiſione fructuum communibus laboribus, & expenſis recollectorum, & vide Petr. Vbald. *tract. de duobus fratr. cap. 4.* Borgn. *deciſ. 11. part. 2.* Michalor. *de fratr. cap. 35. part. 2.* vbi in multis arguit Borgn. *loc. cit.*

Quòd acquiſita per vnum ex fratribus ſimul poſt mortem patris habitationibus præſumantur acquiſita de communi, niſi eſſent ab vno tantùm proprio nomine alijs ſcientibus publicè, & palam quæſita, vide Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 25. per tot.* Duen. *reg. 3. per tot.* dixi *in §. Frater*, §. *Peculium*, & §. *Societas*, Maſcard. *de probat. concluſ. 31. per tot. vol. 1.* vbi explicat.

2 Acquiſita per filium ſi conſtet ex induſtria ſua fuiſſe quæſita dicuntur aduentitia, nec alijs fratribus ſunt communicanda, *l. cum oportet C. de bon. qualib.* Menoch. *de Arbitr. caſ. 126.* Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 6. num. 3.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 26. num. 10.* licèt Alciat. *conſ. 234. num. 6.* teneat eſſe profectitia per quamdam fallacem conſequentiam, vide *in §. Peculium*, latè Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 435. vbi plura de bonis acquiſitis per filium, & eorum adminiſtratione.

3 Acquiſita ex pecunia paterna immediatè, & de per ſe dicuntur profectitia, acquiruntur patri, poſt cuius mortem ſunt alijs fratribus communicanda, *d. l. cum oportet C. de bon. qualib.* Mangil. *de imput. quæſt. 34. num. 1.* Michalor. *d. cap. 6. num. 12.* & latiùs dixi in §. *Peculium*, Peregrin. *deciſ. Pat.* 25. Ariſmin. Tepat. *d. tit.* 435.

4 Acquiſita partim ex pecunia patris, & partim miniſterio, & induſtria filij, in dubio pro medietate dicuntur profectitia, & illorum naturam ſequuntur, pro alia verò medietate aduentitia, & ſecundùm illa regulantur, ſecus ſi appareret plus tribuendum eſſe induſtriæ filij, vel è contrà, nam ſecundùm id eſſet facienda diſtributio, Bart. *tract. de fratr. num. 2.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 26. num. 10.* Michalor. *d. cap. 6. num. 13.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 543. num. 16. &c.*

5 Acquiſita per filium proprio nomine negotiantem in dubio præſumuntur aduentitia, & tantò magis ſi filius habitaret ſeorſum à patre, niſi adeſſent coniecturæ in contrarium, vt quia non ſit induſtrioſus, ſed pauper, pater verò, cuius bona adminiſtrauit, diues, vel niſi nomine patris negotiatus fuerit, vel eo viuente communicauerit acquiſita in vſum familiæ, Menoch. *de Arbitr. caſ.* 126. Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 6. num. 16. & ſeqq.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 420. num. 6. &c. & part. 12. deciſ. 335. num. 4. & ſeqq.*

Quòd ſint aduentitia, data poſſibilitate lucrandi ex propria induſtria, licèt filia bona patris adminiſtrauerit, probat Duran. *deciſ. 429. num. 2. &c.* Rot. *part. 12. recent. deciſ. 335. num. 4. & ſeqq.*

Concluſionem ſupradictæ contrariam firmat Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 401. num.* 19. in effectum tamen parum diſcordat, & vide eumdem Gratian. *cap. 301. num. 2. cap. 543. num. 2. & 788. num.* 16. Magon. *deciſ. Flor. 9. num. 9. & ſeqq. deciſ. 26. num. 9. & 34.* Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 435.

Quod bona penes filios reperta præſumantur paterna, & à patre proueniſſe, & quando ſecus, Magon. *deciſ. Florent. 27. num.* 19. Duran. *deciſ. 362. num. 1. & ſeqq.* vide in §. *Identitas num. 4.* & §. *Diuiſio num.* 22. Merlin. *deciſ.* 383. *& 396. & deciſ. 406. per tot.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 144. per tot. & part. 11. deciſ. 31. num. 1. &c. part. 12. deciſ. 79. num. 19. &c.*

Intellige non facto Inuentario, aliàs ſecus, Magon. *deciſ. Luc. 6. n. 46. & ſeqq.* vbi etiam adducit alia ad excludendam huiuſmodi præſumptionem.

Sed quòd agens teneatur probare fuiſſe in bonis patris, vel ſaltem ab eo poſſeſſa tempore mortis, latè probat Surd. *deciſ. 339. per tot. lib.* 2. & dixi in §. *Filius num.* 63. §. *Diuiſio num. 22.* & §. *Identitas num. 4.*

An, & quando quæſita ab hærede efficiantur hæreditaria, vel propria acquirentis, & quid præſumendum, latè Vrceol. *Conſult. 100. num. 35. & ſeqq. per tot. vol.* 2. vide *in §. Emptio num.* 38. Rot. *part. 9. recent. deciſ. 38. num. 1. &c. & deciſ. 70. per tot. d. part. 9. & part. 12. deciſ. 21. num. 28. & ſeqq.*

Acquiſita à filio habitante cum patre, & illius bona adminiſtrante dicuntur profectitia, niſi aliter appareat, ſi verò ſeorſum habitet, & negotietur, dicuntur aduentitia, & in dubio præſumitur pro poſſeſſore, Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 50. per tot.* vide Paſchal. *de viribus patr. poteſt. cap. 3. num. 10. & ſeqq.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 420. num. 6. & ſeqq. & part. 12. deciſ. 335. num. 4. & ſeqq.* vbi quando ſpectent ad filium, & cadant ſub hypotheca. 6

Acquiſita ab adminiſtratore bonorum Principis, vel Reipublicæ, an præſumantur quæſita ex propria pecunia, vel Principis, & Reipublicæ, vide Menoch. *lib. 3. præſumpt. 52. per tot.* vbi quinque opiniones adducit Tuſch. *litt. A. concl. 443. num. 17. & ſeqq.* 7

Acquiſita per Clericum, an ex bonis Eccleſiæ, vel proprijs præſumantur, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 53. per tot. & de Arbitr. caſ.* 195. dixi *in §. Clericus*, Tuſch. *litt. B. concluſ. 112. per tot.* vbi an ſint Eccleſiæ, vel hæredum Prælati, Paul. Chriſtin. *deciſ. 137. num. 11. &c. vol.* 3. Rot. *part. 12. recent. deciſ. 168. num. 25. & ſeqq.* 8

Acquiſita ab aliquo an præſumantur ex propria induſtria, vel ex bonis aliorum, dic, quòd ſi ex præſumptione lucri ex bonis alterius oritur delictum, numquam præſumuntur inde quæſita, vt in tutore, & ſimilibus; ſi verò perſona acquirens aliundè ſuſpicionem delicti incurrit, tunc numquam præſumuntur aliundè quæſita, vt in muliere; Et ſi ex tali præſumptione nulla naſcatur delicti ſuſpicio, vt in Clericis, Prælatis, vel filijsfam. maſculis, recurritur ad alias coniecturas, & probationes, iuxtà theoricam Bart. *tract. de duobus Fratr. quæſt. 4.* quem refert, & ſequitur Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 21. num. 56. fol.* 427. vide Tuſch. *litt. A. concluſ. 443. per tot.* 9

Acquiſita per vxorem conſtante matrimonio præſumuntur ex bonis viri ad effugiendum turpem quæſtum, quod procedit etiam in vxore putatiua, in concubina, in vidua intra annum luctus, & etiamſi negaret ſe acquiſiuiſſe ex bonis viri, vel etiam ſi commiſiſſe adulterium, quæ præſumptio procedit etiam contra ſingularem ſucceſſorem mulieris, & ad commodum hæredis, & ſingularis ſucceſſoris mariti, etiamſi mulier diceret habuiſſe pecuniam ante contractum matrimonium. Ceſſaret autem quando maritus confeſſus eſſet pecuniam eſſe mulieris, in muliere induſtrioſa, vel ſi conſtaret habuiſſe à conſanguineis, vel ab Amaſio, ſiue ex turpi quæſtu, vel mulierem fuiſſe diuitem, virum verò pauperem, ſiue bona alterius adminiſtraſſe, ſicut & quando mulier traduxit virum ad domum ſuam, & 10

quò ad

quo ad bona ipsa, quæ sunt mulieris, & hæredum illius, cùm maritus, & eius hæredes posśint solummodò repetere pretium, & quo ad possessorium, nam in eo obtinebit mulier si sola possideat, vt latè omnia declarat Menoch. *lib.3. præsumpt.51. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 137. *num.* 9. *&c. vol.* 3. Ioseph. Ludou. *decis. Perus.* 28. Mascard. *de probat. concl.30. per tot. vol.1. concl.* 212. vbi de vidua administrante bona pupilli, vt præsumatur ex illis acquisiuisse, nisi aliter doceat, *& concl.*204. vbi de bonis repertis penes vxorem, vt præsumantur quæsita ex substantia viri, & quando secus, Neuiz. *in Sylua nup. fol.* 68. *&c.* Io. Lup. *in repet. Rub. de donat. inter vir. & vxor.* Diaz. *reg.9. per tot.* Gabriel. *com. concl. tit. de præsumpt. conclus.* 15. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 21. *num.* 37. *& seqq. ad* 57. *fol.*426. vbi nouem modis dictam præsumptionem ampliat, & quatuordecim limitat, & quo ad limitationem suprapositam quando bona alterius administrauit, contrarium probat cùm honestiùs possit præsumi ditata ex bonis viri sine delicto, quàm alterius cum delicto, cui libenter accedo, dixi in meis *resol. cap.8. n.42. &c. & cap.10. num.36. &c. & in §. Vxor num...*

11 Acquirens pro se, & filijs, an posśit posteà ipsis filijs præiudicare, latè Tusch. *litt. A. conclus.* 439. dixi *in §. Pater num...*

Qualiter primus acquirens posśit præiudicare alijs vocatis, maximè quando acquisiuit ex causa onerosa, & à magno Principe, cuius respectu merita non mensurantur ad vnguem prout in priuatis, Rot. *part.* 12. *recent. decis.*28. *per tot.* & in Romana domus 20. Maij 1647. coram Peutingero post Salgad. *Labyrint. credit. decis.* 35. facit quod dixi in §. *Bona num.7. & seqq.* §. *Emphyteusis*, & §. *Feudum*, latè Ludouis. & Beltram. *in annot. decis.* 529. Ciarlin. *controu.* 158. *per tot.* Martha *de success. leg. part.4. quæst.* 21. *art.* 19. *num.*37. *& seqq.*

12 Acquirens quando dicatur omnibus hæredibus acquirere, vel non, quando quis possit alteri acquirere, & per quos, vel non, & alia plura Card. Tusch. *litt. A. conclus.* 438. *& seqq.*

13 Acquisita per hæredem grauatum ex causa transactionis, an sibi, vel hæreditati, siue fideicommisso, censeantur acquisita, ita vt acquirens possit illa pro se tamquam ex propria industria prouenientia retinere, vel potius tamquam hæreditaria teneatur vocatis ad fideicommissum restituere, & alia plura similia adducens latè explicat videndus Vrceol. *Consult. forens. cap.* 100. *per tot. vol.* 2. vbi refert contrarias opiniones, quas benè conciliat, dixi in §. *Grauatus num.* 5. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 168. *num.* 10. *& seqq. & decis.* 385. Fusar. *de subst. quæst.* 642. Vrceol. *de transact. quæst.*82. *per tot.* vbi paucis additis repetit omnia, quæ prius scripserat *consult.*100. *vol.* 2. & Rot. *post d. tract. decis.* 72. 73. *&* 74. vbi plura an fideicommissarius acquirens bona fideicommissi dicatur sibi, vel pro fideicommisso acquirere.

Plura de acquisitis à testatore post testamentum, vel ab hærede post aditam hæreditatem, de redemptis, vel recuperatis vigore pacti, vel statuti, & huiusmodi, an, & quando veniant in restitutione fideicommissi, vel non, latè Fusar. *de substit. quæst.* 627. *& seqq. per tot.* vide in §. *Hæres num.*52. *&* 59.

14 Acquisitio per alluuionem est de iure gentium, qualiter fiat per incrementum latens, quando locum habeat, vel non, & alia plura de alluuione, latè Peregrin. cum alijs ab eo citatis *tract. de iur. fisc. lib.8. num.*67. *& seqq. ad* 82. *& de fideicommiss. art.* 10. *num.* 22. *&c.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. fin. num.* 92. *& seqq.* Mascard. *de probat. conclus.*81. Garzia *de expens. & melioram. cap.* 22. *per tot.* vbi quomodo probetur alluuio, Cæpol. *tract. de seruit. rustic. præd. cap.* 35. Omot. Mynsing. & alij *in §. præterea, Instit. de rer. diuis.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 86. *num.*2. *&c.* facit quod dixi in §. *Arbor num.* 5. §. *Flumen num.*1. Mangil. *de euict. quæst.* 195. *per tot.* vbi quorum commodo, vel incommodo cedat alluuio, Anton. Gob. *tract. de aquis quæst.*24. *&c.*

15 Acquisita turpiter à filio, vel filia, vel ab vxore, siue à seruo, an sint patri, marito, siue domino restituenda tamquam sua, vide Bonacin. *disp.* 1. *quæst.* 3. *punct.* 3. cum alijs per Patr. Stephan. de Neapol. *de præcip. iur. & inst. part. nempè de restit. lib.1. cap.3. num.* 10. vbi refert diuersas opiniones, & distinctiones, facit quod dixi in §. *Adulterium num.*9. §. *Vxor num.*23. §. *Iudex num.*25. *in fine*, §. *Meretrix num.*11. *&c.*

De acquisitis ex delicto, vel ex contractu, vel inuentis, an & quando sint pauperibus restituenda, & quibus, an sibi pauperi possint applicari, & alia ad hoc propositum P. Stepha. de Neapol. *d. tract. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 49. *& seqq. & cap.*3. *per tot.*

Quod malè acquisita facilè dilabantur, Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 35. *& tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.*100. *& cap.*16. *num.*5. *&* 60.

An possit alteri per alterum acquiri, & quomodo, Ceuallos *com. quæst.*526. Vela *dissert.*27. *num.* 2. *& seqq. & dissert.* 38. *num.*86. *& seqq.* alijque relati ab Ægid. de Castejon. *in suo Alphabet. iurid. verb. Acquisitio*, vbi etiam an acquirens ex re aliena, sed industria sua sibi acquirat sine obligatione restituendi, ad Cyriac. *controu.* 169. *num.* 23. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. creditor. part.*2. *cap.*20. *num.*9. quibus adde Laurent. Vrsel. *concl.*28.

Quando quæsita per vnum ex fratribus præsumantur quæsita de bonis communibus, siue aliundè, idem Vrsel. *concl.* 29. 16

De modis acquirendi, & conseruandi arte patrimonia, Io: Ant. Guntherus *in sua Oeconomia legal. relatus in Bibliothec. legal.* Com. August. Fontan. *par.*4. *fol.* 21. vbi alia plura remissiuè de diuersis acquisitionibus, de quibus & ego in locis opportunis. 17

Acquirens primus qualiter possit mutare naturam feudi, & formam concessionis, ac liberè disponere, maximè si acquisiuerit titulo oneroso, & alia ad rem, Io: Torre *tract. success. in Maiorat. & Primog. Ital. part.*1. *cap.*32. *num.*152. *part.*2. *respons. Boscol.*4. *num.*4. *& seqq.* & dixi ego *in §. Feudum num.*7. *&c.* 18

Acquirens bona in Statibus diuersorum Principum, qualiter possit habere plures hæreditates, & quot sunt dominia diuersa, in quibus bona possidet, Rot. *part.* 8. *recent. decis.* 228. *num.*22. *&* 29. *& in Romana, seu Ianuen. successionis Lunæ* 11. *Ianuarij* 1683. *num.* 19. *coram Matthæio*, apud Torre *d. tract. part.*3. *decis.*46. 19

§. ACTA IX.

Acta iudicij dicuntur illæ scripturæ, quæ fiunt in iudicio de mandato iudicis, vel coram illo manu notarij, & vt sint legitima, & valida vltra prædicta plura requiruntur, nempè quod fiant parte præsente, vel contumace, parte instante, redigantur in scriptis, fiant de die, & die iuridica, cum loco, tempore, die, mense, & anno, ac in loco distinato, de quibus vide Marant. *in prax. vers. Actorum editio*, Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.* 27. *num.* 2. *& seqq. fol.*599. vbi etiam qualiter inter se differant acta iudicij, & acta litis, siue causæ, & quòd alia dicuntur ordinatoria, alia probatoria, & alia decisoria, adde Card. Tusch. *litt. A. concl.* 86. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 254. *vol.* 1. vbi an amissa possint probari per testes. Si tamen amissa reperiantur, illa sunt attendenda, & non noua, Ricc. *Collect.*3387. 1

Quòd acta sint per notarium scribenda, Zuff. *de legit. process. crim. lib.* 3. *quæst.* 176. Matthæus Sanz. *de re crim. controu.* 64. *num.*55. vbi quòd in causa graui non potest Iudex assumere officium Actuarij, etiam de coosensu partium. Vide §. *Iudex num.*50. *&* §. *Notarius num.* 31. *vers. Qualiter autem Romæ*, vbi pro validitate actorum, & instrumentorum receptorum à substitutis, & iuuenibus notariorum, etiam non notarij.

Quòd acta sint per notarium conscribenda, aliàs sint nulla, etiam si iudex esset notarius, vel fierent de consensu partium, tam in causis ordinarijs, quàm delegatis, & tam in cognoscendo, quàm in exequendo, prætérquam in causis leuibus, siue voluntariæ iurisdictionis, Ricc. *Collect.*1017.

Quòd Iudex vnius causæ possit esse in eadem causa actuarius DD. citati per Carleual. *de iudic. tit.* 1. *disput.* 21. *fol.* 308.

Quòd quis possit esse Iudex, & Notarius simul, & acta scribere, stante Principis iussu, & concessione, quicquid aliud sit de iure Griuel. *decis.*60. Et ita hodie seruatur in pluribus Tribunalibus Status Florentini, ac alibi.

Et cùm contigisset de hoc acerrimè disputari Florentiæ de anno 1689. in causa capitali Pasquini, & Sancti de Finis de territorio Puppij, patrocinante Excellentissimo D. Bernardino Renzolio Magnæ Eruditionis Viro, allegabatur pro nullitate actorum manu Iudicis conscriptorum, text. *in cap. quoniam contrà* 11. *de probat.* cum ibi notatis

per

per Canoniſtas, Guaz. *defenſ.* 20. *cap.* 14. *num.* 3. Mell. ad Gizzarell. *deciſ.* 24. *num.* 89. Giurb. *conſ.* 89. *num.* 7. Viuian. *deciſ.* 48. *per tot.* Guid. Pap. *deciſ.* 564. *per tot.* Altimar. *de nullit. Rubr.* 13. *quæſt.* 8. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi ampliat etiamſi Iudex eſſet Notarius, quia non poteſt duplici officio fungi, ſed opus eſt Notario, qui proceſſum, & acta conſcribat, aliàs Iudici non creditur, Cartar. *Prax. interrog. reor. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 149. *fol.* 222.

Quòd fortiùs procedere dicebatur, eò quia neceſſitas Notarij, qui acta conſcribat ſit etiam impoſita per Statutum Communis Florentiæ *lib.* 2. *Rub.* 95. *& lib.* 3. *Rub.* 2. & Collegij Iudicum, & Notariorum *lib.* 3. *Rub.* 2. ac per Reformationem anni 1473. cum clauſulis irritantibus, & in terminis ſtatuti Aſin. *in Prax.* §. 14. *cap.* 8. *& cap.* 9. *per tot.*

Et quia agebatur de cauſa delegata cum facultate eligendi vnum, vel plures Actuarios, ex quo elici dicebatur voluntas Sereniſſimi delegantis, vt cauſa haberet Actuarium, ne verba Reſcripti eſſent ſuperflua, & nihil operarentur, quod non erat admittendum, *l. ſi quando* 109. *ff. de legat.* 1. *cap. ſi Papa in fine de priuileg. in* 6. Roland. *conſ.* 61. *num.* 17. *lib.* 3. Tuſch. *litt. S. concl.* 895. *num.* 15. *& litt. V. concl.* 85. *num.* 18.

Addebatur etiam conſuetudo notoria eligendi Actuarios in cauſis delegatis, quæ vim legis habet, ad Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.* 56. *num.* 5.

Atque per hæc, & huiuſmodi fundamenta latiùs à Patrocinatore exornata, Illuſtriſs. DD. mei Collegæ Iulius Caballus, & Annibal Michelius ſtabant pro nullitate, ſicut & ego inclinabam.

Verùm communicatis prædictis Excellentiſs. D. Io: Baptiſtæ Sanſoni, Iudici delegato, qui proceſſum fabricauerat, multa pro validitate pari eruditione in facto, & in iure deduxit.

Præmiſit enim antiquitus permiſſum fuiſſe Iudicibus per ſe ſcribere acta, illiſque plenam præſtitam fidem abſque teſtium ſubſcriptione, inferendo quòd ſi dabatur, & hodie datur fides Notarijs, tantò magis ſit danda Iudicibus dignioribus, & honorabilioribus, Innoc. *in cap. cum à nobis de teſt.* relatus à Zuff. *de legit. proceſſus quæſt.* 176. *num.* 1. *& c. facit in quæſt.* 61. *num.* 13. Ac ideò facilior fuerit redditus ad ius antiquum, Maſcard. *de general. ſtat. interpret. concluſ.* 4. *num.* 66. Surd. *deciſ.* 272. *num.* 34. Conciol. *allegat. ciuil.* 45. *num.* 42. mediante non ſolùm notoria conſuetudine, plurium Tribunalium Sereniſs. Status Etruriæ, & in ſpecie Terræ Puppij, verùm etiam particulari iuſſu, & ordinatione prouiſionali anni 1677. quæ poſteà licèt non expreſsè renouata fuerit, ſed ſciente Principe, ac eius principalioribus Miniſtris ſemper durauit, & adhuc durat, ex quibus permiſſum fuit, & permittitur Iudicibus ex ſe teſtes examinare, aliaque acta conſcribere, & ſublatæ remanent diſpoſitiones iuris communis, & allegatorum Statutorum, cùm vſus quotidianus, & conſuetudo, ſciente ſuperiore, faciat ius, tribuat iuriſdictionem, atque validitatem actorum operetur, *l.* 1. *C. de emancip. liber. cap. contingit de offic. deleg.* Sanfelic. *deciſ.* 362. *num.* 5. *lib.* 3. Gratian. *diſcept.* 154. *n.* 18. *& ſeqq.* Ioſeph. Ludouic. *de conſuet. concl. vnic. verſ. infertur* 20. *in Syntag. com. opin. tom.* 3. *fol.* 523.

Nec obſtare dicebat verba reſcripta delegatorij cum facultate eligendi vnum, vel plures Actuarios, quia tamquam dupliciter facultatiua, ibi, *con facoltà di poter fare, &c.* non arctabant, ſed reſeruabant arbitrio Iudicis deputare Actuarium, vel ſequi vſum aliarum cauſarum, cùm non ſtarent limitatiuè, ſed per modum ampliationis poteſtatis, & enixè inferrent facultatem independentem à qualibet neceſſitate, *gloſs. in l. ſæpè audiui, ff. de offic. Præſid.* Gratian. *diſcept.* 655. *num.* 75. *& diſcept.* 938. *num.* 14. Vincent. Carroc. *deciſ.* 36. *num.* 3. Surd. *conſ.* 81. *num.* 2. *lib.* 1. *&* 179. *num.* 50. *lib.* 1.

Et cùm ageretur de delegatione Principis admittendam fuiſſe benignam, & latam interpretationem, Menoch. *de arbitr. quæſt.* 37. *num.* 38. & tamquam factam ſub nomine dignitatis, & officij incluſiſſe omnes facultates, vſus, & ſtylos Tribunalis delegati, Andreol. *controuerſ.* 243. *num.* 7. Gratian. *deciſ.* 157. *num.* 14. maximè in ordinatorijs, in quibus de iure ſeruandus erat Tribunalis delegati ſtylus in fabricatione proceſſus, Gratian. *diſceptat.* 738. *num.* 16. Sperel. *deciſ.* 85. *num.* 5.

Nec pariter obſtare ſuperfluitatem animaduerſam verborum Reſcripti, quia nunquam ſuperflua dicitur expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, *l. Cornelius, ff. de hered. inſtit.* Gratian. *deciſ.* 44. *cum Addit. & deciſ.* 257. *num.* 2. Cabal. *conſ. deciſ.* 124. *num.* 8. *lib.* 1. vbi quòd reſcriptum quamuis recitatorium iuris communis non dicitur fruſtratorium, imò reſcriptum propriè dicitur quando reſcribitur ad obſeruationem iuris communis, veluti quod fiat ius, &c. Ac ſatis in caſu ſuo operari, dum remiſit ad arbitrum electionem actuarij, ſubtrahendo à neceſſitate impoſita per allegatum *cap. quoniam contrà de probat.* quibus addi poſſunt, quæ ego notaui in §. *Argumentum n.* 6. *& in* §. *Interpretatio n.* 1. ibi vel per quam actus ſuſtinetur, &c. quamvis verba facultatiua interdum poſſint neceſſitatem importare, hoc non verificari in reſcriptis ex allegatis in §. *Verba n.* 30. *cum Addit.*

Ad ea, quæ dicebantur de conſuetudine Ciuitatis Florentiæ, ſaltem quoad cauſas delegatas, replicabatur, præualere eam loci particularis, *l. de quibus ff. de leg.* Rot. *part.* 5. *recent. deciſ.* 169. *num.* 8. *& ſeqq.* Conciol. *allegat. ciuil.* 81. *num.* 20. Buratt. *deciſ.* 129. *num.* 6. Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 205. *n.* 14. Aliaque plura hincindè adducebantur ſuper hac, & alijs prætenſis nullitatibus, quæ longum, & tædioſum eſſet hic recenſere.

Non omittendo tamen, quòd idem D. Sanſoni Iudex addebat, data etiam nullitate proceſſus ab eo ſcripti, & compilati, fuiſſe conualidatum per legitimationem illius propria manu ſubſcriptam ab vno ex inquiſitis, ad tradita per Zuff. *de legit. proceſſ. quæſt.* 176. *num.* 11. *& ſeqq. per tot.* & ab altero in contumaciam condemnato per fictam confeſſionem, idem Zuff. *d. tract. quæſt.* 200. *num.* 6. *per tot.*

Contra quam Zuffi reſolutionem quòd proceſſus informatiuus à Iudice ſcriptus poſſit legitimari per declarationem, multa deducebat etiam idem D. Renzolius, quæ illam ancipitem, & dubiam reddebant, cùm nec verè ſit clara, & præcipuè quòd declaratio à reo facta de habendo teſtes pro ritè, & rectè examinatis, nil aliud operetur quàm ſanationem defectus citationis, Guaz. *defenſ.* 24. *cap.* 6. *num.* 4. Zuff. *quæſt.* 164. & alibi paſſim; Nec verum ſit Iudicem in aſſumendo informationes non exercere contentioſam iuriſdictionem, maximè ſi proceſſerit ad confrontationes, & non eſſe tantùm acta fori, ſed iudicij, cùm in cauſis criminalibus per ſolam præſentationem querelæ dicatur cœptum iudicium, Buccaron. *tract. de different. inter iud. ciuil. & crimin. different.* 21. *num.* 2. & quando Iudex reum examinat, eſt forma iudicij, quod in criminalibus conſtituitur ex perſonis iudicis, & rei, idem Buccaron. *different.* 164. *num.* 2. Prout quod affirmat Zuff. ſententiam nullam poſſe à partibus confirmari, & ſuſtineri ſaltem in vim pacti procedere tantùm in cauſis ciuilibus, & non in criminalibus, vt declarat Buccaron. *different.* 183. *num.* 4. per text. *in l. liber homo, ff. ad leg. Aquil.* Nec attendendam doctrinam Zuffi, cùm nil in puncto pro ſua alleget opinione, & non loquatur in terminis vbi extant ſtatuta, vt dictum fuerat, requirentia proceſſus ſcribi per Notarios cum clauſulis irritantibus, ita vt illis fauore publico inductis non poſſit per partes etiam expreſsè renunciari, Altimar. *de nullit. Rubr.* 13. *quæſt.* 8. *n.* 10. & Viui. *deciſ.* 48. *num.* 3. & tantò minus tacitè, maximè etiam, quia dicta declaratio, ex qua reſultaret tacita renunciatio nullitatis, non poteſt trahi ad incognita, & ignorata ſine certioratione, cùm ad inducendam ratificationem actus nulli ſit neceſſaria certa, & indubitata ſcientia, ex traditis per me in §. *Ratificatio num.* 7. *& ſeqq. &* §. *Renunciatio num.* 314. *&c.*

Ex quibus omnibus hincindè latiùs allegatis, & replicatis, Ego tandem fui in voto, quòd omiſſa dictæ nullitatis diſputatione procederetur ad deciſionem cauſæ in meritis, prout factum fuit, motus primò, ne induceretur confuſio multorum proceſſuum in pluribus Tribunalibus huius Sereniſſimi Dominij per Iudices ſcriptorum, & approbatorum cum ſcientia, & permiſſione Principis, ac eius Miniſtrorum.

Secundò, quia cum nullitates ſint odioſæ ſtante præſumptione validitatis actorum, ſit capienda omnis interpretatio fauorabilis pro illis ſuſtinendis, etiam impropriando verba, ſupplendo, &c. dum non ſunt claræ, & patentes, ſed poſſunt aliquo modo de iure, vel de facto offuſcari, & dubiæ reddi, (prout in præſenti caſu ex prædictis) non ſunt attendendæ ex notatis per me in §. *Interpretatio, &* §. *Nullitas num.* 17.

Tertiò, quia dicta nullitas tamquam noua, & inſolita erat reijcienda, cùm de iure admittantur tantùm illæ, quæ ſunt ſolitæ de facto ſeruari, vt aduertit Vant. relatus *in d.* §. *Nullitas num.* 17.

Quartò, quia cùm non controuerteretur, nec de facili posset controuerti validitas actorum manu Iudicis scriptorum in causis ordinarijs vigore styli, & consuetudinis, sed tantùm vis fieret in delegatis, & in verbis rescripti, non videbatur maior ratio nullitatis in istis ex prædictis, imò maior pro validitate, cùm maior sit auctoritas, & fides Iudicis a Principe delegati respectu causæ delegatæ, in qua personam repræsentat ipsius Principis, qui interdum etiam sine processu procedere non prohibetur, vel saltem æqualis cum Ordinario, & possit in causa delegata facere omnia, quę posset Ordinarius in causa ordinaria, maximè cùm idem Iudex delegatus sit etiam Ordinarius in loco, & participare deberet cum Rota criminali prout in alijs causis ordinarijs, & sic redacta causa ad formam, & stylum aliarum causarum; ac ideò sicuti quilibet Iudex delegatus in ordinatorijs, & fabricatione processus tenetur seruare consuetudinem, & stylum Tribunali loci, in quo construitur ex multis allegatis à Sperel. *decis.* 85. *num.* 5. ita magis potuit hic delegatus in causa redacta ad formam ordinariæ procedere iuxtà stylum Tribunalis quamvis inferioris, qui præualet, videndus Tranchedin. *consult.* 40. & 41. *per tot.* licèt vt audiui non desint etiam exempla aliarum causarum delegatarum in eodem Tribunali Puppi, & alibi, ac in specie in famosa causa Castelli Florentiæ cœpta anno 1655. & terminata anno 1658. in qua vt proprijs oculis videre volui, acta pro maiori parte fuerunt manu propria quandoque vnius, quandoque alterius ex Iudicibus delegatis conscripta, quamvis haberent actuarium in specie delegatum in eodem ipsorum Iudicum delegatorum rescripto, & vnicum sufficeret ad inducendam obseruantiam interpretatiuam, licèt non præscriptam, nec in contradictorio iudicio obtentam ex adductis in §. *Obseruantia num.* 1.

Et si vigore styli, & consuetudinis attenduntur processus scripti per iuuenes, & copistas non matriculatos, vt iam hoc loco decisum notaueram, & nouissimè hoc anno in causa capitali, & executa sententia furcæ contrà Iosephum Gallettum, non obstante nullitate ex hoc capite allegata, quæ nec mouere potuit pijssimum Principem ad faciendam gratiam vitæ; quomodo poterat dubitari de processu scripto à Iudice Iureconsulto, & caractere delegati Principis decorato? & si vt fuit præmissum id antiquitus etiam erat permissum?

Quintò, quia quando etiam adfuisset prætensa nullitas, carcerati rei non fuissent in pace dimittendi, sed nonus seruatis seruandis formandus processus, vel tamquam proueniens ex defectu iuris positiui potuisset a Principe sciente sanari, vt dixi in §. *Processus in Addit.*

Præterea animaduertebam allegatum text. *in cap. quoniam contra de probat.* in quo DD. fundant nullitatem processus per Iudicem scripti, nullum verbum de illa facere, sed tantùm statuere vt Iudex, qui constitutionem ipsam neglexerit obseruare, si propter eius negligentiam quid difficultatis emerserit, per superiorem Iudicem animaduersione debita castigetur, nec pro ipsius præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitimus constiterit documentis (sunt verba textus) ex quibus non potest deduci nullitas, cùm procedat per verba ordinaria, & affirmatiua, sine clausula irritante, dirigat verba in Iudicem, illique contrafacienti pœnam imponat, & non per verba prohibitiua, neque negatiua, quibus casibus contrafaciendo incurritur pœna, sed non nullitas, maximè in præiudicium tertij, per ea, quæ ex multis methodicè notaui in §. *Actus num.* 7. §. *Forma num.* 2. & §. *Nullitas num.* 33. & hic inutiliter non repeto; sed tollit tantùm illam vehementem præsumptionem, quæ pro facto Iudicis stare solet, non autem totam fidem adimit, nisi per plures, & meliores testes probetur contrarium, vt videtur colligi ex *gloss. ibid. in verb. Præsumatur*, Insuper text. ille (quamvis generalis ad vsum legis) inuehit contrà Iudicis iniqui falsam assertionem, non contrà honestos, & discretos, quibus potiùs deferendum innuit, inter quos vltimum locum certè non tenet præfatus Excellentiss. D. Iudex Sansoni.

An autem stante contraria consuetudine possint sustineri acta à non Notario scripta, vide Thes. *quæst. for.* 17. *num.* 6. Ioan. Anton. ab Eccles. *obseruat.* 29. *num.* 62. & *obseru.* 32. *num.* 20. Borell. *de Magist. cap.* 15. *num.* 3. vbi affirmat, & ita etiam videtur passim seruari Florentiæ, licèt fortè non sit bona consuetudo, & scio non semel fuisse de illa dubitatum, prout de vno casu constat in filcia negotiorum Magistratus DD. Octo Baliæ de mense Decembris 1670. *sub num.* 4463. & *num.* 4474. vbi fuit iudicatum pro validitate, facit quod dixi in §. *Error num.* 7.

Acta coram Iudice incompetente facta, sunt nulla ipso iure, iura tamen ibi producta si alias valida sunt, & in forma non perdunt suum robur, sicut & acta ipsa licèt nulla operantur, vt reus confessus possit subijci torturæ, tamquam si esset extraiudicialiter confessus, & possit compelli ad perseuerandum in confessione, imò si consentiat habere testes pro repetitis, licèt fuerint examinati coram Iudice incompetente, potest iudicari, ex eisdem actis, Aloys. Ricc. *decis. Neapol.* 229. *num.* 7. & *seqq. part.* 2. sequitur Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *num.* 18. & *seqq. fol.* 600. & vide in §. *Confessio*, Zuffi. *de legit. process. lib.* 2. *quæst.* 96. *per tot.* 2

Acta nulla possunt vnico contextu, & audientia (remota causa nullitatem inducente) repeti, & renouari, & sic conualidari, vt super illis possit validè sententia proferri, Vant. *de nullit. tit. Qualiter sent. pos. a nul. def. num.* 88. *fol.* 296. vbi sic in Curia Romana seruari testatur, & vide §. *Instantia num...* licèt alias non possit nullitas sanari per partes, nisi in vim pacti, & conuentionis, Card. Tusch. *litt. A. concl.* 94. 3

Acta decisoria, & respicientia potiùs merita causæ, quàm instantiam, vt sunt effectus resultantes ex litis contestatione, quod actio perpetuetur, quòd res fiat litigiosa, possessor constituatur in mala fide, & similia non pereunt, sed remanent in suo robore etiam perempta instantia, & semper probant in eadem causa, & inter easdem personas, per doctrinam Bart. *in l.* 2. *ff. iud. sol. col.* 2. Ias. *in l.* 15. *apud quem C. de edend. col.* 5. *in fine*, melius Felin. *in cap. causam de test. col. penult.* Bernard. Diaz. *reg.* 11. *per tot.* & dixi in §. *Instantia*, vbi alios allegaui, Tusch. *litt. A. concl.* 92. vbi quòd pereunt tantum ordinatoria. 4

Acta coram Iudice facta non requirunt testes, Marant. *part.* 5. *memb.* 10. *num.* 31. Rot. *part.* 3. *diuers. decis.* 15. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 501. *num.* 18. Tusch. *litt. A. conclus.* 89. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 324. *num.* 7. vbi de apertione capiarum iudicialiter facta coram Notario de iudicis mandato, citata tamen parte.

Quòd acta non requirant testes, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 285. *num.* 3. &c.

Plura de actis qualiter, & quomodo fiant in iudicio tam inspecto iure communi, quàm ex dispositione statuti Florentini, vide per Asin. *in Prax.* §. 14. *per tot. supra num.* 1. Arisimin. Tepat. *var. sent. tit.* 218. *per tot.*

Quando requirant scripturam, & non possint probari per testes, vide Magon. *decis. Flor.* 3. *num.* 8. &c. & *in* §. *Citatio*, Gratian. *discept. forens. cap.* 503. *num.* 16. Ricc. *Collect.* 2108. latè Mascard. *de probat. conclus.* 32. *per tot. vol.* 1.

Acta facta, & Sententia lata in iudicio ciuili, non probant in criminali, sed tantùm faciunt indicium, per quod aperitur via Iudici ad inquirendum, quamvis actio ortum habuerit à crimine, Clar. §. *fin. quæst.* 54. Guazz. *def.* 32. *cap.* 7. vide latè Mascard. *de probat. conclus.* 34. *per tot. volum.* 1. 6

Quid è contra an acta facta in iudicio criminali probent in ciuili, & alia ad rem, vide per Farinac. *in Fragm. crim. part.* 1. *litt. A. vers. Acta facta*, Leoncil. *decis. Ferr.* 195. *num.* 1. &c. & dixi in §. *Testis num...* Merlin. *decis.* 446. *num.* 12. vbi quòd inter easdem personas probant, cùm exactiores probationes requirantur in iudicio criminali. Contrà vide per Ricc. *Collect.* 3208. vbi plures decisiones allegat, Rot. *part.* 4. *recent. decis.* 90. *num.* 6. & *part.* 14. *decis.* 329. *num.* 3. vbi quod processus informatiuus licèt autenticus non probat in iudicio ciuili; sed hoc non repugnat, cum adhuc non sit legitimatus per citationem, vel alijs modis.

Acta vnius causæ inter eosdem regulariter probant in alia, secus verò inter diuersos, ad quorum fauorem faciunt tantùm aliqualem præsumptionem, Asin. *in Prax.* §. 14. *cap.* 27. *num.* 12. *vbi etiam num.* 16. quid de actis factis in vna instantia, an probent in alia inter easdem personas, Soc. *reg.* 4. & *reg.* 5. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 207. *per tot. cap.* 531. *num.* 63. & *cap.* 948. *num.* 9. Magon. *decis. Flor.* 2. *n.* 37. & 38. Ricc. *Collect.* 1435. vide *in* §. *Confessio num...* Tusch. *litt. A. concl.* 90. &c. Paul. Christin. *decis.* 254. *vol.* 1. vbi etiam quid si fuerint amissa, an de nouo agendum sit, & probentur per testes. 7

De actis factis coram Iudice sæculari, an probent coram Eccle-

Ecclesiastico, & è contrà, Zuff. *de legit. process. quæst.* 95. & 96. *per tot.*

Quòd acta in vna causa, vel coram vno iudice probent in alia, vel apud alium iudicem inter easdem personas, intellige dummodò producantur, aliàs secus, & vide Bart. *in l.* 2. *num.* 12. *C. de edend.* Marescot. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 107. *per tot.* Pac. Iordan. *Luc. vol.* 3. *lib.* 4. *tit.* 27. *num.* 24. & *seqq. ad* 39. *fol.* 600. vbi pluribus modis declarant Christin. *d. decis.* 254. *num.* 9. &c. Ricc. *Collect.* 3230. Mascard. *de probat. concl.* 33. *per tot. vol.* 1.

An acta facta coram iudice sæculari probent coram Ecclesiastico, quid in confessione, & alia Leoncil. *decis. Ferr.* 84. *num.* 14. &c. Capel. Tholos. *quæst.* 199. de actis factis in foro Ecclesiastico an probent in foro sæculari, Gizzarel. *decis.* 86.

An, & quando acta facta in foro sæculari probent in foro Ecclesiastico, ad effectum remittendi, vel excludendi delinquentes ab immunitate Ecclesiæ, Gratian. *discept.* 596. *num.* 22. & *seqq.* Ciarlin. *controu.* 10. *num.* 45. & *seqq.* vbi plures hincindè allegat, & quòd omnia non possunt eadem mensura metiri, sed variè respondendum iuxta varietatem casuum, qui contingere possunt, dixi in §. *Immunitas num.* 13.

Quod acta instructoria causæ facta coram arbitris, probent etiam in iudicio ordinario, vide Iordan. *vbi supra n.* 22. & 23. Cæsar. de Grass. *decis.* 11. *num.* 18. & 19.

Qualiter testes inter alios, siue ad instantiam aliorum examinati faciant semiplenam probationem ad fauorem tertij, si sint mortui, vel aliàs haberi non possint, cùm nihil parti imputari possit, cur illos iterùm examinari non faciat, sicut etiam probant in connexis contra tertium saltem semiplenè, pulchrè Surd. *decis.* 103. *per tot.* & *vide in* §. *Testis*, Ricc. *Collect.* 3230.

8 Acta facta an præiudicent tertio venienti ad causam pro suo interesse, dic quòd sic quando admittitur in statu, & terminis, quibus causa reperitur, prout contingit quando vult defendere vnum ex litigantibus, secus si veniret ad exclusionem vtriusque, Beltram. ad Ludouis. *decis.* 259. *num.* 3. & *seqq.* Rot. *decis.* 271. *num.* 3. *part.* 1. *Nouiss.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *num.* 36. &c. *fol.* 601. *vide* §. *Tertius*.

9 Acta omnia facta coram iudice à quo, realiter, & integraliter transportanda sunt coram iudice ad quem in gradu appellationis, vt possit illa videre, prout tenetur, aliàs nulliter ageret, Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 20. *de reformat.* Rot. post Pacific. de Saluian. *decis.* 92. & *decis.* 121. Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 43. Ricc. *Collect.* 3209. Guazz. *def.* 36. *cap.* 22. & 23. Rot. per Farinac. *decis.* 207. *num.* 23. *decis.* 812. 884. 107. & 606. &c. Thomat. *decis.* 9. &c. Pac. Iordan. *d. tit.* 27. *num.* 39. & *seqq. ad* 63. *fol.* 601. vbi septem modis ampliat, & decem limitat, vide Rotam *part.* 10. *recent. decis.* 35. *per tot.* & *part.* 12. *decis.* 21. *num.* 7. & *seqq.*

Quòd pro reuocatione attentatorum, sufficiat transportare, & producere acta, ex quibus attentata probantur, Rot. *in Pisana Sepulturæ* 1. *Iulij* 1650. *coram Bichio in fine*, penes Dian. *in fine part.* 10. *fol. mihi* 469. *part.* 10. *recent. decis.* 28. *num.* 11. & *part.* 11. *decis.* 76. *num.* 13. quæ est in dicta Pisana sepulturæ *part.* 13. *decis.* 247. *num.* 29. vbi quòd quando fuit inchoatum nouum iudicium, non est necessaria talis actorum transportatio.

Ad quem autem spectet huiusmodi transportatio, an ad appellantem, vel ad appellatum, & cuius expensis, vide in §. *Appellatio num.* 20. latè Thomat. *decis.* 9. *num.* 116. *per tot.*

10 Acta qualiter inducant notorium, vel rem notoriam faciant, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 142. *num.* 10. Barbos. *de Axiom. iur. Axiom.* 8. *num.* 1. Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 27. *num.* 9. & *seqq. fol.* 599. vbi limitat, & declarat pluribus modis.

An habeant executionem paratam pro obligationibus in eis contentis, vel factis, Ricc. *Collect.* 2666.

11 Acta facta post auocationem causæ sunt valida, si iudex illam ignorabat, nisi auocatio contineret decretum irritans, vel clausulam motus proprij, Gratian. *discept. forens. cap.* 628. *num.* 17. *vide* §. *Causa num.* 10. & §. *Error num.* . . & §. *Commissio num.* 1.

Quid autem dicendum sit de actis factis per iudicem recusatum post recusationem, vide Gabriel. *com. concl.* 5. *de iudic. lib.* 2. *dixi in* §. *Iudex num.* 66. & 67.

12 Acta facta ad instantiam vnius tantùm ex collitigantibus suffragantur etiam alteri collitiganti, quando lis fuit simul cœpta, contestata, & prosequuta, Crauett. *cons.* 45. *num.* 2. cum alijs per Rot. *in Aretina Capellaniæ* 19. *Ianuarij* 1635. *coram Carillo in Nouiss. part.* 7. *decis.* 7. *num.* 11.

Quòd acta sint communia vtrique parti, & inuita vna possit altera illis vti, Magon. *decis. Flor.* 90. *num.* 9. *vide in* §. *Rescriptum num.* . . Tusch. *litt. A. conclus.* 93.

Et quando acta ab vno facta prosint, vel noceant alteri tertio, Menoch. *de Arbitr. cas.* 18. *num.* 5. & *seqq.*

13 Acta, siue sententia super legitimatione personarum, vel in causa status, siue præiudiciali, vel super statu beneficij, faciunt ius, & probant quoad omnes, si hæc interueniant, nempè sint facta inter legitimum petitorem, & contradictorem, interuenerit plena discussio, & defensio, sententia sit verbis affirmatiuis, & ad fauorem personæ, vel status prolata, & non contrà, non interuenerit, nec fuerit detecta aliqua collusio, agatur de causa verè præiudiciali, & statum concernente, & articulus fuerit principaliter, & non incidenter tantùm discussus, aliàs autem his cessantibus, regula stat in contrarium, quòd res inter alios acta non præiudicet alijs, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 37. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 9. §. 1. *n.* 84. &c. Viuian. *de iurepatr. part.* 2. *lib.* 111. *cap.* 9. *num.* 25. & benè colligit Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 254. & *seqq. ad* 264. *fol.* 524. *vide* §. *Sententia num.* 42. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 77. *per tot.* & *decis.* 116. *num.* 1. *d. part.* 9. vbi de statu rei, siue beneficij, & *decis.* 130. *num.* 7. *d. part.* 9. & *decis.* 161. *in fine*, & *part.* 10. *decis.* 321. *num.* 4. &c. vbi de statu iurispatronatus, & *part.* 13. *decis.* 96. *num.* 8.

Quòd acta facta super legitimatione personarum in vna causa, & sic de statu personæ probent in alio iudicio etiam inter diuersas personas, *l. ingenuum*, vbi gloss. & DD. *ff. de stat. hom.* Bald. & Salyc. *in l.* 2. *C. quibus res iud. non noc.* Ludouis. *decis.* 478. *num.* 9. Duran. *decis.* 457. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 328. *num.* 11. Caualer. *decis.* 575. *num.* 8.

Quòd facta in contumaciam non præiudicent, & quando talia dicantur, Mart. Medic. *decis.* 64. *num.* 8. & 9. *cum Add. num.* 5. & 6.

Quòd acta, & sententia super statu personæ faciant ius quoad omnes etiam postea venientes ad causam, intellige quando sunt facta cum legitimo contradictore, secus si in contumaciam, & contra absentem, & non comparentem, Caualer. *decis.* 250. *num.* 4. & 5. *decis.* 294. & 375. vbi quòd ætas non respicit statum.

Acta præparatoria iudicij nocere tertio ad hoc vt possit contra illum agi, vide Surd. *decis.* 256. *num.* 3. & 8.

Et quòd acta, & sententia, etiam in causa status lata non noceant alijs non citatis æquè principalia iura habentibus, Franc. *decis.* 523. *num.* 16. & *seqq.* & *decis.* 524. *per tot.* idem firmat, & declarat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 77. *num.* 4. &c. vbi plures alios citat.

14 Acta per falsum procuratorem an possint ratificari, vide in §. *Gestio num.* 3.

Acta per procuratorem in causa criminali an sint valida *d.* §. *Gestio num.* 4. & §. *Procurator num.* . .

15 Acta facta per tutores, qui pro talibus habebantur, dum verè non essent tales, sunt inualida, & nulla in pupillorum præiudicium, per text. *in l. qui neque ff. de rebus eorum*, & *in l.* 2. *ff. de eo qui pro tut. neg. gest.* vbi DD. Gabriel. *cons.* 36. *lib.* 1. Marcian. *disput. for. cap.* 71. *num.* 29. *vide in* §. *Tutela num.* 11. & 39. vbi contrà.

16 Acta facta, & sententia contra graui morbo laborantes qualiter sint nulla, & multò magis contra mortuos, *l. quæsitum, ff. de re iud. l. in summa ff. eod. l.* 1. *ff. quæ sent. sine appellat.* cum alijs per Gizzarel. *decis.* 9. *per tot. vbi num.* 10. intelligit data scientia iudicis, aliàs secus, & ignorantia præsumitur, datur tamen restitutio, & alia plura de hac materia, vide in §. *Sententia num.* 19. vbi plures allegaui.

17 Actorum magister, siue actuarius si fuerit offensus, siue ratione officij, siue tamquam priuatus ex particulari inimicitia, ad quem spectet cognitio, latè Gizzarel. & Addent. *decis.* 24. *num.* 5. & *seqq. vide in* §. *Officialis num.* 5.

Qualiter credatur actuario, si de mandato Iudicis fidem dederit, vel instrumentum rogauerit de crimine coram seipso patrato, latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 28. *per tot.*

Plura de actuarijs, & illorum officio, quòd sint officiales,

& faciant vnum corpus cum iudice, debeant conscribere, acta, non possint propalare inquisitis processus informatiuos, nec articulos in ciuilibus antè publicationem sub pœna falsi, an teneantur cognoscere contrahentes, quomodo debeant recipere fideiussores, dicta testium, & huiusmodi, an possint officium in patria exercere, quomodo possint allegari suspecti, & alia plenè Gizzarel. cum Addent. *d. decis. 24. per tot. vide in §. Notarius*.

Acta facta coram substituto in criminalibus quando valeant, vel non, & quando, ac per quantum tempus possit Officialis substituere, Sanfelic. *decis.* 362. cum Addit. *per tot. vide in §. Officialis num.* 18.

18 Acta publica qualiter sint exhibenda priuato contra fiscum, siue criminaliter, siue ciuiliter agatur, vide Peregrin. *de iur. fisc. lib. 7. tit. 3. num. 30. & seqq.* de alijs dixi in §. *Actor num.* 3.

Alia plura de actis, & illorum virtute, & effectibus, Bertach. *in Repert. part. 1. verb. Acta*, Card. Tusch. *litt. A. conclus. 86. & seqq.*

Multa de Actis, & Actuarijs in praxi scitu digna, videnda sunt apud Thor. *Compend. decis. Neap. tom. 1. verb. Actuarius, tom. 2. verb. Acta, & Actuarius, & tom. 3. verb. Actuarius*, & præcipuè, vt non possint esse Actuarij in sua patria; examinando scienter falsos testes grauissimè puniantur; non teneri cognoscere contrahentes, sed si malitiosè admiserint personam suppositam teneri ad interesse, & puniri; actis deperditis, & formato nouo processu, si prima acta fuerint reperta, quænam in iudicando sint attendenda. An, & quando Actuarius recipiens fideiussorem non idoneum, teneatur, vel non de proprio in subsidium; An actuarius dicatur Officialis, ità vt veniat, vel non sub dispositione loquente de Officialibus; & alia de Actis, & Actuarijs tradunt remissiuè Castcion. *in suo Alphabet. iurid. verb. Acta*, & nouissimè Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part. 4. fol. 22. &c.*

§. ACTIO X.

1 ACtio pluribus modis accipitur nempè pro actu quodam, vt dici solet de actionibus humanis, vel pro accusatione criminali licèt impropriè, vel pro administratione, vel magis ad rem nostram pro iure agendi ciuiliter, & petendi, quod sibi debetur ex contractu, vel quasi contractu, vel delicto, vel quasi delicto, & in hunc sensum, actio nil aliud est quàm ius persequendi in iudicio quod nobis debetur, §. 1. *Instit. & de Act. & l. actio ff. de act. & obligat.* Ias. Oinot. & alij plurimi Interpretes *in d. §. 1. Instit. de Act.* Tusch. *litt. A. conclus.* 95. Honufr. Cigala *tract. siue Comment. de act. in Rub. n. 4. & seqq. fol.* 1.

2 Actionum aliæ sunt personales, aliæ reales, aliæ ciuiles, aliæ Prætoriæ, aliæ rei persecutoriæ, aliæ pœnales, aliæ ad simplum, aliæ ad duplum, aliæ ad triplum, aliæ ad quadruplum, aliæ bonæ fidei, aliæ stricti iuris, aliæ dantur ad solidum, aliæ non ad solidum propter priuilegia personarum, vel causarum, aliæ singulares, siue particulares, aliæ vniuersales, aliæ directæ, aliæ contrariæ, aliæ indirectæ, aliæ vtiles, aliæ natiuæ, aliæ datiuæ, aliæ merè reales, aliæ merè personales, aliæ mixtæ, aliæ in rem scriptæ, vt benè explicat Oinot. *in §. omnium instit. de act. & per tot. illum titulum*, Ias. & alij *Interpretes in d. tit. de act. per tot.* & maximè Honufr. Cigala in suo elegantissimo, & perutili *Commentar. ad d. tit. instit. de act. per tot.* vbi enumerat vsque ad centum octuaginta quinque actiones particulares, illasque declarat. adde Card. Tusch. *litt. A. conclus. 96. &c.*

De directis, & vtilibus actionibus Pacific. de Saluian. *inspect. 1. cap. 1. num. 7. &c.* Olea *de cess. iur. tit. 6. quæst. 1. per tot.*

3 Actiones omnes, quæ minori tempore non præscribuntur regulariter 30. annis tolluntur, quæ præscriptio non currit pupillis, *l. 3. & 4. C. de præscript. 30. vel 40. annor. in §. præscriptio*, Ricc. *Collect.* 285. 780. & 3840.

4 Actio ciuilis descendens ex delicto durat 30. annis sicut aliæ personales, licèt criminalis duret tantum 20. annis, *l. querelam, C. de fals.* Clar. *§. fin. quæst.* 51. Guaz. *def. 2. cap. 2. num. 25. dixi in §. accusatio num.* 11.

5 Actio communi diuidundo an præscribatur, & qualiter, vide Pract. Papp. *libel. pro hered. vel re sing. diuid. glos. 1. num. 7.* Ias. *instit. de act. §. quadam num.* 32. Oinot. *in d. §. quadam num. 67. & seqq.* plura de huiusmodi actione, Paul. Christin. *decis. Belg. 179. cum pluribus seqq. vol. 2.* Rot. *part. 9. recent. decis. 241. num. 1.* vbi de illius requisitis.

De actione pro socio qualiter, quando, & ad quid competat inter socios, latè Alex. Tromber. *in tract. de societ. cap. 12. per tot.*

6 Actio ciuilis, & criminalis potest cumulari incidenter, & in consequentiam, non verò æquè principaliter, & postquam actum fuit vna via, potest agi altera dummodò petitio tendat ad diuersa, Marant. *part. 4. distinct. 1. num. 6. 9. & 28.* Thes. *decis. 18. per tot.* plenè Farinac. *quæst. 100. cap. 3. n. 119. & seqq. per tot. vide §. cumulatio, & §. dolus*, plenè Sanfelic. *decis. 72. per tot.* vbi cumulationis actionum materiam magistraliter, & diffusè pertractat.

7 Actioni ciuili qualiter præiudicetur per criminalem, vel è contra, vide Clar. *§. fin. quæst.* 2. Marant. *part. 4. distinct. 1. num.* 9. Gratian. *discept. forens. cap. 144. num. 63. vide in §. causa, & dixi in mea Pract. §. Causæ nu. 27. & seqq.* vbi alios allegaui.

8 Actio, quæ pro re immobili competit, numeratur inter immobilia, & quæ pro mobili inter mobilia, & ideò in eius alienatione, & cessione requiritur eadem solemnitas, quæ in rebus ipsis, pro quibus competit, Addit. ad Pract. Papp. *for. act. real. glos. veris, & legitimis*, vide latè Montan. *de tut. cap. 33. num. 150. & seqq. ad 166. fol. mihi* 140. Paul. Christin. *decis. Belgic. 6. volum. 2. & decis. 176. num. 1. volum. 3. & ad leg. municip. tit. 16. art. 39. num. 11. &c.* latè Vasquez *de success. lib. 1. §. 10. num.* 72. Olea *de cess. iur. tit. 2. quæst. 1. num. 28. &c. vide in §. cessio num.* 49. Rot. *part. 9. diuers. lib. 2. decis. 209. num. 1. &c.* vbi videtur sentire, quòd possit remitti sine solemnitatibus, tamquam ius quærendum, circa quod potest Prælatus Ecclesiæ præiudicare, & dixi *in §. Statutum requirens certam solemnitatem num. 6. &c.*

9 Et quando habens actionem ad rem videatur ipsam rem habere ad effectum, vt sibi competat retractus, vide Magon. *decis. Flor. 28. num. 4. & seqq.* Card. Tusch. *litt. A. concl.* 108.

Actiones ex delicto non transeunt ad hæredes ante litem contestatam, nisi quatenus ad eos peruenerit, post verò contestationem transeunt, Bald. *in l. vn. C. ex delic. def.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 22. vol.* 3. Caldas Pereyra *tract. de delict. defunct. fol. mihi 161. &c. vide in §. Hæres, & §. Mors*, & quando transeunt intellige de pœna pecuniaria, & quando defunctus per veras probationes, & non ex contumacia conuincitur de delicto, ac postea ipsis hæredibus citatis, Capyc. *decis. 155. num.* 27. Petr. Cabal. *resol. crim. cas. 298. per tot. vide in §. Hæres num. 55. §. Mors n. 3. & in mea Pract. §. Eredi num. 7. & §. Morte num.* 3. vbi alios citaui Paul. Christin. *decis. Belgic. 400. num. 26. & seqq. & num. 7. & seqq. volum.* 1. vbi plenè de hac materia, *d. decis. 22. volum.* 3.

Quid si pœna sit ipso iure imposita, Magon. *decis. Flor. 16. num. 48. & 49.* vbi quòd tunc transit ad hæredes, vide *in §. confiscatio num.* 15.

10 Actio personalis potest intentari etiam contra hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, non tamen vt eorum persona detineatur, sed vt bona inuentariata consignent, de quo dixi in §. *Hæres*, & vide Scanarol. *de visit. Carcer. lib. 3. §. 10. cap. 4. num. 13. fol.* 558. vbi quòd solent citari, ad reddendam rationem, aliàs videndum relaxari mandatum etiam contra bona propria, & personas.

Quòd actio personalis non detur contra singulares successores, cùm non rem, sed personam sequatur, & an aliquo casu in subsidium detur, Rot. post Pacif. de Saluian. *decis. 178. num. 21. &c. decis. 179. num. 4. &c. decis. 260. num. 11. &c.*

Datur tamen quando est in rem scripta, & quæ talis dicatur, Martha *vot. Pis. 49. per tot.*

11 Actio datur tertio absenti ex stipulatione alterius propter suum interesse, Gratian. *discept. forens. cap. 49. per tot. & cap. 946. num.* 6. Genu. *de verb. enunciat. lib. 2. quæst. 1. num. 19. & seqq. ad* 32. Rot. *in Leodien. pecuniaria 28. Iunij 1647. coram Bichio post Oleam de cess. iur. decis.* 7. vbi quòd creditor, in cuius gratiam fuit facta accolatio, licet ipse fuerit absens, nec pro eo fuerit stipulatum potest de æquitate agere contra accolatorem propter suum interesse pecuniarium, & vide *in §. stipulatio num. 12. & §. absens num.* 13. Marcian. *disput. forens. cap. 51. per tot. & cap. 52. per tot.* vbi latè in contrarium, latè etiam ad hoc propositum Salgad. *in Labyrint. credit. part.* 2.

part.2.cap.26.per tot. vbi multa hinc inde, & videtur contrarium concludere, cum aliquibus limitationibus, Martha *vot. Pis.*48. Olea *de ceſs. iur. tit.*4. *quæſt.* 9. *num.* 28. *& ſeqq. per tot.*

Quòd non competat ei, qui in ſtipulatione non eſt nominatus, niſi mediante ceſſione, idem Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*723. *num.*1. *vide §. Notarius, §. Donatio*, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*471. *num.*7. 8. *&* 9.

Et quòd inſtrumentum proſit illi tantùm, qui rogauit Notarium, & non alijs, tamquam res inter alios acta, Surd. *deciſ.*209. *num.*9. *&c.* Rot. *d. deciſ.*471.

Quòd ſtante iuramento, & ſtipulatione Notarij fauore omnium, quorum intereſt, quæratur actio abſenti, etiam ſine ceſſione, Ludouiſ. *deciſ.* 97. *per tot.* cum Annot. Beltram. Michalor. *de fratr. part.*2. *cap.*8. *num.*15. *& ſeqq.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 280. vbi idem ſtante obligatione Camerali.

12 Actiones qualiter confundantur per aditionem hæreditatis, & qualiter conſeruentur, vel reuiuiſcant, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 203. *&* 204. *per tot. vide in §. hypotheca, §. hæres, & §. obligatio*, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.* 373. *num.* 27. *& ſeqq.* Pacif. de Saluian. *inſpect.*5. *cap.* 1. *num.* 131. *& num.* 141. *& ſeqq.* Mangil. *de imput. quæſt.* 17. *num.* 18. *& ſeqq. & de euict. quæſt.*49. *per tot.*

13 Actio de dolo quanto tempore duret, & an agens teneatur allegare tempus doli commiſſi, *l. fin. C. de dolo malo*, Gratian. *diſcept.*798. *num.*4. *vide §. Dolus*.

Quòd ceſſet vbi competit aliud remedium etiam extraordinarium, Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.* 48. *num.* 25. *quæſt.* 55. *num.*7. *quæſt.*84. *num.* 30. *vide in §. Dolus num.* 14. vbi benè declaraui plures allegando.

14 Actio realis poteſt intentari tam in loco rei hypothecatæ, quàm in loco domicilij, vide Tiraquel. *de retract. conſang. §.*8. *gloſ.*5. *num.* 11. *&* 12. Gratian. *diſcept.* 911. *num.* 30. *& cap.*181. *num.*30. Franch. *deciſ.*177. *per tot. & dixi in §. Actor num.*4. *& §. Forenſis num.* 9. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 118. *num.*3. vbi videtur intelligere quando etiam reus ibi reperitur, *& part.* 13. *deciſ.*364. *num.*5. vbi dummodò ibi reperiatur poſſeſſor, vel eius procurator.

Plura de actione reali Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*165. 173. *&* 174. *vol.*2. *& dixi in §. Res num.* 13.

15 Actio de dote communis eſt patri, & filiæ, & ideò ſine conſenſu filiæ non poteſt per patrem exerceri, ſicut è contra nec per filiam inſcio patre, vel reluctante, qui conſenſus requiritur in conteſtatione litis, & ſi pater ſit perſona turpis, & dilapidator, non tenetur filia illi dotem exigenti conſentire, ſi verò ſit perſona honeſta, & filia leuis, admodum iuuenis, vel latitans, & ſine cauſa conſentire recuſans, poteſt de ſe arbitrio iudicis exigere, Menoch. *de arbitr. caſ.* 242. *per tot.* vide *§. filia, & §. Pater*, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*290. *num.* 9. *&c.* vbi quòd dos à patre profecta, ſoluto matrimonio per mortem viri ad eumdem patrem reuertitur, etiam ſuper exiſtentibus filijs, vide *in §. Dos num.*19.

Qualiter actio de dote ſit communis patri, & filiæ, niſi ſit ſtipulata pro filia, vel hæredibus, & quando acquiratur etiam genere, Merlin. *de legit. lib.*2. *tit.*2. *quæſt.*13. *num.* 18. *& lib.*3. *tit.*1. *quæſt.*9. *num.*34.

An autem actio, ſiue ius repetendi dotem competens mulieri ſoluto matrimonio, vel ob vergentiam viri ad inopiam poſſit alteri cedi, Olea *de ceſſ. iur. tit.* 3. *quæſt.* 7. *per tot.*

Quòd actio de dote per aſſignationem bonorum non extinguatur, ſed remaneat illæſa, & priuilegiata in tempore, & hypothecata fauore dotis, *l. qui res* 98. vbi Bart. *num.*2. *ff. de ſolut.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*349. *num.*3.

16 Actio vtilis an, & quando tranſeat ſine ceſſione, vel potius requiratur ceſſio ad illam transferendam in creditorem, cui fuit nomen debitoris obligatum, vide Altograd. *conſ.*37. *num.*33. *lib.* 1. *& §. Nomen*, plenè Olea *de ceſſ. iur. tit.* 4. *per tot.* vbi enumerat plures caſus in quibus actio ſine ceſſione transferatur de vna perſona ad aliam.

17 Actio tutelæ, vel Curæ non competit niſi finita tutela, vel cura, intelligendo pro vniuerſali redditione rationis, & quando tutela, vel cura fuit valida, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*283. *num.*11. latè de hac actione, & quænam in ea veniant, Montan. *de tut. cap.*39. *num.*225. *& ſeqq. per tot. fol.* 202. *&c.* vide *§. Tutor*, Baltaſ. Thomaſ. *tract. de tut. & curat. in multis locis*.

18 Actio tutelæ competit etiam hæredibus pupilli, & contra hæredes tutoris, niſi eſſet pœnalis, vel niſi ageretur de dolo, & lata culpa, quia tunc non datur contra hæredes, niſi lucrum captauerint, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 78. *& ſeqq. ad* 93. Dian. *part.*11. *tract.* 7. *reſol.*49. vbi refert diuerſas opiniones, & argumenta an hæredes tutoris teneantur de culpa.

19 Actio tutelæ contraria competit tutori, vel curatori, ſeu pro talibus ſe gerenti, ac illorum hæredibus ad repetendum quicquid de proprio bona fide arrogauerint in administratione, Montan. *de tut. cap.* 40. *per tot. fol.* 211. vide *§. hypotheca num.* 18. *& §. tutor num.* 44. Paul. Chriſtin. *deciſ.*161. *&* 169. *vol.*3. Rot. *art.* 11. *recent. deciſ.* 158. *n.* 9. *&c.* ſæpè Baltaſ. Thomaſ. *in tract. de tut. & curat. præcipuè tit.* 37.

20 Actiones, & iura, ſiue nomina debitorum an circumſcribantur loco, & in cuius perſona dicantur reſidere, an ſcilicet creditoris, vel debitoris, & de cuius loco eſſe dicantur ad plures effectus, vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*252. *vol.*1. & dixi *in §. nomen num.*3. *& ſeqq.* idem Chriſtin. *deciſ.*60. *&* 61. *vol.*2. *& ad municip. tit.*16. *art.*39.

Cuius loci conſuetudines ſequatur, & alia idem Chriſtin. *deciſ.*5. *vol.*2. *alios allegaui in §. ſtatutum excludens num.* 21. *in fine*, Merlin. *deciſ.*828. *num.*15. *& ſeqq.*

An veniant appellatione bonorum, & quando, licèt ſit adiecta loci demonſtratio, vel qualitas mobilium, vel immobilium, Merlin. *deciſ.*586. *num.*5. *&c. vide in §. bona n.*1. Olea *de ceſſ. iur. tit.*2. *quæſt.*1. *num.*15. *& ſeqq.*

21 Actio negotiorum geſtorum quid ſit, quando competat, vel non, & alia vide *tot. tit. C. de negot. geſt.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*112. *&* 113. *volum.*2. facit quod dixi *in §. adminiſtrator*, Ricc. *Collect.*3021. *&* 3224. Thomat. *deciſ.*108. *num.*12.

Quòd actio negotiorum geſtorum ſit contraria actioni mandati, quia prima ex nullo contractu oritur aliquo non exiſtente mandato; altera verò ex contractu, & obligatione procedit: & licèt in actione negotiorum geſtorum ſufficiat vtiliter actum fuiſſe negotium ab initio, & ſic vtiliter cœptum quando vtilitas deſinit ſine facto agentis, ne agens ſit in damno ſine culpa ſua, ſecùs tamen ſi vtilitas deficiat ex facto, & omiſſione gerentis, quia tunc ceſſante vtilitate domini, ceſſat actio negotiorum geſtorum, vt latè probat, & declarat Rot. *part.*18. *recent. tom.* 2. *deciſ.* 813. *n.* 26. *& ſeqq. per tot.*

Qualiter actio negotiorum geſtorum, vel mandati competat fideiuſſori ad repetendum quicquid ſoluerit pro ſuo principali, etiamſi de eius obligatione non appareat, Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 222. *per tot.* vide *in §. fideiuſſor num.*27.

22 Actio ſubſidiaria non datur, niſi quando aliundè parti conſultum eſſe non poteſt, & ſic quando omnes aliæ actiones deficiunt, & alia plura de hac materia, Coſta *tract. de remed. ſubſidiar. per tot.* Rota *part.* 9. *recent. deciſ.* 147. *per tot.*

23 Actio perſonalis quando ad rem conſequendam dirigitur, an, & quomodo inducat vitium litigioſi, Marcian. *diſput. for. cap.*42. *per tot.*

Plura an, & quando inducatur vitium litigioſi, vel non, & quid operetur, dixi *in §. res num.*8. *& ſeqq. §. alienatio n.*8. *& ſeqq.*

24 Actio reſciſſoria quid ſit, quotuplex, à quo tempore naſcatur, quantum duret, & alia plura de hac actione, Odd. *de reſtitut. in integr. quæſt.*21. *& quæſt.* 23. *per tot. part.*1. Honufr. Cigala, & alij *in §. rurſus ex diuerſo inſtit. de act.*

De actione redhibitoria, vide *in §. venditio n.*40. *&c.*

Plura de diuerſis actionibus, quæ poſſunt in iudicio deduci ad varios effectus, latè Bertach. *in Repert. part.* 1. *verb. actio per tot.* Iaſ. Io: Criſpin. Placentin. Adamant. Dionyſ. Ludouiſ. Gomeſ. Cigala *in tract. & tit. de actionibus*, & alij paſſim.

25 Actio non datur ſine intereſſe agentis, & non ſufficit quod aliquando competierit agenti, vel opponenti, ſed neceſſe eſt vt duret de tempore oppoſitionis, *l. ſigni §. fin. ff. ad exhib.* Bart. *in l. qui autem §. illud ff. ſi quis caut.* Rom. *conſ.* 485. *num.* 18. *conſ.*499. *num.*8. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*461. *num.*21.

26 Actio inter patrem, & filium quando dari poſſit, ita vt cenſus communi nomine emptus, vtrique pro medietate acquiratur, vide Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 24. *per tot.* vbi etiam ex quibus filius dicatur emancipatus, & dixi *in §. lis num.*5. *§. emancipatio num.*4.

Actio quid, & quotuplex sit, de modo agendi, & alia, Laurent. Vtsel. *conclus.33. per tot.*

27 De aliquibus actionibus particularibus, Thoro *Compend. decis. Neap. tom.1. verb. Actio, & tom.3. eod. verb.* & plura remissiuè Ægid. de Castelon. *in Alphabet. Iurid. verb. Actor, Actio, & Agere.*

28 Materia actionum in vniuersum per quos tractetur, ac de pluribus actionibus particularibus remissiuè, Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. leg. part.4. fol.24. & seqq.*

29 Actio quælibet competens actori censetur intentata ex clausulis salutaribus, & generalibus in fine libelli appositis, Cyriac. *controu. 21. num. 54* Rot. *decis. 135. num. 6. part. 6. recent.* Io: Torre *de success. in Maiorat. & Primog. Ital. part.3. decis.16. num.75.* & dixi ego plures allegando *in §. Clausula num.23.*

30 Actio competens vigore *l. quoties C. de donat.* quæ sub modo, an sit realis, vel personalis, & quando, Io: Torre *d. tract. part.1. cap.34. num. 138. & seqq. fol. 264.* & dixi *in §. Donatio num.37.* cum Addit. & alibi.

§. ACTOR XI.

1 ACtor dicitur ille, qui prius ad iudicium alterum prouocat aliquid sibi dari, vel adiudicari petens, grauatur onere probandi, & eo non probante, reus; & si nihil præstiterit absolui debet, tenetur tamen iurare, aut iuramentum referre, aliàs habetur pro confesso, *l. manifestæ ff. de iureiur.* Ias. *in l. admonendi num.71. in fine*, Montan. *de tut. cap.33. num.357. in fine fol. 146.* Barbos. *de Axiom. iur. Axiom.10. num. 2. & seqq.* Ricc. *Collect. 459. & 3803.* Mascard. *de probat. conclus.36. per tot.* vide §. *Iuramentum, n.11.* latè Tusch. *litt. A. conclus. 117. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belg. 88. num. 15. & seqq. volum. 2.* Merlin. *decis. 200.* vbi quòd regula actore non probante &c. procedit etiam in beneficialibus.

Quis dicatur actor, & qualiter in iudicijs duplicibus quilibet sustineat partes actoris, & rei, Merlin. *decis.350.*

An autem si actor nihil penitus probauerit, possit reo deferri iuramentum, sunt contrariæ opiniones, sed affirmatiua est magis communis Ias. *in d. l. manifestæ*, Onuor. *in §. Item si quis Instit. de act. num. 21. fol. 406.* vide Soccin. *reg.255.* Gratian. *decis. 121. per tot.* Ridolphin. *in prax. p. 1. cap.10. num. 160. & seqq.* Paul. Christin. *loc. cit. & decis. 1. num.2. vol.3.*

Quòd actor probare debeat non solum actionem, sed etiam replicationem, Altograd. *cons.53. num. 58. lib. 2.* latè Pac. Iordan. *Lucubr. volum.3. lib.14. tit.17. num. 15. & seqq. fol.267.* vbi pluribus modis ampliat, & limitat.

Quòd ad obtinendum non sufficiat actori repellere ius rei, nisi ipse de suo proprio iure doceat, nam non sequitur reus ius non habet, ergo actor obtinere debet, cùm sola possessio reum tueatur, alio in contrarium non docto per actorem, Magon. *decis. Flor.104. num.8. & decis.109. nu.4.* Rebuff. *in Prax. benef. in reg. de non toll. ius quæsit. glos. 7. per tot.* vide *in §. Exceptio de iure tertij*, Rot. *part. 9. recent. decis.253. num.10.*

Quòd reus possidens vincat ex non iure actoris, etiamsi constaret eumdem reum nullum penitus ius habere, quia non est quærendum de iure possessoris, vbi prius non constat de iure petitoris, & reo sufficit reddere dubias, & æquiuocas probationes actoris, Altograd. *cons.40. num.4. &c. lib. 2.* Sperel. *decis. 178. num. 33. & seqq.* Rot. *part. 11. recent. decis. 74. num.1.* vbi quòd reo, & possessori, quando ius suum canonizari non petit, sufficit vincere ex non iure actoris, *& part.13. decis.480. num. 6.* vbi quòd id procedit etiam in beneficialibus, *& part. 14. decis. 167. num.50. &c.*

Quæ regula procedit licèt reus in se suscepisset onus probandi, nisi spontè suscepisset sub conditione perdendi causam casu quo non probauerit Magon. *decis. Luc. 11. n. 23.* vbi Additio sequitur Rot. *part. 11. recent. decis. 187. num. 15. & 16.*

Et in dubio magis pro reo, quàm pro actore præsumi, & iudicandum esse, vide Menoch. *lib.2. præsumpt. 90. per tot.*

Quando autem actoris intentio est benè fundata, non sufficit semiplena probatio rei ad illam infringendam, vt latè declarat Rot. *part.10. recent. decis.270. per tot. & part. 6. decis.229. num.34.*

2 Actor potest eligere potius personam domini, quàm procuratoris in rem suam, si dominum putat esse legaliorem, & magis informatum, *l. si actor ff. de procur.* vbi Marant. *in repet. num. 31.* refert decem electiones creditori competens.

Quod actor habeat electionem conueniendi reum in quo foro velit, si reus plura sortiatur fora, & quomodo, Paul. Christin. *decis. Belg.160. per tot. volum. 2.* Salgad. *Labyrint. credit. part.1. cap.4. num.2. &c.*

Actor quando teneatur edere iura reo, & multa de editione, vide per Magon. *decis. Luc.5. num. 2. & seqq. ad 16.* 3
Card. Tusch. *litt. E conclus.44.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap.3. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.88. volum.2.* Merlin. *decis. 58.* Ricc. *Collect. 3429. 3309. 3794. & 3834.* Rot. *part.10. recent. decis.32.* vbi quòd actor reo, & reus actori tenentur tantùm edere iura, quibus vti volunt in iudicio, non autem ea, quibus vti nolunt, iuxta text. *in l.1. §. edenda ff. de edend.* cum ibi notatis per DD. Gait. *de credit. cap.2. tit.5. num.1066. & seqq.* vbi benè declarat vide *infr. num.24.*

Quòd actor teneatur edere reo librum suarum rationum vtcumque priuatum, & reo non mandante scriptum, Genua *de script. priuat. lib.4. tit. de lib. rat. num. 149. fol. 200.* vbi etiam quid si fuerit amissus, de qua amissione dixi *in §. Amissio*, Ridolphin. *loc. cit. num.63. & seqq.* Rot. *part. 11. recent. decis.237. per tot.*

Actorem autem non posse regulariter petere vt sibi à reo edantur iura, & instrumenta, cùm ipse venire debeat paratus, & arma non sint sumenda de domo rei, nisi in certis casibus, vide latè Menoch. *de Arbitr. cas. 499. per tot.* Peregrin. *decis.66.* Genua *de script. priuat. lib.4. tit. de lib. rat. num.140. & seqq. fol.199.* Ridolphin. *loc. cit. num.43. & seqq.* vbi quòd probata existentia, & interesse petentis, tenetur etiam reus edere iura actori de æquitate canonica, quam dicit seruare Rotam, limitando tamen pluribus modis, vt ibidem.

Edere autem nil aliud importat, quàm codices ostendere, & copiam legendi, vel describendi facere, non autem realiter tradere, Rot. per Farinac. *decis. 767. num. 2. &c.* Genua *de script. priuat. lib. 4. tit. de lib. administr. num. 7. & 8. fol.213.* & plura de editione instrumentorum, & scripturarum, vide summatim per Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib.14. tit.20. num.372. & seqq. ad 405. fol.414.* Rot. *part.10. recent. decis.70. per tot.* dixi in §. *Liber num.31. & seqq. & §. Instrumentum num.20. §. Fiscus num.23.* Ridolphin. *in prax. part.2. cap.3. per tot. vbi etiam num. 76.* qualiter contumax in exhibendo præsumatur in dolo, & possit contra eum in litem iurari, & facit Rot. *part.10. recent. decis.332. n.12. & seqq.*

Actor regulariter tenetur sequi forum rei, Gratian. *discept. forens. cap.795. num.16.* Barbos. *de Axiom. iur. Axiom. 10. num. 1.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 13. tit.8. num. 267. &c. fol. 95.* Card. Tusch. *litt. A. conclus. 122.* Cabal. *cons. decis. 177. lib. 1.* vbi quòd quando reus est Clericus, actor non habet electionem illum conueniendi in loco bonorum, sed tenetur sequi forum ipsius Clerici conuenti. 4

Nisi natura actionis aliter postulet, vt quia sit realis, quia tunc dirigi potest contra bona coram Iudice, vbi sunt sita; dummodò possessor ibi reperiatur, vel eius procurator, Castr. & alij *in l. fin. C. vbi in rem actio*, Rot. *in Auximana census 10. Martij 1636. num. 5. &c. coram Ghislerio*, Sanfelic. *in Praxi sect. 12.* Soccin. *reg.15.* Franch. *decis.177. & 389.* Pac. Iordan. *d. tit. 8. num. 250. & seqq. fol. 94.* Paul. Christin. *decis.171. num.20. volum.5.* vbi quòd est in electione actoris, cùm possit agere etiam in loco domicilij ipsius rei, Rot. *part.12. recent. decis.118. num.3.* vbi quando reus ibi reperitur, vide Alex. Trentacinq. *var. resol. tit. de act. lib.2. resol.4. per tot.* vbi pluribus modis declarat. & latè in Motiuis Rotæ Florentinæ sub die 4. Februarij 1608. in causa D. Marchionis Riarij, vbi an sit necesse quòd reus conuentus, vel eius procurator reperiatur in loco, & an procedat quoad mobilia.

Limita dictam regulam de actore sequente forum rei 52. modis per Specul. *tit. de compet. iud. adito §. generaliter n. 1. & seqq.* vt refert Duen. *reg.21. in fine*, Soc. *reg.10.* Tusch. *lit. A. concl.122.* vide plenè Ricc. *Collect. 366. 1930. 3298. 2277. & 3883.* Marcel. Cala *de modo art. & prob. §.1. glos. 1. n. 43. & seqq.* Rot. *Florent. in Mot. citat. apud me in Repertorio eximij I. V. D.* D. Petri Francisci de Baldis *in verb. Actor. fol. 12.*

Item

Item limita in cauſa ſequeſtri, vt per Rot. *Florent. lib. mot.* 80. *à cap.* 543. & dixi *in meis reſol. cap.* 92. *num.* 37.

Item limita in ciuibus Florentinis, qui habent priuilegium trahendi quemcumque de diſtrictu, & Comitatu Florentiæ coram Rectore ciuitatis, *vt in lib.* 4. *ſtat. Rub.* 34. teſtatur Magon. *deciſ. Flor.* 60. *num.* 3. *& ego dixi in cap.* 92. *num.* 38. *& melius in mea Pract.* §. *Cittadini num.* 6. *&c. & in* §. *Statuti num.* 74. *in hoc opere* §. *Ciuis num.* 6.

An autem mulieres extra territorium nuptæ retineant dictum priuilegium trahendi alios ad forum Ciuitatis ſuæ originis, vide Franch. *deciſ.* 416. vbi loquendo de mulieribus Neapolitanis, quæ habent idem priuilegium, concludere videtur, vt illud amittant nubendo extra territorium; & fiant de domicilio, & foro mariti, facit quod dixi in mea *Pract.* §. *Donne num.* 1. *& ſeqq.* vbi qualiter priuentur etiam iure ſuccedendi.

Reliqua circa dictam regulam de Actore ſequente forum rei, quando procedat, vel non, dixi *in* §. *Actio num.* 14. §. *Ciuis num...* §. *Debitor num...* §. *Eccleſia num...* & §. *Forum num.* 1. *&c. ſupra num.* 2.

Ceſſat etiam dicta regula, quando forum rei non extat, vel ſi extat, negligit iuſtitiam miniſtrare, nam tunc ex defectu iuſtitiæ ſæcularis poteſt haberi recurſus ad iudices Eccleſiaſticos etiam inter & contra laicos, cùm poſſint iudices Eccleſiaſtici ſupplere defectum, vel negligentiam iudicum ſæcularium, vt benè probat Ciarlin. *contr.* 56. *per tot. vide in* §. *Iudex num.* 31. *in fine*, vbi quòd non eſt idem è contra, & aduertit etiam Ciarlin. *loc. cit. num.* 5. dixi *in* §. *Clericus num.* 65.

5 Actor, cuius culpa fuerit inſtantia perempta, ſi obtineat ſpiritus inſufflationem à Principe, non auditur niſi prius refectis expenſis, Boer. *deciſ.* 247. *num.* 11. Afin. *in Prax.* §. 2. *cap.* 16. *num.* 10. Marant. *part.* 5. *num.* 32. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 33. *num.* 52. Magon. *deciſ. Flor.* 31. *num.* 1. Idem eſſe in renunciante liti, dixi *in* §. *Renunciatio num...*

Et licèt poſtea obtinuerit in cauſa cum condemnatione aduerſarij in expenſis, non recuperat huiuſmodi expenſas contumaciales reo refectas, Franch. *deciſ.* 331.

Si tamen dolo aduerſarij inſtantia ſit perempta ab eo ſunt ſoluendæ expenſæ, Gratian. *deciſ.* 120. *num.* 11. *&c.*

Limita dictam regulam in minore, Marant. *vbi ſupra num.* 35. Theſaur. *deciſ.* 9. *per tot.* & vide *in* §. *Contumax num...* & §. *Expenſæ num...*

Quòd expenſæ ſint reficiendæ intellige quando inſufflatio ſit ad inſtantiam actoris, qui fuit in mora proſequendi iudicium, ſecus autem ſi fiat ad inſtantiam rei conuenti, quia tunc ipſe reus non tenetur reficere expenſas cùm in eo non poſſit mora conſiderari, Gramar. *deciſ.* 91. Ricc. *Collect.* 2049.

6 Actor (quicquid ſit de ſtricto iure) non tenetur ex conſuetudine generali præſtare fideiuſſionem de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo in cauſa reconuentionis, vt teſtatur Rot. Rom. *in Veneta Pecuniaria* 11. *Iunij* 1605. *coram Penia de Viſit. Carcer. in Appendice deciſ.* 16. *num.* 4. *&* 5. vbi allegantur concordantes deciſiones. *Vide in* §. *Forenſis num...* & §. *Clericus num.* 25. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 253. *vol.* 1. vbi an poſſit cogi ad ſatiſdandum pro expenſis, & proſequenda lite, & videtur negatiuè concludere in actore proprio nomine agente, attenta dicta conſuetudine, niſi aliter ſit cautum per ſtatuta. Alia de hac materia ſatiſdationis in iudicio, idem Chriſtin. *deciſ.* 145. *vol.* 2.

7 Actor in Actione reali, ſi reus conuentus neget poſſidere, mittendus eſt in poſſeſſionem rei petitæ quoad præiudicium ipſius conuenti tantùm, Pract. Papp. *Act. hypoth. gloſ. ex memoratis cauſis num.* 2. Surd. *deciſ.* 237. *per tot.* vbi quòd nec ruſticus excuſatur à pœna huiuſmodi negationis, vide Gabriel. *comm. concl. tit. de acquir. poſſeſ. concl.* 5. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 220. *&c. fol.* 179. *& dixi in meis reſol. cap.* 44. *num.* 18. & in hoc Opere §. *Negatiua num.* 1. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 20. *&c.* Ricc. *Collect.* 210. Borgn. *deciſ.* 7. *num.* 29.

8 Actor in actione hypothecaria quę probare debeat, Pract. Papp. *Act. hypoth. gloſ. ex memoratis cauſis*, Afflict. *deciſ.* 383. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 261. *nu.* 30. & diſponunt ſtatuta in multis locis, prout Mutilianæ *Rub.* 6. *lib.* 2. facit quod dixi *in* §. *Extremum*, §. *Hypotheca*, §. *Saluianum*, & alibi latè Peregr. *deciſ. Pat.* 48. *per tot.* Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 597. *&* 600. *&c. &* 699. *& ſeqq. &* 788. *& ſeqq.* vbi quæ in Saluiano.

9 Actor ex vna Cauſa, ſi probet de alia ſuccumbit, puta ſi agat ex teſtamento, & probet ab inteſtato, vel è contra, Alex. *in l. ſi ita ſtipulatus* §. *Chriſogonus ff. de verb. oblig.* quam regulam dupliciter limitat Marant. *in l. is poteſt ff. de acquir. hered. num.* 191. *& ſeqq.* Magon. *deciſ. Flor.* 2. *num.* 13. vbi videtur contrarium tenere propter clauſulas libelli ſalutares; vide tamen eumdem *d. deciſ.* 2. *num.* 31. *deciſ.* 10. *num.* 4. *&* 5. *deciſ.* 104. *num.* 21. *&c. & deciſ.* 117. *num.* 50. *& ſeqq.* vbi dictam regulam ſequitur, nec iuuare dictas clauſulas propter contrarietatem quando actor certæ cauſæ ſe adſtrinxit, vide §. *Clauſula num.* 23. latè Card. Tuſch. *litt. A. concl.* 243. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 269. *num.* 4. *&* 5. vbi dictam regulam ſimpliciter ſequitur, & illam comprobat Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 30. *&c.* vbi etiam ſi iudicetur veritate comperta.

Vbi tamen proceditur ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, petens plus debito, vel agens ex vna cauſa, & minus probans, vel ex diuerſa cauſa, obtinere debet pro ſumma verè debita, & ex cauſa probata, Guid. Pap. *deciſ.* 27. Altograd. *conſ.* 45. *num.* 61. *lib.* 2. Aſin. *in Prax.* §. 3. *cap.* 5. *num.* 2. *& cap.* 6. *num.* 1. *& ſeqq.* latè probat Vrceol. *Conſult. Forenſ. cap.* 43. *per tot. cum Addit.* vbi quòd idem eſt in executiuis, vel vigore clauſularum ſalutarium libelli, & citat meas *reſolut. cap.* 22. *num.* 32. & contrarias procedere in cauſis ordinarijs, & quid ſi prius egerit via ordinaria an poſſit redire ad executiuam, vide *in* §. *Creditor*, & §. *Executio*, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 118. *num.* 10. *&c.* vbi quòd vigore clauſularum ſalutarium libelli poteſt ferri ſententia ſuper omnibus deductis, & probatis in diſcurſu cauſæ, licèt ab initio non petitis.

Quòd falſa cauſa in libello expreſſa vitiet libellum, ita vt etiamſi in proceſſu conſtet de alia cauſa, non poſſit ſequi condemnatio, ſed debeat reus abſolui ab obſeruatione iudicij; ſaluo actori in iure melius agendi, (intelligendo pro vt ſupra in cauſis ordinarijs) Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 3. *num.* 19. *fol.* 135. vide Tuſch. *d. concl.* 243. *per tot.*

Sed quod agens ex vna cauſa, & probans de alia, ſi ſit in poſſeſſione rei debeat obtinere, ſicut etiam in iudicijs ſummarijs, idem Iordan. *d. lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 217. *fol.* 179.

Agens vigore teſtamenti, quod appareat minus ſolemne, ſi ſuccumbat poteſt venire ab inteſtato ſi ſit proximior, eligendo enim viam incompetentem non videtur renunciare competenti, Marant. *in repet. l. is poteſt ff. de acquir. hæred. num.* 186. Afflict. *deciſ.* 53. Magon. *deciſ. Luc.* 32. *num.* 10. *& num.* 39. *&c.* vbi aditio, vide Gabriel. *com. concl. tit. de act. concl.* 3. *per tot.* vbi firmat regulam contrariam, quam pluribus modis declarat.

Agens vigore *l. diffamari C. de ingen. & manum.* eſt 11
actor, & non reus, ac forum rei ſequi debet, & probare iactationes, Afflict. *deciſ.* 268. & quoad iactationes probandas, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 686. *num.* 11. Hieron. *tract. de reſtit. in integr. de neg. quæſt.* 26. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi benè omnia comprobat, allegando vltra 66. Doctores tenentes contra Afflictum, & Clericos, vt poſſit diffamatus illos trahere ad ſuum iudicem laicum, & *quæſt.* 27. *per tot.* vbi alia plura in materia *l. diffamari C. de ingen. & manum.* de qua etiam *quæſt.* 28. *per tot. & dixi in* §. *Diſpoſitio num.* 11. & §. *Remedium num.* 39.

Contrarium tamen quicquid dicat Afflict. tenent alij communiter, cùm per accidens ſit actor, ſed in veritate reus, ac rei comodum obtineat vt in dubio ſit abſoluendus, quia licèt actoris vice fungatur quoad probandas iactationes, cùm tamen nihil ſibi dari, aut adiudicari petat, ac inſpecto cauſæ principio, & naturali origine, pro reo eſt habendus, & iudicandus, ita vt poſſit ſuum Iudicem, & non diffamantis adire, & ſic etiam Clericum, imò & Epiſcopum ad Iudicem laicum trahere, quaſi hoc remedium exceptionem intrinſecus, non actionem contineat, Capyc. *deciſ.* 18. Franch. *deciſ.* 385. *& deciſ.* 657. *per tot.* Menoch. *de Arbitr. caſ.* 98. *num.* 7. Mynſinger. *obſer.* 90. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 85. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 98. *num.* 25. *& ſeqq. per tot. volum.* 1. vbi quòd ideò etiam excommunicatus poteſt dicto remedio vti, *& deciſ.* 153. *num.* 11. *&* 12. *volum.* 2. Merlin. *deciſ.* 451. *num.* 6. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 7. *& ſeqq.* Ciarlin. *controu.* 34. *num.* 4. *&c.* Sanfelic. *deciſ.* 168. *per tot. & deciſ.* 379. *cum Addit.* vbi idem firmat in nunciante nouum opus, ſed cum diſtinctione, de qua *in* §. *Nunciatio*, Duran. *deciſ.* 60. *num.* 12. *& ſeqq.* & irrefragabilem apud omnes ſententiam eſſe dicit Fabrit. Pontirol. in eius elegantiſſimo reſponſo pro Mambellis *num.* 610. *verſ.*

Nec fluent fortasse fol. 179. Cæsenæ impresso de anno 1645. ac latè probat Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 51. *& seqq. per tot.* vbi etiam ponit formulam actorum, & si diffamatus habeat plures iudices competentes, coram quo sit causa peragenda, latè Fontanell. *decis.* 328. *& seqq.* Carol. Tapi. *decis.* 37. *num.* 7.

Quòd agens hoc remedio partes rei obtineat, non procedit quando fuit intentatum à non possidente contra possidentem, quia tunc dicitur actor, & non reus, Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 500. *num.* 12. *& part.* 13. *decis.* 56. *num.* 1.

Florentiæ adest lex publicata sub die 23. Ianuarij 1572. qua cauetur remedium diffamationis huiusmodi, quoad iudicium, & causam principalem nullam inducere præuentionem, siue litis pendentiam, vel aliud præiudicium creditori diffamanti, quin si agere voluerit intra terminum sibi præfixum, habeat electionem fori, alias sibi tamquam actori competentem, siue de iure communi, siue ex forma Statutorum Communis Florentiæ, adeò quòd si suam petitionem fecerit coram Iudice competente, casset prorsus remedium diffamationis intentatum, *de quo dixi in mea Pract.* §. *Libelli num.* 1. *& seqq. &* §. *Actori*.

Quòd remedium *d. l. diffamari* non habeat locum in tutibus de futuro, quasi nemo teneatur ante tempus agere, vide Franch. *decis.* 695. *num.* 6. *&c.*

Et quòd non competat nisi ei, qui possidet, Boer. *decis.* 256. *num.* 10. *& per tot.* Merlin. *decis.* 144. *num.* 4. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 339. *num.* 8. Rot. post Marchesan. *part.* 1. *de commiss. super Eugeniana decis.* 1. *num.* 2. Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 178.

Quòd dictum remedium competat tam in ciuilibus causis, quàm in criminalibus, in possessorio, in petitorio, in actionibus realibus, in personalibus, in matrimonialibus, feudalibus, & huiusmodi, Ridolphin. *d. cap.* 3. *num.* 72. *& seqq.* Franch. *decis.* 657. *num.* 2. Gomez. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 1. *de delictis num.* 17. Gabriel. *com. concl. tit. de act. conclus.* 6. Gonzal. de Paz. *in praxi tom.* 3. *cap.* 9. §. 1. *num.* 1. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 379.

12 Agens dicto remedio *l. diffamari* petere debet vt à Iudice cogantur diffamantes intra certum tempus, actionem, vel ius quod habent in iudicium deducere, cum cominatione perpetui silentij, nisi infra præfinitum tempus egerint, & postea repetita dicta cominatione, accusataque contumacia, & præmissa specificatione ad sententiam, obtinere decretum à Iudice, ipsos diffamantes de cætero non audiendos, vt benè docent ad practicam Gabriel. *de Act. conclus.* 6. Marant. *distinct.* 21. *part.* 4. Boer. *decis.* 255. *num.* 10. Scacc. *in Prax. part.* 1. *cap.* 34. *num.* 37. *& seqq.* aliique plures relati per Pontirol. *d. Respons. num.* 610. *vers. Prioris inquam cum duobus seqq. fol.* 177. vbi pulchrè latè etiam videndus Ridolph. *in prax. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 79. *& seqq.* vbi cumulat plura requisita vt dicto remedio locus esse possit, & in fine quòd à sententia desuper lata datur appellatio, Rota *part.* 16. *recent. decis.* 282. vbi quòd post rem iudicatam non potest amplius creditum aliquo modo deduci, *& part.* 18. *decis.*... vbi de requisitis probandis ad obtinendum in dicto remedio.

13 Agens vigore *d. l. diffamari* debet saltem summariè de prætensa diffamatione docere, aliàs in expensis condemnatur, sufficit tamen extraiudicialis iactatio, & nisi calumnia, vel iniuria diffamatori possit impingi, cessat hoc remedium impositionis perpetui silentij, cùm habenti bona iura non possit, nec debeat imponi, vndè DD. tradunt cautelam, vt tale remedium cumuletur cum alio prodito ex *l. si contendat* 29. *ff. de fideiuss.* quo mediante qui exceptione aliqua se præmunitum credit, potest non expectato actoris iudicio, principaliter iudicem adire, illiusque officium implorare, vt sibi exceptionem competere pronunciet, & consequenter se ab actione, quæ aduersario competebat, vel aliqua ratione competere poterat omnino liberum esse, & in hoc vltimo non est necessaria aliqua diffamatio, sicuti perbellè, & egregiè multorum auctoritate, docet Pontirol. *in d. Respons. num.* 610. *vers. Iniquissime autem, & seqq. fol.* 178. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 7. *& seqq.* Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 8. *per tot.* vbi etiam an dicta remedia inducant præuentionem, Franch. *decis.* 385. *& decis.* 657. Scacc. *vbi supra num.* 41. *&c.* Couar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 3. Benintend. *decis.* 66. Vrsil. ad Afflict. *decis.* 264. Merlin. *decis.* 144. *& decis.* 361. vbi de iactatione probanda, Card. Tusch. *litt. E. conclus.* 414. Aret. *in Rub. Instit. de except. num.* 33. *&c.* vide Ridolphin. *d. cap.* 3. *num.* 97. *& seqq. per tot.* vbi refert plures casus, in quibus non est opus probare diffamationem, & potest quis agere inuitus compelli; qualiter differant inter se dicta duo remedia, & alia notabilia.

Agens vigore *d. l. diffamari &c.* Fontanell. *decis.* 328. *& seqq.* vbi quòd ex dictis remedijs exceptionem, & non actionem continentibus, possunt laici trahere personas Ecclesiasticas ad forum sæculare, & ab eorum molestijs liberari. De istis remedijs, & an inducant præuentionem, Tondut. *de præuent. cap.* 8. *part.* 1.

Quòd commissa causa super iactationibus, & molestijs, possit iudex pronunciare etiam in petitorio, & super meritis, tamquam super connexis, & consequentibus iudicij introducti, ex *l. diffamari*, Merlin. *decis.* 745. *num.* 4. *&c.*

14 Agens possessoria hæreditatis petitione ipsam bonorum possessionem agnouisse dicitur, quia qui vult consequens, vult omne necessarium antecedens, Alex. Dec. Cagnol. & alij *in Rub. C. qui admitti*, Fachin. *contr. iur. cap.* 34. *lib.* 3. Mantic. *de coniect. lib.* 12. *tit.* 9. *num.* 14. *&c.*

15 Agens contra aliquem tamquam hæredem alterius etiam filium, tenetur probare illum esse talem, aliàs succumbit, ita vt nec sufficiat quòd reus conuentus suscipiat in se iudicium, quamuis secundùm aliquos videatur hoc sufficere, Gratian. *discept. forens. cap.* 150. *num.* 18. dixi *in* §. *Filius num.*... *&* §. *Executio num.*... Qualiter autem probetur additio, dixi *in* §. *Additio per tot.*

16 Agens contra plures obligatos ex aliqua causa, vel quia vni omnes successerunt, vel aliter quando possit illo cogere ad constituendum vnum solum procuratorem, ne causa diuidatur, vide Grat. *discept. forens. cap.* 229. *num.* 14.

Et quando possit in solidum, vel pro rata agere, dixi *in* §. *Heres num.*.. *&* §. *Obligatio num.*..

17 Agens ad rescissionem contractus debet accepta restituere, vel saltem realiter offerre, & idem est in dicente de nullitate vbi apparet de locupletatione, Gratian. *discept. forens. cap.* 470. *num.* 35. *cap.* 479. *num.* 45. *cap.* 555. *num.* 25. *cap.* 576. *num.* 37. *cap.* 759. *num.* 13. *& cap.* 770. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 119. *num.* 7. Rot. per Farinac. *decis.* 737. vbi benè explicat, Caualer. *decis.* 144. *n.* 4. *& decis.* 311. Ricc. *Collect.* 1535. latè Giurb. *decis.* 103. *per tot.* Duran. *decis.* 18. *num.* 26. *& dixi in* §. *Minor num.* 37. *&* §. *Nullitas num.* 13. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 200. *num.* 12. *volum.* 1. vbi de rescissione ex capite læsionis, *& decis.* 135. *volum.* 2. vbi de restitutione in integrum, facit quod dixi *in* §. *Transactio num.* 16. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 228. *& num.* 8. *& seqq.* vbi de muliere agente ad recuperationem rei nulliter alienatæ, quæ non tenetur restituere pretium, nisi quatenus probetur in eius vtilitatem versum, Vrceol. *de transact. quæst.* 89. vbi plenè cum ampliationibus, & limitationibus, an, & quando veniens contra transactionem teneatur prius restituere omne id, quod accepit, antequam audiatur, & dixi *in* §. *Impugnatio num.* 3. *&* §. *Transact. num.* 16.

Qualiter non possit actus impugnari, & ex eo commodum consequi, Giurb. *decis.* 100. *num.* 10. *&* 13. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 60. vbi quòd tam mulieres, quàm minores opponentes nullitatem ex defectu solemnitatum, tenentur restituere pecunias receptas, & in eorum vtilitatem versas, quæ versio præsumitur in contractu merè gratuito, nisi contrarium ab ipsis probetur.

18 Agens tamquam agnatus debet probare non solum se esse agnatum, sed legitimum etiam parte non opponente, Gratian. *discept. forens. cap.* 491. *nu.* 15. *&* 16. sequitur Rot. *in Romana fideicommissi de Formicinis* 7. *Februarij* 1635. *coram Merlino in Nouiss. part.* 7. *decis.* 15. *num.* 30. facit quod dixi *in* §. *Filius num.*... *&* §. *Proximus num.*..

19 Agens sine actione est à limine iudicij eliminandus etiam parte non opponente, Alex. *cons.* 146. *col.* 1. *lib.* 6. Magon. *decis. Flor.* 26. *num.* 2. *&* 3. *& decis.* 104. *num.* 1. *& num.* 15. vbi etiam quòd sententia superinde lata dicitur continere manifestum iuris errorem, & est nulla, idem Magon. *decis. Luc.* 8. *num.* 16. *&* 17. *vbi Additr. & ad decis.* 31. *litt. B.* Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *quæst.* 16. vbi quòd Iudex tenetur talem agentem repellere; alias ipse obligatur parti ad interesse, si reus hoc ignoret, nisi spes esset actionem oriri, ne iudicia eludantur, & homines litibus, ac expensis frustrentur, Barbos. *de Axiom. iur. Axiom.* 9. *num.* 4. *& seqq.* Altograd. *cons.* 20. *num.* 1. *lib.* 2. vbi quòd agens sine actione obtinere non potest, facit quod dixi *in* §. *Exceptio num.* ... *&* §. *Iudicium*

ditium n.6. latè Giurba *deciſ.17.* vbi an, & quando agens ſine actione poſſit admitti, ſi ſubſit ſpes quòd ex facto de præterito actio oriatur etiam ad pœnam.

20 Agens ex contractu vltrò citroque obligatorio debet docere ſe adimpleuiſſe etiam in minimo, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.236. cum duabus ſeqq. per tot.* & dixi *in §. Exceptio num.* Ricc. *Collect.* 1298. & 3748. Rot. per Farinac. *deciſ.737. & deciſ.369.* Gait. *de credit. cap.2. tit.8. num.3157. & ſeqq.* Mareſcott. *var. reſol. lib.1. cap.88. & 89.* Magon. *dec. Luc.11. num.8. & deciſ.61. num.2.* Cala *de mod. art. & prob. §.1 gloſ.4. num.36.*

21 Agere vel accuſare regulariter nemo cogitur inuitus, & quando ſecus, *l.1. vbi gloſ. & DD. C. vt nemo inuit. ager. vel accuſ. cog.* Mynſing. *cent.1. obſeru.78.* Gayl. *lib.1. obſer.9.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.153. num.8. &c. vol.2.* Ricc. *Collect.936.* Boer. *deciſ.255. per tot.*

An in foro conſcientiæ quis accuſare, vel denunciare teneatur maximè iudice iubente, Leſſ. *de iuſt. & iure cap.30. dubit.6. & ſeqq. lib.3.* vide *in §. Delictum num.12. & §. Denunciatio num.11. & 12.* Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſol. cap.255. per tot.*

22 Actor in executiuis poteſt vna via electa ad aliam redire, vel recurrere, quicquid ſit in ordinarijs, Rot. *part.6. recent. deciſ.122. num.16. &c.* dixi *in §. Executio num.24.* vbi vide, & latè Maſtril. *deciſ.157. per tot.*

Quando tamen cœptum eſt agi via ordinaria, non poteſt agi executiuè etiam vigore obligationis Cameralis, Buratt. *dec.561. num.5.* Giurb. *deciſ.55. num.18. &c.* Maſtril. *dec.157.* Leoncil. *dec. Ferr.8. num.8.* vbi extendit *text. in l. vbi cœptum de iud.* qui loquitur quoad locum, vt procedat etiam quoad modum, & ita iudicium terminari debeat, vbi, & quomodo cœptum eſt, vide *in §. Creditor num.51.* Gait. *de credit. cap.3. tit.1. n.1167. & ſeqq.* vbi quòd præſentato inſtrumento in iudicio ordinario, non poteſt vigore illius prætendi via executiua, niſi iudicium ordinarium primo loco incœptum eſſet nullum, vel niſi reus fuiſſet contumax, nam tunc poſſet agi nouo iudicio executiuo.

23 Actor, ſiue agens prior eſt, & nobilior reo, ſiue patiente, & ideò ſi ſibi inuicem dent poſitiones contrarias, reſpondendum eſt prius regulariter poſitionibus actoris, quàm rei, niſi poſitiones rei eſſent præiudiciales illis actoris, nam tunc videtur actor cogendus ad prius reſpondendum, Bald. in Addit. ad Specul. *de poſit. col.1. verſ. ſi poſitio in Rub. de dilat. verſ.1. & in Rub. de re conuent.* idem Specul. *de poſit. §.4. tit. de dilat. §. videndum* cum alijs per Benitend. *deciſ. Bonon. 32. n.4. & ſeqq. per tot.* facit quod dixi *in §. Poſitio n.4. &c. habetur d. deciſ.* poſt Michalor. *de poſit. deciſ.14.*

Quod debeat actor prius probare, & poſtea reus, & ſic prius debeant recipi, & examinari teſtes actoris ſuper illius petitione, quàm rei ſuper deffenſione, ne reus laborem, & nummos fruſtra conterat, quia actore non probante reus abſque alio grauamine debet abſolui, vt dixi ſupra *num.1.* latè declarat Maſcard. *de probat. concluſ.36. & 37. per tot.*

Si autem in hoc conflictu poſitionum actoris, & rei fuerit ambo contumaces in reſpondendo, quis eorum obtinebit an actor, vel reus, vide Michalor. *de poſit. cap.62. per tot.* vbi concludit pro actore, eò quia prius ipſe probare debeat, nec poſitiones rei de directo contrariæ ſint admittendæ, ac ideò contumaciam actoris illi non obeſſe, ſed benè contumaciam rei ipſi reo præiudicare, vt latiùs ibidem declarat, & reſpondet Alex. contrarium tenenti *in l. ſi non fuerint ff. de iureiur.*

Alia de actoribus, & illorum incumbentijs ad obtinendum in iudicijs, Bertach. *in Repert. verb. Actor.* Card. Tuſch. *litt. A. concl.117. & ſeqq. & alij paſſim.*

24 Actor licèt, vt dixi ſupra *num.3.* teneatur exhibere libros, tamen ad id compelli non poteſt antequam reus interrogatus declaret, quòd vult ſtare omnibus partitis tam pro, quàm contra ſe deſcriptis, Petr. in Addit. ad Capyc. *deciſ.127. n.1.* Franc. Marc. *deciſ. Delph.60. part.1.* Regens Rouit. *ad Pragmat.5. de adminiſ. vniuerſ. n.7. in ſecunda Impreſſ.* Altograd. *conſ.6. n.23. lib.1.* vbi quòd petens editionem ſine proteſtatione cenſetur approbare ſaltem in connexis, ac indubitatum dicit plures allegans.

Sed contrarium verius, nempè reum nullatenus ad ita declarandum cogi poſſe, quia approbare eſt conſentire, & abſque conſenſu nequaquam approbari dicitur, ignorans autem conſentire non poteſt, & ideò ſi reus prius partitas non vidit, & legit illas tamquam ſibi ignotas approbare nequit, nam qui ignorat nec approbare, nec conſentire tenetur, vt Bald. Pariſ. Natt. & alijs citatis probat Ioſeph. Ramon. *conſ.84. num.15. propè finem,* Gait. *de credit. in ſuis Addit. ad cap.2. tit.3. addit.1. num.2. & ſeqq.* vbi dicit præcitatam opinionem Franc. Marc. omninò falſam rationibus prædictis.

25 Actor perempta inſtantia non debet audiri, etiam inſufflato vitæ ſpiritu niſi reficiat expenſas, Maſtril. *deciſ.70. n.12. & ſeqq.* vbi ampliat etiam in minore, & muliere, ſequitur, & ita pluries deciſum teſtatur Viſcont. in Addit. ad Franch. *deciſ.331.* Thoro *Compend. deciſ. Neap. tom.3. verb. Actor,* vbi alia notabilia de eodem actore, *& tom.1. eodem verbo,* & plura remiſſiuè Caſteion. *in ſuo Alphabet. iurid. verſ. Actor, Actio, & Agere,* Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Biblioth. legal. part.4. fol.30. &c.*

§. ACTVS XII.

1 ACtus omnes humani ex duobus maximè perficiuntur, nempè ex poteſtate, & voluntate, quæ dicuntur humanorum actuum radices, & perfectiones, ſecundùm Boet. *lib.4. de conſol. philoſ.* quibus Ariſtot. addit tertium nempè ſcientiam, & ſic ſecundùm eum ſunt tria, quæ actus humanos perficiunt, nempè ſcientia, poteſtas, & voluntas, refert Sperel. *dec.171. n.44.* Tuſch. *litt. A. concl.127.* vbi addit modum, ſine quo nihil in finem dirigitur, Ric. *Collect.3255.* Rot. *part.9. recent. deciſ.357. num.12.* vbi loquitur de duobus primis.

De his, ex quibus perficiuntur omnes actus humani Donadeus *tract. de remunc. cap.50. n.1. & ſeqq.*

2 Actus non operatur vltra intentionem agentis, *l. non omnis ff. ſi cert. pet.* cùm limitata cauſa limitatum producat effectum, *l. in agris ff. de acquir. rer. dom.* Grat. *diſcept. forenſ. cap.697. num.2. & 3.* Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.12. n.7. & 8.* Tuſch. *litt. A. concl.125.*

Et quòd non extendatur actus vltra quàm geratur, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.169. n.1.*

3 Actus ſequens præſumitur factus in executionem præcedentis tractatus vel tituli, *l.4. §. vnde quæri, ff. de manumiſſ. cum ſimilibus* per Menoch. *lib.3. præſumpt.48. num.2.* Tuſch. *litt. A. concl.152.* Paulò poſt ſubſequens oſtendit quid prius inter partes factum, & tractatum fuerit, Altograd. *conſ.5. num.27. lib.1.*

Ad hoc tamen vt dicatur factus vigore cauſæ, ſiue præcedentis obligationis, requiritur quòd ſecundùm illius naturam, & formam fuerit factus, alias ſecus ſi fiat præter, vel contra, Rot. *par.2. diuerſ.262. n.1.* & vide Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.12. num.1. &c.*

Quòd referatur ad titulum præcedentem tamquam ad ſuam cauſam, Rot. *part.10. rec. deciſ.27. num.1. &c. deciſ.40.* vbi quòd præſumitur factus in executionem antecedentis mandati, & non aliter obligat, *& deciſ.83.* vbi quòd præſumitur in executionem præcedentis concordiæ, licèt de ea non fuerit facta mentio.

4 Actus cenſetur factus ab eo, qui illum facere tenebatur, & non ab alio, Menoch. *lib.2. præſumpt.74. num.43.* Duran. *deciſ.368. num.16.*

Quòd præſumatur factus nomine proprio, & non alieno, niſi faciens ſit obligatus facere pro alio vt tutor, vel procurator, & in alijs caſibus, vt benè declarat Maſcard. *de probat. concluſ.38. per tot.* Guttierez *de tut. part.2. cap.10.* Mangil. *de euict. quæſt.188. num.13. &c.* Salgad. *Labyrint. credit. part.2. cap.25. n.45. & ſeqq.* vbi de emptione facta ex pecunijs alienis, vt cenſeatur facta nomine domini, & illi acquiratur, quando emens ad id tenebatur, etiam ſi ſuppreſſo nomine officij, nomine proprio emerit, vide *in §. Emptio num.35. & ſeqq.*

5 Actus indifferens qui poteſt cadere in facientem, ſicut & in alium, magis nomine proprio facientis præſumitur factus, Duran. *d. deciſ.368. num.32.* Tuſch. *litt. A. concl.147. & 148.* vbi quo nomine in dubio dicatur factus, Ricc. *Collect.3195.*

Quòd actus attribuatur illi qui eum ordinauit, & non executori, vel hæredi adimplenti, Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.167. num.2.* Barboſ. *de Axiom. iur. Axiom.12. num.4.* Tuſch. *litt. A. concluſ.154.*

Et quòd actus ex neceſſitate factus conſenſum non inducat, Menoch. *lib.2. præſumpt.19. n.8.*

6 Actus qui præcedere debet, ſi ſubſequatur eſt nullus, Magon. *deciſ. Flor.31. num.5.* & dixi *§. Sequeſtrum n.* Quòd ſit nul-

nullus, si requisita non appareant tempore actus, licèt in veritate interuenerint, exemplificando in relatione citationis, quæ debet apparere ante sententiam, Tusch. *litt. A. conclus.* 140.

Quòd tamen actus præsumatur legitimo, & congruo tempore factus, nisi contrarium probetur, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 67. *n.* 5. *&c.*

7 Actus contra prohibitionem legis, vel statuti factus, an sit nullus vbi est adiecta pœna contrafacienti, & non expressa nullitas, vide Mart. Medic. *decis.* 28. *& Exam.* 16. *per tot.* Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 14. *& lib.* 2. *cap.* 29. *per tot.* Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 1. *per tot.* & plenè Aluarez de Velasc. *tract. de iudice perfect. Rub.* 9. *annot.* 12. §. 2. *num.* 17. *& seqq. per tot.* vbi pro validitate, si non adsit clausula irritans, Sanfelic. *decis.* 195. *per tot.* vbi pro nullitate, & quando contraria opinio procedat, & melius *decis.* 390. *cum Addit.* vbi post plura concludit, si lex, vel statutum loquatur per verba negatiua resultet nullitas, etiam adiecta pœna; si per verba affirmatiua secus, nisi adsit clausula irritans, vel dispositio respiciat substantiam actus, vel inducat formam, vel sit directa ad actum ipsum, & non simpliciter ad iudicem; cuius distinctionis ratio est, quia lex negatiua obligat semper, & ad semper, secus affirmatiua, & dixi *in mea Pract.* §. *Statuti num.* Tusch. *litt. A. concl.* 141. *per tot. &* 142. vbi quòd licèt ignorantia iusta excuset à pœna, non tamen excusat à nullitate.

De actu contra prohibitionem legis, vel statuti gesto, an sit nullus vbi est adiecta pœna contrafacienti, latè Gananer. *decis.* 33. *& cons.* 6. *n.* 7. *& seqq.* vbi sequitur distinctionem dispositionis negatiuè, vel affirmatiuè conceptæ, vide *in* §. *Nullitas num.* 33.

Item actus contra ordinem superioris, vel Principis non valet, & causat attentata sicut inhibito, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 90. *n.* 1. *& seqq.*

An autem ex actu nullo incurratur pœna, latè Olea *tract. de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 5. *per tot.* vbi *num.* 36. benè distinguit, & concordat opiniones, vide *in* §. *Pœna num.* 35. *&* §. *Lex num.* 8. *in fine.*

8 Actus nulli, & inefficaces habentur pro non factis, etiam si essent validi, sed effectum non producerent, nam cum careant effectu, carent nomine; quia verba sunt intelligenda cum effectu, Gratian. *discept. forens. cap.* 746. *per tot.*

Quòd actus nullus regulariter nullum operetur iuris effectum, & quos effectus operari possit tam antè, quàm post deductam nullitatem, vide Vant. *de nullit. tit. Quoties, & intra quod temp. de null. ag. pos. num.* 10. *& seqq. fol.* 70. *&c.* latè Tusch. *lit. A. conclus.* 139.

Operatur quòd detecta culpa, vel dolo agentis, possit æquè penè puniri, ne dolus, & culpa patrocinetur, Montan. *de tut. cap.* 26. *num.* 36. *fol.* 73. latè Vant. *vbi supra num.* 53. *& seqq. per tot.* vide §. *Contractus*, *&* §. *Notarius num.* Quando valeat contra gerentem actum Tusch. *lit. A. conclus.* 143.

Quod actum nullum faciens, non videatur illum actum facere, sed negare, Gizzarel. *decis.* 2. *n.* 25. Sanfelic. *decis.* 383. *num.* 1. *cum Addit.* vbi paria factum non esse, vel non sortiri effectum, & exemplificat in multis.

9 Actus quando sit ipso iure nullus, vel per sententiam annullandus, vide Vant. *de nullit. tit. quot, & quibus mod. null. in iud. prop. pos. num.* 48. *& seqq. ad* 56. *fol.* 52. & dixi *in* §. *forma.*

An autem actus nullus possit reiterari ad effectum validitatis, vide Tiraquel. *de retract. consang.* §. 8. *glos.* 7. *num.* 3. *&c.* Afflict. *decis.* 286. *num.* 3. Capyc. *decis.* 215. Magon. *decis. Flor.* 49. *num.* 21. *&c.*

Nullus ob non implementum partis, dicitur approbatus per receptionem debiti, vel implementi etiam pro parte, Altograd. *cons.* 85. *num.* 40. *lib.* 1.

An actus nullus possit conualidari per consensum illius, in cuius fauorem inducitur nullitas, latè declarat Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *quæst.* 5. *num.* 1980. *& seqq.* vide *in* §. *contractus.*

10 Actus deueniens ad casum, à quo incipere non potuisset, vitiatur, vide Montan. *de tut. cap.* 9. *num.* 38. *& seqq.* vbi etiam declarat regulam, quòd multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur, Tusch. *lit. A. conclus.* 144. intelligendo quando causa, ob quam fuit factus reducitur ad non causam, & sic ratione causæ cessantis, alias regula stat in contrarium, Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 55.

Si tamen casus superueniens tendat ad eumdem effectum cum actu gesto, illum non tollit, *l. verbis legati in fine, ff. ad l. fals.* §. *ex contrario instit. de legat.* Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 139. *num.* 9. *&* 10.

Et quòd actus ab initio validus non possit ex post facto inualidari, Crot. *in l. filiusfam.* §. *diui num.* 20. *in fine, ff. de legat.* 1. Leotard. *de vsur. quæst.* 62. *n.* 34. Altograd. *cons.* 105. *num.* 22. *lib.* 2. vbi quòd è contra actus ab initio nullus non potest ex tractu temporis conualescere, *l. quod initio, ff. de reg. iur. infr. num.* 14.

Quòd actus semel consumatus, & perfectus non retractetur, etiam si eueniat casus, à quo initium sumere non potuisset, Dyn. *in reg. factum legitimè &c.* Tiraquel. *tract. cessant. caus. limit.* 12. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *c.* 4. *num.* 38. *& per text. in l. pluribus penult.* §. *& si placet, ff. de verb. oblig.* vbi Bartol. & alij.

11 Actus factus tempore permisso, effectu collato in tempus prohibitum, vel è contra an valeat, & quid quando lex ab initio resisteret illi propter imbecillitatem contrahentium, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 712. *per tot.*

12 Actus quilibet semper præsumitur ita factus, vt valeat, & sic semper est capienda illa interpretatio, per quam actus sustineatur, & quando secus, vide Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 4. 5. *&* 6. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 21. *num.* 85. *& seqq. fol.* 429. dixi §. *interpretatio num.* Tusch. *lit. A. conclus.* 135. *&* 136. *per tot.* Ricc. *collect.* 3221.

Vbi tamen agitur de inducenda obligatione, si actus non valet vt ago, nec etiam valet vt valere potest, *l.* 1. §. *eum qui*, vbi Bart. *ff. de constit. pecun.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 159. *num.* 23. vide *in* §. *regula num.* 5.

13 Actus factus ex duplici potestate si non valet ex vna, sustinetur ex alia, nisi agens se restrinxerit ad vnam potestatem tantùm, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 96. *n.* 1. *&c.* Caualer. *decis.* 182. *num.* 6. vbi de mandato valido, an faciat sustineri actum cum mandato inualido gestum, vide *in* §. *contractus num.* Tusch. *lit. A. conclus.* 126. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 298. *num.* 22. *&c.* vbi de potestate ordinaria, & delegata, *& decis.* 329. *num.* 15. *& seqq. d. part.* 9. *volum.* 2.

14 Actus nullus, & inutilis à principio, non conualescit etiam si cesset vitium nullitatem inducens, nec potest confirmari nisi ex integro repetatur tempore habili, & postquam cessauit dictum vitium, ac valeret tantùm ex nunc tempore confirmationis in vim noui actus, & noui consensus, vt pulchrè multis similibus probat Altograd. *cons.* 23. *num.* 36. *& seqq. lib.* 1.

Quando actus nullus est à lege simpliciter prohibitus ne fiat, & sic lex ei resistit, non potest ratificari etiam ab illo, in cuius fauorem prohibitio emanauit, & idem quando contineret causam impossibilem; Quando autem esset nullus non quia simpliciter prohibitus à lege ne fiat, sed ratione certæ formæ, vel solemnitatis omissæ respicientis fauorem determinatæ personæ, tunc illius consensu, vel ratificatione legitima superueniente conualescit, etiam si fuerit ipso iure nullus, quæ tamen ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui medio tempore esset ius quæsitum, Sperel. *decis.* 155. *num.* 6. *& seqq.* vide *in* §. *Contractus*, *&* §. *ratificatio.*

Quod quando actus nullus confirmatur sumat vires à die confirmationis, operetur ex nunc, & non præiudicet tertio, qui interim ius acquisiuit, Bart. *in l. obseruare, ff. de off. Proconsul.* latè Sanfelic. *decis.* 333. *num.* 20. *& seqq.* vide *in* §. *nullitas num.* 26.

15 Actus, qui per se geri non potest, nec etiam est permissus per interpositam personam, sicuti de tutore, officiali, decurione, milite, bannito, & similibus, qui non possunt contrahere cum pupillo, subditis, nec acquirere, ita nec per interpositas personas id agere posse, declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 459.

16 Actus semper habetur pro facto in præiudicium illius, qui eum fieri impediuit, vel fuit in causa ne fieret, *l. Labeo scribit, ff. de contrah. empt.* Surd. *cons.* 374. *num.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 851. *num.* 2. *& seqq.* Ludouis. *decis.* 327. *n.* 10. *& decis.* 341. *num.* 2. *vbi aditio litt. A.* vide §. *administrator. num.* 11.

17 Actus quilibet simpliciter faciendus, vel implendus, intelligitur regulariter pro vna vice tantùm, & sic vnico implemento perficitur, præcipuè si fuerit validus, secus si nullus cùm declarationibus tamen, quas egregiè de more cumulat Tiraquel. *in repet. l. Boues*, §. *hoc sermone* (per illum text.)

text.) ff. de verb.ſignif. inter reg. diuerſ. fol.mihi 551. & ſeqq. vbi exemplificat in 89.& vltra caſibus,cum 33.limit.& nonnullis declarationibus, vide §.diſpoſitio num.

18 Actus regulariter explendus, vel explicandus eſt expenſis illius, qui illum fieri petit, l.cùm ſæpè Cod. de erog. mil.ann. & ad plures actus particulares inferendo, declarat Menoch. de arbitr.caſ.228.per tot. Ricc. Collect.115. Thomat. deciſ.9. num.17. Michalor. de poſit. cap.69. per tot. & Rot. Collect. Vrbin.poſt illum d.84. vbi cuius expenſis ſit reſpondendum poſitionibus, quando reſpondere debens eſt abſens, vel priuilegiatus, ita vt tranſmitti debeant litteræ, vel Notarius.

Et quod præſumatur factus expenſis facientis, Bart.& alij in l.cum ſeruus ff.de verb.oblig. Peregr.deciſ.5.in fine,Pac.Iordan. Lucubr.volum.3.lib.14.tit.21.num.88.fol.429. vide in §. obligatio n.7.

Quod debeat fieri expenſis eius, cuius gratia celebratur, Aloyſ.Ricc. Prax.var.reſol.cap.76.n.1.

19 Actus palàm geſti magnam à delicto præſtant excuſationem, ita vt qui palàm aliquid agit, delinquere non credatur, nam ſicuti qui malè agit odit lucem, ita qui benè agit videri cupit, & ſic dum videri permittit, credere præſumitur ſe benè agere, & per errorem potiùs, & ignorantiam, quàm ſcienter, & malitiosè, licèt aliàs ceſſante errore, & probabili ignorantia, plus delinquat ratione ſcandali qui palàm delinquit, quàm qui in occulto, vt benè declarat Menoch. de arbitr.caſ.244.per tot. vide in §.delictum, & §.malum.

Quando tamen actus eſt mali exempli, & ſcandali grauius peccare dicitur qui palam delinquit, quoniam pluribus peccandi exemplum, & occaſionem præbet; & ex eo ſolo quod res ſit mali exempli quis poteſt condemnari pœna arbitraria, per text. in l.2. ff.ad l.Cornel.de Sicar. l.omne delictum, §.qui in acie, ff.de re milit. l.ſi quis, §.qui abortionis ff. de pæn. Cabal.reſolut.crim. caſ.214. vbi teſtatur ſæpè practicaſſe, prout & ego,vide in §.coitus num.1.

Quòd actus, qui poteſt eſſe delictum, & non delictum, præſumatur potius bonus, quàm malus ad excluſionem delicti, ſicut actus, qui vno loco, & tempore eſt licitus; an alio verò loco, & tempore illicitus præſumatur potiùs factus tempore, & loco permiſſo, ac idem in verbis, quæ poſſunt trahi ad bonum, & ad malum, vt interpretari debeant in bonum, & quando ſecùs, Farinac.quæſt.85.& 129. n.72. & ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ.1003. num. 14. & ſeqq. lib.2. cum alijs per Conciol. reſolut.crim. verb. Actus reſolut. vnic.

Quod ceſſet omnis ſuſpicio fraudis in actu palàm geſto, Rot. part.6. rec. dec.273. n.6.

20 Actus geſtus cum vno non nocet, neque prodeſt alteri in quacumque diſpoſitione, vt in ſententia, confeſſione, liberatione, renunciatione, tranſactione, & ſimilibus, quamuis ex eadem cauſa plures eſſent in ſolidum obligati, vide Gratian. diſcept. forenſ. cap.966. num.11. & dixi in §. Acta, & §.Sententia.

21 Actus Collegiales non poſſunt fieri per ſingulos ſeparatim, ſed ſimultaneè, cùm poteſtas reſideat in toto Collegio, ſed vniuerſitate, & non in ſingulis de illa, Iaſ.in l. ſi quis filio, §. patri n.8. ff.de legat.1. vide in §. Vniuerſitas.

22 Actus voluntariæ Iuriſdictionis poſſunt expediri diebus feriatis tam ob neceſſitatem hominum, quàm in honorem Dei, vel Principis, ſecùs verò actus contentioſæ iuriſdictionis, Marant. part.4.diſt.16.n.86. Pac.Iordan. Lucubr. vol.2. lib.11.tit.1.num.194.fol.503.& ibidem n.177. & ſeqq. vide in §.Contractus num.36.

Quòd primi poſſit exerceri etiam extra Iuriſdictionem, Grat.diſcept.forenſ.cap.127.per tot. vide §.Epiſcopus, & §.Iudex, Rot. part.12. recent. deciſ.18. num.4.&c. vbi de collatione Commendæ, Lotter. de re benef. lib.2. quæſt. 50. numer.81. &c. Trentacinq. var.reſol. lib.1. tit.de legitimat.reſolut.4.num.2.

23 Actus omnes, qui cauſæ cognitionem non deſiderant poſſunt fieri diebus feriatis etiam in honorem Dei, Menoch. lib.1.de Arbitr. quæſt.30.num.14.&c. vide in §.Executio, §.Contractus, & §.Feria, Gait. de credit.cap.3. tit.2.num.28. & ſeqq.

24 Actus Iuriſdictionales an, & quando poſſint fieri in Eccleſia, vel alio loco immuni per Iudicem ſæcularem, ſaltem de licentia Epiſcopi, vide Sperel. deciſ.51.per tot. Pac.Iordan. Lucubr.volum.2.lib.11.tit.3.num.135.& ſeqq.fol.527. & dixi in §.Iudex, & §.Teſtes.

Actus legitimi dicuntur omnes, qui ſunt inducti ab aliqua iuris ſcripti parte, vel diſpoſitione, & non recipiunt diem, neque conditionem, nec poſſunt regulariter ſtare in ſuſpenſo, l.actus legitimi, vbi gloſ.ff.de reg. iur. cap.actus legitimi de reg. iur. in 6. Cardin. Tuſch. litt.A. concluſ.128. & 129. 25

Actus duo, vel plures quando ratione connexitatis, loci, & temporis habentur pro vnico, vide Rot. part.9. rec. deciſ.340. n.10.& ſeqq. volum.2. facit quod dixi in §.Incontinenti, Rot.part.6.rec.deciſ.110. n.11. 26

Actus pro aliquo factus cum impenſa præſumitur ad illius inſtantiam, & de mandato factus, niſi tamen impenſa ſit valdè modica, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 296. numer.23. Marcian. diſput.for. cap.7. num.36. dixi in §. Mandatum num.3. 27

Quòd actus geſtus nomine alterius non pariat præiudicium niſi ille ratificet, l.ſi pupilli §.ſed ſi ego ff.de neg.geſt.Lancell. de attent.p.2.cap.4.n.61.

Actus vnicus non facit aliquem mercatorem, hoſpitem, meretricem, vel ſimiles, ſed actuum frequentia requiritur, Franch.deciſ.68. & alij plures relati à Caroc. de locat.part.3. quæſt.9. num.31. fol.mihi 152. 28

Actus geſtus à procuratore reuocato ante intimationem, vel ſcientiam reuocationis valet, & tenet, quia mutatio voluntatis non præſumitur, Rot. part.6. recent. deciſ.130. num.9. & ſeqq. vide in §.Procurator num.12. §.Societas num. 26. & 41. 29

Actus vnicus contrarius non tollit vniuerſalem conſuetudinem iam legitimè præſcriptam, Natt.conſ.636.n.118.Rot. part.6. recent. deciſ.193.n.17. vide in §.Conſuetudo n.18. &c. §.Obſeruantia. 30

Sufficit tamen ad excludendam ſtyli probationem, Rot. d.part.6. deciſ.141. n.14.

Quòd actus vnicus maximè voluntarius non poſſit inducere obſeruantiam in ſequentibus, Rot. poſt Salgad. Labyrint.credit. deciſ.71. num.8. &c.

Actus poſſeſſorij de recenti, & qui dederunt cauſam liti, non habentur in conſideratione, nec aliquod ius tribuunt pro obtinenda manutentione, Greg.deciſ.4.num.2. Rot.p.6. recent.deciſ.291.n.11.& 12. dixi in §.Manutentio n.11. Clarlin.contr.160.n.39.&c. Vnicus tamen ſufficit per text. in cap. cùm de benef.de præbend.lib.6. cap.cum Eccleſia Sutrina extr. de cauſ.poſſ.& propriet. Menoch.de retin.poſſ. remed.3. n.131. 385.& 386. Gizzarel. deciſ.77.num.19. vide in §.Poſſeſſio, & §.Quaſi poſſeſſio. 31

Quòd actus poſitiui, qui aliàs de iure ſunt apti ad acquirendam poſſeſſionem, & cauſandam præſcriptionem, non proſint, ſi alio animo, & fine gerantur, cui tantùm deſeruiunt, Caſanat. conſ.41.n.30. & conſ.10.n.39. Cancer. var. reſol.lib.3.cap.3. de priuil.num.288.Salgad. Labyrint. Credit. part.1. cap.29. num.20. & 21.

Actus facti ex falſa cauſa, non ſuſtinentur ex vera, Capyc.& Maſſul. in Addit.deciſ.162. num.5. Ioſeph. Mela in Addit.ad Gizzarel.deciſ.16.num.4. vide in §.Contractus n.29. §.Decretum num.6. §.Obligatio num.4. §.Alienatio num.23. §.Cauſa num.23. 32

Actus geſtus à furioſo, vel demente, ſi conueniat homini ſanæ mentis, valet, etiam ſi non probetur ſana mens de tempore actus geſti, intelligendo quando habebat dilucida interualla, Boer. deciſ.33. num.88. & 89. Ioſeph. Ludouic. deciſ.1. num.13. &c. Maſcard. de probat. concluſ. 39. per tot. vide in §.Furor num.4. vbi plures allegaui, & an idem ſit in actu ab infante geſto, cui aliàs æquiparatur furioſus. 33

Actus omnes geſti lite pendente regulariter ſunt attentati, & debent attentatorum remedio reuocari, intelligendo cum ampliationibus, limitationibus, & declarationibus, de quibus latè Lancell. de attent. part.2. cap.4. in præfat. n.294. & ſeqq. vide in §.Attentata. 34

Actus factus contra præcedens iuramentum de non faciendo, etiam ſi fiat cum iuramento eſt ipſo iure nullus, intelligendo quando ille actus, ſuper quo iuratur eſt etiam illicitus, vel quando ille, cum quo ſecundo loco actus geritur, erat ſciens præcedentis iuramenti de non faciendo, & alijs modis prout latè declarat inferendo ad plura, Gabriel. com. concl. lib.2. tit. de iureiur. concl.1. per tot. Michalor. de fratr. part.3. cap.12. num.67. & ſeqq. Olea de ceſſ. iur. tit.1. quæſt.6. num.70. &c. vbi firmat regulam pro validitate dixi in §. Iuramentum num.21. vbi plures allegaui, & melius declaraui, & in §.Promiſſio n.32. 35

Alia

Alia de diuersis actibus, vide per Bertachin. in suo Repert. verb. Actus, Card. Tusch. litt. A. eodem verb. Actus.

36 Actus quilibet ex iracundia, vel calore iræ factus, siue sit sententia, siue contractus, vel alius actus est nullus, l. quidquid calore iracundiæ 49. ff. de reg. iur. vbi latè exornant scribentes Roman. sing. 514. Duen. reg. 292. Aluarez de Velasc. tract. de iud. perfect. Rub. 14. annot. 1. n. 26. & 27. dixi in §. Testamentum num. 26.

37 Multa de diuersis actibus quid operentur, vel non, ac de interpretatione diuersorum actuum iuxta per me in hoc §. Notata, & alia, pluribus allegatis Auctoribus Ægid. de Castejon. in Alphabet. iurid. verb. Acta, & Actus per tot. Laurent. Vrsel. concl. 47. & 48. Cum August. Font. in sua Biblioth. part. 4. fol. 32.

38 Actus in dubio semper interpretandus est, vt valeat eo modo, quo possit, quàm vt in totum pereat, Vela dissert. 28. num. 28. vide in §. Interpretatio. Interpretandus est etiam, vt minus facienti præiudicet, ac vt à prudentibus reprehendi nequeat, idem Vela dissert. 30. num. 66. & seqq. Alia vide in Indice generali eiusdem Velæ verb. Actus.

§. ADITIO HÆREDITATIS XIII.

1 ADitio hæreditatis numquam præsumitur, siue hæreditas sit opulenta, siue damnosa, sed ab allegante est concludenter probanda, ita vt nec inducatur per actus æquiuocos, Grat. discept. forens. cap. 706. num. 27. cap. 711. num. 54. cap. 733. num. 3. & cap. 756. n. 22. Magon. decis. Flor. 64. n. 33. & decis. 148. num. 2. & seqq. Caualer. decis. 431. & decis. 452. per tot. Tusch. litt. A. concl. 186. &c. Paul. Christin. decis. 22. num. 6. &c. volum. 4. cum pluribus decis. seqq. Faber. de error. Pragmat. decad. 13. error. 1. num. 6. &c. Surd. decis. 339. n. 17. Rot. part. 10. recent. decis. 141. n. 1. &c. Leoncil. decis. Ferr. 2. num. 8. &c. Conciol. cum Romaguer. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 34. num. 27. & seqq. vbi plura de aditione hæreditatis, & confectione inuentarij, de qua materia latè Laurent. Vrsel. conclus. 51. per tot. plenè Cyriac. contr. 244. & 501. & seqq. per tot. alijque plures citati a Castejon. Alphabet. iurid. verb. Aditio. Quòd statutum de continuenda possessione in hæredes, non inducat aditionem hæreditatis, sed illam præsupponat, supplendo tantùm possessionem, Posth. de Manut. obseru. 55. num. 54. Rot. part. 16. recent. decis. 35. num. 7.

Quod procedit etiam in filio respectu hæreditatis paternæ, vel maternæ, nam licèt agendo, & ad sui comodum præsumatur hæres, vel saltem, agendo dicatur se immiscere, tamen secus est si ab alijs conueniatur, nam probanda est immixtio, vt dixi in §. Filius num. 27. &c. latè Christio. decis. 26. 27. 29. volum. 4. Peregrin. decis. 45. per tot. Rot. part. 6. recent. decis. 96. num. 4. Addit. ad Sanfelic. decis. 338.

In his tamen, quæ concernunt commodum filiorum præsumitur aditio, nisi constet de repudiatione, intelligendo in sito ad effectum transmittendi vigore suitatis, Soc. sen. cons. 116. volum. 1. cons. 296. volum. 3. & cons. 68. volum. 4. Marth. de success. part. 1. q. 24. art. 1. num. 9. Rot. part. 13. recent. decis. 527. num. 19. & seqq. vbi etiam si filius sit infans, & maximè stante statuto de continuatione possessionis in hæredes suos, ex quo hæreditas dicitur satis adita, & multò magis à Filio, etiam si alius præoccupasset possessionem, & hoc ex effectu dicti statuti.

Et quando sit probanda aditio, vt hæres possit agere tamquam hæres, Tusch. litt. A. conclus. 188. Ric. Collect. 3754. Rot. part. 9. rec. decis. 426. n. 17.

2 Aditio hæreditatis, seu legati agnitio non dicitur facta ab eo, qui conditionem appositam impleuit, sed solum dispositionem purificasse, nisi tamen faciat cum animo adeundi, vide Menoch. lib. 4. præsumpt. 101. num. 3. & 4. Duran. tract. de condit. & mod. impossibil. part. 3. cap. 6. num. 21. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 9. num. 7. &c. Salgad. Labyrint. credit. part. 2. cap. 16. n. 74.

Qualiter debeat esse certa, Card. Tusch. litt. A. concl. 183. & 184. Crauett. cons. 33. n. 2. cons. 37. num. 4. Rot. part. 9. rec. decis. 393. num. 20.

3 Aditio facta ex falsa causa puta vigore testamenti, quod fuit declaratum nullum, est nulla perinde ac si numquam fuisset facta, l. si is 32. vbi Ias. num. 1. &c. ff. de acquir. hæred. cum alijs per Duran. decis. 347. num. 15. Rot. part. 12. recent. decis. 313. part. 13. decis. 22. 214. & decis. 363. num. 19. &c. decis. 522. per tot. vbi quod aditio facta ex erronea causa intestati habetur pro non facta ex defectu consensus, &c.

Quòd aditio facta ex vna causa non trahatur ad aliam, cùm deficiat consensus adeuntis, l. si is, l. si quis, §. sed si, & l. pater ff. de acquir. hæred. Paris. cons. 63. num. 23. volum. 1. & cons. 33. n. 87. vol. 3. Panimol. in sua Idea Constit. 26. vbi propterea infert per aditionem factam vigore primi testamenti per secundum reuocati, ignorante ipso adeunte, non esse quæsitum ius eius creditoribus super bonis hæreditarijs, quæ etiam possunt repudiari ne creditoribus acquirantur, de quo vide in §. Debitor n. 8.

Potest tamen fieri noua aditio ex testamento valido, absque aliqua restitutione, etiam si hæres, siue minor, siue maior bona possederit absque inuentario, & cùm fiat ex noua causa, debet etiam nouum tempus ad conficiendum inuentarium dari, Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 98. num. 16. & 17.

Quæ requirantur vt possit fieri aditio, dixi in §. Hæreditas num. 2.

4 Aditio habetur semper pro non facta quando deinde hæreditas fuit hæredi euicta, ita vt non induxerit confusionem, nec solutionem in damnum hæredis pro suis iuribus, etiam quod fuerit facta sine beneficio legis inuentarij, Soc. iun. cons. 160. lib. 2. Afflict. decis. 237. n. 5. Duran. d. decis. 347. num. 16. vide §. Hæres, Marcian. disp. for. cap. 95. per tot. Mangil. de euict. q. 49. per tot.

Quòd per aditionem non extinguantur actiones iure confusionis, sed iure fictæ, & imaginariæ solutionis, etiam non facto inuentario, ne alioquin ex restitutione hæres damnum sentiat, l. stichum 95. §. Aditio, vbi glos. & scribentes ff. de solut. Socc. iun. cons. 170. n. 5. lib. 2. Grat. discept. forens. cap. 203. num. 7. &c. Rot. part. 2. recent. decis. 259. num. 2. Pontirol. in Respons. pro Mambellis num. 443. fol. 129. Cesenæ impresso de anno 1645. vide Marcian. disput. for. cap. 95. per tot. Martha de success. leg. par. 4. q. 12. art. 4. per tot. dixi in §. Solutio num. 65.

Et quòd nec etiam inducatur confusio ad fauorem hæredis, quando est grauatus alteri restituere, sed teneatur soluere quod ipse debebat hæreditati, Altograd. cons. 89. num. 9. & 10. lib. 1. vide in §. Hæres, vbi plura.

Quòd ex beneficio legis, & inuentarij præseruentur actiones separatæ, & non confundantur, Rot. post Salgad. Labyrint. credit. decis. 50. n. 29.

Per aditionem etiam sine inuentario confundi iura hæredis tantùm, quæ illi competebant tempore aditionis, non autem illa, quæ deinde superueniunt, Caualer. decis. 367. n. 11. &c. Rot. part. 14. rec. decis. 60. n. 20.

5 Aditio hæreditatis potest indici animo solo quibuscumque verbis declarato, l. Pathonius in fine, & l. gerit. ff. de acquir. hæred. vbi Bart. & alij. Quod procedit tantùm respectu illius, qui huiusmodi animum suum declarauit, non autem quoad alios, quorum respectu facta sunt necessaria, cùm gestio pro hærede sola tertio non præiudicet, immò semper facta, & opera requiri, nec solum animum sufficere, probat Io. Vaud. lib. 2. suar. Quæst. cap. 25. prout refert Genua tract. de verb. enunciat. lib. 3. quæst. vltim. numer. 7. fol. mihi 74. vide Mascard. de probat. conclus. 622. numer. 24. Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 5. dub. 3. Interpret. 1. num. 54. & seqq.

Et plura quando tam verbis, quàm factis inducatur aditio hæreditatis, vide latè per Menoch. lib. 4. præsumpt. 100. & 101. per tot. Mascard. de probat. concl. 40. & seqq. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 9. 10. 11. 12. & 13. per tot. Merlin. decis. 247. 280. 888. Ricc. Collect. 2234. 3476. & seqq. & Collect. 2808. & 3708. Martha de success. legal. par. 4. quæst. 14. art. 2. per tot. vbi qualiter inducatur, & probetur per actus acquisitiuos, per actus translatiuos, per actus possessiuos, & per verba, inferendo ad plures casus particulares, & magis contingibiles. Quòd qualibet declaratio animi determinata, & dispositio rei hæreditariæ aditionem importet, Rot. part. 13. recent. decis. 74. num. 5. vbi de præsentatione ad iuspatronatum.

Aditio hæreditatis, sicut & repudiatio potest fieri per Epistolam, vt docet Genua de script. priuat. lib. 3. quæst. 20. & 21. fol. 139. vide in §. Repudiatio.

7 Aditio hæreditatis probatur per verba enunciatiua Notarij, quando in instrumento aliquem nominat, & appellat hæredem, dummodo tamen sic nominatus sit præsens, quia tunc dicuntur verba partis, & non Notarij, secus autem si sit absens, Gratian. discept. forens. cap. 711. num. 67. &

cap.

*cap.694.num.*30. Menoch.*lib.4.præsumpt.*100.*num.*24.*&c.* facit Caualer.*dec.*374. *num.*6. vbi de cessione facta alicui tamquam hæredi, quæ censetur facta cum qualitate, & onere hæreditario, Rot. *part.*12.*rec.decis.*49.*n.*40. Bich. *decis.*490. *n.*9. *&c.* Rot. *part.*17.*recent. decis.*42.*n.*4. *&* 5. vbi etiam de mandato ad vendendum bona hæreditaria, Francisc.de Angel. *tract. de confess. lib.*2.*q.*14. *num.*34. *vbi citat meas resol. cap.*99.*num.*5.

Quomodo probetur aditio ex confessione partis in instrumento, vide latè Surd.*decis.*104.Franch.*decis.*694. vbi quod confessio facta in instrumento cum vno creditore, præiudicat etiam quoad alios, Merlin. *decis.*280. vbi etiam qualiter post aditionem possit renunciari in præiudicium ipsius renunciantis, non autem tertij.

8 Aditio hæreditatis an inducatur in debitore debitum sui creditoris retinente, dicit admodum controuersum, Magon. *decis.Flor.*14. *in fine*, vbi se remittit ad Bart. *quæst.*10. & Mantic. *de coniect. vlt.volunt. lib.*12. *tit.*13. & ipse videtur negatiuè concludere, sed affirmare videtur *decis.* 148. *num.* 11. quem sequitur Rot. *part.*33. *recent. decis.*251. *numer.*6. intelligendo quando per longum tempus debitum non soluit.

Negatiuam opinionem veriorem asserit Caualer. *decis.* 504. *num.* 6. vide Mantic. *de coniect. lib.*12. *tit.*13. *numer.*2. *&c.*

Quòd inducatur in creditore ex fructuum perceptione, Put.*decis.*447.*lib.*1. Card.Millin.*decis.*44.*n.*5.

9 Aditio hæreditatis de iure non inducitur per retentionem rei minimæ hæreditariæ, Crauet.*cons.*33.*num.*12. Magon. *decis.Flor.*148.*n.*5.*&* 6. vbi tamen quod secus est ex dispositione statuti Florentini, dixi §.*Statutum*, Rot. *part.*16. *rec. decis.*417. *& part.*17.*decis.*273. vbi etiam si mater possideat pro suis dotibus, quia non est incompatibile quòd mater insistat bonis vti creditrix, & filius possideat tamquam dominus.

Quòd aditio non inducatur ex continuatione possessionis bonorum fratris in communi, & iure familiaritatis, non data scientia mortis illius, Rot. *part.*18. *recent. decis.* 800. *per tot.*

Quòd ex sola detentione, vel possessione rerum hæreditariarum non inducatur aditio, nisi possideat tamquam hæres, & animo adeundi, quia vltra factum requiritur etiam animus; quid præsumendum si agatur de hæreditate opulenta, vel simus in filio, & alia, latè Paul. Christin. *decis. Belgic.*166. *vol.*1. Peregr. *decis.*45. vbi plura pro defensione filij ab immixtione.

Quòd ex possessione bonorum paternorum præsumatur, aditio, *l.si quis bonis ff. de acquir. hæred.* Mantic. *de coniect. lib.*12.*tit.*12.*num.*8. Addit.ad Buratt. *decis.*522.*num.*10. Rot. *part.*11.*rec. decis.*73.*n.*15.

Quomodo, & ex quibus probetur abstensio, Giurb. *decis.*43.*num.*25.*&c.*

10 Aditio hæreditatis inducitur ex retentione mobilium, quæ defunctus habebat tempore mortis, non docto de alia causa, & titulo retinendi, & de illis non facto inuentario, vide Mantic. *de coniect. vlt.volunt. lib.vlt.tit.*12. *num.*8. *& seqq.* Merend.*contr.iur. lib.*24.*cap.*25.*n.*16. *& seqq.* & dixi *in meis resolut. cap.*99. *n.*6. *& per tot.* vbi plura ad hanc materiam aditionis hæreditatis.

Item inducitur si filius institutus domum paternam inhabitet, *l.*1.*C.de repud.hæred.* Rot.post Pacif.de Saluian.*decis.* 87.*n.*8. Magon. *decis.Luc.*62. *num.*15.

Si tamen agatur de bonis delinquentium possessis à proximioribus, ad quos non vti hæredes, sed ex beneficio, *Auth.bona damnatorum, C.de bon.proscript.* peruenerint, ex huiusmodi retentione, vel possessione non inducitur aditio, nec obligantur dicti proximiores creditoribus condemnati vltra vires bonorum, vt benè explicat Marth.*de success.legal. part.*1.*q.*8. *art.*3.*per tot.*

11 Aditio hæreditatis si fuerit facta per procuratorem debet constare de speciali mandato, cùm sit de his, quæ in animo consistunt, Caualer. *decis.*272.*n.*4.& vide *in* §.*Mandatum*.

An autem aditio ex solo mandato probetur, & dicatur facta statim, non exspectata actuali aditione fienda à procuratore, dic quod sic regulariter, quando verba mandati sunt deliberata ex nunc; secus autem si sint suspensiua, & indeterminata, sicuti pro exclusione aditionis, maximè vbi præcessit abstensio, latè ponderat Rot. *part.*9. *rec.decis.*393. *per tot. & part.*13. *decis.*274. vbi etiam quòd debet esse certus ex qua causa, & portione adeat, mandatum speciale, & solemnitates, alias ex mandato ad adeundum non inducitur aditio, Marth.*vot.Pis.*167.*n.*7. latè Vrceol. *d.tract. q.*72.*n.* 28. *& seqq.* vbi me citat in hoc loco.

12 Aditio hæreditatis per quos actus inducatur vide vltra supra citatos Marant. *in repet. l.si potest, ff. de acquir.hæred. num.*42.*& seqq.* ad 90.vbi 38. actus, & modo adeundi refert Tusch.*lit. A. concl.*190.*& seqq.* Merlin. *decis.*888.*supra n.*5. *in fine*, Ricc. *Collect.*556.

Quòd ex sola voluntate verbis, vel factis declarata inducatur aditio, Rot.*part.*2. *diuers. decis.*342. *per tot.* vbi quod non dicitur conditionalis licèt fiat cum beneficio legis, & Inuentarij.

Quando tamen est turbida non afficit, Duran. *decis.*247. *n.*14. nec quando actus sunt æquiuoci, Rot.*p.*13. *rec.dec.*77. *n.*10. *& part.*14.*decis.*145.*in fine*, Rot.*part.*18. *rec.decis.*586. vbi quòd aditio non resultat, imò potius excluditur ex actu, & confessione dubia.

13 Aditio hæreditatis inducitur per oblationem soluendi de bonis hæreditarijs, sicut & per solutionem debiti hæreditarij, Gratian. *discept. forens. cap.*150. *num.*22. Magon. *decis. Flor.*44. *num.*5. *& decis.*64. *num.*35. Mantic. *de coniect. vlt.volunt. lib.*12.*tit.*12. *num.*5. Rot. *part.*9.*recent.decis.*399. *num.*34.

Quando tamen ex alio titulo potuit fieri solutio, ex ea non inducitur aditio hæreditatis, ad quam excludendam sufficit quòd solutio sit æquiuoca, Rot. *part.* 12. *recent. decis.*358. *num.*9. *&c. & part.*13. *decis.* 232. *num.* 11. *& seqq.*

An inducatur ex actu pacis pro occisione defuncti, maximè si aliquid hoc nomine recipiatur, dixi in §.*Pax num.*6. vbi quod non: sed quod sic quando aliquid recipitur voluit Bart. *in l.pro hærede*, §.*fin. ff. de acquir. hæredit.* sequitur Iacob. Nouel. *pract. crimin. tit. de pace num.*87. *fol. mihi* 233.

14 Aditio prædicta inducitur per possessionem bonorum, & solutionem debitorum, Grat. *discep.*468. *n.*86.

Et quod filius possidendo bona patris, non docto de alia causa in dubio, & fructus percipiendo præsumatur se immiscuisse hæreditati paternæ, Magon.*decis.Flor.*64.*num.*34. vide Mantic. *de coniect.lib.*12.*tit.*12. *num.*8. Paul.Christin. *decis.Belgic.*85. *per tot. vol.*1. *& decis.*166. *d.vol.*1. vbi plura quando ex retentione rerum hæreditariarum inducatur aditio, vel non, *supra num.*9.

15 Aditio præsumitur, & inducitur per cessionem alteri factam ab eo, cui hæreditas erat delata, non solum ad effectum validandi cessionem, sed etiam vt cedens teneatur ad omnia, ad quæ hæres simpliciter adeundo obligatur, *l. si ania*, *C.de iur. delib.* Franch. *decis.*32. *num.*10. *& seqq.* Rot. *part.*7.*recent. decis.*74. *num.*8. *& decis.*106. *num.*6. *& par.*11. *decis.*41. *num.*4. Guttierez *de gabell. q.*63. *n.*3. *&c.* vbi idem in venditione, donatione, vel mandato, & siue fiat expressè, siue tacitè, secus tamen in renunciatione, vide Mantic. *de coniect. lib.*12. *tit.*12. *num.*17. Rot.*part.*9. *rec. decis.*290. *n.*10. *&* 11.

An autem ex locatione rei hæreditariæ inducatur aditio hæreditatis, latè Pacion.*de locat. & conduct.cap.*27.*num.*153. *& seqq.* vbi refert contrarias opiniones, & firmando negatiuam, & illam pluribus modis limitando.

16 Aditio probatur per solutionem mercedis medicorum, & medicinalium pro ægrotatione defuncti, maximè si agatur de hæreditate opulenta, quicquid in damnosa contrarium in puncto tenuerit Natt.*cons.*448. *n.*10. *&c.* Magon. *decis.Flor.*148. *n.*7. *&c.*

Quòd faciens expensas funeris non dicatur hæreditatem adire, Bart.*in l.si quis*, §.*plerique ff. de relig. & sump.fun.* Nat. *d.cons.*448. *n.*16. *lib* 2. Crot.*cons.*310. *circa finem lib.*3. Surd. *decis.*255.*num.*13. Mantic.*de coniect.lib.*12. *tit.*10. *n.*9. Pacif. de Saluian. *inspect.*3. *cap.*4. *num.*86. vide Marth. *de success. legal.part.*4. *quæst.*14. *art.*2. *num.*14. *& seqq.* vbi contrarium firmat, nisi agatur de modica impensa, vel præcedat protestatio.

17 Aditio potiùs præsumitur quàm illicita detentio ad euitandum delictum, & ideò inducitur ex possessione capta propria auctoritate à fideicommissario, si titulus fideicommissi, cuius vigore fuit capta non erat cum tali facultate, Rom. *cons.*247.*num.*4. Mantic. *de coniect. vlt.volunt. lib.*12. *tit.*12. *num.*10. *& tit.*13.*n.*10. Menoch. *lib.*4.*præsumpt.*101. *num.*27. *&* 37. Ludouis. *decis.*460. *num.*11. *&* 12. Thomat. *decis.*51. *n.*30. & alios citaui in meis *resol. cap.*99. *n.*7. *&* 8.

Rot.

Rot. *part. 2. diuers. decis.* 180. *n.* 3. vbi quod ad euitandum delictum præsumitur scientia testamenti, & aditio illius vigore, Garzia Millin. *decis.* 44. *num.* 6. *&c.* Rot. *part.* 6. *rec. decis.* 417. *num.* 9. *& part.* 18. *decis.* 717. *num.* 10. repetita in eadem causa.

18 Aditio potest induci per cautelam, si creditor mittat aliquem ad hæredem cum pecunia, & dicat accipe istos denarios, quos debebam defuncto, nam si accipit, & probetur, statim dicitur adiuisse, & obligatur ad debita; *l. cum debitum C. de iur. delib.* vel si ad interrogationem alterius respondeat se esse hæredem, quia talis responsio prodest omnibus alijs creditoribus, nisi prius repudiasset, quia tunc soli interroganti prodesset, vnde melius est repudiare quando quis non vult esse hæres, Capol. *caut.* 204. *& caut.* 159. vbi etiam quod inducitur aditio quando potest probari, quod filius bibit de vino, vel comedit de frumento patris post illius mortem, vel alios fructus consumpsit pro vsu suo, & dixi in meis *resolut. cap.* 99. *num.* 13. *&* 14.

Non tamen induceretur aditio etiam per exactionem crediti hæreditarij, si exigens habebat aliquam causam saltem coloratam credendi se creditorem defuncti, & quod potuerit alio iure quam hæreditario exigere, licèt posteà in discussione prætensio euanescat, Cyriac. *contr.* 244. *num.* 63.

19 Aditio hæreditatis maternæ inducitur ex retentione dotis à patre facta, cùm ita retinendo dicatur nomine filiorum adire quando sunt minores, Bart. *in disput. sua incip.* debitor in diem, *& in l. gerit num.* 28. *ff. de acquir. hæred. & in cons.* 119. *lib.* 1. Rom. *cons.* 247. *num.* 4. Magon. *decis. Flor.* 148. *num.* 11. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *vers. tertius casus*, Martha *de succes. leg. part.* 4. *q.* 14. *art.* 2. *num.* 46. Grat. *discept. forens. cap.* 627. *n.* 26. & dixi in meis *resol. cap.* 61. *n.* 13. *& cap.* 89. *n.* 18. adde Surd. *decis.* 110. *num.* 1. *& n.* 10. *&c.* Rot. *part.* 6. *diuers. decis.* 274. *num.* 9. Paschal. *de patr. potest. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 36. Ponturol. *in respons. pro Manibellis num.* 420. *in fine fol.* 123. *Cæsenæ impresso de anno* 1645. Rot. *part.* 8. *recent. decis.* 527. *num.* 4. *& part.* 10. *decis.* 329. *n.* 12. *& seqq.* vbi quod licèt videatur procedere solum in filijs infantibus, secus autem in maioribus infante, tamen per continuationem possessionis censetur ratificata aditio, vel de nouo facta, Rot. *part.* 14. *decis.* 358. *num.* 6. vbi quòd stante infantia cessat omnis difficultas.

Pro prima opinione Rot. *part. recent. decis.* 935. vbi latè pro aditione, etiam si possessio ad suum vsumfructum referri prætenderetur, quia hic etiam aditionem importat, cùm non possit vsusfructus in patre sustineri, nisi in necessarium antecedens præsupponatur acquisitio proprietatis facta ab eo vti legitimo administratore filiorum, ne aliàs pater ipse dicatur iniustè, & sine titulo possidere, quæ decisio fuit confirmata *d. part.* 17. *dec.* 396. cum aliquibus tamen declarationibus de quibus in ipsis decisionibus.

Contrarium autem multis auctoritatibus, & rationibus nititur probare Altograd. *cons.* 81. *per tot. lib.* 1. & præcipuè cùm huiusmodi actus retentionis, & non restitutionis dotis sit merum silentium, quod non significat voluntatem, & animum adeundi, maximè si pater non fuerit in mora restituendi dotem, quam moram non incurreret, vbi non adest hæres, cui possit soluere, vel si in hæreditate erant alia bona præter dotem, & pater illa non attigit, nam his casibus per retentionem dotis non inducitur aditio, vt latiùs ipse probat; sed istis cessantibus non esse recedendum a suprafirmata conclusione omninò existimo, & vide Doctores supracitatos, ac pro opinione Altograd. facit Matth. Medic. *Exam.* 50. *per tot. & decis.* 79. *n.* 8.

Quòd aditio, quæ desumitur ex possessione patris bonorum hæreditariorum nomine filij, intelligatur ad fauorem solius masculi, & non fœminarum stante statuto illarum exclusio, Rot. post Salgad. *Labyrint. credit. decis.* 50. *numer.* 22. *&c.*

Quòd in hæreditate matris sit positiuè probanda aditio, quicquid in hæreditate paterna cadat præsumptio aditionis ad fauorem filij, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 423. *n.* 10. *& seqq.* & dixi *in §. Filius n.* 27. vbi vide.

20 Aditio hæreditatis non inducitur in socio, siue consorte possidente bona in quibus habet ratam pro indiuiso, nisi percipiat integros fructus, *l. duo fratres, vbi DD. ff. de acquir. hæred.* Rot. *Flor. in mot. sub die* 11. *Februarij* 1555. *&* 22. *Iunij* 1534. Castr. *cons.* 114. *num.* 2. *lib.* 1. Angel. *cons.* 173. *in fine*, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 12. *tit.* 9. *num.* 17. *&* 18.

Alia plura quando inducatur hæreditatis aditio, siue immixtio, vel non, in terminis statuti Florentini *lib.* 2. *Rub.* 29. vide in Annotationibus manuscriptis ad *d. stat.* per plures Aduocatos Florentinos compilatis, quarum copiam habeo *fol. mihi* 4. *& seqq.* & habentur ferè omnes Aduocatos Florentinos, & in Repertorio Motiuorum, Rot. *Florent.* per Matth. Neron. *impressa Florentiæ anno* 1633. vide *in §. Statutum num.* Quando inducatur aditio, vide Cabal. *cons. decis.* 156. *lib.* 1.

Aditio præsumitur, & hæres remanet in solidum obligatus, si intra tempus ad deliberandum præstitutum non repudiat, nec inuentarium facit, *l. vlt. §. sin autem C. de iur. delib.* vbi Salyc. Castr. Alex. & alij Mantic. *de coniect. lib.* 12. *tit.* 12. *num.* 18. *&c.* Mascard. *de probat. conclus.* 51. *per tot.* Cabal. *cons.* 97. *lib.* 1. vbi de aditione inducta à statuto præfigente terminum ad adeundum, vel repudiandum, aliàs eo elapso habeatur pro adita, vt dictus terminus currat tantùm à die scientiæ hæreditatis delatæ, vide *in §. Hæreditas.* 21

Aditio hæreditatis potest fieri vsque ad 30. annos, quibus elapsis remanet præscriptum ius adeundi, nisi detur alia forma, siue tempus adeundi, vel repudiandi à statuto, de tempore præfigendo ad deliberandum, & alia, Cardin. Tusch. *litt. A. conclus.* 185. vide *in §. Tempus num.* Matth. *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 14. *art.* 1. *num.* 19. *& seqq. ad* 29. vbi plura qualiter ius adeundi præscribatur, facit Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 232. 22

Aditio hæreditatis inducitur ex venditione bonorum hæreditariorum facta à filijs tamquam dominis, cùm dominium habere non possint nisi tamquam hæredes, ita vt non obstet præcedens protestatio, à qua videntur recessisse, nec se vendidisse iure proprio tamquam bona feudalia, vel emphyteutica, quando id non fuit ipso contractu expressum, vel fuit dictum bona esse libera, maximè si in computum pretij fuerit cessus census à patre debitus, nam dicta cessio non operatur translationem iurium, sed extinctionem, & quietationem, etiam si in venditione non se nuncupauerint hæredes, cùm talis nuncupatio non sit necessaria quando alienatur res hæreditaria, cùm ex ipso facto resultet aditio, quicquid sit si actus esset indifferens, vt latè probat Rot. *in Romana census* 1. *Iulij* 1641. *coram Bichio per tot. in recent. part.* 9. *decis.* 48. 23

Quomodo aditio hæreditatis inducatur, & probetur per transactionem, latè Vticeol. *tract. de transact. q.* 72. *per tot.* & pluries in hoc loco me citat, Rot. *part.* 17. *rec. decis.* 19. vbi quòd inducitur aditio in transactione à tutore facta super re hæreditaria nomine pupilli.

Quòd non inducatur ex compromisso inter cohæredes super eorum prætensionibus, Rot. *part.* 15. *recens. dec.* 130. in eadem causa, vbi fuit confirmata præcedens decisio ibi allegata.

In contrarium facit quia etiam res aliena potest vendi, stante protestatione aditio est simulata, & potest venditio iure proprio sustineri, vt concludit Martha *vot. Pis.* 134. *per tot.*

Quòd ex dispositione, & contractu bonorum hæreditariorum, sicut ex obligatione, & solutione debitorum hæreditatis, ac ex confessione plenè probetur aditio hæreditatis, Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 373. *n.* 32. *& seqq. & decis.* 399. *n.* 34. Fontanel. *decis.* 87. 88. *&* 89. vbi plura de aditione hæreditatis resultante ex dispositione bonorum facta in testamento etiam reuocato, & alijs medijs.

Quòd ex contractu inito super re hæreditaria probetur aditio; Rot. *part.* 6. *rec. decis.* 22. *n.* 44.

Item inducitur aditio hæreditatis per solum actum præsentationis in iurepatronatu hæreditario, Rot. *part.* 4. *rec. decis.* 77. *num.* 2. *part.* 6. *decis.* 96. *num.* 10. *part.* 10. *decis.* 255. *n.* 19. *& part.* 11. *decis.* 19. *num.* 7. *decis.* 73. *num.* 16. *& part.* 13. *decis.* 74. *num.* 4. *&c.*

Item inducitur per transactionem factam super debito hæreditario, & nomine hæreditario, Bald. *cons.* 124. *n.* 1. *lib.* 2. Greg. *decis.* 98. *n.* 3. Rot. post Merlin. *de pign. decis.* 105. *n.* 21. *&c. & part.* 11. *rec. decis.* 38. *n.* 12.

Non tamen inducitur ex compromisso inter cohæredes facto super prætensionibus eorundem, cùm non concludat per necesse aditionem, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 145. *num.* 13. *&c.*

Aditio hæreditatis an possit fieri à muliere, vel minore sine solemnitatibus statutarijs in eorum contractibus requisitis, contrarias opiniones, & rationes adducit Vasq. *de success.* 24

success. lib. 1. §. 4. *num.* 46. *&* 47. alios allegaui *in* §. *Statutum requirens num.* 28. vide Marth. *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 14. *art.* 1. *n.* 10. *& seqq.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 153. *num.* 18. *& seqq.* vbi quòd cessat difficultas quando aditio fuit facta cum beneficio legis, & inuentarij, quia tunc solemnitates non requiruntur; alias autem solemnitates esse necessarias resoluit eadem Rot. *d. part.* 13. *decis.* 274. *num.* 7. *& part.* 14. *decis.* 224. *num.* 7.

An aditio hæreditatis possit fieri sine solemnitatibus, vide Francisc. de Angel. *tractat. de conf. lib.* 2. *quæst.* 14. *per tot.*

Quid in repudiatione dixi *in* §. *Statutum requirens, n.* 6. & Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 232. *n.* 9. *&* 10.

Plura, qui possint adire hæreditatem, vel non, Martha *d. quæst.* 14. *art.* 1. *per tot.* vbi de monasterio, patre, creditore, muliere, vel minore, tutore, & huiusmodi.

25 Aditio hæreditatis qualiter obliget hæredes creditoribus defuncti, & legatarijs, non autem obligationem inducat inter ipsos hæredes, Vasq. *de success. lib.* 2. §. 17. *num.* 114. vide *in* §. *Bona num.* 19. §. *Hæres num.* 1. *&c.*

26 Aditio hæreditatis quomodo probetur, vel præsumatur, & de varijs modis, siue actibus, ex quibus illa resultat, an ex verbis demonstratiuis, conditionalibus, & enunciatiuis, scriptura, factis, cessione, possessione bonorum defuncti, confectione inuentarij constitutione procuratoris, subtractione, vel amotione alicuius rei hæreditariæ, cessatione in non faciendo, testibus singularibus, & huiusmodi, latè declarat Mascard. *de probat. conclus.* 40. *& seqq. ad* 53. *per tot. vol.* 1. Marcel. Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *glos. vn. num.* 596. *& seqq.*

Quòd inducatur, & probetur per dispositionem factam in vita, vel morte de aliqua re hæreditaris sibi delatæ, cùm occultetur vnus actus, scilicet acceptatio, quæ præcedere supponitur tamquam necessaria, & satis animus adeundi declaretur, etiam si posteà dispositio reuocetur, qui etiam ex actu nullo colligitur voluntas, *l. fin. ff. de rebus eor. l.* 3. §. *fin. ff. de donat. inter vir. & vx.* Fontanell. *decis.* 87. 88. *&* 89. Castill. *contr. tom.* 5. *cap.* 108. *per tot* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 32. *& seqq.* Marcel. Cala *loc. sup. cit.*

An possit probari per positiones, animo fuisse aditam hæreditatem, Michalor. *de posit. cap.* 56. *num.* 18. *&* 19. vbi quòd sic, dummodò animus fuerit verbis, vel factis declaratus, aliàs non posset poni tamquam simplex propositum in mente retentum, & ponens debeat affirmare quod ponit.

Quòd aditio probetur per responsionem factam positionibus, si respondens dicat credere se esse hæredem, Surd. *decis.* 17. *num.* 10. habetur post Michalor. *de posit. decis.* 62.

Alia plura vide per Bertachin. *in suo Repert. verb. Aditio.*

Qualiter detur restitutio in integrum aduersus aditionem damnosam, vide in §. *Restitutio.*

27 Aditio hæreditatis inducitur ex quolibet actu, qui fieri nequeat ab hærede, nisi adita hæreditate, etiam si ille actus fuerit nullus, Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 10. *& part.* 2. *cap.* 15. *n.* 10. *cap.* 18. *num.* 13. *&* 21. *& cap.* 24. *num.* 33. Cyriac. *contr.* 501.

28 An inducatur aditio per furtum rerum hæreditariarum, Aylon. ad Gomez. *lib.* 1. *var. cap.* 9. *num.* 35. Vela *differt.* 11. *num.* 38. vbi quòd sic.

29 An adiri possit hæreditas aui, repudiata illa patris, Faber. *de error. Pragmat. Decad.* 29. *Err.* 7. *&* 8. Aliaque plura iuxta per me in hoc §. notata, nouis auctoritatibus, licèt non tam copiosè confirmata, Casteion. *in Alphabet. iurid. verb. Aditio per tot.* & nouissimè me citato Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. part.* 4. *fol.* 35.

30 An inducatur aditio hæreditatis ex illius cessione, vel renunciatione alteri facta, cùm aliàs videatur frustratoria cessio, & alia, Cæsar ad Afflict. *controu. iur. cap.* 16. *& seqq.*

§. ADMINISTRATOR XIV.

1 Administrator si sit creditor illius, cuius bona administrat, præsumitur sibi soluisse quando non fecit inuentarium, nec alia solemnia, ex quorum omissione præsumitur habere animum fraudandi, Afflict. *decis.* 13. *n.* 16. Gratian. *discept. forens. cap.* 826. *num.* 51. *& cap.* 129. *num.* 21. adeò quòd si sibi non soluerit dicatur in culpa non exigendo, & liberentur fideiussores, Gratian. *d. cap.* 129. *num.* 31. Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæst.* 57. vbi an, & quando liberentur fideiussores, vel tertij possessores ex dicta negligentia, Magon. *decis. Flor.* 121. *num.* 6. *&c.* vbi videtur velle quòd vocentur hæredes propter æstimationem faciendam, quod puto verissimum, etiam ne videatur sibi ipsi ius dicere, quod non est permissum, Magon. *decis. Luc.* 46. *num.* 36. Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 34. *& lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 178. dixi *in* §. *Mater num.* 16. §. *Solutio*, & alibi vide Ricc. *Collect.* 3261. Buratt. *decis.* 420. post Statil. de Saluian. *decis.* 87. *n.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 152. *num.* 7. *&c. decis.* 478. *num.* 19. *&c. & part.* 10. *decis.* 166. *num.* 22. *&* 23. *decis.* 192. *num.* 4. *&c. part.* 11. *decis.* 249. *n.* 32. *&c. & part.* 12. *decis.* 131. *num.* 11. *&c.* vbi de tutore, *& decis.* 161. vbi de matre tutrice, non obstante semel ratione reddita, cùm non fuerit legitimè reddita.

Quòd administrator præsumatur sibi soluisse de bonis administratis, intellige donec rationem reddiderit, ex qua apparebit an verè creditor, vel debitor sit, Menoch. *de arbitr. cas.* 202. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 5. *n.* 42. *& seqq. tom.* 1. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 20. *&c.* Rot. post illum *decis.* 24. *n.* 4. *&c.* vbi etiam intelligit quando constat sufficientes, & notabiles pecuniarum summas, vel redditus ad manus administratoris peruenisse, vide *in* §. *Mater, &* §. *Tutor*, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 158. *per tot.* vbi an præsumatur satisfactus de salario.

Administrator cùm possit sibi soluere vt suprà, cessat occasio petendi interesse ratione sui crediti, & quamuis secundùm Gratian. *d. cap.* 129. *num.* 32. & Surd. *de alim. quæst.* 45. *num.* 74. possit saltem petere illud lucrum, quod ex bonis administratis fuisset diminutum si sibi soluisset, tamen vel in hoc loquuntur contra communem, vel sunt intelligendi quando creditum administratoris fuisset de sui natura fructiferum, vt benè probat videndus Ioseph. Vrceol. *Consult. forens. cap.* 29. *n.* 15. *& seqq. per tot.* vnà cum decisione Rot. Bononien. coram Borello, quam ibidem inserit, & dixi in §. *Interesse num.* 2

Quòd ante redditam rationem præsumatur satisfactus de suo credito, Afflict. *decis.* 13. *num.* 6. *&* 7. Caualer. *decis.* 171. *num.* 7. Vrceol. *d. cap.* 29. *num.* 13. *&c.* Ricc. *Collect.* 3261. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 65. *num.* 12. *& seqq.* vbi quòd ideò non competit retentio bonorum, *& decis.* 166. *num.* 22. *&c.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 9. *per tot.*

Administrator non potest conueniri neque executari tamquam debitor alicuius summæ pro prætensa administratione, nisi prius cum eo fuerint solidata computa, & sic prius debet conueniri via ordinaria ad reddendam rationem, cùm aliàs sciri non possit an sit debitor, vel creditor, *l. debitor, & l. creditor ff. de verb. signif. & l. de illo ff. pro soc.* Munoz. *de ratiocin. cap.* 21. *num.* 12. *& seqq.* Buratt. *decis.* 123. *num.* 6. vbi Aditio Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 20. *& seqq.* dixi *in* §. *Socius num.* 28. *&* §. *Tutor num.* 19. Tusch. *litt. A. conclus.* 210. Ric. *Collect.* 3275. *& seqq.* 3664. Rot. post Pacif. de Saluian. *decis.* 68. *&* 203. *& part.* 12. *recent. dec.* 291. & hanc conclusionem latè exornat Paul. Rub. in discursu ad *part.* 9. *recent. decisionum Rotæ vol.* 2. *n.* 71. *& seqq.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 166. *num.* 22. *& seqq. decis.* 186. *num.* 16. *inf. num.* 32. *&* 33. 3

An autem possit capi si sit de fuga suspectus, Munoz. *d. tract. cap.* 4. *num.* 19. *&c.* Rot. post Vrceol. *tract. de transact. decis.* 29. *num.* 11. vbi quòd conclusio procedit si agatur de credito proueniente ex causa administrationis, secùs si agatur de credito totaliter ab eo diuerso, & separato.

An interim possit prætendere manutentionem in bonis administratis, Fontanel. *dec.* 544. *&* 545.

Et an possit fieri executio pro capitali societatis, vel administrationis ante redditam rationem, latè videndus Carleual. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 3. *disput.* 7. *per tot. fol.* 99. vbi refert contrarias opiniones, & negatiuam pro regula firmat, quam limitat nisi sit aliter conuentum per pactum, quod est validum, vel si administrator interpellatus non exhibet libros, vel vitiosos, & alijs modis penes eum videndis, & Capyc. Latr. *decis.* 141. *lib.* 2. *num.* 10. *& seqq.* Quesad. Pilo *controu. forens. cap.* 47. vbi de Tutore, vide §. *Tutor num.* 19.

Administrator præsumitur ritè, & fideliter administrasse, 4

se, nisi aliud ex redditione rationis appareat, Bart. *in l. qui sub conditione ff. de condit. & demonstrat. in l. tutor qui §. fin. & in l. cum plures §. fin. ff. de administr. tut.* Mascard. *de probat. conclus.* 1262. Munoz. *de ratiocin. cap.* 19. *numer.* 22. *&c.*

Quòd præsumatur non soluere de proprijs pecunijs sed illius, cuius bona administrat, Crauett. *consil.* 129. *numer.* 3. Ioseph. Lud. *conclus.* 53. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 244. *num.* 3.

Administratores omnes, Magistratus, & Curatores Reipublicæ tenentur dare fideiussores de benè, & fideliter administrando, reddenda ratione, & soluendo reliquatum, *l.* 2. *C. de Admin. rer. pub. lib.* 11. cum alijs per Maur. *tract. de fideiuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 36. *per tot.*

An teneantur in solidum, quomodo conueniendi, & alia Paul. Christin. *decis.* 81. *num.* 35. *& seqq. vol.* 5. de potestate Administratorum Ciuitatis, & an remunerationis causa donare possint, vide Galuan. *cons.* 20. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 83. *per tot.* vbi plura de hac materia.

Quòd dicti administratores, & Consules Reipublicæ non habeant de iure merum, & mixtum imperium, nec iurisdictionem commodam, sed tantùm simplicem iurisdictionem in leuibus casibus, §. *nos igitur*, §. *audiantur*, §. *iusiurandum*, *& §. quod si delinquentes in Auth. de deffens. Ciuit. collat.* 2. *& l.* 1. *C. de deffens. Ciuit.* cum similibus per Boer. *tract. de custodia Clauium num.* 38. *&c.* vbi etiam an habeant custodiam clauium ciuitatis, & Martha *vot. Pis.* 62. *per tot.*

6 Administratores omnes tenentur conficere librum rationum; & in eo cum appositione diei scribere data, & recepta, aliàs non creditur illorum assertioni, nisi constet etiam de quietantijs, & quid si solutiones sint verisimiles, Rot. *part.* 2. *Diuers. decis.* 217. *&* 218. *per tot.* Cardin. Tusch. *litt. A. concl.* 202. vbi quòd tenentur etiam facere inuentarium, Ricc. *Collect.* 3280. Borgn. *decis.* 38. *&* 39. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 4. *num.* 794. *n.* 865. *&c.*

Et quòd teneantur dictos libros rationum custodire donec reddita fuerit ratio, Grat. *discept. forens. cap.* 71. *per tot.* Rot. per Farinac. *decis.* 239. *n.* 4. *&c.*

Quid si fuerint amissi, quomodo probetur dixi in §. *Amissio*. Et illa non probata, præsumitur occultatio studiosa, ac in eis adesse sufficientem probationem, Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 198. *num.* 11. Tenentur etiam huiusmodi libros edere, idest illos ostendere, & copiam describendi facere, non autem effectualiter tradere, Rot. per Farinac. *decis.* 767. *num.* 2. *&c.* Ludouis. *decis.* 151. Genua *de script. priu. lib.* 4. *tit. de lib. Admin. num.* 7. *&* 8. *fol. mihi* 213. & dixi *in* §. *Liber.* vide Thomat. *decis.* 151. *per tot.* vbi qualiter teneantur exibere, & non producere, ne fiant de actis, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 455. vbi qualiter ad omnem requisitionem domini, & principalis teneantur libros exhibere, nec possint amissionem iuramento probare, stante obligatione custodiendi, & alia.

Quòd probata illorum existentia, & interesse petentis, sint exibendi libri, qui si appareant extitisse penes defunctum, præsumatur extare etiam penes hæredem, qui ideò non admittitur ad iurandum se illos non habere, Caualer. *decis.* 545. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3309.

Administrator tamen particularis non tenetur conficere librum rationum, nec contra eum datur iuramentum in litem, sed ei sufficit sine libro reddere rationem de ijs, quæ probantur ad eius manus peruenisse, Garzia Millin. *dec.* 150. vide *in* §. *Tutela num.* 18. vbi qualiter etiam tutor possit reddere rationem sine libris, & inuentario, & in alio administratore, Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 291. *n.* 13. Ludouis. *decis.* 274. vbi etiam de Magistro domus.

7 Administratores omnes siue voluntarij, siue necessarij tenentur reddere rationem, quæ etiam contra eorum hæredes exigitur nisi fuerit dilata culpa petentis, nec huiusmodi actio præscribitur minori spatio 30. annorum; quando autem propter pariformem administrationem videatur remissa redditio rationum inter socios, & alia huiusmodi, vide per Gratian. *discept. forens. cap.* 762. *per tot.* Montan. *de tut. cap.* 38. *per tot. fol.* 192. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 42. Menoch. *de arbitr. cas.* 209. Borgn. Caualc. *decis.* 38. *&* 39. Trombett. *de societ. cap.* 7. dixi *in* §. *Frater*, *& §. Socius inf. num.* 9. *&* 32. plenè Tusch. *litt. A. conclus.* 203. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 734. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 126. *num.* 1. *&c. decis.* 282. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 436. *num.* 9. *& part.* 10. *decis.* 186. *per tot.* vbi quòd vt redditio rationis possit exigi debet probari receptio, & administratio, & si duo socij promiscuè administrarunt, vnus non potest ab alio rationes exigere, nisi prius pro parte sua reddat, vel ambo insimul reddere debent, & alia.

Quando liber fuit semel productus, & pars eo viso per multum tempus tacuit præsumitur fidelis, & administratio recta, etiam si amplius non reperiatur liber, Seraph. *decis.* 684. & dixi *in* §. *Liber n.* 33. *in fine.*

Quòd ratio præsumatur reddita ex taciturnitate decem annorum, Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 60. *num.* 5. vide Seraph. *d. decis.* 684.

Quòd quilibet administrator, & negotiorum gestor teneatur reddere rationem suæ administrationis, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 32. *num.* 1. *& seqq.* Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 1. *Rubr.* 11. cum addit. Francisc. Romaguer. vbi plura de hac materia redditionis rationum, maximè locorum piorum, etiamsi fundatores contrarium disposuerint, & appellatione remota, quis sit Index competens in huiusmodi reuisionibus, an laicus, vel Ecclesiasticus, an sit locus præuentioni, & alia ad rem.

Quod quilibet administrator, etiam pater teneatur reddere rationem, etiam de bonis filio donatis, reseruata sibi facultate liberæ administrationis, Tondut. *quæst. ciuil.* 102. *part.* 2.

Qualiter præsumatur reddita ratio ex cursu 30. annorum, coniunctione sanguinis, & præsumptione sæpiùs calculatæ rationis, iuxta *l. Procula ff. de probat.* Rot. *p.* 12. *rec. decis.* 197. *num.* 30. *&c.* dixi *in* §. *Solutio num.* 8.

Quòd ad dictum effectum administratores teneantur conficere Inuentarium, & quomodo, Montan. *de tut. cap.* 32. *reg.* 5. *num.* 71. *fol.* 109. Tusch. *litt. A. concl.* 202. Alias contra eos dari iuramentum in litem, idem Montan. *reg.* 6. *n.* 2. *&c. fol.* 112. Altograd. *cons.* 21. *n.* 6. *&c. lib.* 1. dixi *in* §. *Iuramentum*, *& alibi*, Tusch. *d. concl.* 202.

Limita tamen in patre, qui bona filij administrando, non tenetur librum rationum conficere, nec rationem reddere, Farinac. *in fragm. crim. part.* 1. *num.* 52. *&* 53. Genua *de script. priu. lib.* 4. *tit. de lib. Admin. n.* 8. *fol. mihi* 213. Tusch. *litt. A. concl.* 203. *num.* 19. vbi intelligit quando est legitimus administrator, aliàs secus, vide Sanfelic. *decis.* 180. vbi quòd si non habet vsumfructum, non habet administrationem, tenetur reddere rationem cum reliquorum restitutione, & cautionem præstare, dixi in §. *Pater numer.* 37. *&* 42. idem Sanfelic. *decis.* 208. vbi quando satisdare teneatur, vel non.

Administrator non tenetur reddere rationem nisi de 8
his, quæ ad illius manus peruenerint, Socc. *consil.* 79. *num.* 20. *lib.* 2. Bart. *in l.* 1. *num.* 9. Alex. *num.* 22. *ff. de edend.* Crauett. *cons.* 331. *numer.* 14. Durand. *decis.* 368. *num.* 21. vbi quòd non potest condemnari, nisi prius concludenter probatum fuerit ad eum peruenisse pecunias, loquitur in Capsetio, & in casu vbi obligatio sic expressè cantabat, vide in §. *Tutela num.* 19. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 186. *num.* 1. *&c.* vbi quòd debet probari merces recepisse, & administrasse, aliàs gratis pulsatur ad rationem reddendam.

Et quòd deficientia pecuniarum, vel aliarum rerum sic probanda ab allegante, & deducente pro fundamento suæ intentionis, etiamsi consistat in negatiua, Beltram. ad Ludouis. *decis.* 53. *num.* 5. Buratt. *decis.* 19. *num.* 10. *vbi Additio*, *& decis.* 794. *num.* 2. Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 93. *num.* 55. *& seqq.* vide in §. *Negatiua.*

Administrator quòd teneatur reddere rationem, intelli- 9
ge quando à socijs, vel alijs interesse habentibus fuit præcisè ad administrandum deputatus, & ad hoc se obligauit, & postea administrauit, secùs autem in eo, qui suo arbitrio, & vti socius absque aliqua præcisa deputatione, & obligatione, sed solummodò pro communi commodo, & vtilitate administrauit, & sic qui non ex officio sibi iniuncto, sed pietatis, amicitiæ, vel simili causa motus rem communem administrauit, vel commune negotium gessit, non tenetur reddere rationem pro simplici nudo ministerio, & exercitio nulla præcedente deputatione, vel obligatione præstito, vide Rot. *part.* 3. *recent. decis.* 622. *num.* 1. *& seqq.* *& decis.* 690. *num.* 1. *&c.* Decian. *cons.* 79. *num.* 44. *& seqq. lib.* 2. & dixi in §. *Socius num.* 28. Ric. *Collect.* 3221. vbi quòd duo copulatiuè requiruntur nempè deputatio, & administratio, quæ tamen deputatio potest fieri non solum expressè, sed etiam tacitè, vide Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 186. *per tot.*

Qua-

Qualiter administrationis ratio non possit exigi per vnum socium ab altero quando ambo administrarunt, vide Castr. *cons.* 126. *lib.* 2. Crauett. *cons.* 159. *num.* 6. Ioseph. Ludou. *decis.* 28. *num.* 20. *supra num.* 7.

10 Administrator sortitur forum ratione administrationis in loco, in quo administrauit, ibique conueniri debet, *l. Prætor §. his etiam ff. de edend. l.* 1. *&* 2. *C. vbi de ratiocion. agi oport.* Soc. *cons.* 31. *in fine, & cons.* 149. *num.* 4. *lib.* 1. Sim. de Præt. *cons.* 154. *nu.* 2. *lib.* 1. Munoz. *de ratiocin. cap.* 7. Gutierez. *de tut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 126. cum alijs per Gratian. *decis.* 180. *per tot. cum Add.* Tusch. *litt. A. concl.* 205. *nu.* 10. *& seqq. & litt. T. concl.* 443. Ricc. *Collect.* 1145. vbi quòd potest peti remissio ad eum locum secundùm Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 69. vide Nouar. *de elect. for. sect.* 4. *quæst.* 34. Leoncil. *decis. Ferr.* 162. *per tot.*

Intellige si velit actor, quia vbi quis plura fora sortitur, electio est actoris; in quo velit conuenire reum, Castr. & Ang. Perus. *in d. l. Prætor §. sed est hoc,* Socin. *cons.* 149. *nu.* 4. Paul. Christin. *decis. Belg.* 160. *num.* 2. *vol.* 2. vbi tamen refert diuersimodè iudicatum, *& decis.* 166. *num.* 7. *vol.* 2. *vbi etiam num.* 10. intra quod tempus retractari possint rationes semel redditæ, *& decis.* 162. *num.* 1. *vol.* 3. vbi intelligit dummodò libri, & scripturæ adducantur expensis, & periculo ipsius actoris, vide Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 110. *per tot.* vbi quòd stante obligatione camerali non potest administrator hac exceptione se tueri, nec quando actor offert transportationem facere suis periculo, & expensis, nec quando administrator iam consensit in iurisdictionem, nec si aliter arbitrio iudicis congruum videatur.

Quomodo autem, & ex quibus probetur administratio, vide Rot. *in Bonon. Pecuniaria* 10. *Ianuarij* 1650. *coram Otthobono per tot.* penes Zacch. *quæst. medic. legal. tom.* 2. *decis.* 92. Caualer. *decis.* 98. *num.* 4. *&c.*

Et quando ex diuturnitate temporis, alijsque coniecturis præsumatur reddita ratio, vide Gratian. *decis.* 46. *per tot.* & facit quod dixi in §. *Solutio num.* 8. Alex. Trombet. *tract. de societ. cap.* 7. *num.* 17.

11 Administrator, qui ex facto aduersarij non potest reddere rationem, vt quia ex abrupto illi fuerint ab aduersario ablati libri, scripturæ, & alia de quibus tenebatur reddere rationem absque eius interuentu, & sic quando ab aduersario fuerunt omnia propria auctoritate occupata, excusatur, & quoad illum habetur ratio pro reddita, cum actus semper habeatur pro facto in præiuditium illius, qui impediuit, vel fuit in causa ne fieret, & quando non stetit per eum, qui tenebatur facere, imò potest contra huiusmodi occupantem, & inuadentem exigi ratio si exigentis intersit, *l. cum domini*, vbi Bart. & Bald. *ff. locat. & conduct.* Alex. *cons.* 127. *circa medium lib.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 1252. *num.* 13. Gratian. *discept. forens. cap.* 851. *num.* 2. *&* 3. Ludouis. *decis.* 327. *num.* 10. *& decis.* 341. *num.* 2. *cum Addit. litt. A.* Cancer. *var. resol. part.* 3. *cap.* 2. *de Inuent. num.* 14. *dixi in §. Actus num.* 16. facit Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 83. *num.* 2. vbi de tutore, qui excusatur ab omissione inuentarij, si non proueniat ex dolo, vel culpa ipsius, sed ex iusta causa, ob impedimentum ab aduersario præstitum, vide in §. *Tutela num.* 13. *&c.*

12 Administratores, siue camerarij pecuniarum publicarum eas in proprios vsus, vel amicorum conuertentes qua pœna puniantur, vide Cabal. *resol. crim. cas.* 99. *& cas.* 136. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 304. *num.* 11. Menoch. *de Arbitr. cas.* 586. *per tot.* Farinac. *de furt. quæst.* 171. *per tot.* Bonif. *de furt.* §. 5. *num.* 60. *& seqq. ad* 83. *fol. mihi* 195. *&c. & dixi in mea Pract. §. Administratori num.* 5. *&c. §. Camarlinghi num.* 6. *& §. Rettori num.* 73. *& in hoc opere §. Officialis num.* 9. *& §. Pecunia num.* 15. *facit in §. Depositum num.* 16. Paul. Christin. *decis.* 11. *volum.* 5. vbi de pœna quadrupli ex *l.* 1. *C. de his, qui ex pub. rat. mut. pec. accept. & decis.* 60. *volum.* 5. vbi quòd idem est in victualibus publicis, Sanfelic. *decis.* 166. *per tot.* vbi quod dicuntur committere crimen peculatus, quòd est species grauioris furti, & punitur pœna mortis, nisi ex aliqua iusta causa veniat temperanda, de quo latiùs videndus idem Sanfelic. *decis.* 284. *&* 285. vbi plura hincinde ad punitionem, vel excusationem criminum peculatus, & de residuis, & quando vtrumque committatur, vel non, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 72. vbi plura pro defensione imputati de solutione pecuniarum Fisci in aliam causam præter destinatam, & dixi in §. *Pecunia num.* 15.

Quòd administratores ærarij publici (quid sit in alijs) reperti debitores per visionem librorum, possint absque alia citatione condemnari, & exigi, *l.* 2. §. *quod si ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin.* Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 6. *&c.* vbi quòd ita consuetudo obseruat, vt contra debitores fiscales procedatur ad capturam personæ, & ad tenutam bonorum pro debito liquido, quod priuilegium competit etiam fideiussoribus, qui pro illis soluerint.

Qualiter etiam contra huiusmodi administratores, & Primipilos competat priuilegium tacitæ hypothecæ cum priuilegio prælationis, dixi in §. *Hypotheca num.* 20. & Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 214. *&* 408. vbi aliter declarat officium Primipilatus.

13 Administrator, siue Procurator dolosè, & mendaciter pecunias domini priuati in proprios vsus conuertens qualiter teneatur actione furti, latè Gratian. *discept. for. cap.* 935. Ricc. *Collect.* 3304. *dixi in §. Furtum, §. Hypotheca, §. Pecunia, & §. Procurator num.* 4. Farinac. *cons.* 96. *lib.* 1. vbi de administratore, qui pluties reddita ratione fuit liberatus, quando possit sub prætextu doli in eadem administratione commissi criminaliter inquiri, & molestari, & ex quibus in hoc proposito dolus arguatur, probetur. Facit quod dixi in §. *Dolus num.* 14. *& §. Tutor num...*

Et idem est in alijs rebus, nam debet res domini modo præscripto gubernare, non autem intercipere, & sibi appropriare, aliàs vltra actionem ciuilem, tenetur etiam criminaliter furti, cuius pœna est arbitraria, & hoc casu solet esse confinij ad tempus, Ang. Perus. *cons.* 90. *n.* 2. Crauett. *cons.* 286. *num.* 9. Tiraquel. *de pæn. temper. caus.* 58. *num.* 1. *&c.* Benedict. Carpzou. *in sua Pract. Criminal. quæst.* 58. *num.* 1. *&c. part.* 2. Coler. *decis. German.* 207. *num.* 5. *part.* 1. & dixi in mea Pract. §. *Administratori num.* 7. *& §. Furto num.* 44. *&c.*

Et quando administrator malè se gessit in administratione sibi commissa, imputandum est præponenti, & non soluentibus, qui remanent per solutionem illi factam liberati, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 490. *num.* 8. *&c.*

14 Administrator an possit cum pecunia domini negotiari, & sibi acquirere, & quomodo teneatur ad interesse si erat obligatus cum illa emere prædia, vel similia, vide in §. *Tutor num.* 36. Gratian. *discept.* 240. *num.* 26. *&c.* Tusch. *litt. I. concl.* 301. vbi quòd tenetur dare lucrum domino quando nulla personalis industria fuit admixta, vel pro rata deducto labore, & industria, Michael Ferro Manriq. *quæst. Vicar. part.* 2. *quæst.* 87. *per tot.* vbi sententia Dianæ confutatur, & aliorum declaratur.

Quòd sibi acquirat quando pecuniæ administratæ dominium in administratorem fuit translatum, Menoch. *de Arbitr. cas.* 586. *num.* 25. *vide §. Pecunia num...* Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 32. vbi quòd sibi acquirit rex industria, *& part.* 10. *tract.* 13. *resol.* 65. *in fine*, vbi ponit alium casum valdè notabilem, de quo dixi in §. *Executor num.* 13. *facit in §. Comodatum num.* 7.

Quando autem administrator censeatur acquisiuisse suo principali, & non sibi, maximè si acquisiuerit pro persona nominanda, & cum pecunijs domini, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 198. *per tot.* Et quando teneatur inuestire pecunias, Rot. *part.* 14. *decis.* 204. *num.* 6. *&c.*

15 Administratores Reipublicæ, Ecclesiæ, fisci, & similium tenentur ad interesse ex mora irregulari, si non soluant reliquarum vbi adest legitima persona cui solui possit, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 241. *num.* 55. *&c. & in §. Interesse, & §. Mora,* Leotard. *de vsur. quæst.* 22. *num.* 26. *& seqq. quæst.* 82. *num.* 6.

Quando teneantur ad restitutionem vsurarum indebitè perceptarum, an principaliter, vel in subsidium, idem Leotard. *de vsur. quæst.* 94. *num.* 69. *&c.* facit quod dixi in §. *Aduocatus num.* 21.

16 Administratores Annonæ, sicut alij quilibet tenentur de nominibus debitorum non exactorum, maximè per eos contractorum, quamuis aliàs qui præsunt frumento emendo, & conseruando pro publico, debeant seruari indemnes, vbi segniter non se gesserint, Gratian. *discept. forens. cap.* 626. *per tot. vide in §. Nomen,* Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 1. *Rubr.* 30. *per tot.* Card. de Luca *de Regal. discur.* 44. *&* 45. Amay. *in C. ad tit. de annon. & Tribut.* Vrsel. *concl.* 111. & alios ab illis citatos, Andreol. *contr.* 66. vbi quando contra eos procedatur criminaliter, vel ad damna.

Plura de officio administratorum, & susceptorum Annonæ, & qualiter puniantur circa eam delinquentes, Rip.

tract. de peste tit. de remed. ad conseruand. vbert. Decian. *tract. crim. lib. 7. cap. 22. per tot.* Tusch. *litt. A. conclus.* 338. Genu. *de script. priuat. in Addit. de lib. suscep. annon. fol. mihi* 57. *vide in §. Fiscus num.* 23. *vers. susceptores.*

Quòd contra administratores Annonæ, & similes non sit exigenda scrupulosa redditio rationis, & frumentum naturaliter in horreis non crescat, sed potius decrescat, ac ideò depositarij eiusdem non teneantur ad aliquod augmentum, & alia ad rem, Giouagnon. *cons.* 43. *num.* 57. Andreol. *contr.* 311. *per tot.*

De origine, officio, & iurisdictione Præfecti annonæ, de quibus causis cognoscat, vel non in præiudicium aliorum iudicum, & magistratuum ordinariorum, plenè Sanfelic. *decis.* 290. *per tot. & decis.* 329. cum plena additione.

Quòd administratores prædicti non teneantur de leuissima culpa, neque de vitio naturali, neque de casu fortuito, Borgn. Caualcan. *decis.* 37. *num.* 22. vbi de frumento diminuto.

Et generaliter quòd administratores non teneantur de nominibus debitorum non exactis, nec de periculo diminutionis, vel mutationis monetarum, nisi fortè negligentia, mora, vel culpa etiam leuis possit illis imputari, *l. 2. C. arbitr. tut.* Munoz. *de ratiocin. cap.* 19. *n.* 21. *& seqq.* Salgad. *Labyr. credit. part. 3. cap.* 11. *num.* 105. *& seqq. & num.* 17. *& seqq.* Rom. *cons.* 413. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 450. *num.* 9. *& seqq.* vbi quando, & qui teneantur de non exactis, & melius *part.* 14. *decis.* 2. *num.* 9. *& per tot. & decis.* 256. vbi quòd non tenentur de casu inopinato.

17 Administratores Reipublicæ licèt liberum habeant arbitrium, non possunt de publico salaria constituere, & præmia etiam si publicum commodum respicerent, nisi in casibus à iure approbatis, vt magistris liberalium artium, medicis, vel donando pro alimentis Decurionibus, facultatibus consumptis, vel Legatis, & Oratoribus Principum, iuxtà qualitatem loci, & personarum, & sic ob benemerita, licèt aliter statuta disponerent, vt benè declarat Menoch. *lib.* 1. *de Arbitr. quæst.* 46. *vide §. Alimenta.*

Alia vide *in §. Magistratus.*

Quòd nullus administrator possit de rebus administratis donare, Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 115. *num.* 10. *& seqq. vide in §. Tutela supra num.* 5.

Possunt tamen promissa præmia licitantibos concedere, Gutierez. *de Gabell. quæst.* 52. *num.* 11. *& quæst.* 152. *num.* 2. *&c. vide in §. Subhastatio num.* 10. *&c.*

18 Administratores Ecclesiarum, siue aliorum locorum piorum, non possunt habere fidem de pretio, vel implemento in eorum contractibus, alias non transfertur dominium in recipientem, valet tamen contractus quoad obligationem, si necessariæ solemnitates intercesserint, sed ex non translatione dominij oritur effectus, quòd transacto tempore ad soluendum pretium, vel dandum contracambium præstituto, & non sequuto implemento, possit Rector bona Ecclesiæ repetere, & vendicare, Altograd. *cons.* 26. *num.* 54. *& seqq. lib.* 1. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *n.* 302. *fol.* 185. vbi quod idem est in administratoribus fisci, & minorum, & dixi in §. *Tutor, & §. Procurator.*

Quòd administratores locorum piorum habeant liberam administrationem, tutoribus æquiparentur, loco Domini habeantur, possint expedire etiam ea, quæ mandatum speciale aliàs exigerent, cum ex eorum electione, & deputatione censeatur illis data omnis opportuna facultas, ne contrahentes cum illis decipiantur, latè probat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 432. *num.* 26. *& seqq.* Quando autem, & ex quibus administratores, siue œconomi Ecclesiarum dicantur habere liberam administrationem, & possint ad libitum eligere, & remouere Capellanos, latè, & pulchrè Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 2. *per tot. & decis.* 21.

19 Administratores etiam laici Confraternitatum, Ecclesiæ, & quorumcumque aliorum locorum piorum, tenentur singulis annis reddere rationem in manibus Ordinarij, nisi adsit aliqua consuetudo, vel Priuilegium reddendi rationem alijs ad id deputatis, quo casu illis simul & Ordinario esset reddenda ratio, & aliter factæ liberationes non suffragantur, Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 9. *de Reform.* & latè probat Gratian. *discept. forens. cap.* 395. *per tot. vide in §. Episcopus num.* 3. latè Merlin. *decis.* 473. *per tot.* Ricc. *Collect.* 714. *&* 3217. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 278. *num.* 6. Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 2. *per tot.* Thomat. *decis.* 27. *per tot.* Ioseph. de Rosa *Consult.* 10. *per tot.* vbi latè de Confraternitatibus, & Montibus Pietatis, cuius iurisdictioni, an Ecclesiastici, vel sæcularis Iudicis, subiaceant; de differentia locorum, ac personarum Ecclesiasticarum; ac ex quibus Confraternitates Episcopi auctoritate erectæ censeantur, vel non.

In Statibus tamen Serenissimi Magni Ducis Etruriæ ex inueterata consuetudine, quæ potest dici transijsse in priuilegium, quatenus aliàs de priuilegio non constaret, Administratores Confraternitatum laicalium, absque alio interuentu Ordinarij, reddunt rationes administrationis in manibus Cancellariorum Communitatum, quæ posteà reuidentur, & approbantur per Magistratum Dominorum Nouem Conseruatorum Iurisdictionis, & Dominij Florentini, & ita seruatur vt notissimom est ipsis Episcopis, ac alijs omnibus, facit quod dixi in §. *Confraternitates, & §. Locus,* Merlin. *decis.* 473. vbi quòd huiusmodi consuetudo legitimè præscripta seruari debet.

Quòd confraternitates existentes sub protectione Regum non visitentur ab Episcopis, nisi quoad decentiam diuini cultus, Dian. *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resolut.* 100. Ricc. *Collect.* 4095. latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 41. *& seqq.*

Quòd confraternitatibus laicorum sit danda manutentio, probata possessione, in administratione Sacristiæ, & aliarum rerum ad Ecclesiam spectantium, & quomodo probetur dicta possessio, Merlin. *decis.* 632.

Administratores prædicti locorum piorum condemnati 20
non possunt appellare ad effectum suspensiuum, sed tantùm ad effectum deuolutiuum, Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 19. Scacc. *de appell. quæst.* 17. *limit.* 29. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 353. *&c. fol.* 561. Thomat. *decis.* 27.

Quòd procedit etiam in alijs administratoribus, & eorum hæredibus, quia condemnati ex causa administrationis, non appellant, nec executionem sententiæ retardare valent, nisi prius soluerint, & posteà appellationem prosequi velint, nec committuntur attentata, Gratian. *discept. forens. cap.* 665. *num.* 2. *&c.* Munoz. *de ratiocin. cap.* 4. *num.* 5. *& seqq.* cum alijs per eos citatis, Ricc. *Collect.* 3220. *&* 4175. Thomat. *decis.* 27. *decis.* 103. *& decis.* 108.

Administrator, negotiorum gestor, siue factor sciente, 21
& patiente domino agens, censetur per electionem, & patientiam ab ipso domino approbatus, illumque obligat contrahendo, etiam si posteà conuertat in vsus suos, nè contrahens cum eo contemplatione domini decipiatur, Surd. *cons.* 326. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 3. *tit.* 10. *num.* 30. & benè declarat Gratian. *discept. forens. cap.* 385. *per tot.* vbi etiam quòd contrahens cum talibus, censetur habere animum obligandi dominum, & illius intuitu credere.

Qualiter Capserius banchæ nummulariæ habeatur pro institore, & obliget dominum, ac suos fideiussores, etiam si pecunias non adnotauerit in libris solitis, cùm eius dolus, vel negligentia potius domino quàm creditoribus nocere debeat, & alia ad hoc propositum, latè Giurb. *decis.* 88. *per tot.*

An inter Bancherios detur societas, & mortuo vno soluatur, ac fideiussores liberentur, Mastrill. *decis.* 135. *per tot.*

Administratores omnes tenentur de dolo, lata, & leui 22
culpa, an autem de leuissima, & casu fortuito, vide Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 33. *& seqq. fol.* 202. *dixi in §. Tutor*, latè Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *resol.* 18. *per tot.* vbi de negotiorum gestore, & refert etiam sentientes teneri de leuissima, Borgn. Caualc. *decis.* 39. *num.* 29. *&c.* vbi qualiter teneatur etiam de leuissima culpa quando negotium susceptum requirebat exactam diligentiam, & alia plura de hac materia, vide in §. *Conductores num.* 29. *& §. Vecturales num.* 2. *&c.*

Administratores omnes, sicut & tutores, ac curato- 23
res prohibentur emere bona illius, cuius administrant, Alex. *cons.* 4. *num.* 6. *lib.* 3. Montan. *de tut. cap.* 30. *num.* 61. *&c. fol.* 89. dixi in §. *Tutor*, & acquirere actiones, vel iura contra eumdem, Olea *de cess. iur. tit.* 2. *quæst.* 6. *num.* 15. *& per tot.*

Nec possunt conuertere res administratas in alium vsum præter destinatum, *l.* 1. *&* 2. *§. quod de frumentaria ff. de admin. rer. ad ciuit. Clem.* 2. vbi glos. & DD. *de relig. dom.* Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 115. *num.* 13. *&c.*

Administratores omnes, qui iniustam causam prose- 24
quuntur sine peritorum consilio tenentur ad expensas de pro-

proprio, Montan. *de tut. cap.31. effect. 6. nu. 4. &c. fol.* 101. *dixi in* §. *Executio*, §. *Sententia*, *&* §. *Tutor*.

25 Administrator, ſiue negotiorum geſtor, non poteſt regulariter pro ſuo principali, vel domino teſtificari circa negotia, quæ gerit, ſed benè contra illum, & interdum etiam pro illo, vt per Farinac. *de teſt. quæſt.* 60. *illat. 7. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.18. num.*560. *fol.*333.

Alia de Adminiſtratoribus dixi in mea Pract. §. *Adminiſtrator per tot.*

26 Adminiſtrator, ſiue negotiorum geſtor Principis, vel alterius habens penes ſe pecuniam domini ſui, ſi illam caſu fortuito amittat, vel ſibi fuerit ablata, cuius ſit periculum, videtur dicendum adminiſtratoris cùm ſit debitor quantitatis, & quia genus perire non poteſt, *l. incendium C. ſi certum pet. dixi in* §. *Debitor num.* 9. latè Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 5. *num.3. & ſeqq. vol.3.*

Sed quòd periculum ſit domini, quando dominum pecuniæ non fuit translatum in adminiſtratorem, imò etiam in eum dominio translato, quando pecunia fuit principaliter data gratis, & ad commodum domini, & non adminiſtratoris, per textum, vbi Caſtr. & alij in *l. Titius Sempronio ff. de præſcript. verb.* cum pluribus concordantibus adductis per Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 172. *per tot. vol.1.* vbi quòd ita fuit deciſum, & qualiter etiam probetur amiſſio, vide eumdem Chriſtin. *deciſ.5. num.3. & ſeqq. vol.3.* facit Merlin. *deciſ.*188. *per tot.* vbi loquitur in depoſitario, de quo dixi in §. *Depoſitum num.*3. 12. *&* 17.

27 Adminiſtratores omnes qualiter poſſint prætendere ſalarium ſuæ adminiſtrationis, vide in §. *Salarium*, & aliquos caſus ſingulares, per Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*205. *volum.*1.

An poſſint prætendere alimenta ex bonis adminiſtratis, Rot. *part.14. recent. deciſ.* 204. *num.* 8. vbi negatiuè concludit.

An præſumantur ſatisfacti de ſalario donec rationem non reddiderint, vel etiam illa reddita, non facta mentione de ſalario, Rot. *part.14. recent. deciſ.*168.

28 Adminiſtratorum bona, an ſint tacitè hypothecata pro mala adminiſtratione, & reliquatu, Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.*2. Ricc. *Collect.*3308. Rot. per Farinac. *deciſ.*183. 558. *&* 559. vbi qualiter hypotheca competat filio in bonis patris propter doloſam adminiſtrationem, & alienationem, vide in §. *Hypotheca num.* 18. *& ſeqq.*

Quòd è contra adminiſtrator pro ſuis reliquis, & expenſis in conſeruationem factis habeat tacitam hypothecam cum prælatione quoad omnes, Salgad. *Labyrint. credit. p.*3. *cap.9. num.3. &* 11.

29 Adminiſtrator, qui ſemel reddidit rationem, non poteſt cogi regulariter ad illam de nouo reddendam, niſi conſtet de errore, & dolo, *l. ſemel C. de prob. apoch. lib.*10. *l. vn. C. de error. calcul.* Farinac. *conſ.7. lib.* 1. Ricc. *Collect.*1915. 3128. *&* 3976. *dixi in* §. *Tutela num.*21. Rot. *part.10. recent. deciſ.*128. *part.11. deciſ.*367. *part.12. deciſ.17. num. 9. & deciſ.*321. vbi pro noua redditione ex errore, vel dolo, aliàs ſecus eadem Rot. *part.14. deciſ.* 112. *num.* 11. *& deciſ.* 204. vbi pro noua redditione quando non fuit ſufficienter reddita, *& deciſ.*455. *num.*10. *&c.*

30 Adminiſtrator dotans mulierem non cenſetur dotaſſe de proprio, ſed de bonis ipſius mulieris ab eo adminiſtratis, & ideò qualiter extinguatur cenſus per conuerſionem in dotem, Rot. *part.9. recent. deciſ.*99.

Et regulariter præſumi ſoluere de pecunijs, & bonis adminiſtratis, & non de proprijs, niſi aliter ex coniecturis appareat, Crauett. *conſ.* 129. *num.* 3. Alex. *conſ.* 100. *dub.3. lib.* 2. cum alijs per Maſcard. *de probat. concluſ.* 53. *per tot.*

31 Adminiſtrator, & illius fidejuſſor qualiter teneantur pro pecunijs exactis à filio ipſius adminiſtratoris, latè Rot. *part. 9. recent. deciſ.* 204. & dixi in §. *Fideiuſſor num.*84.

Item qualiter teneantur pro exigendis, & non exactis ex culpa, & negligentia, Rot. poſt Cenc. *de cenſ. deciſ.* 288. *& part.9. recent. deciſ.* 204. *num.* 28. Borgn. *deciſ.* 37. 38. *&* 39. vbi plura vide *in* §. *Nomen num.* 10. *&* §. *Tutela num.*25.

Quòd quilibet teneatur de facto ſubſtituti à ſe electi, Rot. *part.3. recent. deciſ.*421. Merlin. *de pign. lib.3. tit.* 1. *quæſt.* 2. *num.*49. latè Sanfelic. *deciſ.*179. vbi benè concluſionem declarat, & limitat, ipſum adeas.

32 Adminiſtrator qualiter teneatur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, & reliquatum reſtituere, aliàs poſſit condemnari ad reſtitutionem rei vnà cum fructibus, quamuis ipſe illos non perceperit, Rot. *part. 9. recent. deciſ.* 182. *& deciſ.*282. Alexand. Trombett. *tract. de ſociet. cap. 7. per tot. vide ſupra num.7. & in* §. *Procurator num.*16.

Quæ partitæ ſint admittendæ, & quæ ſpernendæ in redditione rationum, quid ſeruandum in paruis ſummis, & alia latè Rot. *part.9. recent. deciſ.*442. *&* 473. *per tot.*

Vt poſſit ratio dici benè, & releuanter reddita, tria copulatiuè requiruntur, nempè primò exhibitio librorum, ſecundò calculus verus, & iuſtificatus, tertiò demum reliquatus reſtitutio, aliàs non dicitur ſufficienter reddita ratio; quæ etiam diſtinctè de ſingulis negotijs eſt reddenda, quando quis plura negotia diſtincta adminiſtrauit, *l. cum ſeruus vbi DD. ff. de condit. & demonſt.* Buratt. *deciſ.* 329. *num.* 2. Coccin. *deciſ.*382. *nu.*4. Munoz. *de ratiocin. admin. cap.* 10. *num.*42. Rot. *part.* 10. *deciſ.*198. *per tot. & part.14. deciſ.*204. *per tot.*

Quòd adminiſtrator non teneatur reddere rationem, quando ei fuit legata liberatio de omni eo, quod ratione adminiſtrationis reſtituere teneretur, Dec. *conſ.*173. *num.*3. Mantic. *de coniect. lib.9. tit.6. num.* 29. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.*502. *num.*8. intellige vt dixi *in* §. *Liberatio num.* 11. *&* §. *Tutela num.*15.

Adminiſtrator quilibet obligatus ad redditionem rationum, ſiue ſit procurator, ſiue ſocius, vel quilibet alius, licèt non poſſit executiuè conueniri pro aliqua ſumma, niſi prius ſolidatis computis, vt dixi ſupra num. 3. Tamen ſi pluries fuerit citatus, ac interpellatus ad reddendam rationem, & illam non reddiderit, vel minus legitimè, poteſt executiuè adſtringi ad ſolutionem capitalis, de quo debitor apparet, quamuis de liquiditate poſſet dubitari, cùm non deceat ex facto, & contumacia adminiſtratoris vlterius differri ſolutio, aliàs nimis patens aperiretur via fraudibus, & ſubterfugijs, Bald. *conſ.*493. *num.3. lib.* 4. Vbald. *de duobus fratr. part.8. num.* 42. Cartar. *deciſ.* 74. *num.* 25. Giurb. *deciſ.* 15. *num.*10. Muzon. *de ratiocin. cap.21. num.*24. Felic. *de ſociet. cap.24. num.*31. Rot. *part.6. recent. deciſ.*214. *num.*18. *& p.*10. *deciſ.*332. *per tot.* facit Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 41. *num.*13. *&c. vide in* §. *Inuentarium num.*18. 33

Quòd etiam ſtante pacto expreſſo poſſit ſocius, vel adminiſtrator non redditis rationibus, vel computis adſtringi pro quantitate in inſtrumento contenta, & iuxta formam Ritus contra eum procedi ad liquidationem inſtrumenti, Addit ad Sanfelic. *deciſ.*415. *obſeru.*3.

Adminiſtrator Reipublicæ non debet admitti, ſi ſit illius debitor, niſi prius debito perſoluto, *l. 1. C. de debit. Ciuit. lib.11. & dixi in* §. *Debitor num.* 72. Rot. *part.* 12. *recent. in Append. deciſ.*430. *num.* 10. vbi quòd primis conductoribus, vel Affictuarijs Communitatum, non poſſunt bona concedi, niſi prius de prima locatione, vel affictu rationem reddiderint, iuxta Bullam Sacræ Congregationis boni Regiminis. 34

Quòd ratione vitandæ fraudis non poſſit debitor Reipublicæ eligi ad officia; ſi tamen conſtaret de debito, vel credito liquido Reipublicæ, ita vt ceſſaret omnis ſuſpicio fraudis, non prohibetur in Officialem eligi, Thoro *vot. deciſ.8. per tot.* Olea *de Ceſs. iur. tit. 2. quæſt. 6. num.* 9. *& num.*15.

An autem Priores, Antiani, Decuriones, & huiuſmodi adminiſtratores, durante illorum officio, & Magiſtratu poſſint capi, vel alio modo grauari, ſiue executari pro illorum debitis, latè Borgn. Caualcan. *deciſ. 5. per tot. de indic.* vbi quòd ſic in bonis, non autem in perſona, & plura tradit ad interpretationem ſtatuti Fiuizani prohibentis, illos carcerari, aut grauari aliquo modo, vide in §. *Magiſtratus num.*10.

An poſſint remittere iniurias ciuitati factas, dixi in §. *Abbas num.*21.

Adminiſtrator Reipublicæ mutuo recipiens, non obligat Vniuerſitatem, niſi probata verſione in eius vtilitatem, vel niſi tota Vniuerſitas contraxerit, vel mandatum fecerit ad contrahendum ſuo nomine, quia tunc remanet obligata etiam non probata verſione, *l. Ciuitas*, vbi Alciat. & alij, *ff. ſi cert. pet.* Rot. *part.6. recent. deciſ.*143. *num.* 2. *& ſeqq. vbi etiam num.15. & ſeqq.* quòd poſſunt præſidentes, & repræſentantes grauari etiam in perſona, ſi non ſoluant debitum, cùm habeant facultatem ſoluendi, vel de bonis ipſius vniuerſitatis, vel per impoſitionem Collectæ, dixi in §. *Verſio num.*1. *&* §. *Vniuerſitas num.3. in fine*, vbi contra quoad 35

executionem ex Merlin. *decis.*182. *per tot. vide* §. *Magistratus num.*4.

Quòd administrator rerum alienarum, & etiam Ciuitatis, teneatur tantùm respectiuè ad bona aliena administrata, nec possit in proprijs, nec in persona grauari, probat ex pluribus Salgad. *Labyrint. credit. part.*3. *cap.*7. *nu.*7. *& seqq. & cap.*8. *num.*13. *&c.* vbi tamen quod si excesserunt mandatum, tunc de proprio tenentur.

Quibus casibus competat executio personalis contra repræsentantes, Rot. post Oleam *de cess. iur. decis.* 24. *num.* 14. *vide* §. *Magistratus num.*11.

36 Administrator quilibet si constituat procuratorem, finita eius administratione quoquomodo, expirat mandatum etiam re non integra, quia non debet esse maior auctoritas accessorij, quàm principalis, & resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, sicuti inferendo ad plura, probat Rot. *part.*6. *recent. decis.* 38. *num.* 66. *& seqq. vide in* §. *Mandatum num.*19.

Quòd administrator, vel institor ad certum tempus alicui negotiationi præpositus, eo finito non obliget præponentem, vel dominum, licèt contrahentes ignorauerint finitum esse officium, Felic. *de societ. cap.*30. *num.*7. *&c.* Rot. *in Romana societatis de Rotignis* 10. *Februarij* 1648. coram Ghisilerio post Salgad. *Labyrint. credit. decis.*30. *num.* 9. *vide in* §. *Societas nu.*26. *&* 41. & dicta decisio habetur etiam *part.*12. *recent. decis.* 151. secus autem, si simpliciter fuerit præpositus absque temporis limitatione, vt dixi in §. *Contractus num.*46.

37 Administrator non tenetur reddere rationem ante finitum officium, vel completam administrationem, nisi de facto administrauerit, vel nisi constiterit de mala administratione, vel nisi agatur de aliquo actu particulari, pro quo tenetur reddere rationem etiam administratione durante glos. *in l. qui proprio* §. *fin. in fine ff. de procurat. & in l. rationes C. de administr. tut.* Coccin. *decis.*93. *num.*3. *&* 4. *& decis.*382. *num.*3. *& vide in* §. *Tutela num.*20. Rot. *part.*16. *recent. decis.*208.

Quòd quilibet administrator teneatur quolibet anno rationem reddere, probat Borgn. *decis.* 39. *num.* 25. *&c.* vbi plura de administratoribus.

Intellige si expediat societati, & petatur redditio rationum sine calumnia, vt declarat Tromber. *tract. de societ. cap.*7. *num.*4. *vide in* §. *Societas num.*..

Qualiter omnis administrator, etiam iurisdictione carens, si de mala administratione inquiratur, sit suspendendus ab officio, & administratione ad instar aliorum Officialium, Sanselic. *decis.*61. *num.*9. *&c. vide in* §. *Officia num.*2. Plura de administratione auferenda administratoribus per Testatorem ordinatis, ob malam eorum administrationem, siue sint personæ priuatæ, siue publicæ, quibus in officio sit relicta administratio, latè Fontanel. *decis.*546. *& seqq.*

38 Administratio libera quid importet, & an ex illa inferatur ad tutelam, ita vt administrator relictus dicatur tutor, & quæ possit facere, vel non, & alia, Boer. *decis.* 124. *per tot.* dixi in §. *Tutela num.* 1. 6. *&c.* §. *Mulier num.* 40. vbi pluries allegaui.

39 Administratores omnes, etiam ciuitatis, vel Reipublicæ, & tutores, quando fuerunt plures, qualiter habeant beneficium ordinis, & diuisionis, ita vt illi, qui verè administrarunt sint prius conueniendi, & excutiendi, quàm alij, qui non administrarunt, vel si omnes administrarunt petere diuisionem debiti, & sint condemnandi pro virili, nisi ex proprio dolo vnusquisque conueniatur, & alia, Boer. *decis.* 39. *&* 60. *per tot. vide in* §. *Tutela num.* 52. *& seqq.*

40 Administrator consentiens alienationi ratione officij, sibi non præiudicat in iuribus suis, vt latè ampliando, & limitando declarat Gabriel. *com. concl. lib.* 3. *tit. de rer. alienat. concl.*2. *per tot. dixi in* §. *Testis, & alibi.*

41 Administrator deputatus per iudicem cum competenti salario circa bona debitoris, ad quæ fit concursus per creditores, an dicatur simplex administrator, vel depositarius, & sequester, quam potestatem habeat in dictis bonis, quas actiones mouere possit, an admittatur ad emendum, & alia plura de officio dicti administratoris, an possit esse vnus ex creditoribus, & an si interim debitor se immisceat in illis possit criminaliter puniri, latè, & subtiliter Salgad. *Labyr. cred. part.*1. *cap.*13. *per tot. cum pluribus seqq. vide* §. *Creditor num.*72.

Qualiter possit carcerari pro restitutione reliquatus etiam si sit nobilis, Salgad. *loc. cit. cap.* 41. *per tot. & part.* 3. *cap.*7.

Quomodo se gerere debeat in soluendo gradatim creditoribus, aliàs teneatur de proprio refundere anterioribus, nec possit à posterioribus, quibus soluit repetere, & alia, idem Salgad. *d. tract. part.*3. *cap.*8. *per tot.* vbi tamen qualiter repetat ab administratione, suo loco, & gradu, *& cap.*14. *per tot.*

42 Administrator potest cogere Dominum, vt recipiat rationem administrationis à se oblatam, nam cùm Dominus possit illum ad idem compellere, ita etiam reciprocè, & eodem modo administrator compellere Dominum potest, vt rationem recipiat, per text. *in l.* 1. §. *fin. ff. de contrar. vtil. act. tut.* Paul. de Castr. *in l. vix certis num.*4. *ff. de iud.* affirmans quòd illi, qui aliena negotia gesserunt possunt petere fieri calculationem, vel remissionem rationum ad hoc, vt absoluantur ab administrationis vinculo, vt tuti semper sint, neque sua bona maneant hoc onere grauata, vt in *l. pro officio C. de administrat. tut.* Salgad. *Labyr. credit. part.*3. *cap.*7. *num.* 36. *& seqq.*

Et si dominus recuset rationem recipere, tunc iudex calculatorem pro Domino nominabit, & constito quòd administrator nihil debeat, iudex illum quietabit, & liberabit à nexu obligationis, & perindè liber erit, ac si dominus liberasset, Escobar. *de ratioc. cap.* 4. *num.* 25. Salgad. *loc. cit. num.* 38. vbi alia plura de administratoribus, *& cap.* 8. *per tot.*

43 Administrator quilibet alicui negotio præpositus, si contrahat, potest etiam ex contractu suo solutionem recipere, ita vt illi soluens remaneat liberatus, cum rectè fiat solutio ei, cum quo contractum est, etiam si soluatur intruso, vel falso administratori, maximè si ipsi fuerit facta promissio, nam tunc eidem rectè soluitur, licèt ex illius contractu fuerit alteri quæsita actio, Alex. *in l. filius* 23. *n.* 1. *C. de pact.* vbi etiam Ias. *num.*6. Castr. *in l. si vrbana num.*5. *ff. de condit. indebit.* Crot. *cons.*14. *per tot.* Surd. *cons.* 150. *num.* 108. *& cons.*43. *num.*2. quos refert, & sequitur Rot. *part.*13. *recent. decis.*311. *per tot. vide in* §. *Solutio num.* 36. *&* §. *Procurator num.*6. vbi plures alios allegaui, & latiùs conclusionem declaraui.

An autem administratores vniuersitatis, vel Ecclesiæ, & similes possint liquidare instrumenta ad formam Ritus Regni Neapolitani, non per ipsos, sed per suos prædecessores nomine Ecclesiæ, vel vniuersitatis stipulata, cùm videatur deficere iuramentum de facie ad faciem, Sanselic. *decis.*415. *per tot. cum Addit.*

44 Multa de varijs, & diuersis administratoribus (& præcipuè concursus creditorum) de illorum officio, & obligatione, tradit remissiuè Ægid. de Casteion. *in suo Alphabet. iurid. verb. Administrator per tot.* Alia de eadem materia administratorum, quando dicantur legitimi, vel non, & quid facere teneantur, Laurent. Vrsel. *concl.* 56. *per tot.* Thoro *Compend. decis. Neap. part.* 1. *verb. Administratio*, vbi de administratione officiorum, *& part.*2. *eod. verb.* vbi de pluribus administratoribus Vniuersitatis, an teneantur in solidum, vel pro rata, si inter eos fuerit diuisa administratio, & teneri in solidum stante onere illis iniuncto pro indiuiso, non obstante diuisione inter eos facta, *& part.* 3. *eod. verb.* vbi de alijs administrationibus, & in quo loco sint reddendæ rationes, & nouissimè varia de administrationibus remissiuè Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. leg. part.* 4. *fol.*37. *&c.*

18 Aduocare prohibitus, non prohibetur in camera consulere, Bart. in l. 1. §. Aduocatus num. 4. ff. de postul. & in l. 1. §. postulare, vbi etiam Ang. ff. eod. Imo nec instruens iudicem per scripturam potest dici aduocatum gerere, Paul. Christin. decis. Belgic. 105. sub num. 3. volum. 2. vbi etiam qui non possint esse Aduocati, ad c. infames 3. quæst. 7. Martha de iurisdict. 4. cent. 2. cas. 115. num. 6. &c. facit quod dixi in §. Clericus num. 5. Vasq. de success. lib. 2. §. 15. num. 58. vbi distinguit Martha de success. leg. part. 4. quæst. 1. art. 3. num. 10. vbi de forense prohibito aduocare, an possit in scriptis allegare, & dicit attendendam mentem statuentium.

19 Aduocatus, qui pactus est de salario, vel palmario in casu victoriæ iuxta dicta supra num. 4. an possit illud inte-

grum

grum prætendere, si in parte tantum vicerit, Paul. Christin. *decis. Belg.6. num.4. vol.3.* vbi concludit deberi tantum pro rata victoriæ.

Item quid si causa fuerit transactione finita, concludunt Doctores deberi integrum salarium, cum transactio habeatur pro victoria, alij tamen distinguunt, an transactio fuerit facta cum interuentu Aduocati, vel sine, & an dubius esset litis euentus, vt pro rata debeatur, vt supra ad tradita per Christin. *loc. cit. num. 5. vide in §. Sportulæ nu. 1.* Borgn. *decis. 41. num.48.* vbi quòd debetur salarium conuentum.

Alia de salario aduocati, Paul. Christin. *decis. 170. vol. 5.* & dixi in §. *Salarium num.2. & seqq.*

Quòd Aduocati, & similes, quibus aliquid debetur pro mercede ex causa studij facti habeant tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis, Gait. *de credit. cap. 4. quæst. 11. num.1566. &c.* Merlin. *de pign. lib.3. quæst.21.* Gait. *d.cap.4. num.2015.* vbi quòd præferuntur omnibus alijs, etiam priuilegiatis in bonis, quæ fuerunt in litigio, in alijs verò à pari procedunt.

20 Aduocatus, & procurator cauere debet, ne instruat partem quid ad depositiones, vel articulos respondere debeat, & falsum iuret, alias grauissimè peccat, cum Deum, qui est veritas ipsa, & iustitiam offendat, & si cliens vrgeat in petitione consilij quid respondere debeat, vt victoriam obtineat, vtatur cautela, & dicat si sic responderis perdes causam, sin aliter, & contra veritatem perdes animam, nam tenetur serio, & grauiter clientem monere, ne contra veritatem respondeat, Io. Bapt. Casialin. *tract. de offic. aduoc. quæst.4. num. 13.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.1. art.27. num.2.* Guaz. *def.24. cap.10.* Michalor. *de posit. cap.66. per tot.* vbi an, & quando, ac quomodo possit aduocatus, & procurator instruere suos principales ad respondendum positionibus.

Quòd Aduocatus rei præcauere debeat ne illum ad mentiendum instruat (quod magno errore sibi licere aliqui putant) ne ve consilium det de subornandis testibus, quia non solùm lege ciuili, sed etiam diuina id prohibetur, & quomodo se gerere debeat potius in elidendo probationes accusatoris, & fisci, Paul. Christ. *d. tract. tit.2. art.44. n. 5.* vbi propterea dicit mirum videri, quòd aliàs Parlamentum Parisiense (referente Boer. *decis. 215.*) excusauerit quemdam Aduocatum confessum captiuo suo clienti consilium dedisse, vt aperto carcere fugeret.

Quòd Aduocatus docens clientulum dicere falsum teneatur resarcire omnia damna, quæ protulit, & malè faciat dicendo si confiteris causam perdes, Scaglion. *super Pragm. Regni fol.61. num.10.* vbi nihil allegat.

Quòd teneatur sub pœna maledictionis æternæ dicere debitori, vt soluat, si sciuerit se debere, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.86. cap.6. post medium*, intellige etiam si potest iuxta ea, quæ dixi in §. *Debitor num. 81. &c.* ne aliàs magis obligetur aduocatus quàm principalis.

Quando tamen aduocatus fouet iustam causam potest malitias, & cauillationes aduersarij per alias repellere, & sic illum decipere, cum non dicatur fraudem facere, sed potius illam excludere, quod procedit etiam in foro conscientiæ, dummodò tamen semper falsitas absit, nam qui per dolum, & mendacium id quod suum est, recuperat, non tenetur ad restitutionem, quia iustum bellum suscipiens vtrum apertè pugnet, an ex insidijs nihil ad iustitiam interest, vt benè ex pluribus de more probat Tiraquel. *de retract. in præfat. n.71.* facit Thom. Triuis. *decis. 63. n.9. lib.1.* vbi quòd dolus dolo vinci potest, ita agens cautus, & non dolosus dicitur.

Qualiter etiam Aduocati, & procuratores teneantur iurare de calumnia parte instante, non obstante prætensa contraria consuetudine, *l. 2. C. de iureiur. prop. calum.* Scacc. *de iud. lib. 2. cap. 1. num. 178. & seqq.* Thomar. *decis. 31. per tot.* vbi etiam quòd denegatur appellatio ab huiusmodi decreto, vide in §. *Iuramentum num. 19. & §. Calumnia num.5.*

21 Aduocati, Notarij, Iudices, Procuratores, & huiusmodi personæ, quæ feneratorum, siue vsurariorum causas agunt, consulunt, vel defendunt, dicuntur illis opem præstare ad malum, & obligantur ad restitutionem vsurarum, saltem in subsidium, tam in foro fori, quàm in foro conscientiæ, nec possunt excusari ex eo, quòd non defuissent alij, qui eamdem operam feneratoribus præstitissent, satis enim est vt illorum opera, consilio, & ministerio damnum illatum sit, vt latè pluribus citatis comprobat, & declarat Leotard. *de vsur. quæst. 94. num. 42. & seqq. & num.67. & seqq.*

Qualiter Aduocati tam in ciuilibus, quàm in criminalibus semper pro veritate causas absque cauillationibus defendere debeant, aliàs peccet mortaliter, ac etiam puniri possint in foro fori, & maximè in Tribunali Sancti Officij, ita vt excusando hæreticos conuictos, vel aliter retardando processus, dicantur illorum fautores, & vti tales puniri possint, Thom. Triuis. *decis. Venet. 27. per tot. lib. 2.* vbi tamen quòd mitiùs agendo, solent illis indici laudabiles emendæ, interdici Tribunal, & audientia, facit Guaz. *def. 24. cap. 10. per tot.*

Quod in foro fori excusentur aduocati, & defensores causarum si instruant carceratos ad negandum delicta, ne pœnas luant, secus autem in foro conscientiæ, quia non licet, D. Thom. 2. 2. *quæst. 69. art. 1. & 2.* Nauar. *in manual. cap. 25. num. 35.* & alij quos refert, & sequitur Guaz. *def. 6. cap. 1. num. 75.* vbi tamen quòd non possunt instruere ad falsas probationes, aut iuramenta falsa, & debent consulere ad restituendum malè ablata, aliàs tenentur ipsi in foro conscientiæ, ad Peregr. *cons. 2. nu.153. & seqq. lib. 2.* idem Guaz. *def.20. cap.1. num.3.*

Aduocati, Procuratores, Iudices, Notarij, Testes, & 22
litigantes qualiter in Curia Romana non possint offendi ex causa litis sub pœna amissionis causarum, vltimi supplicij, confiscationis bonorum, & læsæ Maiestatis, vide Bullam Alexandri VI. Constit. 6. in prima parte Bullarij, Put. *decis. 102. 103. & 104.* Rota coram Blanchetto 10. Nouembris 1581. Farinac. *cons.67.* Guaz. *de confis. bon. conclus. 13. ampliat. 87.* vbi etiam quòd dicta Constitutio per bannimenta generalia status Ecclesiastici sub num. 54. fuit extensa ad totum statum Ecclesiasticum, & vt locum habeat tria copulatiuè requiruntur, nempè dolus, causa litis, & nulla alia prouocatio, Conciol. *verb. Bulla resol. 5.* vbi etiam, quòd nisi constet de alia causa, præsumitur offensio ex causa litis, licèt alij nouam causam præsumi dicant, sed intellige si probetur, vide in §. *Procurator num. 24.* & latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 33. per tot.* vbi plura de homicidio patrato in personam procuratoris partis aduersæ, quæ in lite obtinuerat, an ex illa æmulatione possit excusari à pœna ordinaria, & negatiuè concludit ex pluribus, Gratian. *decis.84. per tot.* & alios citatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.10. §.12. per tot.* vbi etiam quid importet amissio causarum, cui applicentur tam vigore dictæ Bullæ, quàm Bannimentorum generalium Status Ecclesiastici, & Bannimentorum Bononiæ, & alia pro illorum intelligentia, vide in §. *Procurator num.24.*

Aduocati, vel procuratores non possunt agere pro illo- 23
rum honorarijs contra partem aduersam, quæ fuerit in expensis litis condemnata, sed agere debent contra suos principales, nisi ab ipsis victoribus cessionem habeant, Gratian. *discept.49. num.29.* Fontanel. *de pact. nup. claus.6. glos.1. p.1. num.16.* Sesse *decis.336. num.16.* Olea *de cess. iur. tit.4. q.10. Miscellan. num. 36.* sed dubitari potest an etiam valeat cessio ex traditis per Oleam *d. tract. tit.3. quæst. 11. per tot. facit supra num.4.*

Aduocati, & procuratores insistendo in remedijs posses- 24
sorijs (licèt in praxi frequentissimis, & vtilibus) dolosè, & cum scientia mali iuris in proprietate, mortaliter peccant, & obligantur ad restitutionem omnium damnorum, & expensarum, Gutier. *cons.6. num. 12.* Gonzal. *super 8. reg. glos. 15. §. 1. num.90.* quos refert, & sequitur Pac. Iordan. *Lucub. volum.4. lib. 14. tit. 12. num. 56. fol. 191. dixi in §. Possessio num.59.*

Aduocatus an quis possit esse non laureatus, Rut. *part. 18.* 25
recent. decis.357. vbi quòd sic, quia aduocati officium requirit solam doctrinam, & non doctoratum, & quia non reperitur iure cautum, quòd aduocatus debeat esse laureatus.

Aduocati qualiter non tantùm vtiles, sed necessarij sint in Republica, & de eorum laudibus, dummodò sint sapientia, & eloquentia præditi, an possint compelli deponere in causa, an pacisci de certa summa, & alia plura, Muscatel. *in tractat. de Doctor. Dignit. per tot. cum Addit. Prati*, Io. Bapt. Thoro *Compend. decis. Neap. part.1. 2. & 3. in verb. Aduocatus*, vbi etiam de Aduocatis fiscalibus, pauperum, & huiusmodi.

Plura de Aduocatis, & eorum officin quoad forum con- 26
scientiæ, latè Gibalin. *de vniuer. negot. tom. 2. lib. 6. cap. 3. art.9.*

art. 9. per tot. fol. mihi 606. *& seqq.* Nauar. *in Manual. cap.* 25. *num.*28. *& seqq.*

De Aduocatis, eorum officio, & obligatione, Pancirol. *lib.* 1. *var. cap.* 23. Bobadill. *lib.* 3. *Polit. cap.* 14. Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.*2. quantus honor illis debeatur à Iudicibus, Fontanel. *decis.* 155. *num.* 3. *&c.* aliaque plura diuersa de Aduocatis, vide remissiuè penes Casteion. *in suo Alphabet. iurid. verb. Aduocatus per tot.* Magon. *de rect. patrocin. rat.* Laurentius Vrsel. *concl.*60. Xamar. *tract. de offic. Aduocat.* & nouissimè hic me citato Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part.*4. *verb. Aduocatus fol.* 46. *&c.*

27 Aduocati negligentes, & imperiti, vel defendentes causas iniustas, & consulentes, qualiter in foro conscientiæ teneantur parti læsæ ad omne interesse; & qualiter etiam teneantur gratis pauperi patrocinari sub mortali emergente graui, aut extrema necessitate, hoc est si ex eius causæ defensione vita ipsius, aut suorum pendat, vel in casu, in quo diuites tenentur facere eleemosynam, qualis est grauis, vel extrema proximi necessitas, & non est, aut difficilè reperitur alius, qui patrocinetur, nam non tenentur aduocati magis de arte sua, vel scientia eleemosynam facere, quàm diuites de bonis suis, vt ex Nauar. Tolet. & Caietan. probat Valer. *de differ. vtriusq. fori, verb. Obligatio differ.* 3. *&* 5. *per tot.* Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 2. *per tot.* vbi plura per Aduocatos animaduertenda in suscipiendis causis, ne illorum conscientias, & existimationem lædant, P. Mendo *Elucidat. Bulla Cruciata disput.* 24. *cap.* 8. *per tot. fol. mihi* 413. vbi quando aduocati teneantur ad restitutionem, & ad damna parti aduersæ causata.

§. AER. XVIII.

1 AEr bonus, vel malus in aliquo loco si allegetur debet ab allegante probari, & quoniam directè sensu percipi non potest, probatur ab effectu, & ratione, & ideò testes deponere debent circa malum aerem, quòd in tali loco homines infirmantur, non consenescunt, malum habent colorem, discedunt à loco, nec alij veniunt ad habitandum, & è contra circa bonum aerem testificari debent de contrario, Rip. *tract. de pest. quæst.* 5. *procemial. n.* 10. *& de remed. præseruat. num.* 4. *&* 5. Rot. *decis.* 7. *num.* 4. *part.* 1. *Nouiss.* Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.*273. *fol.*284.

Quòd aeris corruptio caosetur ex fœtore, & ideò valeat pactum, vt non possit fieri maceratorium in aliquo loco, & sit perpetuum, Anchar. *cons.* 262. Tusch. *litt. A. conclus.*234.

2 Aeris intemperies qualiter excuset à residentia, à mora accedendi ad Ecclesiam, à periurio, à contumacia, à curso præscriptionis, & à plurimis alijs, cum aeris boni plura sint commoda, mali verò plurima incommoda, Tiraquel. *de nobil. cap.*31. *num.*582. Paris. *de resignat. lib.*5. *quæst.* 3. *num.* 247. *& seqq.* Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 1. *Prælud.*8. *num.* 76. *& seq. fol.*38. Capell. Tholos. *decis.*87. *num.* 1. Mascard. *de probat. part.* 1. *concl.*20. *num. vltim.* Thom. Act. *de infirmit. cap.*41. *num.*2. *& seqq. part.* 1. Sanchez *de matrim. disput.*40. *num.*3. *&c.* Rot. *in Tridentina matrimonij* 27. *Iunij* 1646. *coram Celso penes Zacch. quæst. medic. Legal. tom.*2. *decis.*88. & ipse Paul. Zacch. *d. tract. tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 4. *quæst.*1. *num.* 2. *& seqq.* vbi plura alia vtilia, & curiosa de boni, ac mali aeris conditionibus, & signis, & qòòd in hoc stari debeat iudicio Medicorum, Farinac. *quæst.* 143. *num.*281.

Quòd aeris intemperies sit iusta causa non morandi in aliquo loco, Odd. *de restit. in integ. part.* 1. *quæst.* 7. *art.* 9. *num.* 95.

3 Alia plura de aere qualiter inficiatur, qualiter infectus corrigatur, vel rectificetur, quantum eius salubritas conferat, qoid operetur mutatio aeris, quid patrius siue natiuus, & similia notabilia de aere, tradit Paul. Zacch. *quæst. Medic. Legal. tom.*2. cum pluribus ab eo citatis in locis, de quibus in eius Repertorio *verb. Aer.*

An possit aer, & aqua per Magos infici, Martin. Delrio *disquisit. magic. lib.*2. *quæst.*11. vbi plura de magorum potestate in orbe cœlestes, sydera, & elementa.

4 Aliqua dixi in mea Pract. §. *Aedificare num.* 3. vbi an possit ædificando aer, vel ventus impediri, & in hoc opere §. *Aedificium num.*15. vbi plura.

5 Aeris, & Cœli temperies, vel intemperies, ingenia, & mores hominum diuersificant, prout subtiliores, vel crassiores sunt locorum vapores, acuendo citiùs, vel tardiùs iuuenum intellectus, vt scribunt Naturales, & ex nostris Odd. *de restit. in integr. part.*1. *quæst.*2. *art.*6. *num.* 46. & videmus in Florentinis, & similibus, qui propter aeris subtilitatem sunt præcoci, & subtiliori ingenio, quibusdam alijs in crassioribus partibus natis, & educatis.

6 Aeris vsus communis est omnibus sicut mare, & littora maris, an quis teneatur stare, vel venire in locum vbi est malus aer, an possit aer, & ventus impediri, & alia, Cæpol. *de seruit. rustic. prad. cap.* 43. *per tot. vide in* §. *Aedificium num.* 15.

7 Multa de aere bono, & malo, eius effectibus, & correctione pro tuenda sanitate, tradit Castor. Durantes *in Thesauro sanitatis, cap.* 1. *per tot.* vbi in principio pro Summario ponit sequentes versus:

Si cupis incolumem vitam producere, Cœlum
Effuge corruptum nebulis nidore, lacunis,
Quodque mouet malidus morbosis Africus auris,
Purum ama, & ad Solem nascentem, & lumine apricum,
Purgatumque Euro, & Boreali frigore tersum.

8 Quòd aer non possit alicui impediri, benè Anton. Gomez. *var. resolut. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 51. De varijs aeribus Solorzan. *lib.*1. *Polit. cap.*4.

9 Cuius sit aer, & an pro eo tributa possint imponi, idem Solorzan. *tom.*1. *lib.*3. *cap.*3. *num.*43. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.*3. *cap.*8. vbi plura de aere, mari, & aqua profluente, vt hæc in oullius bonis sint, & vsus sit communis sine præiudicio aliorum, &c.

10 Aer ex quibus corrumpatur, & inducat pestem, quomodo cognoscatur, & alia plura, & scitu digna exhibet nouissimè Eminentiss. Gastald. *tract. de auertend. & profligand. pest. Politic. Legal. in pluribus locis, vt in Indice verb. Aer.*

§. AFFECTVS. XIX.

1 AFfectus secundùm Philosophos, & Medicos varijs modis accipitur. Apud Legistas verò dicitur quoddam vehemens desiderium, & propensa voluntas aliquid agendi, atque in hunc sensum. Affectus solus, & conatus, etiam nullo sequuto effectu quando tamen deuentum fuit ad actus proximos, potest de iure puniri pœna ordinaria delicti in atrocissimis secundùm aliquos, licèt multi alij contrarium teneant, quorum opinionem amplexa est generalis consuetudo, quæ seruat leuiorem pœnam, & extraordinariam imponere, Clar. §. *fin. quæst.* 92. Menoch. *de Arbitr. cas.* 360. Gratian. *discept. forens. cap.*36. *num.* 53. *& seqq.* Guazz. *ad deff. deff.*33. *cap.* 24. Barbos. *de Axiom. iur. Axiom.* 17. *per tot.* Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 544. Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 28. Ricc. *Collect.* 766. 326. 1867. 1895. 1377. *&* 3213. Ciarlin. *controu.* 207. *num.* 7. *& seqq.* Peguer. *decis.* 7. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.*4. *quæst.*1. *per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. affectus concl. vnic.*

2 Quòd mentale delictum non puniatur, Magon. *decis. Flor.*88. *num.* 10. *& seqq.* Menoch. *d. cas.*360. *num.*2. *& seqq.* vbi etiam quando non sit peccatum, & quomodo efficiatur peccatum mortale, vel veniale per assensum, & quòd antequam deuentum sit ad actus proximos locus sit pœnitentiæ ad euitandam pœnam in foro fori, licèt non in foro conscientiæ, cum constet per assensum iam peccasse, & opus sit remedio confessionis sacramentalis, ao ibidem num. 23. ostendit septem modis considerari posse hanc cogitationem, & conatum, & egregiè declarat exemplis. Alios vide in mea Pract. §. *Delitti num.* 26. & Azor. *Inst. moral. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 5. Peguer. *decis.* 7. *per tot.*

3 Affectus solus delinquendi etiam effectu oon sequuto punitur de iure in multis casibus propter atrocitatem delicti, vt in crimine læsæ Maiestatis, raptu Virginum, vel Monialium, in ambulante cum telo alterius occidendi gratia, in crimine assassinij, in veneno, in sollicitante alterius vxorem, in attentante pueri pudicitiam, vel cum brutis coire, in ingrediente domum alterius causa furandi, in parricidio, in monetario, in attentante infantem necare, vel vxorem, vel maritum, vel extrahere aliqoem ab Ecclesia, in simonia, & in alijs pluribus casibus notatis per Menoch. *d. cas.*360. *num.*24. *& seqq. ad* 86. vbi 36. casus

enumerat, in quibus solus conatus punitur de iure etiam effectu non sequuto, Soc. *reg.* 31. *per tot.* Felin. *in cap.* 1. *præsump. & in tract. quando puniatur conatus per tot.* Farinac. *de delict. & pœn. quæst.* 18. *num.* 59. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 326. *&* 766. & alibi vt supra, Anton. de Ballis *loc. cit.* Conciol. *vt supra*, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 32. *vide in §. Parricidium num.* 1. *in fine, & §. Venenum num.* 8.

Intellige quoad pœnam arbitrariam, nisi lex ipsa puniret conatum tanquam delictum consumatum, vel vteretur verbo attentare, Sperel. *decis.* 137. *num.* 29. *& seqq.* dixi in mea Pract. §. *Delitti num.* 23. *& seqq.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 6. §. 2. *per tot. & §§. seqq.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 75. *& sequentibus*, vbi in materia falsificationis monetarum, Laurent. Vrsel. *consult.* 74. *per tot.*

Quod quælibet attentatio, siue actus tendens ad delinquendum sit punibilis pœna arbitraria, dummodò non sit in leuibus delictis, Menoch. *d. cas.* 360. *num.* 86. Baiard. ad Clar. *quæst.* 89. *num.* 9. *&c.* Plura de conatu, & inchoatis delictis ad satiritatem, Petr. Royz. Maur. *decis. Lituan.* 3. *per tot.*

4 Affectus, & conatus delinquendi in actu ipsi delicto proximo, licèt possit in pluribus casibus puniri pœna extraordinaria iudicis arbitrio, attenta maximè generali consuetudine totius Italiæ; tamen secus est quando pœna esset ipso iure, vel ipso facto apposita, vel ageretur de leui crimine, vel de excommunicationis pœna, vel de actione ciuili, nam his casibus non punitur affectus effectu non sequuto, Menoch. *de Arbitr. d. cas.* 360. *num.* 86. *& seqq. per tot.* Soc. & Felin. *in locis supra citatis*, Clar. §. *fin. quæst.* 92. Osasch. *decis.* 19. *in fine*, Afflict. *decis.* 276. Barbos. *de Axiom. iur. Axiom.* 17. *num.* 3. Sperel. *decis.* 20. *num.* 38. vbi loquitur in veneno, *decis.* 22. *num.* 3. *decis.* 102. *num.* 25. *& seqq.* vbi in crimine assassinij, *& decis.* 137. *num.* 29. *& seqq.*

Quinam autem dicantur actus proximi ad dictum effectum puniendi, latè Tusch. *litt. A. concl.* 150.

5 Affectus, & conatus occidendi aliquem cum archibusio, quando deuentum fuit ad actus proximos exonerandi, licèt exoneratio non fuerit sequuta, nec aliqua offensio facta, punitur ex lege municipali status Florentini pœna furcarum, confiscationis bonorum, infamiæ, & aliorum præiuditiorum, de quibus in dicta lege lata sub die 2. Septembris 1579. Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 152. *num.* 1. & dixi in mea Pract. §. *Amazzare num.* 1. *& §. Delitti n.* 23. conferunt tradita per Menoch. *d. cas.* 360. *num.* 36. & per Sperel. *d. decis.* 137. *num.* 29. *&c.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 28. idem etiam seruari in Regno Lusitaniæ, Gam. *decis.* 170. *in Regno Siciliæ*, Mastril. *decis.* 155. *in Regno Neapolitano*, Ricc. *Collect.* 1363. Gizzarel. *decis.* 25. Nouar. *prag. collect.* 114. Matthæu. Sanz. *d. contr.* 32. *n.* 23. Farinac. *contr.* 28. *num.* 2. vbi quod non secuta morte non imponitur pœna mortis, ne puniatur affectus non secuto effectu.

An autem rigor dictarum legum procedat contra auxiliatores, dixi in §. *Auxilium num.* 5.

Non procedat rigor non sequuta morte, nisi agatur contra facinorosos, & appensatè delinquentes, Gizzarel. *d. decis.* 25. Quid seruetur Florentiæ, vide in *d. §. Amazzare in addit. secunda impressionis.*

Tunc autem intelligitur deuentum ad actus proximos exonerandi, ad effectum dictæ pœnæ, quando vt vulgò dicitur, *si è dato nello grilletto, ò sgrillettato l'archibuso*, quamvis exoneratio non sequatur, & tantò magis si sequatur exoneratio, licèt neminem offendat, dummodò fuerit directa ad offendendum; si verò fuerit simpliciter, vt vulgò dicitur, *bassato, ò spianato l'archibuso, e non dato nel grilletto per spararlo*, non habet locum pœna dictæ legis, sed punitur tanquam insultus cum armis pœna arbitraria grauiori, vel mitiori iuxta qualitatem facti, & personarum, & ita passim seruatur per Magistratum Dominorum Octo Virorum Balliæ Ciuitatis Florentiæ prout notorium est omnibus in dicto foro versatis, cum dicta lex talem interpretationem, quam hodie inueteratam dicimus receperit, & cum magna ratione iuditio meo, nam in primo casu non stetit per insultantem quin sequeretur offensio, & homicidium, in secundo verò se voluntariè abstineat, cum spianato archibusio facillimum sit non impedito illum exonerare, & offendere si velit, & ideò non mirum si in primo casu puniatur pœna legis prædictæ, in secundo autem pœna insultus, & insuper pœna delationis in vtroque casu, si deferens non habeat facultatem, & licentiam deferendi, nisi sumpserit sclopum in actu rixæ, & sic ratione momentaneæ delationis possit excusari.

Receditur tamen quandoque à pœna ordinaria dictæ legis, etiam in primo casu, ac etiam si esset sequuta exoneratio, offensio, & homicidium ex causa prouocationis, vel simili prout in alijs delictis, cùm huiusmodi leges, & banna non intelligantur tollere naturalem defensionem, sed potius illam reseruare, Cabal. *resol. crim. cas.* 88. *num.* 1. *&c.* & dixi in meis resol. *cap.* 20. *num.* 15. *& in Pract. crim. §. Archibusi num.* 26. *& alibi.*

Qualiter autem causæ explosionum, & attentatorum proximorum vt supra spectent in statu Florentino ad Magistratum Dominorum Octo Ciuitatis Florentiæ, vide in mea Pract. §. *Magistrato num.* 17.

Intellige quando explosio sequuta, vel attentata fuit contra hominem, secus si contra animal irrationale, nam licèt possit esse punibilis, non spectat priuatiuè ad dictum Magistratum prout aliæ contra hominem, sed ad alios Iudices ordinarios, vt fuit rescriptum à sua Celsitudine Serenissima sub die 9. Aprilis 1666. in causa Archangeli Corbelli de Montepolitiano, apparet in filcia negotiorum dicti Magistratus sub n. 463. & ita memini pluries aliàs fuisse seruatum, & ipsum me seruasse, dum pro Auditore Bandarum processus expediebam de anno 1666. & postea dum essem à secretis dicti Magistratus.

Et qualiter possit, vel debeat constare de corpore delicti quando non fuit sequuta explosio, nec offensio, dixi in mea Pract. §. *Archibusi num.* 25. Giurb. *obser.* 33. *per totum*, Scanarol. *de visit. carcer.* §. 12. *cap.* 10. *num.* 11. Conciol. *resol. crim. verb. Corpus Delicti resol.* 6. vbi quomodo constare debeat de corpore delicti, & me honorificè allegat in secunda impressione, & ita pluries seruasse in legatione Vrbini testatur, de quo tamen vide in §. *Corpus delicti num.* 14. *in addit.*

Plura quando pro explosione archibusiatæ intret pœna mortis ordinaria, vel arbitraria in terminis similium bannimentorum post plures citatos Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 12. *&* 13. *num.* 30. *& seqq. per tot.* vbi distinguendo casus octo in substantia concludit esse locum pœnæ ordinariæ, quando explosio fuit dolosa, & appensata, ac cum offensione personæ, vel etiam sine offensione, quando banna in specie puniunt affectum, etiam non sequuto effectu, & pœnæ arbitrariæ mitiori, quando explosio sequuta fuit in rixa, (quod ego intelligo, nisi explodens fuerit rixæ auctor, vt seruatur Florentiæ, vel ad prouocationem offensi, vel cum migliarinis, vel si puluis tantùm in fucone ignem susoepit, & non fuit emissa archibusiata, præcipuè non constito archibusium fuisse pilis onustum, (licèt Florentiæ diuersimodè seruetur ob claram banni supra relati dispositionem) vel si archibusium esset solo puluere onustum, vel si archibusium onustum, & directum contrà alium quis pœnitentia ductus non explosit; & ad prædictam materiam, vide etiam Campan. & Oriliam *resol.* 1. Mastrill. *decis.* 155. Laurent. Matthæu. *de Regim. Regn. Valent. part.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 140. *& seqq. & de crim. controu.* 13. Cortiad. *decis.* 34. *num.* 42. Flores de Mena in Addit. ad Gam. *decis.* 170. Ricc. *Collect.* 1363. *part.* 4. Thesaur. *decis.* 243. Thoro *Compend. decis. tom.* 2. *verb. Pœna mortis*, Muscatel. *in Prax. tit. de ictu sclopeta*, Donat. Anton. de Marin. *resol.* 314. *&* 323. *lib.* 1. & alios ab ipsis citatos.

§. AFFINITAS. XX.

Affinitas secundùm Canones dicitur personarum proximitas ex quocumque coitu proueniens; secundùm verò ius ciuile est personarum proximitas ex iustis nuptijs proueniens, seu diuersarum cognationum per nuptias copulatio; & appellatur affinitas quasi finium vnitas, nam duæ cognationes diuersæ per nuptias copulantur, vt altera ad alterius finem accedat, *l. non facile §. affines, ff. de grad.* Oinot. *Instit. de nup. cap. de arbor. affinit. num.* 5. *&c.* Card. Tusch. *litt. A. concl.* 239. 1

Affinitas est duplex nempè legitima, quæ mediante matrimonio contrahitur, & illegitima, quæ per coitum illegitimum, & fornicarium oritur; prima scilicet legitima 2

ma impedit matrimonium (ficut & consanguinitas) vsque ad quartum gradum inclusiuè , & operatur alios effectus ciuiles repellendi à testimonio prout infra dicetur ; secunda verò nempè illegitima (quicquid erroneè dicat Oinot. *vbi sup. num.* 11.) impedit matrimonium vsque ad secundum gradum inclusiuè tantùm , & non vltra , iuxta dispositionem Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 4. *de reformat.* Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 44. *num.* 3. *& cas.* 200. *num.* 45. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 3098. Et in reliquis puta ad effectum repellendi testes , compromittendi , & similibus prouenientibus à iure ciuili non habetur in aliqua consideratione tanquam illi incognita , & non secundum illius regulas contracta , Farinac. *de test. quæst.* 54. *num.* 74. *&* 75. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 269. *fol.* 255. Tusch. *d. concl.* 239.

De affinitate legitima , & illegitima vsque ad quem gradum impediat matrimonium , vide Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 356. *num.* 2. *& seqq.*

Qualiter ignorantia impedimenti excuset , vel non , vide Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 367. *& part.* 17. *decis.* 145. *& decis.* 356. *in eadem causa* , vbi quòd dicta ignorantia excusat in matrimonio ob bonam fidem , secus autem in concubinatu ob malam fidem , cùm isto casu semper coeuntes dent operam rei illicitæ , & ideò filij dicuntur incestuosi , & insuccessibiles .

Quòd affinitas illegitima vltra secundum gradum contracta per copulam cum consanguineis alterius coniugis , non impediat debiti petitionem , & redditionem inter ipsos coniuges , quicquid aliqui contradicant , Dian. *part.* 11. *tract.* 5. *resol.* 38.

Qualiter coitus cum sorore , vt impediat matrimonium cum altera sorore contrahendum , debeat plenè , & concludenter probari , fuisse ante consumationem matrimonij , latè Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 51. *num.* 5. *& seqq. per tot.* vbi tamen loquitur in foro fori , ad effectum ut filij ex matrimonio suscepti reputentur spurij , vel incestuosi , & ita insuccessibiles patri ; nam in foro conscientiæ Deus ipse , cui omnia nuda , & aperta sunt , ac ipsa conscientia absque alijs probationibus iudicat .

Sed postea in eadem causa etiam in foro fori , fuit resolutum constare de incestuositate filiorum , & illis tanquam incapacibus successionis (exceptis alimentis) fuit denegata immissio , vt per Rot. *d. part.* 12. *recent. decis.* 175. *num.* 10. *& seqq. per tot.* sed rursus in eadem causa stante ignorantia dicti impedimenti in muliere , fuit resolutum filios non esse incestuosos , sed naturales , & successibiles , Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 325. *num.* 7. *&c.*

3 An autem affinitas ex copula fornicaria contracta cum Infideli impediat matrimonium contrahendum post susceptum baptismum ab illo infideli , affirmatiuè respondent multi, cùm tunc infidelis subsit legibus Ecclesiæ , sed negatiuè concludit Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 262. quia illa affinitas non est vinculum naturale , & ideò non contrahitur tempore infidelitatis .

Affinitatis tria sunt genera , primum est , quod contrahitur per copulam carnalem mediante vna persona ; nam persona addita personæ per matrimonialem coniunctionem de iure ciuili , vel per aliam copulam de iure canonico , primum genus affinitatis constituit in eodem gradu attinentiæ . Secundum genus affinitatis est illud quod constituitur per aliam personam primo generi additam copula carnali mediante . Tertium genus est , cùm alia persona personæ secundi generis additur per copulam carnalem .

Circa primum genus dic quòd quoto gradu consanguinitatis quis est coniunctus vxori meæ , eodem gradu affinitatis efficitur mihi coniunctus , & è contra .

Affinitas enim contrahitur tantùm inter maritum , & consanguineos vxoris , & è contra inter vxorem , & consanguineos mariti ; inter consanguineos autem mariti , & consanguineos vxoris nulla contrahitur affinitas , ex quo fit quòd pater , & filius possunt ducere in vxores sibi matrem , & filiam , duo fratres matrem , & filiam , vel duas sorores .

Hodie secundum , & tertium genus affinitatis quoad lineas collaterales est sublatum , ita quòd non sit impedimento matrimonij , sed tantum primum genus vsque ad quartum gradum inclusiuè , sicut & consanguinitas ; in linea autem ascendente , & descendente , sicut consanguinitas prohibet matrimonium in infinitum , ita & affinitas , nam qui affinitatis causa inter se parentum , & liberorum loco habentur in matrimonio copulari nefas est , quapropter nouerca non potest nubere priuigno , nepoti , vel pronepoti ex priuigno , & sic de alijs , vt benè omnia prædicta probat Oinot. *Instit. de nup. cap. de Arbor. affinit. num.* 7. *& seqq.* Soac. *in* §. *affinitas Instit. de nup. fol. mihi* 308. *&c.* aliique Interpretes , Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 119. *per tot.* vbi tamen qualiter possit dari casus , in quo gener possit accipere in vxorem eam , quæ fuit vxor soceri sui .

Affinitas matrimonij impeditiua non contrahitur per coitum sodomiticum , vel aliàs extra vas naturale commissum , siue sit cum masculo , siue etiam cum fœmina , dummodo extra vas naturale , *c. extraordinaria, vbi gloss.* 35. *q.* 2. Capell. Tholos. *quæst.* 96. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. cap.* 428. Pet. Cabal. *resol. crim. cas.* 44. *per tot. vide in* §. *Sodomia num.* 4. 4

Et plura qualiter ad contrahendam affinitatem requiratur commixtio perfecta sanguinum , vel seminis vtriusque maris , & fœminæ intra vas naturale , vide Capell. Tholos. *quæst.* 96. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 223. *fol.* 152. Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 19. *& eadem part.* 3. *in Addit. resol.* 21. *fol. mihi* 230. facit quod dixi in §. *Matrimonium num.* 18. *in fine* , latè idem Dian. *part.* 11. *tract.* 5. *resol.* 26. vbi post relatas de hac re opiniones , communiorem , & probabiliorem putat , teneotem non requiri seminationem fœminæ , sed sufficere illam viri intra vas naturale mulieris , non enim sufficeret sola penetratio vasis fœminei absque seminatione , nec seminatio extra vas , Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 130.

Affinitatis causa cessante , cessat affinitas , & omnis effectus ab ea resultans , & ideò mortua persona , quæ affinitatis causa fuit , licèt remaneat vinculum quoad matrimonia , poterit affinis pro affine testificari , & faciet fidem saltem arbitrio iudicis , nec erit amplius locus statuto de compromissis , nec alijs similibus priuilegijs , vel beneficijs causa , & intuitu affinitatis concessis , matrimonio vt supra excepto , latè Tiraquel. *tract. cessante Caus. verb. Affinitatis num.* 27. *& seqq. inter regulas diuers. fol. mihi* 139. *vide in* §. *Statutum de compromissis* , Card. Tusch. *litt. A. concl.* 239. *num.* 8. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 423. Ciarlin. *contr.* 170. *num.* 1. *& seqq.* vbi in terminis compromissi , Sebast. Medic. *tract. mors omnia soluit, part.* 2. *num.* 22. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 343. *vers. circa hunc effectum* . 5

Affinis non admittitur ad testificandum pro affine in criminalibus ad offensam , sed benè ad defensam etiam si sit intra quartum gradum , Craoett. *cons.* 2. *num.* 10. Boss. *de fauor. def. num.* 9. Clar. §. *fin. quæst.* 24. Guaz. *def.* 29. *cap.* 3. Farinac. *quæst.* 54. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 179. *&c. fol.* 314. Mascard. *de probat. conclus.* 68. vbi plura an , & quando affinis probet pro affine , vel non . 6

Affinis non potest compelli ad testificandum contra affinem intra quartum gradum , nisi quando aliter veritas haberi non potest , Guaz. *def.* 14. *cap.* 11. *num.* 9. Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 289. *num.* 11. Tusch. *litt. T. concl.* 225. *num.* 9. *& seqq.* Clar. *d. quæst.* 24. *num.* 22. Quid in consanguineo , vide §. *Consanguineus num.* 5. §. *Monitorium num.* 1. Giurb. *decis.* 94. *num.* 15. *&c.* vbi quòd omnes testificari tenentur , si alij desint testes , vel alios testes informatos nominare . 7

Affinis spontè , & non coactus deponens contra affinem probat , dummodò appareat in actis voluntariè deposuisse , & quando dicatur aliundè veritatem haberi non posse , vide Guazz. *def.* 14. *cap.* 11. *num.* 21. vbi quòd non sufficit si actu alij testes non interfuerint , sed requiritur quòd habitu , & potentia interuenire non potuerint , & docet Aduocatum , ne sinat se decipere , Clar. *quæst.* 24. *vers. secundum aliter , dicentem* , cum reprobetur à Riminald. iun. *cons.* 360. *num.* 92. *lib.* 6. Farinac. *cons.* 39. *num.* 3. & vide Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 50. *num.* 26. Farinac. *quæst.* 62. *limit.* 3. *num.* 50. *& seqq.* vbi latè quando dicatur veritas aliundè haberi non posse . 8

Quòd tamen affinis non allegans exceptionem sibi de iure competentem dicatur voluntariè deposuisse , Gratian. *discept. forens. cap.* 227. *num.* 22.

Affinitas quando est transuersalis non repellit testem in ciuilibus , Rota coram Sacrato 4. Februarij 1604. multum tamen minuit de fide , Natt. *cons.* 32. *num.* 10. & idem Sacrat. in eadem causa 29. Martij dicti anni testatur fuisse recessum à dicta decisione , prout refert Gratian. *discept. forens.* 9

forens. cap. 277. *num.* 8. *& 9.* vide Farinac. *de opposit. contr. test. quæst.* 54. *num.* 2. *&c.* cum alijs per Mart. Medic. *decis.* 95. *num.* 8. *&c.* Gabriel. *comm. concl. tit. de test. concl.* 15. *per tot.* facit quod dixi in §. *Consanguinitas,* Merlin. *decis.* 635. *n.* 10. *& 11.* vbi quod non adimit fidem si non sit in gradu considerabili, & per lineam ascendentium, vel descendentium, *& part. 6. recent. decis.* 286.

Quòd affinis admittatur maximè in gradu remoto, si aliàs sit notæ, & probatæ fidei, & præcipuè ad probandam parentelam, Rot. *part. 2. diuers. decis.* 220. *num.* 5.

Item admittitur, & probat, quando est vtrique parti æqualiter coniunctus, Mascard. *de probat. lib.* 1. *conclus.* 26. *num.* 4. *concl.* 68. *num.* 7. *concl.* 408. *num.* 21. Gabriel. *de test. concl.* 13. *num.* 15. *concl.* 15. *num.* 5. Farinac. *de test. quæst.* 54. *num.* 45. cum alijs per Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 75. *num.* 8. *part.* 12. *decis.* 317. *num.* 5. *& part.* 14. *decis.* 144. *num.* 2.

Et quod consanguinei etiam in stricto gradu probent aliquando pro consanguineis, si sint personæ illustres, & qualificatæ, Rot. *part. 3. diuers. decis.* 267. *lib.* 2.

Quid in fratre an admittatur ad testificandum pro fratre, vide Duen. *reg.* 382. *per tot.* Farinac. *de test. quæst.* 54. *reg.* 2.

10 Affinitas siue cognatio spiritualis inter quos, & quomodo contrahatur ad effectum impediendi matrimonium, vide Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 247. *&c. fol.* 254. Paul. Christin. *decis.* 328. *vol.* 1. Ricc. *Collect.* 1224. Sanfelic. *decis.* 83. Concil. Trident. *de reform. matr. sess.* 24. *cap.* 2. Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 260. *& part.* 9. *tract.* 7. *resol.* 50. *& 51.* vbi plura curiosa, *& part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 29. *per tot.* vbi quot possint esse patrini, an duo viri, vel duæ fœminæ, vnus nomine proprio, & alter tanquam procurator alterius, quomodo tunc contrahatur affinitas, vel non, & alia.

An Infidelis possit esse patrinus, & cognationem contrahat, ac alia, idem Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 89. *& 90. per tot.*

An cognatio spiritualis superueniens inter coniuges impediat debiti coniugalis petitionem, Dian. *part.* 11. *tract.* 5. *resol.* 39.

Quid quando infans ob necessitatem fuit baptizatus in domo, & postea rebaptizatur in Ecclesia sub conditione, ex quo baptismo oriatur cognatio spiritualis, tam respectu patrini, quàm baptizantis, Dian. *part.* 11. *tract.* 8. *resol.* 57. *per tot.* Paul. Christin. *d. decis.* 328. *vol.* 1. Panimol. *in sua Idea Consil.* 1. *num.* 9. *&c.*

An cum mandante, siue cum procuratore, & alia, Capel. Tholos. *quæst.* 157. Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 2. *& 3.* vbi etiam an si pater, vel mater baptizauerint infantem in casu necessitatis priuentur iure petendi debitum à coniuge, & refert contrarias opiniones.

De cognatione legali, quæ oritur ex adoptione, vel arrogatione, quale impedimentum, & vsque ad quem gradum inducat circa matrimonia, Dian. & alij ab eo citati *part.* 9. *tract.* 6. *resol.* 54. *per tot.*

11 Affinitas spiritualis an adimat fidem testi, ita vt compater non probet pro compatre, nec filius spiritualis pro patre spirituali, vel è contra, est in Iudicis arbitrio, qui considerabit qua affectione, quo amore, & beneuolentia se inuicem prosequantur, vt post relatas opiniones firmat Menoch. *de Arbitr. cas.* 100. *per tot.* Ricc. *decis. Neapol.* 217. *num.* 8. *part.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 332. *per tot.*

12 Affinitatis iure nulla successio datur *l. affinitatis C. com. de success.* præterquam inter virum, & vxorem quando non extant consanguinei intra decimum gradum, vel etiam illis extantibus in quarta parte, si coniux decedens sit diues, superstes verò inops, licèt alia ratione quàm affinitatis, cum vir, & vxor non dicantur inter se affines, sed principium, & causa affinitatis, prout declarat Oinot. & alij *Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. cap. de success. inter vir. & vxor. n.* 8. *& seqq. & dixi in §. Vxor.*

Ita vt affines non possint excludere fiscum, *l. vitrico, & l. affinitatis C. commun. de success.* Oinot. *vbi sup. cap. de success. fisc. in Addit. num.* 22. *litt.* 6. Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 5.

Si tamen fuerint vocati à testatore, tunc succedunt, & veniunt cognati viri, & vxoris, qui si non adessent veniunt etiam consanguinei, ne dispositio reddatur elusoria, Fusar. *de substit. quæst.* 370. *& facit in quæst.* 351.

Quòd vocatis coniunctis, & sic sub nomine coniunctorum veniant etiam affines, Fusar. *de substit. quæst.* 369. *n.* 3. Aluarez. Velasc. *tract. de iud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 3. *nu.* 17. *& num.* 18.

13 Affinitas, & consanguinitas, an, & qualiter possit probari per testes etiam domesticos, vel de auditu ante motam litem, vel per famam, vel secundùm aliquos per instrumenta dotalia, an sit necesse distinguere gradus, & alia, Mascard. *de probat. concl.* 69. *& concl.* 410. *& 411. per tot. vide in §. Consanguinitas num.* 3.

14 Affinitas, an, & quando excuset, vel non à pœna receptationis bannitorum affinium, Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 56. *num.* 19. *& seqq. vide in §. Banniti num.* 7. *& in §. Statutum puniens.*

15 Affines, vel consanguinei, qui sint in tertio, & quarto gradu non comprehenduntur in cautione de non offendendo vsque ad tertium gradum stipulata, quia casus mixtus in materia pœnali non venit sub simplici, includit tamen dictum tertium gradum in simplici, Herculan. *de caut. cap.* 36. *num.* 8. *& seqq.* Guaz. *de pace &c. part.* 2. *quæst.* 63. *nu.* 5. *& 6. vide in §. Casus num.* 10.

16 Affines veniunt quandoque etiam sub nomine consanguineorum, & maximè cognatorum, vel coniunctorum, ita vt excepta successione quæ inter affines non datur, in cæteris cum agnatis, consanguineisue conueniant, vt latè explicat Aluarez. de Velasc. *tract. de Iud. perfect. Rub.* 9. *Annot.* 3. *num.* 1. *& seqq.*

De affinitate tractant Ricc. *Collect.* 423. *part.* 2. Sanchez. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 64. *& seqq.* Dian. *resol. moral. part.* 2. *tract.* 6. *resol.* 138. *& seqq.* Couar. *de matrim. §.* 7. *cap.* 6. Laurent. Vrsel. *concl.* 76. *per tot.* Scacc. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 615. *& seqq.* & alij relati per Com. August. Fontan. *in sua Bibliot. part.* 4. *verb. Affinitas fol.* 60. *&c.*

De affinitate spirituali, vt sit maior, quàm carnalis, & Ecclesia, quæ quotidiè dispensat aduersus carnalem cognationem, numquam dispenset aduersus spiritualem, & magnum, vel maximum intercedere amorem vicissitudinarium inter huiusmodi filios, & parentes spirituales (quod tamen sæpè fallit) Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 11. quem refert, & sequitur Cyriac. *contr.* 360. *num.* 92. *& seqq.* & alia de ista affinitate scripsi in hoc §. *num.* 10. *& 11.*

Quòd sicuti filius carnalis tenetur obuiare delicto in personam patris committendo, ita etiam filius spiritualis, & etiam in istis spirituali cognatione coniunctis habeat locum pœna parricidij, Hippolyt. *in l. diuus in fine ff. ad l. Pomp. de Parricid.* Menoch. *de arbitr. cas.* 355. *num.* 16. quos refert, & sequitur Philip. Pascal. *de vir. patr. potest. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 10.

§. AGNATIO. XXI.

1 AGnati dicuntur illi, qui per virilis sexus personas coniuncti sunt, & qui idem gentis nomen retinent, eademque familiæ insignia gestant, siue masculi sint, siue fœminæ, quia & ipsæ agnatæ dicuntur, licèt postea cognationem faciant, *§. sunt autem Instit. de legit. agnat. succ. & in l. sunt autem ff. de legit. tutel.* Oinot. Soac. & alij in *d. tit. de legit. agnat. succ.* multa de agnatis, & quinam tales dicantur vide apud Gratian. *discep. forens. cap.* 248. *per tot.*

Et qui veniant appellatione agnatorum, latè Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 13. *per tot.* Tusch. *litt. A. conclus.* 244. *per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Agnatio.*

2 Agnati dicuntur etiam filij sororum, vlteriores verò descendentes ex illis sunt cognati, sed nihilominus licèt agnati dicantur filij sororum, hoc est impropriè, & ideò non comprehenduntur in dispositione de agnatis loquente, Azor. *in sum. C. de legit hæred.* Pract. Papp. *libell. hæred. ab intest. glos.* 2. *num.* 27. Altograd. *cons.* 93. *num.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 51. *num.* 6. *lib.* 1. vbi probat de iure communi, filios sororum inter agnatos reputari.

Quòd de iure communi sit hodie sublata omnis sexus, agnationis, & cognationis differentia, *l. maximum vitium 4. C. de lib. præt.* cum alijs per Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 273. *num.* 1. signanter dixi de iure communi, quia hodie vt plurimum per statuta, & voluntates testantium fit reditus ad ius antiquum, & agnati præferuntur cognatis.

Quòd statuturum loquens de agnatis ad exclusionem fœminarum nō comprehendat fęminas agnatas, nec vterinos,

nec

nec adoptiuos, nec legitimatos per rescriptum Principis, vel oblationem Curiæ, nam omnes isti licet agnationis iura habeant, nullam tamen prærogatiuam obtinent ad exclusionem fœminarum, vel cognatorum, Peregrin. *decis.* 138. *num.*42. *&c.*

3 Agnati præstando consensum vigore statuti mulieri, vel minori sibi non præiudicant, vt dixi in §. *Statutum requirens*.

4 Agnati hodiè admittuntur ad successionem vsque ad decimum gradum inclusiuè, & non vltra, seruata inter eos gradus prærogatiua, & idem est in cognatis, qui eodem modo de iure communi admittuntur ad successionem vsque ad decimum gradum æqualiter, & simul cum agnatis, salua vt supra gradus proximitate, §. *fin.* vbi Oinot. Soac. & alij *Instit. de succes. cognat.* §. *nullam Auth. de hered. ab intest. venient.* cum similibus per Oinot. *Instit. de legit. agnat. succ. num.* 8. vbi tamen secundùm Misinger. quòd etiam hodie vt plurimum ad ius vetus quod agnationem considerabat, & præferebat illam cognatis, relabimur, vel pactis, vel per statuta communiter in Italia vigentia, vt extantibus masculis, fœminæ, & illarum descendentes excludantur, recepta dote, vel per dispositiones testamentarias vocantes masculos, fœminis exclusis. Prædictis adde *l. non facile ff. de grad.* Azor. *in in sum. C. de legit. hered. num.* 10. Pract. Papp. *libel. hered. ab intest. glos.*2. *num.* 27. Merlin. *decis.* 63. *per tot.* vbi an, & quando fideicommissum in fauorem agnatorum intra cancellos decimi gradus contineatur, vel vlterius protrahatur vbi constat de voluntate testatoris, vide in §. *Fideicommissum num.*26. latè Martha *de success. legal. part.* 3. *q.* 2. *per tot.*

5 Agnati vt admittantur ad successionem qualiter teneantur probare legitimam agnationem, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 744. *num.* 19. *&* *cap.*869. *num.* 14. vbi ampliat quamuis non opponatur, Rot. *in Romana fideicommissi de Formicinis 7. Februarij* 1635. *coram Merlino num.*30. *in Nouiss. part.*7. *decis.* 15. *dixi in* §. *Actio num....* §. *Matrimonium*, *&* §. *Successiuè*.

Quòd agnatio non conseruetur per bastardos, & spurios, quia isti non dicuntur, nec sunt agnati, & quid si dispositio esset concepta per verba non iuris, sed naturæ, Ludouis. *decis.* 433. *num.* 17. vbi Beltram. *in Annot. num.*23. benè declarat, vt veniant etiam bastardi, quando verba non sunt iuris, sed naturæ, vt coniunctus, consanguineus, & huiusmodi, vide Fusar. *de substit. quæst.* 354. *per tot.*

6 Agnatio probatur identitate cognominis, & familiæ, ac delationis armorum, siue insignium eiusdem familiæ, adeò vt prætendens contrarium teneatur probare, Rot. *in d. Romana Fideicommissi de Formicinis 7. Februarij* 1635. *num.* 29. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.*869. *num.* 35. *&* *cap.*645. *num.* 16. vbi ampliat quamuis talis agnatus assumpserit aliud cognomen, cùm non prohibeatur quis assumere arma, & cognomen alterius familiæ, & propriam retinere.

7 Agnationis nomen latiùs est, quàm nomen familiæ, restringitur tamen à nomine familiæ adiecto, & accipitur affectiuè, & contentiuè prout nomen familiæ, Altograd. *cons.*79. *num.* 59. *& seqq. lib.* 2. Gabriel. *cons.* 97. *num.* 7. *& seqq. lib.* 1. Mantic. *de coniect. lib.* 6. *tit.* 15. *num.* 7. Pontirol. *in Respons. pro Mambellis num.* 144. *& seqq. fol.*51. *Casena impresso de anno* 1645. Peregrin. *decis.* 134. Fusar. *de substit. quæst.*362. *&* 363. vbi an comprehendat tam descendentes, quàm transuersales, & etiam fœminas.

An autem agnatis vocatis veniant omnes simul, vel proximiores, & alij ordine successiuo, Fusar. *de substit. quæst.* 358. vbi quòd præfertur proximior, & deinde alij, nisi aliter constet de mente testatoris, vt latè ibidem declarat.

8 Agnatio quando dicatur considerata à testatore in inducendo fideicommissum, vel non, Gratian. *discept. forens. cap.*536. *num.*61. *cap.* 568. *num.* 8. *cap.* 621. *num.* 6. *cap.* 832. *num.* 7. *&* *cap.* 866. latè Pontirol. *in d. Respons. num.* 79. *& num.*134. *& seqq. ad* 160. Fusar. *de substit. quæst.* 499. & alibi sæpè, Ricc. *Collect.* 3268. *&* 3458. Rot. *part.* 9. *recent. decis.*139. *num.*6. *&c.* vbi quatuor ponderat coniecturas pro agnatione, nempè quando solos masculos instituit, posuit filios in conditione cum qualitate legitimitatis, prohibuit alienationem cum ratione quia voluit bona conseruari in familia, & digressus fuit ad plures substitutionum gradus excludendo etiam proprias filias, & latiùs *part.*11. *decis.*95. *num.* 8. *& seqq.* vbi septem considerat coniecturas, *& part.* 12. *decis.* 415. Ludouis. *decis.* 464. & Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 269.

Item quando dicatur considerata, vel non in iurepatronatus, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 162. *per tot.*

9 Agnatio non censetur à statuto contemplata quando vocat filios sororum personæ defunctæ, vel vocet simul masculos, & fœminas, licèt masculi fœminis præferantur, sed potiùs censetur consideratus fauor masculinitatis, cum masculi maiora onera tam publica, quàm priuata sustineant, Altograd. *cons.*60. *num.* 11. *&c. num.*61. *lib.*2.

Intelligendo vbi non est expressa ratio agnationis, nam tunc sumitur interpretatio, quòd statuentes prætulerint masculos non contemplatione agnationis, sed fauore masculinitatis, & prædilectionis sexus, cùm ratio agnationis non præsumatur vnica, quando non fuit expressa, idem Altograd. *cons.*61. *num.*27. *&* 28. *lib.*2.

10 Agnatio licèt dicatur à testatore contemplata quando expressè declarauit velle bona sua in familia conseruari, vocando masculos descendentes hæredis instituti, vel etiam extraneos, sed cum grauamine assumendi arma, & cognomen testatoris, tamen secus est si haberet alios agnatos transuersales, & illis posthabitis vocaret extraneos, idest de alia familia etiam cum onere assumendi nomen familiæ testatoris, cùm vlterius sit necesse quòd iniungat onus erigendi stemmata, & arma eiusdem familiæ, vel si post vocationem aliquorum agnatorum transierit ad vocationem fœminarum, vel masculorum descendentium à fœminis, nam tunc ratio agnationis deficit, & sola nuda masculinitas dicitur contemplata, adeo vt ex omissione absolutæ, & indistinctæ vocationis agnatorum excludatur omnis conseruandæ agnationis voluntas, quæ numquam melius verificatur, quàm vbi inter agnatos sint etiam vocati aliqui cognati, vt benè probat Altograd. *cons.*66. *num.* 41. *& seqq. per tot. lib.*2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 425. *num.* 11. *&c.* vbi quòd sola cognominis delatio sine onere deferendi etiam arma, & insignia testatoris non inducit coniecturam contemplatæ agnationis. Plura ex quibus dicitur contemplata agnatio tacitè, & expressè, Rot. *part.* 11. *recent. decis.*95. *num.* 8. *& seqq. per tot.* Fusar. *de substit. quæst.* 499. & alibi sæpè, Rot. *part.*13. *recent. decis.* 463. vbi pro exclusione agnationis.

11 Agnatio restrictè ad aliquem casum considerata, vel in aliquo gradu tantùm, non operatur vltrà effectum suum, cum non extendatur vltra casus expressos, sed sit intelligenda veniente casu à testatore disposito, vnde considerata in descendentia hæredis, non trahitur ad substitutum, nec ad eius descendentiam, & è contra, nec dicitur considerata quando testator vocauit certos tantùm agnatos, vel aliquas fœminas, vel quando in aliquo casu illam expressit, in alijs verò non expressit, vt latè probat Altograd. *cons.*83. *num.*13. *& seqq. lib.*2. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 181. *per tot.* vbi quòd non operatur extensionem, de persona ad personam, sed refertur tantùm ad personas expressè nominatas, & vocatas, illarumque descendentes, & non ad alios non vocatos.

12 Agnatio quòd non dicatur contemplata quando ex dispositione testatoris bona possunt peruenire ad fœminas, vel pro illis deseruire, intellige, nisi dispositio ad fauorem fœminarum facta, tendat ad familiæ, & agnationis conseruationem, vt quia mandauerit testator prouideri fœminis de necessarijs ad coniugium, & alimenta, maximè si talis prouisio sit facienda de fructibus saluo capitali, cum hoc totum tendat ad familiæ decus, & ad exonerandum parentes illarum ab onere dotandi, & alendi, vt pulchrè probat idem Altograd. *cons.*89. *num.*84. *& seqq. lib.*2.

13 Agnationis conseruandæ ratio, ad hoc, vt ab ea possit argui in testamentis, debet esse expressa ex plurimorum sententia, sed quòd possit etiam ex coniecturis colligi, vt si testator erexerit primogenituram, prohibuerit alienationem per verba perpetuitatem denotantia, pluries mentionem habuerit de masculis, mandauerit prouideri fœminis ad coniugium, & alimenta, vocauerit familiam, vel casatam collectiuè, & præcipuè illius proprio nomine expresso, benè probat idem Altograd. *d. cons.* 89. *num.* 66. *& seqq. lib.*2.

Quòd vbi non est expressa agnationis ratio in testamentis, non liceat ab illa arguere, & cesset vbi sunt aliquæ fœminæ, vel cognati substituti, vel instituti, etiam expressa

qualitate masculinitatis, cum ex ea potius videatur habita ratio sexus, & non agnationis, & restricta in vno casu non extendatur ad alios, sed debeat esse generalis quo ad omnes, pulchrè idem Altograd. *consil. 96. num. 55. & seqq. lib. 2.*

14 Agnationis ratio quid, & quantum operetur, ac quando non sit attendenda, vide Ger. Spin. *consl. 12. num. 36. & seqq. dixi in §. Fideicommissum, & §. Substitutio.*

Quando agnationis conseruandæ ratio attendatur, vel non, latè Tusch. *litt. A. conclus. 245. per tot.* Marthæ *de success. legal.* in pluribus locis, vt in eius repertorio *verb. Agnatio.*

Aliqua de agnatis, & agnatione, Thoro *Compend. decis. Neap. part. 1. & part. 3. verb. Agnatus*, plura renussiuè Ægid. de Casteion. *in Alphabet. Iurid. verb. Agnati*, Bonden. *Collect. 34. tom. 2.* Castil. *controu. tom. 5. cap. 92. & 122.* Ramon. *cosil. 15. & seqq.* Larrea *decis. Granat. 53. part. 2.* Laurent. Vrsel. *concl.* 81. & alij relati per modernum Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part. 4. fol. 63. &c.* nouissimè D. Io: Torre *tract. de success. in Maiorat. & Primog. Ital. part. 1. cap. 38. per tot.* & alibi, vt in Indice *verb. Agnatio.*

Agnatio quando dicatur considerata in fideicommissis, & statutis, & quid operetur, Cyriac. *contr. 96. num. 18. & seqq. contron. 301. num. 16. & seqq. contr. 320.* & alibi, vt in Indice *verb. Agnatio*, Vela *Dissert. 49. num. 69. & 105.* & latiùs Iacob. Balduc. *in obseruat. ad Ramon. cons. vt in verb. Agnatio*, vltrà alios iam à me in hoc §. *Relatos.*

Agnatorum, & cognatorum differentiæ sublatæ sunt de iure, Auth. *de hered. ab intest. venient. §. si igitur cum seqq. collat. 9.* & notat Vela *Dissert. 16. num. 5.* Oinot. *in Instit. lib. 1. tit. de legit. agnat. tutel. in principio num. 8. & seqq. ac alibi.* Sed vigore Statutorum, pactorum, & dispositionum testatorum sæpè agnati in Italia maximè cogatis præferuntur in multis, vt iam omnibus est notissimum.

§. AGGRESSIO. XXII.

1 AGgressor inter plures rixantes si non appareat, præsumitur ille, qui aliqua iniuria, vel vulneribus iam erat affectus, vel qui armatus accessit ad locum, vbi alium expectauit, vel qui fortior, & validior dignoscitur respectu personæ, vel armorum, vel sociorum, vel qui sui natura rixosus est, vel qui fugientem, & retrahentem insequitur, vel qui deinde grauius vulneratus reperitur, vel qui in rixa mortuus remansit, nam cùm incertum sit quis fuerit aggressor, vel aggressus, superstes absoluendus est, non quidem in totum, sed tanquam aggressus puniendus pro excessu defensionis, si non probet periculum aliter se euadere non potuisse quàm aduersarium occidendo, cùm in dubio sanctius sit nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, Menoch. *de arbitr. cas. 363. per tot. & de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 39.* Cabal. *resolut. crim. cas. 231. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 21. nu. 236. &c. fol. 437. dixi in meis resol. cap. 20. num. 3. & in Pract. crim. §. Defensa num. 6.* Farinac. *de homicid. quæst. 125. part. 7. §. 2. num. 484. & seqq.* vbi etiam Vulpin. *in suo num. 33. & seqq.* Mascard. *de probat. conclus. 72. per tot.* Tusch. *litt. A. conclus. 246.* Peguer. *decis. 14.* Ricc. *Collect. 496. & 691.* Boer. *decis. 237. per tot.* vbi plura, & quando aggressor præsumatur ille, qui interfectus remansit, Sanfelic. *decis. 410. cum Addit. per tot.*

Quis præsumatur aggressor, vide Carol. Marant. *contr. part. 5. respons. 91. per tot.* Conciol. *resol. crim. verb. Aggressor resol. 1. verb. Prouocatio resol. 2. & verb. Rixa resol. 1. per tot.* Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1128. & concl. 1244.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 22. per tot.* vbi sequitur omnia hic dicta per octo præsumptiones aggressionis, ex quibus aggressus fuit absolutus ab homicidio commisso in personam aggressoris, Caluin. *de æquit. lib. 2. cap. 130. num. 49. & seqq.* & vide *in §. Defensio.*

In statu tamen Florentino sicuti de facili recedi solet ex aliqua causa à pœna ordinaria homicidij, ita etiam de consuetudine homicidia quantumuis ad necessariam defensionem commissa, nunquam solent penitus impunita relinqui, vt dixi in mea Practica *§. Omicidio num. 22. & 57.*

Quòd aggressio semper præsumatur facta animo nocendi, & occidendi, & ideò aggressoris sint partes probare se non habuisse animum occidendi, & qualiter ex coniecturis hoc possit probare, Mascard. *de probat. conclus. 71.*

Quòd vbi aggressor stat, nec se retrahit præsumatur habere malum animum continuandi, & tunc tantò magis aggresso sit permissa defensio, Iodoch. *pract. crim. cap. 76. & 78.* Magon. *decis. Luc. 56. num. 5.*

Aggressor cum animo deliberato occidendi, sequuto homicidio, tenetur pœna ordinaria illius, quæ est vitæ, & confiscationis bonorum, & an aliquo casu possit excusari à dicta pœna ordinaria, ex eo quòd post aggressionem fuerit ipse aggressor constitutus in discrimine vitæ, vide Bald. *cons. 312. nu. 6. & per tot. lib. 4.* quem sequitur Card. Tusch. *litt. D. concl. 129. num. 11.* & dixi in d. Pract. *§. Omicidio num. 51. & alibi*, Baiard. ad Clar. *§. Homicidium num. 78.* vbi quòd non, Conciol. *verb. Rixa resol. 2. per tot.* vbi quòd non potest excusari, & allegat Farinac. *quæst. 125. num. 118.* Guaz. *def. 29. cap. 4. num. 34. & def. 33. cap. 22. num. 8.* Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. num. 112. & seqq. dixi in §. Delinquens num. 9.* 2

Aggrediens aliquem animo vulnerandi tantùm, si ex aliqua causa mutato proposito occidat tenetur de rigore iuris de vulnerato, & de occiso, quamuis de consuetudine ratione vnitatis rixæ, vulnera tanquam minus delictum confundantur cum homicidio maiore delicto, & sic punitur tantùm de occiso; intelligendo quando est eadem persona quæ vulneratur, & occiditur, secùs si diuersæ personæ, quarum vna vulneretur, & alia occidatur, nam ratione diuersitatis personarum imponi debet pœna vulnerum, & homicidij, Petr. Cabal. *resol. crim. 158. num. 17. & seqq. per tot.* 3

Aggressus ab alio cum armis, vel alio instrumento ad offendendum apto, non tenetur expectare se percuti, sed potest præueniendo se defendere, ita vt probata aggressione etiam quòd non dicatur aggressum fuisse in periculo vitæ, præsumatur vsum fuisse moderamine inculpatæ tutelæ, *l. si quis percussorem C. ad l. Cor. de sicar.* Angel. *de malef. verb. Et dicto Titio se defendente num. 13. &c.* Clar. *§. Homicidium vers. sed quomodo*, Cabal. *resol. crim. cas. 88. num. 4. & in tract. de omn. gener. homicid. num. 231.* Guazz. *def. 29. cap. 4. num. 20. &c.* dixi in meis resol. *cap. 20. num. 1. & sequentibus*, vbi quòd nec est necesse expectare actum aggressuræ, vide in *§. Homicidium num. 4.* vbi etiam plura in foro conscientiæ, de quibus P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib. 1. cap. 8. per tot.* & alij ibidem per me citati. 4

Aggressus ab alio (etiam sine armis) volente alapam præbere manu vacua, potest eum licitè offendere, si sibi dedecus erat per aliam viam euadere, & potest etiam solum minantem offendere si sit solitus, & potens minas exequi, non enim tenetur expectare, vt minas exequi incipiat, sicut & causa honoris sui tuendi percutere, & vulnerare iniuriantem, nec tenetur aufugere, vide Clar. *§. fin. quæst. 60. num. 14.* Guazz. *d. def. 29. cap. 4. num. 25. &c.* Gratian. *discept. forens. cap. 837. num. 5. &c.* dixi in meis resol. *d. cap. 20. num. 4. & 5.* Tusch. *litt. P. concl. 953.* vbi latè qualiter prouocatio excuset prouocatum, vel non, vide in *§. Homicidium num. 4.* Sanfelic. *decis. 410.*

An, & quando quis teneatur fugere, vel non, Dian. *part 7. tract. 7. resol. 45. & 46. per tot. & resol. 49. & part. 11. tract. 6. resol. 29.* vbi de Clerico.

An liceat fugientem insequi ad recuperandum honorem propter alapam, vel similem iniuriam acceptam, ac illum vulnerare, & repercutere, Dian. *part. 8. tract. 7. resol. 48. per tot.*

Aggressus potest se defendere etiam diuerso genere armorum, & fortiori, imò contra arma non deferentem, quando aliter iniuriam euadere non potest, Bart. *in l. 1. num. 7. C. vnde vi*, Cabal. *resol. crim. cas. 428. num 30.* Clar. *§. Homicidium num. 34.* Guazz. *d. def. 26. cap. 4. num. 28.* Gratian. *discept. 837. num. 4.* Sanfelic. *decis. 410.* latiùs dixi in *d. resol. 20. num. 10. & seqq.* vbi ampliatur etiam si sequatur mors insultantis, ac etiam si aggressus exoneret sclopum contra insultantem, Thom. Triuis. *decis. 58.* vbi de Sacerdote occidente aggressorem filij, Conciol. *verb. Defensio resol. 4.* vbi an teneatur fugere aggressus. 6

Quamuis autem aggressus possit licitè se ipsum defendere, tamen ad id non tenetur, sed potest potius mortem pati, quàm inuasorem occidere, si prudenter credat se mori in statu gratiæ, & idem in carcerato, qui licèt possit

possit non tenetur fugere ad vitandam mortem, Dian. *part. 11. tract. 6. resol. 46. in fine*, facit quod dixi in §. *Homicidium num.* 18.

Alia vide in §. *Defensio*, & in mea Pract. §. *Diffesa per tot.*

7 Aggressus à furioso, amente, vel ebrio, an possit illum occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ, maximè si sciat incidisse in amentiam, furorem, vel ebrietatem cùm peccato mortali, & videretur dicendum quòd non, cùm in tali statu non possint dici iniusti aggressores ex quo carent intellectu; sed contrarium nihilominus est verius, quia aggressus habet ius seruandi vitam suam etiam ab istis, vt latè probat Dian. *part. 11. tract. 6. resolut. 52. per tot.* Baiard. ad Clar. §. *Homicidium num.* 78. vbi limitat nisi potuisset fugere, & non fugisset, quia tunc esset extraordinariè puniendus, cùm tali casu fuga non sit ignominiosa, sed potius laudabilis, Conciol. *verb. Defensio resol. 4. 6. & 12. per tot.*

8 Aggressus si aggressorem suum vulneret, vel occidat legitime se defendendo ad nullam restitutionem tenetur damni illati, secùs autem si modum excesserit, nam tunc tenetur ad huiusmodi restitutionem integram etiam si fuerit à iudice punitus, ad tradita per Paul. Christin. *decis. Belg. 178. num. 8. & seqq. volum. 2.* Vel saltem secundùm alios pro rata culpæ, ad tradita per Dian. *resol. moral. part. 5. tract. 4. resol. 44.* Et quando non fuit à iudice punitus, idem Dian. *loc. cit. resol.* 60. vide quæ latiùs dixi in §. *Homicidium n.* 10. & §. *Vulnus num.* 14.

Quòd occidens aggressorem iustius agat, quàm Iudex, vel Magistratus hominem ex lege vita priuans, & quare, Petr. Royz. Maur. *decis. Lituan. 3. num. 475. &c.* vbi quòd ideò ille aliqua censura non notatur, iudex verò, vel Magistratus sic facit, latè P. Steph. de Neapol. *tract. de restit. lib. 1. cap. 8. num. 5. & seqq.*

9 Aggressus ponens alium, vel alios tanquam clypeum ante se, vel se post alios recondens ne offendatur, & ad euitandos ictus, si aliquis alius ex hac causa occidatur, vel offendatur, non tenetur ipse, nisi dolosè id egerit, vt alius offendatur, sed aggressor pro modo culpæ, licèt non desint etiam volentes illum aggressum teneri aliqua pœna pro excessu defensionis, ponendo innocentem in periculo, vt colligitur ex traditis per Boer. *decis. 84. per tot vide in §. Homicidium num.* 17. vbi plura ad hoc propositum Less. *de iust. & iure lib. 2. cap. 9. dubit. 9. per tot.*

10 De aggresso, vt possit se defendere etiam cum sclopeto, & an sit puniendus pro sclopeto prohibito, Io: Bapt. Thoro *Compend. decis. Neapol. part. 3. verb. Aggressus*, & alia plura ad rem, remissiuè Casteion. *in alphabeto iurid. verb. homicidium sub num. 6.*

11 De aggressore, vt possit impunè occidi (intelligendo quoad impunitatem seruato moderamine inculpatæ tutelæ, aliàs occidentem puniri de excessu) pro defensione propriæ personæ, item pro defensione filij, & è conuerso, ità vt si filius patrem non defendat puniatur vt parricida, & pater videns filium vulneratum possit impunè occidere ipsius filij inuasorem, nisi post illatum vulnus aufugiat, nam tunc si pater eum fugientem occidat tenetur de excessu; & hæc procedunt etiam inter patres, & filios naturales tantùm, vel spirituales; imò fauore fratrum, cæterorumque coniunctorum, & amicorum, pro quibus licita est defensio cum debito moderamine contra aggressores personarum, honoris, & bonorum, vt colligitur ex traditis per Philip. Pascal. *tract. de viribus patr. potest. part. 3. cap. 6. per tot. cum annot.* Franc. Mar. Prati, & ego dixi latius in *resolut. cap.* 20. & in hoc Opere §. *Defensio cum Addit.*

§. ALIENATIO. XXIII.

1 ALienatio dicitur cuiuscumque iuris in alium translatio, & est nomen generale comprehendens omnes contractus, & modos, quibus dominium, vel aliud ius transfertur nempè donationem, venditionem, diuisionem, permutationem, transactionem, pignus, hypothecam, iurium cessionem, seruitutis constitutionem, locationem ad longum tempus, dationem insolutum voluntariam, emphyteusim, compromissum, hæredis institutionem, ac etiam successionem ab intestato, vt singillatim probat Barbos. *de appell. verb. signif. appellat. 14. per tot. dixi in* §. *Hypotheca*, §. *Ius congrui*, & §. *Venditio*, Tusch. *litt. A. concl. 257. per tot.* Paul. Christin. *decis. 77. cum pluribus seqq. vol. 3.*

Ex quibus modis verbum alienationis sumatur, & an alienatione prohibita censeatur prohibita hypotheca, vide latè, & magistraliter Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. quæst.* 42. Sperel. *decis. 120. n. 56. & seqq.* Christin. *loc. cit.* Rot. *part. 9. recent. decis. 167. num. 5. & seqq.* Rot. *part. 14. recent. decis. 109. per tot.*

Quòd alienationis verbum à lege prolatum contineat etiam pignorationem, secus si ab homine, ac ita iudicatum refert Gizzarel. *decis. 74. num. 7. & 8.*

Quòd comprehendat etiam consensum, & ideò prohibitus alienare, non possit etiam alienationi consentire, Odd. *de restit. in integr. part. 2. quæst. 61. art. 1. num. 7.*

Qualiter alienatione permissa, censeatur etiam permissa hæredis institutio, latè Tusch. *litt. A. concl.* 260. Quid in prohibitione, idem Tusch. *loc. cit. concl. 263. vide in §. Prohibitio*, Merlin. *decis. 638. num. 6. &c.* Gabriel. *comm. concl. tit. de fideicom. concl. 10. per tot.*

Alienatione prohibita per testatorem in perpetuum causa conseruandi bona in familia, vel agnatione, prohibitio non extenditur vltra quartam generationem propter infinitatem euitandam, §. 1. *Auth. de restit. fideicommiss.* vbi Bart. Dec. *cons. 256. habetur in Arte Notariat. cap. 7. de vlt. volunt.* Capyc. *decis.* 108. Gratian. *discept. forens. cap. 765. num. 15. cap. 828. num. 38. & cap. 930. num.* 41. Tiraquel. *de vtroque retract. in Præfat. num.* 49. latè Altograd. *cons. 82. num. 35. & seqq. lib. 2. cons. 79. num. 45. & 46.* vbi quod fideicommissa, & substitutiones expressæ non durant vltra centum annos, nec excedunt decimum gradum, nec transeunt vltra quartam generationem, nisi tamen testator aliter expresserit, vt ibi per eum *num. 47. lib.* 2. vel nisi fuerit dictum quòd bona perpetuò transire debeant ad omnes descendentes, quia tunc extenditur in infinitum, vt per Duen. *inter reg. diuers. reg. 39. in fine*, Peregrin. *decis. 5. num. 4. &c. vide in §. Prohibitio, & §. fideicommissum num.* 26. vbi distinguitur, Paul. Christin. *decis. Belgic. 227. vol.* 1. vbi quòd dicta prohibitio tamquam exhorbitans est strictè intelligenda, & ideò facta filijs non extenditur ad nepotes, & quando secus, & alia. 2

Plura de interpretatione dictæ *Authen. siue Nouel. 159. de rest. fideicom.* Caren. *resol. 162. per tot.*

Alienatione prohibita vt supra ad quartam generationem, à qua persona inchoari debeat numeratio harum generationum, multi tenent esse numerandas omissis personis testatoris prohibentis, & primi hæredis prohibiti, adeo vt duret prohibitio vsque ad quintum gradum respectu testatoris, vt refert Altograd. *cons. 82. num. 47. lib. 2. vbi tamen ipse num. 48. & seqq.* clarè ostendit huiusmodi generationes numerandas esse omissa tantùm persona testatoris, adeò vt filius prohibitus constituat primam generationem, nepos secundam, pronepos tertiam, abnepos quartam, & vlterius prohibitio non progrediatur, nisi aliter constet de voluntate testatoris, vt supra vide §. *Emphyteusis num.* 24. 3

Quando huiusmodi prohibitio alienationis inducat absolutum fideicommissum, vel non, Merlin. *decis. 228. n. 30. & seqq. decis. 669. per tot. decis. 890. n. 9. &c.* Rot. *p. 9. recent. decis. 83. num. 1. &c. part. 10. decis. 123. per tot.* & alibi sæpè Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 103. per tot.* Ciarlin. *controu. 219. per tot. & dixi in §. Prohibitio num. 12. & §. fideicommissum num.* 12.

Alienatione prohibita à testatore propter consensum aliquorum requisitum in illa, an cesset prohibitio mortuis illis, quorum consensus requirebatur, & quid si ex dicta prohibitione sit etiam inductum fideicommissum, & an alienare prohibitus possit sibi hæredem instituere, quasi alienatio propriè dicatur illa, quæ fit inter viuos, & non in vltima voluntate, Gratian. *discept. forens. cap. 594. num. 4. &c.* dixi *in §. Probibitio num.* 10. vbi plura latè Tusch. *litt. A. conclus. 261. & seqq. vide in §. fideicommissum num. 12. &c.* 4

An autem alienatione prohibita ad tempus, intelligatur post illud permissa, affirmant multi, & videtur verior opinio, quando nulla alia adest prohibitio, quàm hominis, secus autem si concurrat etiam prohibitio legis, vt in substitutionibus, & fideicommissis, nam tunc verior est opinio negatiua, ad latè tradita per Fusar. *de subftit. q.* 720. Fachin. *contr. lib. 4. cap.* 75. Mart. Medic. *decis.* 10. Rot. *part. 9. recent.*

decis.415.num.4.& seqq.per tot. vbi plures alios allegat Marescot. var. resol. lib.1. cap.4. per tot. Rot.part.14. recent. decis.288. per tot. vbi abhibita alia distinctione, nititur opiniones, concordare firmando pro permissione alienationis, dixi in §. Prohibitio num.10.

5 Alienatio contra prohibitionem testatoris est nulla, & non transfert dominium, adeo vt possint bona alienata vindicari, Caualer. decis. 108. per tot. Rot. part. 11. recent. decis. 185. per tot. vbi qualiter vocato in casu alienationis sit concedenda immissio, & decis.274. d. part.11. Fusar. de subst. quæst.717. per tot. & alibi sæpè de materia alienationis bonorum fideicomissariorum, vt in eius repert. verb. Alienatio, & dixi in §. Bona num.21. & seqq. & in §. Prohibitio, ac alibi per discursum, latè Mangil. de euict. quæst.59.& seqq. Rot. part.13. recent. decis.457. vbi quod sequuta alienatione aperitur fideicommissum ad fauorem vocatorum, maximè data illius scientia in alienante.

De alienatione contra expressam testatoris voluntatem, & quando sit nulla, & in quibus casibus possit sustineri, latè videndus Mart. Medic. decis. Senen. Exam. 3. per tot. cum pluribus decisionibus sequentibus, Fusar. d. quæst. 717. Paul. Christin. decis. Belg.9. num.7. & seqq. vol.3. Rot. part. 10. recent. decis.41. num.5. &c. decis. 123. per tot. vbi quando possit reuocari à substitutis, vide §. Bona num. 31. Rot. part.13. recent. decis.205.

6 Alienatione permissa inter illos de familia, an censeatur etiam permissa donatio causa mortis, latè Mart. Medic. Exam.52. & decis.83. per tot. cum additione, vide in §. Facultas, & §. Licentia num. 5. vbi an possit fieri in remotionem in præiuditium proximioris, & alia.

An hæredis institutio, latè Tusch. litt. A. concl. 260. facit Rot. part.13. recent. decis.171. num.8. &c.

Quòd si alienationi rei prohibitæ alienari extra familiam, omnes consentiant, sit valida, sed possit postea reuocari ab alijs nascituris, Boer. decis.12. intelligendo nisi sint hæredes alienantium, & vide in §. Hæres.

Quomodo sit intelligenda alienatio permissa pro suis indigentijs, vel ad beneplacitum, Peregrin. de fideicom. art.40. num.46. & seqq.

7 Alienatio quando præsumatur facta in fraudem fisci ad euitandam confiscationem, latè Menoch. lib. 3. præsumpt. 124. per tot. vbi etiam quando præsumatur in faudem creditorum, Magon. decis. Flor. 76. & 77. & vide in §. Donatio 12. inf. num. 12. & 15. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 152. & seqq. vbi plura de hac materia, latè Guaz. de confisc. bon. concl. 29. per tot. Mangil. de euict. quæst. 169. per tot. Farinac. quæst. 164. num. 49. & seqq. Sanfelic. decis. 372. num.4. & seqq. cum Addit. Anton. de Ballis tract. var. lib. 4. quæst.9. per tot. vbi num.12. potest filius antè sententiam renuntiare hæreditatem in commodum fratris, & non fit fraus Fisco.

8 Alienatio facta per debitorem post iam paratam executionem in actione personali contra eum, dicitur nulla, & in fraudem paratæ executionis, ita vt possit executio recta via contra acquirentem consumari, nec opus sit agere rescissoria, & vi ordinaria ad euitandum circuitum, non attento an ille tertius scientiam habuerit paratæ executionis, maximè si debitori non remanserunt alia bona secundùm opinionem multorum; quos allegat Duran. decis. 364. num.7. 12. & 13. vbi tamen numeris seqq. pro clariori intelligentia distinguit infrascriptos casus, vide Rot. part. 10. recent. decis. 268. num. 22. & per tot. & decis. 339. per tot. & part.12. decis. 381. per tot. Leoncil. decis. Ferr. 99. Giurb. decis.61. & 62.

At quando ageretur de alienatione facta post motum iudicium in actione reali, dixi in §. Res litigiosa, Merlin. decis.847. vbi num.8. &c. vbi quod valet quando fit in creditorem anteriorem, de hac materia plenè Paul. Rub. in Annot. ad decis. 46. part.9. recent. num. 129. & seqq. per totum, Rot. part. 10. recent. decis. 157. per tot. decis. 268. per tot. & decis.339. per tot. & part.13. decis. 412. vbi quòd in actione personali non contrahitur vitium litigiosi, vide in §. Res litigiosa.

Quòd facta alienatione lite pendente videatur alienans dolo desijsse possidere, & ideò non possit tertius possessor acquirens impedire executionem, pulchrè Caualer. decis. 131. per tot. Paul. Christin. decis. Belgic.141. volum.2. iuxta tit. C. de alienat. iud. mut. caus. fact. idem Christin. decis. 96. volum.6. vide Paul. Rub. loc. cit. Rot. part. 10. recent. decis.268. per tot. vbi plura etiam de collusione, & ex quibus præsumatur, & decis.339. per tot. latè etiam Sanfelic. decis.2. vbi quid si alienatio sit facta in personam Ecclesiasticam, & firmat adhuc finiendum esse iudicium coram iudice laico, & sententiam per eumdem executioni demandandam in ipsa re alienata, pluribus similibus, & contrarijs in id hincinde adductis, vide in §. Res litigiosa num. 8. vbi contra ex alijs.

In actione reali si ante contestationem litis possessor dolo desinat possidere, non tenentur eius hæredes actione in rem, sed in factum, per quam restituere coguntur quantum locupletiores ex ea re facti fuerunt, l. cum autem 73. ff. de rei vindic. Sanfelic. in Praxi sect.45. num.23.

9 Alienatio rei facta non solum post paratam executionem in actione personali, sed post cœptam executionem in illa posita iam sub hasta, est adeo nulla, & in fraudem paratæ executionis, & iudicialis auctoritatis, vt possit absque rescissoria recta via contra acquirentem finiri, & consumari executio, Duran. d. decis.364. num.14. &c. vbi ampliat etiam quòd nondum fuerit deuentum ad subhastationem, sed tantùm interpositum primum, & secundum decretum, nisi incontinenti doceat de iure suo aliundè quàm ex facto alienantis; secùs tamen si non fuisset processum per viam immissionis, sed per viam captionis pignorum in stabilibus, quia tunc tale ius executiuum non competeret contra tertium. Plura de hac materia quando possit executio fieri contra tertium, vel non, Paul. Rub. in Annot. ad decis. 46. part.9. recent. num. 137. & seqq. Rot. part. 10. recent. decis. 268. per tot. & decis. 339. per tot. Ridolphin. in Prax. part.1. cap. 6. num. 62. & seqq. per tot. vbi distinguit, & plures decisiones allegat.

10 Quando autem fuit tantùm relaxatum mandatum in dicta actione personali, & nondum cœpta executio, si fiat alienatio non potest ius executiuum exerceri contra acquirentem, nisi probetur participasse de fraude, sed debet conueniri via ordinaria reuocatoriæ, seu Saluiani, idem Duran. d. decis.364. num. 20. & seqq. vbi etiam num. 71. quòd in omnem casum ille tertius debet saltem citari, & summariè audiri, Ridolphin. in prax. part.1. cap.6. num.62. & seqq. Merlin. decis.847. vide Paul. Rub. in Annotat. ad decis. 46. part.9. recent. num. 137. & seqq. Rot. part. 10. recent. decis. 268. & 339.

11 Alienatio rei, in qua fuit immissus creditor ex primo decreto in actione personali, tenet, & contra acquirentem agendum est via ordinaria, dum in eo non probetur scientia litis; aut quòd debitor non habebat alia bona, vt de veriori testatur Duran. d. decis. 364. num. 42. & seqq. quicquid alij per eum relati num. 38. & 39. contrarium sentiant, vide Ridolphin. loc. cit. Merlin. d. decis.847. Paul. Rub. loc. cit. Rot. part. 10. recent. decis.268. num.22. & seqq. vbi plura, & decis.339. part.11. decis. 245. num. 7. vide in §. Res num.8.

De omnibus contentis sub num. 8. & seqq. ad 12. quoad materiam rei litigiosæ, ne possit alienari sub pœna nullitatis ad obuiandum fraudibus, & insuper quod alienans rem litigiosam fisco soluere teneatur rei alienatæ æstimationem, emptorque sciens litem motam pretium amittat fisco applicandum, per text. in l. vlt. C. de litig. an vitium litigiosi contrahatur in omni re, cum nil sit in mundo, quod res dici non possit, an in actione, pignore, & huiusmodi, an per simplicem citationem, quando non obstet, vel non contrahatur vitium litigiosi, & alijs pluribus ad rem, Antun. Portugal. de donat. Reg. lib.3. cap.38. per tot. dixi in §. Res num.8. & seqq.

Semper tamen vtilis est creditori talis immissio ex primo decreto, quia illa mediante acquirit pignus prætorium, siue hypothecam, cùm qua res transit in illum tertium, licèt prius non haberet hypothecam, idem Duran. d. decis.364. num.54. & 55.

12 Alienatio facta titulo oneroso, vt dicatur in fraudem creditorum, tria simul requiruntur, nempè consilium fraudandi, hoc est propositum ex parte alienantis, scientia fraudis in recipiente, ac ipsius fraudis euentus, §. in fraudem Instit. quibus ex caus. manum. non licet, l. in fraudem ff. qui, & a quibus manum. lib. non fiant, Omot. in d. §. in fraudem, & latius in §. Item si quis num.51. & seqq. Instit. de Act. Duran. d. decis.364. num. 64. & 65.

Facta verò titulo lucratiuo etiam antè motam litem dicitur in fraudem ex solo proposito fraudandi in alienante, quod præsumitur eo ipso, quòd non ignorat esse debitorem, ac bona sua non sufficere, & nihilominus alienat

omnia

omnia bona, aut maiorem partem illorum, Oinot. *in d. §. Item ſi quis num.44. & ſeqq.* & Duran. *d. deciſ.* 364. *num.* 65. *& 66. &c. vide ſupra num.7. & in §. Donatio num.* 12. *in fine, & num.40.*

Qualiter alienatio facta in fraudem poſſit reuocari, Card. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 268. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 129. *volum.* 4.

Quod pendente concurſu creditorum ſit prohibita alienatio tamquam facta in fraudem paratæ executionis, Salgad. *Labyr. credit. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 15. *&c.*

13 Alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, an, & quando poſſit reuocari per fideicommiſſarium, ſtante ignorantia fideicommiſſi tam in alienante, quàm in recipiente, dixi in §. *Bona num.* 31. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 556. Mangil. *de euict. quæſt.* 111. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 22. *num.* 14. *& ſeqq.*

An poſſit reuocari à filijs vocatis, viuente patre, dixi in §. *Prohibitio num... & §. Fideicommiſſum num...*

Quando dicta alienatio ſit nulla, vel poſſit ſuſtineri propter detractiones legitimæ, & Trebellianicæ alienanti competentes, vel ſtante ſubrogatione aliorum bonorum, an filius poſſit variare, & alia, vide per Gratian. *deciſ.* 54. *per tot. & in §. Exceptio num.* 27. Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 8. *n.* 873. *& ſeqq.* Peregrin. *de fideicom. art.* 39. *&c.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 55. *& ſeqq.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 147.

Quòd ſit permiſſa alienatio vltimo poſſeſſori, dum amplius non ſupereſt aliquis, cui ſit reſtituendum fideicommiſſum, Altograd. *conſ.* 96. *num.* 52. *lib.* 1. Mart. Medic. *deciſ. Senenſ. Exam.* 3. *num.* 69. *&c.*

Quando ſit ex permiſſione teſtatoris fideicommiſſum extinguitur, cùm tunc dicatur inductum, quatenus alienatio non ſequatur, Merlin. *deciſ.* 459. *num.* 3. *&c. vide in §. fideicommiſſum num.* 23.

Quando ſit permiſſa alienatio bonorum fideicommiſſariorum ex cauſa dotis, vide latè in §. *Bona num.* 21.

14 Alienatio facta ſaluo conſenſu domini dicitur perfecta quoad ipſos contrahentes, quos non poteſt pœnitere, nec ſuperueniente dicto conſenſu requiritur aliquod illorum factum, cum ex ſe retrotrahatur ad diem contractus; dicitur tamen imperfecta reſpectu periculi, & actionis, quæ non naſcitur niſi purificata conditione prædicta, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 514. *per tot. inf. num.* 27.

15 Alienatio bonorum ſtabilium facta ab hæretico occulto, poſtea detecto, & damnato non valet, & reuocatur à fiſco, cum bona talis delinquentis ipſo iure fuerint publicata à die delicti, etiam ſi emptores eſſent in bona fide, latè Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 295. *per tot.* vbi etiam loquitur de eo, qui commiſit crimen læſæ Maieſtatis humanæ, vel alia delicta, an fiſco competat ius ſuper bonis alienatis poſt delictum, vide in §. *fiſcus, & §. donatio num.* 12. *ſupra num.* 7. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 372.

16 Alienatio fundi dotalis facta à marito inſcia vxore non præiudicat vxori, Afflict. *deciſ.* 349. *num.* 4.

Imò etiam facta à muliere de conſenſu viri eſt nulla, & poteſt reuocari tam conſtante, quàm ſoluto matrimonio, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 292. *num.* 23. *&c.* facit Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 521. *num.* 12. *&c. vide in §. Fundus, §. Mulier, & §. Vxor,* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 80. *num.* 4. *&c. vol.* 3.

Quòd conualidetur ſi morte mariti ſoluatur matrimonium, Ricc. *Collect.* 3979.

17 Alienatio rerum mulieris, vel minoris facta ex cauſa neceſſaria, puta pro retrouenditione cenſus, vel in caſu iuriscongrui, & ſimilibus, non requirit ſolemnitates ſtatutarias, dixi in §. *Statutum requirens, & §. Decretum,* & facit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 931. *per tot.*

18 Alienatio facta de conſenſu, & mandato teſtatoris, operatur, vt is in quem fit alienatio dicatur bona illa habere à teſtatore, & non ab alienante, Crauett. *conſ.* 144. *num.* 11. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 416. *num.* 2. *& cap.* 878. *num.* 6. latè Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 427. *& ſeqq. fol.* 149. *vide §. Licentia, & §. Minor,* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 178. *num.* 1. *&c. volum.* 3. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 179. *num.* 2. *& ſeqq.*

Et ideò tunc minor, vel adminiſtrator in executionem voluntatis teſtatoris, quæ etiam colligi poteſt ex actu nullo, poteſt alienare ſine decreto, Menoch. *de Arbitr. caſ.* 171. *num.* 67. *& ſeqq.* Rot. poſt Pacif. de Saluian. *deciſ.* 110. *num.* 2. *& num.* 20. vbi intelligit quando conſtat de voluntate teſtatoris alienandi, Sanfelic. *deciſ.* 281. *num.* 4.

Non tamen ſufficit mandatum ſoluendi debita, niſi in ſpecie ſit dictum rem diſtrahi poſſe, vel debere, & proptereà ſolemnitates requiruntur etiam in venditione rerum minoris pro ſoluendo debito hæreditario, ac etiam ſi agatur de executione contractus cum patre celebrati, Gratian. *deciſ.* 131. *per tot.* Surd. *deciſ.* 77. *per tot.* Rot. *d. part.* 10. *recent. deciſ.* 179. *& part.* 12. *deciſ.* 355. *num.* 35. *&c.* vbi quòd ſimplex facultas alienandi à teſtatore conceſſa, intelligitur, ſeruatis iuris ſolemnitatibus, & contraria procedunt quando adeſt mandatum teſtatoris alienandi rem certam, *& part.* 13. *deciſ.* 368. *vel* 370. *num.* 13. *&c. quæ eſt in Rauennaten. relaxationis,* & rurſus in eadem cauſa *d. part.* 13. *deciſ.* 400. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi etiam quòd debet fieri præſente pecunia, & probari verſio in extinctionem debitorum.

Alienatio rerum minoris facta ſine cauſa, & debitis ſo- 19
lemnitatibus eſt nulla, etiam ſi pater illas res venales expoſuerit, modò non cauerit teſtamento quod diſtrahantur, *l.* 1. *§. ſi defunctus ff. de rebus eorum,* Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 113. *fol.* 138. Rot. poſt Pacif. de Saluian. *deciſ.* 110. *per tot. & part.* 13. *recent. deciſ.* 50. vbi quòd competit minori reintegratio, & ſufficit quòd cauſa ſit in parte falſa, etiam ſi in alia parte eſſet vera, & non obſtante prætenſa ratificatione æquiuoca, & non data plena notitia nullitatis, vide in §. *Remedium num.* 8. Rot. *d. part.* 13. *deciſ.* 139. *per tot. & deciſ.* 261. *num.* 7. *&c.* vbi etiam an, & quando ſit reſtituendum pretium, vel non, de quo *infra num.* 22.

Amplia licèt fundus eſſet ſaxoſus, ſterilis, vel peſtilens, Montan. *loc. cit. num.* 122.

Item quamuis alienatio fieret ob debitum fiſcale, Montan. *vbi ſupra num.* 122.

Item etiam in mobilibus, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, de quo tamen vide latè Montan. *d. cap.* 33. *num.* 139. *& ſequentibus.*

Vbi agitur de alienatione rerum minoris, Hermoſill. *ad leg. partit. tom.* 2. *gloſſ.* 3. *l.* 4. *tit.* 5. *fol.* 419. Ant. Gob. *conſul.* 71. *& ſeqq.* Andreol. *controu.* 384. *per tot.*

Mobilia autem, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, prout pecunia, & ſimilia poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 89. *num.* 1. *&c.*

Quid in Molendinis dixi in §. *Molendinum.*

Quid in locatione ad longum tempus, vide §. *Locatio.*

Alienatio rerum immobilium minoris valet ſine ſolem- 20
nitatibus quando fieret ex neceſſitate, & conſequentia actus permiſſi, latè Montan. *de tut. d. cap.* 33. *num.* 434. *& ſeqq. fol.* 150.

Item quando fieret ex neceſſitate præcedentis contractus illius, cui minor ſucceſſit, vide Montan. *d. cap.* 33. *num.* 447. Magon. *deciſ. Flor.* 22. *num.* 7. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 178. *n.* 3. *vol.* 3. vbi quando ſit in executionem contractus initi cum patre, vel auctore minoris.

Item quando minori non eſt damnoſa, cùm ſit in eius electione ſtare, vel non ſtare contractui, Montan. *vbi ſupra num.* 450. *& ſeqq.* vide Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 139. *per tot.* vbi an, & quando poſſit ſuſtineri ob vtilitatem minoris, ſicut ſuſtineri poſſet probata verſione, *& deciſ.* 261. *num.* 8. *&c.* Debet tamen clarè conſtare de verſione, aliàs eſt nulla, vt in terminis impoſitionis cenſus pro nullitate reſoluit Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 407. *vide in §. Cenſus num.* 19.

Item valet facta in vltima voluntate, vt dixi in §. *Minor num...* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 178. *num.* 2. *vol.* 3.

Item valet quando minor alienaret rem alterius tamquam illius Procurator, Montan. *d. cap.* 33. *num.* 469. *& ſeqq. fol.* 151..

Item iuramentum ſupplet ætatem, & firmat contractum abſque alio iudicis decreto, Sanfelic. *deciſ.* 281. *num.* 3. *vide in §. Iuramentum.*

Valeret etiam quando iuſſu iudicis fundus eſſet pro pignore captus, & diſtractus ob vim rei iudicatæ, vel quando fundus eſſet penes minorem iure pignoris tantum, vel quando minor non poſſideret, & quando tutor ſe obligaſſet de proprio, nam quoad eum eſſet valida obligatio, Menoch. *de Arbitr. caſ.* 171. *n.* 71. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 178. *vol.* 3. *num.* 4. *&c.* vbi plura quando decreto opus non ſit, *iuxta tit. C. quando decret. opus non ſit.*

Alienatio rerum minoris, cui poſtea tutor ſucceſſit non 21
poteſt

potest ab ipso tutore impugnari, Montan. de tut. cap. 33. num. 480. fol. 151. dixi in §. Tutor.

Item impugnari non potest quando minor communi opinione reputabatur maior, nisi contrahens cum illo sciat huiusmodi opinionem esse falsam, Montan. loc. cit. num. 478. &c. facit quod dixi in §. Opinio.

Item tenet quando prouenit ex dicto, cum tunc minor amittat priuilegium suum, nisi esset prohibita fauore alterius, Montan. d. cap. 33. num. 507. &c. fol. 153. & dixi in §. Minor.

Item si fuerit confirmata, vel ratificata expressè, siue tacitè à minore facto maiore, & quomodo, vide tit. C. si maior fact. alienat. &c. vbi gloss. & DD. Paul. Christin. decis. 180. vol. 3. dixi in §. Minor num. 13. & §. Ratificatio num. 12. Rot. part. 13. recent. decis. 139. num. 13. & sequentibus.

Alienatio bonorum immobilium per minorem facta est ipso iure nulla sine auctoritate tutoris, vel curatoris, & decreto iudicis, l. magis puto §. non passim ff. de rebus eorum, firmatur tamen iuramento, Bart. in l. si quis pro ex ff. de fideiuss. Euerard. loc. à vi, & eneg. iuram. num. 7. Montan. de tut. cap. 33. num. 575. & seqq. fol. 155. Merlin. decis. 215. & 444. per tot. decis. 646. Ricc. Collect. 3941. & 2174. latè Rot. part. 9. recent. decis. 341. Hermosilla ad leg. partit. tom. 2. gloss. 2. &c. l. 4. tit. 5. fol. 414. &c.

Quòd in contractu debeat interuenire etiam minor, vel pupillus, quando est proximus pubertati, ita vt venditio aliter facta à solo tutore, vel curatore sit nulla, Rot. part. 10. recent. decis. 128. num. 13. & decis. 179. num. 11. vide in §. Pupillus num. 3. vbi quòd est controuersa opinio ex eadem Rot. decis. 187. part. 10. & part. 13. decis. 368.

Quid si agatur de bonis fideicommisso subiectis, quæ possunt alienari per dote, vide Gratian. decis. 182. per tot.

Quòd minor possit bona sua nulliter alienata, à quocumque possessore vindicare, etiam non restituto pretio, nisi probetur in eius vtilitatem versum, quia tunc non debet locupletari cum aliena iactura, & à quo sit probanda versio, Paul. Christin. decis. 174. num. 6. & 7. decis. 176. num. 2. &c. vol. 3. Merlin. decis. 219. per tot. vbi idem in Ecclesia, & decis. 444. num. 15. &c. & in minore, benè Rot. part. 13. recent. decis. 139. num. 4. & seqq. & decis. 261. nu. 8. & seqq. per tot. dixi in §. Nullitas num. 13. §. Versio num. 1. & 5. & §. Læsio num. 3.

Quòd duobus modis retractetur dicta alienatio, nempè per viam nullitatis, & restitutionis in integrum, idem Christin. decis. 175. vol. 3.

An possit recuperare etiam fructus, dixi in §. Fructus n. 9. vide Rot. part. 9. recent. decis. 341. vbi quòd recuperat etiam fructus contra tutorem.

23 Alienatio rerum immobilium minoris, vel pupilli, vt valeat, debet subesse causa necessaria vrgens, quæ non possit reparari per alienationem mobilium, hocque patere iudici per diligentem inquisitionem prius factam, vendatur res minus damnosa, pro paruo debito non vendatur res magni valoris, interueniat subhastatio, fiat cum auctoritate tutoris, vel curatoris, & decreto Iudicis, Iodoch. Damhouder. tract. de subhast. cap. 2. num. 11. Rot. post Pacif. de Saluian. decis. 110. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 479. num. 40. & cap. 555. num. 34. & decis. 130. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 341. per tot. & part. 12. decis. 355. Menoch. de Arbitr. cas. 171. per tot. Ricc. Collect. 3941. 2174. & 2338. Montan. de tut. cap. 33. per tot. Tusch. litt. M. conclus. 268. per tot. Paul. Christin. decis. 174. & seqq. volum. 3. Afflict. decis. 249. vbi refert octo requisita, quæ conueniunt cum prædictis, idem Christin. ad leg. municip. tit. 19. art. 16. & seqq. Merlin. decis. 215. & 444. vbi latè pro nullitate, & decis. 540. vbi pro nullitate census, & decis. 175. Thomat. decis. 245. Marcian. disp. for. cap. 71. & 72. per tot. vbi quòd nec per quietationem, siue liberationem quantumuis generalem per pupillum licèt maiorem factam tutori, non impeditur agere contra emptorem ex capite nullitatis. Quoad subhastationem, vide in §. Subhastatio num. 2. vbi contra, Rot. post Vrceol. de transact. decis. 35. & part. 15. recent. decis. 193. vbi plenè pro nullitate alienationis rerum immobilium minoris ex defectu causæ, & solemnitatum iuris communis, & statutorum, & part. 16. decis. 206. & part. 17. decis. 352. vbi stante nullitate ex defectu causæ, & solemnitatum nulla orta fuit obligatio ciuilis, nec naturalis, nec in conscientia, nec potuit induci ratificatio expressa, nec tacita absque præcisa, & indubitata scientia nullitatis, & doli, vide in §. Ratificatio, & Rot. part. 18. recent. decis. 447. per tot. Ganauet. cons. 6. per tot. vbi latè pro nullitate venditionis factæ à matre tutrice, ex eo quòd non adimpleuerit solemnia, ex defectu cognitionis causæ, subhastationis, & alijs itaut res sit minori restituenda cum fructibus, denegata etiam emptori ob eius malam fidem actione euictionis, & restitutionis pretij, etiam contrà tutorem, qui mediante procuratore alienauerat.

Quòd vt creditores dicantur vrgere sufficiat debitum parere vsuras, ac repeti posse via executiua ad libitum ipsorum creditorum, Rot. part. 17. recent. decis. 364. num. 10. & part. 18. decis. 253. & 289. per tot.

Pro sustentatione contractus initi de consilio coniunctorum dato per iudicem curatore, vbi non adesset tutor, adde Rot. part. 15. recent. decis. 107. & decis. 213. & part. 18. decis. 253.

Qualiter causa alienationis debeat esse præcisa, & expressa, Rot. post Vrceol. de transact. decis. 35. & part. 15. recent. decis. 293.

Quòd valeat alienatio stabilium minoris, quæ plus incommodi, quàm vtilitatis offerunt, etiam sine solemnitatibus, Capyc. decis. 113. num. 8. & 10. in fine, Surd. decis. 278. num. 23. vbi Hodiern. num. 28. Merlin. decis. 764. num. 3. Mastril. decis. 13. num. 9. & 10. Ciarlin. contr. 196. num. 15. cum alijs quos refert, & sequitur Ioan. Paul. Melij obseruat. 47. num. 12. & dixi in §. Minor num. 28.

Vbi agitur de eadem materia alienationis rerum minoris, Hermosill. ad leg. partit. tom. 2. gloss. 2. cum pluribus seqq. leg. 4. tit. 5. à fol. 453. ad 449. vbi latè totam materiam pertractat Ant. Gob. Consult. 8. per tot.

In quo loco sit facienda subhastatio, Tusch. litt. M. concl. 267.

Quando valeat impositio census, Ciarlin. controu. 196. per tot.

Quòd sit nulla alienatio si creditores non instent, Simoncel. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 35. Honded. cons. 23. num. 26. lib. 2. Menoch. d. cas. 171. num. 5. & seqq. Merlin. decis. 44. per tot. num. 4. & seqq.

Imò non esse necessariam creditorum vrgentiam quando debitum est sub vsuris, & quatenus requiratur illam præsumi ex decreto iudicis, & alijs solemnitatibus, Ciarlin. contr. 218. num. 18. 23. & 24. Paul. Christin. decis. Belg. 174. num. 4. vol. 3. Vrceol. Consult. for. cap. 55. num. 19. &c. vol. 2. vide Rot. part. 12. recent. decis. 355. vbi plura in contrarium, & part. 13. decis. 139. per tot.

Quòd vbi bona essent peritura, vel immineret graue æs alienum, nec aliquis adesset tutor, possit iudex de consilio coniunctorum ex officio dare curatorem ad certam rem, qui potest omnia, quæ posset tutor, & sustineatur contractus cum eo initus, Osasch. decis. 89. Caualer. decis. 207. Rot. part. 14. recent. decis. 473. per tot. & dixi in §. Curator num. 23.

Et quòd causa debeat esse necessaria, ita vt non sufficiat euidens vtilitas minoris, vel pupilli, vt si vellet fundum sterilem, & infructuosum vendere, vt bonum, & fertilem emat, Afflict. decis. 87. Capyc. decis. 113. cum alijs per Menoch. d. cas. 171. num. 69. & seqq. Merlin. d. decis. 444. n. 2. &c. Rot. part. 9. recent. decis. 341. per totum, & part. 13. decis. 139. num. 10. & seqq. intellige vt supra num. 20. & infra num. seqq.

Quòd causa debeat esse præcisè expressa, nec sufficit enunciatio generalis plurium indigentiarum, vt iudici innotescat quid substantialiter agatur, cùm decretum requirat causæ cognitionem, Merlin. decis. 737. num. 16. &c. vbi loquitur de quacumque obligatione minoris, vel alterius prohibiti contrahere sine decreto, & latè Vrceol. Consult. for. cap. 62. num. 16. & seqq. volum. 2. Rot. part. 12. recent. decis. 109. vide in §. Decretum num. 6. §. Mulier n. 19. Rot. part. 12. recent. decis. 355. & in §. Causa num. 23. Rot. part. 13. decis. 368. vel 370. num. 2. & seqq. in Rauennat. reuelationis, & rursus in eadem causa d. part. 13. decis. 400. num. 2. & seqq. & decis. 521. num. 3. & seqq. & part. 14. decis. 31. per tot.

Alienatio facta per minorem, vel Ecclesiam non seruatis solemnitatibus, valet donec opponatur de nullitate, 24
etiam si statutum diceret quòd contractus sit ipso iure nullus, cùm sit in minoris, vel Ecclesiæ facultate, & electione approbare, vel reprobare contractum, aduersarius autem non potest, nisi vti remedio, de quo dixi in

§. Contractus, & §. Minor, Capyc. decis. 105. Pract. Papp. in Addit. Act. real. glos. veris, & legitimus num. 48. Montan. de tut. cap. 33. num. 456. & seqq. fol. 150. & cap. 30. num. 166. &c. fol. 95. Gratian. discept. forens. cap. 27. num. 39. cap. 202. num. 22. cap. 803. num. 44. & cap. 838. num. 24. latè Sperel. decis. 155. per tot. Pic. ad stat. Vrb. glos. 7. latè Fulgin. de iur. emphyt. tit. contract. emphyt. quæst. 21. per tot. Hermosil. ad leg. partit. tom. 2. glos. 7. leg. 4. tit. 5. num. 18. & seqq. fol. 431.

Quòd donec Ecclesiam pœniteat alienatio habeat implicitum statum validitatis ab initio, Duran. decis. 397. num. 11. & num. 29.

Quòd ita demum sit nulla, si placet Ecclesiæ, aliàs secus, cùm non possit nullitas ab alio allegari, Rot. part. 2. diuers. decis. 133. num. 11. & 12. & decis. 225. num. 4. part. 3. lib. 2. Menoch. de Arbitr. cas. 172. num. 39. &c. vbi quòd imò hodie non claudicat alienatio, sed est omninò nulla, per extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien. vt explicat Redoan. de reb. Eccles. non alien. Rub. 77. de Hospit. cas. 6. vide Franch. decis. 35. per tot. Fulgin. d. quæst. 21. per tot. vbi quòd claudicat vt supra Sperel. decis. 155. num. 16. & seqq. Dian. part. 1. tract. 8. resol. 77. Gratian. discept. 559. num. 64. Merlin. decis. 849. num. 1. Rot. part. 10. recent. decis. 200. per tot. vbi an, & quando manutentio competat Ecclesiæ, vel acquirenti super bonis nulliter alienatis, vide in §. Remedium num. 6. in fine, Rot. part. 14. recent. decis. 468. num. 1. &c. vbi quòd Ecclesiæ contractus sine solemnitatibus est nullus fauore Ecclesiæ, & ideò si Ecclesia attenta eius vtilitate velit stare contractui, non potest alter ab eo recedere, ne id quod fauore ipsius inductum est in læsionem conuertatur dixi in §. Beneplacitum num. 8.

Et cum habeat vt dixi implicitum statum validitatis, quandocumque Ecclesia, vel minor declaret nolle stare contractui non sunt restituendi fructus medio tempore percepti, Sperel. decis. 155. num. 67. vide in §. Fructus inf. num. 26.

An si Ecclesia sit hæres Prælati alienantis teneatur approbare alienationem ab eo factam absque solemnitatibus, vel in casu prohibito, Paul. Christin. decis. Belg. 82. volum. 3. vbi quòd sic iuxta glos. in cap. 1. de testam. vbi etiam Couar. num. 13. Alex. cons. 30. volum. 6. vide in §. Hæres num. 16.

Quæ autem requirantur in huiusmodi alienationibus, vide Iodoch. Damhouder. de subhast. cap. 1. num. 16. & per tot. Menoch. de Arbitr. cas. 171. & 172. Ciarlin. contr. 105. per tot. Sperel. decis. 154. & 155. per tot. & dixi in meis resol. cap. 4. num. 15. & seqq. & cap. 69. per tot. Paul. Christin. decis. Belgic. 75. per tot. vol. 1. vbi de alienatione rerum Ecclesiæ quas solemnitates requirat, licèt hodie non seruentur quando interuenit auctoritas, & licentia Papæ, quæ illas supplet, & data nullitate tenetur emptor restituere rem eum fructibus, licèt si fuerit in bona fide debeat etiam eidem restitui pretium, & quomodo, ibidem latè per tot. & dixi in §. Fructus num. 9. §. Nullitas num. 13. & latiùs idem Christin. decis. 11. 12. & 13. per tot. volum. 2. & decis. 54. num. 4. volum. 3. vbi quòd licet de rigore emptor rei Ecclesiasticæ priuetur pretio, non seruatur in Francia, & decis. 81. num. 1. &c. volum. 3. Merlin. decis. 849. num. 2. vbi quòd Ecclesia tenetur restituere pretium in eius vtilitatem versum, Ricc. Collect. 2164.

Alienatio rerum Ecclesiæ, vt valeat requiritur euidens vtilitas illius tempore contractus, non attento quid postea sequatur, Gratian. discept. forens. cap. 520. num. 21. & 32. Caualer. decis. 288. per tot. & decis. 439. per totum, Sperel. decis. 154. nu. 34. & 96. Menoch. de Arbitr. cas. 172. num. 21 &c. Rot. part. 2. diuers. decis. 65. & 78. per tot. & decis. 160. per tot. vbi de requisitis necessarijs in dicta alienatione, Paul. Christin. d. decis. 12. & 13. vol. 2. adde Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 13. part. 1. fol. 279. & part. 4. d. glos. 13. fol. 306. &c.

Qualiter non sint tuti in conscientia alienantes, neque recipientes bona Ecclesiæ sine legitima causa, Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 3. quæst. 2. num. 3. vbi quòd sunt excommunicati, & alia plura ad rem.

Et de alienationibus bonorum Ecclesiæ, plenè Thomas del Bene tract. de immunit. part. 2. cap. 17. per tot. fol. 129. ad 184. Gibalin. de vniuers. negotiat. tom. 2. lib. 4. cap. 8. per tot. fol. 184. & seqq.

Quòd vbi alienatio est facta sine legitima causa, & non est vtilis Ecclesiæ tam alienans, quàm recipiens non sint tuti in conscientia, & quoad Deum, Fulgin. de iure emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst. 21. num. 16. vbi citat Redo. de rebus Eccles. non alien. fol. 147. in fine.

Quòd duo copulatiuè requirantur, nempè vtilitas, vel necessitas, & solemnitas, licèt adhibitis solemnitatibus præsumatur vtilitas secundùm aliquos, Magon. decis. Flor. 69. num. 4. &c. Altograd. cons. 26. num. 31. &c. lib. 1. & cons. 18. num. 1. & seqq. lib. 1. vide in meis resol. cap. 69. per tot. Rot. in Pampilon. alienationis Ven. 15. Ianuar. 1619. coram Bichio impressa per Dian. part. 10. in fin. fol. mihi 445. Merlin. decis. 763. per tot. decis. 775. & decis. 887. per tot. vbi plura seruanda in expeditione processus si in euidentem, aliàs Ecclesia sit reintegranda, Rot. part. 9. recent. decis. 112. & 114. & part. 10. decis. 275. per tot. quæ est supradicta Pampilon. penes Dianam, Rot. part. 10. recent. decis. 336. per tot. P. Stephan. de Neapol. tract. de restitut. lib. 2. cap. 93. 94. 95. & 96. vbi plenè de hac materia Mascard. de probat. conclus. 75. Ciarlin. controu. 105. per tot. & alibi sæpè, vt in Repertorio verb. Alienatio, Tusch. litt. A. conclus. 271. & seqq. vbi quòd sit regulariter prohibita, & quando, ac ex quibus causis permissa, & Paul. Christin. decis. 173. num. 20. & seqq. vol. 5. Ricc. Collect. 46. 3979. & alibi sæpè, vt in Repertorio verb. Alienatio, & præcipuè in Collect. 3054. vbi plenè ad interpretationem Bullæ Vrbani VIII. Rot. part. 12. recent. decis. 234. vbi quid si fiat de vno monasterio ad aliud, an tunc requirantur solemnitates, & part. 14. decis. 372. num. 1. &c.

Quòd non euidens vtilitas, & damnum probetur ex coniecturis, vt quando fit inter coniunctos, Rot. part. 2. diuers. decis. 244. per tot. Quòd sit prohibita in coniunctos, Tusch. loc. cit. concl. 274. Rot. part. 9. recent. decis. 114. num. 32. & seqq.

Alienatio rerum Ecclesiæ rescinditur propter læsionem 26
non obstante iuramento, & fructus veniunt restituendi, ac vtilitas euidens ab allegante est probanda, Gratian. discept. forens. cap. 624. num. 1. & 17. supra num. 24. Rot. part. 10. recent. decis. 336. num. 26. vbi quòd bona Ecclesiæ nulliter alienata restitui debent cum fructibus perceptis, & Martha vot. Pis. 86. plenè Ciarlin. controu. 183. per tot.

Quòd sit nulla non obstantibus litteris si in euidentem, &c. & illarum confirmatione subsequuta, quando causa allegata non fuit iusta, & vtilis, vide Rot. part. 2. diuers. decis. 178. per tot. vbi reddit rationem, quia auctoritas Papæ licèt suppleat solemnitates, non tamen supplet defectum causæ, Rot. part. 13. recent. decis. 155. num. 22. & seqq.

Quamuis non fuerit seruata forma iuris positiui, tamen si sit facta in casu licito, & interuenit consensus illorum, qui interuenire debent, sit valida in foro conscientiæ, & idem in similibus Martha vot. Pis. 98. num. 18. & per tot. Fulgin. de iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst. 21. num. 14. &c. vbi quòd potest retineri donec annulletur.

Multa ad infringendam alienationem bonorum Ecclesiæ ex capite læsionis, vide per Altograd. consil. 26. per tot. lib. 1. Quando sit nulla, vel annullanda, Tusch. litt. A. conclus. 272. &c.

Et multa ad illam sustinendam, & quòd adhibitis solemnitatibus præsumatur vtilitas, & læsio sit probanda ab allegante, idem Altograd. cons. 28. num. 53. & per tot. lib. 1. Tusch. litt. A. concl. 277. & seqq.

An possit fieri sine solemnitatibus, quando bona fuerunt Ecclesiæ relicta cum hac conditione, vt possint alienari sine beneplacito Apostolico, negant multi, & affirmant alij, vt per Dian. part. 10. tract. 16. resol. 85. vbi negatiuæ adhæret tanquam magis communi.

Quæ dicta sunt de alienatione bonorum Ecclesiæ procedunt etiam in dismembratione, cùm sit quædam alienatio, & ideò requirit iustam causam, aliàs corruit si causa detegatur erronea, non obstante beneplacito Apostolico per subreptionem obtento, Rot. part. 12. recent. decis. 320. per tot. & part. 13. decis. 29. & decis. 165. per tot. vide in §. Beneficium num. 9.

Item procedunt in alienatione pecuniæ prouenientis ex pretio bonorum stabilium (quicquid sit si proueniat ex redditibus) & depositatæ ad effectum inuestiendi, ita vt nec possit implicari in emptione census absque debitis solemnitatibus, Rot. part. 13. recent. decis. 297. num. 1. & part. 14. decis. 95. vbi quòd Rector Ecclesiæ tenetur de proprio,

pr:o, si in locis totis non inuestiuit, & stante nullitate census empti.

27 Alienatio bonorum Ecclesiæ facta reseruato beneplacito Apostolico dicitur imperfecta, & donec obtineatur est locus pœnitentiæ, postea verò licèt non fuerit sequuta sententia executorum, quibus est commissa cognitio, *si in euidentem, &c.* nullus est locus pœnitentiæ, latè Gratian. *discept. forens. cap.*514.*num.*7. *&c.* Rot. per Farinac. *decis.*206. Duran. *decis.*459. *num.*5. *&* 6. *decis.*397. *num.*12. *& seqq. per tot. & decis.*365. *num.*7. *& seqq.* Sperel. *decis.* 155. *num.* 51. *&c.* Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 77. Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.* 19. *& quæst.* 21. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 227. *num.* 2. *&c. part.* 14. *decis.* 468. *num.* 3. *& seqq.* vbi quando liceat à contractu recedere Beneplacito non expedito, vide in §. *Beneplacitum num.* 8. *&c.*

Quicquid secus sit in alijs alienationibus, vt dixi supra *num.* 14.

28 Alienatio bonorum Ecclesiæ si sit in euidentem illius vtilitatem quòd valeat etiam sine solemnitatibus, & Collegia Iesuitarum ex priuilegio possint alienare sine beneplacito Apostolico, vide Gratian. *discept. forens. cap.*838. *n.*17. Franch. *decis.*35. Menoch. *de Arbitr. cas.* 172. *num.* 41. latè Ciarlin. *contr. iur. cap.*105. *per tot.* Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 77. vbi plures hincinde allegat P. Steph. de Neap. *tract. de restit. lib.* 2. *cap.* 93. 94. 95. *&* 96. vbi plura de huiusmodi alienationibus.

Imò in alienatione rerum Ecclesiæ requiri non solum euidentem vtilitatem, sed etiam Beneplacitum Apostolicum, alias nullam esse, & quare, pulchrè probat Vrceol. *consul. forens. cap.* 47. *num.* 28. *&c.* vide Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 275. *per tot.* Sperel. *decis.* 154. *num.* 11. *& seqq. per tot.* vbi in terminis census, & quomodo possit impugnari non tantùm à successore, sed etiam ab ipso alienante nomine Ecclesiæ agente, Rot. *in Messanen. siue nullius feudi* 15. *Februarij* 1636. *coram Merlino inter impressas eiusdem decis.* 702. vbi plenè de remedio reintegrandæ, *& decis.* 710. vbi fuit confirmata prima decisio in eadem causa, nempè alienationem non subsistere propter defectum Beneplaciti Apostolici legitimè executi, & euidentis vtilitatis, quæ sunt duo requisita necessaria in huiusmodi alienatione, *& decis.*764. *per tot.*

Quòd vbi alteratur inuestitura, sit necessarium Beneplacitum Apostolicum, aliàs sit nulla alienatio in totum, & Ecclesiæ competat reintegratio, latè idem Merlin. *decis.* 775. *& decis.* 887. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 114. *per tot.* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.* 9. *num.* 19. *&c.*

Quando autem requiratur examen testium formiter factum, vel sufficiat extraiudicialis informatio sumpta per Comissarios de euidente vtilitate Ecclesiæ, optimè distinguit Altograd. *cons.*28. *num.*6. *& seqq. lib.* 1. vbi quòd quando Papa simpliciter mandat informationes assumi cum clausula, non obstante, vel conscientiam onerantes, sufficit extraiudicialis informatio, secùs autem si fuerit additum per receptionem testium, vel alia æquipollentia verba, nam tunc debent testes formiter examinari, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.*160. *num.* 7. *&c.* & in meis resol. *cap.* 69. *num.* 12. *&c.*

29 Alienatio bonorum Ecclesiæ facta ex iusta causa, & bona fide absque solemnitatibus non facit incidere in pœnas Constitutionis Paulinæ, sicut nec quando sit ex necessitate alendi ob celeritatem causæ moram non patientis, ac idem est in reinuestimento ex dictis causis non facto, Gratian. *discept. forens. cap.* 931. *per tot.* Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 77. vbi tamen consulit ad tollendum omnem scrupulum impetrari assensum Pontificis, & absolutionem à censura.

Quòd valeat ex causa remunerationis quoad fructus, Magon. *decis. Flor.* 67. *num.* 41. *&c.* Menoch. *de Arbitr. cas.* 434.

An possit fieri sine solemnitatibus ex causa permutationis cum Principe, affirmant aliqui ex Principis priuilegio, sed in praxi non seruari dicit Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 85. *vers. sed quia.*

30 Alienatio bonorum Ecclesiæ si sit facienda per procuratorem requirit speciale mandatum, & in indiuiduo de tali prædio expressis illius finibus, Altograd. *cons.* 26. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1.

Alia de huiusmodi alienationibus bonorum Ecclesiæ, vide in §. *Beneplacitum, &* §. *Solemnitas*, & dixi in meis resol. *cap.*69. *per tot.* plenè Tusch. *litt. A. concl.* 271. *& seqq.* Ricc. *Collect.*46. Arismin. Tepat. *var. sentent. tit.* 23. *&c.* Dian. *part.*10. *tract.*16. *resol.*51. *per tot.* vbi de locatione fructuum vltrà triennium, *& resol.*52. vbi de pecunia extracta de Bancho, *& resol.*53. vbi an in contractu licito possint obligari huiusmodi bona, non obstante Paulina, & decreto Vrbani VIII.

Quòd bona Ecclesiæ possint hypothecari, licèt non alienari, nec subhastari sine beneplacito Apostolico, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 196. *num.* 22. *& seqq. part.* 14. *decis.* 439. *num.*4. *&c.* vbi intelligit de hypotheca generali, & non speciali, per quam ius in re acquiritur.

31 Alienatio rerum Ciuitatis plura requirit, primò quòd sint præsentes omnes, siue pro maiori parte curiales, honoratæ personæ, & possidentes immobilia: secundò iurent alienationem fore ciuitati vtilem: tertio interponatur decretum, quartò, & secundùm aliquos interueniat subhastatio, *l. fin. C. de vendit. rer. Ciuit. lib.*11. Capyc. *decis.*93. *num.* 1. *&* 2. *vide* §. *Decretum, &* §. *Subhastatio*, Paul. Christin. *decis.*28. *num.*11. *&c. volum.*5. *& decis.* 80. *per tot. volum.* 5. Vrceol. *Consult. for. cap.* 76. *per tot. volum.* 2. Ant. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 39. *& seqq.* Ant. Gob. *Consult.*5. *per tot.* vbi infert decisionem Rotæ Romanæ in *Bonon. Aquarum* 9. *Aprilis* 1666. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 189. *num.*12. *&c.* vbi quòd idem est in venditione rerum Castri, siue villæ, Ioseph. Ludouis. *decis. Perus.*93. *num.* 37. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 536. Rot. *part.* 13. *recent. decis.*297. *num.*8. *& seqq.* vbi quòd idem est in impositione census, *& part.* 14. *decis.* 95. *per tot.* vbi pariter de nullitate census, *& decis.*193. *per tot. & decis.* 461. quæ est supra relata ab Vrceol. in qua fuit conclusum dictas solemnitates præsumi ex lapsu centum annorum à die contractus, & alia ad rem.

32 Alienans ipse stante nullitate alienationis qualiter possit venire contra factum proprium, & illud reuocare etiam non obstante iuramento, & tantò magis illius hæres, Cacher. *decis.*180. *num.*2. *&c.* Soccin. *cons.* 79. *num.* 42. *vol.* 4. Paul. Christin. *decis.* 2. *num.* 43. *&c. vol.* 5. *vide in* §. *Hæres num.*16. *& in* §. *Factum num.*4. vbi alios allegaui, Peregrin. *de iur. fisc. lib.*4. *tit.* 6. *num.*30. vbi quòd alienans nulliter, & contra legem, potest rem alienatam vendicare.

33 Alienatio rei litigiosæ an, & qualiter sit prohibita, vel permissa, dixi supra *num.*8. *&c. & in* §. *Res litigiosa*, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.*146. *per tot.*

Item qualiter sit prohibita alienatio, vel cessio in potentiorem, dixi in §. *Cessio num.*23.

34 Alienationes factæ ex causa lucratiua non minuunt legitimam filiorum, secus autem si sint factæ ex causa onerosa, & quæ dicantur ex causa lucratiua, vel onerosa, vide Merlin. *de legit. lib.*2. *tit.*1. *quæst.* 18. *per tot.* & dixi in §. *Legitima num.*14. *&* 16. vbi plures allegaui.

35 Alienationes factæ à grauato pendente conditione fideicommissi, quando, & quomodo imputentur in legitimam, & Trebellianicam, & alia plura de hac materia, latè Merlin. *de legit. lib.*2. *tit.*2. *quæst.* 3. 4. *&* 5. *per tot.* & Rot. *post eum decis.*1. 2. 10. 14. 16. 34. *&* 55. & alibi sæpè, vt in Repertorio *verb. Alienatio, dixi in* §. *Exceptio num.*27. §. *Grauatus num.*2. *&* §. *Legitima num.* 19.

36 Alienatio non potest per pactum impediri, nisi adsit specialis hypotheca pro obseruantia contractus, quid in generali, & alia, latè explicat Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 140. *per tot. dixi in* §. *Pactum num.* 13.

37 Alienatio facta in potentiores regulariter non valet; potentiores autem dicuntur Clerici, Ecclesiæ, Curiales, Milites, Equites, Comites, Collegia, loca pia, Ciuitas, difficilis exactionis, & huiusmodi arbitrio iudicis, Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de alienat. quæst.*1. *num.*20. *& seqq.* dixi in §. *Cessio num.*23. vbi plura, & plures allegaui.

38 Alienatio an, & quando sit prohibita in forenses vigore Statutorum, dixi in §. *Statutum prohibens alienari in forenses per tot.* De materia dictæ prohibitionis plura tradit Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.*2. *Rub.*54. vbi Romaguet. *in Addit.* se remittit ad me, & alios vt dixi in §. *Statutum.*

Qualiter sit prohibita in forenses in statu Ecclesiastico vigore Constitutionum Papalium, vide Constitut. Sixti V. *la* 3. *in Bullario nouo tom.*2. *fol.*371. Constit. Clement. VIII. *la* 78. *in dicto Bullario tom.*3. *fol.*88. Constit. Pauli V. *la* 108. *d. tom.*3. *fol.*265. Constit. Vrbani VIII. *la* 65. *d. Bullario tom.*4. *fol.*81. Constit. Innocent. X. *la* 41. *d. Bullar. tom.* 5. *fol.*513.

*fol.*513. & Constit. Alexandri VII. *la* 107. *d. Bullar. tom.*6. *fol.*150. Bich. *decis.* 670. *num.* 20. *& seqq.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.*182. *de Constitutione Innocentij X.* Rot. post Vrceol. *de transact. decis.*89. *& part.* 16. *recent. decis.* 4. *& decis.* 29. *num.*8. *&* 9.

39 Multa de diuersis alienationibus prohibitis, & quando, ac cum quibus solemnitatibus permittantur, Thoro *Compend. decis. Neap. part.*1.2. *&* 3. *in verb. Alienatio*, Laurent. Vrsel. *concl.*84. *& seqq.* Ægid. de Casteion. *in Alphabet. iurid. verb. Alienatio*, & nouissimè Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. leg. part.*4. *fol.*69. *&c.* vbi plura remissiuè.

40 Alienatio bonorum Ecclesiæ sub quibus pœnis sit prohibita, & quando, ac in quibus casibus sit permissa, maximè solemnitatibus adhibitis, Carol. Anton. Thesaur. *tract. de pœnis Eccles. part.*2. *verb. Alienatio per tot. fol.* 70. *&c.* vbi de nullitate ipso iure cum obligatione restituendi, de excommunicatione vbi est vsu recepta, *extrau. Ambitiosa de rebus Eccl. non alien.* nisi possit ignorantia excusari, & alia. Item qualiter puniantur indebitè auctoritatem præstantes, procurantes, alienantes maximè loca iurisdictionalia Ecclesiarum, & piorum locorum; qualiter alienatio sit etiam Regularibus prohibita, non attentis aliquorum priuilegijs reuocatis anno 1624. Item Communitatibus, & omnibus subditis Status Ecclesiastici in forenses, & huiusmodi, de quibus Thesaur. *loc. cit.*

§. ALIMENTA. XXIV.

1 ALimentorum appellatione veniunt non solùm cibaria, & victus, sed etiam vestitus, habitatio, & ea omnia sine quibus quis viuere non potest, vt stratum, siue lectus, culcitra, calceamenta, medicinæ, ligna non solùm pro coquendis cibis, sed etiam pro se calefaciendo tempore hyemali, ac alia huiusmodi homini necessaria iuxta dignitatem, & qualitatem personæ alendæ, ita vt quandoque veniant etiam expensæ studij, equi, famulorum, & similes, Surd. *de aliment. tit.*4. *quæst.* 1. *& seqq.* Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 15. *per tot.* Merlin. *decis.* 5. *num.* 7. *& seqq. decis.* 671. *num.* 32. *&c. infra num.* 8. Tusch. *litt. A. concl.* 282. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 160. *volum.*1. *& decis.*143. *num.*11. *volum.*3. Rot. *p.* 9. *recent. decis.*341. *num.*34. vbi de expensis studij, & seruitorum iuxta qualitatem personarum, Garzia *de expens. & melior. cap.* 3. *per tot.*

Intellige prædicta in fauorabilibus, vt dixi in §. *Appellatiua significatio num.*53.

Quòd veniant etiam salaria medicorum, quæ tamen non veniunt sub nomine victus, vel Cibariorum, & generaliter quæ comprehendant alimenta, Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst.* 17. *&* 18. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.*4. *quæst.*1. *& seqq. ad* 9.

Cibi verò appellatione venit tantùm id, quod edi, aut bibi solet, non autem vestimenta, nisi consanguineo, vel seruo deberentur, & in rusticis intelligitur de allijs, cæpis, fabis, pane nigro, & similibus, in nobilibus verò de pullis, & huiusmodi delicatis cibis, idem Barbos. *Appell.* 47. *per tot.*

Educationis autem nomine in legatis veniunt vestiarium, lectus, habitatio, medicinæ, ac omnia alia ad victum necessaria, vnde alimenta, & educatio sunt ferè idem, vt per Barbos. *Appell.*86. *per tot.*

Quid victualium, & victus nomine veniat, Barbos. *Appell.*270. *&* 271. *per tot.* Surd. *de alim. tit.*2. *quæst.*2.

Quando autem censeantur relicta alimenta, latè Surd. *de aliment. tit.*2. *per tot.*

Et an alimenta sint multiplicabilia, ita vt bis, vel pluries eidem personæ relicta ab eodem, vel diuerso testatore, semel tantùm, vel pluries debeantur, contrarias opiniones cum suis declarationibus, refert Surd. *d. tract. tit.*9. *quæst.*4. *per tot. & quæst.*5. vbi an ob id in alimentis procedat ius accrescendi, de quo dixi in §. *Ius accrescendi num.* 15.

2 Alimenta debentur viduæ ab hæredibus viri etiam extraneis intra annum restitutionis dotium consistentium siue in pecunia, siue in mobilibus quando non habet vnde se alat, ad hoc autem cognoscendum non considerantur bona, sed illorum redditus, nec quòd habeat patrem diuitem, quia adhuc tenentur dicti hæredes, qui tamen non tenerentur vbi nulla esset dos; sed vbi est dos, an sint in eam computanda pro rata, vel cum fructibus; est autem in electione hæredum, vel statim soluere dotem, vel dare alimenta, quæ etiam possunt prætendi extra domum hæredum viri ex aliqua iusta causa, deducto tamen, quantum eorum interesset ratione operum, quæ pro illis iuxta suam conditionem exhibere tenetur, Capyc. *decis.* 24. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 44. *per tot. tit.* 7. *quæst.* 22. *& seqq. tit.* 9. *quæst.* 43. Ricc. *Collect.* 98. Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 42. *& sequentibus*, Franch. *decis.* 489. Staiban. *de Interesse lib.* 2. *tit.* 3. *quæst.* 5. *per tot. fol.* 141. Mart. Medic. *decis.* 89. *per tot. cum Addit. vide infra num.* 8. Tusch. *litt. A. conclus.* 288. vbi de operibus ab alimentando præstandis, Paul. Christin. *decis.* 143. *n.* 8. *&c. vol.* 3.

Quòd vxor legataria, & iussa habitare cum filijs consequatur legatum alimentorum, etiam extra domum, si à filijs sibi fuerit lis mota, vel ipsi decesserint, cùm iussa habitare cum filijs non teneatur habitare cum nepotibus, Rot. *part.* 18. *recent. decis.*664. *num.*7. *& seqq.*

Et quòd non exacta transmittantur ad hæredes viduæ, Franch. *decis.* 338. *num.* 3.

An autem debeantur etiam post annum, si vidua dotem non habeat, & tantò magis intra annum, ne cogatur mendicare in opprobrium benè transacti matrimonij, Surd. *d. quæst.*44. *num.* 44. *& seqq. & quæst.* 45. vbi affirmat secundùm magis piam, & æquitati consonam opinionem.

Alimenta ratione consanguinitatis, & pietatis interdum 3
præsumuntur donata quando non fuit facta protestatio de illis repetendis, Pract. Papp. *libel. rei sing. leg. glos.*1. *n.*143. Gratian. *discept. forens. cap.* 160. *num.* 17. *& cap.* 374. *n.*17. *& seqq.* Magon. *decis. Luc.* 9. *num.* 31. Menoch. *de Arbitr. cas.*88. *num.*20. *& seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 76. *& conclus.* 77. *per tot.* Mart. Medic. *decis.* 86. *per tot. cum Addit.* Tusch. *litt. A. concl.* 301. *&c.* Surd. *de aliment. tit.*6. *quæst.* 1. *num.*17. *& seqq. & quæst.*18. *per tot.* vbi quòd præstita intuitu pietatis non repetuntur, & quando secus ob ingratitudinem, Gamm. *decis. Lusit.* 34. *num.* 10. vbi quòd possunt repeti quando præstans declarauit in suo codice rationum fore repetenda.

Quando alimenta præsumantur donata, vel non, Cabal. *cons.* 70. *lib.* 1. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 417. *num.* 17. *& seqq.* vbi quòd cessat præsumptio donationis quando alitus est diues, constat de animo repetendi in præstante, & restituendi in recipiente, etiamsi non sit facta protestatio ab initio, & alia in terminis alimentorum à fratre fratri præstitorum, quæ decisio est rescripta, *part.* 18. *decis.*717. *num.*17. *& seqq.*

Et qualiter voluntariè præstita repetantur, vide DD. *in l.* 1. *l. alimenta, l. quod in vxore, & l. Nesennius C. de neg. gest.* latè Surd. *de aliment. tit.*6. *quæst.* 1. *per tot.*

An alimenta præstita per filium matri præsumantur donata, sicut è contra præstita per matrem filio, pro negatiua, Corn. *cons.* 199. *num.* 4. *lib.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 75. *num.*2. *lib.* 1. Pro affirmatiua autem Surd. *de alim. tit.* 6. *quæst.*9. *num.* 6. *& seqq.* vide Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 149. vbi quòd omnis cessat disputatio, si adsit præcedens obligatio, pro cuius executione, & non animo donandi censentur præstita.

Non tamen procedit dicta præsumptio vbi agitur de magna impensa, nec vbi alimentatus habet patrem diuitem, qui tenetur eum alere, vel bona propria administrata ab eo, qui præstitit alimenta, nec quando adest contraria protestatio, vt per Menoch. *d. cas.* 88. *num.* 20. *& seqq.* Mascard. & alios supracitatos, vide latè Surd. *d. tit.* 6. *per tot.* vbi quando, & quis præstitorum alimentorum detur repetitio, vel non, & præcipuè an marito, an socero, an patri putatiuo, an extraneo, an matri, an filio, an viduæ, quæ se ipsam aluit, an vitrico, an fratri, an socio, an tutori, an negotiorum gestori, an vxori, quid probandum, & alia.

Quòd censeantur data animo compensandi, & non donandi, quando dans illa erat debitor alimentati, præcipuè in debito necessario, quale est illud legitimæ, vel legati loco illius, etiam respectu hæredis, Altograd. *cons.*85. *num.* 32. *& seqq. lib.*1. Rot. *part.* 11. *recent. decis.*149. *nu.* 8. vbi quòd stante obligatione, non censentur donata.

In repetitione autem alimentorum habetur ratio tantum ad dispendium bursale, non ad laborem, & molestiam personarum inseruientium, ad tradita per Rot. *part.* 1. *diuers.*

decis.

decis. 742. *num.* 1. *&c.* Quamuis contrarium esse veriùs ostendat Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 39. intelligendo prout ibidem latè declarat.

4 Alimenta præstita à patre, qui percepit fructus Præbendæ filij, non dicuntur præstita animo compensandi cum illis, & ideò potest filius mortuo patre, dictos fructus, siue eorum æstimationem à fratribus repetere, quamuis etiam multi contrarium teneant, vt per Ger. Spin. *cons.* 79. *per tot.*

De expensis inter patrem, & filium an præsumantur factæ animo donandi, vel repetendi, Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *resol.* 19. *per tot.*

5 Alimenta præstita ab vno fratre communi sorori, possunt pro rata repeti ab alio fratre, vel eius hæredibus, siue etiam contra tertios possessores quando certa bona erant pro illis assignata, plenè Galuan. *consil.* 35. *per tot.*

An autem, & quando frater, vel soror teneatur alere fratrem, vel sororem, latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 25. *per tot. vide in* §. *Frater num.* 12.

Quòd vbi plures tenentur aliquem alimentare, si aliquis sit difficilis exactionis possint alij in solidum condemnari, & adstringi, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 485. *per tot.*

6 Alimenta compensantur interdum cum seruitijs, & operibus, cùm quis teneatur alere eum cuius opera vtitur, maximè post septennium, Magon. *decis. Luc.* 9. *num.* 26. *&c.* Gratian. *discept.* 374. *num.* 20. *&c.* Mart. Medic. *decis.* 86. *num.* 36. *&* 37. latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 66. *& quæst.* 83. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 149. *num.* 12. vbi fuerunt compensata pro parte, Pacion. *de locat. cap.* 35. *num.* 156. *& seqq.* Caluin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 62. vbi intelligit compensare pro rata alimentorum, & non pro tota summa.

Qualiter teneatur alimentatus operari ad commodum alentis, idem Surd. *d. tract. tit.* 4. *quæst.* 29. *per tot.* Ioseph. Ludouic. *decis.* 92. *num.* 13. vbi intelligit quando alimenta debentur officio iudicis, secus autem si iure actionis, & Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de alim. resol.* 1. *num.* 25. *&c.* vbi intelligit etiam attenta qualitate personarum.

7 Alimenta legata vxori per maritum an debeantur in domo viri tantùm, vel etiam extra, & sic vbi sint præstanda, & quæ veniant in huiusmodi legato, Pract. Papp. *libell. leg. rei sing. glos.* 1. *num.* 95. *& num.* 106. Surd. *de alim. tit.* 4. *quæst.* 14. *&* 15. Garzia Millin. *decis.* 371. Gratian. *discept. forens. cap.* 94. *num.* 62. *cap.* 610. *per tot. & cap.* 969. *num.* 26. latè Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 157. *per tot.* Tusch. *litt. A. concl.* 297.

Quid si testator relictis alimentis vxori suæ, ea defuncta aliam ducat, & posteà cum illo testamento decedat, an secundæ quoque vxori debeantur alimenta, latè explicat Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst,* 13. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 122.

Generaliter autem sunt præstanda alimenta per maritum vxori, & quid è contra, latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 32. *& seqq.* Rice. *Collect.* 1793. *vide in* §. *Maritus nu.* 2. 3. *&* 29. §. *Vxor num.* 7.

8 Alimenta an debeantur à patre filio seorsum habitanti, cùm huiusmodi separatio nimis dura reputetur, vide Magon. *decis. Flor.* 113. vbi quòd non regulariter, sicuti nec filio inuito possent à patre volente extra domum præstari, limitat tamen nisi iusta causa aliter suaderet, veluti sæuitia, mali mores, & similes, Gratian. *discept. forens. cap.* 552. *num.* 41. *& seqq.* Sperel. *decis.* 138. *num.* 101. *& seqq. vide in* §. *Pater num.* 7. Ricc. *Collect.* 97. 2435. *&* 3538. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 166. *per tot.* vbi quando debeantur filio extra domum patris, & quæ sint consideranda in illorum taxatione.

Quòd alimenta sint præstanda in domo eius, qui alere tenetur, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 256. *& part.* 19. *decis.* 320. vbi quòd licet ex causa sint etiam extra domum præstanda, non tamen potest legatarius prætendere plusquàm, quòd hæres in propria domo impensurus esset.

Quòd si pater non habeat redditus sufficientes, non teneatur alere, nec sit vendenda proprietas, Franch. *decis.* 336. Merlin. *decis.* 457. *n.* 12. *&c.* vbi quòd non tenetur nisi in quantum facere potest, & prima charitas incipit à se ipso.

Quòd alimenta de fructibus, & redditibus, non autem de proprietate sint præstanda, inferendo ad plura, Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 9. Mangil. *de euict. quæst.* 196. vbi quando debeat vendi proprietas.

Qui teneantur alimentare, & quomodo, plenè Surd. *de aliment. tit.* 1. *& seqq.* Tusch. *litt. A. concl.* 287. Paul. Christin. *decis.* 143. *per tot. vol.* 3.

Si quis habeat patrem diuitem, & filium diuitem, ipse autem sit pauper, à quo potius sit alendus, Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *resol.* 3. *per tot.* vbi adducit contrarias opiniones.

Tenetur tamen pater alere filium etiam de fructibus bonorum, in quibus habet vsumfructum ex persona eiusdem filij, imò fructibus non sufficientibus, tunc est vendenda proprietas, cuius futurus est dominus ipse filius alendus, Franch. *decis.* 576. *per tot. vide* §. *Pater num.* 7.

Quòd pater possit ad se eximendum ab onere alendi filios, illis consignare suam legitimam, quæ tamen non transit in dominium filij ad effectum alienandi, & consumendi, sed tantùm respectu iuris vtendi, probat Peregrin. *decis.* 135. *num.* 6. *vide in* §. *Legitima num.* 15.

Quòd autem alimenta regulariter præstari debeant in domo illius, qui alere tenetur, nisi ex aliqua rationabili causa, iudex decernat præstari extra domum, quo casu tamen taxatio illorum est facienda solùm in ea quantitate, quam obligatus alere impensurus esset in domo sua, Duran. *decis.* 148. *per tot.* vbi etiam quòd sub eorum nomine venit habitatio, & medicinæ, & quæ veniant sub nomine alimentorum legatorum, latè tradit Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 157. *per tot.* vbi etiam quo loco præstari debeant, quod latiùs tradit in *tract. de Arbitr. cas.* 170. *per tot.* vbi quòd sunt præstanda in domo grauati, nisi ageretur de muliere, quæ salua honestate cum hæredibus commorari non posset, vel nisi obstaret immodica sæuitia, & mali mores hæredum arbitrio iudicis, vel nisi esset orta inter eos lis, & inimicitia, & alijs ex causis, vt ibi per eum, *& cas.* 501. *num.* 3. *&* 4. Ciarlin. *contr.* 45. *num.* 45. *&c.* Peguer. *decis.* 20. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 442. Sanfelic. *decis.* 203. vbi quando vxor consequatur alimenta sibi in domo relicta, etiam si recesserit, Mart. Medic. *decis.* 89. *num.* 44. *& seqq.* vbi etiam an operæ saltem obsequiales sint habendæ in consideratione, vide supra *num.* 2. Tusch. *litt. A. concl.* 297. Paul. Christin. *decis.* 143. *num.* 16. *&c. vol.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 14. *&* 15.

Si autem alimentarius sit minor, & alibi habitauerit an possit saltem ope restitutionis in integrum recuperare, & petere alimenta præterita, latè idem Surd. *d. tract.* 9. *quæst. vltim. per tot.* vbi affirmatiuè concludit facta taxatione, vt suprà, ac deductis etiam operibus, si tenebatur operari.

Qualiter etiam è contra teneantur filij alere parentes, latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 17. *& seqq.* Leoncil. *decis. Ferr.* 94. *num.* 26.

Alimenta legata alicui infanti, vel pupillo donec ad pu- 9
bertatem peruenerit, debentur masculo vsque ad annum 18. fœminæ verò vsque ad annum 14. Pract. Papp. *libel. leg. rei sing. glos.* 1. *num.* 131. *per l. Mela in princ. ff. de alim. & cibar. leg.* Montan. *de tut. cap.* 5. *num.* 127. *&* 128. *& cap.* 37. *num.* 30. *fol.* 182. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 157. *num.* 37. *&* 38. latè Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 58. *per tot.* Mysing. *Cent.* 3. *obser.* 12. Ricc. *Collect.* 307. vbi etiam quòd relicta simpliciter puero non adiecto aliquo tempore debentur durante vita, per d. text. *in l. Mela,* Ricc. *Collect.* 307.

Alimenta, & litis expensæ, debentur pauperi litiganti 10
ab aduersario diuite, probata paupertate, & boni iuris fumo, siue præsumptione, Leoncil. *decis. Ferr.* 72. *&* 101. Rot. *in Auximana alimentorum primo Iunij* 1620. *coram Pirouano penes Zacch. Quæst. Medic. legal. tom.* 2. *decis.* 45. *num.* 1. *&c.* Caualer. *decis.* 467. vbi tamen quod sententia nulla, vel iniusta non inducit bonum ius ad huiusmodi effectum, idem Caualer. *decis.* 554. *per tot.* Merlin. *decis.* 557. Ricc. *Collect.* 99. 850. 853. 2674. 3117. 3709. 3720. 3691. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 211. *per tot. & part.* 12. *decis.* 198. *& decis.* 265. & dixi in §. *Expensa num.* 20. vide latè, & benè Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 12. *per tot.* Tusch. *litt. A. concl.* 309. Paul. Christin. *decis.* 143. *num.* 19. *&c. vol.* 3. *& decis.* 99. *vol.* 4. Merlin. *decis.* 7. *per tot.* vbi qualiter debeantur mulieri agenti ad separationem thori ad rationem sex pro centenario pro quantitate dotis viro solutæ, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 110. *& seqq. & tit.* 5. *quæst.* 8. Rot.

part.

part.9. recent. decif.50.per tot. Rot. *part.15.recent. decif.257.* vbi de alimentis, & ſumptibus litis ſubminiſtrandis filio cum patre litiganti ſtante paupertate, quæ præſumitur, & boni iuris fumo, *& part. 16. decif.34.* vbi de alimentis, & ſumptibus litis ſubminiſtrandis filio ſuper filiatione litiganti cum patre, docto ſummariè de filiatione, & paupertate, *eadem part.16. decif.117.* vbi quòd debet probari paupertas, & tunc habetur ratio de fructibus rei in iudicium deductæ, vel ipſius rei valoris, quibus ceſſantibus fuerunt denegata mulieri à viro diuertenti, *& part. 18. decif. 308. per tot.* vbi pro alimentis ad fauorem renunciantis contrà renunciatarium, Fontanell. *de pactis nupt. tom. 2. clauſ. 6. gloſ.2. part.4. fol.275. &c.* vbi plura de requiſitis neceſſarijs, vt alimenta litis debeantur vxori, vel filio. Alia de alimentis, & ſumptibus litis, Andreol. *controu. 263.* Milanen. *decif. 16. & ſeqq.* Lauren. Vriel. *concluſ. 90.* Ramon. *conſ. 2.* cum nouiſſimis Annot. Iacob. Balduc. Otthobon. *decif. 556.* Chriſtophor. de Paz. *tract. de Tenuta cap. 46. per tot.*

Quòd dicta alimenta, & ſumptibus litis debeantur etiam in iudicio particulari, Rot. *part. 15. recent. decif. 109. num. 1.*

Quòd maritus impugnans matrimonium iam conſumatum, debeat ſubminiſtrare vxori alimenta, & ſumptus litis, arbitrio iudicis quoad quantitatem, iuxta qualitatem perſonarum, & patrimonij mediam viam eligendo, Rot. *part. 12. recent. decif. 158.* vbi ampliat ſiue mulier ſit dotata, ſiue indotata, & ſiue dotem ſoluerit, ſiue non.

Qualiter dicta alimenta, & expenſæ debeantur nepoti litiganti cum patruo, Rot. *part. 12. recent. in Append. decif. 409.* Et ſorori dotem à fratre petenti docto de paupertate, & boni iuris fumo, ſiue agatur ad vniuerſitatem bonorum, ſiue ad alicuius rei particularis conſecutionem, reiecta in hoc diſtinctione Surdi, & ſequacium, Rot. *part. 13. recent. decif. 398. per tot.*

Quòd præſumptio boni iuris reſultans ex ſententia non tollatur per appellationem, ſed illa non obſtante debeantur alimenta, & quando pro illis competat etiam hypotheca, Rot. *part. 14. recent. decif. 48. per tot. & decif. 87. per tot.*

11 Alimenta quoquomodo debita non veniunt in confiſcatione bonorum alimentarij; an autem remaneant debitori, vel debeantur ipſi condemnato, vtramque opinionem tenentes allegat Pet. Cabal. *reſol. crim. caſ. 222.* Guaz. *de confiſ. bon. concl. 13. limit. 20. per tot.* vbi vide facit Menoch. *lib. 3. præſumpt. 124. num. 52.* Maſtril. *decif. 165. num. 7. & ſeqq.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 59. & tit. 9. quæſt. 33.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 123.* Salgad. *Labyrint. cred. part. 1. cap. 26. num. 11. & ſeqq. & num. 41. &c.* vbi etiam an ſuper alimentis poſſit fieri executio ad inſtantiam creditorum ipſius alimentarij.

An alimenta debeantur bannitis, vide Merlin. *de legit. lib. 4. tit. 1. quæſt. 4. & quæſt. 16.*

Et quando fiſcus teneatur ad debita alimentorum promiſſorum, & debitorum à delinquente condemnato, Altograd. *conſ. 95. num. 1. & ſeqq. lib. 1.* latè Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 31. & 34. per tot. & tit. 8. priuil. 59.* Ricc. *Collect. 3526.* vbi de alimentis ſpurio debitis, Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 28. 29. & 30.*

12 Alimenta hodie debentur filio ſpurio non ſolum de æquitate canonica, ſed etiam de iure ciuili, & ideò in vtroque foro peti poſſunt, Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 2. quæſt. 5. num. 21. & ſeqq.* Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit. 440. per tot.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 9. num. 7. & 8. tit. 1. quæſt. 9. &c.* Theſ. *decif. 211.* Paul. Chriſtin. *decif. 143. vol. 3.* Merlin. *decif. 171.* Peregrin. *decif. 81.* Gizzarel. *decif. 47.* Capyc. *decif. 154. per tot.* Gratian. *diſcept. for. cap. 60. num. 30. cap. 154. num. 14. & cap. 567. num. 21.* Dian. *reſol. moral. part. 1. tract. 2. reſol. 85.* vbi an ſit in electione filij ſpurij illa petere coram iudice Eccleſiaſtico, vel laico, & debentur attentis diuitijs, nobilitate, & qualitate patris, niſi aliunde poſſit comodè viuere, idem Dian. *part. 5. tract. 3. reſol. 121.* vbi quid liceat, vel non, relinquere filio ſpurio, *& part. 10. tract. 15. reſ. 19. per tot.* vide in §. *Filiatio num. 9.* de alimentis debitis etiam filijs ſpurijs, Rot. *part. 18. recent. decif. 30.*

Imò de æquitate Canonica debentur etiam filijs ex inceſtuoſo matrimonio natis, quicquid contrarium ſit de iure ciuili, Menoch. *de Arbitr. caſ. 502. num. 62.* Franch. *decif. 645. num. 5. vide in §. Filius num. 9.* Chriſtin. *decif. Belgic. 161. vol. 1.* vbi an filio Sacerdotis poſſit aliquid per patrem relinqui, & quantum, ac affirmatiuè concludit, *& decif. 188. vol. 5. & ad leg. municip. tit. 18. art. 6. &c.* Paul. Rub. *in Annot. ad decif. 1. part. 9. recent. num. 108. & ſeqq.* Lucidor. *tract. de illegit. Cler. & Regul.* Maſtril. *decif. 144.*

An autem debeantur ſecundùm neceſſitatem tantùm, vel ſecundùm dignitatem ſpurij, Merlin. *decif. 671. num. 22. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. for. cap. 112. per tot. cap. 562. num. 56. & cap. 586. num. 29.* Dian. *part. 5. tract. 3. reſol. 131.* vbi quod ſecundùm dignitatem ſtatus, habita etiam ratione perſonarum, quibus ipſe ſpurius tenetur alimenta præſtare, & poteſt etiam aliquid vltra relinqui propter benemerita.

Quòd debeantur arbitrio Iudicis, Menoch. *de Arbitr. caſ. 168. num. 9.* vbi etiam quòd legatum factum ſpurio, vel naturali cenſetur in cauſam alimentorum relictum, nec tranſit ad hæredes ipſius ſpurij, ſed cum eo finitur, quia ex parte recipientis ſunt perſonalia, licèt ex parte debentis ſint realia, & obligatio tranſeat ad hæredes, Franch. *decif. 686. num. 1.* latè Surd. *de alim. tit. 5. quæſt. 8 vide in §. Legatum infra num. 17.* Paul. Chriſtin. *decif. Belgic. 117. vol. 1.* vbi qualiter de æquitate canonica ſpurij ſint capaces cuiuſuis relicti, vel inſtitutionis, vt ſit loco alimentorum, etiam ſi teſtamentum fuerit tantùm confectum ſub ſigillo proprio teſtatoris.

13 Alimenta ſunt ſpurio præſtanda quatenus extent bona patris, non autem ex bonis hæredum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 562. num. 37.* vbi etiam latè qualiter ſit probanda filiatio, & refert multas coniecturas, quas etiam proſequitur in *cap. 567. num. 27. & ſeqq. vide in §. Filius num. 2. & ſequentibus.*

Quid ſi plures dubitent vter illorum ſit filius dic omnes teneri ſaltem pro rata, Dian. *part. 4. tract. 3. reſol. 31. & part. 7. tract. 11. reſol. 35.* vbi refert alios contrarium tenentes, & quid ſi dubium non ſit inter duos adulteros abſente marito, ſed inter maritum, & adulterum, & citat DD. tenentes reſarciendum eſſe damnum ab adultero pro quantitate dubij, verius tamen putat ipſe, & ego hoc caſu adulterum ad nihil teneri, cum præualeat fauor matrimonij ad præſumendum filium legitimum, vt dixi in §. *Filius num. 3.* de quo latè iterum idem Dian. *part. 11. tract. 5. reſol. 27. verſic. ſi quæras per tot.* Rot. *part. 10. recent. decif. 8. num. 8. &c.* vbi qualiter conſtare poſſit filium ex adultero natum, & ab eo, non autem à marito adulteræ eſſe alendum.

14 Alimenta ſunt taxanda ſecundùm facultates, dignitates, & qualitates perſonarum, non attenta ſola neceſſitate alendi, ita vt aucta familia, vel dignitate, debeant illa augeri, quamuis ſemel fuiſſent taxata, niſi eſſet determinata certa quantitas à partibus, vel à teſtatore, nam tunc illa præcisè debetur, ſine augmento, vel diminutione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 613. per tot. & cap. 954. nu. 37.* facit Montan. *de tut. cap. 32. reg. 9. num. 221. &c. fol. 127.* Card. Tuſch. *litt. A. concluſ. 283. & ſeqq.* Merlin. *decif. 671. num. 22. & ſeqq.* Rot. *part. 12. recent. in Append. decif. 410. per tot.*

De alimentis taxandis iuxta qualitatem perſonæ, & conſuetudinem loci, Rot. *part. 17. recent. decif. 397. & decif. 398.*

Quòd taxentur arbitrio iudicis exemplificando in multis caſibus, Menoch. *de Arbitr. caſ. 169. per tot.* Merlin. *decif. 5. & decif. 671. num. 23.* vide Cyriac. *controu. 34.* Sperel. *decif. 138. num. 94. &c.* vbi quòd in litibus taxantur ad meram neceſſitatem, Rot. *part. 14. recent. decif. 127.* vbi quæ ſint attendenda in huiuſmodi taxatione, *& decif. 442. per tot.*

Quid ſi debeantur in ſubſidium, an tunc taxari debeant ad meram neceſſitatem tantùm, vide Altograd. *conſil. 95. num. 15. & ſeqq. & num. 104. lib. 1.* Salgad. *Labyrint. credit. part. 1. cap. 24. num. 10. & ſeqq.* vbi plura quando ſint taxanda ad meram neceſſitatem.

An debeantur etiam pro vxore, & filijs alimentarij, vide Menoch. *lib. 4. præſumpt. 157. num. 21. &c. & num. 39. & ſeqq.* Surd. *de alim. tit. 4. quæſt. 18. num. 9. &c. quæſt. 24. per tot.*

Quòd regulariter ſint præſtanda ſecundùm dignitatem, & qualitatem perſonæ, cui debentur, & ſic lautiora nobili, quàm ruſtico, latè explicat Surd. *de alim. tit. 4. quæſt. 18. per tot. cum ſeqq. quæſt.* Rot. *part. 9. recent. decif. 410. num. 1.*

vbi

vbi etiam de qualitate loci attendenda, & loquitur de alimentis pupillorum, *& part. 13. decis. 7.* vbi in qua summa taxentur Romæ pro viro nobili, *& decis. 484.* vbi pro iuuene studente fuerunt taxata in scutis quindecim menstruis, dixi in §. *Legatum num.* 68.

15 Alimentis necessarijs ad concedentem victum alicui legatis, ita vt appareat testatorem se restrinxisse ad indigentiam, & necessitatem alendi, non debentur si ipse alendus possit aliundè etiam ex proprijs eius bonis illa habere, Alex. *cons. 72. num. 11. lib. 5.* Crauett. *cons. 702. num. 27.* Ludouis. *decis. 443. num. 9. & 10.* Altograd. *cons. 95. num. 88. lib. 1. & cons. 73. in fine lib. 2.*

Debet attendi an quis possit se alere ex fructibus, cùm non teneatur vendere proprietatem, nec iocalia, vt se alat, Rot. *part. 9. recent. decis. 398. num. 28.*

Quòd habenti aliundè se alere, non debeantur alimenta ex dispositione iuris, vel iudicis officio, secus autem si debeantur ex contractu, & iure actionis, nam ista debentur etiam si alendus aliundè habeat, Alex. Dec. & Ias. *in l. de alimentis C. de transact.* Coccin. *decis. 402. num. 11. & 12.* Rot. *part. 14. recent. decis. 442. num. 6. & 7.* vbi de muliere nupta, cui debentur alimenta antea legata, licèt postea nupserit, & viro incumbat onus alendi.

16 Alimenta præterita quæ erant debita officio iudicis, & non iure actionis, non possunt peti quando fuerunt aliundè habita, nisi debitor fuerit interpellatus, & ob moram illius contractum debitum occasione prædicta, Gratian. *discept. for. cap. 20. num. 19.* vbi quòd isto casu datur actio tam ei, cui debentur alimenta, quàm illi, qui mutauit, cùm vtriusque intersit, idem Gratian. *cap. 104. num. 57. cap. 815. num. 4. & cap. 954. num. 39.* Mart. Medic. *decis. 89. num. 19. &c.* Sperel. *decis. 138. num. 40. & seqq. vide §. filius,* latè Gizzarel. & Addent. *decis. 47.* vbi de alimentis præteritis an possint à filijs spurijs prætendi, quo iure, & an transmittantur ad hæredes, ac alia.

Quando autem sunt debita iure actionis puta ex testamento vigore legati possunt peti etiam præterita, Rot. *part. 2. diuers. decis. 203.* facit quod dixi in §. *Interesse,* Rot. *part. 9. recent. decis. 398. num. 25. &c.* vbi quòd debita vigore statuti, & decreti iudicis debentur iure actionis, vide Gizzarel. & Addent. *d. decis. 47. per tot.*

Dicuntur tamen alimenta non præterita, sed futura à die litis motæ, & debentur ab eo die, ac non soluta transmittuntur ad hæredes etiam quòd æs alienum pro illis non fuerit contractum, ne aliàs debenti alimenta detur materia, & occasio differendi, & calumniandi, vt ex calumnijs, & dilationibus alimenta tanquam præterita non soluat, Franch. *decis. 605. per tot. vbi etiam num. 8.* quòd omnia alimenta, quæ ex iuris dispositione debentur dicuntur debita officio iudicis, exceptis illis quæ debentur ex legato, vel ex contractu, Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 60. num. 16.* Rot. *part. 1. diuers. decis. 764. num. 5.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 4. num. 171.* Rot. *part. 9. recent. decis. 398. num. 25. &c. decis. 472. num. 25.*

An alimenta futura possint remitti, vel aliter super illis transigi, Tusch. *litt. A. concl. 308. vide in §. Transactio n. 5.* Salgad. *Labyrint. cred. part. 1. cap. 26. n. 15. & seqq. n. 42. & seqq.* vbi plura Ciarlin. *contr. 202.*

Quomodo differant præterita, & futura, Ricc. *Collect. 584.*

Quæ dicantur alimenta præterita, vel futura, Bich. *decis. 71. num. 29. & decis. 82.*

17 Alimenta alicui relicta vsque ad decennium, si nondum completo tempore decedat legatarius, non debentur eius hæredibus, vsque ad dictum tempus, sed extinguuntur, Gratian. *discept. forens. cap. 104. num. 36. vide supra nu. 12. in fine.*

Debentur tamen in principio cuiuslibet anni anticipatè pro integro anno, itaut etiam non exacta transmittantur ad hæredes legatarij pro anno incœpto, pulchrè Franch. *decis. 155. per tot.*

Quòd alimenta regulariter sint præstanda singulo mense, & sic de mense in mense, *l. fin. ff. de lib. agnosc. l. pecunia in fine ff. de alim. & cib. leg.* latè Surd. *de alim. tit. 4. quæst. 17.*

18 Alimenta præstanda per scriptum hæredem eius vita durante, debentur etiam post mortem hæredis scripti ab illius hæredibus, durante vita alimentarij, vel tempore alias præfinito, Gratian. *discept. forens. cap. 131. num. 4.* Rot. *part. 2. diuers. decis. 203. per tot.* vbi adducit rationem, quia dicta verba, *per rescriptum hæredem,* durante vita eius sunt apposita solutioni, non dispositioni, & stant demonstratiuè, non limitatiuè, vide §. *Legatum.*

Quis dicatur aliundè viuere posse, vide Cabal. *consult. 154. num. 27. & seqq. lib. 1. dixi in §. Pater num. 7. & num. 10.*

Quòd alimenta finiantur cum morte illius, cui sunt præstanda, vel adueniente tempore aliter statuto, vel cessante causa, od quam præstabantur, vel defecta conditione, vel finita lite: si tamen fuerint relicta Rectori Ecclesiæ, vel alteri sub nomine dignitatis transeunt ad successorem, prout latè omnia prædicta, & alia explicat Surd. *de aliment. tit. 5. quæst. 1. & seqq. per tot.*

Quòd in alimentis non habeat locum ius accrescendi, dixi in §. *Ius accrescendi num. 15.*

Cessat etiam obligatio legalis alendi ex omnibus causis, ex quibus permissa est exhæredatio, item stante inopia debitoris, item si alendus possit aliundè viuere, & similibus casibus relatis per Surd. *d. tract. tit. 7. per tot.* Millin. *decis. 77.*

Plura de legato alimentorum, Tusch. *litt. A. concl. 289. & seqq.* Martha *de success. part. 4. quæst. 18. art. 7.*

An autem dicatur aliundè viuere posse, qui potest alicui Principi seruire in bello, vel alio modo etiam satellitium præstando, vel aliam artem vilem exercendo secundùm conditionem suam, affirmat Curt. iun. *consil. 148.* negat autem Surd. cum distinctione *de alim. tit. 9. quæst. 28.*

19 Alimenta regulariter non habent hypothecam, sicut nec legitima, vnde non possunt peti contra tertios possessores bonorum patris, nisi sint illius hæredes, vel nisi fuerint legata, Gratian. *discept. forens. cap. 366. per tot. & decis. 129. num. 11. & seqq.* Franch. *decis. 686. num. 5.* Galuan. *cons. 35. num. 9. &c.* Giurb. *decis. 5. num. 13. & seqq.* latè Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 1. quæst. 1. per tot.* Surd. *de alim. tit. 2. quæst. 4. & tit. 8. priuil. 49. 50. 51. & 52.* Rot. *part. 9. recent. decis. 398. num. 33. &c.* vbi intelligit de alimentis filiorum, vel donatoris, nisi expressa sint bona ex quibus solui debeant, Rot. *part. 12. recent. decis. 166. num. 34. &c.* vbi quòd licèt non habeant hypothecam, possunt per iudicem assignari bona pro faciliori consecutione summæ taxatæ ex ipsorum bonorum redditibus, ac ita seruari per Magistratus ad tollendas rixas, & conseruandam pacem, Rot. *d. part. 12. in Append. decis. 411.*

De hac materia, & quando alimenta habeant hypothecam cum priuilegio prælationis, vel non, plenè videndus Salgad. *Labyr. cred. part. 1. cap. 24. num. 81. & seqq.* Rot. *part. 14. decis. 87.* Carleual. *de iudic. part. 2. tit. 3. disput. 29. per tot.* vbi firmat conclusionem, quòd creditor ex causa alimentorum, seu pecuniæ datæ ad alimenta debitoris communis, præfertur omnibus creditoribus anterioribus habentibus etiam expressam hypothecam, quam pluribus modis probat, & declarat.

An autem alimentarius, cui fuit assignatus fundus pro alimentis teneatur ipse, vel debitor soluere collectas, vide Ciarlin. *controu. 209.*

Qualiter onus alendi sit reale, afficiat bona, & transeat in singularem successorem, vide Merlin. *de legit. lib. 5. tit. 3. q. 6. num. 13. 25. & 26.* Rot. *part. 14. decis. 48.*

Præfertur tamen tertius possessor habens causam, & hypothecam à patre, Rot. *part. 13. recent. decis. 51. num. 11. vide part. 14. decis. 48. & decis. 482.* vbi quòd alimenta non possunt à filijs prætendi in concursu creditorum super bonis paternis, sed tantùm in bonis fideicommissi auiti.

Debita vxori cùm veniant accessoriè ad dotem habent eamdem hypothecam, & priuilegia dotis, Gratian. *discept. 634. per tot. & decis. 129. num. 15. & seqq.* Merlin. *loc. cit. in fine,* Surd. *d. tit. 2. quæst. 2.* Ricc. *Collect. 2958.* vbi ampliat etiam ad commodum filiorum, Rot. *part. 9. recent. decis. 398. num. 35. &c.* Salgad. *d. tract. part. 1. cap. 24. num. 91. &c.*

Qualiter petantur officio iudicis, vel iure actionis, latè Surd. *de alim. d. tit. 2. per tot.*

20 Alimentis præstitis voluntariè pro tribus annis, an illorum fauore inducatur obligatio in futurum, vide Gratian. *discept. 562. num. 49. decis. 64. num. 1. & seqq. & decis. 152. in Addit.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 131. num. 5. & seqq. ad 20.* vbi multis modis declarat, facit Sperel. *decis. 70. num. 8. &c.*

Affirmatiuam tenet Rot. in Romana alimentorum

30. Ianuarij 1637. coram Dunozet. in Nouiſſ. *part. 7. deciſ.* 193. *num.66. &c.* vide latè Surd. *de aliment. tit.8. priuil.* 22. *per tot.*

21 Alimenta debentur patruo à nepote, & è contra vt respondendo contrarijs latè probat ex iure Pontificio, Cæſareo, & Diuino, Rot. *in d. deciſ.193.per tot. vbi num.50.&c.* ampliat quamuis patruus eſſet naturalis tantum, adde Surd. *de aliment. tit.1. quæſt.*28. Giurb. *deciſ. 5.per tot.* facit quod dixi in §. *Dos*.

22 Alimenta qualiter debeantur vxori à viro poſt ſeparationem thori, vide in §. *Dos num.28. &* §. *Maritus num. 2. & ſeqq.* vbi etiam quid ſi propria auctoritate, & culpa ab eo receſſerit, vel culpa viri, Mareſcott. *var. reſol. cap.* 83. *num.* 66. *& ſeqq. lib.*2. Rot. *part. 16. recent. deciſ.* 117. vbi quòd debentur tantùm ad ratam dotis receptæ, & non vltrà.

An, & quando debeantur vxori adulteræ, vel non, Thom. Triuiſ. *deciſ.16. lib.2.*

23 Alimenta integra debentur licèt tot fructus non recolligantur, vel fuerint diminuti ex prædio, vel alia aſſignatione pro illorum præſtatione deſtinata, Guid. Pap. *deciſ.8. per tot. vide* §. *Donatio, &* §. *Legatum num.*19.

Intellige quando prædium ſtat demonſtratiuè, ſecus ſi reſtrictiuè, & taxatiuè, vt benè declarat Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæſt.26. per tot.*

24 Alimenta præſumuntur præſtita ab alio, qui penes ſe habuit animal, vel perſonam alimentatam, cùm nemo præſumatur viuere de vento, Menoch. *lib. 5. præſumpt. 71. per tot.* facit quod dixi in §. *Carcer num.*13. Tuſch. *litt. A. concluſ.*303. Surd. *de aliment. tit.1. quæſt.*70. vbi quòd pro illis competit retentio, *& tit.8. priuil. 62. per tot.* Ricc. *Collect.* 3399. vbi etiam quòd præferuntur quibuſcumque creditoribus, vide in §. *Animal num.*7.

Qualiter autem alimenta fuiſſe alicui continuò præſtita poſſit articulando probari, Benintend. *deciſ. Bonon.* 43. & alij relati per Marcel. Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *gloſ. vn. num.*179.

25 Alimenta debentur ex Reipublicæ bonis Decurionibus, qui facultatibus ſunt conſumpti, præſertim ſi muneris occaſione pro patria ſuas erogauerint fortunas, *l. Decurionibus ff. de decur.* Menoch. *de Arbitr. lib. 1. quæſt. 46. num.* 3. *dixi in* §. *Adminiſtrator*, Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt.* 61. *per tot.*

Item debentur patrono Eccleſiæ ab illius Rectore, ſi indigeat, & ſuperſint fructus, Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2. *cap.83. num.58. & ſeqq.* vide in §. *Patronus num.*8. vbi plures allegaui.

26 Alimenta Prædicatoribus verbi Domini an ſint de iure ſubminiſtranda à Rectore Eccleſiæ, vel à Populo, vide in §. *Eccleſia num.* 16. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt.* 59. Sperel. *deciſ.* 70. Dian. *reſol. moral. part.3. tract.5. reſol.71.*

27 Alimenta à ſocero in domo ſua promiſſa, & ſoluta genero, & filiæ pro certo tempore ceduot in augmentum dotis, & in caſu reſtitutionis ipſius dotis, debet illorum æſtimatio reſtitui, Fontanel. *de pact. nup. clauſ.7. gloſ.3. part. 14. num.* 34. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. D. concl. 767. num.* 4. Intelligendo quando fuerunt promiſſa in augmentum dotis, & tamquam pars ipſius, ſecus autem ſi loco fructuum, & interuſurij dotalis, vel in recompenſationem dilationis conceſſæ ad dotem ſoluendam, quod quando ſit, latè declarat Altograd. *conſ.76. per tot. lib.*2.

Quòd ſocer poſſit repetere à genero alimenta filiæ præſtita, & huiuſmodi expenſas, in caſibus, in quibus maritus vxorem alere tenebatur, aliàs autem ſecus, Surd. *de aliment. tit.6. quæſt.5. per tot. & quæſt. 16. num.2. &c. vide in* §. *Pater num.*5.

28 Alimentorum cauſa an, & quando dicatur pia, & gaudeat priuilegijs piæ cauſæ, vel non, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*160. *vol.*1. vbi quod ſi ſint relicta pauperi dicitur pia cauſa, ſecus ſi diuiti, licèt adhuc habeant plura priuilegia, & an quis ſit pauper, vel diues remittitur arbitrio iudicis, vide in §. *Legatum num.44. &* 45. §. *Paupertas num.*2. plenè Surd. *de aliment. tit.8. priuil. 1. & ſeqq. per tot.* vbi enumerat 97. priuilegia alimentis conceſſa, Ricc. *Collect.*307. vbi ponit octo priuilegia, aduertendo quòd procedunt tantùm in alimentis de futuro, non autem de præterito, ad Theſ. *deciſ.* 44. idem Ricc. *Collect.* 3521. vbi refert alia ſpecialia, Paul. Rub. *in Annot. ad deciſ. 1. part. 9. recent. num.* 104. *& ſeqq.* vbi quòd non patiuntur dilationem, non admittunt appellationem, nec compenſationem, nec ſequeſtrum, &c.

Quoad appellationem intellige ſi agatur de alimentis futuris, probata ſit inopia alendi, & niſi fuerit admiſſa appellatio à iudice ad quem, & emanata inhibitio, vt latè declarat Rot. *part.9. recent. deciſ.355. num.5. & ſeqq. per tot. vide in* §. *Appellatio num.*40.

Quòd inter alia alimentorum priuilegia ſit iſtud, vt ſuper eis alicui relictis nullum ius creditoribus illius acquiratur, Bald. *in l. legatum in annos in 2. lect. vel in Addit. ff. de capit. diminut.* Sanſelic. *in Praxi ſect.60. num.*32.

Alimentorum materiam pertractarunt Ant. Cordubenſ. 29
& alij *in l. ſi quis à liberis ff. de liber. agnoſ.* Io. Bapt. Pontan. *tract. de aliment. per tot.* Tepat. *var. ſent. tit. 440. & ſeqq.* Mateſcott. *var. reſol. lib. 2. cap.* 83. Trentacinq. *var. reſol. lib.1. tit. de aliment.* Giurb. *deciſ. 5. & 6. per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Alimenta*.

Sed præ omnibus alijs doctè quidem, & eleganter omnia, quæ deſiderari poſſint cumulando videndus, & perquirendus Io. Petr. Surd. in ſuo celeberrimo *tract. de aliment.* in quo per nouem titulos cum pluribus quæſtionibus in quolibet titulo contentis, totam materiam complectitur, & egregiè declarat.

In primo enim titulo per 129. quæſtiones examinat quibus, & à quibus ex legis diſpoſitione debeantur, vel non alimenta, inter quos reciprocè enumerantur cum ſuis declarationibus pater, filius, venter prægnans, auus, nepos, mater, filius, frater, ſoror, patruus, nepos, monaſterium, vſufructuarius, fiſcus, maritus, vxor, ſocer, nurus, nouerca, vitricus, priuignus, tutor, pupillus, vidua, donans, donatarius, patronus, libertus, alumnus, nutrix, magiſter, diſcipulus, Eccleſia, patronus, dominus, vaſſallus, vel ſubditi, Prædicator, Sacerdos, Decuriones, teſtis, iudex, notarius, Epiſcopus, Præſes, operarius, officialis, Aduocatus, carcerarus, obſides, milites, beneficiatus, amicus, pauper, ſeruus, actor, Abbas, monachus, accuſatus, & huiuſmodi.

In ſecundo titulo quando debeantur, & cenſeantur relicta alimenta, vel non, veluti relicto fundo, habitatione, gubernio, educatione, recomendatione, tractatione pro filio, vſufructu, neceſſarijs ad vitam, ſuperintendentia, vel præeminentia domus, adminiſtratione, legato annuo, & huiuſmodi.

In tertio titulo quomodo petantur alimenta ex iudicis officio, vel iure actionis.

In quarto titulo qualiter ſint præſtanda alimenta, quæ ſub eorum nomine, & appellatione veniant, ex quibus bonis debeantur, in qua quantitate, in quo loco, in quo tempore, an pro famulis, filijs, & familia, ac alia plura.

In quinto titulo, quanto tempore ſint præſtanda alimenta, nempè durante vita alendi, exceptis aliquibus caſibus, an viduæ intra annum luctus, & alia.

In ſexto titulo, quando alimenta præſtita poſſint repeti, vel non, vbi plura notabilia.

In ſeptimo titulo, quibus ex cauſis denegari poſſint alimenta aliàs de iure debita, nempè ingratitudinis, ſi alendus habeat aliundè, ſi alere obligatus ſit pauper, & huiuſmodi, quæ latè explicat.

In octauo titulo recenſet 97. alimentorum priuilegia, videlicet vt illorum cauſa ſit pia, fauorabilis, ſummaria, admittat editionem ad fauorem actoris, officium iudicis etiam non petitum, pactum nudum, litem inter patrem, & filium, capacitatem legati, ſtandi in iudicio, iuriſdictionem iudicis Eccleſiaſtici etiam in laicos, præſtantur etiam lite pendente, vel tempore ad conficiendum inuentarium, vel antè aditam hæreditatem, vltrà vires hæreditatis, cenſentur repetita à ſubſtituto, non veniunt in generali ademptione legatorum, non præſumuntur reuocata, producunt obligationem in futurum; præſumuntur annua, admittunt alienationem aliàs prohibitam, impuberi relicta debentur vſque ad 18. annum, non veniunt in confiſcatione, non admittunt appellationem ſuſpenſiuam, præſtant retentionem, denegata faciunt perdere poteſtatem, lucrum dotale, non veniunt in dilatione debitori conceſſa, faciunt valere ſtipulationem pro abſente, donationem ſine inſinuatione, ſtipulata pro ſe intelliguntur etiam pro vxore, non admittunt ſequeſtrum, permittunt excommunicatum agere, excuſant mittentem illam bannito, vel delinquenti, poſſunt præſtari per Clericum ſuis coniunctis de fructibus beneficij, obligant Monaſterium, & patrem ad fauorem illius, qui aluit monachum, vel filium, prout hæc, & alia plenè declarat per totum dictum titulum octauum.

Qualiter ex causa alimentorum, sicut & dotis ad fauorem descendentium, possint bona etiam fideicommisso subiecta in subsidium alienari, etiam si testator id expressè prohibuerit, Rot. *in Fulginaten. alimentorum 26. Ianuarij 1632. coram Coccino in recent. part. 12. decis. 412. per tot. vide in §. Bona num. 22. inf. num. 36.*

Qualiter causæ alimentorum sint mixti fori, & à iudice Ecclesiastico cognoscantur, maximè si pauperi debeantur, Ciarlin. *controu. 21. num. 19. controu. 28. num. 16. & controu. 56. num. 7.* Quod tamen Florentiæ numquam seruatum vidi inter laicos.

In nono, & vltimo titulo ponit plura generalia de alimentis, quibus causis comparentur, an admittant ius accrescendi, quomodo interpretari debeant, & alia multa notabilia, quæ in omnibus prædictis penes eum videri possunt, cum sit tractatus notissimus, & absolutus.

30 Alimenta an, & quando sint subministranda à creditore, vel accusatore debitori, vel accusato carcerato, quando non habet aliundè se alere, vide Gamm. *decis. Lusit. 261. per tot.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 71. & 72.* Rot. post Pacif. Saluian. *decis. 289. num. 10. dixi in §. Debitor num. 45.* vbi plures alios allegaui, Aloys. Ricc. *Prax. var. resolut. cap. 34. per tot.* vbi etiam quòd sunt taxanda, habita ratione qualitatis personarum, vt pinguiora præstentur nobili, quàm plebeo, idem Ricc. *loc. cit. cap. 422.*

31 Alimenta semel à patre præstita, si fuerint consumpta, debeant iterùm præstari, Specul. vbi Bald. *in Addit. tit. qui fil. sint legit. vers. sed pone quidem*, Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 83. num. 5.* Benintend. *decis. Bonon. 22. num. 2.* vbi alia plura de alimentis Spuriæ debitis, vel non, de quibus etiam Crauett. *cons. 219. vol. 2. & cons. 199. vol. 1.* Peregrin. *de fideicom. art. 36. num. 144. & art. 42. num. 88.* vbi an debeantur vlterius filio, qui dilapidauit sibi assignata, & videtur negatiuè concludere si per dolum, vel culpam dilapidauit, Giurb. *decis. 6. per tot.* vbi an debeantur filiæ, quæ dotem consumpsit, vide Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 30. num. 11. & seqq.*

32 Alimenta an subiaceant gabellæ, quando præstantur pro certo salario, vel pretio constituto, negatiuè concludit Gutierez. *de Gabell. quæst. 34. per tot.*

33 Alimenta in qua quantitate sint præstanda Clericis implorantibus beneficium, *c. Odoardus de solut.* & an attenta illorum nobilitate, quod videtur affirmandum Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap. 422. per tot.* dixi in §. *Clericus num. 18. & num. 19.*

Quæ dicantur congrua alimenta Clericorum, vt illa ex fructibus bonorum Ecclesiæ consequi valeant, etiam si habeant patrimonia propria, quorum fructus possunt sibi reseruare, vt dixi in §. *Clericus num. 40.* cùm Altari seruientes de Altari viuere debeant, nec vllus teneatur proprijs stipendijs militare, imò Ecclesiæ seruientes sint Ecclesiastica remuneratione digni, Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap. 439.* vbi concludit non esse iure definita, sed iudicis arbitrio relinqui, iuxta qualitatem personarum, & reddituum quantitatem, alia enim debet esse mensa, & supellex Cardinalis, alia simplicis Episcopi, alia Cannonici, & sic de alijs, vt explicat Molin. *tract. de iust. disput. 145.*

34 Alimenta qualiter à parentibus sint filijs præstanda, & è contra à filijs parentibus, quibus, & à quibus, qualiter à fratre fratri, vel sorori inuicem, item vxori à marito, & è contra, ac alia plura de alimentis in genere, item de alimentis legatis, item de alimentis pupillorum, & huiusmodi, latè Arism. Tepat. *var. sent. tit. 440. & seqq. ad 446.* Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 83. per tot.* Trentacinq. *var. resol. lib. 1. tit. de aliment. res. 1. & 2. per tot.* Garzia *de expen. & melior. cap. 3. per tot.*

Quod infra triennium debeant à matre, nisi esset nobilis, vel ex proprio lacte alere nequiret, post triennium verò à patre; sed tamen cùm onus sit commune sicuti pater quandoque tenetur etiam infra triennium, sic & mater vltrà triennium, vt quando ipsa est diues, pater verò pauper, benè probat, & decisum testatur Sanselic. *decis. 414. per tot. cum Addit. vide in §. Mater num. 21.* Garzia *de expens. & melior. cap. 3. num. 30. & seqq.* latiùs videndus Alphonsus à Caranza *tract. de part. nat. & legit. cap. 3. §. 4. per tot.*

35 Alimenta qualiter debeantur ex bonis, in quibus fit concursus per creditores, ipsi debitori etiam concursum formanti, & petenti, si sit talis, qui habeat priuilegium ne conueniatur vltra id quod facere possit, non autem creditoribus etiam anterioribus: qualiter sint taxanda, an dicantur onus reale Maioratus, vel personale, & alia plura de alimentis, latè Salgad. *Labyrint. credit. part. 1. cap. 23. 24. & 26. per tot.*

Alimentorum causa possunt bona fideicommisso subiecta 36
alienari, & non tantùm pro grauato, sed etiam pro familia, & spurijs ipsius grauati, nisi expressè ex hac causa sint prohibita alienari, vel grauatus consumpserit legitimam, & trebellianicam malè vtendo, vel fideicommissum non esset constitutum ab ascendente, Bart. & alij *in auth. res quæ C. com. de leg.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 19.* Pereg. *de fideicom. art. 42. num. 85.* Intrigliol. *de subst. cent. 3. quæst. 73. num. 393. &c.* Fusar. *de substit. quæst. 535. per tot. supra num. 29. versic. in octauo in fine, & in §. Bona num. 22.*

Alimenta licèt regulariter non sint vxori per maritum 37
extra domum præstanda, maximè si sine eius voluntate se à domo absentat, tamen secus est quando recessit culpa viri ob mala tractamenta, & sæuitias, nam tunc debentur etiam extra domum, vt latè comprobat Pegner. *decis. 20. per tot. vide supra num. 8.*

Plura de alimentis vxori per virum præstandis, præsertim lite inter eos pendente, Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 1. part. 3. & 4. fol. 272. &c.* An, & quando alimenta sint præstanda extra domum, vel non, latè Andreol. *contr. 411. per tot.*

Alimenta à patruo nepotibus præstita, censentur potius 38
ratione consanguinitatis, & miserationis, quàm famulatus præstita; & ideò quamuis tales nepotes aliqua fecerint seruitia non possunt prætendere, vel habere salarium non conuentum, quia alimentarius tenetur etiam iuxta qualitatem personæ exhibere operas suas, vel obsequuia alenti, ne dicatur stare in domo tamquam corpus mortuum, vt benè probat Bich. *decis. 51. per tot.*

Alia diuersa de alimentis, vide penes Thoro *Compend. decis. Neap. part. 1. 2. & 3. verb. Alimenta*, Cancer. *var. resol. part. 1. cap. 16.* Cyriac. *controu. 34.* plenè Castill. *tract. de aliment. per tot.* alijque plures longa manu relati à Casteinn. *in suo Alphabet. iurid. verb. alimenta per tot.* & recentissimè à Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. par. 4. fol. 75. & seqq.*

Alimenta sunt taxanda secundùm vires patrimonij habi- 39
ta ratione fructuum bonorum, non autem valoris illorum, cùm hæres non teneatur proprietatem vendere pro alimentis legatis, nisi quando alimenta essent præstanda ei, ad quem sint reuersura bona, ad tradita per Cabal. *cons. decis. 131. num. 5. & seqq. lib. 1.* Rot. *part. 15. recent. decis. 256.* vbi vel nisi sit legata certa, & determinata quantitas, nam tunc stante clara testatoris voluntate, si fructus non sufficiant, suppleri debent ex proprietate, vel nisi alimenta essent debita iure sanguinis, nam tum pariter fructibus non sufficientibus possunt distrahi bona, & donec constet de statu hæreditatis, non sunt retardanda alimenta prouisionalia.

Alimenta qualiter sint debita filijs ex damnato coitu genitis in vtroque foro, & præcipuè conscientiæ secundùm dignitatem, & facultates parentum, licèt non ita largè, prout si essent legitimi; qualiter debeantur a filio Catholico patri hæretico in foro conscientiæ, quicquid secus sit in foro exteriori; qualiter vxori adulteræ, vel hæreticæ, & huiusmodi; qualiter fratribus, & sororibus vtrinque coniunctis in foro exteriori si egeant, secus in foro conscientiæ extra casum extremæ necessitatis; qualiter famulis ægrotantibus in conscientia, si non habeant aliundè, quicquid secus sit in foro fori, licèt posteà cogi possint deseruire gratis per tempus duplicatum, quo fuerunt infirmi, & alia tradit, & probat Valer. *de different. vtriusq. fori in verb. Alimenta per tot.*

Alimenta simpliciter legata à fratre sorori viduę debentur 40
etiam si transeat ad secunda vota vbi non fuit adiecta conditio viduitatis seruandæ, quia potiùs ex sanguinis coniunctione, quàm intuitu viduitatis, & paupertatis censentur relicta, Cephal. *cons. 216. num. 23.* Honded. *cons. 47. num. 10. & 11. lib. 1.* Caualer. *decis. 212. & 377.* Rot. *part. 15. recent. decis. 256. per tot.* vbi plura, & quòd sunt præstanda extra domum debitoris, cum matrimonium, & lites sint iustæ causæ id concedendi.

Alimenta praua, siue cibi corrupti, qualiter pestem inducere possint, & alia ad rem, Emmentiss. Gastald. *tract. de auert. & proflig. pest. Polit. legal. cap. 250. per tot. fol. 671. vide in Indice in verb. Cibaria*, vbi quibus cautelis sint portanda, & subministranda.

§. ALLE-

§. ALLEGATIO. XXV.

1 ALlegationes iuris ordinatim fieri debent, vt primò Aduocatus Actoris, deinde rei loquatur, allegentur iura, & leges principaliter, consilia decisiua, & Doctores; qui alios referunt: nam multa superuacue allegare laudabile non est, potest etiam ratio naturalis adduci, quia secundùm Aristotelem superfluum est, ac debilitas intellectus quærere legem vbi viget ratio naturalis, quæ dicitur anima legis, & fugiendæ sunt fallaces, vel calumniosæ allegationes, cùm debeant præcisè tangere casum, & non à longè; ex illis posteà Iudex colligit si quid est contra partem aduersam, & suo nomine illi tradit pro dubijs, quod magis æquum, & laudabile est quàm easdemmet allegationes tradere, prout faciunt multi vitandi laboris gratia, vide Asin. *in prax.* §.24. *cap.*3. *& cap.*7.*per tot.* Bertachin. *in suo Repert. verb. Allegationes*, vbi plura.

Quòd diffusæ allegationes superfluam ingerunt difficultatem, iudicem inutiliter prægrauent, & quod boni in eis est inficiant, & obnubilent, & quandoque etiam sinistram causæ suspicionem oriri faciunt, Abb. *de proœm. Decret. num.*4. Cabal. *cons.*79. *num.*45. *lib.*1.

De dubijs dandis antè sententiam, Fontanel. *decis.* 461.

Qualiter allegationes iuris parti edendæ, pulchrè Menoch. *de Arbitr. cas.*176. *per tot.* quem refert, & sequitur Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*4. *tit.*20. *num.* 393. *fol.* 415.

An autem liceat Iudici informationes vnius partis litigãtis alteri tradere ad videndum, & respondendum Card. de Lugo *de iust. tom.*2. *disput.* 37. *sect.* 15. *num.* 183. Dian. *part.* 11. *tract.*7. *resol.*20. vbi admittunt non peccare per se loquendo, & seruata hincinde æqualitate.

2 Allegans aliquid, illud regulariter probare tenetur, quia dicenti incumbit probatio, etiam si esset Episcopus, vel iudex, vel notarius, nisi tamen allegans haberet præsumptionem pro se, vel esset in possessione, vel allegata essent notoria, sicuti ad plura inferendo docet Mascard. *de probat. conclus.*78. *per tot.* & alibi sæpè facit quod dixi in §. *Assertio per tot.*

3 Plura de allegationibus iuris, an sint de substantia iudicij, an parti edendæ, & alia, Pareia *de tract. de edit. tit.* 6. *resol.*3. *num.*131. *& seqq.* Cyriac. *contr.* 413. & alij relati à Casteion. *in Alphabet. iurid. verb. Allegationes iuris*, & à Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.*4. *fol.*80.

4 Allegata, & probata qualiter sint attendenda, licèt etiam Index possit moti extrà acta, quando habet facultatem procedendi sola facti veritate inspecta, Andreol. *controu.* 79. aliàs autem tenetur secundùm acta iudicare, quamuis sciat rem aliter se habere, vel procurare, vt alteri causa delegetur, Io. Ant. ab Ecclesia *obseru.*106. *part.*1. vide quæ dixi in §. *Iudex num.*4. *& seqq.*

§. AMICITIA. XXVI.

1 AMicitia qualiter repellat testem, vel non, vide in §. *Testis*, Tusch. *litt. A. concl.*326. *nu.*6. *&c.* Gabriel. *com. concl. tit. de test. concl.* 11. *per tot.* vbi quòd non repellit, nisi sit inhonesta, vel maxima, minuit tamen de fide arbitrio iudicis, & latè Mascard. *de probat. concl.* 85. *&* 86. *per tot.* vbi etiam qualiter probetur, vel præsumatur amicitia.

Quod debeat esse immoderata vt repellat testem, Seraph. *decis.* 1147. *num.*8. *decis.* 1191. *num.*3. *& decis.* 1208. *num.* 1.

Quòd amicus non leui amicitia æquiparetur consanguineo, & illi sicut consanguineo præsumantur donata alimenta, & alia, Tusch. *d. concl.*326. *num.*1. *&c.* Aluarez de Velasc. *tract. de iud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 4. vbi plura in contrarium.

De triplici amicorum genere, qualiter amicitiæ hominum sæpiùs fundentur non in virtute prout requiritur ad veram amicitiam, sed potius in vilitate, & vtilitate; qualiter amicorum dura separatio, & amantium intollerabilis distantia; de amicitiæ conditionibus vt amor sit reciprocus, quòd nullus in hac vita possit esse perfectus Dei amicus, excepta Beatissima Virgine Maria, quæ talis semper fuit etiam in vita, & alia, Fr. Lucas de Monteforti *in Domo Sapientiæ tom.* 1. *colum.* 1. *num.* 287. 293. 387. 604. 610. *&c. & tom.* 2. *num.* 306. *fol.* 277. vbi quærit an sit melius vnum tantum, siue paucos, vel multos habere amicos, & concludit quoad amicitiam humanam melius esse vnum tantum, vel ad summum duos, siue tres habere amicos, & non plures; quò vero ad amicitiam supernaturalem, quantò plures, tantò meliores, ac sibi inuicem vtiliores esse, & vtrumque optimis comprobat rationibus, & auctoritatibus.

Plura de amicitia, & illius effectibus, vide per Carol. de Grass. *in tract. de effect. amicit. per tot.* Tiraqel. *tract. de pœnit. remitt. caus.*22. Odd. *de restit. in integr. part.* 1. *quæst.* 22. *art.*7. Tiraqel. *in l. si vnquam in verb. liberis num.*92. *& seqq. C. de reuoc. donat.* Bertachin. *in Repert. verb. Amicitia*, Aluarez de Velasc. *tract. de iud. perfect. Rub.*9. *annot.* 4. *per tot.*

2 Amicitiam aliorum dissoluere media susurratione est regulariter peccatum mortale, quandoque contra iustitiam, & quandoque cõtra charitatem cum obligatione restituendi; cessaret tamen peccatum, & restitutio vbi susurratio fieret ad bonum finem, veluti pro dissoluenda amicitia turpi, noxia, vel non honesta, quamuis aliàs esset vtilis ei, qui eam habet, vel animo acquirendi amicitiam pro se cum aliquo ex dictis amicis, licèt in hoc vltimo casu sit controuersa opinio, ad tradita per P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib.* 1. *cap.* 13. *num.*7. *&* 8.

3 Amicitia maxima excusat à pœna ordinaria receptionis bannitorum, Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 74. Farinac. *quæst.* 113. *num.*276. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 56. *num.*25.

4 Amicitia operatur, vt amicis competat ius accusandi de nece amici occisi, ac etiam transigendi, & pacem reddendi, ita vt inter plures consanguineos præferatur qui erat maiori amicitia coniunctus; intelligendo tamen non de simplici, & recenti amico, sed de amico maxima, & singulari amicitia deuincto, in defectum consanguineorum, ac vbi voluntatem suam declarauit in accusando, aliàs secus, vt benè declarat Guaz. *tract. de pace, &c. part.* 1. *quæst.* 20. *per tot.* Farinac. *quæst.* 13. *num.* 30. *& seqq.*

5 Amicitia, & pax quantum possibile est cum omnibus habenda, iuxta monitum Apostoli ad Rom. 12. *& in* 11. *quæst.*3. *&* 3. *quæst.*6.

Non tamen procedit cum hominibus iniquis, proditoribus, transfugis, publicis hostibus, barbaris, sacrilegis, hæreticis, incestuosis, superbis, tirannis, infidelibus, auspicibus, maleficis, rebellibus, vel similibus viris impijs, & peccatoribus, nam cum istis non est pax, vel amicitia à viris iustis habenda, nec concordia reformanda, sed discordia seminanda, cùm periculum magnum sit bonorum concordia cum reprobis, isti enim, vel potius eorum peccata sunt odio habenda, quia cum vitijs, quibus etiam Deus irascitur, semper est pugnandum, ne simul in peccatis eorum pereamus, (Amicitia enim, quæ cum bonis est virtus, cum malis est, & dicitur fraus, dolus, & conspiratio, Farinac. *quæst.*43. *num.*174.) & vitandi sunt illi, cum quibus ex pace, vel amicitia Deus, aut veritas, aut iustitia offenditur, quia pessima pax, vel amicitia rebellare Deo, veritati, vel iustitiæ, talisque dilectio terrena, animalis, & diabolica est nocens dilecto, & diligenti, & experientia docet, cùm propter amicum Deus contemnitur, aut veritas offenditur, vel iustitia negligitur, is etiam posteà iusto Dei iudicio inimicus efficitur, cùm amicitia vera non in vitijs, sed in virtute consistat, prout hæc, & alia latè deducit Luc. de Pen. *in l. vn. C. de pub. lat. lib.* 12. *n.* 11. *& seqq.* à quo sumpsit Guaz. *tract. de pac. & treg. part.* 1. *quæst.* 23. *num.* 1. *& seqq.* facit quod dixi in §. *Amor num.* 5. *&* 6. *& in* §. *Inimicitia num.*8.

Et hæc mihi maximæ quandoque consolationis fuerunt cùm à conuersationibus abstinerent, eò quia non inuenirem homines secundùm cor meum, & facilis essem ad indignandum, & irascendum contra peruertentes veritatem, iudicium, & iustitiam, cæteraque vitia fouentes, laus Deo semper, qui hos sensus, & alia donauit, ac etiam (vt humiliter exoro, & spero) veniam peccatorum omnium misericorditer indulgebit.

Ex iuxta Psalm.96. *Qui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas Sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit nos.*

6 Amicitia probatur articulando, & probando, quòd illi, de quorum amicitia tractatur continuè, & frequenter inuicem conuersantur, colloquuntur, & salutantur, ac habent vnum velle, & vnum nolle, communem victum, patriam, & parentelam, *l. lata culpæ* §. *amicos*, *vbi glos. ff. de verb. signif.* Mascard. *de probat. tom.* 1. *conclus.* 85. Marcel. Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *glos. vn. num.* 341. *& num.*342.

Qualiter soluatur morte, Sebast. Medic. *tract. mors omnia soluit part.2. num.25.*

An autem liceat paciſci cum amico moribundo, vt is poſt obitum compareat amico, eumque de ſuo ſtatu certiorem reddat, D. Auguſt. *in libro de cura pro mortuis agenda cap.13. & ſeqq. & libro de anima, & ſpiritu cap.29.* quem refert Comitol. *reſponſ. moral. lib.4. quæſt.5. per tot.* vbi pluribus rationibus adductis negatiuè concludit, adde Torreblanc. *tract. de Magia lib.2. cap.27. per tot.* vbi plura de animarum appatitione ex diuina potentia.

7 Amicitia cùm ſit quid accidentale, de facili variatur, & tollitur, ideò in ea ſe fundans, debet illam concludenter probare tamquam fundamentum ſuæ intentionis, quia amicitia de præterito, non arguat amicitiam de præſenti, Carol. de Graſſ. *tract. de effect. amic. num. 35. & ſeqq. poſt tract. de effect. cleric.* Farinac. *conſ. 142. num. 5.* Ciarlin. *controu. forenſ. cap. 10. num. 111. & ſeqq.* vbi quòd fiſcus prætendens qualitatem proditionis ſub colore amicitiæ in homicidio ad effectum, ne reus gaudeat immunitate Eccleſiæ, debet illam probare, aliàs præſumitur homicidium ex rixa ortum, & licèt probetur amicitiam extitiſſe inter mortuum, & interfectorem, tamen hoc nihil confert ad proditionem, & appenſamentum ſi aliundè non conſtet, quia amicitia tollit potius præſumptionem præmeditati homicidij, ſicut è contrà inimicitia facit præſumere homicidium deliberatum, vnde ſi non probetur aliundè qualitas proditionis, & præmeditationis, amicitia hoc non facit præſumere, ſed potiùs arguit rixam præceſſiſſe, & qui dicit rixam non adfuiſſe debet probare, licèt igitur in proditione amicitia ſupponatur, tamen ſola proditionem non probat ex pluribus per ipſum citatis, quibus addi poſſunt P. Graſſet. *tract. de nece prodit. §. 32. num. 12. & ſeqq.* Cortiad. *deciſ. 96. num. 7.* Farinac. *conſ. 168. num. 70.* Vermigliol. *caſ. 94. num. 9. & per tot. & conſ. 97. num. 5.* Matthæu. Sanz. *de re crim. controu. 30. num. 43. & ſeqq.* & nouiſſimè, ac doctè de more Excellentiſſ. D. Terentius Fantonius *in Piſana Immunitatis Florentiæ impreſſa anno 1682. num. 30. & ſeqq.* iuxtà quam, additis etiam alijs fundamentis, fuit iudicatum per Curiam Archiepiſcopalem Piſanam ſub die 5. Octobris 1682. & per religioſiſſimam Curiam ſæcularem ſeruatis ſeruandis extracti Eccleſiæ ſtatim reſtituti, de qua materia vide in §. *Homicidium num.9. & in §. Immunitas num.18. verſ. Quinto.*

De amicitia quid ſit, de eius bono, & effectibus, qui ſint mali amici, quantum noceant, pro amicis nihil agendum quod ſit contrà Deum, illis cautè vtendum, & alia, Bobadill. *lib.3. Politic. cap.9.* P. Torres *lib.5. Philoſoph. moral. cap.3. cum pluribus ſeqq.* alijque plures relati ab Ægid. Caſteion. *alphabet. iurid. verb. Amici, & Amicitia.*

8 Quomodo probetur amicitia, & de eius effectibus, Laurent. Vrſcl. *concl.100. per tot.* & alij (inter quos, & ego) citati à Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Bibliothec. part.4. fol. 85. & 86.*

9 Plurima iucunda, & vtilia de amicitia, quid, & quotuplex ſit, qualis eſſe debeat, quomodo acquiratur, & conſeruetur, qualis ſit vera, qualis ficta, de ambarum fructibus, & alia ex ſacris ſcripturis, Sanctis Patribus, Philoſophis, Poetis, Adagijs, exemplis ſacris, & prophanis, habentur ſerio recollecta in noua Polyanthea *verb. Amicitia per tot. vltra ſex paginas.*

§. AMISSIO. XXVII.

1 AMiſſio ſcripturarum, vel rerum dicitur plenè probata, probando ſaccomanum loci, vel Ciuitatis vbi reperiebatur, Afflict. *deciſ. 13. num.9.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.192. num.3. & 4. vol.2.* vbi de incendio, ruina, vel incurſu prædonum, Mareſcott. *var. reſol. lib.2. cap. 10. nu. 1. & ſeqq.* vbi etiam quando ſit probandum res amiſſas fuiſſe in loco, in quo caſus interuenit.

Quòd amiſſio libri de cuius exiſtentia conſtabat non probetur per iuramentum, Rot. *part. 17. recent. deciſ. 326.*

Quomodo autem poſſit probari iuramento, latè Gratian. *diſcept. 262. num. 18. &c. cap. 468. num. 27. & 28.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 135. num. 8. &c.* Pac. Iordan. *Lucub. volum.3. lib.14. tit. 17. num. 274. &c. fol. 284.* Ridolph. *in Praxi part. 2. cap. 3. num. 54. & ſeqq.* Rot. per Farinac. *deciſ.238.*

Qualiter amiſſio rei, vel ſcripturarum probetur, & an, & quando ſufficiat iuramentum, latè Menoch. *lib. 6. præſumpt. 61. per tot.* Pac. Iordan. *loc. cit.* vbi ampliat, & limitat pluribus modis, Maſcard. *de probat. concl. 87. & 88. per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Amiſſio.*

Quòd non probetur iuramento quando quis tenebatur cuſtodire ſcripturas, prout adminiſtrator, donec reddiderit rationem, qui tenetur illas exhibere ad inſtantiam petentis pro ſuo intereſſe, Gratian. *diſcept. 71. num. 1. & ſeqq.* Rot. per Farinac. *deciſ. 238. per tot. & deciſ. 239.* Seraph. *deciſ. 1224.* Pac. Iordan. *vbi ſupra num.280. &c. vide in §. Liber,* Ridolph. *loc. cit. num. 55.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 455. num.4. & ſeqq.*

Obligatus tamen ad cuſtodiam ſcripturarum liberatur probando caſum amiſſionibus abſque culpa ſua, Bart. *in l. ſi quis ex argentarijs §. an hæc num. 2. &c. ff. de edendo,* cum alijs per Rot. *part.9. recent. deciſ.292. num.7.*

2 Amiſſio ſcripturarum probatur iuramento, ſi præcipuè tria concurrant, nempè probatio caſus amiſſionis, vt incendium, ſaccomanum, & ſimile, quòd ſcriptura fuerit in illo loco repoſita, & quòd iurans non ſit aliàs perſonas ſuſpecta, & his concurrentibus non ſolùm ſtatur iuramento de amiſsione ſcripturæ, ſed etiam de illius tenore, & contentis in ea, dummodò agatur de facto proprio, & non de alieno etiam paterno, *l. fin. C. de fid. inſtrum.* latè Genua *de ſcript. priuat. in Addit. quæſt. 20. num. 1. & ſeqq. ad 13. fol. mihi 39.* Farinac. *in fragm. verb. Amiſſio num.207. & ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.17. num.283. & ſeqq. fol.284. inf. num. 4.* latè Mart. Medic. *Exam. 53. nu. 3. & ſeqq. vide in §. Solutio num.18.* Rot. *part.17. recent. deciſ. 377. num.12. & ſeq.* vbi quòd in antiquis probatur amiſsio ſcripturarum per iuramentum, quando eſt veriſimilis, vt quia fuerit ſecuta confiſcatio bonorum, vel huiuſmodi caſus.

3 Amiſsio ſcripturarum non probatur iuramento, vbi agitur de maximo præiudicio, nec quando allegatur ab eo, qui tenebatur illas cuſtodire, nec vbi deſunt aliæ coniecturæ, & ſic vltra iuramentum requiruntur coniecturæ, nec quando poſſunt haberi aliæ probationes, nec vbi pars aduerſa vellet contrarium probare, Genua *d. quæſt.20. num. 13. & ſeqq.* vbi multos allegat Pac. Iordan. & Farinac. *loc. cit.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 3. num. 55. & ſeqq.* vbi dat etiam alias limitationes.

Quòd in re graui non poſsit amiſsio probari per iuramentum etiam in perſona nobili, & honeſtæ famæ, nec vbi adeſt ſuſpicio in contrarium, Caualer. *deciſ.82. nu.7. & ſeqq.* vbi etiam quòd ad hoc vt quis teneatur exhibere iura, debeat conſtare de exiſtentia, & intereſſe petentis, vt latè probat Ridolphin. *in prax. part.2. cap.3. per tot.*

4 Amiſsione ſcripturarum allegata, an poſsit illarum tenor probari per iuramentum, videtur quòd ſic, ſtante difficultate probationum, & dolo aduerſarij, niſi agatur de re inueriſimili, de perſona non habente certam notitiam, ſiue de negatiua improbabili, & in omnem caſum ſtatur arbitrio iudicis iuxta perſonarum, & negotij qualitatem, Caualer. *deciſ. 103. per tot.* Farinac. & Iordan. *in locis ſup. cit.*

Et quæ requirantur vt tenor ſcripturæ deperditæ poſsit probari per teſtes, pulchrè idem Caualet. *deciſ. 523. num. 4.* vbi ponit tria requiſita, & facit quod dixi ſupra num. 2. Rot. *part. 10. recent. deciſ. 58. num. 6. & ſeqq.*

5 Amiſſio actorum probatur ex diligentijs factis de illa reperiendo in Tribunali vbi fuerunt facta, & inducit præſumptionem ſolemnitatum pro eis, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 143. num. 11. & 12.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 292. num. 9.*

Ac idem eſſe in alijs ſcripturis, Genua *de ſcript. priuat. in Addit. quæſt. 20. num. 3. fol. 39.*

6 Amiſſio librorum non probatur per aſſertionem vſurarij, cum agatur de eius lucro, & præiudicio aliorum, ſed eſt aliter probanda, probando incendium, ruinam, furtum, aut quid ſimile, Genua *de ſcript. priuat. lib.4. tit. de lib. Vſurar. num. 34. & ſeqq. fol. mihi 261.*

7 Amiſſio ſcripturarum, vt ſuffragetur alleganti, ad hoc vt gaudere poſſit beneficio ſcripturæ amiſſæ, debet ante omnia probare illam ſcripturam, quam dicit amiſſam, fuiſſe in rerum natura, talique forma, & tenore confectam, vt ſi realiter poſſet exhiberi, illi omninò ſtandum eſſet, & ſic eius exiſtentiam in forma perfecta, & probanti, deinde verò caſu fuiſſe emiſſam, *l. teſtium §. ſin vero facta C. de teſt. c. cum olim,* vbi DD. *extr. de priuil.* Bart. *in Auth. ſi quis in aliquo num. 6.* vbi etiam Iaſ. *num. 2. C. de edend.* Crauett. *conſ.411. n.12.* Surd. *conſ. 109. n.8. & ſeqq.* Burat. *deciſ. 505. num. 10.*

num. 10. cum alijs per Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 58. *num.* 6. *& seqq. per tot.* vbi etiam plura qualiter testes debeant esse periti, & quomodo deponere, & habetur etiam post Salgad. *Labyr. cred. decis.* 17.

Quòd amissio non præsumatur, sed ab allegante sit probanda, ac fuisse sequutam sine sua culpa, Bart. *in l. si quis ex argentarijs, ff. de edend.* cum alijs per Rot. *part.* 3. *recent. decis.* 452. *num.* 8. *part.* 6. *decis.* 225. *num.* 1. *& part.* 10. *decis.* 182. *num.* 7. *&c.*

8 Amissio protocolli qualiter possit probari per Notarium, & alia, Farinac. *de falsit. quæst.* 154. *part.* 3. *per tot.*

9 Amissio magni lucri inducit iustum metum, & alia plura de metu, Ludouis. *decis.* 326. *num.* 21. *&c. vide in §. Metus, & §. Matrimonium.*

10 Amissione sequuta litterarum, potest gratia probari per testes, *c. cum olim* 1. *de priuil.* Ludouis. *decis.* 471. *num.* 2. *& in Annot.* Beltram. *num.* 2. vbi tamen dicit contrarium seruari in Curia Romana, quia tenentur duo registra, vnum supplicationum, alterum litterarum, ex quibus data amissione litterarum, potest semper aliud sumptum, vel exemplum extrahi, & alia circa qualitates gratiæ, vt possint per testes probari, vide in §. *Rescriptum num.* 11. *& §. Gratia num.* 8. vbi qualiter gratia sit probanda per scripturam, licèt scriptura non sit de essentia gratiæ, de qua latè Sanfelic. *decis.* 403. *per tot. cum Addit.*

11 Amissio capitalis in societatibus cuius damno cedat, an ponentis, vel vtriusque, vide in §. *Societas num.* 20.

An valeat pactum quod capitale sit saluum in societatibus, dixi *loc. cit. num.* 19.

Quòd amisso capitali non teneatur socius, qui illud posuit, aliud capitale subrogare, sed interitu rei finiatur societas, nisi agatur de soccida animalium, quæ potest durare in fœtu, si fœtus adsit, Alex. Trombett. *tract. de societ. cap.* 6. *num.* 10. *&* 11.

12 Amissio rerum quomodo probetur, & cui probatio incumbat, an casu, vel culpa facta præsumatur, & alia, Gomez. *lib.* 2. *var. cap.* 3. *num.* 21. Pereira *de edit. instrum. tit.* 7. *resol.* 8. *& tit.* 9. *resol.* 4. Hermosil. *l.* 4. *glos.* 1. *&* 2. *num.* 7. *& seqq. tit.* 4. *Partit.* 5. Marescott. *var. lib.* 2. *cap.* 10. Vela *Dissert.* 18. *num.* 87. Laurent. Vrsel. *concl.* 104. *per tot.* Cyriac. *contr.* 544. vbi quando possit per iuramentum probari sine iustificatione casus, & alij relati à Casteion. *in Alphab. iurid. verb. Amissio*, & à Com. August. Font. *in sua Biblioth. leg. part.* 4. *fol.* 86. *&* 87. vbi etiam me citat.

13 Amittens vno iure, an ex alio venire possit, Roxas *de incompatibil. part.* 4. *cap.* 6. *num.* 50. *&c.*

14 Amissa, siue deperdita cuius efficiantur dixi in §. *Inuentor num...*

15 Aliqua de amissione rerum multa habentur in noua Polyanthea *verb. Amissio.*

§. AMOR. XXVIII.

1 AMor cùm sit quædam furoris species excusat interdum à pœna ordinaria delictorum præ amore commissorum, maximè si etiam habeatur remissio partis offensæ, quia per amoris vehementiam interdum quis non est suæ mentis compos, vide Clar. §. *fin. quæst.* 60. *vers. Est & amor &c.* vbi refert diuersimodè fuisse iudicatum Menoch. *de Arbit. cas.* 328. *per tot.* vbi multa de vi, & impetu amoris, Ricc. *Collect.* 1843. 2117. 2706. *&* 4138. & in Prax. *var. resol. cap.* 135. Peguer. *decis.* 9. Conciol. *resol. crim. verb. Delictum resol.* 12. vbi plura pro mitigatione pœnæ in delictis ex causa amoris.

Plurima autem curiosa de zelotipia amoris, cuius furor ad bestias etiam extenditur, & an inter riuales faciat indicium ad torturam vno ex illis interempto, Matthæu. Sanz. *de re crim. controu.* 23. *per tot.* vbi quòd non, nisi tribus concurrentibus, nempè quod vterque riualis sit captus amore eiusdem fœminæ, sciat alium potiri amata, ac denique ægrè ferat, & zelotipiæ affectu laboret, vt etiam declarat Farinac. *cons.* 193. *num.* 46. *& seqq.* Thor. *vot. crim.* 18. *num.* 34. facit quod dixi in §. *Inimicitia num...*

Et ideò bonum esset his casibus habere iudicem amore captum, aliàs vidi quando aliquid præmeditatè agitur ex causa amoris, modicum capitale fieri in practica de huiusmodi allegata excusatione, imò quandoque delicta præmeditatè præ amore commissa grauiùs puniri, vt dixi in mea Pract. §. *Delinquenti num.* 18. & notat Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 2. §. 35. *num.* 27. *&* 28. *fol.* 362. vide Farinac. *de*

pœn. temper. quæst. 98. *cas.* 13. *per tot.* vbi etiam Vulpin. *in fuco*, Tusch. *litt. A. conclus.* 327.

Qualiter autem probetur amor inter amasiam, & amantem, Mascard. *de probat. concl.* 89.

Amatorium poculum præbens qualiter puniatur, vide 2
Menoch. *de Arbitr. cas.* 358. *per tot.* Franc. *de Homicid. quæst.* 122. *part.* 5. *per tot.* vbi etiam Vulpin. *in fuco*, latè Martin. Delrio *Disquis. Mag. lib.* 3. *quæst.* 3. *sect.* 1. 2. *&* 3. *per tot.* vbi plura curiosa de amatorio maleficio, an possit cogere ad amandum, ac de illius remedijs.

Qualiter amor excuset à pœna stupri commissi cum præ- 3
cedente tractatu, & promissione matrimonij, illo posteà subsequuto, dixi in §. *Stuprum*, & in mea Pract. §. *Stupro num.* 7. *&c.*

Quòd matrimonium contractum inter amantes amore excœcatos sit validum, nec ex defectu consensus possit annullari, vel separari, quicquid sit in prouerbio, quòd amore se capientes, tabie se diruttant, Aloys. Ricc. *prax. var. resol. cap.* 135. *per tot.*

Amor faciliùs descendit, quàm ascendit, & quid inde in- 4
feratur, Rustic. *ad l. cum auus ff. de condit. & demonstrat. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 8. *&c.* Martha *de success. legal. part.* 1. *q.* 2. *art.* 5. *num.* 19. *&c. & part.* 4. *quæst.* 7. *art.* 1. *num.* 19.

Quòd amor nullus vincat paternum, *l. fin. C. de cur. fur. l. istis quidem ff. quod met. caus.* Gizzarel. *decis.* 4. *num.* 27. *&c.* vbi idem concludit de amore materno, imò matres ardentiùs amare, teste Graio *cons.* 83. *num.* 12. *vol.* 2. & Mantua *sing.* 419. Gait. *de credit. cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 1087. *&* 1088. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 106. *num.* 4. *&c.*

De amore patriæ faciunt tradita per Gizzarel. *decis.* 13. *&* 23. *cum Addent.*

Amor pingitur puer, quia est irrationabilis, & stultus, 5
item alatus, quoniam cupidine calentibus nihil leuius, nihil mutabilius inuenitur, item cum arcu, & sagitta, quia cor vulnerat, & faciem inflammat, nam ex primo pulcritudinis aspectu amor concipitur, & ex assiduitate cupido, & alia ad propositum Boer. *decis.* 23. *num.* 75. *&* 76.

Qualiter Amoris Deus à vetusta antiquorum cæcitate pingeretur etiam cæcus, & cæcus appellaretur quoad propria commoda, cùm amor grandis merita amati non quærat, & alia plura de infinito Christi amore erga genus humanum, atque Beatissimæ eius Matris Virginis Mariæ, latè F. Lucas à Montefortì *in suo Domo Sapient. colum.* 1. *n.* 577. *& seqq. fol. mihi* 438. *&c. tom.* 1. ac alibi sæpè prout in Repert. *verb. Amor. & verb. Charitas*, tàm in primo, quàm in secundo tomo.

Amor quatuor modis minuitur, vel extinguitur, nem- 6
pè culpa, cùm peccans non possit supernaturaliter amare; secundò distractione voluntaria ad indifferentia obiecta, vt solent communiter facere homines; tertiò eadem voluntaria distractione, sed ad licita, vtpotè ad studia, quòd quandoque fecerunt etiam Sancti viri; quartò distractione omninò inuoluntaria, quæ in quibus contigerit, & alia, idem Fr. Lucas *in d. Domo Sapien. colum.* 1. *num.* 586. *fol.* 444. vbi infert ad Beatissimam Virginem Deiparam, quæ semper intelligens, & semper amans fuit, nec vnquam ab amando Deum cessauit, etiam dormiendo, quia ab illa omne peccatum semper longè stetit, & omnis distractio absuit.

Hìc sciens libenter omissa facio remedia non multum
à prædictis distantia ad minuendum, & extinguendum 7
amorem profanum tradita, cum ab Auctoribus damnatis, & quorum nomina non merentur in hoc libro scribi, tradantur, & vtinam à memoria omnium deleatur, cùm antè antidota proposuerint venena in eorum propriam, & aliorum damnationem, quorum vtinam quotidie non augerentur pœnæ in inferno per aliorum descensum ratione scandali continui, & tractum successiuum habentis in mundo: Ecclesia enim in prohibitione huiusmodi librorum inter alias pœnas statuit nigrum Theta ipsis Auctori-
bus ad obscurandum, & abolendum eorum nomina, & ne 8
hoc afficiantur honore, ac ideò non possunt legi, etiam cessante periculo nocumenti, vt benè declarat Dian. *resol. moral. part.* 6. *tract.* 6. *resol.* 49. *& part.* 11. *tract.* 1. *resol.* 1. *per tot.* vbi tamen refert Caramuel. *in sua Theolog. fundament.* 17. *quæst.* 2. *num.* 434. tenentem contrarium cessante ratione legis, cui satis abundè respondet, vide in §. *Lex num.* 6. *& §. Libri num.* 40.

Amor enim sensualis non meretur nomen amoris, sed potius cupiditatis, siue concupiscentiæ, vel proprius odij

sui ipsius, & incendij, ex quo præter alia innumerabilia mala, sequitur vltimum terribilium damnationis æternæ, nec ideò debet confundi cum vero amore, qui est charitas, quæ omnia potest, & ad æternam gloriam perducit.

Si quis tamen scire cupiat remedia contra maleficia amatoria legat Martin. Delrio *disquis. Mag. lib. 3. quæst. 3. sect. 3. per tot.* vbi post plura profana ab antiquis Gentilibus tradita, concludit occupandam esse mentem in curis grauioribus, in cogitatione mortis, & inferni, in electione bonorum librorum, in fundendo preces ad Deum, implorando auxilia Sanctorum, & Angelorum, & maximè Beatissimæ Deiparæ Virginis Mariæ, quæ vt purissima, & castitatis amantissima, summoperè desiderat omnes hac spurci amoris lue liberare; item in meditando non externam speciem sæpè fucatam, & citò perituram, sed internam corpus structuram, quid illa fuerit antequam nasceretur, stilla spurci, & olidi seminis, quod nunc sit saccus stercorum, sterquilinium niue contectum, sublata pellicula quid tertius, & cadaueri propius, quid protinus futura, siue Tais, siue Helena fuerit, cadauer putridum, esca vermium, & huiusmodi, vt latiùs ipse ibi explicat, & describit; & generaliter de alijs remedijs supernaturalibus, diuinis, & Ecclesiasticis contra maleficia, idem Martin. Delrio *d. tract. lib. 6. sect. 3. per tot.*

7 Amor inter fratres qualis esse debeat, quomodo conseruari, Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 1. per tot.* vbi congerit plura moralia de fratrum concordia, amore, & odio.

8 De amore sensuali, & eius effectibus plura Laurent. Vrsel. *concl. 105. per tot.* & alia diuersa remissiuè Ægid. de Castelon. *in suo alphabet. iurid. verb. amor, & amatoria ars*, & nouissimè (me etiam citato) Com. Augustin. Fontan. *in sua Bibliothec. Legal. part. 4. fol. 88.*

9 Plurima de Amore Dei, de Amore proximi, de amore sui, de amore patriæ, de amore venereo, & huiusmodi, ex sacris paginis, Sanctorum Patrum sententijs, Poetarum dictis, & exemplis exornata habentur in noua Polyanthea *verb. Amor.*

10 Amor nullus vincit paternum, concurrit etiam in matre, sed an maior, minor, vel æqualis est controuersum inter Auctores; non tamen idem est filiorum in parentes, & quare, licèt etiam memoranda eorum pietatis in parentes legantur exempla; hinc magis torquetur pater in persona filij, quàm in se ipso, & sicuti confessio metu tormentorum extorta sine præcedentibus indicijs non nocet confitenti, ita non nocere si extorqueatur metu torturæ filio inferendæ pluribus exornat Philip. Pascal. *tract. de vir. patr. potest. part. 3. cap. 1. per tot. cum annot. Franc. Mar. Prati.*

11 Amor violentus est species furoris, reddit homines insipidos, illosque consilio priuat, ac ideò excusari detentum in certo loco sub fideiussione, vel in confinio, si discedat per modicum tempus, & animo redeundi, & posteà reuertatur, nisi antè reditum fuerit à birruarijs captus, probat nouissimè Iacobus Balduc. in obseruat. ad Ramon. *cons. 43. num. 8. & seqq. per tot.* vide alios per me citatos, & quæ notaui in §. *Confinatus num. 5.*

§. ANIMAL. XXIX.

1 ANimalia vendita cum reseruatione dominij, si faciant damnum, an teneatur emptor, vel venditor illud resarcire, stante statuto quòd spectet ad dominum resarcire damnum a b eis datum, dixi in §. *Damnum num. 5.*

Qualiter teneatur dominus pro damno ab animali suo dato, *l. ex hac lege, & l. 1. ff. si quadrup. paup. fecis. dic.* Matian. Soc. & Abb. *in c. si bos de iniur. & damn. dat.* Baiard. ad Clar. §. *fin. quæst. 99. num. 9.* Prosper. Rendel. *tract. de vinea &c. part. 1. cap. 3. & cap. 11.* vbi de damnis datis in vineis, Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 530. &c.*

2 Animalia reperta damnum dare in prædio proprio, si aliò ducantur, & recondantur donec sibi fuerit emendatum damnum, non committitur furtum, Pract. Papp. *form. Inquis. glos. Contrectando num. 4. cum Addit.* Bonifac. *de furt. §. 6. num. 26. &c.* vbi quòd si ad domum suam ducantur committitur furtum.

An animalia reperta damnum dare possint retineri, vide latè Caluin. *de aquit. lib. 3. cap. 268. per tot.*

Imò hoc facere licitum est, donec detegatur illorum dominus, Capyc. *decis. 45. per tot.* vbi quòd in practica seruatur illa restitui data cautione de soluendo damno, vel diffida, Leoncil. *decis. Ferr. 94. num. 7.* Paul. Christin. *decis. Belg. 168. num. 3. vol. 2. & decis. 178. num. 13. vol. 2. & decis. 94. num. 28. &c. vol. 5.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 62. per tot.* Ricc. *Collect. 3719.* vbi etiam quòd non possunt occidi, Bonifac. *vbi supra*, vbi quòd solent duci ad cauponam, & Bononiæ possunt occidi vigore statuti.

Quod de consuetudine possint retineri donec sequatur satisfactio, licèt secus sit de iure, Boss. *tit. de dam. dat. in fine*, Grattan. *decis. 57. num. 12. & discept. forens. cap. 80. per tot.* Merlin. *de pign. lib. 1. tit. 2. quæst. 14. num. 12. &c.* vbi quòd de iure retineri, & pignorari non possunt, sed agendum est contra dominum pro satisfactione damni si contrarium sit permissum vigore statuti, vel consuetudinis.

Quid si animalia essent Clericorum, an possit iudex sæcularis contra illa procedere, & retinere, contrarias opiniones refert Cian. *resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 80. & part. 4. tract. 1. res. 72.* vbi negatiuam sustinet, vide pro, & contra, Paul. Christin. *decis. 203. num. 22. & seqq. vol. 1.* Farinac. *quæst. 8. num. 30. &c.* Ricc. *Collect. 4127.*

Quòd animalia Clericorum damnum dantia in bonis laicorum possint capi, & duci ad iudicem laicum, Luc. de Pen. *in l. 2. C. de nauib. non excus. lib. 81.* Surd. *cons. 301. lib. 3.* Ioseph. Feliu. *in Margar. var. conclus. verb. Animalia in fine*, latè Fontanel. *decis. 514. per tot.* Cortiada *decis. 26. num. 51.* cum alijs pluribus modernis citatis, & me pluries in hoc loco per Romaguer. in Addit. ad Conciol. *Stat. Eugub. lib. 6. Rubr. 10. & 11. per tot.* vbi etiam qualiter possint retineri pro alimentis eis præstitis, & si pereant cuius periculo pereant, an possint occidi, vel vulnerari, vel per viam arctam expelli, vt rumpant collum, an dominus animalium teneatur recipere carnem, & corium ad computum pretij, & alia notabilia.

Plura de damno, vel fida soluenda pro animalibus in alieno pascua sumentibus, Sanfelic. *decis. 8. per tot.*

Qualiter animalia bruta delinquendo puniantur, vel obligent dominum, Guid. Pap. *decis. 238.* Tusch. *litt. A. concl. 332. & litt. D. concl. 9. vide in §. Damnum num. 6.* Ricc. *d. Collect. 4127.* vbi plura notabilia.

Animalia si se inuicem aggrediantur ita vt non appareat quodam fuerit alterius aggressor, neuter illorum dominus tenebitur alteri emendare damnum, vel dare animal pro noxa, cum defensio tamquam iuris naturalis sit licita etiam inter animalia bruta, *l. 1. §. cum arietes ff. si quadrup. pauper. fec. dic.* vbi glos. Guazz. *defens. 29. cap. 4. num. 18.* 3

Et quòd occidens canem, vel aliud animal pro sui defensione ad nihilum teneatur, cùm etiam contra animalia sit permissa defensio, idem Guazz. *def. 38. cap. 5. num. 11.*

Animalia data in soccidam, siue custodiam, si pereant aliquo casu fortuito, qui regulariter sine culpa custodis euenire non solet, vt furtum, incendium, & similes, pereunt periculo custodis nisi probet se carere culpa, Mascard. *de prob. conclus. 239. 263. & 467. num. 5.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3. num. 128.* Farinac. *quæst. 89. num. 14.* idem Menoch. *lib. 6. præsumpt. 61. num. 34. & seqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 17. num. 284. fol. 285.* Tusch. *litt. C. conclus. 1118. per tot.* Alex. Trombett. *tract. de societ. cap. 9. 10. & 11. per tot.* vbi plura de damno, lucro, & diuisione inter socios, vel dominum, & soccidam animalium. 4

Qualiter mors animalium sit probanda à conductore agente ad restaurum, Rot. *part. 16. recent. decis. 359. & decis. 403. in eadem causa*, vbi benè distinguit, vide in §. *Mors.*

Si verò pereant casu, qui regulariter sine culpa custodis contingere solet, vt incursus hostium, impetus aquarum, & similes, periculum spectat ad dominum, nisi probet culpam custodis, Menoch. Mascard. Iordan. *in locis supra cit.*

Quando autem pereunt casu, in quo nihil lex præsumit, vt quia solet euenire cum culpa, & sine culpa, vt est mors, & tunc debet probari casus, & genus mortis, ex quo constabit an culpa præcesserit, vel abfuerit, quicquid sit in Argentarijs, & Custodibus carcerum, qui ratione publici officij tenentur præstare custodiam, & docere se caruisse culpa, prout omnia prædicta, & alia congerit, Michalor. *de fratr. part. 2. cap. 47. & per tot.* & dixi in meis resol. *cap. 17. num. 31. & seqq. per tot.* Tusch. *litt. C. concl. 1118. & litt. M. concl. 400.* Pacion. *de locat. & cond. cap. 12. per tot.*

Que-

Queſada, & Pilo *controu. for. cap.7.per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.6. Rub.46. & 47.per tot.*

4 Quid probare debeat cuſtos, qui tenetur ad cuſtodiam, vt ſe liberet à damno amiſſionis rei illius cuſtodiæ commiſſæ, de qua culpa teneatur, & alia, Maſcard. *de probat. concl. 469. per tot.*

5 Quòd quando fuerunt data æſtimata, ſi latrocinio, incendio, vel fulmine perierint, damnum ſit commune, ſi nihil dolo, aut culpa acciderit illius, qui æſtimatum pecus recepit, quia tunc ille totum damnum ſubiret; intelligendo de æſtimatione tali, quæ faciat emptionem, & venditionem pro parte, & quando caſu perierunt, ſecus ſi morte naturali, *l. cum duobus §. Damna ff. pro ſocio*, Magon. *deciſ. Flor.* 111. *num.* 41. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 10. *per tot.* Michalor. *d. tract. part.* 3. *cap.* 59. *num.* 34. *& ſeqq.* Alex. Trombett. *de ſociet. cap.* 9. *num.* 94. Ioſeph. Feliu. *in Margarit. var. concl. verb. Animalia*, Bertach. *in Repert. verb. Animal*, latiùs in dictis meis reſol. *cap.* 17. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi plures alios allegaui, vide in §. *Culpa*, *&* §. *Dolus*, *&* §. *Locatio num.*22. §. *Aeſtimatio num.*6. Leotard. *de vſur. queſt.*31. *num.*7. 8. *&* 9.

Quòd animalia de ſui natura fructifera, vt pecudes, maximum fructum reddere ſoleant, in quo taxando ſit habenda ratio, non ſolùm ad primos fœtus, ſed etiam ad ſecundos, & tertios in infinitum arbitrio peritorum, quorum iudicio ſtari debeat, Rot. *part.16. recent. deciſ.* 189. *per tot.*

Quòd animalia bruta poſſunt locari, ſiue vt ſingula, ſiue vt armentum, vel præcodium in genere, Corrad. *de contract. tract.5. queſt.89. n. 1. &c.* Rot. poſt Pacif. de Saluian. *deciſ.275. num.2. &* 3.

Qualiter diuino iudicio perijſſe probetur, Maſcard. *de probat. concl.*238.

Quando, & quomodo ex curſu temporis animalia præſumatur mortua, Corn. *conſ.*186. *num.*1. *lib.*1. Fuſar. *de ſubſtit. queſt.*624. *num.* 25. Marc. Mut. *deciſ.* 75. *num.* 12. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.*197. *num.*35. *inf. num.* 13.

6 Animal venditum ſi moriatur intra triduum, alio non apparente præſumitur mortuum ex morbo præcedente, & ægritudine generata apud venditorem, qui ideò tenetur ad reſtitutionem pretij, Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſ.* 118. *& vlt. per tot.* Boer. *deciſ.* 323. *num.* 12. Maſcard. *de probat. concl.* 92. Card. Tuſch. *litt. M. concl.* 384. *&* 385. Mangil. *de euict. queſt.*200. *num.*88. 89. *&* 90. dixi in mea Pract. §. *Boui num.* 5. *& alibi*, Borgn. Caualcan. *deciſ.*53. *num.*19. *&c.* vide Ciarlin. *controuerſ.* 89. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi benè declarat.

An autem, & quando ſit locus redhibitoriæ propter animal morboſum venditum non manifeſtato vitio, Ciarlin. *controu.*113. *per tot. & dixi in* §. *Venditio num.*39. *& ſeqq.* vbi plura, & plures allegaui.

7 Animalia qualiter poſſint retineri pro alimentis illis præſtitis, donec ſoluantur à domino, Surd. *de aliment. tit.* 1. *queſt.* 70. *vide in* §. *Alimenta num.* 24. Surd. *d. tract. tit.* 8. *priuil.* 62. Neguſ. *de pign. memb.* 3. *part.* 7. *num.* 14. Borgn. Caualcan. *deciſ.*23. *num.*31. vbi quòd ſunt obligata pro alimentis, & cuſtodia, adeò vt præſtans illis alimenta, & cuſtodiam debeat præferri quibuſcumque creditoribus anterioribus expreſſam hypothecam habentibus, & poſſit retinere, Giurba *deciſ.* 40. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.*11. *num.*64.

8 Animalia conſtituunt tertiam ſpeciem inter mobilia, & ſe mouentia, iuxta notata in *l. ſe mouentium ff. de verb. ſignif.* niſi tamen aliter conſtet de mente teſtatoris, Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.*61. *num.*21. *vide in* §. *Mobilia*, *&* §. *Legatum*, Bertachin. *in Repert. verb. Animal. & verb. Bona.*

9 Animalia omnia etiam imperfecta, quæ pro paſtu perfectis ſunt neceſſaria qualiter fuerint à Deo creata in diebus Creationis, non autem ea, quæ ex putri influentibus cœlis gignuntur, & poſteà Euæ adducta die ſexta, vt nomen acciperent in Paradiſo terreſtri, vbi ſteterunt vſque ad expulſionem Adæ, & Euæ, & per huiuſmodi ingreſſum, & egreſſum non mutauerunt ſubſtantiam, nec propria accidentia, Fr. Lucas de Monteforti *in Domo Sapientiæ tom.* 2. *colum.* 1. *num.*21. 752. *&* 753. *fol.*17. *& fol.*543. *&* 544.

10 Animalia damnum dantia in vineis, non poſſunt à domino pro noxa dari, ſed aliter debet damnum emendari, Proſper. Rendell. *tract. de vinea, vindem. & vino part.*1.*cap.*11. *per tot. vide in* §. *Damnum num.*6.

Nec etiam generaliter poſſunt animalia dari pro noxa, ſed dominus tenetur ad totale intereſſe, quando ſciuit illorum naturam, vt præſumitur ſi aliquo tempore apud illa tenuerit, & dimiſerit ſine cuſtodia, Borgn. Caualcan. *deciſ.* 26. *num.* 57. *part.*2. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.*530.

Animalia irrationalia, veluti locuſtæ, bruculi, & huiuſmodi in agris, vel vineis damnum dantia an poſſint excommunicari, vt recedant, & à damno deſiſtant, communis eſt opinio negatiua, cùm ſint incapacia rationis, & peccati inobedientiæ, vel contumaciæ, ſine quo non fertur excommunicatio, & dubium ſit an ſint ceſſatura, nec ſubſint iuriſdictioni Epiſcopi, ac ideò potius orationibus, ieiunijs, & eleemoſynis eſſe expellenda, & ſic cum auxilio, & beneplacito Dei concludunt Auctores, Nauar. *conſ.* 57. *de ſentent. excommunic.* Sot. *de iuſt. & iur. lib.*5. *queſt.*22. *art.*2. *gloſ.*4. *concl.*4. Auila *de Cenſur. part.*2. *cap.*4. *diſput.*1. Zerola *in Prax. Epiſcopi verb. ſuperſtitio*, Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſol. cap.*408. *per tot.* vide Martin. Delrio *diſquiſ. mag. lib.*3. *part. poſt. queſt.*4. *ſect.*9. *per tot. fol. mihi* 466. *&c.* vbi alia plura de vana obſeruantia in exorciſmis animalium, & curatione morborum, & Nouar. *ſuper Pragm. Reg. Neapol. Collect.*43. *per tot.* 11

Animalia probantur eſſe illius, cuius ſtigmate reperiuntur inuſta, tam quoad poſſeſſionem, quàm quoad dominium, intelligendo ſi fuerit probata impoſitio ſtigmatis, vel ſigni, Luc. de Penn. *in l. ſtigmata C. de Fabric. lib.* 11. Maſcard. *de probat. concl.*91. *per tot. vide in* §. *Arma, inſignia.* 12

Animalia, ſicut mobilia, & huiuſmodi per teſtatorem in hæreditate relicta cum fideicommiſſo, ſunt fideicommiſſario reſtituenda, & ſi fuerint vendita pretium eſt reſtituendum, vel in detractiones imputandum, niſi tamen ſine culpa, vel mora grauati eſſent mortua, quia tunc damnum eſſet fideicommiſſarij, & ſufficit probare tantum temporis effluxiſſe, vt amplius viuere non potuerint, Peregrin. *de fideicom. art.*4. *num.*54. *art.*10. *num.* 35. *& ſeqq. & deciſ.* 64. cum alijs per Fuſar. *de ſubſtit. queſt.*624. *num.*22. *& ſeqq. ſupra num.*5. *in fine.* 13

Animalia fera ab alio vulnerata efficiuntur capientis, & non vulnerantis, quia adhuc multa euenire poterant, vt à vulnerante non caperentur, & ideò prius occupanti conceduntur, iuxta text. *in* §. *illud quæſitum inſtit. de rer. diuiſ. & in l. laqueum ff. de acquir. rer. dom. & in l. naturalem* §. *illud quæſitum ff. eod.* Maſtril. *deciſ.*180. *num.* 1. *&c. vbi tamen num.* 13. *&c.* videtur contrarium tenere quando ſublata erat penitus omnis ſpes euadendi, ita vt tunc incipiant iure dominij ſpectare ad vulnerantem, ac ſi actualiter eſſent capta, per text. *in l.*3. §. *item feras beſtias ff. de acquir. poſſ.* vbi Cuman. & Soc. §. *Neratius*, vel ſtante contraria conſuetudine, & loquitur de Turcis captis à triremibus Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriæ, vt ſtatim, ac fuerunt redacti in aliquam inſulam, & armis ſpoliati habeantur pro verè captis, nec poſſint ab alijs apprehendi, vel occupari, attenta etiam generali, & indubitata conſuetudine Maris de dicta concluſione, vide Cæpol. *de ſeruit. ruſtic. præd. cap.*21. *n.*4. *& ſeqq.* vbi de fera beſtia in laqueum alienum reperta, vt fiat occupantis, niſi obſtet conſuetudo, vel ſtatutum, & de alijs ſimilibus quæſtionibus. 14

Animalia ſi dum expelluntur à damno, tangantur, percutiantur, vel cogantur tranſire per viam arctam, vel alio modo ita vt rumpant collum, vel interitum patiantur, hoc probato à domino animalium, tenetur expellens ad emendam damni per huiuſmodi interitum paſſi, *l. quintus, & l. ſi boues ff. ad l. Aquil.* Marcel. Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *gloſ. vn. num.*1069. *fol.*401. 15

Animal mortuum non dicitur animal, & ideò obligatus date animalia, non liberatur dando mortua, nec pro mortuis debetur gabella, Sebaſt. Medic. *tract. mors omnia ſoluit. part.*2. *num.*30. *&c. vide* §. *Gabella num.*31. 16

Animalia immunda, vt porci, & ſimilia poſſunt prohiberi in Ciuitatibus retineri ob periculum peſtis, Ripa *de peſt. tit. de remed. præſeruat. num.* 88. Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 5. *Rubr.*42. adde Nouar. *de grauam.* Vaſtal. *tom.*2. *grau.*50. Thoro *Comp. deciſ. part.*3. *verb. Animalia.* 17

Animalia damnoſa, & nociua in agris, vel arbuſtis, vt ſunt Capræ, quæ continua febre laborantes, & illa recedente ſtatim morientes, ad tradita per Plin. *lib.*8. *natural. hiſtor. tom.*1. *cap.*50. *lib.* 15. *& tom.*2. *cap.*8. *& lib.*28. *cap.*10. *n.* 11. quæcumque arido, & feruenti ore, aut lingua tangunt, areſaciunt, poſſunt prohiberi in locis domeſticis, quæ 18

tamen prohibitio non extenditur ad hircos, secundum Carpan. *ad stat. Mediol. lib.* 2. *cap.* 365. *num.* 25. Aldouin. *cons.* 11. *num.* 11. quos refert, & sequitur Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 28. *per tot.* Capræ autem, vel bestiæ Caprinæ ad comprehendendos etiam hircos qualiter sint prohibitæ teneri in multis locis Status, & Dominij Florentini, dixi in mea Praxi §. *Capra per tot.*

19 Animalia per viam publicam transeuntia non possunt molestari, nec aliquid pro eis exigi, si aliena territoria, non ingrediantur, & in eis morentur, Paul. Staiban. *cons.* 91. *num.* 12. Thoro *Compen. decis. Neap. part.* 2. *verb. animalia.*

20 Alia de animalibus respectu pascuorum, & an quæ teneatur ad sellam possint per Barones capi pro suis seruitijs, & alia quando Barones possunt vti animalibus Vassallorum, vel non, idem Thoro *d. Compend. part.* 1. *verb. animalia.*

21 Et de animalibus brutis nonnulla tradit remissiuè Casteion. *in suo alphabet. iurid. verb. animalia bruta*, & me citato Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. part.* 4. *fol.* 91.

22 Animalia viua, quæ possint admitti, & cum quibus cautionibus tempore pestis, secùs mortua, & alia ad rem, Card. Gastald. *tract. de auert. & proflig. pest. Polit. Legal.* in pluribus locis, vt in Indice *verb. Animalia.*

23 Animalia in prædijs existentia, an, & quando dicantur pars fundi, itaut veniant in feudo, donatione, fideicommisso, & huiusmodi concessionibus, latè Mans. *Cons.* 176. & 186. *lib.* 2. vbi per distinctiones, & varios casus explicat, & vide Cyriac. *controu.* 141.

Quòd animalia destinata ad vsum, & ad fructus bonorum fideicommisso subiectorum habeantur tanquam bona ipsa immobilia, & non possint per creditores grauati auferri de prædijs, idem Mans. *consult.* 273. *num.* 21. & *seqq. lib.* 3.

An autem naturaliter perempta sine culpa grauati veniant in restitutione fideicommissi, siue illorum æstimatio, Peregr. *de fideicom. art.* 10. *num.* 35. Fusar. *de substit. quæst.* 624. *num.* 25. relati à Mans. *d. Consult.* 273. *num.* 24. & videndus magistraliter Pontirol. *in respons. pro Mambellis num.* 278. & *seqq.* quòd fortè erit impressum post meas resolutiones in fine huius voluminis.

§ ANNVS. XXX.

1 Annus inceptus, an, & quando habeatur pro completo, vel debeat esse finitus, vide pulchrè hinc inde Surd. *decis.* 178. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 10. *num.* 24. facit quod dixi in §. *Appellatiua significatio*, & §. *Tempus num.* 4. Ricc. *Collect.* 2444. Bellamer. *decis.* 726. Sanfelic. *decis.* 209. vbi in legato sufficit annus inceptus, latè Altimar. *de nullit. Rubr.* 12. *quæst.* 38. *n.* 105. & *seqq.* vide in §. *Aetas num.* 16.

Quòd præfixus ad emittendam professionem possit à superiore prorogari, Ricc. *Collect.* 3343.

2 Annus constat ex diebus, & mensibus, & quo die incipit, eodem die finitur, diuiditur in duodecim menses, & primus mensis dicitur principium anni, à quo tempore incipiat, iuxta varias consuetudines, & quòd vbi agitur de fructibus incipiat, & finiat in mense Septembris, & alia, Card. Tusch. *litt. A. concl.* 345. Gizzarel. & Addent. *decis.* 33. *per tot.* vbi plura Gutierez. *de Gabell. quæst.* 143. *num.* 5. Peregrin. *de fideicom. art.* 49. *num.* 102. Ciarlin. *controu.* 29. *num.* 51. Martha *de success. leg. part.* 4. *quæst.* 18. *art.* 1. *n.* 116. &c. Carol. Tap. *decis.* 45. *per tot.*

Plura de annorum diuersitate apud varias Nationes, de anno ciuili, & naturali, vel solari, & alia scitu digna, ac curiosa de more cumulat Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 10. *num.* 1. & *seqq. per tot.* & alibi prout in *repert. verb. Annus.* De annis Climatericis, & eorum causis Martin. Delrio *disq. mag. lib.* 1. *cap.* 4. *quæst.* 2.

3 Annus probationis, siue Nouitiatus ad emittendam professionem in Religione omninò necessarius, debet esse continuus, & non interpolatus, aliàs professio redditur nulla, qualis debeat esse interruptio ad annullandam professionem, maximè concurrente etiam metu, pulchrè Lap. *alleg.* 46. cuius aurea verba cum alijs pluribus refert, & sequitur Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 300. *per tot.* vbi concludit pro nullitate Barbos. *alleg.* 101. *num.* 23. &c. Ciarlin. *contr.* 108. *num.* 15. &c. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 116. *per tot.* vbi quid si interim fuerit reformata regula, & *decis.* 454. vbi plura pro nullitate, nisi ex tunc per alium annum continuauerit in nouitiatu, & dixi in §. *Tempus num.* 10. & §. *Aetas num.* 10. facit Thom. Triuis. *decis.* 48. *lib.* 2.

Annus ad effectum caducitatis consideratur secundum quod terra producit fructus, vt si est olinetum pro singulo biennio, si nemus pro singulo triennio, aut quinquennio, si terra laboratiua pro singulo anno cum dimidio, & sic de alijs, vt benè declarat Borgn. Caualc. *decis.* 43. *num.* 59. &c. *dixi in* §. *Emphyteusis num.* 51. vbi plures allegaui, & in §. *Conductor num.* 23. Ioseph. Felin. *in Margarita verb. annus.* 4

Quòd annus pro quo emphyteuta soluit pœnam conuentionalem non computetur in biennio, vel triennio, Corbul. *de emphyt. tit. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat.* 9. *num.* 7.

Annus discretionis interpretatur pro pubertate, Io. And. *in c. duo pueri*, vbi etiam Goffred. *in summ. de Sponsal. impub.* Rot. per Farinac. *decis.* 246. *num.* 7. vbi plura pro nullitate sponsalium per verba de præsenti contractorum cum puella nouem in decem annorum, non obstante cohabitatione, & prætensa copula subsequuta, cum quælibet defloratio non sufficiat, sed requiratur aptitudo corporis ad concipiendum, & generandum, alia vide in §. *Matrimonium*, & §. *Sponsalia.* 5

Annus ad petendam inuestituram feudi, currit tantùm à die scientiæ, *glos. in cap.* 2. *in verb. vltra annum, quo temp. miles,* &c. Bald. *in l. fin. C. si pend. appell. in fine*, Ias. *in l.* 2. *num.* 23. *C. de iur. emphyt.* Rot. per Farinac. *decis.* 795. *n.* 2. alia vide in §. *Dominus*, §. *Inuestitura*, & §. *Vassallus*, Corbul. *de emphyt. tit. de caus. priuat. ob non petit. inuest. intra legit. temp. num.* 8. & *seqq.* 6

Quòd annus in materia feudi incipiat à principio Septembris inclusiuè, & duret vsque ad mensem Martij inclusiuè, quomodo fructus diuidantur, & alia, Pacif. de Saluian. *inspect.* 4. *cap.* 1. *num.* 187. *vide in* §. *Fructus.*

Annus ad deliberandum hæredi concessus ab initio est vtilis, & incipit tantùm à die scientiæ, licèt postea efficiatur continuus, qualiter transeat ad hæredes, an possit abbreuiari, an tollat tempus adeundi, quod durat 30. annis, & alia, DD. *in l. sancimus, & l. cum antiquioribus C. de iur. delib.* Pract. Papp. *libel. hered. ex test. glos.* 2. Marant. *in l. is potest num.* 319. &c. *ff. de acquir. hered.* & alij, quos allegaui in §. *Tempus num.* 14. 7

Annus concessus matri, & alijs ad petendum tutorem pupillis sub pœna priuationis illorum hæreditatis, est vtilis, & non currit nisi à die scientiæ, qualiter possint excusari ab ista pœna, & alia, DD. *in l. sciant C. de legit. hered.* Marant. *in l. is potest num.* 232. *ff. de acquir. hered.* Montan. *de tut. cap.* 17. Seraph. *decis.* 916. Ricc. *Collect.* 3990. *dixi in* §. *Mater num.* 2. & *seqq.* vbi plura, & in §. *Tempus num.* 17. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 71. *num.* 6. & *seqq.* vbi qualiter dicta scientia sit plenè probanda. 8

Annum debitum ex re aliqua, an illa perempta finiatur, dic quòd sic, quando respectu certæ rei debetur, Peregrin. *de fideicommiss. art.* 4. *num.* 57. *vide in* §. *Legatum.* 9

Annui redditus, & pensiones, an, & quando, ac inter quos diuidantur pro rata temporis, Peregrin. *de fideicom. art.* 49. *num.* 100. *dixi in* §. *Fructus.* 10

Annui redditus ex re immobili debiti in perpetuum, vel ad longum tempus per actionem realem, vel mixtam, connumerantur inter immobilia, iuxta *Clem. exiui* §. *cumque de verb. signif. l. iubemus*, vbi Bald. *C. de sacrosanct. Eccles.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 6. *num.* 3. & *seqq.* Gabriel. *com. conclus. tit. de verb. signif. conclus.* 8. *per tot.* vbi quòd non procedit quoad credita Montium, vide in §. *Census num.* 22. & §. *Locus num.* 8. vbi contra quoad loca montium. 11

Plura de annuis redditibus, & censibus an, & quando ex solutione trium annorum præsumantur antea soluti, & inducatur etiam obligatio soluendi in futurum, & alia notabilia, Arismin. Tepat. *var. sentent. tit.* 375. *per tot.* facit quod dixi in §. *Alimenta num.* 20. & §. *Solutio num.* 21.

Quibus autem modis possit probari annua præstatio, veluti præscriptione longi, vel longissimi temporis, Mascard. *de probat. conclus.* 101. *per totum*, vide in §. *Census vbi plura.*

Annus, siue anni expressio qualiter sit necessaria in omni instrumento, & sit facienda per extensum, non per abacum, Scacc. *de iudic. cap.* 11. *num.* 1187. & *seqq.* 12

Gait.

Gait. *de credit. cap.* 3. *tit.* 3. *num.* 133. *& ſeqq.* vbi etiam in quibus Regionibus annus ſumat initium à Natiuitate, vel Circumciſione, vel Incarnatione D. N. I. Chriſti. De anno, & menſe delicti, non autem die exprimendo ab accuſatore, Thom. Triuiſ. *deciſ.* 20. *lib.* 2. *vide in* §. *Inquiſitio*.

Qualiter computatio anni ab Incarnatione incipiat priuſquam annus à Natiuitate, & alia de huiuſmodi computatione anni ab Incarnatione, vel à Natiuitate, Bich. *deciſ.* 385. *num.* 6. *& ſeqq.*

13 Annata, quæ ex beneficijs vacantibus ſoluitur Capitulo, quomodo differat ab ea, quæ ſoluitur Cameræ Apoſtolicæ, & alia de huiuſmodi annatis quo iure debeantur, & ad hunc effectum ſit exprimendus valor in impetratione beneficij, Seraph. *deciſ.* 1410. *per tot.*

Quòd annatæ temporis ſpatio ſolutæ non poſſint amplius denegari, cum difficile ſit contra obſeruantiam inſurgere, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 471.

14 De anno qualiter computetur, quando incipiat, & dicatur perfectus, vel non, & alia Laurent. Vrſel. *concluſ.* 116. *per tot.*

15 De annatis, & ex quibus beneficijs ſoluantur Cameræ Apoſtolicæ, vel Capitulo, & earum differentia, idem Vrſel. *concluſ.* 110. *per tot.*

16 Et de annuis redditibus, inter quæ connumerentur, quomodo præſcribantur, & alia, idem Vrſel. *concluſ.* 113. *&c.*

17 Aliqua de annis, & annuis redditibus ad diuerſos effectus, Thoro *Compend. deciſ. Neap. verb. Annus part.* 1. 2. *&* 3. Nonnulla remiſsiuè Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Annus, Annum,* & plura Com. Auguſt. Fontana *in ſua Bibliot. legal. part.* 4. *fol.* 92. *& ſeqq.*

18 Annus, menſis, & dies requiritur pro verificandis partitis, ad hoc, vt pro adminiſtratore ſint calculandæ, & bonificandæ, ſicut cauſa, & alia, de quibus pluribus citatis, Iacob. Balduc. *in Obſeruat. ad Ramon. conſil.* 35. *num.* 9. *& ſeqq.*

§. ANTIQVITAS. XXXI.

1 ANtiquitas temporis vt talis dici poſſit quot annos requirat, plures opiniones refert Menoch. *Arbitr. caſ.* 3. *per tot.* vbi videtur concludere poſitum eſſe in Iudicis arbitrio, & latiùs Crauett. *de antiquit. temp. in prima part. princ.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 969. *num.* 7. *&c.* Tuſch. *litt. A. concl.* 341. *per tot.* Leoncil. *deciſ. Ferr.* 14. *num.* 4. *deciſ.* 56. *num.* 30. Maſcard. *de probat. concluſ.* 103. *& ſeqq.* vbi etiam plura de probatione antiquitatis, & in antiquis quæ probationes ſufficiant, Seraph. *deciſ.* 381. 580. *&c.*

2 Antiquitas temporis, cuius initij memoria non extet quid operetur, vide Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 131. *num.* 38. *& ſeqq. dixi in* §. *Conſuetudo,* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 172. *num.* 4. vbi quòd facit verum omne poſſibile, & vt videantur interfuiſſe omnia neceſſaria, &c.

3 Antiquitatis nomine in materia probationum venit tempus centum annorum, & non minus, Barboſ. *de Appell. verb. ſignific. appell.* 19. *per tot.* Si tamen modicum tempus deficiat ad centum annos, adhuc ſuffragatur antiquitas, Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 184. *num.* 3.

Quòd res dicatur de antiquo ſi excedat ſexaginta, vel ſeptuaginta annos, nec tunc ſubducatur tempus litis, Seraph. *deciſ.* 928. *& deciſ.* 75.

4 Antiquitas temporis non probat ex ſola data in inſtrumento appoſita, niſi alijs adiuuetur adminiculis, vt ſi facie ipſius præſeferat antiquitatem, vel aliàs pluries fuerit in iudicio productum, & ſimilia, aliàs confici poſſent ſcripturæ modernæ cum data antiqua, Gratian. *diſcept.* 554. *num.* 41. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 333. *num.* 24. *&* 25. Put. *deciſ.* 186. *num.* 2. *lib.* 2. cum concordantibus per Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 282. *& ſeqq. & num.* 315. *verſ. Antiquitas fol.* 403. *&* 410. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 43. *per tot.* vbi plura quando inſtrumentum dicatur antiquum, vt probet ſine recognitione, & an ſit demendus tempus motæ litis, & alia, vide in §. *Inſtrumentum num.* 6. *&c.*

5 Antiquitas temporis facit præſumere ſolutionem concurrentibus alijs adminiculis, nam ſilentium in creditore inducit tacitam remiſſionem, & renunciationem, Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 9. & dixi in §. *Solutio*.

Item facit præſumere ſolemnitates, Maſcard. *de probat. concl.* 108. *per tot. vide in* §. *Beneplacitum, &* §. *Solemnitas*.

Quòd antiquitas habeat plura priuilegia, & operetur multa, Card. Tuſch. *litt. A. concl.* 339. *per tot.*

Quod vbi agitur de probanda re antiqua plenè probent teſtes de publica voce, & fama, Rot. per Farinac. *deciſ.* 749. *num.* 2. *&c.* Seraph. *deciſ.* 75. *num.* 1.

7 Antiquitas non tribuit robur ſcripturæ, dum nunquam fuit habita pro autentica, & originali, nec dum continet vitia viſibilia, & apparentia, ſed tunc demum ſuffragatur conſtito de illius obſeruantia, Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 224. *num.* 9. *& ſeqq. coram Merlino*, Crauett. *de antiquit. temp.* §. 4. *num.* 16. *&c.* Seraph. *deciſ.* 928. *num.* 2. Gratian. *diſcept. for. cap.* 268. *num.* 4. *&c.*

7 Antiquiore de domo, vel familia ad fideicommiſſum vocato, an inducatur ſucceſſiuum fideicommiſſum ad fauorem omnium, vel potius vnicum ad fauorem primi exiſtentis tempore purificati fideicommiſſi, Anchar. *conſ.* 27. Rom. *conſ.* 438. *num.* 13. *&c.* Peregrin. *de fideicom. art.* 13. *num.* 86. *dixi in* §. *Fideicommiſſum num.* 10. *&* §. *Subſtitutio num.* 37. in quibus locis plures allegaui, & diſtinguendo difficultatem reſolui.

Alia plura de antiquitate, & illius effectu, Bertach. *in repert. verb. Antiquitas*, & latiùs Crauett. *in tract. de antiquit. temp. per tot.*

8 De antiquitate plurimi facienda, & eius effectibus, Salgad. *de Reg. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 26. *& ſeqq.* Garzia *de Nobilit. gloſ.* 4. *num.* 34. Ceuallos *commun. quæſt.* 425. Solorzan. *de iur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 49. *& lib.* 1. *Polit. cap.* 9. cæterique relati ab Ægid. de Caſteion. *alphabet. iurid. in verb. Antiquitas*.

9 An autem id, quod eſt antiquum per adiectionem alicuius nouæ qualitatis deſinat eſſe antiquum, & efficiatur nouum, Franch. *deciſ.* 7. *num.* 4.

10 De antiquo tempore quid operetur, & quando tale dicatur, Laurent. Vrſel. *concluſ.* 120. *per tot.* & alia me etiam citato notat Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 100.

§. APPELLATIO. XXXII.

1 APpellatio eſt à minore Iudice ad maiorem facta prouocatio, *l.* 1. §. *ſi quis ff. de appell.* non enim ad minorem, nec ad æqualem, nec ad eundem regulariter eſt permiſſa appellatio, ſed ad maiorem, cuius eſt corrigere id quod fecit inferior, vbi opus fuerit correctione. Quid ſignificet verbum appellare, & alia de deſcriptione, & etymologia appellationis, vide latè per Scacc. *de appellat. lib.* 3. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 1. *per tot.* & ſummatim Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 3. *& ſeqq. fol.* 537. Tuſch. *litt. A. concl.* 347. vbi quòd eſt medicina contra morbum ſententiæ, & querela iniquitatis ad illam corrigendam, Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 109. cum omnibus antecedentibus, & ſeqq. per tot. vbi ponit plures formulas de ſtylo Romanæ Curiæ ſeruandas, Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. l. b.* 3. *Rub.* 1.

2 Appellatio multiplex eſt, nam alia dicitur iudicialis, alia extraiudicialis, alia legitima, alia friuola, alia à definitiua, alia ab interlocutoria, alia operatur effectum deuolutiuum tantum, alia ſimul etiam ſuſpenſiuum, alia canonica, & alia ciuilis, quænam ſit vna quæque, qualiter inter ſe differant, & alia vide per Scacc. *d. cap.* 2. *quæſt.* 2. *n.* 32. *&c.* cum alijs per Iordan. *vbi ſupra num.* 20. *& ſeqq. ad* 41. *fol.* 539. & infrà per diſcurſum materiæ.

3 Appellatio fuit à legibus introducta, vt per eam iniquitas, & imperitia iudicantium corrigatur, ſubueniatur oppreſſis, & probationum ſuppleatur defectus, licèt vt plurimum hodie aucta hominum malitia, hæc theriaca vertatur in venenum, & contrarios ſæpè producat effectus, quibus tenetur iudex quantum poteſt obuiare, & indebitè appellans ad effectum differentiæ executionis eum faciat iniuriam iudici impediendo illius officium, & parti perturbando eius iuſtitiam, peccat mortaliter, ac tenetur parti ad intereſſe, vt benè ex Nauar. & alijs probat Pac. Iordan. *d. tit.* 26. *n.* 41. *& ſeqq. fol.* 540. Giurb. *deciſ.* 49. *n.* 18. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 24. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi alios citat inquiens tamen ſecùs eſſe in criminalibus, præſertim quando reus eſt damnatus ad ſupplicium, cùm appellatio de iure ſit permiſſa, & adſit ſpes ſeruandæ vitæ, modò bonum publicum aliud non poſtulet.

Qualiter in cauſis appellationum liceat facere nouas probationes, & alia, Fontanel. *deciſ.* 239. *&* 140.

An

An in foro conscientiæ sit licitum appellare è sententia lata per iudicem secundùm vnam opinionem probabilem, vel etiam probabiliorem, cùm superior possit iustè aliam opinionem probabilem sequi, vide Dian. *part. 3. tract. 5. resol.* 104. vbi refert contrarias opiniones, & ipse affirmatiuam amplectitur.

Quòd sæpè hoc antidotum appellationis vertatur in venenum, & fiat suffragium quod debet esse refugium, nam appellare non vt graues, sed si graueris licet ex sententia D. Bern. ad Eugen. *de considerat. lib. 3. cap. 4.* Leoncil. *decis. Ferr. 28. num.* 10.

Et appellationi friuolæ non esse per iudicem deferendum sub pœna peccati, quando dicatur friuola, & alia, Leoncil. *decis. Ferr. 60. per tot.*

4 Appellatio plura regulariter requirit, nempè quòd fiat in scriptis, vel viua voce incontinenti tempore sententiæ antequam Iudex recedat à Tribunali, per verbum appello, vel alia æquipollentia; si plures sint sententiæ plures interponantur appellationes, exprimatur grauamen quando appellatur ab interlocutoria, secus si à definitiua, contineat nomen appellantis, appellati, & iudicis à quo, & ad quem saltem sub nomine dignitatis, sententiam à qua appellatur vnà cum die, & re super qua fuit lata, & petitionem apostolorum, quæ tamen omnia non sunt substantialia, & recipiunt plures declarationes, de quibus Scacc. *de appellat. quæst. 4. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 26. num. 45. & seqq. ad 91. fol. 541. &c.* cum alijs per eos citatis Tusch. *litt. A. concl.* 357. vbi an sit facienda in scriptis, vel viua voce sufficiat, Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 13. num. 3. & seqq. & num. 132. & seqq. & nu. 256. &c.* Paul. Christin. *decis. 97. & seqq. vol. 6.*

5 Appellatio est generaliter permissa cuicumque indebitè grauato, & sic cùm sapiat defensionem potest appellare etiam excommunicatus in causa propria, procurator, negotiorum gestor, fideiussor, legatarius, tutor, vel curator, siue actor, pater pro filio, dominus pro subdito, quilibet ex consortibus litis, creditor in causa pignoris, nominatus in dominum, & in summa quilibet tertius extraneus pro suo interesse, & aliquali præiudicio; vel etiam coniunctus pro coniuncto, amicus pro amico, & similes, dummodo his casibus, in quibus non adest proprium interesse promittatur de rato, & infra decem dies sequatur ratificatio illius, pro quo fuit appellatum. Cessante autem grauamine, cessat appellationis remedium, de quibus omnibus cum ampliationibus, & limitationibus, Scacc. *de appellat. quæst. 5. per tot.* Reginel. *eod. tract. §. 2. cap. 1.* Specul. *eod. tit.* §. 1. & summatim Pac. Iordan. *d. tit. 26. num. 91. & seqq. ad 176. fol. 544. &c.* Tusch. *litt. A. concl.* 348. & plura Ricc. *in suis Collect. vt in repert. verb. Appellatio*, Ariimin. Tepat. *var. sentent. tit. 254. & seqq.* vbi plura de materia appellationis.

6 Appellari potest regulariter à sententia cuiuslibet iudicis, nisi sit expresse prohibitum, prout in sequentibus casibus, nam appellare non licèt à sententia Principis superiorem non recognoscentis, cùm non adsit maior, ad quem possit recurri, quod tamen recipit varias declarationes, & præcipuè vt possit ad eumdem malè informatum, & meliùs informandum supplicari, & quid in eius delegato; Item nec à sententia Concilij generalis legitimè congregati super contentione Papatus, vel in quo Papa interfuit, nec à sententia Sacri Collegij Cardinalium, vel Senatus, vel Regis, Dictatoris, Decemuiratus, Præfectis Prætorij, Curiarum Supremarum Franciæ, Regij Consilij Neapolitani, Serenissimi Magni Ducis Etruriæ (quod Magistratus Dominorum Locum Tenentis, & Consiliariorum Florentiæ appellatur,) Venetiarum, Sabaudiæ, Mantuæ, Parmæ, Mutinæ, & similium, qui inter magnos Principes connumerari solent; Item nec à sententia fortunæ, siue sortis in casibus permissis vbi non interuenit enormis læsio, vel dolus aduersarij; nec a laudo, nec ab executore, & similibus, vt late explicat Scacc. *de appellat. quæst. 16. per tot.* & epilogat de more Pac. Iordan. *Lucubr. vol. 3. lib. 14. d. tit. 26. num. 176. & seqq. ad 222. fol. 549. &c.* Card. Tusch. *litt. A. concl. 406. &c.* Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 13. num.* 113.

Quòd à sententia Delegati Principis non detur appellatio, sed tantùm supplicatio ex gratia ad Principem pro reuisione, & alia ad rem, Sanfelic. *decis. 381. cum Addit.* vbi etiam quod licèt permissum sit semel tantùm reclamare, debet intelligi respectu vtriusque partis, nam si victus reclamat, & obtinet, potest etiam primus victor reclamare; qui si obtineat imponitur perpetuum silentium, vt declarat Muscatell. *de appellat. part. 2. glos. appellari num. 11. & 12. & in prax. part. 7. glos. Condemnandum num.* 119.

7 Appellari licitum est regulariter ab omni sententia etiam in causis paruis, summarijs, pijs celeritatem non requirentibus, instrumentalibus, ac etiam à non sententia quando iudex ter requisitus recusat facere iustitiam, ita vt in dubio deferendum sit appellationi, & clausula, appellatione remota, à solo supremo Principe possit apponi, & non indifferenter tollat beneficium appellationis, vt latè ampliando, & limitando declarat Scacc. *de appellat. quæst. 17. num. 1. & seqq.* Marant. *part. 6. de appellat. num. 278. &c.* Lancellot. *de Attent. part. 2. cap. 12. ampliat. 5. num.* 8. Pac. Iordan. *d. tit. 26. num. 222. & seqq. ad 267. fol.* 553. Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 13. 111. &c.* vbi quòd appellatio est de genere permissorum, & regulariter datur in omnibus causis, Paul. Christin. *decis. 113. & seqq. vol. 4.*

Quòd detur appellatio ab electione concurrentium in beneficio, & causentur attentata, Lancell. *d. cap. 12. limit. 49. num.* 4. Merlin. *decis. 47. vide in §. Electio num. 5. & §. Episcopus num.* 13. Merlin. *decis.* 824.

An autem, & per quos possit tolli, & remoueri appellatio, Tusch. *litt. A. concl. 398. & seqq.*

8 Multi tamen sunt casus, in quibus ob varias rationes non est permissa appellatio; non enim regulariter appellari potest a duabus, vel tribus conformibus, nec quando fuit renunciatum appellationi expresse, vel tacitè, nec quando essemus in vero contumace, licèt ex benignitate secus, nec in notorijs, & manifestis, nec in decreto de aperiendo testamento, nec in iudicijs possessorijs de iure ciuili, licèt secus de iure canonico, nec in causis alimentorum, vel piæ causæ vbi opus est celeritate, nec in executiuis, nec in sententia arbitri, vel arbitratoris, salua tamen reductione ad arbitrium boni viri, & consuetudine secundum quam videtur admitti, nec vbi Iudex haberet liberum arbitrium, vel iudicare deberet secundùm propriam conscientiam, nec à sententia lata à Rectore contra suum officialem pro delicto in officio commisso; quid super tributis, & Decimis, quid si sententia esset nulla, nec à statuto, nec à pœna iuris, nec à sorte, nec à decretis visitæ, nec ab eo quòd fit à maiori parte Capituli, nec à sententia contra administratorem loci pij super reddendis rationibus, nec vbi iubetur caueri de damno infecto, nec ab electione ad munus auctoritate publicum, & vtilitate priuatum, vt tutela, vel cura, nec à sententia lata virtute iuramenti, nec à calculatoribus, siue Iudice iuxta illorum calculum proferente, quod tamen habet difficultates, & contradictores, nec vbi periculum est in mora, nec vbi appellatio est friuola, nec ab eo quod quis fieri procurauit, nec in causis minimis de iure ciuili, & quæ tales dicantur iuxta consuetudinem, vel statuta diuersorum Tribunalium, nec à sententia lata pro solutione funeralium, nec ab interlocutorijs regulariter de iure ciuili, nec à sententia de conficiendo inuentario, nec in criminalibus de generali consuetudine, quicquid sit de iure, nec in sententijs censurarum quoad effectum suspensiuum, sed benè quoad deuolutiuum, nec in actione ad exhibendum, nec quando quis habet sententiam pro se, & sic non est grauatus, & similibus. Verùm quia omnes prædicti casus varias recipiunt declarationes videndus est de singulis, Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 1. cum seqq. per tot. quæst.* summatim Iordan. *d. tit. 26. num. 267. & seqq. ad 446. fol. 555. &c.* Paul. Christin. *decis. 113. cum pluribus seqq. vol.* 4. Marant. & alij per eos citati in locis ordinarijs, ac infrà per discursum, latè, Card. Tusch. *litt. A. conclus. 402. & seqq.* Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 13. num. 112. & seqq.* vbi sub breuibus verbis colligit 64. casus, in quibus non est licita appellatio, & alios vsque ad 120. recenset Nicell. *de Concord. Glos. cap.* 6.

Plura qualiter verè confessus, & conuictus simul, vel etiam fictè confessus per contumaciam non possit appellare, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis, Francis. de Angelis *tract. de confess. lib. 3. quæst.* 24.

Quòd etiam non sit licitum appellare à sententijs latis per iudices excelsæ dignitatis, veluti Principes, vel eorum senatus, *l. 1. ff. a quib. appel. non lic. l. 1. C. de sent. præfect. prætor. l. si quis C. de prec. Imper. offer.* Peregrin. *decis. 97. num.* 22.

9 Appellatione prohibita, quæ alia remedia suppetant iniu-

riam

riam passis, & grauatis, nempè allegatio nullitatis, restitutio in integrum, supplicatio, & querela in syndicatu contra iudicem ad interesse, licèt de generali consuetudine hodie iudices syndicentur tantùm de dolo, & baratteria, non autem de iniquis sententijs, & alia, vide per Scacc. de appellat. quæst.19. per tot. Pac. Iordan. Lucub. vol.3.lib.14. tit.28. 29. 30. & 31. per tot. fol.605. & seqq. vbi de singulis dictis remedijs summatim tractant, vide in §. Nullitas, & §. Restitutio.

Remota appellatione intelligitur de friuola, vel saltem debet restitutio concedi, quæ non tollitur per dictam clausulam, Rot. part. 9. recent. decis. 366. num.38. &c.

Quòd appellatione prohibita, non censeatur prohibitus recursus ad Principem per supplicationem pro reuisione causæ, & plura de huiusmodi recursu, & reuisione quando sit permissa, & concedenda, Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæst.50. per tot. Ridolph. in prax. part. 3. cap. 5. num. 406. & seqq. Lancellot. de attent. appellat. pend. limit.50.num.58. Scacc. de appellat. quæst.19. remed. 3. Thes. decis. 246. Paul. Christin. decis.12. vbi an sit concedenda reuisio reuisionis, vol. 1. & decis. 30. & seqq. d. vol. 1. vbi plura de reuisionibus, Gratian. decis. 51. per tot. vbi quando censeatur etiam prohibitus recursus, & supplicatio, Ricc. Collect. 1918. 1920. 2029. 3666. vbi plura de reuisione, Peregrin. decis. 97. num.21. &c. Cabed. decis. 12. vbi an, & quando reuisio sit à Principe concedenda, vel non, Altimar. de nullit. Rub. 1. quæst.8. & Rub. 4. quæst. 21. Quesada contr. 6. num. 37. &c. Antun. Portugal. de donat. Reg. lib.2. cap.8. num. 24. & seqq. & cap. 21. per tot. Ignat. Pereyra à Sousa tract. de reuis. per tot. Velasc. consult. 51. Giurba decis. 30. & decis. 66. Amat. resol. 6. Raynos obser. 6. Mastrill. decis. 45. Cyriac. contr. 183. & alios ab istis citatos, qui & præcipuè D. Ignatius Pereyra resoluunt omnes dubitationes in materia reuisionum occurrentes.

Intra quantum tempus debeat peti reuisio, & quid allegandum, Menoch. loc. cit.

An autem, & quando statutum tollens appellationem, & nullitatem, tollat etiam restitutionem in integrum, & recursum, latè Tusch. litt. S. concl.465. per tot. & concl.602. per tot.

Et quamuis appellatio, & supplicatio pro reuisione sint similes, ac pari passu ambulent, tamen differunt in pluribus, & præcipuè in hoc quòd appellatio suspendit sententiam, & illius executionem, supplicatio verò non, cùm procedat ex gratia, & præsupponat sententiam validam, ac inappellabilem, Capyc. decis. 28. num. 11. & decis. 202. num.8. in fine, Sanfelic. decis. 381. cum Addit. vbi plura vide Tusch. litt. S. concl. 904. per tot. Giurb. decis.30. &c. Paul. Christin. decis. 177. vol. 5. & decis. 111. vol.6. Ricc. Collect. 1953. vbi quòd rescriptum reuisionis non impedit executionem, nisi expressè dicat, vel nisi soluto prius debito.

Super quo extat lex clara in Statu Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, vt dixi in mea Practica §. Supplicare num.2.

An autem possit peti reuisio non solum sententiæ definitiuæ, sed etiam interlocutoriæ cum expressione causæ, & an non seruata forma reuisioni præscripta, cesset reuisio, Paul. Christin. decis.47. & 48. vol. 1.

10 Appellatio continet tria principalia fatalia, sic dicta à fato, hoc est morte, eò quia perimant, & vita priuent (si tamen sic dici potest) ipsam appellationem, quæ illis elapsis remaneat deserta, & extincta, Bich. decis. 217. vbi quòd in omnem casum gesta post decem dies à die sententiæ non reuocantur per viam attentatorum, & alia ad rem, idem Bich. decis.440. num. 13. &c.

Primum fatale est decem dierum, nam hodie tam de iure canonico, quàm ciuili, & Authenticorum appellari debet infrà decem dies (vtiles quoad sui initium, licèt continuos quoad progressum) à die latæ sententiæ, vel termini pro seruato habiti, quando appellans fuit personaliter citatus ad sententiam, vel à die habitæ notitiæ quando non fuit personaliter citatus, etiam si agatur de sententia, quæ non transeat in iudicatum, vel de interlocutoria, nisi grauamen esset continuum, & successiuum, vel adesset aliud legitimum impedimentum, vt latè ampliando, & limitando declarat Scacc. de appellat. quæst.12. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 367. vbi qui dolosè latitauit habetur pro personaliter citato ad dictum effectum, & decis.466. num.1. &c. & part.11. decis.371. num.1. eadem Rot. part. 13. recent. decis. 50. & summatim colligit Pac. Iordan. Lucubr. vol.3. lib.14. tit.26. num. 562. & seqq. ad 657. fol. 575. Tusch. litt. A. concl.354. & 355. per tot. Ridolphin. in Prax. part.1. cap.13. num.118. & seqq. ad 132. vbi plura de stylo Curiæ Romanæ. Plura de appellatione interponenda infrà decem dies à die termini pro seruato habiti, & quare, & quousque protrahatur dictus terminus, idem Ridolphin. d. cap.13. num.336. & seqq. vide in §. Sententia num.9.

Sufficit tamen intimatio facta procuratori, vel quòd eo præsente lata fuerit sententia, vt currat tempus decem dierum ad appellandum, Merlin. decis.42. num.6. &c. Coccin. decis. 356. num. 1. &c. vbi quando dictus terminus currat à die latæ sententiæ, vel notitiæ, & qualis benè Rot. part. 13. recent. decis. 139. num. 1. &c. & decis. 144. num. 1.

Quòd appellatio debeat interponi intra decem dies continuos, & postea interposita non valeat, ita vt nec etiam ex tacito, vel expresso ambarum partium consensu possit tempus huiusmodi prorogari, nec appellatio recipi, & recepta etiam mutuo consensu nihil operetur, pulchè Altograd. cons.23. num.42. &c. lib.1. Tusch. d. concl. 354. Christin. decis. Belgic.14. num. 3. & seqq. vol. 1. & decis. 17. per tot. Rot. part.11. recent. decis.176. num.1. &c. vide Thomat. decis.26. per tot. vbi quòd currit de momento ad momentum, & ideò dies intimationis sententiæ computatur in dicto termino, quicquid aliter seruet Rota Romana vigore Bullæ Innocentij VIII. cum illa sit localis, Fontanel. decis. 408. & 409. vbi plura hincindè.

Quòd tempus sit continuum dixi in §. Tempus num. 20. & §. Terminus num.5. dies tamen sententiæ non computatur in termino prædicto, Rot. part. 10. recent. decis. 90. num.1. &c.

Potest tamen appellatio interponi, & admitti etiam diebus feriatis in honorem Dei, Gratian. decis. 5. per tot. Tusch. litt. A. concl. 356.

Et etiam de nocte sequente in vltima die termini, Ludouic. Gomes decis.22. lib. 2.

An intra debitum tempus interposita præsumatur, Menoch. lib. 2. præsumpt. 95. per tot. Gratian. decis.23. Paul. Christin. loc. cit. num. 2. vbi quòd debet probari ab appellante, Mascard. de probat. conclus. 120. Rot. part. 13. recent. decis.450. num. 3. vbi quòd præsumitur interposita intra decem dies à die habitæ notitiæ, nisi contrarium probetur.

An autem si quis principaliter dixerit de nullitate, succumbens possit appellare ab eadem sententia, de cuius nullitate dixit, ita vt interim non cucurrerit tempus appellandi, videtur affirmare Paul. Christin. decis. 16. per tot. vol. 1. per text. in l. contra C. de inoff. test. Cuman. cons.36.

Secundum fatale appellationis est triginta dierum, qui 11
currunt de momento ad momentum à die appellationis interpositæ, intra quos debet appellans petere, & redire pro apostolis sibi dandis à iudice à quo, vt se cum illis præsentare valeat coram Iudice ad quem, aliàs censetur renunciasse appellationi, sic dicti quasi missi ab vno iudice ad alium, & quamuis multa differant Doctores in hac materia apostolorum, de illorum speciebus, forma, & effectibus, hodiè vt plurimum pro maiori parte cessant, cum seruetur in practica illos petere in ipsa appellatione, & loco illorum dare appellanti copiam sententiæ, vel decreti, & ipsius appellationis, vel quandoque etiam recto tramite adire iudicem ad quem, ac ab illo inhibitionem impetrare præsentandam Iudici à quo vice apostolorum ab eo prius de iure impetrandorum, de quibus videndus est latè Scacc. de appellat. quæst. 13. per tot. & summatim Pac. Iordan. d. tit. 26. num. 657. & seqq. ad 739. fol. 582. Card. Tusch. litt. A. conclus. 427. & seqq. Ridolphin. d. cap. 13. num. 132. & seqq. ad 207. Merlin. decis. 75. vbi quòd appellans tenentur redire pro apostolis, aliàs sententia transit in iudicatum, Rot. part.12. recent. decis. 178. nu. 1. & sequentibus.

Quòd appellans debeat intra terminum triginta dierum assignatorum redire pro apostolis, & causam appellationis committi curare, aliàs appellatio dicatur manifestè deserta, c. ab eo vbi glos. de appellat. in 6. Clem. quamuis §. similiter eodem tit. Sperel. decis.85. num.19. Rot. in Tiburtina hereditatis 22. Iunij 1637. coram Carillo in Nouiss. part. 7. decis. 232. num. 1. & seqq. & penes Zacch. Quæst. Medic.

Le-

Legal. tom. 2. *decis.* 77. vbi quòd aliàs dicitur constare de re iudicata omninò exequenda, vide Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 345. *& in* §. *Sentent. a*, Merlin. *decis.* 275. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 275. *&* 399. vbi quid sit faciendum maximè in Curia Romana ne appellatio remaneat deserta.

An autem, & quando iudex dando apostolos reuerentiales, vel testimoniales dicatur detulisse appellationi, vel non, vide Scacc. *de appellat. quæst.* 13. *num.* 10. 18. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 376. *num.* 19. *& seqq. decis.* 483. *num.* 1. *& seqq. & part.* 10. *decis.* 324. *num.* 8. *& seqq. part.* 12. *decis.* 178. *n.* 1. *& seqq.*

12 Tertium fatale appellationis continet tempus anni à die interpositæ appellationis, vel ex causa biennij, & quandoque triennij non tamen ipso iure, sed per viam restitutionis in integrum ad prosequendam, & finiendam appellationem per sententiam inclusiuè, aliàs appellans cadit à commodo appellationis, quæ remanet deserta, & extincta, vt latissimè ad praxim explicat Scacc. *de appellat. quæst.* 14. 15. *&* 16. *per tot.* qui etiam aliter distinguit dicta fatalia in septem partes, vel secundùm alios in quatuor, sed omnes continentur sub dictis tribus principalibus enumeratis, & summatim colligit Pac. Iordan. *d. tit.* 26. *num.* 739. *& seqq. ad* 765. *fol.* 587. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 15. *per tot. vol.* 1. *& decis.* 114. *cum pluribus seqq. vol.* 4. *& decis.* 210. *vol.* 5. vbi quòd vsus fori non ita strictè seruat dicta fatalia, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 142. *num.* 1. *&c.* vbi tamen quòd sententiæ iniustitia excludit rem iudicatam, vel saltem præbet causam restitutionis in integrum, etiam si ex nouiter deductis resultet dicta iniustitia, Rot. *in dicta Tiburtina hereditatis* 22. *Iunij* 1637. *coram Carillo*, vbi etiam quòd casu quo daretur restitutio aduersus huiusmodi lapsum fatalium debet peti intra quadriennium à tempore quo fuerunt lapsa, Menoch. *de Arbitr. cas.* 446. *per tot.* Card. Tusch. *litt. A. concl.* 378. *& seqq.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 544. *& seqq.* vbi quòd in Curia, hoc fatale durat indistinctè per biennium ob multiplicitatem negotiorum, quæ facit iustam causam, & impedimentum præsumi, & alia plura de hac materia quando currat, vel non, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 8. *num.* 2. *&c.* vbi quòd non currit stante paupertate, vel saltem succurritur appellanti per restitutionem in integrum, absque alia speciali interlocutione, *& eadem part.* 10. *decis.* 82. *num.* 1. *& seqq.* vbi plura de restitutione in integrum aduersus omissam appellationem, latè Odd. *de restit. in integr. quæst.* 69. *per tot.*

De Praxi Curiæ Romanæ concedendi biennium, si in primo anno aliquid factum fuit, & quòd in biennio obtento sit procuranda terminatio causæ, & alia ad rem, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 376.

Quod per lapsum anni, quo nil gestum fuit, remaneat deserta appellatio, nec detur restitutio stante validitate, & iustitia sententiæ, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 219. *per tot. & decis.* 222. vbi de biennio, & 459.

Quibus autem casibus appellatio non possit dici deserta, vide Thesaut. *decis.* 10. *per tot.* vbi decem casus recenset, latiùs Scacc. *de appellat. quæst.* 12. *num.* 144. *& seqq.* Pac. Iordan. *d. tit.* 26. *num.* 625. *& seqq. ad* 679. *fol.* 579. *&c.* Et facta mentione de mensibus de quot diebus intelligantur, Menoch. *de Arbitr. cas.* 50. *num.* 8. *&c.*

13 Appellatio quando dicatur deserta ob non productionem actorum; & alijs ex causis differit Gratian. *discept. forens. cap.* 121. *per tot. & cap.* 155. *num.* 39.

Non esse desertam in dubio præsumi, & iudicandum, quia sic magis vtrique parti consulitur, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 96.

Et quamuis desertio inducatur ipso iure per lapsum fatalium, tamen debet super illa pronunciare ad cognoscendum an sint lapsa, cùm potuerit adesse aliquod impedimentum legitimum, vel si sint vtilia, & non continua, quo casu est facienda dinumeratio dierum, & defalcatio non computandorum, nec attenditur naturalis cursus dierum, & potest super dicta disertione pronunciari etiam quòd tantum fuerit petita executio sententiæ, & ad quem Iudicem pertineat huiusmodi declaratio, an illi à quo, vel ad quem, & alia, vide per Gratian. *discept.* 40. *per tot. inf. sub num.* 49. Mastril. *decis.* 166. Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 3. *Rub.* 9. *per tot.* vbi plura de appellationis desertione, quæ est declaranda à Iudice ad quem, quando causa fuit coram eo introducta, vel commissa, aliàs autem declaratur per Iudicem à quo, &c. in dubio pro non desertione, & ab ista declaratione datur appellatio, &c.

Quando appellatio censeatur deserta, vel non, Paul. Christin. *decis.* 33. *per tot. vol.* 1. *& ibidem decis.* 36. *& seqq.* Merlin. *decis.* 56. vbi quòd lapsus vnius diei non attenditur, nec quando procedit ex culpa appellati, & alia pro euitanda desertione, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 82. *num.* 1. *& seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 117. *per tot.* Marescot. *var. resol. cap.* 74. *lib.* 2. Ciarlin. *controu.* 133. *per tot. & controu.* 134. *per tot.* vbi an saltem detur restitutio in integrum ex clausula generali, de qua restitutione, latè etiam Giurb. *decis.* 18. *&* 19. *per tot.*

Quòd vt dicatur deserta, sit necessaria sententia declaratoria desertionis, vel malum ius appellantis clarè ex actis constare, aliàs instantia reputetur perpetua, & semper committantur attentata, etiam post 30. vel 60. annos, & vltra, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 181. *num.* 6. *& seqq.*

Qualiter autem appellatione deserta, possit de æquitate concedi reuisio causæ ex eisdem actis, absque tamen datione nouorum terminorum ad probandam, nisi in causa liquidationis, in qua tamquam noua causa datur terminus ad liquidandum quod oportet, Afflict. *decis.* 29. *& alibi*, Sanfelic. *decis.* 91. 92. *&* 93. *per tot.*

Appellatio plures producit effectus, & præcipuè operatur 14
quòd illa pendente nihil sit innouandum, suspendit iurisdictionem iudicis à quo respectu caosæ, à qua fuit appellatum, exceptis tamen ijs, quæ tendunt ad faciliorem ipsius causæ exitum, dummodò talia sint, quæ possint expediri absque cognitione articuli appellationis, quod per Doctores infrascriptos exemplificatur in multis notabilibus, quæ iudex à quo non obstante appellatione, & inhibitione potest præstare, & in illis se ingerere; deuoluit causam, & iurisdictionem ad iudicem ad quem, suspendit iudicatum, reponit appellantem in statu, in quo reperiebatur tempore litis contestatæ, facit appellantem absque causa condemnari in expensis, operatur vt appellans dicatur approbare acta, interposita simpliciter censetur à tota sententia, nisi dictum fuerit in parte, & partibus, vel quatenus contra, vt fieri solet in termino proseruato, ac alios etiam parit effectus, de quibus Scacc. *de appellat. quæst.* 3. & alibi, prout illum refert, & sequitur alios addendo Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 806. *& seqq. ad* 845. *fol.* 594. vide infrà per discursum.

Quando deuoluat negotium principale ad superiorem, Tusch. *litt. A. concl.* 371.

Quòd appellatio à signatura simpliciter admissa causet attentata, etiam si aliàs non fuisset admittenda, & huiusmodi commissio retrotrahatur ad diem sententiæ, Addit. Buratt. *decis.* 902. *num.* 6. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 305. *n.* 19. *& part.* 10. *decis.* 134. *num.* 5. *vide in* §. *Attentata num.* 10. Rot. *d. part.* 10. *decis.* 208. *per tot.* vbi declarat contraria quando procedant, vel non, *& decis.* 226. *per tot. & decis.* 235. *per tot.*

Appellatio non solum suspendit iudicatum, siue pro- 15
nunciatum in futurum, sed etiam in totum quoad præterita extinguit, *l.* 1. *in fine ff. ad Turpil.* Magon. *decis. Flor.* 132. *num.* 11. Menoch. *de arbitr. quæst.* 70. *num.* 59. Franch. *decis.* 602. *num.* 2. *vbi tamen per tot.* limitat nisi agatur de causa spirituali, vel de ligamine animæ, cùm tunc sententia secum trahat executionem, & appellatio non suspendat, nec extinguat iudicatum, & dixi in §. *Absolutio num.* ...

Præsumptionem iustitiæ ex sententia resultantem per appellationem eludi, Osasch. *decis.* 13. *num.* 4. cum alijs per Magon. *decis. Flor.* 333. *num.* 11. *vbi tamen num.* 12. dicit negari non posse quin aliquæ saltem reliquiæ in fieri remaneant, & aliqua præsumptio iustitiæ non obstante appellatione, vide Sperel. *decis.* 132. *num.* 4. *&c.* Scacc. *de appellat. quæst.* 3. *num.* 82. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 821. *&c.* Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 67. *num.* 36. *& seqq.* Tusch. *litt. A. concl.* 377. *per tot.* Thomat. *decis.* 129. *num.* 30. *& decis.* 279. *num.* 3. *& seqq.*

Appellatione pendente nihil innouari potest per iudi- 16
cem à quo, cùm eius iurisdictio remaneat suspensa, *l. appellatione C. de appellat. l.* 1. *ff. nihil nouar. appell. pend. c. non solum de appellat. in* 6. Soccin. *reg.* 42. *verb. Appellatio*, Duen. *reg.* 42. *eod. verb.* vbi ponit 23. limitationes, & latiùs videndus Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 11. *&* 12. *per tot.* summatim Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 14. *num.* 164. *& seqq. fol.* 228. vbi declarant esse verum non solum

ſum pendente appellatione, ſed etiam pendente termino ad appellandum ſub eadem pœna attentatorum, & dixi in §. *Attentata*, §. *Iudex num.*42. Tuſch. *litt. A. concl.* 375. *& ſeqq.*

Quòd tamen appellatio à ſententia lata in petitorio non ſuſpendat executionem decreti de manutenendo in ſummariſſimo poſſeſſorio obtenti, & quando ſecus, Lancellot. *de cap.*12. *limit.*2. *num.*18. & 19. Gratian. *deciſ.*132.*n.*12. Poſt. *de manutent. obſer.*6. *num.*31. *& ſeqq.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*176. *per tot.*

17 Appellans abſtinere debet ab omni nouitate, alioquin dicitur appellationi renunciaſſe, ſi probetur ab appellato de huiuſmodi nouitate, Menoch. *de arbitr. caſ.*16. *per tot.* Rot. *part.*14. *recent. deciſ.* 418. *num.*9. *&c.* vbi an, & quando dicatur appellationi renunciatum per reditum ad iudicem à quo, Bich *deciſ.* 324. Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 384. *num.* 1. vbi quòd per comparitionem poſteà factam coram iudice à quo, dicitur appellationi renunciatum, & tantò magis aliquid ab eo petendo, vel terminum ſuſcipiendo, latè Aluarez. *Regia reſol. for. cap.*14. *per tot.*

Poteſt enim appellationi renunciare, & reuerti ad iudicem à quo, Gabriel. *comm. concl. tit. de appell. concl.*2. *per tot.* Duen. *reg.*49. Tuſch. *litt. A. concl.*389.

Quòd per notificationem ſententiæ non videatur appellationi renunciatum, Peregrin. *deciſ.*153.

Et an, & quando poſſit appellans renunciare appellationi, vel non in præiudicium appellati, & eo inuito, vide Ger. Spin. *conſ.*67. *&* 68. *per tot.* Gratian. *deciſ.* 23. *per tot.* Tuſch. *litt. A. concl.* 386. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 22. *&* 23. *per tot. vol.* 1. *& deciſ.* 145. *d. vol.* 1. vbi tamen quòd facta renunciatione appellationis, poteſt proponi exceptio nullitatis ſecundùm opinionem, quam ſequitur, licèt referat alios contra tenentes.

18 An autem, & quomodo appellatione tentata poſſit appellans redire ad iudicem à quo, quid in interlocutoria, & recuſione, Maſtril. *deciſ.*19. *per tot.*

Appellatio poteſt interponi etiam à tertio non condemnato propter ſuum intereſſe quod prætendit in cauſa, Magon. *deciſ. Flor.* 100. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 18. *num.* 50. *&c.* vbi intelligit dummodò iſte tertius ſummariè doceat de ſuo intereſſe, aliàs non impedit executionem ſententiæ, de quo vide Scacc. *de appellat. quæſt.* 5. *num.* 71. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.*26. *num.*132. *& ſeqq. fol.* 546. Gratian. *deciſ.* 149. vbi de venditore an appellet à ſententia lata contra emptorem, Paul. Chriſtin. *deciſ.*98. *vol.*6. Ricc. *Collect.* 1354. vbi pluribus modis limitat.

Appellans tamen ex proprio iure à ſententia contra alium lata, cenſetur omnia acta approbare, & non poteſt dicere de nullitate ex defectu citationis, nec alias nullitates apponere, Caualer. *deciſ.*4. *num.* 2. latè Scacc. *de appellat. quæſt.*17. *limit.*19. *per tot.* Pac. Iordan. *d. tit.*26. *num.*345. *&c. fol.*561. vbi quòd ſententia cenſetur per appellantem approbata tanquam lata, ſed non tanquam benè lata, idem Iordan. *loc. cit. num.*842. *fol.* 596. *vide in* §. *Citatio num.* 41. *&* §. *Tertius num.*4. Peregrin. *deciſ.*97. *num.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 251. *num.* 6. *&c.* vbi quòd ideò aliquid innouando dicitur attentare, *& deciſ.* 288. *num.* 1. *& ſeqq. d. part.*9. *recent. & deciſ.*346. *num.* 1. *& ſeqq. ead. part.* 9. vbi benè declarat quando faciat acta ſua, vel poſſit venire vt in prima ex proprio iure, iuxta Addit. ad Gregor. *deciſ.* 259. *&* 303. *num.* 3. *&c.*

Melius eſt itaque tertio nouam cauſam de ſuo intereſſe inſtituere, quam appellare, ad tradita per Addent. ad Gregor. *deciſ.* 259. cum alijs per Rot. *in Senegallien. Bonorum* 30. *Maij* 1644. *coram Cerro*, *&* 15. *Maij* 1645. in eadem cauſa coram eodem penes Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.*2. *deciſ.* 85. *&* 86. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 288. *num.* 2.

Qualiter Dominus poſſit ratione ſui intereſſe agere, & appellare pro ſuis hominibus, & ſubditis, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 102. *volum.*6.

19 Appellatio interpoſita à debitore principalis prodeſt etiam illius fideiuſſoribus, vt interim contra eos non poſſit ſententia executionis mandari, Maur. *de fideiuſ. part.* 2. *ſect.* 9. *cap.* 16. Magon. *deciſ. Luc.* 92. *per totum*, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 120. *in fin. volum.* 4. Fontanell. *deciſ.*412. *&c.*

Et generaliter quando appellatio vnius proſit alijs conſortibus litis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 115. *per tot. & deciſ.* 142. *per tot.* Franch. *deciſ.* 658. Scacc. *de appellat. quæſt.* 5. *num.*58. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. A. concl.* 363. *per tot.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 120. *vol.*4. *& deciſ.* 98. *per tot. vol.* 6. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*356. *num.*3. *& ſeqq. & part.*12. *deciſ.*390. *per tot.*

Quando autem appellatio vnius partis proſit alteri parti aduerſæ, Magon. *deciſ. Flor.* 55. *num.* 4. *& ſeqq.* Marcian. *diſput. forenſ. cap.* 16. *per totum*, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.*290.

Quòd de ſui natura efficiatur communis cum appellato non appellante, & remaneat communis, etiam quod appellatus adhæſiſſet appellationi, & poſtea eam deſeruiſſet maximè in connexis, Magon. *deciſ. Luc.* 26. *num.* 34. *&c. & deciſ.* 30. *num.*33. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*1. *per tot. & deciſ.*83. vbi quando victor debeat appellare ab omiſſa condemnatione expenſarum etiam ſi victus appellauerit à negotio principali, *infra num.*36.

Quòd poſſit ſententia reformari ad fauorem appellati abſque eius appellatione, vel adhæſione ratione prædictæ communionis, Surd. *deciſ.*143. *per text. in l. ampliorem C. de appellat.* vide Chriſtin. *deciſ.*24. *vol.*1. vbi refert contrarias opiniones.

Qui autem vult adhærere appellationi alterius debet id facere intra decem dies, aliàs adhæſio non iuuat, Magon. *deciſ. Luc.* 9. *num.*29. *& deciſ. Flor.* 11. *num.* 9. *& deciſ.* 55. *num.*20. *& ſeqq.* Menoch. *de Arbitr. caſ.* 18. *num.* 44. Paul. Chriſt. *deciſ.*22. *&* 23. *per tot. vol.* 1. vbi qualiter appellans poſſit ſuæ appellationi renunciare etiam inuito appellato ante adhæſionem, ſecus autem poſtea, vide Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.*356. *per tot.*

Et quod confirmatio, & ratificatio appellationis debeat fieri intra decem dies ad appellandum conſtitutos, aliàs nihil operetur, Altograd. *conſ.*23. *num.* 43. *lib.* 1.

Poteſt tamen victor pendente appellatione, vel termino ad appellandum petere confirmationem ſententiæ, non expectantis iuris terminis competentibus appellanti, Franch. *deciſ.*661. *per tot.*

Quòd appellatio cum clauſula *in parte*, & *partibus*, non ſit communis, quare, & quando ſecus, Surd. *deciſ.* 143. Ricc. *Collect.*3602.

In appellatione an appellans, & appellatus tenentur 20
pro fundamento ſuæ intentionis tranſportare acta iudici ad quem, vide pro, & contra, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*121. *per tot. & cap.*958. *num.*5. *& ſeqq.* Guid. Pap. *deciſ.* 20. *&* 30. *per tot. & deciſ.*436. *num.*8. *&c.* Vani *de nullit. tit. à quo, & quib. mod. poſſ. & deb. nullit. prob. num.* 21. *fol.* 65. Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*20. *de reform.* Capell. Tholoſ. *quæſt.*343. Giurb. *deciſ.* 29. Caualer. *deciſ.* 43. *deciſ.* 67. *& deciſ.*119. Tuſch. *litt. A. concl.* 421. Gabriel. *comm. concl. tit. de appellat. concl.*5. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.*115. Paul. Chriſtin. *deciſ.*185. *per tot. volum.* 1. Merlin. *deciſ.* 74. *num.*1. *&c. & deciſ.*127. vbi quòd acta diuerſi iudicij non ſunt tranſportanda etiam ſi fuerit exhibita, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 272. *num.* 26. Surd. *deciſ.* 327. *per tot.* vbi videtur concludere, quòd appellanti ſufficiat exhibere ſententiam, à qua dicit ſe eſſe grauatum, appellatum autem teneri eam iuſtificare per productionem actorum, niſi fuerit præuentus ab appellante, quia productio facta ab eo releuat, & prodeſt etiam appellato, vide Ricc. *Collect. deciſ.* 1356. 1964. 3142. 3234. 3323. *&* 4024. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 14. *num.*1. *&c.* Leoncil. *deciſ. Ferr.* 35. *num.* 5. *&c.* Borgn. *deciſ.* 11. *num.* 13. vbi quòd appellans tenetur producere totum proceſſum, latè Thomat. *deciſ.* 9. *& deciſ.*116. *per tot.* Guaz. *def.*36. *cap.*22. *&* 23. Scacc. *de appellat. quæſt.*20. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*27. *num.*63. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd appellans regulariter tenetur tranſportare omnia acta, niſi appellatus ipſe inſtaret pro confirmatione ſententiæ, nam tunc ad illum ſpectaret, & in his terminis procedit allegata deciſio Surdi, & ſequacium, diſtinguendo etiam alios caſus vt ibi per eos, & alios ſupracitatos. An autem, & quomodo poſſit poſtea appellans repetere ab appellato expenſas pro rata ſi vti voluerit actis tranſportatis, ſalua tamen in hoc cuiuslibet loci conſuetudine, vide Scacc. & Iordan. *in loc. cit.* Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 35. *num.*49. *& ſeqq.*

Et cui incumbat probatio in materia appellationis, Gabriel. *comm. concluſ. tit. de appellat.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*25. *volum.* 1. *per tot. cum deciſ. ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 114. *& ſeqq.*

Quòd huiuſmodi tranſportatio debeat eſſe integra, &

talis

talis præsumatur, Caualer. decis.235. & decis. 572. num. 7. Merlin. decis.780. dixi in §. Acta num.9. Ridolphin. in prax. part.1. cap.13. num.381. & seqq. vbi quòd dispositio Concilij, cuius vigore est facienda integra actorum transportatio procedit tantùm in caosis Ecclesiasticis, non autem in prophanis, Rot. part.9. recent. decis. 272. num. 25. & part. 10. decis.261.

An transportatio actorum sit facienda per appellantem, si acta sint irreleuantia, Merlin. decis.439. & decis.453. Rot. part. 12. decis. 311. num.15. part. 13. decis. 191. num.17. &c.

Non procedit dicta transportatio vbi causa fuit simpliciter commissa sine mentione appellationis, vel præcedentis sententiæ, siue decreti, Buratt. decis.313. Merlin. decis. 791. num.4. Rot. part. 10. recent. decis.24. nu. 5. & seqq. vbi quòd nec est necessaria in diuerso iudicio, & latè de omnibus prædictis eadem Rot. part. 10. decis. 35. per tot. vbi quòd procedit etiam in prophanis saltem iure communi attento part. 11. decis. 157. & 159.

21 Appellans ad vnum, vel ad alium Iudicem debet infra decem dies declarare, quem ex illis eligat si ambo sint competentes, Soccin. inter reg. diuers. reg.29. fol. mihi 14. vide Alex. cons.304. cons.207. & cons.123. Gratian. decis.199. per tot. vbi num.8. &c. firmat valere, & passim admitti huiusmodi appellationes etiam non facta dicta declaratione intra decem dies.

Plurà de appellatione alternatiua, vel copulatiua ad plures iudices quòd sit valida etiam si non sequatur dicta declaratio intra decem dies, electio spectet ad appellantem, & sufficiat quòd sequatur infra tempus ad prosequendam appellationem concessum, hoc est vnius anni, vel ex causa biennij; quid si ab vtraque parte appelletur ad iudices diuersos quis præualere debeat, & alia ad hoc propositum, vide latè per Scacc. de appellat. quæst. 9. & 10. per tot. & summatim de more Pac. Iordan. Lucub. vol.3. lib.14. tit.26. num.538. & seqq. fol.573.

22 Appellatio debet interponi coram Iudice à quo, vbi illius copia haberi potest, & non timetur de metu; in subsidium autem potest appellari etiam coram Iudice ad quem, omisso illo à quo in dictis casibus. Imò de stylo posse indifferenter appellari solum coram Iudice ad quem, & debere admitti, illam intimando iudici à quo ad effectum impediendi processum ad vlteriora coram eo, & attentatorum, Gratian. decis.128. per tot. vide latè Scacc. de appellat. quæst. 6. per tot. Addit. ad Sanfelic. decis. 395. Pac. Iordan. d. tit. 26. num. 446. &c. fol. 567. Lap. alleg. 39. Tusch. litt. A. conclus. 350. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. num. 132. & sequentibus, vbi etiam an sufficiat dimittere cedulam appellationis in manibus Notarij, & concludit quòd sic quando copia iudicis haberi non potest.

Quòd quando appellatio non fuit admissa per Iudicem à quo, possit recurri ad iudicem ad quem, & ab illo dependat admittere, vel non admittere cum causæ cognitione, Capyc. decis. 34. num. 11. Lap. & Tusch. loc. cit.

23 Appellatio interponi potest coram honestis personis, quando iudex à quo est absens, vel timetur de metu, cuius causæ sunt exprimendæ, nec etiam copia iudicis ad quem haberi potest, cùm hoc remedium sit subsidiarium, & dicatur potius quædam protestatio, quæ etiam notificari debet iudici à quo, ne procedat ad executionem sententiæ; ille tamen honestæ personæ ad hunc effectum electæ, non possunt inhibere, nec in alio se ingerere deferendo, vel non deferendo appellationi, sed simpliciter mandare fieri fidem de appellatione dando solum apostolos testimoniales, Gratian. discept. forens. cap. 10. per tot. & cap. 795. num.11. &c. Scacc. de appellat. quæst. 6. num. 8. & seqq. Pac. Iordan. Lucub. vol.3. lib.14. tit.26. num.452. & seqq. fol.567. Lap. alleg. 39. Tusch. litt. A. concl.351. & conclus. 373. Ridolphin. loc. cit. Ricc. Collect.1355. Rot. part. 9. recent. decis.295. num.16. &c. vbi quòd potest etiam interponi coram Notario, & testibus, sed debet intimari iudici, & parti, vel saltem alteri ex eis ad effectum impediendi processum ad vlteriora, & causandi attentata, & part. 10. decis. 134. num. 3. &c. decis. 356. num.2. &c.

De appellatione coram honestis personis plura Cabal. cons. decis.167. lib.1.

24 Appellatio à sententia, vel laudo arbitri, siue arbitratoris regulariter non est permissa, exceptis quibusdam casibus, Soccin. inter reg. diuers. reg.31. vbi 13. modis limitat, vide Scacc. de appellat. quæst.17. limit. 13. & 14. per totum, Card. Tusch. litt. A. concl.413. Pac. Iordan. d. tit.26. n.325. & seqq. fol.559. vbi firmant secus esse quoad reductionem ad arbitrium boni viri, quæ semper est permissa, & de consuetudine, secundùm quam appellatur etiam ab huiusmodi sententijs, Conciol. & Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 3. Rub.3. per tot.

An autem appellans à sententia arbitri, vel arbitratoris sit audiendus antè solutionem pœnæ, vide Carol. Tap. decis.32. per tot.

Quòd possit peti reductio ad arbitrium boni viri, idest Iudicis, Pract. Papp. libel. quo agitur ad pæn. ex comprom. glos. tanquam in arbitros, & glos. seq. Marant. part.6. de appellat. num.260. & num.122.

Quis autem Iudex sit adeundus, dixi in §. Iudex num. 37.

An detur appellatio à sententia confirmante, vel infirmante laudum, Tusch. litt. A. concl.414. per tot. Fachin. contr. lib.8. cap.96. Benintend. decis. Bonon.15. per tot. Christin. decis. Belg.257. num.10. vol.1. vbi affirmatiuè concludunt, & decis.142. num.7. vol.2. vbi contra de consuetudine Franciæ, & Belgiæ, nisi soluta pœna.

Appellatio quando sit permissa, vel non à sententia declaratoria caducitatis, & qualiter denegetur contumaci, & 25 non parenti iudicis præcepto de edendo, ac generaliter illis, quibus denegatur audientia, & quid si postea fuerit restituta audientia, an possit ratificari, & alia plura, vide Altograd. cons.23. lib.1.

Appellatione concessa in rescripto à sententia iudicis delegati, intelligitur de sententia definitiua in meritis lata, 26 non autem de pronuncia super desertione instantiæ, quia in materia stricta, prout sunt rescripta delegatoria, sub nomine sententiæ venit solum definitiua, non autem interlocutoria etiam habens vim definitiuæ, Altograd. consil. 2. num.2. & seqq. lib.1.

Appellatio dicitur de apenditijs illius instantiæ, cuius est 27 sententia, à qua interponitur, & ideò subiacet statutis illius fori, in quo lata est sententia, & quando est permissa à statuto intelligitur tam deuolutiuè, quàm suspensiuè, Rot. part.2. diuers. decis.330. per tot. & part. 10. recent. decis.324. num.2. & seqq. vbi quòd ideò statutum de duabus conformibus existens in loco primæ instantiæ debet attendi etiam in Curia, vbi causa per viam appellationis discutitur, & part. 14. decis.9. num.7. & 8.

Intellige dictam primariam conclusionem quoad processum, & acta iudicis à quo, nam respectu actorum coram iudice ad quem, debet proprium statutum attendere, & non iudicis à quo, & sic in ordinatorijs attenditur statutum loci litis peractæ, vel peragendæ, in decisorijs autem statutum loci contractus, vel rei conuenti ab vtroque Iudice, vt latè ad plura inferendo declarat Scacc. de appellat. quæst. 18. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. num. 654. &c. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 26. num. 845. & seqq. fol.597. vbi etiam, quòd statuta de appellationibus censentur ordinatoria iudicij, & non decisoria, vide §. Statutum generale num. 20.

An appellationis causa sit eadem cum principali, & ad quos effectus, Tusch. litt. A. concl.395. per tot.

Appellans qui conuiciatur iudici, asserendo illum iniquè, 28 odio, & pretio iudicasse, vel similia iniuriosa potest extraordinariè puniri, Castr. in l. illud ff. de appellat. Menoch. de Arbitr. cas.263. num.8.

Appellatio, illius delatio, & termini præfixio est inti- 29 manda appellato ignoranti, vel absenti, Clement. 1. tit. de appellat. fol. mihi 47. vide Scacc. de appellat. quæst. 6. num. 32. &c. vbi quòd talis intimatio est facienda intra decem dies ad appellandum, Pac. Iordan. d. tit. 26. num. 605. fol.578.

Appellatio potest interponi coram maiori parte Iudicum, 30 si plures sint, & omnes simul haberi non possint, Pract. Papp. form. appellat. glos.1. num. 11. Scacc. de appellat. q. 6. num.2. &c. & seqq. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 26. num.447. &c. fol.567.

Appellatio quando fuit admissa cum clausula si, & in 31 quantum, non auocat iurisdictionem a iudice quando de iure non erat admittenda, Natt. cons. 566. num. 5. Gratian. discept. forens. cap.155. num.34. & cap. 795. num. 23. Ridolphin. in prax. part.1. cap.13. num.247. & seqq. secus tamen est in interlocutoria, à qua postquam fuit appellatum, non potest reuocari, nisi appellatio fuisset admissa negatiuè scilicet,

licet, non admiſit niſi ſi, & in quantum, idem Gratian. d. cap.155. num.34. Benintend. deciſ. 1. num.1.

Multa de effectu appellationis admiſſæ affirmatiuè, vel negatiuè, idem Gratian. cap.232. num.14. & 15. & cap.960. num.9. &c. Thomat. deciſ.37. & deciſ. 58.

Et cum clauſula, prout iuris in d. cap.795. num. 22. &c.

Vel cum clauſula, ſine præiudicio, &c. Rot. part. 9. recent. deciſ.60. num.14. &c.

Qualiter dictæ clauſulæ, & ſimiles excuſent iudicem à pœnis, quibus aliàs de iure ſupponitur ſi non deferat iuſtæ appellationi, vel deferat iniuſtæ, quod ad illum ſpectet diſcernere; quamuis de conſuetudine non ſoleant iudices ex hoc capite moleſtari, vide Pac. Iordan. Lucub. vol.3. lib. 14. tit.26. num.721. & ſeqq. ad 736. fol.586. & num.766. & ſeqq. fol. 590.

Quando per iudicem ſit appellationi deferendum, vel non, & quid operetur delatio, Card. Tuſch. litt. A. concl. 369. & ſeqq.

32 Appellatio interpoſita ante prolationem ſententiæ, non valet tanquam à ſententia ferenda, cùm appellans debeat exhibere ſententiam, vel illius tenorem inſerere in appellatione, Gratian. diſcept. forenſ. cap.17. nu.1. & cap. 524. num.60. Buratt. deciſ.635. num.2. Rot. part. 9. recent. deciſ. 414. num.14.

Quòd non grauatus non appellet, & ideò appellatio regulariter non ſit permiſſa à futuro grauamine, ſed expectandum ſit, niſi eſſet irreparabile, vel traheret originem à grauamine iam illato, vel per Iudicem comminato, ſicuti ad plura inferendo, probat Scacc. de appellat. quæſt. 5. num. 101. & ſeqq. Pac. Iordan. d. tit.26. num.159. & ſeqq. fol.547. Tuſch. litt. A. concl.361. per tot.

Poſſe tamen à iudice inhibitionem impetrari, etiam ante factum, ſi quis timeat ex facto alterius poſſe grauari, l. 3. vbi Bald. & alij C. qui bon. ced. poſſ. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 15. num.11. Rot. part. 10. recent. deciſ. 178. in fine.

33 Appellari debet de iure ciuili gradatim ordine ſeruato, non autem omiſſo medio prouocare ad ſupremum, l. præcipimus C. de appellat. & l. Imperatores ff. eod. Rom. conſ.501. Marant. part. 6. de appellat. num. 368. &c. latè Tuſch. litt. A. concluſ. 352. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 11. num. 4. & volum.1. vbi quatuor modis limitat, & deciſ.13. num.4. &c. deciſ. 14. num.6. & ſeqq. d. volum.1. Sanfelic. deciſ.368. num.7. & 8. cum Addit. vbi quòd fallit in habentibus electionem fori, & alia ad rem, & quid in iudice delegato, vide in §. Index num.37.

De iure tamen canonico poteſt appellari ad Papam omiſſo quocumque medio, Maranta vbi ſupra, Soccin. reg. 23. & reg.39. inter reg. diuerſ. fol. mihi 18. Guaz. def.36. cap.17. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 565. num. 84. & num. 85. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 26. num. 28. & fol. 539.

Quòd quando appellatur ab Epiſcopo procedente tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegato ex commiſſione ſibi à lege, vel Canone facta in pluribus caſibus, debeat appellari ad ſummum Pontificem, & non ad Archiepiſcopum, vel Metropolitanum, licèt etiam alij contrarium teneant, vt poſſit appellari ad Metropolitanum, Ricc. in Prax. var. reſol. cap.449. per tot.

Et quod dicitur de Papa, procedit in quolibet alio Principe Superiorem non recognoſcente, qui inter ſubditos ſuos adiri poteſt omiſſo medio, l. ſi cuius §. ſi vero ff. de appel. recip. Vant. de nullit. tit. coram quo poſſ. & deb. null. prop. num. 20. fol. 23. Thom. Triuiſ. deciſ. 7. lib. 1. vbi quòd dictus ordo non ſeruatur, quia iuriſdictio ſuperioris abſorbet illam inferioris.

Plura de hac concluſione, ad quem, & quo ordine ſit appellandum, Scacc. de appellat. quæſt. 7. & 8. per tot. Iordan. d. tit.26. num. 461. & ſeqq. ad 538. fol. 568. Tuſch. d. concl.352. per tot. Conciol. & Romaguer. ad ſtat. Eugub. lib. 3. Rub.1. num.26. & ſeqq.

An autem, & quando poſſit appellari ad Papam per ſubditos Principis laici, vel non, Martha vot. Piſ.164. per tot.

Quando appellatur ad Papam ſiue gradatim, ſiue omiſſo medio per ſaltum in prophanis, vel quaſi ſpiritualibus cauſa deuoluitur ad Auditorem Cameræ, qui eſt iudex ordinarius appellationum loco ſuæ Sanctitatis; in cauſis vero matrimonialibus, & in merè ſpiritualibus, vel beneficialibus adeunda eſt ſignatura iuſtitiæ, & impetrandus iudex, qui vt plurimum ſolet eſſe Rota, vel alius in Curia, ſiue extra Curiam per Breue, vt docet Scacc. de appellat. quæſt.8. num.90. & ſeqq. Pac. Iordan. d. tit. 26. num. 527. & ſeqq. fol.572.

Quo ordine, à quibus, & ad quem appellari debeat in Curia Romana, Ridolphin. in prax. part.1. cap. 13. nu. 207. & ſeqq. ad 256.

34 Appellari debet à delegato ad delegantem, & à Vicario foraneo ad Vicarium generalem, Gratian. diſcept. forenſ. cap.655. num.58. &c.

Quòd à ſententia iudicis delegati non detur appellatio ad iudices ordinarios appellationis, ſed ad ſolum Principem delegantem, Altograd. conſil. 2. num. 33. lib. 1. Scacc. de appellat. quæſt. 8. num. 18. Pac. Iordan. d. tit. 26. num. 491. &c.

Cum tamen Tribunal Epiſcopi, & Vicarij generalis ſit vnum, & idem, non poteſt appellari à ſententia Vicarij generalis ad Epiſcopum, etiam de conſenſu partium, vel conſuetudine, niſi agatur de appellatione ab interlocutoria, vel de cauſa ſpecialiter delegata, vt benè probat Pac. Iordan. Lucub. vol.2. lib. 12. tit.1. num. 58. & ſeqq. fol. 560. & vol. 3. lib.14. tit.26. num.503. Scacc. de appellat. quæſt. 8. num. 53. & ſeqq. ad 86.

35 Appellari non licet vltra bis, & ſic à duabus conformibus non datur appellatio, toto tit. C. ne liceat tert. prouoc. Pract. Papp. for. ſent. in cauſ. appellat. gloſ. 1. num. 6. vbi Additio, latè Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 1. per tot. Paul. Chriſtin. deciſ. 122. volum. 4. Pac. Iordan. Lucub. volum. 3. lib. 14. tit.26. num.267. & ſeqq. ad 293. fol.555. vbi etiam plura quando ſententiæ dicantur conformes, vel non, & Giurb. deciſ. 66. per tot. vbi quòd idem eſt in reuiſione, Conciol. & Romaguer. ad ſtat. Eugub. lib. 3. Rub. 11. per tot.

Quòd non detur reclamatio contra duas ſententias conformes, licèt adſit alia intermedia difformis, Franc. deciſ.135. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 25. num. 350. fol.531. & tit.26. num.279. fol.556. vide in §. Nullitas n.10. §. Sententia num.32. Rot. part. 13. recent. deciſ. 137. num. 1. & ſeqq. vbi de ſtatuto Bononiæ concedente ſemel tantum appellare, vt non procedat ratione mixturæ, qua ſtante ſententia recipit appellationem infra num.51.

36 Appellari poteſt ab omiſſa condemnatione expenſarum, niſi victus appellauerit ab ipſa ſententia, Additio ad Pract. Papp. for. Act. real. gloſ. Et expenſis litt. P. in fine.

Intellige prout declarat Soccin. inter regul. Diuerſ. reg. 538. fol. 624. Felin. in cap. ſignificauerunt de except. colum. 1. cum trib. ſeqq. Diaz. reg. 785. fol.627. vide Pac. Iordan. Lucub. vol.3. lib.14. tit. 26. num.442. & ſeqq. fol.566. vbi an, & quando poſſit appellare qui habet ſententiam pro ſe, & dixi ſupra num.19.

Qualiter ab eadem ſententia poſſit vtraque pars appellare, ac etiam ad diuerſos iudices, & quis præualere debeat, vide Scacc. de appellat. quæſt.10. num. 4. &c. Pac. Iordan. d. tit.26. num.550. & ſeqq. fol.574.

Quòd appellari poſſit à condemnatione expenſarum, non autem à taxatione, ſed benè ab exceſſiua taxatione expreſſa tamen quantitate exceſſus, vel alia iuſta cauſa, Sacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 10. num. 58. & limit. 21. num.56. & ſeqq. Ridolphin. in prax. part.1. cap.13. num.620. & ſeqq.

37 Appellatio quando admittatur, vel non in criminalibus, vide latè Guazz. def. 36. per tot. & maximè cap. 4. Farinac. quæſt. 101. per tot. Scacc. de appellat. quæſt. 17. num.23. & ſeqq. & d. quæſt.17. limit.47. per tot. Pac. Iordan. Lucub. vol.3. lib.14. tit.26. num.409. & ſeqq. ad 441. fol.565. vbi ponunt regulam affirmatiuam, quam pluribus modis ampliant, & limitant Franciſ. de Angelis tract. de confeſſ. lib.3. quæſt.24. per tot. vbi plura qualiter tam in criminalibus, quàm in ciuilibus denegetur appellatio confeſſo, & conuicto ſimul.

Qualiter autem prohibita appellatione in criminalibus, detur ſaltem recurſus ad Principem pro ſubleuamine oppreſſorum tam ante ſententiam, quàm poſt ſententiam, & alia ad rem, iuxta praxim Cathaloniæ, Fontanel. deciſ.286. & 287. per tot. facit Romaguer. loc. cit. Rub. 14. & 15.

De conſuetudine tamen generali ferè totius Chriſtiani Orbis, ac vigore ſtatutorum vigentium per totam ferè Italiam, & maximè in Statu Florentino (exceptis cauſis treguæ, pacis, vel promiſſionis de non offendendo ruptæ, vel ſimilibus habentibus adnexam etiam pœnam ciuilem

parti

parti applicandam) appellatio tam à definitiua, quàm ab interlocutoria in criminalibus non admittitur, Petr.Cabal. *resol. crim. cas.*110.*num.*16.*& seqq.* Scacc. *de indic. lib.* 1. *cap.*97.*num.*62.*& seqq. de appellat. quæst.* 17.*limit.*18.*nu.* 1. *&c.* Farinac. *d. quæst.*101.*num.*32.*&c.* Pac. Iordan. *d.tit.*26. *num.*409.*&* 412. Tusch.*litt. A. conclus.*416. *&* 417. Paul. Christin. *decis. Belg.* 376.*volum.* 1. Baiard. ad Clar. §.*fin. quæst.*94.*num.*8.*& seqq.* vide Gizzarel. & Addent. *decis.* 15. vbi an, & quando admittatur in Regno Neapolitano, *& decis.* 78.*ac alibi.*

Quòd admittatur in incidentibus, quæ secum portant irreparabile præiudicium, Franch. *decis.*637.*per tot.*

An admittatur à decreto de aliquem torquendo, vel à cominata tortura, dixi in §. *Iudex num.* 51. Dian. *part.* 4. *tract.*6.*resol.*20. vbi quòd sic, sed de consuetudine non seruatur, vt dixi, vide infra num.55.

38 Appellatio non admittitur in executiuis, Gratian. *discept. forens. cap.*279.*num.*48.*cap.*665.*num.*6.*& cap.*944.*num.*61. Scacc. *de appellat. quæst.*17.*limit.*9.*per tot.*

Quòd ab executione sententiæ non appelletur, & quando secus, Soccin. *inter reg. diuers. reg.* 33. *fol.* 16. Scacc. *d. quæst.*17.*limit.*18.*per tot.* latè Tusch. *litt. A. concl.* 410. *& seqq.*

Item non admittitur in pronunciatione de exequendo, ac ideò non committuntur attentata, Gratian. *discept.*333. *per tot. cap.*507.*num.* 17.*& cap.*531.*num.* 50. Magon. *decis. Luc.*18.*num.*1.*&c.* vbi Addit. Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 8. *lib.* 14. *tit.* 25.*num.* 368.*& seqq. fol.* 533. Marchesf. *part.* 1. *tit. de appellat. ab execut. num.* 3.*&c.* vbi limitant pluribus modis, & vide Scacc. *d. quæst.* 17.*limitt.* 11. *per tot. & limit.*12. Pac. Iordan. *d. lib.*14.*tit.* 26.*num.* 323.*&c. fol.* 559. Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.*3. *Rub.*12.*per tot.* vbi quando admittatur.

Admitteretur tamen appellatio quando in executione fieret nouum grauamen, Gratian. *discept.* 987.*num.*36. Capyc. *decis.* 35.*num.*4. vide Scacc. & alios supracitatos.

Item admitteretur stante notoria iniustitia, & retardaretur executio, idem Gratian. *discept.*924.*num.*42.*& cap.*959. *num.*16.*& num.*24.

An admittatur vbi adest obligatio cameralis, dixi in §. *Obligatio.*

An in causa sequestri, dixi in §. *Sequestrum.*

Qualiter autem in executiuis si petatur committi causam appellationis soleat signatura rescribere cum clausula, *sine præiudicio legitimæ executionis*, si decretum, à quo appellatur fuit validum, & iustum; vel cum clausula, *si quid exequendum, vel ad legitimam*, si validitas, & iustitia decreti sit turbida; vel simpliciter absque vlla clausula, si constet de notoria iniustitia, vel nullitate decreti, à quo appellatur; quid importent dictæ clausulæ, & rescripta, ac alia, latè Ridolphin. *in prax. part.*1.*cap.*13. *num.*490.*& seqq. vide in* §. *Clausula num.*26.

An detur appellatio à sententia Syndicatorum officialium, Lancel. *de attent. part.* 2.*cap.* 12. *limit.* 20.*num.* 1.*& seqq.* Scacc. *de appellat. quæst.*17. *limit.* 16.*num.* 9. *&c.* cum alijs per Conciol. *ad stat. Eugub. lib.*3.*Rub.*10. vbi quòd non vigore statuti, nisi esset omninò iniusta, vel nisi constet de iniquitate sententiæ, vel expressa causa legitima, vel ad effectum deuolutiuum.

39 Appellatio an admittatur in causa salarij, vide Gratian. *discept.*257.*num.*44. Sanfelic. *in Praxi sect.*60.*num.*33.

Quòd in causa salarij, & mercedis non admittatur ad effectum suspensiuum exceptis aliquibus casibus, Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst.* 107.*per tot.* Magon. *decis. Flor.* 12.*num.* 11. Gratian. *decis.* 53. *per tot.* vide Scacc. *de appellat. quæst.*17.*limit.* 8.*num.* 8. Ridolphin. *in prax. part.*2. *cap.*4.*num.*164.*&* 165. vbi distinguit an agatur cum paupere ita vt merces sit loco alimentorum, & non admittatur appellatio, aliàs autem admitti, & quòd in Tribunali A. C. passim admittitur de stylo appellatio etiam suspensiua.

An appellatio habeat locum in materia gabellarum, vide Gutierez. *de Gabell. quæst.*171.*per tot.*

40 Appellatio regulariter non admittitur à sententia lata fauore alimentorum, & piæ causæ, & quando secus, vide Scacc. *de appellat. quæst.*17. *limit.*7.*& limit.*8. *per totum*, Surd. *de aliment. tit.*8. *priuil.*60. Buratt. *decis.*208. Ridolph. *in prax. part.*2. *cap.*4. *num.*166.*& seqq.* vbi distinguit inter alimenta præterita, & futura, ac alijs modis declarat, facit quod dixi in §. *Alimenta num.*16.*&* 28. & Sanfelic. *in Praxi sect.*60. *num.*31.*&c.* vbi ponit plures alios casus, in quibus non datur appellatio.

Et quòd fauore piæ causæ, alimentorum, animæ, & doris pro puellis miserabilibus sententia sit exequenda non obstante quacumque appellatione, Gratian. *discept.*665. *num.*1.*& seqq. & cap.*726.*num.* 17. vbi quòd non admittitur quoad alimenta, & fructus dotales, idem Gratian. *decis.* 53. *in Addit. per tot.*

Prout nec admitti in causa dotis ad effectum suspensiuum, quando agitur cum inope, probat idem Gratian. *decis.* 72. *per tot.*

Quoad alimenta intellige in futurum debita, & probata inopia alendi, aliàs secus, & nisi fuerit admissa appellatio per iudicem ad quem, & ab eo emanata inhibitio, quia tunc est omninò seruanda quantumcumque causa fuerit omninò inappellabilis, cùm non liceat iudici inferiori cognoscere de viribus inhibitionis superioris, sed ad eum partes remittere debeat pro opportunis remedijs obtinendis, Rot. *part.*9. *recent. decis.* 355. *num.* 5.*& seqq. per tot.*

Appellatio non admittitur quando causa fuit commissa conscientiæ iudicis, vel eius libero arbitrio, Gratian. *discept.* 849.*num.* 6. vide Lancellot. *de attent. part.* 2.*cap.* 12. *limit.*10. Menoch. *de Arbitr. quæst.*70.*num.*13. Scacc. *de appellat. quæst.*17.*limit.*15.*per tot.* 41

Prout nec in facultatiuis, quando scilicet est in potestate iudicis aliquid facere, vel non facere, vide.

An in collatione beneficij admittatur appellatio, vide in §. *Electio num.*5. Buratt. *decis.* 505. Rot. *part.* 14. *recent. decis.*148. *num.*4. *&* 5.

Quòd decreta facta in visitatione ab Episcopo, non admittant appellationem suspensiuam, Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.*10. *de reformat.* Aloys. Ricc. *prax. var. resol. cap.* 7. *per tot.* vbi pluribus modis ampliat, vide Thomat. *decis.* 259. *per tot.* vbi quòd secus est si procedatur iudicialiter, & in causis magni præiudicij, Ciarlin. *controu.* 65. *num.*17.

Appellari non potest à mandato de euacuando, & exfractando quoad effectum suspensiuum, quia huiusmodi causæ celeritatem desiderant, Additio ad Magon. *decis. Luc.*15. *in princ. litt. A.* latè videndus Ridolphin. *in prax. part.*2. *cap.*13. *num.*108. *& seqq. per tot.* Scacc. *de appellat. quæst.*17. *limit.* 6. *memb.* 2. *num.*36. *&c.* Sanfelic. *in Praxi sect.*60. *num.* 34. vbi nec à decreto expulsionis contra turbantem studia scholarium, vel Doctorum, de quo dixi in §. *Doctor num.*7. 42

Appellatio non admittitur in causa immunitatis Ecclesiasticæ, neque recursus tam ex parte rei, quàm ex parte fisci, vel actoris, latè Sperel. *decis.*55. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.*2. *lib.*11. *tit.*3. *num.*304. *fol.*544. Ciarlin. *contr.*10.*n.*154. *&c. cont.*116. *num.*63. *&c.* 43

Quòd vbi notoriè, vel satis fundatè constat de iniustitia sententiæ si sit permissa appellatio ex vtraque parte, etiam in causa immunitatis Ecclesiasticæ, Thom. del Bene *de immunit. part.*2. *cap.*16. *dub.* 42. *sect.* 2. *num.* 6. *&* 7. *& sect.* 3. *per tot. fol. mihi* 122.

Quicquid respectu fisci contrarium tenuerit Gambacurt. *tract. de immunit. lib.*6. *cap.* 17. qui postea fuit correctus, & reprobatus, vide Farinac. *de immunit. cap.* 22. *num.*372. Dian. *part.*3. *tract.* 1. *resolut.*38. *in fine part.*4. *tract.* 1. *resol.* 97. *in fine*, *& part.*6. *tract.*1. *resol.*30. *quæst.* 5. vbi tenet dictam primam opinionem, nisi tamen notoriè constaret de iniustitia sententiæ, secundùm Ciarlin. *controuers. for. cap.* 116. *num.*69. latè Cortiada *decis.*25. *per tot.* vbi etiam quid in similibus casibus.

Appellatio an admittatur in causa excommunicationis, vel declaratoriæ, vel aliarum censurarum, vide latè Sperel. *decis.*48. *& decis.* 160. vbi negatiuè concludit, vide Thomat. *decis.*18. *num.*1. *& seqq.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.*2. *tit. de appellat. resol.*6. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 496. vbi etiam an à decretis visitationis, Addit. ad Sanfelic. *decis.*395. 44

Quòd imò admittatur à declaratoria, & suspendat effectum declarationis, videtur tenere Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.*14. *tit.* 15. *num.*48. *fol.* 245. vide tamen Lancellot. *de Attent. cap.* 12. *in Præfat. num.* 99. *&c. & eodem cap.*12. *ampliat.*8. *per tot.* vbi plura, & latè Ridolphin. *in Prax. part.*2. *cap.*8. *num.*175. *& seqq. per tot.* vbi multis modis declarat.

Quòd sententia excommunicationis numquam transeat in iudicatum quoad publicam vtilitatem, sed benè quoad

quoad priuatam, Pac. Iordan. *vol.3. lib.14. tit.25. num.121. fol.515.* vbi quòd idem est in alijs censuris, vide tamen eundem Iordan. *ibidem num.129.* vbi quòd sententia excommunicationis, & aliarum censurarum statim transit in iudicatum, & trahit secum executionem intellectualem; intellige quoad effectum suspensiuum, & appellatio prodest solum ad effectum deuolutiuum, idem Iordan. *d. tit.25. num.* 245. *fol.524.* & meliùs *tit.26. num.434. & seqq. fol.* 566. cum Farinac. *quæst.* 101. *num.66. & seqq.* vbi clarè idem Iordan. *d. tit.26. num.635. fol.580.*

An, & quando in causa pensionis admittatur appellatio, vel non ad vtrumque effectum, latè Ridolphin. *in prax. p.2. cap.9. num.177. & seqq. per tot. vide in §. Pensio num. 6. vers. Et commissio, &c.*

45 Appellatio ab interlocutoria regulariter de iure ciuili est prohibita exceptis aliquibus casibus, Duen. *reg. 52. per tot.* vbi 14. limitationes adducit, latè Scacc. *de appellat. quæst.17. limit.47. per tot.* Tusch. *litt. A. concl.359. per tot.* Ridolphin. *in prax. part.1. cap.13. num.298. & seqq.* Paul. Christin. *decis.18. per tot. vol. 1.* Giurb. *decis.* 56. Sanfelic. *decis.* 395. *cum plena Addit.* & summatim de more Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.26. num.375. & seqq. ad 409. fol.* 563. vbi colligit plures casus, & exempla in quibus appellatur ab interlocutorijs, & de appellatione prohibita ab interlocutoria in manutentione, Ioseph. Vrceol. *consul.3 forens. cap. 46. num.5. &c.*

Et ad materiam quando possit ab interlocutoria appellari, vel non, vide Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 3. Rub.2. per tot. & Rub.5. & 6.*

Quòd appellatio possit tolli per statutum maximè conditum à non recognoscente superiorem, Magon. *decis. Luc. 15. num.11. &c. vide §. Clausula, & supra num.7.*

Et prohibita appellatione, censeri eam prohibitam ad vtrumque effectum tam deuolutiuum, quàm suspensiuum, Capyc. *decis.* 34. *num.* 3. Thomat. *decis.* 128. *num.* 11. *& sequentibus.*

46 Appellatio ab interlocutoria de iure canonico est permissa, non tamen hodie, attenta dispositione Concilij Trident. *sess.24. cap.20. de refor.* Scacc. *de appellat. d. quæst. 17. limit. 47. num.73. & seqq.* Pac. Iordan. *d. tit.26. num.* 382. *&c. fol.* 563. Ridolphin. *d. cap.13. num.299. &* 300. Giurb. *decis.56. per tot.*

47 Appellari potest ab interlocutoria, qua quis pronunciat se iudicem competentem, non obstante statuto, quod ab interlocutoria non appelletur, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.208. in fine*, Gratian. *discept.76. per tot.* Caualer. *decis. 2. num.8.* Scacc. *d. quæst.17. limit. 6. memb. 7. num. 47. &c. limit. 47. num.105.* Sanfelic. *decis.5. per tot.*

Quòd appellari possit à sententia super declinatoria fori, vel qua iudex se competentem declarat, etiam si super principali causa sit prohibita appellatio, Sanfelic. *decis.321. per tot.* vbi propè innumeros præter morem allegat.

Quando, & in quibus casibus sit permissa appellatio ab interlocutoria, vide summatim Ridolphin. *in Prax. part.1. cap.13. num.298. & seqq.* Christin. *d. decis. 18. vol.1.* Sansel. *d. decis. 5. & decis.395. cum plena Addit.*

Item appellari potest vbi iudex non vult admittere alios testes, vel alias probationes, quas actor produxit, (intellige sine causa) Duen. *reg. 52. limit.9.* Soccin. *reg.40. limit. 1. in fine*, latè Surd. *decis.36. per tot.*

Item appellari potest ab interlocutoria non obstante statuto prohibente, quotiescumque post eam non speratur definitiua, cùm cesset ratio statuti, quòd possit reparari grauamen per appellationem à definitiua, & cùm habeat vim definitiuæ, nec sit propriè interlocutoria, statuta verò sunt propriè intelligenda, Pract. Papp. *form. sent. interloc. glos.1. num.2. & form. appellat. ab interloc. glos. vlt. num.7.* Gratian. *discept. forens. cap. 76. num. 9. & cap. 74. num.* 11. Menoch. *de Arbitr. cas.490. per tot.* Merlin. *decis.* 824. Coccin. *decis.* 407. latè Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 47. num. 84. & limit.6. num.29.*

Quòd possit appellari ab interlocutoria vim definitiuæ habente, & quando talis dicatur, Ridolphin. *in prax. part. 1. cap.13. num.308. &c.* vbi 21. exempla adducit, de quibus plenè Scacc. *d. limit.47. memb. 1. num. 172. & seqq. ad 215.*

An possit appellari ab interlocutoria, vbi non est permissum appellare à definitiua, Peregrin. *decis.* 146. *num.* 4. vbi quod sic.

Quòd possit appellari ab interlocutoria, cuius grauamen non possit reparari in definitiua, & quòd talis dicatur, licèt grauamen esset reparabile per recursum ad Principem, cùm id fieri nequeat absque difficultate, Altograd. *cons. 2. num. 31. & cons.23. num.11. &c. lib.1.* Ridolphin. *in prax. part. 1. cap.13. num.301. & seqq.* vbi quænam sint interlocutoriæ inferentes grauamen irreparabile, & sexdecim exempla refert, de quibus latiùs Scacc. *de appellat. quæst.17. limit. 47. memb. 1. num.9. & seqq. ad 168.*

Item appellari potest ab interlocutoria super legitimatione personarum, Pract. Papp. *vbi supra num.* 2. Gratian. *d. cap.76. num.3.* Honded. *cons.27. num.20. lib.1.*

Item vbi constat de euidenti iniustitia cum expressione tamen ipsius iniustitiæ, Gratian. *decis.202.*

Item non obstante prohibitione appellationis ab interlocutoria, potest de nullitate dici, cùm sint remedia diuersa, maximè vbi nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis, quæ numquam censetur reiecta, Pract. Papp. *form. appellat. ab interloc. glos.1.* Gratian. *discept. forens. cap.74. nu. 2. & seqq.* Magon. *decis. Luc.22. num.18. dixi in §. Nullitas, & §. Statutum reijciens.*

An autem possit appellatio, & nullitas simul proponi, & cumulari, Tusch. *litt. A. concl.394. per tot.*

Appellatio ab interlocutoria in casibus permissis, debet expressè, & nominatim continere causas grauaminis, & nullitatis, secus in definitiua, Soccin. *inter reg. diuers. reg. 30. fol. mihi 14.* Ger. Spin. *cons. 6. num. 26.* Ioseph. Vrceol. *consul. forens. cap.46. num.31.* latè Scacc. *de appellat. quæst.4. num.25. &c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.26. num.65. & seqq. ad 81. fol.542.* Tusch. *litt. A. conclus.360. per totum*, Ridolphin. *in prax. part.1. cap.13. num.313. & seqq.* vbi summatim ponit decem requisita necessaria in appellatione ab interlocutoria. 48

Ac iustificari debet ex actis gestis coram primo iudice, licèt in causa appellationis à definitiua possit deduci, & probari omne id quod non fuit deductum in prima instantia, Duen. *reg.47. & 48. per tot.* vbi tamen in vtroque casu dat nonnullas limitationes, Capyc. *decis. 5. in fine*, Magon. *decis. Flor.31. num.1. & decis. Luc.18. num.14. &c.* Gratian. *discept. forens. cap. 232. num. 24. cap. 333. num. 13. cap. 444. num.51. & cap. 912. num. 20. &c. vide in §. Iudex num. 39.* Paul. Christin. *decis.* 103. *vol. 6.* Rot. *part. 9. recent. decis. 303. num.2. & seqq.*

Appellatione interposita ab interlocutoria, si fuerit pronunciatum benè appellatum, tota causa, & negotium principale deuoluitur ad superiorem, Foller. in Addit. ad Marant. *part.4. distinct.12. num. 5.* Gratian. *discept. forens. cap. 6. per tot. & cap.40. per tot.* Ger. Spin. *cons.67. & 68. per tot.* Scacc. *de appellat. quæst.17. limit.47. memb.3. num. 1. & n.2.* Pac. Iordan. *Lucub. volum.3. lib.14. tit.26. num.408. fol.564.* Franch. *decis.88.* Sanfelic. *in Praxi sect.25. sub num. 16. vide in §. Iudex num.40. & §. Inhibitio*, Tusch. *litt. A. conclus.* 371. Paul. Christin. *decis. 112. num. 5. vol. 4.* vbi quòd secus est si fuerit pronunciatum malè appellatum, nam tunc causa est remittenda ad iudicem à quo non obstante commissione principalis negotij facta iudici appellationis, quia debet intelligi, si malè iudicatum, & benè appellatum; refert tamen contrarium tenentes, quando est facta commissio cum toto negotio, saltem de stylo. 49

Ac idem esse quando fuit dictum de nullitate sententiæ coram superiore, vt sententia annullata, cognoscat ipse superior de meritis causæ, secus autem si fuerit declarata valida, vel coram ipso primo iudice proposita nullitas, Giurb. *decis.* 70. & Sanfelic. *decis. 95. & decis. 363. per tot. cum Addit. & decis. 395. cum plena Addit.* vbi de appellatione.

Plura de officio iudicis à quo circa admittendam, vel non admittendam appellationem, circa declarandam desertionem, & alia, ac de officio iudicis ad quem circa remittendam, vel non remittendam causam ad primum iudicem, ad quem ex illis spectet declaratio desertionis, siue executio sententiæ, condemnatio, expensarum, & alia ad praxim huiusmodi, vide per Scacc. *de appellat. quæst. 11. per tot.* summatim Pac. Iordan. *d. tit.26. n.765. & seqq. ad 806. fol.* 590. vbi etiam infert quandam declarationem Sacræ Congreg. Episc. & dixi §. *Executio num.13.* §. *Iudex num.42. & §. Sententia num.49.*

Appellans ab interlocutoria, & succumbens debet condemnari in expensis factis occasione dictæ appellationis, & 50

causa remittitur ad iudicem à quo fuit appellatum, Afflict. *decis.* 42. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 341. *&c. fol.* 531.

An autem admittatur appellatio à sententia declarante causam desertam, Fontanel. *decis.* 403. *per tot.* Romaguer. ad Conciol. *stat. Engub. lib.* 3. *Rub.* 9. *num.* 17. vbi quòd sic in Cathalonia, quàmuis à principali super meritis non potuisset appellari, vide supra num. 13.

Quid autem si fuisset appellationi delatum expressè, vel tacitè, vide Ger. Spin. *cons.* 67. *&* 68. *per tot.*

Et de pœna temerè appellantium, ac quando quis dicatur temerè appellasse, vide Menoch. *de Arbitr. cas.* 445. *per tot.*

Quòd appellans ab interlocutoria non sit amplius citandus, quia facit se contumacem, & declarat nolle comparere; siue obtineat, siue succumbat, & idem est in appellante friuolè, vel appellationem deserente, Thomat. *decis.* 276. *num.* 15. *& seqq.*

50 Appellari non potest de iure ciuili in quocumque iudicio possessorio quoad retardandam executionem, & sic quoad effectum suspensiuum, sed benè quoad deuolutiuum, Bart. *in l.* 2. *ff. de appell. recip. & l. quisquis C. quomod. appell. non recip.* Marant. *de appellat. num.* 305. cum vndecim limitationibus, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 34. *num.* 3. Gratian. *discept.* 74. *num.* 12. *& decis.* 254. *num.* 1. Scapuc. de Saluian. *lib.* 3. *quæst.* 1. Duen. *reg.* 44. Cacheran. *decis.* 25. Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 6. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 254. *& seqq. fol.* 555. *& num.* 314. *&c. fol.* 558. Tusch. *litt. A. concl.* 407. *& seqq* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 127. *& seqq. per totum*, Paul. Christ. *decis.* 121. *volum.* 4. Peregrin. *decis.* 97. *num.* 15. *&c.* Pacif. de Saluian. *inspect.* 4. *cap.* 2. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 94. *per tot.*

Quando autem possit appellari ratione mixturæ, vel nullitatis, & iniustitiæ, vide Gratian. *decis.* 9. *per tot. & decis.* 52. vbi videtur tenere, quòd possit appellari propter illa verba, *iure pignoris*, *& hypothecæ*, idem Gratian. *decis.* 60. *& decis.* 136. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 237. *num.* 5. *& seqq. per tot. decis.* 488. *per tot. & part.* 13. *decis.* 137. *num.* 1. *& seqq.* vbi in terminis statuti Bononiæ, *& decis.* 198. vbi in mandato de associando, à quo licèt regulariter sit prohibita appellatio, illa tamen admittitur quando fuit concessum per cedulam præuia declaratione fideicommissi, vel alterius crediti, vel alia simili mixtura.

Quòd admittatur appellatio etiam in Saluiano quando in sententia adsunt verba prolata in casu genitiuo, quæ possunt denotare dominium, veluti si dictum sit, actorem immittendum esse in possessionem bonorum Petri, cum per talia verba videatur declaratum bona spectare ad Petrum iure dominij, & sic causa possessionis sit mixta cùm proprietate, ratione cuius mixturæ datur appellatio ad vtrumque effectum, pulchrè (si benè) Gratian. *decis.* 214. *per tot.*

Et quòd stante aliqua mixtura detur appellatio, Caualer. *decis.* 510. & vide Sperel. *decis.* 85. *num.* 9. *&c.* Merlin. *decis.* 111. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 237. *num.* 5. *& seqq.* Pacif. de Saluian. & alios supracitatos, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 137. *num.* 1. *& seqq. & decis.* 198. *per tot.*

51 Appellari potest de iure canonico in quocumque iudicio possessorio cum expressione causæ, & grauaminis, Marant. *de appellat. num.* 305. Negus. *de pig. part.* 8. *memb.* 1. *num.* 3. Scapuc. de Saluian. *lib.* 3. *quæst.* 1. Thomat. *decis.* 58. Gratian. *discept. forens. cap.* 74. *num.* 16. *& seqq.* Peregrin. *decis.* 97. *num.* 13. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 441. *num.* 1. *&c. part.* 10. *decis.* 89. *num.* 3. vbi ad vtrumque effectum, Sanfelic. *decis.* 94. *per tot.*

Limita in remedio *l. fin. C. de edic. D. Adr. toll.* Gratian. *discept.* 283. *num.* 5. nisi sententia esset lata per verba negatiua, actorem scilicet non esse immittendum, quia tunc posset appellari, Duen. *reg.* 44. *limit.* 1. *vide in §. Remedium d. l. fin.* Tusch. *litt. A. concl.* 409. *infr. num.* 53. *vers. Item in remedio*, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 441. *num.* 1. vbi quòd de iure canonico est admittenda appellatio etiam in dicto remedio, Sanfelic. *decis.* 94. *num.* 3. *&c.*

52 Item limita in summarijssimo manutentionis iudicio quoad omnes effectus, Gratian. *discept. forens. cap.* 317. *n.* 64. *& seqq.* Sperel. *decis.* 96. *per tot.* Ioseph. Vrceol. *consult. forens. cap.* 46. *per tot. & cap.* 30. *num.* 14. *& seqq. & num.* 46. *& seqq.* vbi de nunciatione noui operis, vide Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 298. *per tot.* vbi quicquid sit de iure, ostendit vigore statuti Bononiæ licitam esse appellationem etiam in iudicio manutentionis, & committi attentata, adde Sanfelic. *decis.* 94.

53 Appellari non potest à sententia lata in Saluiano quoad effectum suspensiuum, sed tantùm quoad deuolutiuum, & hoc vigore Constitutionis Ægidianæ vigentis in Marchia Anconitana, per totum statum Ecclesiasticum, & in Curia Romana per extensionem illius factam à Paulo III. Rot. *part.* 3. *diuers. decis.* 181. *num. vlt.* vide latè Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 122. *& seqq.* Pacif. de Saluian. *inspect.* 4. *cap.* 2. *per tot.*

Vbi verò non viget dicta Constitutio, seruandum esset ius canonicum in terris Ecclesiæ, & in terris Imperij ius ciuile, vide Scapuc. de Saluian. *lib.* 3. *quæst.* 1. *&* 2. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 74. *& decis.* 52. *per tot. dixi in §. Ægidiana, & §. Obligatio.*

Appellari tamen potest à liquidatione excessiua, quæ non habet priuilegium executiuum, Gratian. *discept.* 671. *n.* 16. *&c.* Ricc. *Collect.* 3645.

Quòd appelletur à liquidatione ad vtrumque effectum, Surd. *decis.* 27. *per tot.*

Sicut & ab excessiua expensarum taxatione, Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 266. *fol.* 555. Ricc. *Collect.* 3669.

Item appellari potest quando sententia declararet aliquem esse proximiorem, hæredem, creditorem, locatorem cum similibus, vide Gratian. *discept.* 694. *num.* 33.

Item quando constaret de notoria iniustitia, idem Gratian. *d. cap.* 694. *num.* 47. *& cap.* 850. *num.* 17. Sperel. *decis.* 96. *num.* 31. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 85. *num.* 20. vbi simpliciter de iniustitia.

Item in emergentibus etiam in iudicio possessorio, Surd. *decis.* 27. *num.* 13.

Item ab interlocutorijs latis in huiusmodi causis possessorijs, quando continerent grauamen irreparabile, Gratian. *discept.* 74. *num.* 12. *& facit in cap.* 103. Ricc. *Collect.* 1306.

Item in remedio *c. integrandæ*, vt dixi in §. *Remedium d. c. integrandæ*, Tusch. *litt. A. concl.* 408.

Sed contrarium esse verius in hoc remedio, Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 6. *membr.* 6. *num.* 72. *& seqq.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 217. *& num.* 218. *vide in §. Remedium num.* 18. *in fine*, Giurb. *decis.* 19. *num.* 1. *& num.* 10.

Florentiæ verò pluries seruatom vidi, & passim seruari audiui appellationem ad vtrumque effectum etiam in Saluiano admitti, & quatenus intra decem dies ad appellandum concessos fuerit facta immissio iuxta naturam Saluiani, statim habito recursu ad iudicem appellationis tamquam attentata reuocari, & non dari immissionem, nisi adsint duæ conformes sententiæ. Quod cum sit contra iuris ciuilis dispositionem, & communes Doctorum traditiones, vt supra, introductum puto ex eo, quòd sententiæ vt plurimum, vel semper proferantur per cedulam iuxta quasdam formulas in dictis statibus consuetas, nempè declarando actorem fuisse, & esse creditorem, per eum exposita vera fuisse, & esse, ac petita fieri potuisse, & posse, & successiuè concedendam immissionem iure pignoris, & hypothecæ donec &c. & sic complicando plures causas petitorium concernentes, & mixturam manifestè continentes, & ideò non mirum si detur appellatio ad vtrumque effectum, quod est de iure in huiusmodi casibus per prædicta; aliàs non video quomodo posset dixa praxis de iure sustineri in mero Saluiano, & simplici possessorio, & cùm de hoc plures professores in dicta ciuitate interrogauerim, nullus mihi satisfecit, nisi quòd ita factitatur passim de stylo, quod & ego sciebam vt supra, & ideò puto tenendum iuxta præallegatas doctrinas; salua tamen, & seruata dispositione statuti *lib.* 2. *Rubr.* 127.

Bononiæ licitum est semel appellare in quocumque iudicio possessorio, vel executiuo vigore statuti *lib.* 1. *tit. de appellat. & de instrum. testam. & laud. execut. fol.* 292. *&* 319. Vrceol. *consult. forens. cap.* 62. *num.* 20. *&c. vol.* 2 Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 76. *num.* 3. *& decis.* 237. *nu.* 1. & latè *part.* 10. *decis.* 298. *per tot.* vbi quòd dictum statutum habet locum etiam in iudicio manutentionis, *& part.* 13. *decis.* 137. *nu.* 1. *& seqq.* vbi in remedio *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll. & p.* 14. *dec.* 309. *n.* 4. vbi in Saluiano, Bich. *dec.* 381. Rot. *p.* 18. *recent. dec.* 470. *n.* 7. vbi quòd dictum statutum Bononiæ non

habet

habet locum in sententia lata ex remedio, *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. toll.*

54 Appellatus, an, & quando possit præuenire appellantem in commissione causæ appellationis, vel in prosequutione eiusdem, Card. Tusch. *litt. A. concl.* 422. & 423.

Plura de appellationibus vltra præcitatos, vide per Bertachin. *in suo Repert. verb. Appellatio.*

55 Appellatio in criminalibus licèt formaliter non admittatur, vt dixi supra num. 37. Florentiæ tamen, & in tota eius ditione pulchro ordine per æquipollens abundantius consultum est reorum tam præsentium, & carceratorum, quàm contumacium (quod plus est) indemnitati, vt omninò iustitiam consequantur, nam in causis Rectorum iustitiæ extra dictam ciuitatem, tenentur primò ipsi Rectores ex officio suo vnà cum eorum Iudicibus, vel militibus socijs præmissa breui facti serie, vel narratione resultantium ex processu, tàm pro fisco, quàm pro reo suam dicere sententiam, vel opinionem, quæ vulgò nuncupatur *il disegno*, illamque cum copia processus transmittere Auditori militarium Legionum vbi adsunt milites offensi, vel offensores, siue aliter in causa interesse habentes, qui Auditor in causis leuibus iuxta titulum delicti, & ordinationes approbat, vel reprobat, siue reformat prout iuris esse sibi videtur, in alijs autem grauibus dicit simpliciter votum suum consultiuum, illudque transmittit cum eodem processu, & voto Rectoris Magistratui DD. Octo Guardiæ, & Baliæ Virorum in manibus eorum à secretis, vel Secretarij Criminalis, cuius partes sunt (prout ego hoc munus per multos annos pro viribus adimpleui) visis prius videndis, & consideratis considerandis causas eidem Magistratui cum suo voto decidendas proponere, sicuti decidit: vbi verò non adsunt milites interessati, tenentur dicti Rectores (exceptis quibusdam causis leuibus) transmittere processus *con il disegni*, vt suprà dicto Magistratui in manibus Secretarij, qui habito voto in scriptis ab alio Assessore diuerso, deputato eidem Magistratui pro causis paganorum, vel non militum, & factis itidem suis diligentijs Magistratui, vt supra proponit; idemque ordo seruatur in causis, & processibus Cancellariæ dicti Magistratus, neque hic finiunt diligentiæ, sed posteà fiunt negotia de omnibus prædictis causis Serenissimo Magno Duci, cum expositione facti, & omnibus prædictis votis in manibus D. Auditoris, Fiscalis, siue Cameræ, à quo iterùm approbantur, vel reformantur prout de iure, & denique iuxta huiusmodi rescripta fiunt litteræ resolutiuæ, & feruntur sententiæ inappellabiles: similique modo procedìtur in causis aliquorum Tribunalium, Magistratui DD. Octo non subiectorum, veluti Senatum, Pistorij, Liburni, & Pontremuli, nam & eorum Rectores habent suos Auditores, Magistratus, & Superiores, quibus participant, & eorum resolutiones in sententiando sequi tenentur. Ac ita magis quàm si daretur appellatio (& sine impensa reorum) à pluribus Iudicibus ordinatim ventilantur, & deciduntur causæ, quod non vidit vnus obseruat alter, & ferè impossibile redditur (si omnes rectè officio suo fungantur, vt præsumendum est) quòd non fiat iustitia, licèt quandoque exitus occasionem dubitandi præstiterit, vel quia interdum precibus, siue alijs affectibus flecti possint, vt alibi opportunè dixi, vel gregatim ambulent ob multitudinem negotiorum; in dicto enim Magistratu DD. Octo (vltra ordinatoria iudiciorum, & alia) ad relationem solius Secretarij expediuntur, & deciduntur quolibet anno vltra mille processus, quibus diligentiùs videndis vix tres sufficerent Secretarij, & ideo solus quoad factum sæpè cogitatur alijs ponentibus adhærere.

56 Plura notabilia de appellationibus, vide vltra Scacc. *de appellat.* & alios citatos apud Thoro *Compend. decis. Neap. part.* 1. 2. & 3. *in verb. Appellatio*, plenè Altimar. *tract. de nullit.* Antonel. *de temp. leg.* Capucc. *in Praxi tom.* 1. *part.* 3. *cap.* 1. *per tot.* Cancer. *var. part.* 1. *cap.* 17. Laurent. Vrsel. *concl.* 128. *per tot.* latè quamuis remissiuè Castelon. *in suo Alphabet. iurid. verb. Appellatio per plures paginas*, & nouissimè Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 106. & *seqq.* vbi refert omnes Auctores, qui de appellationum materia particulariter tractarunt.

Quando autem, & in quibus causis non liceat appellare, nec supplicare, late Cancer. *var. part.* 3. *cap.* 18. *per tot.* Christophor. de Paz. *tract. de Tenuta cap.* 12. 13. & 14.

vbi an, & quando in possessorijs, & tenutis liceat appellare, vel non.

De pœnis appellantium à Summo Pontifice ad futurum Concilium generale appellantium, vel aliter recurrentium ab ordinationibus Sedis Apostolicæ, aut illius iudicum ad laicam potestatem, vel Curiam sæcularem, & huiusmodi, Carol. Ant. Thesaur. *de pœnis Eccles. part.* 2. *verb. Appellantes fol.* 86. vbi de excommunicatione Papæ reseruata ex pluribus Bullis, &c. Quando autem possint excusari, Quesad. Pilo *controu. for. cap.* 35. *per tot.* 57

Appellatio non datur in foro pœnitentiali, & quare; qualiter denegetur à iure in multis casibus, sed si iusta sit in foro conscientiæ sit admittenda. Quòd appellans ex causa verisimili, & probabili, quàm scit non esse veram, licèt excusetur in foro temporali, tamen in foro animæ peccet mortaliter, & teneatur ad damna parti causata, sicut & Iudex deferens friuolæ appellationi in foro exteriori non punitur, sed in foro conscientiæ peccat, Valer. *de different. vtriusque fori in verb. Appellatio per tot.* 58

Multa de appellatione, & eius effectibus in foro Ecclesiastico, tradit etiam Ventriglia *tract. de iurisd. Archiepiscop. vt in Indice verb. Appellatio.* 59

Appellatio extraiudicialis quid sit, quomodo introducatur, quos effectus operetur, an inducat præuentionem, & de alijs præparatorijs iudicij, an ex illis inducatur præuentio, latè Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 32. *per tot.* 60

§. APPELLATIVA SIGNIFICATIO. XXXIII.

Appellatione filiorum continentur nepotes tam ex filio, quàm ex filia in vocatione actiua, Bart. *in l. liberorum ff. de verb. signif.* Ias. *in l. de quibus num.* 19. *ff. de leg.* vide Montan. *de tut. cap.* 12. *num.* 28. & *seqq. fol.* 45. Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 125. *num.* 8. & *seqq.* vbi videtur firmare contrarium, sed loquitur in contractu stricti iuris; in vltimis verò voluntatibus sequitur vt in *decis.* 212. *num.* 1. & *decis.* 243. *num.* 3. & *seqq.* vbi quòd quoties verbum *filij* profertur à testatore veniunt nepotes, & benè Pontirol. *Respons. pro Mambellis num.* 91. & *seqq. Casenæ impresso de anno* 1645. vbi quòd veniunt nepotes stante maximè signo vniuersali, dispositione in futurum tempus collata, & tractum successiuum habente, ac rationis identitate, cùm non minus de paterna, quàm auita substantia in generatione participent; sed latiùs repetendo idem Pontirol. *num.* 111. & *seqq.* inquit quòd attenta proprietate verborum, ac etiam communi vsu loquendi maximè in fideicommissis, appellatione filiorum non veniunt nepotes, sed illi tantùm, quos nos ipsi genuimus immediatè, secus autem appellatione liberorum, quod nomen tamquam magis generale ad omnes descendentes protenditur, *l. quid si nepotes ff. de testam. tut.* §. *fin. Instit. qui test. tut. dar. poss.* & *l. liberorum* 220. *ff. de verb. signif.* Et quando dictiones vniuersales restringantur vt non veniant nepotes, ibidem *num.* 205. & *seqq.* ad 212. latè Merlin. *decis.* 206. *num.* 8. & *seqq. per tot.* vbi quòd erebrior est sententia in fideicommissis etiam actiuis appellatione filiorum non venire nepotes, nisi aliter constet de mente testatoris ex coniecturis, quas ibidem adducit, & idem Merlin. *in eadem causa decis.* 228. *per tot.* vbi confirmatur prima decisio, & *decis.* 360. *num.* 8. & *seqq. decis.* 460. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 34. *per totum*, vbi quòd in fideicommissis appellatione filiorum non veniunt nepotes, tam in passiua, quàm in actiua vocatione, cùm fauor nepotum non habeatur in consideratione, si concurrat grauamen alterius, quæ decisio est duplicata *d. part.* 9. *decis.* 84. & *in alia causa part.* 11. *decis.* 95. *num.* 2. & *seqq.* & *decis.* 196. *num.* 30. & *part.* 13. *decis.* 76. & *decis.* 378. *per totum*, & *part.* 14. *decis.* 406. vbi respondet coniecturis adductis pro comprehensione nepotum. 1

Quando appellatione filiorum veniant nepotes, vel non, adde Cabal. *cons.* 181. *num.* 4. & *seqq. lib.* 1. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 345. *part.* 17. *decis.* 18. vbi plura qualiter nepotes ex propria significatione non veniant appellatione filiorum, siue de actiua, siue de passiua vocatione tractetur, cùm verè aliter filij, & aliter nepotes appellentur, & quales debeant esse coniecturæ pro illorum comprehensione, & *decis.* 262. *per tot. in eadem causa d. part.* 17. & post Vrseol. *de transact. decis.* 28. *num.* 1. & *seqq.*

Plura an, & quando appellatione filiorum veniant nepotes, vel non, vide per Surd. *decis.* 72. *per tot.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt.lib.*8. *tit.*8. Cenall.*com. contra com.q.*694. Sanfelic. *decis.* 202. *num.* 2. *& seqq. ad* 21. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.*94. *per tot.* Mart. Medic. *decis. Senens. Exam.* 1. *& decis.*1. *per tot. inf. num.*8. *&c.* Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.*99. *num.* 82. *& seqq.* Merlin. *d. decis.* 206. *per tot. & decis.*228. *per tot.*

Quòd in dispositione legali filiorum nomine veniant etiam nepotes vbi de illorum fauore agitur; præcipuè si constet de mente statuentium, Altograd. *cons.* 58. *num.* 69. *lib.*1.

Licèt regulariter appellatione filiorum non veniant nepotes, tamen veniunt, quando testator non se restrinxit ad certos, & determinatos filios, sed illos vocauit vsque in infinitum, & dispositio est collata in futurum euentum, Rot. *part.*9. *recent. decis.* 385. *num.* 49. *& seqq. & part.* 14. *decis.*465. vbi quòd veniunt nepotes quando fuit considerata agnatio, & adsunt aliæ coniecturæ, de quibus ibidem.

Nunquam tamen veniunt transuersales, nepotes scilicet ex fratribus, Rot. *part.* 10. *recent. decis.*7. *num.* 30. *&c.*

2 Appellatione liberorum veniunt tam masculi quàm fœminæ, Alex. *cons.*80. *num.* 14. *lib.* 1. Gratian. *discept. forens. cap.*58. *num.*18. *& cap.*774. *num.*13. quia nomen liberorum est terminus communis mariti, & fœminæ, quo casu veniunt etiam fœminæ, Rot. *part.*2. *diuers. decis.*125. *num.*34. Tusch. *litt.L. concl.*337.

In materia tamen differenti sub liberorum nomine censentur vocati masculi prælatiuè quoad fœminas, & sic prius admittuntur masculi, & posteà in illorum defectum fœminæ, Altograd. *cons.*63. *num.*7. *&c. lib.*2.

Quòd sub nomine liberorum veniant nepotes, alijque descendentes tam masculi, quàm fœminæ, idem Altograd. *cons.* 58. *num.* 68. *lib.* 1. & latè cum decem limitationibus Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.* 130. *per tot.* Tusch. *litt. L. concl.*337. *per tot.*

3 Appellatione filiorum, vel filiarum in fideicommissis non veniunt nepotes ex illis, Gratian. *discept. forens. cap.* 629. *per tot.* vbi quòd maximè procedit quando in filijs requiritur qualitas, quæ non adest in nepotibus, vel quando sermo est restrictus ad filios natos ex vxore, per vel alia verba personalitatem denotantia, idem Gratian. *discept.* 687. *num.* 6. *cap.* 847. *per tot. & cap.* 104. *num.* 12. *& seqq.* Magon. *decis. Flor.* 71. *num.* 10. *& seqq.* Pontirol. *in d. Respons. pro Mambellis num.* 112. *& seqq. vbi num.* 117. probat hoc potissimè verum esse, si de fideicommisso inducendo ex huiusmodi significatione agatur, nam tunc certè non continentur nepotes, quicquid sit si de fideicommisso excludendo agatur, nam tunc nepotes venirent appellatione filiorum, prout videmus in conditione, *si sine filijs*, quæ per existentiam nepotum deficit, vt dixi in §. *Conditio*, & §. *Substitutio*, vide Fusar. *de substit. quæst.* 319. *& seqq. & quæst.*413. *per tot.* Rot. *part.*14. *recent. decis.*489. vbi quòd appellatione filiarum non veniunt neptes ex illis, quando ipsæ filiæ vocatæ sunt, propter huiusmodi dictionem, *ipsas*, vel *ipsis*, personalitatem denotantem.

Quòd in fideicommissis vbi tractatur de onere appellatione filiorum non veniant nepotes, nec alij descendentes, & maximè quando filij fuerunt proprijs nominibus vocati, vel per relationem ad nominatos, Altograd. *cons.*82. *num.*24. *&* 25. *lib.*2.

Qualiter appellatione filiarum fœminarum veniant etiam descendentes ex illis, vbi apparet testatorem habuisse pro sinonimis verbum *filios*, & verbum *descendentes*, & sic multa pro comprehensione descendentium ex fœminis ad fideicommissum, ad quod erant vocatæ ipsæ fœminæ sine expressa mentione descendentium ex illis, Rot. *part.* 9. *recent. decis.*402. *per tot. & decis.*84. *part.*10.

Nunquam tamen veniunt sorores, Rot. *part.* 10. *recent. decis.*7. *num.*32.

An, & quando appellatione filiorum veniant nepotes, vel non ad effectum consequendi legatum alimentorum filijs factum, & generaliter de hac materia, latè Surd. *de aliment. tit.*9. *quæst.*36. *per tot.* vbi refert 12. casus, in quibus nepotes non veniunt appellatione filiorum, & 10. in quibus veniunt, & alios remissiuè ad Curt. nn. 111. & 112. Mantic. *de coniect. tit.*8.

4 Appellatione filiorum cum dictione *in perpetuum*, vel similibus, venit non tantùm primus gradus, sed omnes vlteriores descendentes in infinitum, Gratian. *discept. forens. cap.*648. *num.* 14. *& cap.*765. *num.*12. *& seqq.*

Nisi testator clarè agat de filijs primi gradus expressis eorum proprijs nominibus, vide Altograd. *cons.* 82. *num.* 26. *lib.*2.

5 Appellatione filiorum veniunt nepotes quando filij sunt positi in conditione, *l. Menius de condit. & demonstrat.* Gratian. *discept.*687. *num.*12. Altograd. *d. cons.* 82. *num.* 28. *lib.*2. *dixi in* §. *Conditio*, *&* §. *Substitutio*.

6 Appellatione filiorum veniunt etiam nepotes quando testator voluit succedi in stirpes, & non in capita, Menoch. *lib.*4. *præsumpt.*94. *num.* 29. cum alijs per Gratian. *d. cap.*687. *num.*8.

7 Appellatione filiorum non continentur propriè fœminæ maximè in conditionibus, in quibus verba sunt propriè, & strictè intelligenda, Gratian. *discept.*564. *num.* 15. Peregrin. *decis.*55. Rot. *part.*12. *recent. decis.*330.

Quòd in contractibus appellatione filiorum veniant tantùm masculi, Magon. *decis. Luc.*7. *num.*32. Rot. *part.* 2. *diuers. decis.*125. *num.* 8. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 515. *num.*7. *& seqq.* vbi quòd in donatione facta ex causa certi, & determinati matrimonij verius est sub nomine filiorum comprehendi mares, & fœminas.

Quòd in fauorabilibus, & vltimis voluntatibus appellatione filiorum veniant fœminæ, secus in odiosis, licèt alij in quacumque materia idem esse autument, illas scilicet regulariter comprehendi, vide Pontirol. *in supracit. Respons. num* 139. Rot. *part.*9. *recent. decis.*290. *num.* 18. vbi quòd in fauorabilibus veniunt fœminæ, *& part.*10. *decis.*60. *per tot.* vbi qualiter etiam fœminæ, & illarum descendentes faciant deficere conditionem, *si sine filijs*, & substitutum; etiam piam causam excludant, & respondet coniecturis in contrarium adductis, vide in §. *Conditio num.* 48. *&* §. *Substitutio num.* 47. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 274. *num.* 5. *& seqq.* vbi quòd appellatione filiorum veniunt fœminæ, nisi aliter ex coniecturis appareat, *& decis.* 330. vbi pro exclusione fœminarum, & pro comprehensione fœminarum in fideicommisso, quando testator vsus fuit verbis generalibus filiorum, nepotum, & pronepotum nulla expressa masculinitatis qualitate, benè Rot. *part.* 14. *recent. decis.*285. *per tot.*

Non tamen comprehendi vbi lex, vel statutum, siue alia dispositio discretiuè agit de filijs, & filiabus, Altograd. *cons.*59. *num.*5. *lib.*2. *& cons.*89. *num.*10. *lib.* 2. *dixi in* §. *Filius*, vbi vide.

8 Appellatione filiorum non veniunt nepotes quando testator de illis discretiuè locutus fuit, &, multa quando veniant, vel non, latè Gratian. *discept.* 757. *per tot.* Pontirol. *d. Respons. num.*120. *&c.* vbi reddit rationem, quia quando species à genere distinguitur, nunquam appellatione generis species illa continetur, Altograd. *cons.* 89. *num.*8. *&c. lib.*2. vbi latè de huiusmodi discretiua loquutione quid operetur, & quando facta dicatur ad hoc vt possit ab illa argui inf. num.36. Rot. *part.*9. *recent. decis.*402. *num.* 20. *& seqq.*

Nec etiam veniunt nepotes sub nomine filiorum quando in eis deficit qualitas requisita, Rot. *part.*12. *recent. decis.* 415. *num.*7. *&c.*

9 Appellatione filiorum non veniunt nepotes, nec ad eos extenditur dispositio, quando iam sortita fuit effectum in filijs, sicut nec quando agitur de inducendo fideicommisso, vel sumus in transuersalibus, cum propriè nepotes dicantur ex filio, non ex fratre, vel sorore, Gratian. *discept. forens. cap.*765. *num.* 1. *& seqq. & nu.*35. vbi tamen *num.* 19. quòd veniunt quando est expressa ratio conseruandæ agnationis.

Appellatione verò nepotum, verè, & propriè veniunt etiam pronepotes, & dictio illa *pro* censetur addita tantùm ad discernendum primos à secundis, Altograd. *cons.*12. *num.*18. *&c. lib.*2. de quo tamen vide latè Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 163. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 53. *num.* 2. *& seqq. per totum*, vbi latè declarat quando appellatione nepotum veniat tota descendentia.

10 Appellatione filiorum non veniunt nepotes nati, vel concepti post mortem testatoris, & sic posthumi, quamuis dispositio respiceret futurum euentum, Gratian. *discept.* 765. *num.*6. *&* 7. sequitur alios allegans Pontirol. *in d. Respons. pro Mambellis num.*125. *&* 209. vide Montan. *de tut. cap.*12.

cap. 12. *num.* 3. *& ſeqq. fol.* 43. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 320. cum alijs per Rot. *in Nouiſs. part.* 6. *deciſ.* 162. *per tot. dixi in §. Filius, §. Poſthumus, & §. Proximitas.*

11 Appellatione filiorum non veniunt nepotes vbi adſunt verba perſonalitatem denotantia, vel quando non eſſent ſucceſſuri ab inteſtato vna cum filijs, Gratian. *d. cap.* 765. *num.* 8. *& ſeqq. & num.* 33. *&c.*

Quòd vbi teſtator loquutus fuit reſtrictè de filijs, & per verba repetitiua, ac perſonalitatem denotantia prout eſt dictio, *eius*, vel *dicti*, relata ad eos ſupra expreſsè nominatos, non veniant nepotes, benè probat Pontirol. *d. Reſponſ. num.* 121. *& ſeqq.* nec quando agitur de materia odioſa *num.* 205.

12 Appellatione filiorum in emphyteutica conceſſione non veniunt nepotes ex receptiori ſententia, niſi contrahentes habuerint reſpectum ad tractum temporis ſucceſſiuum in perpetuum, in infinitum, & per ſimilia verba futurum euentum denotantia, Altograd. *conſ.* 10. *num.* 11. *& ſeqq. lib.* 2.

Quòd nomine filiorum etiam in materia odioſa veniant nepotes ratione adiuncti, qui aliàs non comprehenderentur, Altograd. *conſ.* 12. *num.* 12. *& ſeqq. lib.* 2.

Quæ ſit differentia inter nomen filiorum, & nomen liberorum in emphyteuſi, pulchrè Ioſeph. Vrceol. *Conſul. forenſ. cap.* 47. *num.* 14. *& ſeqq. per tot.* vbi oſtendit maximam eſſe differentiam.

13 Appellatione filiorum non veniunt naturales tantùm, ſiue in vltimis voluntatibus, ſiue in actibus inter viuos, Menoch. *de Arbitr. caſ.* 256. *num.* 41. *&* 42. latè Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 22. vbi tamen ponit aliquas coniecturas contrarium denotantes, dixi in §. *Filius, & §. Subſtitutio*, vide Balthaſſ. de Angel. in Addit. ad Gizzarell. *deciſ.* 10. *per* tot.

Quod imò veniant etiam naturales tantùm, ſed tamen legitimi, & naturales ſimul præferantur donec viuunt, Altograd. *conſ.* 63. *num.* 10. *lib.* 2.

An veniant legitimati per ſubſequens matrimonium, vide in §. *Filius num.* 12. *&c.* §. *Legitimatio num.* 4. *&c.* §. *Subſtitutio num.* 43. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 219. *num.* 7. *&c.* vbi de legitimatis per reſcriptum.

14 Appellatione poſterorum, vel deſcendentium licèt veniant fœminæ, tamen ſecus eſt vbi extat ſtatutum illas excludens, Gratian. *diſcept.* 664. *num.* 11. vide Tuſch. *litt. P. concl.* 455. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 283.

Multas alias declarationes quando fœminæ veniant, vel non ſub nomine deſcendentium, tradit idem Gratian. *diſcept.* 832. *num.* 6. *& cap.* 866. *per tot.* Magon. *deciſ. Luc.* 7. *num.* 4. *&c. & num.* 26. *&c.* Caualer. *deciſ.* 125. vbi quòd ſub nomine prolis veniunt fœminæ, Peregr. *deciſ.* 55. *per tot. vide in §. Fœminæ num.* 1. 2. *&* 3. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 244. *num.* 4. *&* 5. *& part.* 13. *deciſ.* 370. *num.* 7. vbi quòd ex germana verborum ſignificatione, appellatione deſcendentium, tam maſculi, quàm fœminæ continentur, *& d. part.* 13. *deciſ.* 486. vbi quòd quando non eſt contemplata agnatio veniunt fęminæ, quæ etiam donec viuunt dicuntur de agnatione, *& deciſ.* 515. *num.* 9.

Qui veniant appellatione deſcendentium, Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 91. *per tot.* Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.* 70. *per tot.* Mart. Medic. *deciſ: Senenſ.* 2. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 308. vbi quòd veniunt omnes in infinitum, tam deſcendentes ex maſculis, quàm deſcendentes ex fœminis, ac ipſæ fœminæ.

Quòd veniant omnes in infinitum, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 212. *num.* 2. *& part.* 14. *recent. deciſ.* 170. *per tot.* vbi quòd veniunt omnes in infinitum tam maſculi, quàm fœminæ, & illarum deſcendentes, *& deciſ.* 211. *d. part.* 14. *& deciſ.* 308. *per tot.*

Quod veniant nepotes, Altograd. *conſil.* 58. *num.* 2. *lib.* 1.

Appellatione ſuorum qui veniant, Bart. & Alex. *in l.* 2. *ff. de accuſat.* Sanfelic. *deciſ.* 347. *num.* 4. *&* 5.

15 Appellatione deſcendentium veniunt omnes, qui ex eadem ſtirpe, vel ſtipite oriuntur etiam in infinitum cuiuſcumque gradus, & ſexus exiſtant, & quamuis ſit controuerſum an veniant omnes, vt ſupra in infinitum, quando apparet facta vocatio de filijs natis ex aliquo nominato, quaſi tunc ob vim illius dictionis *ex*, cauſam immediatam regulariter denotantis videatur reſtringi ad natos immediatè ex illo, & non vltrà, tamen communi eſt diſtinctio, quòd aut eſt facta mentio de filijs natis puta ex Titio, & hoc caſu poſſit admitti non comprehendi alios progenitos ex nepote, aut eſt facta mentio de deſcendentibus ex Titio, & tunc contineantur omnes in infinitum propter vim illius verbi collectiui, *deſcendentibus*, vt benè probat Altograd. *conſ.* 92. *num.* 8. *&c. lib.* 2. Merlin. *deciſ.* 206. *num.* 14. *& ſeqq. & deciſ.* 228. filij tamen exhæredati non veniunt ſub appellatione nominis collectiui deſcendentium, Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 285. *num.* 32. *& ſeqq.*

Quomodo autem probari poſſit deſcendentia, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 396. *per tot. & deciſ.* 498. *per tot. part.* 13. *deciſ.* 388. *&* 389. *per tot. & part.* 14. *deciſ.* 268. *num.* 8. *& ſeqq. per tot.* vbi plura de modo probandi deſcendentiam ex plurabus enunciatiuis antiquis, fama, & huiuſmodi, *& deciſ.* 452. *d. part.* 14. vbi ex libris decimalibus, cataſtri, & baptiſmi, *& deciſ.* 469. *num.* 4.

Appellatione maſculorum quando veniant tam deſcen- 16
dentes ex maſculo, quàm deſcendentes ex fœmina, dixi in §. *Maſculinum num.* 4. *&c.* vide Gratian. *diſcept.* 832. *num.* 8. *& ſeqq.* cum alijs ibidem citatis, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 402. *num.* 26. *& ſeqq. per tot. & part.* 11. *deciſ.* 95. *per tot. & deciſ.* 218. *per tot. & part.* 12. *deciſ.* 244. *part.* 13. *deciſ.* 463. *part.* 14. *deciſ.* 462. *num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 269. *&* 369. *& part.* 16. *deciſ.* 170.

Quando non fuit habita ratio agnationis, ſed ſolius maſculinitatis, ſub nomine maſculorum veniunt tam deſcendentes ex maſculo, quàm deſcendentes ex fœmina, ſi ipſi ſint maſculi, ſi verò ſit habita ratio agnationis veniunt tantùm maſculi deſcendentes ex maſculo, ſed in primo caſu ſeruatur ordo ſucceſſionis, vt maſculi ex maſculo præferantur donec viuunt, de quo vide Altograd. *conſ.* 63. *nu.* 9. *lib.* 2. & latiùs *conſ.* 66. *num.* 1. *& ſeqq. per tot.* & præcipuè *num.* 85. *lib.* 2. Rot. *d. deciſ.* 402. *num.* 26. *& ſeqq. d. part.* 9. *recent.* vbi adducit plures alias declarationes, de quibus dixi in §. *Maſculinum num.* 4. *&c.* Rot. *part.* 11. *d. deciſ.* 95. *&* 218. *per tot.*

Appellatione fratrum continentur etiam ſorores, & con- 17
ſanguinei tantùm, & plura in materia ſtatutorum excludentium fœminas propter exiſtentiam fratrum, quinam veniant ſub nomine fratrum ad hunc effectum excluſionis, vide latè per Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 16. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 449. *num.* 4. *& ſeqq. dixi in §. Statutum excludens*, vbi vide.

Quòd in materia indifferenti appellatione fratrum veniant ſorores, niſi de mente diſponentis aliter conſtet, vt quia de maſculis ſenſerit, vel ſtante Statuto quòd verba intelligantur ad litteram, vel niſi militet diuerſa ratio, ſiue diſcretiua loquutio, ſiue quia ſtatutum, vbi voluit intelligere de fœminis, in aliqua parte expreſſit, Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.* 102. *num.* 4. *&c.* Card. Tuſch. *litt. F. concluſ.* 450. *per tot.*

Sub nomine fratrum propriè venit frater primi gradus, non verò patruelis, aut conſobrinus, Barboſ. *loc. cit. num.* 1. *&* 2. vbi etiam quòd in materia fauorabili venit frater vterinus, niſi agatur de agnatione conſeruanda, vide Card. Tuſch. *vbi ſupra concl.* 451. *per tot.*

Quòd appellatione Collateralium, & tranſuerſalium proximiorum veniant etiam fęminæ, præcipuè quando nulla fuit habita ratio agnationis conſeruandæ, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 366. *num.* 1. *& ſeqq.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 253. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi etiam quando intelligatur non de collateralibus ipſius teſtatoris, ſed hæredum, de quibus proximè loquutus eſt teſtator.

Appellatione hæredum in vltimis voluntatibus veniunt 18
tam maſculi, quàm fęminæ, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris, Alex. *conſ.* 55. *in fine lib.* 3. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 275. *num.* 5. *&c. dixi in §. Hæres*, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 519. *per* tot. vbi quando non veniant fęminæ, nec deſcendentes ab illis, licèt maſculi.

An ſub nomine hæredum veniant extranei hæredes, vel tãtùm hæredes ſanguinis, vide Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 130. *per tot.* §. *Emphyteuſis*, §. *Feudum*, *&* §. *Subſtitutio n.* 50. Paul. Chriſt. *deciſ. Belg.* 127. *vol.* 1. Peregr. *deciſ.* 101. *per tot.* vbi loquitur in fideicommiſſis, Rot. *p.* 13. *recent. deciſ.* 67. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi de hæredibus ſanguinis, *& p.* 14. *deciſ.* 269. vbi quòd denominatio hæredum facta in fideicommiſſo aſcendentium intelligitur de filijs, & deſcendentibus, & ſic cum qualitate hæreditaria ſanguinis, & non bonorum, & admittuntur hæredes, ac deſcendentes ſanguinis, etiam ſi non ſint hæredes bonorum, & declarat doctrinam contrarium tenentium, in quibus terminis procedere poſſit.

Quòd appellatione hæredum in renunciationibus veniant tantùm hæredes sanguinis, & descendentes, quid in materia indifferenti, & an veniant substituti, vide Altograd. *cons.40. num.18. & seqq. lib.2. cons.41. num.76. & cons.43. num.55. & seqq. lib.2. dixi in §. Renunciatio.*

Qui veniant appellatione hæredum, vel hæreditatis, latè Barbos. *de appell. verb. signif. appell.113. per tot.*

Sub nomine hæreditatis non venire legata, nec fideicommissa, Magon. *decis. Flor. 16. num. 4. dixi in §. Grauatus* Altograd. *cons. 66. num. 6. & cons. 68. num. 8. & 22. lib.* 1. vbi vide.

12 Appellatione hæredum in testamentis an veniant solum scripti, & destinati, licèt cum effectu non adeant, & non sint hæredes, vel potiùs effectiui, & cum effectu hæreditatem adeuntes, siue etiam substituti per vulgarem, latissimè disputat hincindè plures casus distinguendo, Altograd. *cons. 49. num.3. & seqq. per tot. lib.1. vide in §. Dictio.*

An veniant hæredes bonorum, vel hæredes sanguinis, Bardellon. *cons.181. num.46. & seqq. lib.2.* Merlin. *decis.145.* Peregrin. *decis.101.* Rot. *part.13. recent. decis.67. num.1. & seqq. & part.14. decis. 269.*

Quòd appellatione hæredum veniant etiam fœminæ, cum sit verbum commune tam masculos, quàm fœminas comprehendens etiam in fideicommissis fauore agnationis ordinatis, cum & ipsæ donec viuunt agnationem conseruent, Altograd. *cons.84. num. 30. & 31. lib.* 1. vbi plurimos allegat Rot. *part.12. recent. decis. 171. num. 2. &c.* vbi idem appellatione successorum.

Quod veniant fœminæ etiam in iurisdictionalibus, Altograd. *cons.71. num.52. & 53. lib. 2.*

Qualiter appellatione hæredum veniant omnes in infinitum, & quando secus, Ricc. *Collect.* 1112. Rot. *part. 10. recent. decis.7. num.41. & seqq. & part.6. decis.272. num.6. &c. decis.283. num.9. vide in §. Hæres num.7. §. Dictio num.37.*

20 Appellatione successorum in materia emphyteusis veniunt tantùm masculi secundùm aliquos relatos per Magon. *decis. Luc.* 14. *num.20. vbi tamen num.* 41. hoc dicit falsum, & venire etiam fœminas.

Quòd appellatione descendentium, vel hæredum in emphyteusi veniant etiam fœminæ, licèt præcedat nomen filiorum, pulchrè ex multis ostendit Altograd. *cons.22. num.4. & seqq. per tot. lib.1.*

Quòd appellatione successorum, & hæredum in testamentis, absque conditione, *si sine filijs*, veniunt quicumque successores, & hæredes bonorum etiam extranei, Merlin. *decis.* 145. Tondut. *quæst. ciuil. 44. per tot. part.* 1. Vrceol. *in Append. ad cap.47. in fin.2. vol.*

21 Appellatione proximiorum an veniant fœminæ, dixi in *§. Proximior inf. num.23.*

Et quòd proximiores appellatione veniat etiam proximus, qui doceat se proximum, & neminem alium eum præcedere, licèt adsint alij eiusdem gradus, vide Altograd. *cons.47. num.47. lib.2.*

22 Appellatione parentum, vel ascendentium veniunt tam pater, & alij ascendentes per lineam masculinam, quàm mater, & alij ascendentes per lineam maternam, & quid ex hoc resultet, latè Gratian. *discept. forens. cap. 428. & cap. 977. per tot.*

Quòd sub nomine parentum etiam strictè comprehendantur agnati, & largè cognati, & collaterales consanguinei, Crauett. *cons. 80. num.* 12. cum alijs per Rot. *in nouiss. part.7. decis.193. num.15. & seqq.*

Quòd appellatione parentum ex communi vsu loquendi comprehendantur nedum ascendentes, sed etiam transuersales, vide Altograd. *cons.66. num. 2. lib.* 1. Barbos. *de appell. verb. signif. appell.185. num. 3. & per tot.* vbi etiam quinam alij veniant sub nomine parentum.

Et sub nomine parentelæ comprehendi tam agnatos, quàm cognatos vtriusque sexus, Rot. *part. 13. recent. decis.* 345. *num.6.*

Quòd appellatione ascendentium veniant omnes tam masculi, quàm fœminæ, nisi tamen adsit statutum fœminas excludens, Barbos. *de appell. verb. signif. appell.27. per tot.*

Item intellige prædicta nisi de patre, & matre sit facta discretiua mentio, vel dispositio, Altograd. *d. cons. 66. n. 9. lib.1. & cons.89. num.11. lib.2.* vide Rot. *part. 14. recent. decis.428. num.6. & seqq.* & quæ notaui in *§. Statutum excludens num.28.*

23 Appellatione stipitis, vel cippi domus comprehenduntur agnati iuxta ordinem graduum, & interdum etiam fœminæ, quando non apparet testatorem habuisse respectum conseruandi agnationem, Gratian. *discept. forens. cap. 491. num.2. cap. 890. num. 3. & num. 30. & cap. 901. num. 1. 17. & 33.* Fusar. *de substit. quæst.348. per tot.* Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.50. per tot.* & in meis resol. *cap. 24. n. 34.* Rot. *part.9. recent. decis.139. num. 2. & seqq. vide in §. Fœminæ num.6. in fine.*

Agnatorum appellatione quinam veniant, Barbos. *appell. 13. per tot.*

Quod appellatione proximiorum veniant tam masculi, quàm fœminæ, Pontirol. *in d. Respons. pro Mambellis num.140.* vide latè Barbos. *appell.224. & 228. per tot.* dixi in meis resol. *cap.22. num.33. & 34.* Rot. *part. 9. recent. decis. 385. num.39. & seqq.* vbi limitat non procedere, quando discretiuè fuit actum de fœminis.

Appellatione lineæ masculinæ an veniant fœminæ descendentes ex masculis, & quid si fuerint vocati descendentes per lineam masculinam, vide Altograd. & quos allegat *cons.60. num. 103. & 110. lib.1. & cons.13. num.47. lib.2. dixi in §. Fœmina num.1.* Rot. *part.14. recent. decis.392. n.13.* vbi quòd non, contra Altograd. 24

An, & quando appellatione lineæ masculinę veniant masculi descendentes ex fœminis, vel non, plenè videnda Rot. *part.11. recent. decis.95. per tot. cum pluribus citatis, & p. 12. decis.274. num.9. & decis.415. num.12. &c.*

Quòd sub nomine generationis masculinæ non veniant fęminæ in emphyteusi, Rot. *part. 11. recent. decis. 312. per tot.* vbi quando contraria opinio procedere possit, *& par. 12. decis. 34.*

Appellatione domus, & familiæ quinam veniant, pulchrè Gratian. *discept.645. per tot. inf. num.39.* Tusch. *litt. D. conclus.618. num.2.* Fusar. *de substit. quæst.351.* Rot. *part.16. decis.70.* vbi quòd appellatione domus, & familiæ non veniunt descendentes ex fœminis, etiam si ipse essent masculi. 25

Familia, genere, stipite, domo, parentibus, cippo, & agnatione vocatis quinam veniant, vide Menoch. *lib.4. præsumpt. 88. per tot.*

Quòd sub nomine domus in fideicommissis significetur agnatio, Bart. *in l. pronunciatio 195. §. Familia ff. de verb. signif.* Peregr. *de fideicom. art. 22. num. 27.* Rot. *part.14. recent. decis. 536. num. 208.* & est votum decisiuum D. Hieron. Gastaldi.

Sub nomine Casatæ venire omnes de domo, & agnationes etiam fœminas, nisi extent coniecturæ contrariæ, non autem venire naturales, vide Barbos. *appell.40. per tot.* Fusar. *de substit. quæst.360. per tot. dixi in §. Proximior.*

Si fuerint vocati consortes quinam veniant, Fusar. *de substit. quæst.* 372. vbi quòd veniunt proximiores de eadem familia, etiam fœminæ, nisi sit contemplata agnatio.

Appellatione familiæ contineri fœminas, & quando secus, Gratian. *discept. 930. per tot.* Menoch. *d. præsumpt.88. num.3. &c.* Altograd. *cons.61. num.18. lib.1.* Pontirol. *d. Respons. pro Mambellis num.141.* vbi quod idem est sub nomine agnationis, & cippi domus, dixi in meis resol. *cap. 22. num.34.* 26

Quod fœminæ dicuntur de familia, & agnatione illamque conseruant donec viuunt, ac ideò retinent bona in agnatione conseruanda illarum vita durante, vide Altograd. *cons.61. num.50. lib.1. & cons.86. num.46. lib.1. dixi in §. Familia, & §. Fœmina num.3.*

Appellatione necessariorum, & affinium quinam veniant secundùm subiectam materiam, Montan. *de tut. cap. 17. num. 2. &c. fol. 58. vide in §. Affinitas num.12. in fine.* 27

Quòd sub nomine affinium veniant etiam maritus, & vxor, licèt inter se non sint affines, sed principium affinitatis, & quinam alij veniant, vide Barbos. *appellat.12. per tot.*

Quinam veniant sub nomine attinentium, vide Fusar. *de substit. quæst.371. per tot.*

Et sub nomine cognatorum qui intelligantur vocati, idem Fusar. *quæst.368. per tot.*

Et sub nomine consanguineorum, vide in *§. Consanguinitas num.1.*

Appellatione generationis veniunt omnes descendentes ex linea masculina tantùm, non autem fœminina iuxta multorum opinionem, licèt secundùm aliorum magis communem, nomen generationis ex proprio significatu sit aptum comprehendere etiam fœminas, nisi dictum fuerit de generatione masculina, quia tunc fœminæ non comprehende- 28

henderentur, prout nec quando fuissent exclusæ, sicuti pluries ad tollendas difficultates seruari vidi, & ipse seruari curaui, quando talis erat intentio disponenti, ad tradita per Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 108. *per tot.*

29 Appellatione posteritatis, siue posterorum veniunt omnes descendentes etiam fœminæ, & ab illis descendentes, nisi obstet communis vsus loquendi, vel simus in prohibitione alienandi facta, quia testator velit bona conseruari in posteris, vel nisi adsit statutum fœminas excludens vel nisi agatur de priuilegio, siue immunitate, siue feudo, quia in istis fœminæ, & illarum descendentes non veniunt sub nomine posterorum, Barbos. *appellat.* 208. *&* 209. *per tot.*

30 Appellatione primogeniti, maioris, vel senioris de domo, venit maior natu, & ætate, & non maior alijs respectibus, puta dignitate, vel diuitijs, Gratian. *discept. forens. cap.* 834. *per tot.* dixi in meis resol. *cap.* 40. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 92. *per tot. vide* §. *Primogenitura.*

An veniant fœminæ dixi in §. *Fœmina num.* 12.

Quòd appellatione seniorum, vel antiquiorum vicinorum veniant seniores, & antiquiores vicini respectu temporis, & longioris habitationis, non autem respectu ætatis, quia huiusmodi verba adiectiua qualificantur à substantiuo vicinorum, latè Rot. *in Cremonen. Capellania* 20. *Februarij* 1641. *coram Royas part.* 9. *recent. vol.* 1. *decis.* 5. *per tot.*

Et sub nomine seniorum de domo comprehendi etiam fœminas, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 462. *num.* 19.

31 Appellatione familiæ, & seruitorum quinam veniant, vt comprehendantur in legato facto pro familia, & seruitoribus, Gratian. *discept.* 533. *num.* 27. *& seqq.* Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 95. *&* 243. *per tot.*

Quòd veniant etiam seruitores nobiles, pulchrè Seraphin. *decis.* 1409. *per tot.* Alia vide in §. *Familiaris*, *&* §. *Famulus.*

32 Appellatione armorum non veniunt dentes, fustes, lapides, vasa vitrea, ligones malei, & similia, quæ de sui natura non sunt apta nata, & facta ad offendendum, sed ad alium finem, & effectum destinata, latè Petr. Cabal. *cas.* 63. *per tot. vide in* §. *Arma num.* 1. Nouar. *in Prag. Regn. Collect.* 22. *per tot. & Collect. seqq.* vbi plura notabilia de hac materia, & in mea Practica §. *Arma*, vbi vigore bannimentorum in statu Florentino plura ex dictis instrumentis sunt prohibita deferri extra apothecas, & proprium illorum vsum destinatum.

Si quis tamen percusserit, vel vulnerauerit cum dictis, vel similibus instrumentis, tenetur quidem pœna statuti contra percutientes cum armis, sed non pœna delationis armorum, vt benè declarant Nouar. *loc. cit. Collect.* 22. & Cabal. *d. cas.* 63. ac ita pluries seruaui, & seruatum vidi in Magistratu DD. Octo Baliæ Florentiæ, licèt quandoque etiam fuerit seruatum contrarium, quoad instrumenta expressè per dicta bannimenta prohibita, vbi modica, vel momentanea non fuit delatio.

Quòd sub nomine armorum cuiuscumque generis non veniant vaginæ ad enses recondendos, vide Menoch. *de Arbitr. cas.* 95. *num.* 24. *& seqq.* vbi tamen refert contrarium in facto fuisse seruatum stante prohibitione deferendi arma ad inimicos.

33 Appellatione Diœcesis, Comitatus, Territorij, & districtus quid veniat, vide Asin. *in Prax.* §. 7. *cap.* 1. vbi plura, & quòd territorium accipiatur strictè pro dominio particulari, districtus verò latiùs de omnibus locis subiectis ditioni, & imperio Ciuitatis dominantis, & benè Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 76. *per tot.* Bonacoss. *quæst. crim. verb. Territorium.*

Quòd territorium comprehendat etiam Ecclesias, & monasteria cum ambitibus, & locis annexis, ad quos effectus, & quando secus, Magon. *decis. Luc.* 36. *num.* 29. *dixi in* §. *Clericus*, *&* §. *Ecclesia.*

An autem appellatione Regni contineantur omnes loci Prouinciæ, & Principatus vniti, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 316. *per tot. dixi in* §. *Indultum num.* 8.

Et an, & quando appellatione Status veniat tantum immediatus, vel etiam mediatus ipsi legislatori subiectus, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 340. *num.* 12. *&c.* vbi quòd venit tantùm immediatus.

34 Appellatione Diœcesis in materia indifferenti venit Ciuitas, Gratian. *discept. forens.* 893. *num.* 35. Ricc. *Collect.* 1387.

Quòd Diœcesis contineat etiam loca exempta, idem Gratian. *discept.* 918. *per tot.* vbi de differentijs inter Terram Prati, & Episcopum Pistoriensem, ostendendo Pratum esse in Diœcesi Episcopi Pistoriensis.

Quòd appellatione Diœcesis veniat Ciuitas, intellige in materia fauorabili, vel indifferenti, secus in odiosa, Barbos. *appellat.* 74. *per tot.* vbi plures allegat.

35 Appellatione Ciuitatis, Castri, vel Ciuium in materia fafauorabili venit etiam territorium, villa, & comitatiui, secus autem in odiosis, *c. cùm in partibus de verb. signif.* Gratian. *discept.* 217. *in princ. & cap.* 893. *n.* 35. *& decis. March.* 96. *per tot.* Valasch. *consult.* 79. Galeott. *contr.* 20. *lib.* 2. *n.* 38. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 199. *num.* 15. 16. *&* 17. Gizzarel. & Addent. *decis.* 23. Nouar. *in Prag. Collect.* 115. *num.* 25. Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 29. *num.* 13. *& seqq.* & latiùs *de Arbitr. quæst.* 99. *per tot.* vbi exemplificat in pluribus casibus, Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 48. *num.* 1. *appell.* 49. *num.* 4. *& appell.* 276. *num.* 3. *&* 4. dixi in meis resol. *cap.* 49. *per tot.* & in mea Pract. §. *Cittadini num.* 8. vbi limitaui in ciuibus Florentinis, ac generaliter limitari potest in omnibus alijs, in quibus certæ qualitates requiruntur, nam nisi concurrant, & sint adimpletæ, non gaudent beneficijs ciuilitatis, Bardellon. *cons.* 199. *per tot. lib.* 2. adde Ciarlin. *contr.* 149. *per tot.* vbi quòd natus, & educatus in Ciuitate, licèt ex patre comitatiuo rurali, venit appellatione ciuium originariorum, & admittitur ad ea omnia, ad quæ admittuntur ciues originarij.

Quòd appellatione oppidi contineatur non solùm quod est intra muros, sed etiam extra in vniuerso eius territorio, Rot. *in Burgen. Præeminentiarum* 8. *Februarij* 1677. *coram Bourlemont. post Vrceol. de transact. decis.* 86. *num.* 8. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 188.

Si tamen dispositio loquatur discretiuè de Oppido, & eius territorio tunc pro diuersis reputantur, & non confunduntur, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 695. *num.* 14.

Contrarium quòd imò natus in suburbijs, & comitatu non gaudeant priuilegijs natorum in ciuitate nititur probare Leoncil. *decis. Ferr.* 163. *per tot.* vbi quòd puella nata in suburbijs non sit capax legati, vel eleemosynæ relictæ pro dotandis puellis de ciuitate; sed an benè iudicauerit valdè dubito per prædicta, & in puncto, ac fortioribus terminis contrarium decidit Gratian. *decis. March.* 96. *per tot.* quem sequutus sum in mea Pract. §. *Legati num.* 7. ac ideò non puto recedendum à supra firmata conclusione, quam probat etiam Nouar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 46. *num.* 8. *& seqq.* pro Leoncil. tamen facit quod dixi in §. *Dictio num.* 26.

Quòd ciuitatis, vel loci appellatione veniat territorium, quando ciuitas fuit expressa in genitiuo, secus autem si in ablatiuo cum dictione *in*, quæ denotat intrinsicitatem, & excludit territorium, ac suburbia, exemplificando in multis, probat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 489. *num.* 3. *& seqq. vide in* §. *Ciuitas num.* 10. §. *Legatum num.* 21. *& num.* 42.

An appellatione ciuitatis veniant continentia, & suburbia, ita vt factum in suburbijs dicatur factum in ciuitate, & quæ sint continentia, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 155. Ricc. *Collect.* 1387. *&* 2680. Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 123. vbi quòd sic in fauorabilibus secus in odiosis, & pœnalibus, inferendo propterea, quòd prohibitus celebrare in loco delicti, si sit Ciuitas, potest celebrare in Ecclesijs propè vrbem ab extra existentibus, vide in §. *Ciuitas num.* 10. Sanfelic. *decis.* 50. vbi tamen quòd verbum, *patria*, latiùs est.

Et an Castri appellatione veniat etiam territorium, & iurisdictio, Barbos. *appell.* 41. *per tot.*

Quòd appellatione ciuium in fauorabilibus veniant non solùm ciues veri, scilicet ex natiuitate, & origine, sed etiam ciues ex priuilegio, & incolæ, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 127. *num.* 9. *&c.* vbi concordantes habentur.

36 Appellatione generis non venit species, quando illa fuit distincta à genere, *l. doli clausula ff. de verb. oblig. & l. sanctio legum ff. de pœn.* Gratian. *discept.* 757. *num.* 11. *vide supra num.* 8.

37 Appellatione vineæ non venit cannetum, siue arundinetum, nec dicitur de illius pertinentijs, Gratian. *discept.* 752. *num.* 31. *&c.* Si tamen cannetum esset destinatum pro vsu vineæ, illius appellatione contineretur, & generaliter quid veniat sub nomine vineæ, Barbos. *appellat.* 273. *num.* 3. *&c.*

38 Appellatione domus prout est res materialis venit omne ædificium siue cum tecto, siue sine tecto pro habitatione desti-

destinatum, siue in vrbe, siue in rure quando stat propter se ob aeris salubritatem, & non propter fundum, & venit tota etiam nulla adita dictione vniuersali, venit apotheca illi vnita, & sub eodem tecto existens, quæ vno pretio fuerit empta cum domo, secus autem si stet per se, & sit separata, venit etiam porticus, & hortus, ad quem è domo patet aditus, secus verò si sit à domo separatus, ostium, & alia domui affixa, molendinum, tugurium, capanna, stabulum annexum, balnea, ad quæ ex domo habetur aditus, puteus, putealia, funes, labra, fistulæ, rota, & alia ad hauriendam aquam destinata, & omnia perpetui vsus causa in domo existentia, & si disponens habeat plures domos, & dubitetur de qua senserit, præsumitur de illa, in qua habitare consueuit ordinariò, & non ex accidenti, vt latè omnia probat Barbos. *de appell. verb. signif. appell.82. per tot.* Tusch. *litt. D. conclus.617. & seqq.* Ricc. *Collect.212. & 669. vide in §. Venditio num.51.* Rot. *part.10. recent. decis.77. per tot.* vbi de legato domus an, & quando contineat apothecas, & remissas pro rhædis, vel curribus, & huiusmodi, dixi in §. *Legatum num.* 53. & rursus Rot. *in eadem causa d. part.10. decis.304.*

An sub nomine domus veniant vitriatæ, vide Surd. *decis.* 134. *& dixi in §. Venditio.*

Quando appellatione domus veniat apotheca, vel non, pulchrè hincinde Gratian. *decis. 67. per tot.* Ricc. *Collect.669.* Rot. *part.10. recent. decis.77. per tot. & decis.* 304. *per tot.*

Appellatione Casamenti cùm sit nomen vniuersale continens plusquam domus, veniunt apothecæ existentes sub eadem continentia casamenti, sicut & stabulum, caupona, & omnia alia sub eodem ædificio existentia, Castr. *cons.454. lib.1.* Card. Tusch. *litt. D. concl.619. num.* 43. sequitur Barbos. *appell. 39. per tot.*

Appellatione domus an veniat hortus, seu viridarium, & stabulum, vide Gratian. *discept.896. num.28. &c.*

Quòd sub nomine ædium veniat hortus coniunctus ipsis ædibus non ex propria significatione, sed ex quadam accessione; Card. Tusch. *litt. E. concl.* 30. *num.* 2. *&* 4. sequitur Barbos. *appell.11. num.2.*

Quæ veniant sub nomine fundi, vel prædij, dixi in §. *Fundus num.1.*

39 Appellatione domus interdum designari non locum, sed patrimonium, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 922. *num.15. &c.*

Et appellatione domus venire in fideicommissis agnationem, & parentelam testatoris, ac omnes comprehendi etiam fœminas, nisi appareat fuisse contemplatam conseruationem ipsius agnationis, & alia de huius verbi significatione, vide per Barbos. *appellat. 81. per tot. supra num. 25. &c.*

40 Appellatione pertinentiarum domus veniunt omnia ad illius perpetuum vsum destinata licèt non affixa, vide Altograd. *cons.99. num.* 14. *& seqq. lib.2.* vbi loquitur de statuis, dixi in §. *Venditio*.

Quid veniat appellatione domus, vel stantiæ quando fuit dictum cum pertinentijs, & quid operetur expressio confinium, Gratian. *discept.657. num.* 18. *& per tot. vide in §. Legatum.*

Quid veniat nomine pertinentiarum, vide Barbos. *appellat.200. per tot. & dixi in §. Clausula*, latè Tusch. *litt. P. concl.323. & 324. per tot.*

41 Appellatione pertinentiarum, & rerum veniunt etiam boues aratorij, pecora, sues, & similia existentia in fundo causa culturæ, Duran. *decis.345. num.2.* Barbos. *appell.* 203. *num.2. vide in §. Immissio.*

Quæ dicantur pertinentiæ castri, & feudi, vide Menoch. *lib.3. præsumpt. 99. per tot.*

42 Appellatione apothecæ quæ veniant, pulchrè Gratian. *discept.927. num.3. & per tot.*

Qualiter sub nomine Aromatariæ, veniat etiam Drogaria, & in mixtis attendatur quod præualet, Rot. *part.12. recent. decis.* 273. *num.* 19. *&* 20. *vide §. Statutum generale num.15.* vbi an, & quando sub simplici contineatur mixtum.

43 Appellatione dotis venit tota, vel illa pars quæ fuit soluta, vide Gratian. *discept.824. num.* 2. *&* 3. Barbos. *appellat.* 84. *per tot.* vbi quòd venit tota, & omne promissum, ac datum nomine dotis, & si sit dictum de congrua intelligitur, vt non sit legitima.

44 Appellatione rei venit tota, Altograd. *cons.* 100. *num.11. & num.* 23. *lib.* 1. cùm regulariter indefinita æquipolleat vniuersali, vide tamen in §. *Dispositio, & infra num.* 48.

Appellatione partis regulariter venit dimidia, nisi aliquid 45
adijciatur quod aliter denotet, Magon. *decis. Luc.21. num.3.* & pulchrè videndus Diaz. *reg.* 529. *per tot.*

Et quando appellatione partis veniat totum, vide Gratian. *discept.946. num.21. & seqq.*

Appellatione bonorum etiam nullo adito signo vni- 46
uersali ex propria significatione veniunt stabilia, mobilia, pecuniæ, nomina debitorum, iura, & actiones, *l. bonorum 49. ff. de verb. signif.* Gratian. *discept.698. per totum cap.732. num.62. dixi in §. Bona, §. Nomen, & §. Pactum*, Ricc. *Collect.1137.*

Appellatione mobilium quæ veniant, vide Altograd. 47
cons.70. per tot. lib.1. & dixi plura in §. *Legatum*.

Quæ veniant appellatione mobilium, vel immobilium, an iura, & actiones, census, molendina, & alia, Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.2. cap.26. num.85. & sequentibus.*

An appellatione mobilium, & immobilium veniant iura, & actiones, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 153. *vol.* 1. vbi quòd non, cùm sint tertia species, dixi in §. *Bona num.1.*

Appellatione Castri venit totum, Gratian. *discept.839.* 48
num.6. vbi etiam de expressione confinium, sicut appellatione fundi, vel domus venit tota, quamuis nulla sit adita dictio vniuersalis, idem Gratian. *cap.* 947. *n.* 3. *& cap.* 968. *num.17. supra num.44.*

Appellatione Presbyteri, an veniat solum Sacerdos, vel 49
etiam Clericus in minoribus constitutus, ita vt si testator iusserit præsentari Presbyterum, debeat præsentari Sacerdos, vel sufficiat Clericus, vide Rot. *in Piscien. beneficij* 31. *Ianuarij* 1635. *coram Pirouano in Nouiss. part.* 7. *decis.* 14. *per tot.* vbi quod stante obseruantia poterit præsentari Clericus, & quando secus.

An constituti in minoribus veniant appellatione Clericorum, Gratian. *discept.35. num.49.*

Et quid veniant appellatione Clericorum, vel non, latè Barbos. *de appell. verb. signif. appell.51. & 217. per tot.*

Appellatione mensis in iure, si sit decisum ex verbis ex- 50
pressis, vel ex mente legislatoris quot diebus constare debeat, prout reperitur decisum in multis casibus, tali decisioni standum est in illo casu; si talis expressio non est facta, nec habita relatio ad nomen, principium, vel finem alicuius mensis, tunc intelligitur mensis de 30. diebus, si verò nomen mensis sit appositum, vel habita ratio principij, in quo actus fieri debet, tunc tot dies continet, quot habet ille mensis, in quo fit, vel incipit actus, vt post multa latè deducta distinguit Altograd. *cons.29. num.34. & per tot. lib.* 1. vide Menoch. *de Arbitr. cas.50. per tot.* à quo tamen aliqualiter recedit Altograd. *loc. cit.* & plura per Pac. Iordan. *Lucub. vol.2. lib.10. tit.12. num.30. & seqq. fol.350.* Tusch. *litt. M. concl.197. per tot.* Conciol. *ad stat. Eugub. lib.6. Rub.49. num.5.* Vela *Differt.18. vol.1.*

Quòd vbi absolutè fit mentio mensis intelligatur de 30. diebus, vbi verò lex, statutum, siue iudex concedit mensem veniat mensis secundùm quod occurrit in Calendario, & quod ex illo mense deficit suppleatur de sequenti, & sic habebit ille mensis 30. vel 31. dies prout occurrerit in Calendario; in vltimis verò voluntatibus intelligitur de 30. vel 31. diebus secundùm quod magis ampliatur vltima voluntas, & in contractibus prout mens contrahentium magis denotat, vel vt minor sit obligatio, Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.* 148. *per tot.* Soccin. *reg.* 318. Franc. *decis.471.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.2. lib.10. tit.7. n.342. fol.255.* Tusch. *d. concl.197. per tot.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 1. *ad* 7. *num.175. fol.102.* Vela *vbi supra*.

Appellatione anni quandoque venit annus naturalis, 51
quandoque artificialis, & emergens in locatione bonorum, & in pacto priuationis rei ob non solutum canonem iuxta qualitatem rei locatæ, nam si res ferat fructum quolibet anno, conuentio intelligitur de anno continente duodecim menses, si per biennium, vel quinquennium tantùm, intelligitur de anno artificiali continente 24. menses, vel quinque annos naturales, & sic biennium, vel quinquennium reputabitur pro vno tantùm, Altograd. *cons.* 20. *num.1. & seqq. per tot. lib.1. vide in §. Emphyteusis, §. Annum, & §. Tempus.*

Quomodo autem computari debeat annus, quoad interstitia,

ſtitia, & nouitiatum, & quid ſi ſit biſsextilis, vide Barboſ. *de appell. verb. ſignif. appell.* 17. *per tot.*

52 Appellatione, *connexorum*, *continentium*, *& ſeparatorum*, quæ veniant, & ſic quæ dicantur connexa, quæ continentia, & quæ ſeparata, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 95. *per tot.*

53 Appellatione, *alimentorum*, in fauorabilibus, & alimentatio vtilibus, venit non ſolùm victus, ſed etiam veſtimenta, habitatio, medicinæ, & omnia ad vitam peragendam neceſſaria, *l. legatis ff. de alim. & cib. leg.* Alex. *conſ.* 178. *col. vlt. lib.* 5. Pract. Papp. *pro legat. rei ſingul. gloſ.* 1. *num.* 65. Roland. *conſ.* 22. *num.* 1. *lib.* 1. Duran. *deciſ.* 148. *num.* 6. *&* 7.

In odioſis verò, ſiue alimentatio præiudicialibus appellatione alimentorum non venit habitatio, nec veſtiarium, vnde ſi de illis ſit facta tranſactio non cenſetur tranſactum de habitatione, & veſtiario, Menoch. *de arbitr. caſ.* 170. *num.* 27. *&* 28. *dixi in §. Alimenta num.* 1.

54 Appellatione *ſententiæ* in materia ſtricta venit tantum definitiua, non autem interlocutoria etiam ſi habeat vim definitiuæ, Altograd. *conſ.* 2. *num.* 3. *& ſeqq. lib.* 1. & plures hanc opinionem tenentes refert etiam Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appell.* 242. *num.* 1. *&* 2. vbi tandem vtriuſque opinionis rationibus, & fundamentis perpenſis, concludit tam definitiuam, quàm interlocutoriam venire ſub nomine ſententiæ, & quid de laudo, *vide ibidem per tot.*

55 Appellatione, *fructuum*, quæ veniant, vel non latè cum pluribus curioſis quæſtionibus, ac etiam de prouentibus, Gizzarel. & Addent. *deciſ.* 34. *per tot. vide in §. Fructus num.* 1. *&c.*

56 Appellatione, *Eccleſiæ*, qualiter veniat etiam clauſtrum, dormitorium, circuitus 40. paſſuum, domus contiguæ, & alia ad vſum Clericorum deputata, Gizzarel. *deciſ.* 37. *num.* 16. *&c.* vbi de priuilegio cogendi ad vendendum pro ampliatione, & dixi in §. *Eccleſia*, *&* §. *Immunitas*.

57 Ad materiam appellatiuæ ſignificationis rerum, & verborum conferunt fuſiſſimè tradita per DD. & præcipuè Rebuff. *in tit. ff. de verb. & reb. ſignif. per tot. tractatum*, in quo habentur exactæ verborum, & rerum ſignificationes ad Ius ciuile ſpectantes, Alberic. de Roſar. *in eius amplo Dictionario ordine alphabetico compoſito per tot.* & omnes quotquot ſcripſerunt Lexicon iuris, Vocabularia, de Dictionibus, & huiuſmodi opera, vltrà Barboſ. & alios per me citatos.

58 Quando appellatione filiorum veniant nepotes, vel non, latè Rot. Florent. *in Florentina de Dazzis*, apud Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part.* 3. *deciſ.* 57. per Rot. Rom. *in Vrbeuetana fideicommiſſi Veneris* 8. *Februarij* 1686. *coram Hernault*, apud eumdem Torre *d. part.* 3. *deciſ.* 66.

§. APPROBATIO. XXXIV.

1 APprobans laudum, ſententiam, vel quid ſimile per ſubſcriptionem factam in folio albo, & nondum ſcripto ſibi non præiudicat, quia nemo præſumitur velle ſuum iactare, ignoranter ſubſcripſit, & ratificatio non præſumitur facta, niſi de illis, quæ lecta, cognita, & ritè percepta fuerunt, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 162. *per tot. vide in §. Laudum, & §. Ratificatio.*

2 Approbans aliquem, vel laudans pro idoneo qualiter, & quando poſſit tamquam fideiuſſor in ſubſidium conueniri, vide in §. *Fideiuſſor*.

3 Approbare quando quis dicatur, & quando non, quòd approbatio vnius non extendatur ad alium, & qualiter approbatus ad vnum beneficium poſſit reprobari quoad aliud etiam ſimile, Card. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 431. *cum duabus ſeqq.*

4 Approbatio qualiter reſultet ex productione, & alia, vide in §. *Productio*.

5 De approbato ſemel ad aliquod officium, vt non poſſit reprobari pro alio officio ſimili, non maiorem idoneitatem, nec dignitatem requirente, Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 13. *num.* 86. *& ſeqq.*

6 Quomodo, & ex quibus inducatur approbatio alicuius actus, vel perſonæ, & alia, Laurent. Vrſel. *concl.* 131. *per tot.* quibus adde Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Biblioth. legal. part.* 4. *pag.* 115. vbi etiam quando cenſeatur approbata perſona procuratoris.

Approbatio teſtamenti, an inducatur per petitionem legitimæ, an operetur vbi teſtamentum eſt nullum ob præteritionem, cui præiudicet, & alia, Io. Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part.* 2. *quæſt.* 40. *per tot.* 7

Approbatio confeſſarij qualis, & à quibus eſſe debeat ad audiendas confeſſiones, aliaque plura de approbatio confeſſariorum, maximè vt poſſint per pœnitentes eligi vigore Bullæ Cruciatæ, plenè P. Mendo *in Elucidat. d. Bullæ diſput.* 22. *per tot. fol. mihi* 147. *& ſeqq. vide in Indice verb. Approbatio.* 8

§. AQVA. XXXV.

AQua fundi ſuperioris eſt recipienda in fundo inferiore ſecundùm naturalem loci ſitum, vel ſecundùm conſuetum, ſeu prout conuentum fuerit inter dominos prædiorum, *l.* 1. *&* 2. *ff. de aqua plu. arcend.* Pract. Papp. *for. act. confeſſ. gloſſ. ſeruitus num.* 19. Boer. *deciſ.* 352. *& conſ.* 24. Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 11. *per tot.* cum alijs ſequentibus, Card. Tuſch. *litt. F. concluſ.* 407. *num.* 22. *& ſeqq. & litt. S. concluſ.* 221. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi vide, & Cæpol. plenè *de ſeruit. ruſt. præd. tit. de ſeruit. aquaduct. nu.* 71. *& ſeqq.* Rot. *in Bonon. Aquarum* 9. *Aprilis* 1666. *inter Conſult. Vrceol. cap.* 76. *num.* 35. *vol.* 2. Thomat. *deciſ.* 147. *per tot.* vbi benè declarat, & de ſulcis aquarijs cum fouea in fine terrarum, Bich. *deciſ.* 291. *&* 314. vide de diminutione, & deficientia aquæ promiſſæ, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 9. Franciſc. de Angelis *in Aſtræal. patrocin. poſt tract. de confeſſion. opuſc.* 2. *num.* 228. vbi quòd ſi nulla ſeruitus ſit debita, non facit vim, nec dolo tenetur, qui in agro ſuo fodiens aquæ venas incidit, & vicino fontem auertit, ſi id faciat non animo nocendi, ſed vt agrum ſuum meliorem reddat, per text. *in l.* 1. *§. Denique, & l. ſi in meo fundo* 21. *ff. de aqua plu. arcen.* ad Sperel. *deciſ.* 55. *num.* 12. *& deciſ.* 213. *num.* 4. *& ſeqq.* & alios, Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 24. *per tot.* vbi redditur ratio quia fundus inferior recipit etiam pinguedinem defluentem à fundo ſuperiore, & ideò etiam aqua eſt recipienda, licèt damnum afferat, dummodò tamen ſeruetur ſolitum, vel pactum, nihil doloſè agatur, & ex nimio fluxu, nimia fundo inferiori læſio non afferatur, ad tradita per Pacichel. *tract. de diſtant. cap.* 8. *num.* 19. & alios citatos per Romaguer. *vbi ſupra*, qui etiam ſe remittit ad hic per me ſcripta Bartol. Gatt. *conſ.* 29. *per tot.* Ant. Gob. *conſult.* 56. *per tot.* 1

Plura de aquarum diuerſione an, & quando ſit licita, vel non, Franciſc. Ant. Tranchedin. *conſult.* 83. *per tot.* Coſta *de facti ſcient. & ignorant. diſt.* 1. *cent.* 2.

Poteſt tamen dominus fundi ſuperioris illam auertere, ne in fundum vicini inferioris excurrat, etſi ipſi vicino noceat, Martha *vot. Piſ.* 174. *num.* 2. *&c.* Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 29. *num.* 13. Thomat. *d. deciſ.* 147. *num.* 11. vide Ant. Gob. *d. tract. quæſt.* 12. *per tot.*

Et aqua mea ſitientibus agris meis non debet ad aliorum vſum conuerti, *l. Præſes* 6. *C. de ſeruit. & aqua*, Leoncil. *deciſ. Ferr.* 102. *num.* 7.

Plura de aquarolo, ſeu canali, quo mediante colligitur aqua, & an quis poſſit cogi illam in ſuo retinere, & alia, Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 67. *per tot.*

An aqua poſſit proijci, vel immitti in fundum alienum, vel ſtratam publicam, quid ſi ſit lauatura, vel aliud putridum, & tranſeuntes, vel ſtantes percutiat, & maculet veſtes, an dominus teneatur pro famulis, idem Cæpol. *d. tract. cap.* 68. *per tot. dixi in §. Via num.* 2. vbi plura, & plures allegaui.

Aqua pluuia ſi opere manufacto alicui noceat, qualiter iſte poſſit agere vt arceatur ne ſibi noceat, opus factum deſtruatur, & damnum emendetur, quæ requirantur, & alia, *tot. tit. ff. de aqua plu. arcen.* latè declarat Cæpol. *de ſeruit. ruſtic. præd. cap.* 5. *per tot.*

De ſeruitutibus aquæ hauſtus, & pecoris ad aquam appulſus, idem Cæpol. *de ſeruit. ruſt. præd. cap.* 7. *&* 8. *per tot.* alia vide in §. *Seruitus*.

Aqua ſcaturiens in fundo ſuperiori, licèt per mille annos fluxerit in fundum inferiorem poteſt auerti, & impediri à domino fundi ſuperioris, ne amplius decurrat in fundum inferiorem, cùm talis curſus in mera eius facultate conſiſtat, nec dicatur aliquod ius quæſitum domino fundi inferioris, niſi interuenerit aliquod opus manufactum, & hominis miniſterium in fundo ſuperiore ad faciendum ſic aquam

aquam excurrere, quia tunc non iure facultatis, sed seruitutis diceretur decurrere, & quæsita seruitus negatiua non diuertendi aquam à fundo inferiore, concurrente tamen scientia, & patientia domini fundi superioris, Cæpol. *de seruit. aquæduct. num.*51. *& seqq.* cum alijs per Rot. *part.* 2. *diuers. decis.*164. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 160. *num.*7. plenè Rot. *part.*12. *recent. decis.*119. *per tot.* vbi pluribus citatis probat non potuisse aquam à solito cursu diuerti, stante opere manufacto in fundo superiore, pro illa deriuanda in fundum inferiorem, & sic inducta seruitute iuxta prædictam distinctionem: quæ decisio est duplicata in *d. part.*12. *decis.*208. & rursus in alia causa *d. part.*12. *decis.*270. vbi de manutentione concedenda in quasi possessione iuris percipiendi aquas, etiam ex vnico actu acquisita, qualiter præsumatur scientia, vel non sit necessaria ad effectum manutentionis, sed tantum præscriptionis, adde Merlin. *decis.* 742. latè Francisc. Maria Pecch. *tract. de Aquaduct. lib.*1. *cap.*7. *quæst.* 4. *& seqq.* Ant. Gob. *tract. de aquis quæst.* 11. 12. *&c.* Rot. *part.*15. *recent. decis.* 9. *per tot.* vbi cessante opere manufacto, & sic seruitute non probata, potest aqua à domino fundi superioris diuerti in præiudicium domini fundi inferioris, etiam si per mille annos fluxerit iuxta prædicta, *& part.* 16. *decis.* 415. *per tot.* vbi plura an, & quando dominus fundi inferioris sit manutenendus in possessione aquæ, & denegatur manutentio, quia opus manufactum ad ducendum aquam processerat inscio domino fundi superioris, &c.

Qualiter autem probetur, vel non aquæductus seruitus, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 132. *per tot. & dixi in* §. *Seruitus*.

Aquæ præscriptio an sit legitima, vel possit induci, quando emphyteuta, Vassallus, vel vsufructuarius eam ex torrente, vel fossato domini directi deriuant, Costa *de facti scient. & ignorant. dist.*26. *per tot. cent.*2.

Quòd nemo possit diuertere aquam ex suo stillicidio super aream, vel fundum vicini, nisi sit imposita seruitus, & alia de stillicidio, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 5. *Rubr.* 33. *per tot. vide in* §. *Seruitus num.* 14. *&c.* An habens ius ducendi aquam per fundum alienum, possit ex causa variare, & augere seruitutem inuito domino prædij seruientis, & alia ad rem, Ant. Gob. *Consult.* 56. *per tot.*

Quòd aqua non possit deriuari, vel duci per vias publicas, etiam facto ponticello sine Principis licentia, sed benè foueis arceri ad munienda prædia viæ adiacentia, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.*6. *Rubr.* 33. *per tot. & vide in* §. *Via*.

3 Aqua dicitur esse in dominio illius, in cuius bonis oritur, & posteà illius, cuius bona ingreditur eum solo cedat, & ideò tales domini bonorum dicuntur ea vti iure proprio, possuntque illam diuertere ad libitum, & quo velint ducere donec in eorum respectiuè fundis reperitur, nisi huiusmodi diuersio fieret in præiudicium alterius, qui opere manufacto illam ad propria bona duceret, intelligendo quando hoc iure seruitutis faceret, quæ seruitus non præsumitur, secus autem si iure familiaritatis, vel facultatis sibi concessæ, nam tunc non posset diuersionem domino aquæ impedire, non obstante longissimo vsu, imò etiam stante dicta seruitute si scienter permiserit eam diuerti à domino sibi præiudicat, Martha *vot. Pis.* 174. *per totum*, Cæpol. *de seruit. rustic. præd. cap.* 4. *num.* 51. *& seqq.* latè Francisc. Maria Pecch. *loc. sup. cit.* Sanfelic. *decis.*135. *num.*1. *& seqq.* Nouar. *collect.*18. Altograd. *cons.*97. *num.*23. *& seqq. per tot. lib.* 2. Rot. *in Ferrarien. aquarum* 14. *Nouembris* 1622. *coram Pirouano, & in Bonon. Molendini* 1. *Martij* 1627. *coram Merlino, inter impressas eiusdem decis.* 261. vbi quòd licèt possit nouum molendinum fieri, tamen potest aqua ab illo diuerti per eum in cuius bonis decurrit, cùm sit aquæ dominus, vt suprà, Nouar. *in Prag. Regni Collect.*18. *per tot.* Ant. Gob. *tract. de aquis quæst.* 12. *& seqq.* vbi plura de aquarum retentione, & diuersione, Bardellon. *cons.*143. *num.*35. *& seqq.* & optimè probat Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*11. *num.*308. *&* 309. *fol.*186. Ricc. *Collect.* 3091. *&* 3430. Gizzarel. *decis.* 34. *num.* 25. *&c.* Boer. *decis.* 352. *num.*5. *& cons.*24. *num.* 18. Ludouis. *decis.* 133. Tusch. *litt. A. concl.*435. *&* 436. vbi plura quando aquæductus, vel ius irrigandi competat, qualiter probetur, conseruetur, vel amittatur.

An possit donari sine consensu eorum, qui ex irrigatione consueuerunt habere vtilitatem, Oldrad. *cons.* 30. Tusch. *litt. D. concl.* 645. *num.* 1. *&c.* vbi videtur tenere quòd non.

Aqua quibus modis probetur esse propria alicuius, latè Mascard. *de probat. concl.*123. Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *glos. vn. num.*1501. *& num.*1502. vbi etiam qualiter probetur debita iure seruitutis, & quomodo sint formandi articuli, adde Ant. Gob. *tract. de aquis quæst.*3. *& seqq.*

Aqua torrentis an possit auerti in præiudicium vicini, 4
& quòd non possint fieri aggeres, & munitiones pro tuendo suo fundo ad immutandum solitum cursum fluminis in damnum vicinorum cum opere manufacto, latè Gratian. *discept.*480. *per tot.* vbi quòd in materia aquarum consideratur lex, natura, & vetustas, vide Arismin. Tepat. *var. sent. tit.*574. vbi plura de hac materia, & Anton. Gob. *tract. de aquis per tot.* latè Francisc. de Angelis *in Astreal. patrocin. post tract. de confess. opusc.* 2. *per tot.* vbi plura ad rem, & quorum expensis sint facienda fluminum munimenta, Cyriac. *contr.*179. *n.*7. *&* 8. Costa *de scient. & ignorant. cent.* 2. *distinct.*1. *num.*37. *& seqq.* Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 6. *Rub.*24. *num.*5.

Quòd imò possint fieri aggeres, & munitiones in suo ad arcendam aquam, ne in agrum proprium fluat, & si vicino deinde noceat, cum id non præsumatur factum animo nocendi, vide Cæpol. *de seruit. rust. præd. tit. de agger.* cum alijs per Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 29. *num.* 11. facit latè Francisc. Maria Pecch. *in suo nouiss. tract. de Aquaduct. lib.*1. *cap.*4. *quæst.* 7. *& seqq.* Concorda dictas opiniones prout in mea Pract. §. *Fiumi num.*11. & in hoc opere §. *Flumen*.

Quòd aquæ publicæ sint de Regalibus, ideòque priuatis in illis nihil facere, vel immittere sit permissum, vt in *tit. ff. ne quid in loc. pub. ff. ne quid in flum. pub. ff. de via pub. & aquis pub. l. vsum aquæ C. de aquæduct. lib.*11. vbi DD. Cæpol. *tit. de flum.* Peregrin. *de iur. fis. lib.*1. *tit.*1. *num.* 16. *& lib.*8. *tit. de aquis*, vbi plura de aquis publicis, & priuatis, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.*574. *per tot.* vbi multa notabilia de aquis, & fluminibus, plenè Pecch. *in tract. de aquæduct. lib.* 1. *cap.* 2. *per totum*, Ant. Gob. *tract. de aquis per tot.*

De aquis publicis, & fluminibus qualiter sint de Regalibus, & quid sit permissum, vel prohibitum in illis fieri sine Principis licentia, latè videndus Antun. Portugal. *de donat. Reg. tom.*2. *lib.*3. *cap.*4. *per tot.*

Aqua, vel aquæductus pluribus concessus non expressis 5
cuiusque partibus, debet inter eos arbitrio iudicis diuidi pro mensura cuiusque fundi, & non pro necessitate partis fundi, nisi alia subsit distributionis causa, vt benè exemplificat in duodecim vncijs aquæ concessis, Menoch. *de arbitr. cas.*128. *per tot.* Cæpol. *de seruit. rust. præd. cap.* 4. *num.*13. *&c.* Bellon. *cons.*27. *num.*1. Crauett. *cons.* 60. *nu.* 3. Gratian. *discept.* 160. *num.*28. facit idem Menoch. *de arbitr. cas.*245. *per tot.* vbi de pascuorum communium diuisione, & latè Francisc. Maria Pecch. *tract. de Aquaduct. lib.*1. *cap.*3. *quæst.*17. *& seqq.* Ant. Gob. *de aquis quæst.*8. *&c.*

Plura de aquæductu, quibus modis constituatur, & an vsus aquæ vni concessus possit etiam alteri concedi, in quo resolutio est affirmatiua, si primo non noceat, Cæpol. *de seruit. rustic. præd. cap.* 4. Surd. *cons.* 447. *num.* 21. Cancer. *var. resol. lib.*3. *cap.*4. *num.*56. Honuf. Cigal. *tract. de act.* §. 3. *num.*26. *& seqq.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 574. vbi plura Serap. *decis.* 970. sed pro pleniori intelligentia ne deseras videre Cæpol. *d. cap.*4. vbi per 20. paginas totam materiam seruitutis aquæductus declarat, latiùs Pechium in suo nouissimo tractatu de hac materia edita per totum, & Ant. Gob. *tract. de aquis*.

Aquæductus cursum, vel formulas frangens, vel quo- 6
quomodo impediens quibus pœnis puniatur, vide Menoch. *de arbitr. cas.*462. *per tot.* Ant. Gob. *tract. de aquis quæst.* 2. *num.*4. *&c.*

Qualiter, & cuius expensis sit manutenenda clauica, cloaca, siue canale, Tusc. *litt. C. concl.*286. Ant. de Butr. *cons.*13. Ant. Gob. *tract. de aquis quæst.*17. *&* 18. *per tot.*

Quòd olim grauissimæ pœnæ fuerint impositæ contra rumpentes aggeres Nili, & Padi, & qualiter etiam hodie arbitrio iudicis puniantur quoad alia flumina, Cæpol. *de seruit. rustic. præd. cap.* 37. *num.* 7. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.*386. *per tot. vide in* §. *Flumen*.

Qualiter de publico aquæductu nemini liceat deriuare aquam ad suum fundum sine Principis licentia, & alia, Paul. Christin. *decis.*83. *vol.* 5. *vide in* §. *Arbor n.* 9. Franch. *decis.*183. Franch. Marc. *decis.*40. Ricc. *Collect.* 4116. 3697.

Guaz.

Guaz. *de confiſc. bon. concluſ.* 13. *ampliat,* 77. *num.* 11. Et prætendens conceſſionem quid probare debeat, Cala *de mod. art. & prob.* §.2. *gloſ. vnic. num.* 777.

Alia dixi in mea Pract. §. *Aqua*, §. *Fiumi*, & §. *Molini*, & in hoc opere §. *Flumen*, & § *Molendinum*.

Quòd per alienum fundum inuito domino non liceat ducere aquam, niſi ſit ſeruitus conſtituta, & de ſeruitute aquæductus, *l. ſeruitus*, vbi DD. *ff. de ſeruit. ruſt. vel vrb. præd. l.* 2. & *l. per agrum C. de ſeruit. & aqua*, Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 14. *art.* 49. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 119. vbi qualiter præſcribatur, & *deciſ.* 208. duplicata, vide Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 69. *per tot.* vbi etiam quòd nec in ſuo poteſt fieri aquæductus, per quem aqua in alienum fluat, & alia, Ant. Gob. *tract. de aquis, quæſt.* 2. & *ſeqq.* & *quæſt.* 17. & 18. vbi qualiter Princeps, vel ſtatutum diſponere poſſit, vt aqua ducatur per fundum alienum ſoluto pretio, an locus poſſit variari, ad quid ducens teneatur, an facere pontem (de quo dixi in reſol. *cap.* 63.) an liget ipſum ſtatuentem, & Eccleſiam, ac alia plura notabilia.

Qualiter, & ex quibus actibus ſit concedenda manutentio in quaſi poſſeſſione ſeruitutis aquæ ducendæ, & quomodo probetur huiuſmodi quaſi poſſeſſio, Merlin. *deciſ.* 742. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 100. Gratian. *diſcept.* 745. *nu.* 27. Franc. Marc. *deciſ.* 590. Ricc. *Collect.* 4116. *verſ. infertur decimo*. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 119. vbi plura de huiuſmodi ſeruitute, latiùs Pecch. *in tract. de aquæduct. per tot.* Ant. Gob. *de aquis quæſt.* 7. & *quæſt.* 10. *per tot.*

7 Aqua eſt Elementum neceſſarium, ſine quo homo viuere non poteſt, & ideò tranſit cum prædio vendito vnà cum piſcibus in ea exiſtentibus, niſi tamen cuſtodiæ cauſa fuerint ſtudioſè repoſiti, non poteſt reſtagnari, vel diuerti ab alio, ſed benè à domino, prout hæc, & alia plura per 18. illationes declarat videndus in hac materia cum alijs ab ipſo citatis Ricc. *Collect.* 4116. *per tot.* Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 1. vbi etiam de multiplici genere aquarum.

Plura notabilia de aqua, qualiter eam bibentes longiorem ducant vitam, vino miſcenda, de eius virtutibus, & alia, Proſper. Rendell. *tract. de vinea, &c. tit. de Meraca bibitione fol.* 85. & *ſeqq.* per tres integras paginas Balthaſſ. Piſanel. *tract. de nat. cib. & pot. tit. de aqua fol. mihi* 176. Caſtor. Durantes *in theſ. ſanit. tit. de aqua fol.* 304. &c.

Quòd ideò aqua non poſſit ſpurcari, & alia ad rem, Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 5. *Rubr.* 29. *per tot.* vbi Romaguer. *in Addit.* citat hunc locum, & alios modernos.

Quòd intra, vel propè Ciuitates non ſint maceranda lina, canapes, & huiuſmodi ob malum fœtorem, qui nocet aeri, & poteſt generare peſtem, Conciol. & Romaguer. *d. lib.* 5. *Rubr.* 30. *per tot.*

Ex quibus autem probetur diuerſitas aquæ, nempè ex diuerſitate loci, & tranſitus, Garzia Millin. *deciſ.* 43.

8 Aqua ſi fuerit promiſſa in aliqua quantitate, aliàs quòd promittens teneatur ad damna, & intereſſe, non poteſt promittens excuſari ſi aqua defecerit, ex eo quòd defectus proueniat ex naturali curſu, iuxta quem modò fluere, modò deficere ſolet, quicquid ſit quando ſimpliciter promiſſa fuerit aquæ defenſio, vel manutentio iuxta ſolitum, ad tradita per Bimium *conſ.* 97. *num.* 46. Franciſc. Maria Pecch. *tract. de Aquæduct. lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 16. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 26. *per tot.* quæ eſt in Romana permutationis 20. Februarij 1647. coram Bichio, vbi fuit reſolutum promittentem teneri ad damna, & intereſſe ob defectum aquæ iuxta conuenta, quibus ſtandum eſt, Menoch. *conſ.* 226. *num.* 125. Burſat. *conſ.* 156. *num.* 45. Theſ. *deciſ.* 245. *num.* 6. & alij ibidem citati, Ant. Gob. *de aquis quæſt.* 20. Bich. *deciſ.* 291. 314. & 464. vbi an, & quando tota aqua ſit comprehenſa in venditione, primus emptor ſit præferendus, & ius deriuandi aquam per modum facultatis ſit imperſcriptibile, & alia ad rem.

Aquam ius hauriendi habens ex puteo vicini non poteſt vti de nocte, & ſi vtatur perdit illud, *l. iter*, vbi Bart. *ff. com. præd. l. ſi communem* §. *ſi is ff. quib. mod. ſer. amitt.* Rom. *ſing.* 819. & eſt ratio, quia de nocte non licet ire per ciuitatem, vel domos alienas, ad Cæpol. *de ſeruit. vrb. præd. cap.* 38. *de itin. ſeu actu*, vbi quòd idem eſt in ſimilibus ſeruitutibus, cùm poſſit debens, ſeruitutem illa non obſtante, claudere ianuam ſuam de nocte, & ſic non permittere vſum talium ſeruitutum de nocte.

9 Aqua quando eſt omnibus ſufficiens, primus qui habet Molendinum in flumine, non poteſt prohibere ſecundo ne aliud ædificet, quia hoc illi non nocet, Iaſ. *in l. quominus num.* 56. & 57. *ff. de flum.* Franch. *deciſ.* 183. *num.* 8. & 9. quos refert, & ſequitur (licèt per tranſennam) Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 286. *num.* 6. & 7. vide alios citatos ſupra *num.* 3. & *in* §. *Molendinum*, Cæpol. *de ſeruit. ruſt. præd. cap.* 4. *num.* 41. & *ſeqq.* vbi facit plures diſtinctiones ad hoc propoſitum.

Poſſet tamen aqua diuerti, & denegari molendino inferius poſito, licet deducatur ex flumine publico, niſi ſeruitus debeatur ſecundùm Bald. *in l. aquam C. de ſeruit.* quem refert, & ſequitur Bertachin. *in Repert. verb. Aqua*.

Sed vide eumdem Bald. *conſ.* 241. *vol.* 2. vbi diſtinguit, & latè Franciſc. Mar. Pecch. *tract. de Aquæduct. lib.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 12. &c. Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 9. &c. Cabed. *deciſ.* 119. *part.* 1. vbi quòd aqua ex flumine publico ita demum duci permittitur, ſi ſine iniuria, & damno alterius fiat, ſecus autem ſi deductio, vel deriuatio alijs noceat, vt quia exiguior fiat, ac ad molendum, vel nauigandum minus ſufficiens, per plura iura ibidem adducta vide Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 11. & *ſeqq. per tot.*

Aqua gelata, ſiue gelu, vel nix cùm omnibus pateat, 10
poteſt à quocumque reponi, & conſeruari ſaltem in quantitate pro vſu ſuo neceſſaria, Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *cap.* 3. §. 2. *num.* 14. Gutierez. *de Gabell. quæſt.* 35. *num.* 34. &c. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 116. *per tot.* vbi quid ſtante Appaltu alteri priuatiuè per Principem conceſſo, an comprehendat perſonas Eccleſiaſticas ſaltem quatenus mercaturam, & venditionem prohibeat, quæ etiam perſonis Eccleſiaſticis eſt interdicta vigore canonum, & ideò in hac parte dictamini rationis congruum, quod de vi directiua, & non coactiua intelligendum puto iuxtà alibi ſuo loco notata.

Alia plura de aqua, & niue qualiter dicantur in fructu, & augeant fructus feudi, latè Gizzarel. & Addent. *deciſ.* 34. *per tot.*

Qualiter aqua, & nix poſſit vendi, & pro huiuſmodi venditione, ſicuti pro alijs debeatur gabella, vel non, Gutierez. *de gabell. quæſt.* 35. *num.* 33. &c.

Quod aqua vendi poſſit ſi non per partes, ſaltem per vncias, & horas, qualiter veniat in venditione, locatione, diuiſione, & legato fundi, cui debetur maximè ſi conſiſtat in iure reali, & non merè perſonali, & alia, Ant. Gob. *tract. de aquis quæſt.* 20. *per tot.*

Aqua vita in Ciuitate Bononiæ cadit ſub appaltu, 11
& gabella dependente à Sede Apoſtolica, non autem à Regimine dictæ Ciuitatis, vt reſolutum fuit per Rot. *in Bonon. Gabellæ* 6. *Martij* 1651. *part.* 11. *recent. deciſ.* 118. *per tot.*

Florentiæ qualiter ſit in appaltu, & per totum Statum Florentinum, dixi in Pract. §. *Aqua num.* 2. &c. vbi alia plura de aquis.

De aqua vita, eius virtutibus, & effectibus, prout etiam de Ciocolata, an vtraque frangat ieiunium Eccleſiaſticum; ſicuti abſque dubio frangit naturale, & Eucariſticum, Paul. Zacch. *quæſt. medic. legal. lib.* 9. *tit.* 8. *per tot.* vbi quod frangit, fatetur tamen ſuam opinionem eſſe rigoroſam, ac ſe remittit Theologis, inter quos multi contrarium firmant quoad dictum ieiunium Eccleſiaſticum, vt per Dian. *reſol. moral. part.* 8. *tract.* 7. *reſol.* 54.

Aqua an ſit bona, vel mala, ſiue corrupta ſpectat quan- 12
doque ad Iuriſperitos cognoſcere, cùm mala poſſit eſſe iuſta cauſa diſpenſationis à reſidentia in loco, & huiuſmodi, niſi poſſit de facili corrigi, & numquam ſit permittendum aliquid fieri præiudiciale bonitati, vel ſalubritati aquarum, ſed omninò prohibendum, cùm aqua ſit elementum prorſus neceſſarium pro conſeruatione humanæ vitæ, vt dixi ſupra num. 7. Et quæ ſit aqua bona, vel mala, quomodo cognoſcatur, & qualitas praua poſſit corrigi, maximè temporibus ſuſpectis, & alia tam ad Medicos, quàm ad Iuriſperitos de hac materia ſpectantia, tradit Paul. Zacch. cum pluribus ab eo citatis *quæſt. Medic. Legal. lib.* 5. *tit.* 4. *quæſt.* 2. *per tot.* vbi plura notabilia, & curioſa, Ripa *in tract. de peſte part.* 2. *num.* 13. Maſcard. *de probat. concl.* 122. *per tot.* vbi de probatione bonitatis aquæ, Marcel. Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *gloſ. vn. num.* 1498. & *ſeqq.*

An, & qualiter aqua poſſit per Magos corrumpi, & inficit, ac alia plura de Magorum poteſtate in orbes cœleſtes,

ſidera,

sidera, & elementa, Martin. Delrio *disquis. Magic. lib. 2. quaest. 11. per tot.*

13 Aqua vel est currens, siue fluens, vel permanens vt putealis, vel cisternalis, siue paludalis, quomodo vnaquaque sit capax diuersarum seruitutum non nociuarum, neque praeiudicialium, sed remoueri debeant cloacae, latrinae, & huiusmodi, puteis, vel cisternis vicinalibus damnum inferentes; lacubus verò, & palludibus conueniant seruitutes haustus, irrigationis, pecudum appullus, piscationis, balneationis, cloacarum, aqueductuum expurgatio, immunditierum proiectio, pannorum erpurgatio, lini, & canapis maceratio, ac huiusmodi, de quibus Caepol. *tract. de seruit. vrb. praed. cap. 65.* & alibi saepè, Paul. Zacch. *d. tract. lib. 5. tit. 4. quaest. 3. per tot.* Arismin. Tepat. *var. resol. tit. 574. & seqq.* vbi plura ad rem facientia, & latiùs Francisc. Maria Pecch. *in tract. de aquaduct. per tot.* post haec scripta visus, & Ant. Gob. *tract. de aquis quaest. 1. &c.*

Plura de cloacis faciendis, & expurgandis, & per quos Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 5. Rub. 25. per tot.* vbi hunc locum citat.

14 Aquaeductus, vel cloaca non potest fieri in proprio pariete, & tantùm minus in communi, quando aqua, quae projicitur, vel decurrit nocet, & marcescit parietem vicini, vel communem, & ideò debet omne damnum vicini remoueri, *l. fistulas ff. si seruit. vindic. l. fistulam*, vbi Bart. & Bald. *ff. de seruit. vrb. praed.* Caepol. *eod. tract. cap. 49.*

Et idem est si noceat puteo, vel cisternae vicini, Caepol. *eod. tract. cap. 65.* Paul. Zacch. *d. quaest. 3. num. 6. &c.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 577.* vbi idem si noceat via publicae, qualiter debent purgari, nihil immitti, & immissum tolli, de quo Ant. Gob. *de aquis quaest. 19.*

15 Aqua benedicta, siue sancta, quae etiam lustralis appellatur, an habeat per se virtutem tollendi peccata venialia, vel simul requirat actum poenitentiae; contrariae extant opiniones, sed affirmatiua verior reputatur, quando illa vtimur vt Sacra, & ab Ecclesia instituta ad veniam peccatorum venialium assequendam, cum tunc saltem implicitè adsit etiam ex parte nostra actus penitentiae, ad latè tradita per Azor. *Instit. moral. part. 1. lib. 4. cap. 11. quaest. 4. per tot. fol. mihi 356. &c.*

Alia plura de huiusmodi aqua benedicta, quare adhibeatur, quas virtutes habeat, cur Sacramentale, & non Sacramentum dicatur, & aqua profana illi addita in minori quantitate efficiatur tota Sacra, idem Azor. *Instit. moral. part. 2. lib. 9. de 4. decal. praecep. cap. 13. per tot. fol. 635.*

Aqua ista benedicta, vel lustralis quare non semper prosit ad fugandos Daemones, & alia de eius virtutibus, Martin. Delrio *disquis. Magic. lib. 6. fol. mihi 75. & 76.*

16 Aqua qualiter ex praecepto Ecclesiae sit vino miscenda in Calice sub peccato, licèt aliàs valeret vini consecratio etiam sine aqua, & alia, Azor. *Instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 30. fol. 1298.* Comitol. *respons. moral. lib. 1. quaest. 40.* Bertachin. *verb. Aqua.*

17 Aqua baptismalis qualis esse debeat, vide in §. *Baptismus num. 4. &c.* Cur autem potiùs aqua, quàm aliud elementum fuerit electa ad regenerationem animarum, Fr. Lucas de Monteforti *in Domo Sapientiae tom. 1. column. 1. num. 91. fol. 126.*

18 De aquis vltrà citatos nonnulla vtilia, & scitu digna, notant etiam Thoro *in Compend. decis. Neap. part. 1. 2. & 3. in verb. Aqua*, Bobadil. *lib. 3. Polit. cap. 5. & 6.* Larrea *alleg. 55.* Cyriac. *contr. 310. & seqq.* vbi plura Hermosil. *lib. 28. gloss. 3. num. 3. tit. 5. Partit. 5.* Tondut. *lib. 2. quaest. 48.* alijque plures citati ab Ægid. de Casteion. *in suo alphabet. iurid. verb. Aqua, Aquaductus*, Antonel. *de loc. legal. lib. 2. cap. 29.* Capyc. Galeott. *contr. 53. lib. 2.* Stephan. Daoyz. *in suo Indice Prat. discept. 47.* Tranchedin. *consult. 83.* Laurent. Vrsel. *concl. 132.* Gob. *consult. 56.* Gatt. *cons. 29.* & nouissimè Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. leg. part. 4. fol. 116. & 117.* vbi me etiam bis citat inter Auctores, qui plura de aquis scripserunt.

19 Aquae corruptae, putridae, aut infectae qualiter pestem inducere possint, & pluries induxerint, quomodo vitandae, corrigendae, & bonae procurandae, ac custodiendae, & alia ad rem, Card. Gastald. *tract. de auertend. & profligand. pest. Polit. Legal. in pluribus locis, vt in indice, verb. Aqua.*

Et aquas quouis modo conspurcantes qualiter sint arbitrio Iudicis grauiter puniendi, ita vt nec habentes aquam 20
in proprio fundo, in fundum alienum defluentem possint illam immundam reddere, & si quis aquam putei, vel fontis priuati deteriorem fecerit, teneatur ad interesse, per textus citatos à Gastald. *dict. tract. cap. 259. num. 25. & seqq. fol. 772.*

§. ARBITER, ET ARBITRATOR. XXXVI.

Arbiter est ille, qui eligitur à partibus super re litigiosa tamquam iudex, & procedere debet ordine seruato, Marant. *part. 4. distinct. 14. num. 2.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 7. num. 11. fol. 62.* Paul. Christin. *decis. Belg. 257. vol. 1. & decis. 142. &c. vol. 2.* vbi plura de arbitris, & arbitratoribus. 1

Quòd alio non apparente praesumantur omnia fuisse discussa, ac ritè, & rectè processum, Gratian. *discept. 524. num. 1.*

2 Arbitrator est amicabilis compositor, qui de facto procedit nullo ordine seruato, Marant. *loc. cit. num. 2.* & Pac. Iordan. *vbi supra num. 16. fol. 63.* Tusch. *litt. A. concl. 449. per tot.* Christin. *d. decis. 257. volum. 1. & 142. &c. volum. 2.*

Quòd Arbitri vigore statuti iurisdictionem habentes sint iudices, & definitores, Rot. *part. 17. recent. decis. 5. num. 6.*

Et talis arbitrator (quicquid secus sit in arbitro iuris) potest etiam post latum laudum illud declarare, cùm omnia per eum gesta dicantur extraiudicialiter facta, Altograd. *cons. 98. num. 25. & seqq. lib. 2. infr. num. 6.*

Quando tam arbiter, quàm arbitrator praesumatur ritè, & rectè processisse, ita ut oriatur praesumptio iustitiae pro laudo, Menoch. *lib. 2. praesumpt. 76. per tot.*

Qualiter differant arbiter, & arbitrator, Tusch. *litt. A. concl. 448. & 449. per tot.*

Arbitrium est duplex, plenum videlicet, & regulatum, 3
plenum est illud quod conceditur à lege, vel ab homine, vt semoto iure, ratione, & aequitate proprio tantùm ductu, à dolo tamen alieno, quod placuerit statuat; regulatum verò dicitur illud, quod conceditur à lege, vel ab homine, vt iure, ratione, ac aequitate quid sentiat, statuere, vel definire possit, Menoch. *de arbitr. quaest. 6. num. 1. & seqq. lib. 1.* Arismin. Tepat. *var. sentent. tit. 77. per tot.* vbi plura Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 7. num. 2. & seqq. fol. 62. inf. num. 10.*

Quòd regulariter arbitrium intelligatur de arbitrio boni viri, & non de libera voluntate, Card. Tusch. *litt. A. concl. 470. & 476.* Arismin. Tepat. *loc. cit. tit. 78. per tot.* Rot. *part. 14. recent. decis. 240. num. 11. & decis. 410.* in eadem causa, vbi de arbitrio à testatore dato suo haeredi disponendi de bonis, relinquendo etiam ei proprium spiritum ad effectum melius semper declarandi voluntatem ipsius testatoris.

Quòd arbitrium debeat semper esse iuri consonum, ex regula text. *in l. fin. §. sed & si C. commun. de leg.* Rot. *part. 14. recent. decis. 509. num. 1.*

Arbitri, siue arbitratores possunt esse omnes, qui à le- 4
ge communi, vel municipali expressè non prohibentur. Prohibentur autem regulariter mulier, seruus, mutus, surdus, furiosus, pupillus, minor 20. annis, laicus de rebus spiritualibus, nisi habeat Clericum adiunctum, excommunicatus, Iudaeus, &c. Specul. *tit. de arbitr. §. 2.* Pract. Papp. *for. compromiss. glos. vltim.* Pac. Iordan. *vbi supra num. 23. & seqq. fol. 64.* facit quod dixi in §. *Iudex*, Tusch. *litt. A. concl. 447.* Ludouis. *decis. 204.* vbi de muliere, quae licèt non possit esse arbitra, potest esse arbitratrix, idem in Monaco, & sustinetur laudum, etiam si seruata forma iuris processerit.

Materiam compromissorum arbitrorum, & arbitratorum tractant multis citatis Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 2. rub. 27. per tot.* Cancer. *var. part. 1. cap. 21. per tot.*

Arbitri regulariter sunt eligendi in numero impari, vt 5
non obstante facilitate ad dissentiendum possit negotium à maiori parte terminari, plura de officio arbitrorum in assumendo tertium, an possint compelli ad suscipiendum arbitrium, an procedere sine citatione, diebus feriatis, quo loco pronunciare debeant, vel possint, intra quantum tem-

tempus, & alia, vide per Pac. Iordan. cum alijs ab eo citatis *Lucub. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 62. *& seqq. ad* 130. *fol.* 67. *&c.* Tuſch. *litt. A. concl.* 461. *& seqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 144. *volum.* 2. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 389. *&* 390. vbi quòd tertius arbiter electus in caſu diſcordiæ non poteſt ſe ad laudandum intromittere eo ſub prætextu, quòd alter ex arbitris laudare noluerit, cùm prius conſtare debeat de diſcordia primorum, & alia ad rem, vide in §. *Laudum num.* 19. *&* §. *Tertius num.* 8.

Qualiter poſſint arbitri compelli ad proferendum illorum laudum captis pignoribus, multa in dicta, ac etiam per manus in corpus iniectionem, & alia ad rem, Rot. *part.* 15. *d. deciſ.* 390. *num.* 10. *&c.*

Quid ſi habeant facultates in ſolidum, an vnus poſſit ſine alio ſententiare, vide Merlin. *deciſ.* 753. *& deciſ.* 765.

Quando duo arbitri non concordant, & aſſumitur tertius, an iſte debeat cum altero illorum concordare, vel poſſit ſolus laudum proferre, vide Gabriel. *com. concl. tit. de arbitr. concl.* 1. *per tot.* vbi refert contrarias opiniones, & diſtinctiones.

Quando compromiſſum factum fuit in tres, an poſſint duo, tertio abſente laudum proferre, latè declarat Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *tit. de arbitr. reſol.* 1. *per tot.*

6 Arbiter, ſiue arbitrator lata ſententia dicitur functus officio ſuo, & expirat compromiſſum, ac ideò non poteſt laudum retractare, interpretari, vel declarare, nec illud exequi facere, ſed pro executione, vel ſimilibus recurrendum eſt ad iudices ordinarios, vide Duen. *reg.* 59. Specul. *de arbitr.* §. *fin. num.* 61. *& ſequentibus*, Pac. Iordan. *vbi ſupra num.* 122. *& ſeqq. fol.* 71. vbi quoad retractationem, & interpretationem aliquibus modis declarat, dixi in §. *Compromiſſum ſupra num.* 2. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 142. *num.* 8. *vol.* 2.

7 Arbiter, cui eſt data facultas decidendi intra certum tempus, per lapſum dici amittit iuriſdictionem, niſi ſibi prorogetur à partibus, *c. de cauſis* 4. *de off. & poteſt. iud. deleg. l. diem proferre ff. de arbitr.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 113. *&c. fol.* 70.

Quanto tempore duret facultas arbitri, Pract. Papp. *libel. ex comprom. gloſ. infra duos menſes per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 43. *per tot.* Tuſch. *litt. A. concl.* 450. *per tot.* Boer. *deciſ.* 283. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi diſtinguit inter arbitrum, & arbitratorem, vt facultas primi (nullo alio termino aſſignato) duret per triennium, ſecundi autem non finiatur niſi per laudum, vel mortem, de quo tamen vide eum quia allegat alios diuerſimodè ſentientes, & diſtinguentes.

Et infra quantum tempus debeat arbitrator ſuum proferre arbitrium, DD. *in l. ſi quis arbitratu ff. de verb. oblig.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 22. *per tot.* Pac. Iordan. *loc. ſup. cit. num.* 114.

Et ſi excipiatur de aliquo impedimento an debeant deduci dies, in quibus fuerunt impediti, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 929. *num.* 12. *&c. vide in* §. *Laudum*, *&* §. *Tempus.*

Quòd arbitri, & arbitratores non poſſint prorogare inſtantiam compromiſſi, niſi eis ſit data facultas, & quomodo, latè Tuſch. *litt. A. concl.* 459. Sanfelic. *in Prax. ſect.* 41. *num.* 21. *&c.*

8 Arbiter, qui ſententiare debet cum voto alteris ſatisfacit requirendo votum, & non tenetur illud ſequi, niſi fuerit dictum *de voto*, nam tunc tenetur ſecundùm illud iudicare, quaſi dictio *de* ſignificet cauſam primam, & induſtriam perſonæ, DD. *in l.* 1. §. *ſi plures ff. de exercit. act.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 524. *num.* 2. 3. *&* 61. *cap.* 698. *num.* 1. *& cap.* 957. *num.* 21. vbi quando ſententia ſit nulla ob non ſeruatam formam voti, vide Vant. *de nullit. ex defect. iuriſdict. num.* 152. *fol.* 111. *verſ. idem ſi hoc fuiſſet*, *& dixi in* §. *Sententia num.* 27. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip.* Mechlin. *tit.* 1. *art.* 3. vbi dictam diſtinctionem tamquam verbalem tantùm improbat, & aliter diſtinguit cum Bart. *in l.* 1. §. *ſi plures ff. de exercit.* vide Leoncil. *deciſ. Fer.* 57. *num.* 5. *& ſeqq.*

Quòd quando vigore ſtatuti iudex ſententiare debet cum voto alterius, veluti cum conſilio ſapientis teneatur illud ſequi, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 34. *num.* 28.

Contrarium quòd non teneatur ſequi conſilium ſapienti, idem Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 23. *per tot. vide in* §. *Iudex num.* 59.

Quid ſi conſultus non det conſilium, ſiue malum, vel non poſſit dare, & alia, Paul. Chriſtin. *loc. cit. vide in* §. *Conſilium num.* 7.

Arbiter habens ampliſſimam facultatem poteſt laudum proferre abſque vlla citatione, quæ poteſt à partibus remitti, & non eſt neceſſaria quando fuit compromiſſum cum iuramento, Gratian. *diſcept.* 929. *num.* 15. *&* 16. Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 307. vbi videtur diſtinguere inter arbitrum, & arbitratorem, vt arbiter teneatur citare, non autem arbitrator, & quando eſt conceſſa vtraque facultas, intelligatur proceſſiſſe vti arbitrator ad ſuſtinendum laudum. 9

Quòd aliàs regulariter ſit neceſſaria citatio, idem Gratian. *diſcept.* 162. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 11. vbi declarat niſi eſſet ſtandum ſimplici dicto, & aſſertioni illius, quem iam partes approbaſſent, nam tunc in ſui dicti declaratione, & arbitrio proferendo non eſſet neceſſaria citatio, vide Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 88. *& ſeqq. fol.* 69. *vbi etiam num.* 95. *&c.* an poſſit proferre ſententiam, vel laudum de nocte, & diebus feriatis, dixi in §. *Citatio*, *&* §. *Sententia*, Sanfelic. *in Praxi ſect.* 41. *num.* 23. *& ſeqq.* vbi plura de citatione neceſſaria, & quando ſecus.

Arbiter, ſiue arbitrator quamuis habeat facultatem procedendi de facto, vel ſola veritate inſpecta, non poteſt arbitrio ſuo lædere partes, nec iudicare contra ius naturale, vel aliquid turpe, ſeu iniquum ſtatuere, cum cenſeantur tantùm ſibi remiſſæ ſubtiles ſolemnitates iuris ciuilis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 322. *num.* 18. *&c. per tot. ſupra num.* 3. 10

Permittuntur tamen multa pro eximendo partes à litibus, idem Gratian. *cap.* 706. *num.* 18. *& ſeqq. vide in* §. *Laudum.*

Quæ poſſit arbiter, vel arbitrator, latè Tuſch. *litt. A. concl.* 454. *& ſeqq.*

Plura ex quibus verbis, & clauſulis cenſeatur datum liberum arbitrium, vel regulatum, & quid in dubio præſumendum, vide per Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 7. 8. *&* 9.

Et qualiter tam arbiter, quàm arbitrator teneatur parti læſæ ad damna, & intereſſe, ſi per imperitiam malè laudauerit, cùm onus viribus ſuis impar acceptare non debuerit, ita vt prohibita reductione ad arbitrium boni viri, non intelligatur prohibitum agere pro huiuſmodi damnis aduerſus arbitrum, vel arbitratorem per imperitiam malè laudantem, Menoch. *de arbitr. caſ.* 339. *num.* 6. *& ſeqq. & num.* 18. Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 99. *fol.* 70. *vide in* §. *Iudex*, §. *Appellatio num.* 31. *in fine*, *&* §. *Sindicatus.*

Quid ſi negligat iuſtitiam adminiſtrare, vide Rom. *ſing.* 700. cum alijs per Menoch. *de arbitr. caſ.* 341. *num.* 8.

Et quando quis potuit ſententiare tamquam arbiter, & tamquam arbitrator, eò quia fuerit vtraque facultas data, in dubio præſumitur cognouiſſe, & iudicaſſe tamquam arbitrator, vel eo modo, quo laudum ſuſtineri poſſit, Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 77. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 125. *& concl.* 336. *num.* 5. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 18. *& ſeqq. fol.* 63. Tuſch. *litt. A. concl.* 465. *& litt. C. concl.* 523. vbi quando compromiſſum dicatur in arbitrum, vel in arbitratorem, Ludouiſ. *deciſ.* 204. *per tot.*

Quòd imò arbitrium cenſeatur latum tamquam ab arbitrio, vt magis efficax ſit, vide Gentam *de verb. enunciat. lib.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 48. *fol.* 90. *vide* §. *Iudex.*

Quòd eligens vnam viam in procedendo cenſeatur alteri renunciaſſe, & ita iudicaſſe iuxta viam electam arbitri, vel arbitratoris, Gabriel. *com. concl. tit. de act. concl.* 4. *per tot.* vbi tamen pluribus modis limitat, & declarat Maſcard. *de probat. concl.* 125. vbi refert contrarias opiniones, ſi non appareat quam viam elegerit.

Quòd habens vtramque facultatem non prohibeatur facere aliquos actus vt arbiter, & alios vt arbitrator, Mareſc. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 156.

Arbitri licèt de conſenſu partium electi poſſunt legitima cauſa ſuperueniente allegari ſuſpecti, & recuſari, nec ob id dicitur contrauentum promiſſioni de ſtando, & non contraueniendo laudo ab illis proferendo, cùm talis promiſſio intelligatur niſi iuſta, & legitima cauſa à lege approbata interueniat, Altograd. *conſ.* 104. *num.* 43. *&c. lib.* 2. *vide in* §. *Iudex*, Maſtril. *deciſ.* 91. *per tot.* vbi idem firmat 11

in

in arbitratoribus, æstimatoribus, & calculatoribus, licèt quoad arbitratores referat alios contrarium tenentes, sed contra eos fuisse iudicatum de veriori, vt supra.

12 Arbiter qualiter possit esse testis in eis, in quibus non iudicauit, neque laus, aut vituperium ei resultare potest, aliàs secus, Bardellon. *cons.* 169. *per tot. lib.* 2. Gratian. *decis.* 63. *num.* 22. *& seqq.* Farinac. & Vulpin. *in fuco quæst.* 60. *illat.* 3. *per tot. dixi in §. Iudex*, latè Mascard. *de probat. conclus.* 124. *per tot.*

In quibus credatur arbitro, siue arbitratori, vel non, & an circa compromissum si de eo aliter non appareat, Tusch. *litt. A. concl.* 469.

13 Arbitramentum quid sit, & quid laudum, & in dubio qnid præsumatur, quid operetur vtrumque qualiter reducatur ad arbitrium boni viri, vel annulletur, & alia, Tusch. *litt. A. conclus.* 465. *& seqq. vide in §. Laudum*, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 257. *volum.* 1. *& concl.* 142. *&c. vol.* 2. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 85. *per tot.* vbi multa notabilia de arbitris, arbitratoribus, compromissis, & laudis.

14 Arbitrio iudicis multa tribuuntur, ad quæ se extendat in pœnalibus, & alia plura, Tusch. *litt. A. conclus.* 471. *& seqq.* latissimè Menoch. in suo celeberrimo, & vulgato *tract. de arbitr. per tot.* vbi plurima, & optimè quidem digesta, aliqua dixi in §. *Index*, & alibi sæpè iuxta opportunitatem.

15 Arbitri electi ad æstimandum pretium rei venditæ absque definitione pretij, non possunt cogi ad declarandum pretium, dum non acceptarunt arbitrium, & electionem de illis factam, ac ipsis non declarantibus deficiat conditio apposita, & resoluatur venditio, iuxta text. *in l. fin.* vbi DD. *C. de contrah. empt.* latè Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 172. *per tot. coram Merlino, & inter impressas eiusdem Merlini decis.* 567. *& decis.* 605. *& decis.* 719. vbi fuit confirmata prima decisio, & dixi in §. *Venditio num.* 1. vbi vide, & in §. *Periti num.* 9. *&c.*

Qualiter autem plures arbitratores electi ad certum pretium definiendum cogi possint eligere tertium, si ipsi inter se discordent, Thomat. *decis.* 78. *per tot.* Ant. Nigr. *tract. de subhast. part.* 2. *cap.* 15. §. 13. *& seqq. fol.* 107. vbi plura de hac materia.

16 Arbitri electi à iudæis cum facultate iudicandi de iure, & de facto, debent iudicare attento iure hebræorum, si in aliquo differat à iure communi Romanorum, Matthæ *vot. P. s.* 154. *per tot.*

Plura de arbitris, arbitratoribus, arbitramentis, & huiusmodi, latè Bertachin. *in Repert. verb. Arbiter, &c. vide in §. Compromissum, §. Laudum, & §. Statutum de compromiss.*

17 Arbitrium Principi reseruatum, an possit ab eo, inferiori delegari, vide Sanfelic. *decis.* 275. vbi quòd sic per text. *in l. fin. C. vbi Senat. vel Clarissimi*, consulto tamen ipso Principe ante executionem.

Quòd arbitrium in grauissimis delictis possit vsque ad mortem extendi à maiori Magistratu, & supremis iudicibus, à minoribus verò non, nisi consulto Principe, qui potest illud extendere ad mortem, vel de nouo pœnam mortis imponere, idem Sanfelic. *decis.* 34. *num.* 13. *& seqq. vide in §. Iudex num.* 16. *&* 17.

Sed quòd quamuis penes Principem plenum sit arbitrium voluntatis, alteri tamen delegatum intelligatur de arbitrio boni viri, & non de pleno, Sanfelic. *d. decis.* 275. *n.* 3. *vide in §. Princeps num.* 1. *& seqq.*

18 De arbitris eligendis, ac de arbitrijs aliqua scripsit Thoro *in Compend. decis. Neap. verb. Arbiter, & Arbitrium*, Hermosill. *l.* 9. *glos.* 3. *& glos.* 5. *&* 6. *tit.* 5. *partit.* 5. Cyriac. *contr.* 525. & plura remissiuè Ægid. de Casteion. *in Alphabet. iurid. verb. Arbiter, Arbitrator, & Arbitrium*, Brunor. à Sole *quæst.* 12. *&* 23. *per tot.* Cancer. *var. part.* 1. *cap.* 21. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. Tepat. *var. sent. tit.* 85. Laurent. Vrsel. *conclus.* 133. *per tot.* & recentissimè Com. August. Fontan. *in eius Bibliothec. leg. part.* 4. *fol.* 118. *&c.* vbi adducit Auctores materiam tractantes.

§. ARBOR. XXXVII.

1 ARboris appellatione continentur vites, hædera, arundines, & salictum, ac omnis planta radices habens ita in terram emissas, vt eius alimento vegetetur, & cuius materia dura est, & non tenera, *l.* 1. *§. Arboris, & l.* 2. *ff. de arbor. furt. cæs.* Cæpol. *de seruit. vrb. præd. cap.* 81. *tit. de arbor. num.* 13. Card. Tusch. *litt. A. conclus.* 479. Bart. *in tract. de Alueo num.* 9. cum alijs per Barbos. *de appellat. verb. signific. appellat.* 22. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 333. *num.* 7. *&c.* vbi de vicibus, & an dicantur melioramenta, & quomodo æstimanda, vide in §. *Melioramenta*.

Quòd appellatione arborum veniant vites, impropriè tamen, & sic non in materia stricta, & odiosa, qualiter puniantur vitium incisores, & vastatores vltrà damni emendationem, præsumptio stet contrà inimicos, & vicinos, & alia ad rem, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 15. *per tot.*

2 Arboribus legatis ratione fructuum venit arbor, & solum, ac via ad arbores, secus autem si sint simpliciter legatæ ad cædendum ligna, vide Ias. *in l. si fundum num.* 16. *&* 17. *ff. de legat.* 1. quem simpliciter refert, & sequitur Barbos. *d. appellat.* 22. *num.* 3.

Qualiter licitum sit habere arbores, & huiusmodi in fundo alieno, *l. fundi C. de metallar.* Afflict. *decis.* 321. Bald. *cons.* 134. *lib.* 5. Tusch. *litt. A. concl.* 480.

3 Arbores comprehenduntur in concessione, siue locatione prati, in quo reperiuntur, cùm non faciant corpus separatum, sed sint vna, & eadem res, ac accessoriæ ad pratum, & tamquam fructus fundi, pars illius dicuntur, Gratian. *discept. forens. cap.* 164. *in principio.*

Quod arbores, quæ non renascuntur non sint in fructu, Gizzarel. *decis.* 34. *num.* 36.

4 Arbores alienas, siue vites furtim cedentes quibus pœnis afficiantur *tot. tit. ff. arbor. furt. cæs.* declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 579. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 18. *per tot.* Farinac. *quæst.* 20. *nu.* 113. Baiard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 68. *num.* 120. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 578. Cabal. *cas.* 21. *per tot.*

Quòd arbores aptæ ad fabricandum triremes non possint incidi, Rouit. *ad Pragmat.* 1. *de incis. arbor. num.* 1. Romaguer. *vbi supra in fine.*

Qualiter incidentes arbores alienas, & illas exportantes furti teneantur, & quid si fauos mellis inde extrahant, Baiard. ad Clar. §. *Furtum num.* 92. *&* 93.

Quòd licet infructuosæ, dicantur fructiferæ propter amœnitatem, Leotard. *de vsur. quæst.* 50. *num.* 27. *&c.*

Arbor, siue terra per impetum, & terræmotum in alienum fundum trascursa, potest à domino suo tolli, & in proprium fundum reduci antequam radices egerit, cauendo de damno præterito, & futuro, *l. hoc amplius §. Alfenus ff. dam. infect.* Pract. Papp. *act. confess. glos. seruitus num.* 14. vbi plura in materia molendinorum, Paul. Christin. *decis.* 86. *n.* 2. *&c.* vbi de alluuionibus, & alios allegaui in §. *Flumen num.* 1. *in fine*, §. *Acquisitio num.* 14.

Quid sit alluuio, qualiter fiat, quomodo probetur, quibus acquiratur, qualiter diuidatur, an cedat emptori, vel venditori, & similibus, latè Anton. Gob. *tract. de aquis quæst.* 24. *cum plurib. seqq.*

6 Arbores in confinio existentes intelliguntur esse illius, in cuius fundo radices immiserunt, vel cōmunes si ad vtrumque se extendant, nisi ab vno tantùm possideantur, & intelligendo quoad radices ab initio immissas, secus si postea, & si non etiam in alterius fundo radices immiserint, ex quibus viuere possent, vel nisi obstet longæua alterius possessio, vide latè Giouagn. *cons.* 30. *per tot. lib.* 1. quem sequitur Sperel. *decis.* 178. *num.* 84. *& seqq. dixi in §. Lex num.* 16. *infra num.* 9. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 185. *num.* 6. *&* 7. *vol.* 2. *& ad leg. Municip. tit.* 14. *art.* 9. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 578. Cæpol. *de seruit. vrb. præd. cap.* 81. *per tot.* vbi plura de arboribus, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 129. Costa *de fact. scient. & ignorant. distinct.* 1. *per tot. & de ration. rat. quæst.* 46. *per tot.*

7 Arbor in alieno plantata, sicut alia superficies, si radices egerit cedit solo, nec plantans potest sumptus repetere, Sperel. cum pluribus ab eo citatis *decis.* 57. *num.* 22. *&c.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 543. *cap.* 3. vbi quòd arbor,

quæ

quæ radices egit, solo cedit, aliàs secus, per text. in l. 5. §. de arbore ff. de rei vindic. infra num. 11.

8 Arbores vi ventorum eiectæ, vel vetustate exsiccatæ an spectent ad dominum fundi, vel ad vsumfructuarium, maritum, emphyteutam, vel emptorem, & an possint incidi per eum, qui plantauit, ac plura alia de arboribus, vide per Gratian. discept. 21. per tot. Ioseph. Ludouic. decis. 5. Ricc. Collect. 5. & 4111. Gizzarel. & Addent. decis. 34. num. 81. &c. Borgn. decis. 44. num. 72. Pacion. de locat. cap. 54. n. 11. & seqq. per tot.

Quòd non possint incidi à conductore, vassallo, emphyteuta, & fructuario, Tiraquel. de retract. conuent. §. 3. glos. 1. num. 23. cum alijs per Menoch. de arbitr. cas. 78. num. 8. vbi quòd ex hac causa arbitrio iudicis æstimanda possunt expelli, adde Tusch. litt. A. concl. 481. Paul. Christin. decis. Belgic. 129. per tot. vol. 1. & ad leg. municip. tit. 2. art. 18. & tit. 15. art. 4. Gizzarel. & Addent. decis. 6. num. 18. &c. Prosper. Rendel. tract. de vinea, &c. fol. 48. col. 1. plenè Ciarlin. contr. 2. & contr. 52. per tot. vbi an, & quando possint incidi pro reparatione, vel pro vsu suo ab vsufructuario, fideicommissario, emphyteuta, & similibus, etiam si sint fructiferæ, & quæ tales dicantur, de quibus plenè videndus Fulgin. de iure emphyt. tit. de var. caduc. quæst. 12. per tot.

9 Arbores debent esse distantes à conductis, & formis publicis per quindecim pedes, ne radices formæ fabricam corrumpant, & quando sufficiat distantia decem pedum, l. 1. & l. 6. C. ne aquaduct. lib. 11. vide Cæpol. de seruit. vrb. præd. cap. 81. de arboribus, vbi quòd si aquæductus discurrat per locum priuatum, debet ab vtraque parte esse spatium viginti quinque pedum liberum ab arboribus, & si quæ nascantur debent excidi; si verò transit per loca publica debet esse latitudo decem pedum munda ab arboribus, Paul. Christin. decis. 83. num. 11. &c. vol. 5. Viui. decis. 242. Nouar. Collect. 116. Ant. Gob. de aquis quæst. 19. & seqq. Rot. part. 1. decis. 287. & part. 17. decis. 129.

Cuios autem sint fructus arboris pendentis super alieno, Caluio. de æquit. lib. 2. cap. 120. vbi quòd sunt domini fundi, in quo arbor habet radices, qui per tres dies potest illos colligere in domo, vel fundo vicini vbi ceciderunt.

Quòd arbores præsumantur radices emittere, vel extendere ad quindecim pedes, l. 1. C. de aquaduct. lib. 11. Mascard. de probat. concl. 127. vbi refert Bart. in d. l. 1. & alios tenentes de vigintiquinque pedibus, sed tu distingue vt supra.

Quòd plantans oliuam, & ficum in suo debeat relinquere spatium oouem pedom à fundo vicini, alias autem arbores, siue tigna quinque pedes, iuxta l. fin. ff. fin. regund. Cæpol. d. cap. 81. num. 1. dixi in §. Lex num. 16. vbi plura, & plures allegaui Conciol. & Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 6. rub. 18. per tot.

10 Arbores licèt annosæ sint, & longissimo tempore à vicino toleratæ, oon intrat præscriptio, quia sicuti quotidie grauant, ita quotidie conqueri potest vicinus, maximè stante statuto, Magon. decis. Flor. 6. num. 3. & 4. vbi etiam de vmbra arborum nociua tolleoda, & alia ad interpretationem statuti Flor. lib. 2. de Vggis. &c.

De arboribus, & sepibus super viam, vel super alieno fundo pendentibus amouendis, vel demoliendis, vt tollatur nocumentum, & alia, Conciol. & Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 6. rub. 26. & 27. per tot.

Quòd si quis plantauerit arborem in suo iuxta alienum dimisso legitimo spatio, & postea crescat in radicibus, vt damnum afferat vicino, vel in ramis, & frondibus, vt pendeat super alienum fundum, vel domum, si supra domum potest agi, vt in totum succidatur, si supra agrum non tollitur in totum, sed inciditur quindecim pedibus à terra, vt in ædicto de arboribus cædendis, de quo Cæpol. de seruit. vrb. præd. cap. 81. per tot. vbi etiam an fieri possit propria auctoritate, Arism. Tepat. var. sent. tit. 578.

11 Arbores plantatæ à conductore in fundo conducto, tamquam impensa vtilis possunt in pretio repeti contra locatorem; sunt tamen æstimandæ non secundum tempus præsens, sed præteritum quando plantatæ fuerunt, habito etiam respectu ad expensam factam in illis nutriendis, & custodiendis, Felin. cons. 42. num. 9. Ant. Gamm. decis. Lusit. 306. per tot. facit quod dixi in §. Expensa num. 8. & 12. supra num. 7.

Arbores enim plantatæ, quæ iam terram radicibus amplexæ sunt noo debent deduci, seu eradicari, sed illarum æstimatio peti, l. si fundi vbi glos. & l. in rem §. in omnibus ff. de rei vindic. idem Gamm. decis. 310. num. 3. &c. & vide Ioseph. Ludouic. decis. 58. num. 4. & seqq. per tot. vbi videtur concedere quòd in arboribus sit permissa abrasio quando dominus fundi, & locator non vult soluere dictas expensas, & alia.

12 Arbores qualiter sint hominum figuræ, & ad illos significandum ordinatæ; in principio suæ creationis habuerint fructus, licèt non in toto augmento; in Paradiso terrestri omnis generis fructiferæ fuerint; quid significarent dictæ arbores Paradisi terrestris, de quibus vesci poterat Adam, vel non; de duplici arborum differentia, nempè de ijs, quibus hyemali tempore decidunt folia, & de alijs non, quibus assimilatur Beatissima Virgo Maria: de arbore scientiæ boni, & mali, & alia, Fr. Lucas de Monteforti in sua Domo Sapientiæ tom. 1. col. 1. num. 57. 197. & seqq. num. 439. 895. 900. &c.

Quænam prognostica futurorum euentuum desumi possint ex arboribus, plantis, & huiusmodi, Martin. Delrio disquis. mag. lib. 4. quæst. 2. per tot. fol. mihi 575. &c.

13 Arbores vendi possunt, vel vt stantes, & in solo manentes licèt non vendatur solum, vel vt secandæ, & à solo separandæ, ac auferendæ, iuxta l. Quintus Mutius ff. de act. empt. l. fructus pendentes ff. de rei vindic. cum ibi not. Cur autem Gabellario vtroque casu debeatur gabella, vide Gutierez. de Gabell. quæst. 111. per tot.

14 Arbores, vel siluæ existentes io bonis Ecclesiæ, oon possunt cædi, vel exscindi contra morem, & naturam siluarum, nisi id fiat pro maiori vtilitate bonorum Ecclesiæ, & non in extirpationem arbitrio prudeotis viri, sob pœna in casibus prohibitis peccati grauissimi contra iustitiam cum obligatione restitutionis, excommunicationis latæ contra vsurpaotes bona Ecclesiarum, & omnium aliarum pœnarum contra alienantes impositarum, & quoad Regulares sub pœna etiam priuationis omnium officiorum, vocis actiuæ, & passiuæ, ac inhabilitatis perpetuæ ad illa, iuxta decretum Vrbani VIII. de rebus Regul. non alienand. latè P. Stephan. de Neapol. tract. de restit. lib. 2. cap. 93. num. 7. & sequentib. ad 14. vbi plures allegat, & benè declarat.

15 Arbores vitibus maritandis aptiores sunt vlmus, populus, fraxinus, ficus, olea, ornus, salix, quercus, & huiusmodi, dummodò nimijs frondibus non abundent, & alia de arbustis, arboretis, ac de vino arbustiuo, sic ab arboribus nuncupato, Prosper Rendell. tract. de vinea, vindem. & vino fol. mihi 47. & 48. col. 1.

16 Arbores in ripa fluminis, vel viæ publicæ existentes qualiter fiot dominorum prædiorum prope viam, vel flumen existentium, Franc. Maria Pecch. tract. de Aquaduct. lib. 1. cap. 4. quæst. 6. num. 80. & seqq. vbi vide, & Ant. Gob. tract. de aquis quæst. 19. &c.

17 De arborum cultura, plantatione, & virtute, Solorzan. de iure Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 8. An inter mobilia, vel immobilia reputentur, & alia remissiuè, Casteion. in suo alphabet. iurid. verb. Arbor.

18 De arboribus frugiferis non incidendis ab Emphyteuta, vsufructuario, & similibus sub pœna caducitatis à commodo, & quando, ac ex quibus possiot excusari plenè pro illis, Ciarlin. controu. 2. per tot. & controu. 51. per tot. Gamm. decis. 104. Castil. de vsufr. cap. 25. & de alim. cap. 45. Valeron. de transact. tit. 4. quæst. 3. n. 8. &c. Laurent. Vrsell. concl. 136. & plura Com. August. Fontan. in Biblioth. legal. part. 4. fol. 120. & 121. vbi refert Auctores de arboribus, vt plantis tractantes, item de arboribus, vel feudorum, genealogiæ, consanguinitatis, affinitatis, &c.

19 De arboribus in ripa fluminis, vel viæ publicæ existentibus, Conciol. & Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 6. tit. 18. vbi me, & alios modernos allegat, Ant. Gob. consult. 103. per tot. vbi ad quos spectent.

§. ARGVMENTVM. XXXVIII.

1 ARgumentum à contrario sensu legis, vel canonis, siue alterius dispositionis fortissimum est, ac vtile valdè, cùm dicatur mens legis, ac lata quædam expressio; habet locum præcipuè in legibus, statutis, pactis, siue contractibus, feudis, rescriptis, sententijs, laudis, seu arbitramentis, mandatis, ac vltimis voluntatibus; non autem procedit in dictis, & depositionibus testium, nec in priuilegijs, nec etiam in dictis alijs casibus quando ex eo resultaret prauus, absonus, vel absurdus intellectus, vel

contra

contra rationem naturalem, nec quando sequeretur aliqua iuris correctio, vel sensus contrarius rationi alterius legis, nec quando adesset dictio implicatiua, vt est dictio *maximè, præsertim, etiam*, & similes, nec quando sumeretur à verbis narratiuis, cum procedat solum in dispositiuis, nec in verbis modalibus, si arguatur ex defectu, seu cessatione modi, nec in verbis causatiuis, hoc est per modum causæ prolatis; quando causa non est finalis, sed impulsiua tantùm, nec etiam si causa esset finalis, si non sit vnica, cùm possit vna deficiente alia subesse, nec quando sumeretur non à contrario sensu rationis, vel mentis, sed tantùm à contrario sensu litteræ, prout latè omnia explicat, & probat Euerard. *topic. Legal. loc. à contr. sensu per tot. fol. mihi* 501. *&c.* Soccin. *reg.* 46. *per tot.* & optimè Barbos. *in loc. com. argum. loc.* 27. *per tot.* vbi dictam regulam duodecim modis ampliat, & 17. modis limitat, in quibus non procedit dictum argumentum, latè etiam Tusch. *litt. A. concl.* 498. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2605. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 192. *num.* 2. *&c. part.* 1. *decis.* 185. *num.* 7. *part.* 5. *decis.* 455. *num.* 16. Boratt. *decis.* 116. *num.* 7. *vide in §. Statutum de lucro dotis num.* 4. *&* 8.

2 Argumennum à contrario sensu esse fortissimum, concludens, necessarium, ac dici casum legis expressum, quando maximè viget eadem ratio, Duran. *decis.* 445. *num.* 55.

Qualiter habeat locum in sententijs, arbitramentis, & in contractibus tam bonæ fidei, quàm stricti iuris, dummodò per illud non inducatur aliqua iuris correctio, Gratian. *discept.* 572. *num.* 2. *& cap.* 995. *num.* 1. Coccin. *decis.* 111. *num.* 12. *& seqq.* vbi quòd valet in statutis, quando plus non prouenit ab interpretatione, quàm à verbis, & ius commune non læditur.

Quòd habeat locum in contractibus, Caualer. *decis.* 353. *num.* 5.

An, & quando procedat in vltimis voluntatibus, vide Magon. *decis. Flor.* 149. *num.* 10. *& seqq. per tot.*

Quòd valeat à contrario sensu conditionis appositæ, Magon. *decis. Flor.* 37. *num.* 17. Surd. *decis.* 202. *num.* 11.

Non tamen admittitur ad derogationem eorum, quæ testator expresè disposuit, nec ad correctionem alterius partis testamenti, Fusar. *de substit. quæst.* 720. *num.* 12. *& quæst.* 736. *num.* 7.

3 Argumentum à contrario sensu non operatur, vbi ex eo sequetur iuris correctio, Magon. *decis. Flor.* 64. *num.* 48. Rot. *in Tusculana Saluiani* 15. *Decembris* 1634. *coram Verospio in Nouiss. part.* 6. *decis.* 318. *num.* 9. Sperel. *decis.* 143. *num.* 22. vbi intelligit quando resultaret correctio iuris in specie, secus si in genere tantùm, vide Marr. Medic. *decis.* 77. *num.* 2. *& seqq.* vbi quando procedat etiam ad correctionem.

Quòd non valeat vbi casus à contrario sensu reperitur decisus à iure communi, pulchrè Paul. Christin. *decis. Belgic.* 113. *vol.* 1. *num.* 11. *&c.* Altograd. *cons.* 48. *num.* 28. *& seqq. lib.* 2.

Nisi aliàs statutum redderetur superfluum, quia tunc quando in senso directo nihil operaretur potest operari à contrario sensu etiam ad correctionem iuris communis, Castr. & alij *in l. qui in testamento §. Mulier ff. solut. matr. & in l. conueniculam C. de Episcop. & Cleric.* Corbul. *de emphyt. tit. de priuat. ob non solut. canon. limit.* 16. *num.* 2. Altograd. *cons.* 20. *num.* 13. 17. *& num.* 18. *lib.* 2. Sperel. *d. decis.* 143. *num.* 23.

Quod non procedat in destructionem dispositionis in sensu directo conceptæ ad fauorem alicuius, nec vbi sequeretur absonus intellectus, & legum correctio, Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 318. *num.* 7. *& seqq.*

4 Argumentum à contrario sensu licèt procedat in statutis, est tamen strictè eliciendum ad limites verborum in sensu directo positorum, & ideo in dispositione negatiuè concepta, deduci non potest affirmatiuè, quia verga negatiua semper negant, & numquam affirmant, vnde facta prohibitione in aliquo casu, non potest ex illa à contrario sensu argui ad permissionem in alijs, vt benè exemplificando declarat Altograd. *cons.* 20. *num.* 13. *& seqq. lib.* 2. Galuan. *cons.* 31. *num.* 72. *& dixi in mea Pract. §. Lincenzæ num.* 42. pulchrè Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 40. *num.* 14. *&c.* vbi in terminis statutorum Bononiæ de obligationibus, & contractibus minorum, Bellon. *tract. de mand. iurisdict. cap.* 8. *quæst.* 19. *num.* 34. *& seqq.* vbi in materia iurisdictionali.

Argumentum à contrario sensu non potest desumi ex dictis, & assertionibus Doctorum, imò nec ex decisionibus Rotæ, Gratian. *discept.* 689. *num.* 42. Sperel. *decis.* 185. *num.* 78. Marcian. *disput. for. cap.* 10. *num.* 64. *& cap.* 29. *num.* 22. 5

Item non procedit à solo contrario sensu litteræ, sed debet esse etiam à contrario sensu mentis disponentium, Gratian. *discept.* 885. *num.* 24.

Nec vbi resultaret absonus, & contrarius iuris intellectus, Altograd. *cons.* 25. *num.* 16. *lib.* 2.

Sed de omnibus prædictis, & alijs circa argumentum à contrario sensu, vide latè Euerard. & Barbos. *in loc. cit. sup. num.* 1.

Argumentum à superfluitate verborum ductum licèt validum sit, tamen est admodum fragile, & leue, ac qualibet minima ratione, siue operatione prosternitur, nec superfluum dicitur illud quod maioris expressionis gratia adijcitur, Magon. *decis. Flor.* 57. *num.* 35. *& decis.* 146. *num.* 16. Rot. *in Bononien. fideicommissi* 27. *Nouembris* 1637. *coram Pirouano in Nouiss. part.* 7. *decis.* 248. *num.* 20. Altograd. *cons.* 60. *num.* 87. *& seqq. lib.* 1. vbi quòd ex hoc non potest inferri ad extensionem fideicommissi, & latè Sperel. *decis.* 144. *num.* 50. *& seqq.* Merlin. *decis.* 22. *num.* 11. *&c. dixi in §. Verba num.* 3. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 442. *num.* 12. *& part.* 14. *decis.* 404. *num.* 1. *&c.* 6

Quòd imò argumentum à superfluitate ductum non sit leue, sed validum, & efficax, Franch. *decis.* 606. *num.* 10. Surd. *decis.* 322. *num.* 25. Barz. *decis.* 12. *num.* 30. Magon. *decis. Flor.* 3. *num.* 4. & alij, quos refert, & sequitur Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 354. *num.* 35. Aluarez. de Velasc. *tract. de iud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 3. *num.* 3. *&c.* vbi plura de superfluitate vitanda.

Superfluum non esse quod venit ad declarationem eorum, quæ tacitè inerant, *l. quæ dubitationis ff. de reg. iur.* Magon. *decis. Flor.* 37. *num.* 39. Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 242. *num.* 16.

Nec quod deseruit ad euitandas etiam sophysticas dubitationes, & in omnem casum sit potius toleranda superfluitas, quàm quòd à verisimili mente testatoris recedatur, Altograd. *cons.* 35. *num.* 49. *& seqq. lib.* 2. Larrea *decis. Granat.* 21. *num.* 47. *& decis.* 31. *num.* 51. *&c.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 77. *num.* 23. *part.* 13. *decis.* 442. *num.* 13.

Superfluitatem potius tolerandam, quàm quòd verba operentur aliquid contra iuris dispositionem in præiudicium tertij, Magon. *decis. Flor.* 117. *num.* 18. *decis. Luc.* 30. *num.* 24. Altograd. *cons.* 58. *num.* 98. *lib.* 1. *& cons.* 60. *num.* 92. *lib.* 1. latè Barbos. *de Axiom. iur. axiom.* 216. *per tot. & axiom.* 222. *num.* 11. *& seqq. ad* 25. *vide in §. Statutum.*

Quòd sit potius toleranda superfluitas quàm inducere extensionem fideicommissi, Altograd. *cons.* 79. *num.* 53. *lib.* 2.

Quòd sufficiat verba quid minimum operari, imò nouum tantùm vinculum inducere, pulchrè idem Altograd. *cons.* 58. *num.* 96. *&* 97. *lib.* 1.

Quando superfluitas non obstet, vide Ger. Spin. *cons.* 8. *num.* 15. *& seqq.* & pleniùs *cons.* 61. *num.* 34. *&c.*

Plura de superfluitate vitanda, Tusch. *litt. S. concl.* 894. *&* 895. *per tot.* Aluarez. de Velasch. *tract. de iud. perfect. Rub.* 9. *annot.* 3. *num.* 3. *&c.*

Alia plura de locis, sedibus, promptuarijs, ac modis, à quibus in iure possint necessaria, siue probabilia argumenta desumi ad rem aliquam confirmandam, siue refellendam, vide latè per Euerard. *in sua Topic. legal. seu loc. argum.* & per Barbos. *in loc. com. argum.* vbi plurimos similes modos arguendi, & aliquod dubium per argumenta legalia decidendi cumulant, adde Tusch. *litt. A. concl.* 490. *& seqq. ad* 512. Ricc. *Collect.* 2863. 7

De argumentis ab alimentis, ad dotem, ad legitimam, & ad primam causam, vel è contra ab istis causis ad alimenta, an & quando sint valida, vel non, latè Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 1. 2. *&* 3. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 173. *n.* 6. *&c.* vbi quòd de alimentis ad dotem procedit tantum affirmatiuè, non autem negatiuè, & quare, Giurb. *decis.* 5. *num.* 12. *& num.* 40. *& seqq.*

De minori ad maius quando valeat, & maiori summæ quando minor insit, Ricc. *Collect.* 2631.

A maioritate, vel paritate rationis an procedat in priuilegijs, idem Ricc. *Collect.* 2802. *& in Prax. var. resol. cap.* 17.

vbi

vbi quòd in priuilegijs, & diſpenſationibus, tamquam odioſis non procedit à maiori ad minus, nec fit extenſio ad caſum minorem licèt habentem maiorem rationem caſu conceſſo.

Quòd in ijs, quo ſunt meri imperij non valeat argumentum à maiori ad minus, probat Bellon. *tract. de mand. iurisd. cap.8. quæſt.2. num.55. &c.*

Nec in feudis procedit à maioritate rationis, Gizzarel. *deciſ.74. num.3.*

8 Argumentum ſumptum ex eo, quòd ſi teſtator fuiſſet interrogatus, ita reſpondiſſet, & ſit habendum pro diſpoſitione, eſt admodum fallax, & equiuocum, Magon. *deciſ. Luc.* 82. *num.28. cum Addit.* Rot. *part.9. recent. deciſ.* 309. *num.* 72. *& 73. dixi in §. Teſtator num.23.*

9 Argumentum à ſimili habet locum etiam in ſtatutis, ſi adſit eadem ratio, aliàs autem ſecùs, itàvt qui ſimilitudinem non adeſſe dicit, teneatur id probare, quod tamen non procedit in pœnalibus, Conciol. & Romaguer. in Addit. *ad Stat. Eugub. lib.4. rub.73. per tot.*

10 De argumentis à iure approbatis, vel non vltrà iam citatos, Menoch. *de præſumpt. lib.1. quæſt. 6. per tot.* Laurent. Vrſel. *concl.* 142. *per tot.* Caſtil. *contr. tom. 5. cap.* 88. *per tot.* & alij relati per Com. Auguſt. Fontan. *in ſua Biblioth. part. 4. fol.*124. Io: Torre *de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in pluribus locis*, vt in Indice, *verb. Argumentum*, Vela *Differt.* ſæpè vt in Indice *verb. Argumentum*, Iacob. Balduc. *in Indice ad Obſeruat. conſ. Ramon. eod. verb.* vbi de argumentis ab æquiparatis, à ceſſante legis ratione, à diſcretiuo modo loquendi, à ſimili, ab abſurdo, de toto ad partem, & huiuſmodi. De debilitate argumenti à ſuperfluitate verborum, & quomodo euitetur, Cyriac. *contr.* 522. *num.* 75. *& ſeqq.*

§. ARMA, SIVE INSIGNIA. XXXIX.

1 ARma, ſiue inſignia alicuius familiæ exiſtentia in Eccleſijs an poſſint tolli, vel mutari inuito domino, ſiue illius hæredibus, vt alia ponantur, vide Anchar. *conſ.*113. Capyc. *deciſ.* 27. *num.*41. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.7. num.*450. *& ſeqq. fol.*268. vbi quòd non, *& num.* 456. qui fuerint primi qui dictis armis, & inſignibus vti cœperint, ac vnde originem traxerint, adde Tuſch. *litt. A. concl.* 516. *per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 581. *per tot.* Seraphin. *deciſ.*652. Ludouiſ. *deciſ.* 463. vbi quòd renouata Eccleſia, debent poni arma antiqua.

Quòd per affixionem, & picturam armorum, ſiue inſignium deſignetur rem eſſe illius, cuius ſunt inſignia, Ricc. *Collect.*1608. *&* 4129. Capyc. *d. deciſ.* 27. *num.* 40. *in fine*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 551. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 618. *num.*43. Rot. *part.9. recent. deciſ.* 35. *num.* 1. *&c.* vbi quòd probant rem fuiſſe in bonis fideicommittentis iunctis tamen adminiculis, *& deciſ.*115. *num.*5. *d. part.9. & deciſ.*133. *num.*21. *&c. ead. part.9. & deciſ.*310. *num.*8. Tuſch. *d. concl.* 516. *num.*11. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*195. *&* 111. *n.*1. *& ſeqq. vol.*2. vbi qualiter ſigna denotent cuius ſit res ſignata, & dixi in §. *Mercator num.*12.

2 Arma propria fabricantis expenſis Communitatis, non poſſunt operi publico apponi, Franch. *deciſ.* 443. Pac. Iordan. *vbi ſupra num.*445. vbi etiam *num.*458. quòd qui vtitur inſignijs, ſiue armis dignitatis, vel officij in vniuerſo, cùm non ſit tali dignitate præditus, tenetur pœna falſi, idemque dicendum aſſerit de Inſignijs ſingularium dignitatum, vt Imperatoris, Regum, vel aliorum Principum, quæ nullus vt propria poteſt ſibi aſſumere, vide tamen Bart. *tract. de Inſig. & arm. per tot.* Bonifac. *de furt.* §. 7. *num.* 29. *& num.*48. *& ſeqq. ad* 54. *fol. mihi* 254. Caualer. *deciſ.*549. *per tot.* Tuſch. *d. concl.*516. *per tot.* Ricc. *Collect.*1608. *&* 4129. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.*581. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.*282. *&* 283. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 337. *per tot.* vbi quòd operi publico aliud nomen quàm Principis, aut eius, cuius pecunia factum eſt, non licet apponere; non obſtante conſuetudine contraria ab aliquibus ponderata, quia vel non eſt ſeruanda tamquam iuri contraria, vel intelligenda, populo, vel alio intereſſe habente non reclamante.

Quòd imò dicta conſuetudo ſit attendenda, etiam abſque conſenſu, & quomodo, recedendo ab antea deciſis, & benè declarando reſoluit eadem Rot. *d. part.*14. *deciſ.* 401. *per tot. in eadem cauſa.*

3 Arma, ſiue inſignia, inſcriptiones, & ſimiles memoriæ ædificijs ab extra, & in patente loco appoſitæ, qualiter in ſtatibus Sereniſſimi Magni Ducis Etruriæ non poſſint remoueri, caſſati, obſcurari, vel aliter offendi ſub pœna ſcutorum duorum millium auri vigore legis latæ ſub die 30. Maij 1571. & alia vide in mea Practica §. *Armi num.* 1. *& ſeqq.*

De pœna eius, qui arma vellit, vel tollit, Menoch. *de arbitr. lib.2. cap.*281. Bobadill. *lib.3. Polit. cap.5. n.* 58. Auend. *de exequend. Mandat. lib.* 2. *cap.* 13. Lambert. *de iur. patr. art.4. quæſt.5. lib.3. num.9. & ſeqq.*

Quòd inſcriptiones ſepulchrorum non inducat diſpoſitionem, & quare, Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*10. *per tot. dixi in §. Sepultura num.*1.

Quòd lapis continens inſcriptionem debeat eſſe affixus parietibus Eccleſiæ ad probandam fundationem iuriſpatronatus, & huiuſmodi, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 132. *num.*7.

Quòd arma, & inſignia Capellæ appoſita denotent pertinentiam iuriſpatronatus, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 136. *num.*12. *part.*14. *deciſ.*509. *num.*8.

4 Arma, ſiue inſignia familiæ in Eccleſijs, alioue celebri loco ad perpetuam memoriam collocata, prout etiam ſtatuę, vel picturæ in honorem alicuius erectæ, vel in contumeliam, & proditionis ſignum, non poſſunt corrumpi, neque abradi, amoueri, vel cancellari ab aliquo ſub pœna de iure communi iudici arbitraria, etiam ſi hæc inſignia proditoris eſsent; nam licèt arma ad ſuæ familiæ honorem collocata deleri, atque abradi poſsint, intelligitur ſi fiat auctoritate Principis, cùm hæc ſint iuriſdictionis, quæ à priuato exerceri non poſsunt, ac idem eſt in proclamatibus Prætorum, & Epiſcoporum, quæ affixa in valuis non poſsunt tolli, nec corrumpi ſub dicta pœna, *l. ſi quis id quod ff. de iuriſ. om. iud.* Rom. *ſing.*474. *& ſing.*666. Gomeſ. *in §. pœnales num.*5. *Inſtit. de act.* Menoch. *de arbitr. caſ.*281. *per tot.* Bonifac. *de furt.* §.7. *num.*50. 55. *&* 56. *fol. mihi* 254.

Quòd etiam nulli liceat erigere ſtatuas abſque Imperatoris, vel Principis gratia, vel beneficio, *l.1. C. de ſtat. & imag.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*80. *vel* 81. *vol.*2.

5 Arma, ſiue inſignia ſuæ domus, & familiæ apponere in Eccleſijs, vel Monaſterijs à ſe fundatis, & in ſimilibus donis Eccleſiæ factis, an ſit laude dignum, dic quòd ſi cauſa honoris, & ambitionis ponantur non videtur laudabile, quia per id boni operis meritum amittitur; ſi verò vt alios exemplo ſuo ad benefaciendum Eccleſijs moneat, tunc non ſolum laudabile, ſed meritorium eſſe probat Dian. *part.* 10. *tract.*12. *reſol.*38. *per tot.* Valer. *de different. vtriuſque for. differ.*1. *verb. peccatum*, Ricc. *Collect.*4129. *illat.*9. Sanfelic. *deciſ.*283. *num.*2.

Quòd arma, & inſignia exiſtentia in Eccleſia ſint fallax argumentum ad probationem iuriſpatronatus, & non concludens niſi probentur appoſita in limine fundationis, cùm alià potuerint eſse appoſita, vel ob reſtaurationem, vel ob eleemoſynam, per quos actus non acquiritur iuſpatronatus, Caualer. *deciſ.*159. *num.*8. *& 9.* Rot. *part.*16. *recent. deciſ.*299. *num.* 6. *& ſeqq. vide in §. Iuſpatronatus num.* 19. *& num.*29.

Si renouetur, vel reſtauretur Eccleſia, ſiue Capella antiqua reponi debent eadem arma, & inſignia familiæ, quæ erant in antiqua, cùm renouatio, & ſubrogatio fieri debeat ſine præiudicio familiæ, quæ in dicto loco habebat inſignia, Ludouiſ. *deciſ.*463. *per tot.* Franciſ. Anton. Tranchedin. *conſ.*6. *per tot.*

Quòd arma, & inſignia familiæ poſſint apponi, tam à Domino, quam ab emphyteuta in ædificio emphyteutico, ad exemplum patronorum Eccleſiarum, vel Capellarum, & quam probationem faciant, Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de diuer. quæſt. emphyt. quæſt.*18. *per tot.*

6 Arma, ſiue inſignia ſicut iuxtà prædicta poſsunt haberi in Eccleſijs, an idem ſit quoad Scamna, & Sedilia, vt ſcilicèt poſtquam laici illa conſtituerunt pro audiendis concionibus, vel ſimilibus functionibus, non poſſint amoueri, nec quoad locum mutari per Epiſcopum, vel alium ſuperiorem Eccleſiæ, etiam Regularis, negatiuam opinionem ne poſſint amoueri ſuſtinent Giouagnon. *reſponſ.* 8. *lib.*2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*210. Ciarlin. *contr.* 119. *&* 120. *tom.*2. alijque relati per Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *reſol.*64. *per tot.* vbi tamen ipſe cum alijs citatis affirmatiuam ſuſtinet opinionem, contrarijs reſpondendo; facit quod dixi in §. *Patronus num.*21. Marcha *vot. Piſ.*88. *per tot.* vbi

probat in Eccleſijs præcedentias in ſedendo ab Epiſcopo non eſſe permittendas, ſed ſcamna debere eſſe communia.

Plura de hac materia ſedendi in loco eminentiori Eccleſiæ, vel cum puluinaribus, & tapeto, ſiue ſub baldachino, an tale ius poſſit ab aliquibus in Eccleſia acquiri, & quomodo in poſſeſſione iuxta ſolitum manuteneri, etiam reluctantibus nobilibus Ciuitatis; quibus tale ius competat, vel non, an Caſtellanis, Baronibus, Iuſdicentibus, Abbatibus, & alia ad rem, Sanfelic. *decis.* 331. *cum plena additione per tot. vide in §. Præcedentia.*

7 Arma, ſiue inſignia alterius familiæ, an quis poſſit grauari aſſumere, & valeat grauamen ſub pœna amiſſionis hæreditatis, vide in §. *Grauamen num.* 17. Guid. Pap. *decis.* 251. Theſ. *decis.* 257. *&* 270. Ricc. *Collect.* 4129. *illat.* 3. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 148. *num.* 27. *& seqq.* vbi conſiderat, an huiuſmodi onus ſit adiectum per viam conditionis, vel modi, & qualiter ſit neceſſaria interpellatio, Thomat. *decis.* 164. *num.* 12. *& seqq.* vbi quòd talis conditio eſt valida, & ſeruanda.

Plura de hac materia, & an commixtio armorum teſtatoris ſit intelligenda cum præcedentia, Martha *vot. Pis.* 73. *per tot.*

8 Arma, & inſignia qualiter arguant nobilitatem in vtente ab antiquo ad effectum ſuſceptionis habitus in Religione Equitum Hieroſolymitanorum, & quæ requirantur iuxtà ordinamenta dictæ Religionis, latè Merlin. *decis.* 164. *per tot.* Ludouiſ. *decis.* 463. *num.* 5. vbi quòd oſtendunt dignitatem familiæ, & memoriam conſeruant, ac ideo renouata Eccleſia, vel Capella, debent poni arma antiqua, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 229. *in fine, & decis.* 383. *per tot.* in eadem cauſa vbi qualiter probetur retentio, & vſus armorum, vel inſignium ad effectum nobilitatis probandæ, vide in §. *Nobilitas.*

9 Arma, ſiue inſignia alterius familiæ nemo ſibi regulariter aſſumere, vel vſurpare poteſt, ad tradita per DD. *in Rub. & text. C. vt nemo priuat. tit. præd. suis vel alien. imp.* Bart. *in tract. de insign. & arm. num.* 5. *& seqq.* Tiraquel. *de nobilit. cap.* 6. *num.* 17. cum alijs per Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 253. *num.* 23. *& seqq.*

Quod tamen ſibi locum non vindicat quando fit ſine præiuditio alterius ex regula, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt venit concedendum, imò iniquum eſt denegari, Francb. March. *decis.* 881. *num.* 4. *part.* 1. Ricc. *Collect.* 4129. vbi etiam quòd hodie Nobiles ſilent, licèt ab alijs eorum arma aſſumantur, fuiſſe tamen quandoque reclamatum, & prohibitum, vide in §. *Familia num.* 6.

Silent cum ratione, vt magis dilatetur, & perpetuetur illorum nomen, quod ab alijs aſſumi iubent etiam quandoque teſtantes, vt dixi in §. *Grauatus num.* 17. tanta enim eſt hominum etiam vulgarium inanis gloriæ ambitio ipſis à natura inſita, vt totis viribus, & varijs artibus pro illorum nominis, & cognominis conſeruatione ſtudeant, quod vtinam ſemper eſſet modis, & medijs licitis atque honeſtis ſine Dei offenſa, & amiſſione meritorum ex bonis operibus iuxta prædicta, ac quandoque etiam ſe extollerent ad veræ, & æternæ gloriæ cupiditatem, illamque ex corde quærerent, & poſtularent.

10 Arma, ſiue inſignia familiæ paternæ an competant baſtardis, Angel. in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 10. & dixi plures allegando in §. *Filius num.* 10. vbi vide, & Ariſmin. Tepat. *var. sent. tit.* 581. *cap.* 5. *&c.*

11 Arma, ſiue inſignia, ſicut nomina, & cognomina poſſunt variari ad libitum, per text. *in l. vnic. C. de mutat. nom.* Caſſan. *Catalog. glor. mund. considerat.* 38. *concl.* 31. *vers. sed quid de armis, part.* 1. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 311. *num.* 5. vbi, in materia fideicommiſſorum cum grauamine aſſumptionis armorum.

12 Arma, & inſignia familiæ quamuis denotent deſcendentiam ab illa, & conſanguinitatem, tamen vbi agitur de præiudicio tertij, nullam, vel leuiſſimam faciunt præſumptionem (cùm vt dixi ſupra poſſint de facili arma alterius familiæ aſſumi, & variari) maximè vbi dubitatur de identitate perſonæ, & aliæ circumſtantiæ, & demonſtrationes non concurrunt, vt benè ratiocinatur cum alijs ab eo citatis Illuſtriſſimus Dominus Marcell. Seuerol. in voto deciſiuo in cauſa de Ceulis edito ſub die 5. Octobris 1672. num. 55. & ſeqq. & habetur inter deciſiones Rotæ Rom. *part.* 14. *recent. decis.* 535. quod quidem votum (vt etiam notat Compilator) eſt in omni parte ſumma eruditione, & vtriuſque iuris profunda ſcientia refertum, ac tanto Auctore dignum, & vt ab omnibus legatur in materia filiationis, & deſcendentiæ probandæ ad effectum concedendæ, vel denegandæ immiſſionis in bonis fideicommiſſarijs.

13 Arma, ſiue inſignia Regum, & Principum ſunt Corona, Sceptrum, & Solium, Enſis, ſiue gladius, & Purpura, & alia, de quibus Polydor. *de inuent. rer. lib.* 2. *cap.* 3. Caſſan. *in Catalog. glor. Mund. part.* 1. *concl.* 1. *&* 2. & latè videndus Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 5. *& sequentibus.*

14 De armis, ſiue inſignijs, Garzia *de Nobilit. gloss.* 18. Bobadill. *lib.* 3. *Politic. cap.* 5. Gutierez. *Pract. quæst. lib.* 3. *quæst.* 16. & alij relati ab Ægid. de Caſteion. *in alphabet. iuridic. verb. Arma num.* 13. *& seqq.* Tondut. *quæst. canon.* 73. *lib.* 1.

15 De armorum, & nominis geſtione iuſſa à teſtatore, Ramon. *cons.* 15. *& seqq.* & alijs ad rem, me etiam citato Com. Auguſt. Fontan. *in sua Biblioth. part.* 4. *fol.* 127. *&c.* Et plura notabilia exhibet Io: Torre *de success. in Maiorat. & Primog. Ital. in multis locis,* vt in Indice, *verb. Arma familia,* Tondut. *quæst. ciuil.* 127. *part.* 2.

§. ARMA. XL.

1 ARmorum appellatione veniunt non ſolum ſcuta, gladij, & galeæ, ſed etiam fuſtes, & lapides, ac omnia, quæ tam ad offenſam, quàm ad defenſam parata ſunt; in odioſis tamen offendibilia tantùm comprehenduntur, & non veniunt thorax, ſcorteus, cultellus ad incidendum panem, arma ruralia, nec vaginæ, Barboſ. *de appellat. verb. signif. appellat.* 25. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *n.* 77. Baiard. ad Clar. *quæst.* 82. *num.* 67. *& seqq. dixi in §. Appellatiua significatio num.* 32. Tuſch. *litt. A. concl.* 514. Scaglion. *in Pragmat. Regn. fol.* 214. *nu.* 58. *& seqq.* vbi diſtinguit quatuor tempora, nempè Romanorum, Codicis, Autenticorum, & Conſtitutionis Regni, & quæ vnoquoque tempore eſſent prohibita, vel permiſſa Aloyſ. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 188. vbi quòd arbitrio iudicis remittitur quæ ſint arma apta ad nocendum, & qui offendit cum dentibus, vel ferramentis ſuæ artis, non dicitur offendere cum armis, adde Nouar. *Collect.* 22. *&c.*

Quòd non poſſint mitti, neque transferri ad loca infidelium, *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 19. Quid ſi pecunia reportata ſit Chriſtianis vtilior, & an ad hæreticos poſſint deferri, idem Dian. *part.* 5. *tract.* 13. *resol.* 14. *&* 15.

Quid verò de pecunijs, mercibus, & victualibus, idem Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *resol.* 16. vbi refert diuerſas opiniones Paul. Chriſtin. *decis.* 64. *vol.* 3. vbi quæ prohibeantur ad hoſtes deferri vigore Bullæ Cœnæ Domini, & de iure communi, *& decis.* 147. *num.* 5. *vol.* 5.

Quòd inſtrumenta ruſticalia, vt zappæ, pungetti, fuſtes, ſecures, & ſimilia licèt largè, & impropriè veniant appellatione armorum, *l. armorum appellatione* 41. *ff. de verb. signif.* tamen illa deferentes non dicantur propriè armati, nec veniant appellatione armatorum in diſpoſitione ſtatuti punientis conuenticulas cum perſonis armatis, Corn. *cons.* 190. *num.* 2. *&* 4. *lib.* 2. Farinac. *quæst.* 113. *num.* 142. Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 35. vbi etiam Romaguer. *in Addit.* ſed vide Farinac. *cons.* 199. *num.* 20. *&* 21. vbi videtur tenere vt veniant etiam non inſtituta ad nocendum, ſed tunc tantùm ad nocendum aſſumpta, & Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Arma cap.* 10. *fol.* 89. vbi plura de pœnis facientium collectas armatorum, vel non armatorum ad nocendum vigore plurium Bullarum.

2 Arma reperta in terra, vel ſub banca apud plures probant contra eos, vt debeant in ſolidum condemnari omnes ad pœnam pecuniariam, vna tamen ſolutione ſufficiente, quo vero ad pœnam corporalem propter incertitudinem abſolui, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 230. *per tot.* vbi alias opiniones refert, & latè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *num.* 57. *& seqq. ad* 63. vbi reſpondet Decian. contrarium ſentient. *in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 2. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 19. *num.* 6. & Baiard. ad Clar. *quæst.* 82. *num.* 59. *&c.* Conciol. *resol. crim. verb. Arma resol.* 22. Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 129. vbi de æquitate omnes abſoluuntur.

Si autem dicta arma pœnes vnum ſolum, qui neſciat indicare delatorem, fuerint reperta, cùm faciant inditium indubitatum, poteſt ille puniri extra ordinem, niſi attenta

qua-

qualitate perſonæ, & armorum, vt quia non eſſet ſolitus illa deferre videatur abſoluendus, prout ſeruatum refert Sanfelic. *deciſ.* 256. Conciol. *reſol. crim. verb. Arma reſol.* 22. *& ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 38. vbi Romaguer. in Addit. refert, & ſequitur omnia per me hic ſcripta.

3 Arma domi habere, vel tenere eſt prohibitum ex primo capite legis Iuliæ de vi publica, etiam ſi non teneantur ad nocendum, nam cùm non pertineant ad communem hominum vſum, ſed illorum vſus Principi tantùm competat, non alia ratione retineri videntur, quàm vt cum illis vis inferri poſſit, & ideò poſſe etiam per Dominos feudorum prohiberi ſuis ſubditis rectè docet Menoch. *de arbitr. caſ.* 394. *nu.* 18. *& ſeqq.* vbi multis modis extendit Duen. *reg.* 55. vbi quòd regulariter non licet arma nec offendibilia, nec defenſibilia portare, nec domi habere, nec fabricare, nec alijs priuatis ſine Principis licentia vendere.

Et quòd arma de iure ſint tam laicis, quàm Clericis prohibita, Sperel. *deciſ.* 122. *num.* 1. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. A. concluſ.* 515. Soccin. *reg.* 30. Maſcard. *de probat. concluſ.* 128. Guaz. *def.* 4. *cap.* 8. vbi qualiter debeat conſtare de corpore delicti.

De prohibitione armorum ſine Principis licentia ſub pœna amiſſionis, & alijs, an aliquo caſu ſint permiſſa, & alia, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 85. *volum.* 5. *& ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 19. vbi quòd armorum delatio eſt omni iure prohibita, & cadunt in commiſſum ad fauorem fiſci etiam ſi in lege, vel ſtatuto non ſit expreſſum, & alia, vide in §. *Delatio n.* 5. Baiard. ad Clar. *queſt.* 82. *num.* 63. *&c.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 31. *per tot.* Nouar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.* 21. *& ſeqq.* vbi plura.

4 Arma in domo habere ſimpliciter videtur de iure permiſſum, ſicut & illa ligata portare per tranſitum, & etiam liberè obtenta à Magiſtratu iuſtis de cauſis licentia, vel vbi extaret conſuetudo illa deferendi certis temporibus, & locis, prædicta tamen licentia non operatur vt poſſint deferri in aula, & Curia Principis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 394. *n.* 86. *& ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 3. vbi multa de hac materia, Conciol. *loc. cit. reſol.* 8. vbi quòd ſtans armatus in domo, vel caupona non incurrit pœnam delationis armorum, & idem in oſtio, niſi agatur de archibuſetis paruis, vel ſtilettis, quorum retentio ſit etiam domi prohibita.

5 Armorum vſus, & delatio ſecundùm multos eſt nobilibus permiſſa, vel ſaltem non interdicta, ſed iuxtà aliorum magis communem opinionem, nec nobilibus licitum eſt vti armis inſcio Principe, Tiraquel. *de nobilit. cap.* 20. *n.* 71. cum alijs per Menoch. *d. caſ.* 394. *num.* 30.

An autem arma ſint permiſſa Officialibus, & Miniſtris primarijs Principis, dixi in §. *Banna n.* 7. *in fin.* & in Pract. §. *Rettori num.* 51.

6 Arma in iudicio etiam ſi iudex ius non reddat non poſſunt deferri, nec in Principum palatij, & tantò grauiori pœna deferentes eſſent puniendi ſi arma eſſent venenata, Menoch. *d. caſ.* 394. *num.* 35. *& ſeqq.* Soccin. *reg.* 48. *fallent.* 7. *in fine*, vbi intelligit etiam quoad eos, quibus permiſſum eſt arma deferre, & idem eſſe in congregatione ſcolarium, vel conſilij Communis, in quo non poſſunt arma deferri.

7 Arma de iure ſunt permiſſa Doctoribus, qui non poſſunt pro illis ſcrutari, cùm & ipſi militare dicantur, & militibus æquiparentur, intelligendo de Aduocatis, & actu profeſſionem exercentibus, Duen. *reg.* 55. *limit.* 7. alios vide in §. *Doctor*, vbi dixi contrarium ſeruari de conſuetudine, & meritò, cùm illorum arma debeant eſſe Codices, & leges, & in mea Pract. §. *Armi num.* 31. Conciol. *loc. cit. reſol.* 20. vbi videtur concludere pro Doctoribus, non facta de illis mentione in Banno, cùm agatur de priuilegio in corpore iuris clauſo, vel ſaltem conſuetudinem vnius loci non eſſe ad alia loca extendendam.

8 Armorum pœna an locum habeat quando quis fuit inuentus cum armis, & non captus, & ſic an ſufficiat ſola inuentio, & accuſatio, vel requiratur etiam deprehenſio, & captura, latè quinque caſus diſtinguendo, & contrarias multorum opiniones referendo declarat Menoch. *d. caſ.* 394. *num.* 42. *& ſeqq.* alios allegaui in §. *Statutum puniens*, & huiuſmodi difficultati per legem municipalem in Statibus Etruriæ occurri dixi in mea Pract. §. *Delatori num.* 1. vide Peguer. *deciſ.* 55. Sanfelic. *deciſ.* 43. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 19. Clar. §. *fin. q.* 81. *ſtat.* 6. vbi quòd requiritur deprehenſio, & captura, niſi lex aliter diſponat, prout Florentiæ, vt dixi *loc. cit.* & in hoc opere §. *Statutum puniens num.* 6. *&* §. *Delatio num.* 5. Conciol. *reſolut. crim. verb. Arma reſolut.* 11. *& ad Stat. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 37. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam Romaguer. *num.* 16. *& ſeqq.* citat Cortiad. *deciſ.* 71. me, & alios modernos.

Armorum prohibitio comprehendit exteros, foreſtieres, vt dixi in §. *Statutum puniens*, & vide in mea Pract. §. *Foraſtieri num...* 9

Sicut etiam comprehendere fœminas, dixi in §. *Mulier num...* Paul. Chriſtin. *vbi ſupra num.* 5.

Armorum delatio eſt permiſſa in itinere, vel nauigatione, dummodò intra Ciuitates, vel oppida ſeruentur banna de hoc diſponentia, Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 394. *num.* 65. *& ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 34. Duen. *reg.* 55. *limit.* 2. 10

Quòd armorum delatio, & præcipuè archibuſiorum, & piſtolarum ſit prohibita; & punibilis etiam pro ſimplici tranſitu; quia prohibitio prouenit à iure communi, text. *in* §. *Si quis ruſticus tit. de pac. tuend. in feud. & in auth. de armis, gloſ. in Rub. C. de Fabricenſ. lib.* 11. Bart. *in l.* 1. *in prin. ff. de vi pub.* Bobadill. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 68. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 5. §. 4. *ad* 5. *num.* 28. *verſ. Dices*, *& verſ. Sed reſpondetur*; vbi reddit rationem, quia cum armis etiam in loco tranſitus poſſit illa deferens vulnerare, & occidere: intellige quando deferens non habet facultatem, aliàs etiam forenſes, ſi non ſint perſonæ ſuſpectæ, & habeant facultatem in patria ſua, pro ſimplici tranſitu per publicas vias non ſint moleſtandi, maximè ſi arma notificauerint primæ Curiæ loci tranſitus iuxtà bannimenta Florentiæ, facit quod dixi in §. *Banna num.* 6. *in Addit.*

Arma ſunt permiſſa magiſtratum gerentibus, & eorum familiæ, ac quibuſcumque officialibus iuſtitiam adminiſtrantibus, ſicut & Aulicis in Curia, & ad latus Principis verſantibus, Menoch. *d. caſ.* 394. *num.* 71. *& ſeqq.* Soccin. *reg.* 48. *Fallent.* 1. Duen. *reg.* 55. *limit.* 6. *vide in* §. *Banna num.* 7. *in fine.* 11

Arma ſunt permiſſa militibus, & cùm priuilegio vt non poſſint pignori capi, Menoch. *d. caſ.* 394. *num.* 74. *&c. dixi in* §. *Executio num.* 3. Merlin. *de pig. lib.* 2. *queſt.* 60. 12

Quòd arma ſint militibus permiſſa de iure, Duen. *reg.* 55. *limit.* 5. vbi tamen adducit ſex requiſita ad hoc vt quis dicatur miles.

Et quòd ſint etiam permiſſa equitibus Hieroſolymitanis, idem Duen. *d. reg.* 55. *limit.* 4.

Arma an ſint permiſſa familiaribus, & ſeruitoribus Inquiſitorum hæreticæ prauitatis, ita vt illos prohibentes dicantur turbatores Inquiſitionis dictæ hæreticæ prauitatis, text. *in Clem.* 1. §. *fin. de heret.* Duen. *reg.* 55. *limit.* 3. Farinac. *de hæreſi queſt.* 102. *num.* 91. Barboſ. *de vniuer. iur. Eccleſ. cap.* 39. *num.* 28. Ciarlin. *contr.* 120. *num.* 44. *&* 45. vbi intelligit dummodò illis non abutantur, & quatenus ſint miniſtri neceſſarij pro negotijs fidei, & eorum defenſione, & non aliàs, vide in §. *Familia num.* 9. vbi melius declaraui, & contrarium tenentes retuli. 13

Arma ſunt permiſſa ad perſecutionem bannitorum, Menoch. *de Arbitr. d. caſ.* 394. *num.* 78. *& caſ.* 574. *per totum*, Soccin. *reg.* 48. *Fallent.* 5. *vide in* §. *Bannum*, *&* §. *Delatio num.* 5. & in mea Pract. §. *Armi num.* 36. *&* 38. Farinac. *de var. crim. queſt.* 108. *num.* 116. *&c.* vbi quòd contrarium ſeruatur vigore bannimentorum, & Conſtitutionum Pontificalium, Conciol. *reſol. crim. verb. Arma reſol.* 18. vbi licèt ſint permiſſa ad perſecutionem bannitorum, hoc non procedit, quando magnum interuallum interceſſit. 14

Arma de iure communi ſunt permiſſa venationis cauſa, vel cauſa mercimonij, vel ad ſui defenſionem, Menoch. *d. caſ.* 394. *num.* 82. *& ſeqq.* vbi quod defenſionem intelligit ceſſare pœnam pro malo animo offendendi, non autem delationis, ſed de hoc vide in §. *Bannum.* 15

Arma poſſunt portari de iure communi pro eundo ad ſuas poſſeſſiones, Soccin. *reg.* 48. *Fallent.* 2. 16

Et ex cauſa venationis, Duen. *reg.* 55. *limit.* 1.

Sed ſupradicta omnia intellige cautè, & attento iure communi ex diſpoſitione legis Iuliæ de vi pub. in primo capite; cùm aliàs vbique extent Banna, & edicta prohibitoria in hac materia armorum, quæ ſunt ſeruanda, & quid ſeruetur in ſtatibus Etruriæ, dixi latè in mea Practica §. *Archibuſi*, §. *Armi, & alibi.*

Alia vide in §. *Delatio*, & apud Clar. & Baiard. §. *fin. q.* 82. *ſtat.* 6. *per tot.* vbi plura, & Nouar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.* 21. *& ſeqq.*

17 Arma an sint Clericis permissa, ita vt ipsi non teneantur parere edicto Principis sæcularis illa prohibentis, & an saltem possint illis per birruarios violenter auferri, dixi in §. *Clericus num.65.* & in mea Pract. §. *Arma num.* 80. latè pertractat Sperel. *decis.* 122. 123. 124. *&* 125. *per tot.* vbi quoad puncta iurisdictionalia semper pro Clericis de more resoluit, sed meliùs iudicio meo nulla passione ductus concludit alter insignis Episcopus, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.*8. *num.*88. *fol.* 80. cum Couar. Placa, Menoch. & Farinac. *quæst.*8. *num.* 96. per eum citatis, *& lib.* 14. *tit.* 12. *sub num.*864. *fol.* 194. quicquid idem Iordan. videatur prius contrarium sensisse *vol.* 2. *lib.*11. *tit.* 3. *num.* 265. *in fine fol.* 540. vide quod dixi *in d.* §. *Clericus*, §. *Iudex num.*28. Dian. *resol. moral. part.*1. *tract.*1. *resol.*8. vbi an possint arma, & huiusmodi per laicos ministros auferri tetis in Ecclesia. Ciarlin. *contr.*15. *num.*73. *& seqq. & contr.*191. *num.* 17. *& seqq.* vbi qualiter in hoc cautè, & prudenter sit agendum, & alia.

Plura de delatione armorum clericis prohibita, Francisc. Anton. Tranchedin. *consul.* 104. Fontanel. *decis.* 493. Pegner. *decis.*60. *part.*2. Ripol. *de Regal. cap.*15. *num.*56. *& num.*57. Cortiad. *decis.*72. *num.*9. *& decis.*87. *num.*7. *vide in* §. *Clericus num.*65. *cum addit.*

18 Arma, vel similia prohibita an possint delatoribus auferri in Ecclesijs, vel alijs locis immunibus, vide in §. *Iudex num.*28.

An possint accommodari alijs, & qualiter accommodans præsumantur accommodare ad vsum licitum, & permissum, ac ideò possit excusari, Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 31. *num.*8. *&c. per tot.* vbi etiam quòd potest illa repetere à birruarijs, quando eo ignorante fuerunt delata in locum prohibitum, si verò eo sciente pretium à commodatario.

Plura de accommodante arma, an dicatur auxilium præstare, & qua pœna teneatur, Conciol. *verb. Arma resol.*5. *&* 6.

19 Arma deferens præsumitur malum animum contra alium habere, nisi aliàs haberet iustam causam illa deferendi, vt quia esset miles, vel stipendiatus, vel portaret ligata, vel iussu, siue permissione superioris, vel ad defensionem, vt quia prius fuerit offensus, vel si consueuit illa portare, & non abuti, Mascard. *de probat. concl.*128. *per tot.* Afflict. *super Constit. Regn. lib.*1. *tit. de illicit. portat. arm. per tot.* Marcel. Cala *de mod. art. & prob.* §.2. *glos. vn. num.*1503. *& seqq.* latè Farinac. *quæst.*52. *num.*69. *& seqq.*

20 Armorum delatio, & præcipuè archibusettorum paruorum, & pugionis, qualiter, & sub quibus pœnis sit prohibita in statu Ecclesiastico per Bullas Pontificias, & bannimenta, qualiter debeat constare de qualitate breuioris mensuræ, à quibus concedatur licentia, & alia, Guaz. *de confiscat. bon. concl.*13. *ampliat.* 88. *per tot.* Farinac. *quæst.* 108. *per tot.* qui etiam tradunt quid seruetur de consuetudine.

Qualiter, & sub quibus pœnis in statu Florentino, dixi in Pract. §. *Armi*, §. *Archibusi*, *& alibi*.

21 Arma non sunt sumenda de domo rei, & ideo nemo tenetur contra se edere instrumenta, *l.* 1. *& fin. C. de edend.* limita fauore fisci in causa ciuili, & multò magis fauore animæ, Dec. & alij *in cap.*1. *de probat. DD. in d. l.* 1. *& fin. de edend.* Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 11. Card. Tusch. *litt. E. concl.* 43. & alij per Giurb. *decis.* 94. *num.* 3. *& seqq. dixi in* §. *Actor num.*3. *&* §. *Liber num.*31. *&c.* §. *Fiscus num.*23.

22 Arma deferentes Infidelibus an puniendi sint tanquam hæretici, & Inquisitionis foro subijciantur, Caren. *de Off. S. Inquisit. part.* 2. *tit.* 17. §. 20. *num.* 64. *&* 65. Castropal. *Oper. Moral. tract.* 4. *part.* 1. *disput.* 8. *punct.* 16. §.10. Rot. *part.*14. *recent. decis.*536. *num.* 38. & est votum decisiuum Illustrissimi D. Hieronymi Gastaldi, Hermosil. *ad leg. Partit. tom.*2. *glos.*1. *&c. l.*22. *fol.* 523. vbi de alijs rebus, quæ exportari non possunt ad hostes, Cabed. *decis.* 125. *part.*2. Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccl. part.* 2. *verb. Arma cap.* 3. *& seqq. fol.*87. vbi quod est Sacrilegium, & incurritur excommunicatio, ac idem est in annona, & similibus.

Plura in detestationem armorum ignitorum, vel vt vulgò dicitur, *arma da foco*, & præcipuè breuioris mensuræ, adeò vt delicta cum dictis armis commissa dicantur insidiosa, proditoria, & atrociora, atque assassinio æquiparata, Riminald. iun. *cons.*327. *num.*18. Muscatell. *in Prax. tit. de ictu scopitæ*, Muta *ad Pragmat. tit.* 41. *de arm. prohibit. num.* 92. Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 15. *& cap.* 4. *num.* 29. Massin. *de confisc. bon. quæst.* 8. Farinac. *quæst.* 108. Cabal. *resolut.* 88. Bobadil. *Polit. lib.* 1. *cap.* 13. *num.*97. Carpzou. *Pract. crim. part.*1. *quæst.* 3. Laurent. Matthæu. *de re crim. controu.* 31. Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.*7. §.12. *&* 13. *num.*1. *& seqq.* vide quæ dixi in §. *Immunitas num.*18. *vers. Imo neque*, vbi an gaudeant immunitate Ecclesiæ.

Arma ligata deferens; ità vt non possit cum illis quemquam offendere non tenetur pœna delationis armorum, Baiard. ad Clar. §. *fin. quæst.*82. *num.*78. Menoch. *de arbitr. cas.*394. *num.*30. Farinac. *quæst.*108. *num.*83. *& seqq.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.*4. *quæst.* 3. *num.*50. *& seqq.* vbi de portante arma ligata super sellam, sequitur Conciol. *resol. crim. verb. Arma resol.*1. 23

Et idem est in portante arma non apta ad nocendum, vt archibusium sine rota, vel focili, vel alio instrumento, sine quo non possit exonerari, Bologn. *cons.* 25. *num.* 24. Bertazol. *cons.* 74. *num.* 12. *& seqq. lib.* 1. Farinac. *quæst.* 18. *num.*86. Massin. *de confiscat. quæst.*8. *num.* 29. *& seqq.* Conciol. *loc. cit. resol.*15.

Florentiæ tamen licèt quandoque fuerint hæc deducta, non fuerunt attentata, quia lex municipalis tollit omnes huiusmodi excusationes prohibendo delationem, ac retentionem Archibusiorum, etiam *guasti*, *e scomposti*, vel partes eorum iuxta declarationes, quas adduxi in mea Prati §. *Archibusi in Addit. secunda Impress.*

Arma venenata deferens, & cum illis offendens debet grauiùs puniri; qualiter autem constare debeat de qualitate veneni per chirurgos, medicos, & peritos, Conciol. cum alijs ab eo citatis *resol. crim. verb. Arma resol.* 9. *vide in* §. *Venenum*. 24

Et qualiter apparere debeat de corpore delicti in materia delationis armorum, dixi *in* §. *Corpus delicti num.* 13. *in Addit.*

Alia de armis remissiuè Casteion. *in Alphabet. iurid. verb. Arma*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *fol.* 125. *& seqq.*

Armorum delatio an possit excusari vigore consuetudinis, dic quod non indistinctè, quia esset abusus, & contrà bonum publicum; secùs autem si consuetudo esset restricta ad certum genus personarum, vel certum locum, & tempus, quia tunc esset valida, & excusaret, Roland. *cons.*3. *num.*36. *& seqq. lib.*2. Farinac. *quæst.* 108. *num.* 147. cum alijs per Conciol. *resol. crim. verb. Arma resol.*21. *per tot.* quòd vltimum exemplificari potest, quoad delationem ensis, & pugionis in statu Florentino in die Vigiliæ, & festiuitatis S. Ioannis Baptistæ.

Arma scienter, vel dubitanter præstans alteri ad occidendum, sequuto homicidio efficitur irregularis, ac tenetur pœna homicidij, & ad restitutionem, Farinac. *quæst.* 130. *num.*7. *& in Fragm. verb. Irregularitas num.* 569. Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.*2. *verb. Arma cap.* 1. *fol.* 87. 25

Arma non possunt sine licentia Superioris detineri per Monacos intra septa Monasterij sub pœna excommunicationis non reseruatæ, iuxtà *Clem.* 1. §. *quia vero de Stat. Monac.* Carol. Ant. Thesaur. *vbi supra cap.*2. 26

Arma quæ sint verè prohibita in Statu Ecclesiastico, & non possit de illis concedi licentia, ac quibus pœnis puniantur delatores Laici, Clerici, & Monaci, ac licentiam dantes, idem Thesaur. *loc. cit. cap.*9. *per tot.* vbi de archibusettis duobus palmis breuioribus, & de pugionibus, vel cultellis breuioris mensuræ trium palmorum prohibitis sub pœna rebellionis, & læsæ Maiestatis, quam tamen puto esse potius ad terrorem, quàm ad executionem, iuxta notata in §. *Banna*, *& alibi*; prout etiam Florentiæ armorum pœnæ executioni non mandantur, sed pro maiori parte gratiantur, nisi delatores confessi, vel conuicti, sint de alijs grauioribus delictis valdè grauati, vel suspecti, sed non confessi, nec conuicti, nam tunc ne demittantur impunes transmittuntur interdum ad triremes pro armis. 27

§. ARTICVLI. XLI.

ARticuli, & defensiones non debent recipi ad fauorem absentium, & contumacium, & quando articuli facti pro carceratis aliquo modo concernerent fauorem absentium, debent admitti cum protestatione 1

quòd

quòd contumacibus, & abſentibus prodeſſe nequeant, Guaz. *ad def. def.28. cap.4. per tot.*

Adde quæ dixi in §. *Socius num.56.* & Conciol. *reſol.crim. verb. Articuli, reſol.1.*

Sed tutior eſt practica condemnandi prius contumaces antequam aſſignentur defenſiones carceratis, Clar. §. *fin. quæſt.49. verſ. ſed ponè*, Cabal. *reſol. crim. caſ. 75. num. 11.* Guaz. *def.22. cap.1. num.8.* & dixi in mea Pract. §. *Contumaci num. 20.* vbi retuli Boſſ. *tit. de delict. num. 46.* tenentem poſſe etiam de iure communi ſimul expediri, maximè quando contumaces eſſent conuicti.

Quid ſit articulus, quando dicatur ſufficiens, quando captioſus, implicitus, vel defectiuus, & alia, latè Tuſch. *litt. A. conſ.521. & ſeqq.*

Formulam articulorum in ciuilibus, de illorum intimatione, & alia acta, vide per Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 11. num.4. &c.*

2 Articulans licèt non dicatur fateri articulata, tamen ſi iudicialiter illa reproduxerit, contra illum probant Magon. *deciſ. Flor. 33. num.6. & 7. vide in §. Poſitio, & §. Productio*, Duran. *deciſ. 33. num. 17. deciſ. 314. num. 9.* Buratt. *deciſ.600. num.10.* vbi Ferentil. *num.14.* Ludouiſ. *deciſ. 247. & 143. &c.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib. 2. q. 2. per tot.* Cabal. *conſ. 127. num. 13. lib. 2.* Conciol. *verb. Articuli reſol.4.* vbi quòd etiam probant, quando in fine illorum fuit dictum (vt fieri ſolet) omnia fuiſſe, & eſſe vera, &c. vel quando fuerunt dati articuli medio iuramento, nam his caſibus probant contra producentem, niſi fuerint à parte, vel fiſco impugnati, quia tunc non poteſt impugnans in illis ſe velle fundare.

Quòd quando articuli ſunt dati in actis medio iuramento, etiam ſi non ſint à iudice admiſſi, plenè probent contra articulantem, niſi doceatur de errore, Ferentil. ad Buratt. *d. deciſ.600. num.15. & 16.* Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 11. num.77. & 78. vbi tamen num. 79.* quod ſi habeant clauſulam, *non ſe aſtringens*, nihil certi continere dicuntur, Thomat. *deciſ.116. num. 49. & ſeqq.* latè Michalor. *de poſit. cap.4. num.15. & ſeqq.* vbi ponit regulam quòd articulans non fatetur, illam tamen nouem modis limitat, & declarat, & ideò articuli poſſunt mutari, & corrigi, vt ibidem *num.27.*

Quòd articulans non fateatur, Gregor. *deciſ. 143. num. 5. & deciſ.247. num.5.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 52. num. 20. & deciſ.102. num.9.*

Præbent tamen articuli magnum veritatis adminiculum, Rot. *part.14. recent. deciſ.326. num.16.*

3 Articuli negatiui, cùm negatio ſit regulariter improbabilis, non ſunt admittendi, niſi dentur per viam poſitionum, vel niſi implicitè factum affirmatiuum contineat, Rot. Rom. *in practicabilibus poſt part.2. diuerſ. num. 133.* vbi alia plura de articulorum materia, & Michalor. *de poſit. cap. 15. per tot. vide in §. Negatiua, §. Poſitio, & §. Teſtis.*

4 Articuli quando dicantur impertinentes, non admittendi, & reijciendi, vide Franch. *deciſ. 220. per tot.* Tuſch. *litt. A. concluſ.523. & ſeqq.* Ridolphin. *in prax. part. 1. cap. 12. num.71. & ſeqq.* Ricc. *Collect. 1312. & 2021.* Rot. *part. 10. recent. deciſ.5. per tot.* Maſcard. *de probat. concl.132. per tot.* Michalor. *de poſit. cap.4. num.8. & ſeqq.* Rot. *part.13. recent. deciſ.122. num.1. & ſeqq.* vbi quòd licet de ſtylo admittantur de facili, ſaltem cum clauſula, *ſaluo iure impertinentium*, tamen ſecus eſt quando irreleuantia eſt clara, ne partes expenſis, & dilationibus fatigentur.

Quòd articuli admittantur cum clauſula, *ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum*, & facta publicatione, ſi reperiantur impertinentes reijciantur vnà cum probationibus factis, parte opponente, quæ ſi taceat procedendo ad vlteriora dicantur exceptioni renunciaſſe, Sanfelic. *in praxi ſect.47. num.3. & ſeqq.*

5 Articuli obiectiui, & irreleuantes non ſunt admittendi, quando autem ſint tales, vel potius de iure dantis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.653. num.50. &c. & cap.802. num. 11. &c. vide §. Probatio*, Nouar. *in Prag. Reg. Neap. collect. 182. num.31. & ſeqq.* Triuiſ. *deciſ.12. lib.2.* Conciol. *verb. Articuli reſol.3.* vbi quòd obiectiui, & criminoſi ſunt admittendi, quando ſunt de iure dantis, aliàs autem ſecus, ne tollatur reo defenſio, Rot. *part.18. recent. deciſ. 636. per tot.* vbi quòd articuli etiam criminoſi admittuntur, quando ſunt de iure dantis, & alia ad rem.

Multa de articulis obiectiuis, an, & quando ſint tales, vel potius de iure dantis, & an, & quando admittantur tam de iure, quàm de ſtylo Rotæ Romanæ, vide in practicabilibus dictæ Rotæ inſertis poſt *part. 2. diuerſ. tit. de art. obiec.* Tuſch. *litt. A. concluſ.529.* Rot. *part.10. recent. deciſ. 5. per tot.* vbi quòd quando articuli ſunt irreleuantes, & calumnioſi non admittuntur, & ſi ſint partim releuantes, & partim non releuantes admittuntur releuantes, & alij impertinentes reijciuntur, & hoc modo vtrique conſulitur parti, *& part.11. deciſ.21. per tot.*

Articuli quando dicantur noui, vel antiqui, quando de- 6
pendentes, quando directè contrarij, & quando indirectè contrarij ad effectum vt poſſint admitti, vel non poſt publicationem proceſſus, vel poſt didicita teſtificata, vide Farinac. *quæſt.75. cap. 2. per tot.* cum alijs per Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.18. num.747. & ſeqq. fol. 342.* vbi plura ſummatim de more colligit, & facit quod dixi in §. *Teſtis*, Tuſch. *litt. A. concl.527. & 529.* Sanfelic. *in Praxi ſect. 58. per tot.* Nouar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.182.*

Articuli qui ſapiunt delictum, & dedecus, maximè 7
perſonarum nobilium non ſunt admittendi (niſi magno ſaltem exhibito fumo veritatis, qui pro ſemiplena probatione ſufficiat) licèt de iure dantis eſſent, Caualer. *deciſ. 512. num.1.* Buratt. *deciſ.28. num. 6.* Rot. *part. 5. recent. deciſ.302. num.14. &c. & part.12. deciſ.13. num.6. & ſeqq.* vbi etiam alia de irreleuantia articulorum, vt quando non proſunt ad victoriam cauſæ, ad effectum denegandæ remiſſoriæ.

Quòd dato magno fumo veritatis non abſolutè reijciuntur articuli obiectiui continentes ius partis, quia dùm includunt ius dantis non recipiuntur, vt obiectiui, ſed vt ius partis, cui permiſſum eſt dare articulos ad probandum delictum in iudicio ciuili per viam exceptionis, Bich. *deciſ. 227. num.3. & 4.*

Articulos falſos producens qualiter teneatur pœna falſi, 8
quid ſi illis renunciauerit, & alia Menoch. *de arbit. caſ.315.* Clar. & Baiard. *in §. Falſum num. 71. &c. vide in §. Interrogatoria num.5. & §. Productio num.5. &c.*

Plura de articulis, poſitionibus, & huiuſmodi actis iudicialibus, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.191. per tot.* Maſcard. *de probat. concl.130. & ſeqq.* vbi quando articuli cenſeantur admiſſi, an ſit citanda pars in illorum admiſſione, & alia, latè etiam Nouar. *in Prag. Reg. Neap. Collect. 182. per tot.* vbi plura notabilia de articulis.

Articuli in cauſa ciuili, vel criminali ciuiliter intentata, 9
an poſt lapſum termini re integra admittantur, Maſcard. *de probat. concl.133.* vbi refert contrarias opiniones, & an poſt publicatas atteſtationes, idem Maſcard. *loc. cit. concl.134.* & alij; quos longiori ſtylo retuli in §. *Teſtis num. 25.* Sanfelic. *in Praxi ſect. 47. per tot.* vbi quòd terminus iſte peremptorius eſt, nec prorogatur niſi ex iuſta cauſa, vel impedimento, & alijs caſibus, de quibus idem.

Articulus præiudicialis eſt in primis expediendus, ante- 10
quam cognoſcatur de meritis cauſæ, aliàs nullum eſt quicquid ſit in contrarium, etiam ſi appellatio fuiſſet admiſſa cum clauſula *ſic, & in quantum*, cùm nec id fieri poſſit ex prorogatione partium, Caſtr. *conſ. 281. num. 5. lib. 1.* Miſinger. *cent.3. obſer.79.* Magon. *deciſ. Luc. 37. num. 6. &c. vide in §. Cauſa num.9.* Giurb. *deciſ.36. num.13.*

Qualiter articuli, & poſitiones debeant eſſe certi, & non interrogatiui, & alia ad rem, Fontanel. *deciſ. 374. per tot.*

De articulis varia notat Thoro *compend. deciſ. Neap. part.1. verb. Articuli.* De impertinentibus non admittendis, Salgad. *de Reg. Protect. part.3. cap. 6. num. 68.* & alia de articulis Laurent. Vtſel. *concl.148. per tot.* cæterique relati à Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliot. part.4. fol.131.*

§. ASSASSINIVM. XLII.

Aſſaſſini dicuntur illi, qui pecunia, vel alia re æſti- 1
mabili data, vel promiſſa Chriſtianum non præcauentem de alterius mandato occidont, vel mandant occidi, *gloſ. in cap.1. ad homicid. in 6.* vbi Hoſtien. & alij, Gabriel. *com. concl. lib.7. tit. de Malef. concl. 1. per tot.* Clar. §. *Aſſaſſinium in princ.* & alij plures relati per Sperel. *deciſ. 102. num.8.* Guazz. *def. 1. cap. 38. num. 42.* Tuſch. *litt. A. concl.531.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſt. lib.1. cap.19.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 15. per tot.* Thom. del Bene *de immunit. part.2. cap.16. dub.21. ſect.2. per tot. fol.61.* Anton. de Ballis *tract. var. lib. 3. quæſt. 3. per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Aſſaſſinium*, & alios ab ipſis citatos, Cortiad.

decis. 95. *& decis.* 101. & alios plures citatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*7. §.1. *num.*1. *& seqq. per tot.* vbi plenè de hac materia.

Et ideò mandantes occidi, vel occidentes etiam proditoriè infidelem gaudent immunitate Ecclesiæ, Dian. *part.*4. *tract.*1. *resol.*105. vbi tamen refert Farinac. *de immunit. cap.* 8. *num.* 120. & alios contrarium tenentes, sed suam opinionem iterum probat idem Dian. *part.*6. *tract.* 1. *resol.* 11. *vers. tamen ego*, vbi etiam ad quem spectet onus probandi quòd occisus fuerit Christianus, vel infidelis; & quid præsumendum Baiard. ad Clar. §. *Assassinium num.* 14. *& seqq.* addit. ad Sanfelic. *decis.* 409. *obseru.* 5. vbi cum Farinacio, & alijs tenet, occidentem proditoriè infidelem proditorem dici, & consequenter immunitate non gaudere.

2 Assassini quinam propriè dicantur, & an sint tales, qui pro delicto committendo non acceperunt pecuniam, sed tantùm promissionem, vel aliud, vide Capyc. *decis.* 155. *per tot.* vbi 13. specialia in illorum odium, refert Boss. *tit. de mandat. ad homicid. per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 360. *num.*42. P. Manar. *in Noct. Malencon. interrog.* 200. §. 4. *fol.* 312. vbi etiam quòd tales, & illorum receptatores, ac fautores non gaudent immunitate Ecclesiæ, vide Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 349. *& seqq. ad* 372. *fol.*584. Clar. §. *Assassinium cum Addentibus per tot.* Franch. *decis.* 176. vbi quòd contra Clericos assassinos tam mandantes, quàm mandatarios potest procedi per iudicem sæcularem, de quo dixi in §. *Clericus*, vide Card. Tusch. *d. concl.*531. *num.*28. *& seqq.* Mascard. *de probat. conclus.* 137. *&* 138. *per tot.* Nouar. *super Prag. Reg. Neap. collect.* 25. Dian. *part.*6. *tract.*1. *resol.* 11. *per tot.* vbi plura quando quis dicatur assassinus, vel non, P. Stephan. de Neapol. *d. tract. de restit. lib.* 1. *cap.* 19. *per totum*, latè Cortiad. *decis.*95. *num.* 10. *& decis.* 101. *num.* 13. *& seqq.* Carpzou. *pract. crim. part.*1. *quæst.* 19. *num.* 56. *& seqq.* Raynald. *d. cap.* 7. §. 1. *num.* 122. *& seqq.* vide infrà *num.* 6. *in fine*.

3 Assassini an dicantur etiam illi, qui non ad occidendum, sed tantùm ad percutiendum, & vulnerandum pecuniam, vel quid simile, siue promissionem accipiunt etiam nondum sequuto effectu, ità vt non gaudeant immunitate Ecclesiæ iuxtà constitutionem Gregorianam latè pro & contra, Gratian. *discept. forens. cap.* 598. *& cap.* 619. *per totum*, Tusch. *d. conclus.*531. *per tot. vide in* §. *immunitas num.* 18. *vers. sextò infrà num.*6.

An testes, qui sua falsa depositione, & pecunia corrupti fuerunt in causa, vt quis morti traderetur dicantur assassini, & priuentur immunitate Ecclesiæ, affirmatiuè resoluit Dian. *part.*1. *tract.*1. *resol.*19. *dixi in* §. *Testes num.*35. addit. Sanfelic. *decis.*402. *obser.*25.

4 Assassini non dicuntur ad effectum non gaudendi immunitate Ecclesiæ illi, qui occidunt hominem ad gratificandum alteri, etiam sub spe præmij, quia spei, quam quis sua sponte concipit sine pacto, non habetur ratio, Baiard. ad Clar. §. *Assassinium num.* 7. Giurb. *cons.* 70. *num.* 87. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 123. *num.* 40. *& de immunit. Eccles. num.* 130. Sperel. *decis.* 120. *num.* 19. *&c.* Thoma del Bene *tract. de Immunit. cap.* 16. *dub.*21. *sect.* 4. *num.* 2. *&* 3. *vide in* §. *Mandatum*, *&* §. *Immunitas*, Card. Tusch. *litt. A. concl.*541. *num.*30. *& seqq.* vbi loquitur cum Clar. de iure communi quatenus vult extractionem ab Ecclesia fieri posse per iudicem sæcularem, secus autem vigore Bullæ Gregorianæ, vt alibi dixi, Cortiad. *decis.*95. *nu.*19. Faiard. *allegat. fisc.*5. *num.*24. Garon. *ad Nouas Constit. Mediolan. lib.*4. *tit.*6. *de pœnis art.*2. *num.*15. Raynald. *d.* §.1. *num.*110. *& seqq.*

Nec etiam assassini dicuntur qui alium occidunt, & pecunijs, vel alijs rebus spoliant in via, vel domo, quicquid vulgus putet, Guaz. *def.* 1. *cap.*38. *num.* 42. *vers. sed non dicitur*, Ciarlin. *contr.* 10. *num.* 134.

5 Assassini vigore Bannimentorum Vrbis Romæ dicuntur etiam illi, qui alterum occidunt solo animo complacendi, & qui pecunia mediante alium occidunt, aut vulnerant, vel offendunt, & sic attentis dictis bannimentis non est necessarium quòd sequatur mors, vide Farinac. *in Appendice de Immunit. Eccles. cap.* 8. *num.* 130. *& seqq.* sequitur Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 364. *&* 370. *in fine fol.* 550. *vide infra num.*7.

Florentiæ etiam vigore bannimentorum, & præcipuè Compendij 31. Octobris 1637. assassini possunt dici licèt non fuerit sequutum homicidium, & quamuis possit dubitari an id procedat ad effectum illos excludendi ab immunitate Ecclesiæ rationibus adductis infrà num.7. tamen in alijs casibus, in quibus non obstet defectus potestatis, rectè procedere existimarem; & ideò cùm de anno 1675. dubitaretur, an præscriptio (attenta lege Florentina de die 22. Septembris 1562. in materia præscriptionis delictorum, de qua in mea Praxi §. *Malefici num.* 1.) deberet esse quinquennalis, vel decennalis in mandato ad vulnerandum, vel sfrisandum, dicebam decennalem requiri, cùm inter delicta decennalis præscriptionis numerentur *tradimenti*, *& assassinamenti*: punctus non fuit decisus, sed audita difficultate, carceratus, vel eius procurator ad alias tutiores deffensiones confugit; imò postea fuit decisus vt suprà, attento etiam communi vsu loquendi, & intelligendi, vt videre est in causa contrà Io: Antonium Gauinum de mense Octobris 1675. in Cancellaria DD. Octo Baliæ.

Assassini ad hoc vt non gaudeant immunitate Ecclesiæ iuxtà Bullam Gregorianam duo copulatiuè requiruntur, primò quòd præcesserit mandatum ad occidendum datum, vel promissa mercede, secundò quòd mors aggressi fuerit sequuta, ita vt quoad primum constare debeat de datione, & acceptatione mandati, ac de pretio conuento, & quoad secundum de morte, nec sufficiat deuenisse ad quoscumque actus proximos, vt latè declarat plura alia tradens in hac materia Sperel. *decis.* 102. *per tot. vbi num.* 58. quòd ità pluries fuit declaratum à Sacra Congregatione, Farinac. *de immunit. cap.*8. *n.*125. *in fine*, Dian. *resol. moral. part.* 1. *tract.* 1. *resol.*18. *vers. non reticeam*, vbi tamen citat Peregr. *de immunit. cap.*7. *num.*37. Raynald. *rer. crim. cap.* 7. §. 1. *num.* 7. *& seqq.* Carpzou. *pract. crim. part.*1. *quæst.*19. *num.*27. Cortiad. *decis.*101. *num.*24. tenentem assassinium posse dici, & non gaudere immunitate etiam non sequuto mortis effectu: sed iterùm suam probat opinionem idem Dian. *part.*6. *tract.*1. *resol.*11. 6

Quòd assassinus non dicatur mandatarius, & gaudeat immunitate Ecclesiæ, quando mors non fuit sequuta, probat etiam Ciarlin. *contr.*162. *num.*17.

Sed quòd assassinus dicatur, & non gaudeat immunitate, etiam ille qui de mandato alterius ad occidendum mediante pecunia attentauit homicidium, etiam non sequuta morte, Addit. ad Sanfelic. *decis.*402. *obser.* 24. vbi ad hoc allegat Farinac. *d. cap.*8. *num.*125. *in fine*, & alia quando quis dicatur assassinus, vel non, Nouar. *super Prag. Regn. Neap. Collect.*25. Martha *vot. Pis.* 238. *num.* 9. Conciol. *loc. cit.* Thom. del Bene *d. tract. part.*2. *cap.* 16. *dubit.*21. *sect.* 4. *per tot. fol.* 62. vbi videtur distinguere inter mandantem, & mandatarium, vt mandans dicatur assassinus, etiam morte non sequuta, mandatarius verò non sit talis nisi morte sequuta, Carpzou. *Pract. crim. part.* 1. *qu.* 19. *num.*58. *& seqq.* Cortiad. *decis.*101. *num.*6. *& seqq.* Raynald. *d. cap.*7. §.1. *num.*122. *& seqq.* vbi sequuntur ad effectum rigoris pœnæ, non quoad amittendam Ecclesiæ immunitatem, ac disputant an morte non sequuta sit locus pœnæ mortis propter qualitatem assassinij, & affirmant in solito delinquere in hoc genere.

Assassini, seu alterius qualitatis ab immunitate Ecclesiæ excludentis, vt delinquentes dicantur, & dignoscantur, vel non, est habendus respectus ad dispositionem iuris communis, & vniuersalis, non autem ad statuta, bannimenta, vel consuetudines, siue alia iura municipalia, quæ nullatenus possunt derogare, vel diminuere immunitatem Ecclesiasticam (quicquid dixerit Gambacurt. & aliqui ab eo relati *tract. de immunit. lib.* 3. *cap.* 13. *&* 14. & Sanfelic. alios citans *decis.* 137. *num.* 7.) latè probat vt supra Sperel. *decis.* 103. *per tot.* vbi propterea insistit in dictis duobus requisitis de iure communi, & Ciarlin. *controu.* 162. *num.* 13. *&c.* vbi in terminis bannimentorum Florentiæ, quæ ad hunc effectum immunitatis non sunt attendenda, sed tantùm ius commune, & canonicum, aliàs sequeretur absurdum, quòd per bannimenta possunt formari noua delicta, vel ità qualificari ad exclusionem immunitatis Ecclesiæ, nouissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. in Proœm.* §.9. *num.* 21. vbi pro hac parte allegat Nouar. *Sum. Bullar. tit. de immunit. Eccles. num.*72. *& num.*82. idem Raynald. *cap.*7. §.1. *num.*141. qui vtrobique intelligit quoad rigorem pœnæ à bannimentis impositæ, non autem quoad immunitatem Ecclesiæ amittendam. 7

Sed

Sed quòd possit etiam attendi dispositio bannimentorum ad cognoscendum quisnam dicatur assassinus, vide Farinac. in Append. de Immunit. Eccl. cap.8. num. 130. & seqq. quem refert, & sequitur Pac. Iordan. Lucubr. vol. 2. lib. 11. tit. 3. num.364. & 370. in fine fol.550. & dixi supra nu.5. Sanfelic. decis. 137. num.7.

Alia de hac materia, vide in §. Immunitas, & latè in mea Pract. §. Assassini, & §. Sicarij, vbi habentur plura in praxi notanda tam de iure communi, quàm vigore bannimentorum Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, ad ibi dicta me remitto ne inutiliter repetam.

8 Assassinij qualitas, & declaratio spectat ad iudicem Ecclesiasticum antequam a Curia sæculari procedatur prout in assassinio, Mastril. decis.288. Ricc. Collect.2531.

Quæ priuilegia, siue specialia habeat huiusmodi crimen, idem Ricc. Collect.547.

An mediator siue proxeneta veniat sub nomine assassinij ad effectum incurrendi pœnas pro dicto crimine impositas, & amittendi immunitatem Ecclesiæ, idem Ricc. Collect. 3561. vbi quoad pœnas dicit non comprehendi, nisi expressè dicatur, & ideò etiam gaudere immunitate Ecclesiæ, cùm non dicatur verus assassinus, ad tradita per Nouar. in Sum. Bullar. tit. de Immun. Eccl. num.72. vide in §. Auxilium n.2. vbi contrà, & Farinac. quæst. 28. num. 27. facit latè Sanfelic. decis.36. per tot. vbi pro, & contra, ac distinguit.

Quòd mediatores, auxiliatores, consultores, & fautores in crimine assassinij, sicut mutuantes scienter pecuniam ad dictum effectum, ac depositarij, teneantur eadem pœna de iure communi cum principali; non tamen comprehendantur in bannimentis loquentibus tantùm de mandantibus, & mandatarijs, nec ideò etiam excluduntur ab immunitate Ecclesiæ, sed illa gaudent, cùm isti verè, & propriè non dicantur assassini, Rouit. Pragm.1. de assassin. num.19. & seqq. & decis. 15. Giurb. cons. crim. 7. num. 21. Cortiad. decis.95. num.36. & 37. Panimol. decis.22. annot. 6. num.50. & seqq. alijque plures citati per Raynald. d. cap. 7. §.1. num. 159. & seqq. Cappon. discept.258. num.7.

Quòd sufficiant argumenta probabilia, siue inditia indubitata ad condemnandum aliquem pœna ordinaria assassinij, & quę dicantur ista probabilia argumenta ad effectum, vt censeatur probatum assassinium, Aloysi. Ricc. Prax. var. resol. cap.36. per tot. Ciarlin. contr.10. num.55. 75. & 88. vbi ad effectum declarandi ne gaudeat immunitate Ecclesiæ, &c. Nouar. in Prax. Regn. Neap. Collect.25. vbi etiam de mediatore, vt non comprehendatur sub Pragmatica, nec sub nomine assassini.

Et quòd in crimine assassinij tam quoad tractatum, & pactionem, quàm quoad executionem probationes plenæ, & veræ reputentur, & sint illæ, quæ desumuntur ex argumentis probabilibus, & discursu, licèt sensu corporeo immediatè non percipiantur, ità vt ex praxi Tribunalium indicia indubitata ad probandum qualitatem assassinij sint illa, quæ ad torturam sufficiunt, per text. in cap. pro humani de homic. in 6. Cortiad. decis.21. num.95. Giurb. cons. crim. 70. nu.22. Faiard. alleg. fisc.5. num.22. cum alijs per Raynald. d. cap.7. num.38. & seqq. ad 87. vbi multa de probatione priuilegiata in hoc crimine in terminis d. cap. pro humani, secùs autem in terminis Bullæ Gregorianæ ad effectum priuandi immunitate Ecclesiæ, quia in his requiruntur plenæ, legitimæ, & concludentes probationes; ità vt in primo casu admittantur etiam testes exceptionem patientes, vt socij criminis cum tortura, & sufficiant duo, vel etiam vnus cum adminiculis, ad tradita per Cutel. ad leg. Sicul. tit. ad leges Martini controu.3. num.1. &c. Farinac. quæst. 44. num. 7. 8. 18. & 19. & alios ab ipsis citatos, vide in §. Socius num. 52. &c. §. Mandatum num.23.

10 Assassinium, vt constat ex iam dictis, ad hoc vt dicatur tale, saltem ad effectum priuandi reum immunitate Ecclesiastica (quicquid sit quoad alias pœnas bannimentorum, siue iuris communis, ac vt procedat dispositio text. in cap. pro humani de homicid. in 6.) requirit plures conditiones, nempè

Primò, vt interueniat mandatum, quod quidem diuersis verbis induci potest, & directè probari per depositiones testium, vel alijs modis legitimis, ac indirectè per præsumptiones resultantes ex tribus, scilicèt inimicitia capitali, allocutione secreta, & delicto incontinenti sequuto, de quo dixi in §. Mandatum num.22.

Secundò, vt mandatum sit ad occidendum, & non simpliciter ad vulnerandum, nisi mors fuerit sequuta, nam morte sequuta euadit assassinium, licèt mandatum fuerit tantùm ad vulnerandum mediante pecunia, vel alia re, Giurb. cons.46. num.21. Farinac. cons.21. nu. 16. Matthæu. de crim. tit. de Sicar. cap. 3. num. 16. Conciol. resol. crim. verb. assassinium resol.5. num.5.

Tertiò, vt agatur de occisione Christiani, nam si occidatur Iudæus, vel alius infidelis, etiam de mandato alterius Iudæi, vel infidelis non est assassinium, sed simplex homicidium cum qualitate tamen mandati aggrauante; ita vt sit probanda ista qualitas quòd occisus esset Christianus, licèt aliqui velint præsumi inter Christianos, nisi possit probabiliter dubitari de illa, Clar. in §. Assassinium, Cyriac. contr. 399. Cortiad. decis. 95. num.24. & seqq. Nouar. super Prag. de Assas. Collect.1. Pacian. de probat. lib.2. cap.14. &c.

Quartò, vt interueniat pactio, & conuentio, vel promissio inter mandantem, & mandatarium de danda, & accipienda respectiuè pecunia, vel alia re certa, & ista qualitas est plenè probanda, probatur autem ex argumentis probabilibus, ac per discursum, licèt immediatè sensu corporeo non percipiatur, ac per testes aliquam exceptionem patientes, veluti per socios criminis cum tortura, & similes saltem ad effectum torquendi, ita vt ista priuilegiata probatio procedat etiam circa executionem mandati, nisi agatur de priuando reum immunitate Ecclesiastica, quia ad istum effectum non priuilegiatæ, sed veræ, & legitimæ probationes esse debent iuxta multorum, & magis communem opinionem Guaz. defens.4. cap. 13. Carpzou. pract. crim. part. 1. quæst.19. num.27. &c. Cortiad. decis. 95. num. 13. & seqq. & decis. 21. num.95. & alij supra citati sub num. 8. Dicta autem promissio, vel pactio ad inducendum assassinium debet esse considerabilis, & non quid modicum nimis, vel incertum secundùm aliquos, licèt verius sit attendi malitiam, & animum lucrandi, etiam quid modicum, & incertum, dummodò sit pretio æstimabile, licèt posteà nihil de promissis, & speratis consequutus fuerit Mandatarius, Danza de Pugna DD. tom.2. tit. de Assassin. cap.3. num.24. & seqq. Panimol. decis. 22. annot.6. num.22. & seqq. Cortiad. decis.95. num.15. & seqq Carpzou. Pract. crim. part. 1. quæst.19. nu.42. & seqq. Faiard. allegat. Fisc.5. num.23. & seqq.

Quintò, vt sequatur effectus mortis, nam illa non sequuta, non dicitur propriè assassinium, licèt conuentio de occidendo mediante pecunia præcesserit, & sequutus fuerit insultus, & vulnera, ità vt hoc casu etiam assassinus excusetur a pœna ordinaria, nisi sit solitus in hoc genere delinquere, quia tunc etiam morte non sequuta, si appareat de enixa voluntate occidendi deberet ipse mori, Cortiad. decis.95. num.10. & seqq. decis. 101. n.13. & seqq. Carpzou. in Pract. crim. part.1. quæst. 19. num. 56. &c. Farinac. quæst. 123. num. 96. & seqq. Theodoric. iudic. crim. tom. 2. cap. 7. de homicid. aphorism.4. num.4. & seqq. vide in §. Mandatum num.30. in fine.

Sextò, vt ille, qui debet occidi non habeat occasionem sibi præcauendi ab eo, qui habet mandatum occidendi, quapropter assassinus non dicitur, qui propriam iniuriam vlciscitur cum socijs à se pecunia conductis, vel si ipse mandans interueniat homicidio, non ità occulto modo, vt possit cognosci ab occidendo, nec si occidendus suspicans de mandato posuerit manum ad arma contra mandatarium, à quo occisus fuit, nec si pater mandauerit filiò proposito præmio, quòd eius inimicum occidat, quia censetur communis inimicitia, & occidens inimicum communem etiam cum pręmio non dicitur assassinus, nec si occisus erat bannitus, quia debebat ab omnibus præcauere, & poterat impunè occidi, Cantera quæst. crim. tit. de homicid. cap. 7. num. 44. Farinac. quæst.123. num.152. Cyriac. contr.399. num.17. Cabal. resol.289. num.4. Ambrosin. de immunit. cap. 7. n. 2. & seqq. Donat. Anton. de Marin. resolut.173. num.6. & seqq. Caualcan. de Brach. Reg. part. 1. num. 81. Orilia ad Campan. resol.24. num.58. Et omnia ista sex requisita singillatim pluribus citatis exornat prę cęteris in terminis iuris communis, aduertens etiam esse seruanda statuta, & bannimenta, vbi vigerent aliter disponentia, nouissimè D. Io: Domin. Raynald. Syntax. rer. crim. cap.7. §. 1. num.7. & seqq. ad 142.

Assassinium an committatur si mandatarius, qui accepit 11
præmium inducat alium ad occidendum sine præmio, Capyc. decis. 155. num. 17. per tot. vbi quòd respectu facientis sine præmio non est assassinium, sed benè quoad mandantem, & eum, qui præmium accepit, vide Decian. tract. crim. lib.9. cap.33. num.3. Rouit. Pragm.1. de Assassin. n.49. & quæ scripsi in §. Mandatum num.25.

12 Aſſaſſinium eſt crimen mixti fori, non ſolùm quando agitur contra perſonas Eccleſiaſticas, vt dixi in §. *Clericus num.* 80. verùm etiam quando agitur contra laicos, quia cùm ſit prohibitum lege canonica, nempè per text. *in cap. pro humani de homicid. in 6.* & lege Imperiali per text. *in l. non ſolum §. ſi mandato ff. de iniur.* & cùm vtraque lex remaneat offenſa per contrauentionem, vterque Iudex poteſt punire, data inter eos præuentione, vel vt verius puto, ac ſemper vidi practicatum, Iudex Eccleſiaſticus poſſit imponere pœnas ſpirituales, de quibus in *dicto cap. pro humani*, Iudex verò ſæcularis pœnas temporales, cum huiuſmodi delicta conueniens ſit, vt potiùs puniantur per Iudices ſæculares, qui poſſunt pœnas condignas imponere, quàm per Iudices Eccleſiaſticos, qui non poſſunt ſufficienter illa vindicare, dum pœnas ſanguinis indicere non valent, vt colligitur ex Couar. *var. lib. 2. cap. 20. num.* 10. Cantera *quæſt. crim. cap. 7. de homicid. num.* 48. Decian. *tract. crim. lib. 4. cap. 26. num.* 17. Guaz. *defenſ. 1. cap. 11. num.* 23. Tondut. *de præuent. part. 2. cap. 28. num. 4. & ſeqq.* Fermoſin. *allegat. fiſc. 5. num. 20. & num. 25. part.* 2. Bobadill. *Polit. lib. 2. cap. 18. num. 57. tom.* 1. Cortiad. *deciſ. 95. num. 4.* Bellet. *diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de fauore Cleric. §. 4. num.* 8. & alijs pluribus relatis per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 7. §. 1. n. 173. & ſeqq. ad* 188.

13 Aſſaſſinium cùm vt dixi ſupra ſit mixti fori, & poſſit etiam contra perſonas Eccleſiaſticas cum præuentione puniri à Iudice laico, vt in §. *Clericus num.* 80. valdè dubitatur, ſi aliquis aſſaſſinus eſſet de Miniſtris, & Officialibus Sancti Officij, an priuetur priuilegio, & foro dicti Sancti Officij, & cùm Inquiſitores habeant ſatis amplam iuriſdictionem in eorum officiales, & patentatos cum clauſulis abdicatiuis, ad eorum fauorem reſoluit Anton. de Ballis *var. lib. 3. tit. de litt. diſpenſat. caſ. 1. quæſt. 3. num.* 34.

Verùm cùm priuilegium tribuens iuriſdictionem Iudicibus ſæcularibus, & Eccleſiaſticis locorum ordinarijs in aſſaſſinos ſit clauſum in corpore iuris, non videtur illi derogatum, niſi ſit expreſsè dictum, ac ideò verius videtur, vt ſit locus præuentionis etiam inter huiuſmodi Inquiſitores Sancti Officij, & Iudices ſæculares, & ordinarios, ad tradita per Fermoſin. *alleg. fiſc. 5. per tot. part.* 2. quem ſequitur Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 7. §. 1. num. 234. & ſeqq.*

14 Aſſaſſinium cùm ſit grauiſſimum delictum, debet etiam (quando eſt ſufficienter probatum, vel confeſſatum) grauiſſimis, & exemplaribus pœnis puniri, nempè furcarum, vel accopationis, & ſciſſionis in fruſta, vel vt volgò dicitur *ſquartus*, & affixionis quartorum in loco delicti, vel trahendo eos per terram ad furcas, vel ad caudam equi, vel ſimilibus modis iuxta tribunalium conſuetudines, Cortiad. *deciſ. 95. num. 30. & ſeqq.* vbi quòd in Principatu Cathaloniæ practicatur ſolum pœna furcarum, Carpzou. *Pract. crim. part. 1. quæſt. 19. num. 30. & ſeqq.* Canter. *quæſt. crim. cap. 7. §. 1. num. 168. & ſeqq.* vbi etiam quòd in hoc crimine non parcitur minori 25. annorum, nec habet locum, *l. auxilium §. In delictis ff. de minor.* Pott. *Faſcicul. rer. crim. §. Aſſaſſinium verſ. Minori annis*, & Cortiad. *d. deciſ. 95. n. 35.* de quo dixi latè in §. *Minor num.* 2.

15 De aſſaſſinio vltrà citatos plura notabilia ſcripſerunt Io: Bapt. Thoro *Compend. deciſ. Neap. verb. Aſſaſſinium, part. 1. 2. & 3.* Laurent. Vrſel. *concl. 150. per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 13. & 15.* alijque plures citati ab Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Aſſaſſini, Aſſaſſinium*, & à Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. part. 4. fol.* 133.

16 De pœnis ſpiritualibus aſſaſſinij, vide Carol. Ant. Theſaur. *tract. de pœnis Eccleſ. part. 2. verb. Aſſaſſinium*, vbi quod aſſaſſini incurrunt ipſo facto excommunicationem, priuationem honorum, dignitatum, & officiorum, ſunt perpetuò diffidati, & tamquam hoſtes publici poſſunt ab omnibus offendi in perſona, & bonis, incurrunt irregularitatem, priuantur ipſi, & mandantes, ac cooperantes (*ſecundum eum*) immunitate Eccleſiæ effectu etiam non ſequuto, poſſunt etiam ſi ſint Eccleſiaſtici puniri à Iudicibus laicis abſque alia degradatione, quia ipſo iure ſunt degradati, ſequuta tamen prius declaratoria ſententia Iudicis Eccleſiaſtici, & alia ad rem.

§. ASSECVRATIO. XLIII.

1 Aſſecuratio eſt quædam conuentio, qua mediante vnus infortunium alterius in ſe ſuſcipit pretio periculi accepto, & dicitur contractus innominatus regulandus ſecundùm natura illius contractus nominati, de quo magis participat, vel cui magis aſſimilatur, frequens eſt inter mercatores maritimos, ac in Ciuitatibus maritimis, & licita ſtante ſuſceptione periculi, & pretio, *l. cum proponas C. de naut. fœnor. l. ſi periculi ff. eod.* Alex. *in l. a Titio nu. 3. ff. de verb. oblig. & l. decem ff. eodem*, cum alijs per Petr. Santer. Luſit. *tract. de aſſecur. & ſponſ. mercat. part. 1. nu. 5. &c.* Gratian. *diſcept. 679. num.* 29. facit quod dixi in §. *Contractus*, Tuſch. *litt. A. concl. 537. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 93. vol. 2.* vbi quod valet pactum de ſoluenda certa ſumma, ſi ludo fortunæ ſuccubuerit, & latiùs *deciſ. 47. per tot. vol. 3.* vbi de aſſecuratione inter mercatores, Fontanel. *deciſ. 243. & 244. &c.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 28. dubit. 4. per tot.*

Plura ootabilia de aſſecurationibus, & ſponſionibus, ad quid teneantur nautæ, & alia ad rem facientia, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 200. 201. 202. *&* 203. *volum.* 2. Ricc. *Collect.* 838. 2134. *&* 2620. Leotard. *de vſur. q.* 23.

2 Aſſecuratio vt ſuprà fieri poteſt etiam inter alios præter mercatores, & non ſolùm à tertio, qui nullum habeat intereſſe in contractu principali, ſed etiam inter ipſoſmet ſocios, & contrahentes principales, & non tantum in diuerſis contractibus, verùm etiam in eodem contractu tam expreſsè, quàm tacitè, implicitè, & æquiualenter, ſtante periculo in ſe ſuſcepto cū aliqua iuxta recompenſatione, & mediante iſta tacita aſſecuratione ſuſtinentur plures contractus, qui aliàs prima facie videntur iniuſti, vſurarij, & illiciti, cùm aſſecurationis cauſa aliquid recipere etiam in mutuo non ſit vſura, intelligendo prout dixi in meis reſol. *cap. 17. num. 5. & ſeqq. & cap. 110. num.* 43. Leotard. *de vſur. quæſt. 31. per tot.* latè Garz. Card. Millin. *deciſ. 186. & deciſ. 201. per tot.* Rot. *part. 14. recent. deciſ. 74. num. 16. & ſeqq.* Bonacin. *de contract. & reſtit. diſp. 3. quæſt. 3. punct.* 11. Nauar. *in Manual. cap. 17. num.* 255. Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 59. num. 43. &c.* cum alijs citatis, & dixi in §. *Mutuum num. 10. &c.* Dian. *part. 1. tract. 8. reſol. 30. & part. 11. tract. 7. reſol.* 24. vbi qualiter etiam in mutuo pro incerto lucro, ſed tamen probabili poſſit aliqua certa minor ſumma recipi, vide in §. *Vſura n. 8. &c.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtit. lib. 2. cap. 32. num. 2. & cap. 68. num.* 17. vbi quòd dicta aſſecuratio facta ab ipſo creditore pretio recepto, in praxi non tranſit ſine magno ſcrupulo, & ſuſpicione vſuræ.

3 Aſſecurans nauem, vel merces de vno loco ad alium, mercibus deperditis, vel deterioratis tenetur reſarcire damnum ſecundùm æſtimationem loci ad quem erant deferendæ, & non ſimpliciter loci, à quo fuerunt leuatæ, & ſic habita etiam ratione lucri, quod aſſecuratus percepiſſet ſaluis rebus in loco, ad quem deferebantur, Rot. *in Romana, ſeu Ianuen. aſſecurationis 23. Ianuarij 1634. coram Panzarolo in Nouiſs. part. 6. deciſ. 258. per tot. & in eadem cauſa coram eodem 30. Maij 1635. part. 7. deciſ. 47. per tot.* vbi plura, &c.

Quòd aſſecurans nauim intelligatur aſſecuraſſe tantùm pro primo itinere, maximè ſi pro ſecundo nouæ interceſſerint aſſecurationes, Rot. *Ianuen. deciſ. 25. num. 2. deciſ. 63. num.* 4. Merlin. *deciſ. 338. num.* 15.

4 Aſſecurans nauem in ampla forma tenetur ad omne riſicum, & periculum, per quod impediatur tranſportatio ad locum conuentum, tantò magis ſi caſus infortunij ſpecialiter expreſſus euenerit, & ſi aliquis caſus fuerit exceptus, quia tunc reliqui omoes comprehenduntur, ita vt non poſſit excuſari licèt merces oon fuerint deperditæ, ſed aliò ex facto Principis aſportatæ, vide Rot. *in Nouiſs. part. 6. deciſ. 24. per tot.* Card. Tuſch. *litt. A. concluſ. 537. per tot.*

Quando dicatur factus locus aſſecurationi, nempè probata deperditione, & ſtatim dicatur commiſſa ſtipulatio, vt ex illa agi poſſit, etiam ſi nauis recuperata fuerit. Si tamen fuerit facta aſſecuratio ſuper vna, & certa Naui, & merces deferantur ſuper diuerſa ſine ooua conuentione, ſi fuerint deperditæ non tenetur aſſecurator, & alia, Rot. *part. 6. recent. deciſ. 54. per tot.* Maſtril. *deciſ. 182. per tot.* facit

cit Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 120. vbi quando teneatur fideiuſſor, vel non promittens in cauſa baratteriæ.

5 Aſſecurans merces, quas mendaciter quis dixit habere in tali naue, ſi huiuſmodi nauis fuerir deperdita, cùm veré ſtipulatioris nihil, vel tanti non interſit quantum dixit, ad nihilum tenetur, vel tantum ad illud quod fuerit verè deperditum de rebus ſtipulatoris, & nihilominus poterit retinere, vel petere totum pretium, quia licèt emptio periculi non teneat in totum quoad præiudicium aſſecurantis, tamen in eius fauorem, & in præiudicium falſa aſſerentis, benè tenet, vt probat Petr. Senter. Luſit. *d. tract. de aſſecur. & ſponſ. part.* 3. *num.* 10. *& ſeqq.*

Quòd poteſt etiam fieri aſſecuratio nauis vacuæ, dummodò aſſecurans ſciat illam eſſe vacuam, & tunc dicitur potiùs ſponſio, quæ idem eſt cum aſſecuratione, nec opus habet aſſecuratus probare operationem mercium, & pecuniarum ſuper naui, de cuius naufragio agitur, licèt aliàs non ſit valida aſſecuratio, quando quis non habet merces in naui, ſed fingit habere, Bonac. *de contract. diſput.* 3. *quæſt.* 9. *punct.* 3. *num.* 3. Rot. *in Rom. Aſſecurationis* 13. *Iunij* 1674. *coram Taya poſt Vrceol. de tranſact. deciſ.* 66. *num.* 4. *& ſeqq.*

6 Aſſecurans pecunias, vel merces per mare, vel alia loca periculoſa vehendas, intelligitur in ſe ſuſcipere periculum fortunæ, non culpæ debitoris, & ſic non tenetur de periculo, & damno, quod accideret ex culpa vehentis, aut alterius, ſed tantùm de caſibus fortuitis, *l. cum proponas*, vbi Bart. Bald. Caſtr. & alij, *& in l. pen. C. de naut. fœnor.* Leonin. *conſ.* 23. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 47. *num.* 5. *&* 6. *vol.* 3. facit Maſtril. *deciſ.* 197. *num.* 11. *&c.*

7 Aſſecurationis contractus, & illius iuſtitia conſiſtit in totum, & per totum in incertitudine, & alea fortunæ; ac ideò ſi detur caſus, quòd illi qui petunt aſſecurationem, & ad quorum fauorem facta fuit, potuerint habere notitiam interitus mercium de tempore ſtipulatæ aſſecurationis, minimè ſuſtinetur, etiam non probata dicta notitia, ſed tantùm data illius poſſibilitate vt ſupra, quæ arguitur ex qualitate itineris, & locorum diſtantia; & quamuis poſſit fieri aſſecuratio, & valeat etiam ſuper mercibus iam peremptis, debet intelligi dummodò interitus tempore aſſecurationis ſit omninò ignotus actu, & potentia, vel ſtante pacto expreſſo, nec tenentur aſſecuratores poſitiuè probare ſcientiam aſſecurati de ſtatu mercium tempore aſſecurationis, ſed ſufficit ſola poſſibilitas ſcientiæ vt ſuprà, & tenetur aſſecuratus agens probare incolumitatem mercium de tempore aſſecurationis, vel alio tam aſſecurationi proximo, vt in actu dictæ aſſecurationis de ipſis mercibus notitia haberi non potuerit ad tollendam omnem ſuſpicionem fraudis, & doli, prout hæc, & alia ad rem facientia latiùs explicant Stracc. *de aſſecurat. gloſ.* 27. Gamm. *deciſ. Luſit.* 181. Ludouiſ. ſiue Gregor. *deciſ.* 126. Ricc. *Collect.* 838. *in fine part.* 4. Vallaſch. *deciſ. Luſit.* 64. Scacc. *de commerc. part.* 2. *quæſt.* 7. *ampliat.* 10. Merlin. *in Romana aſſecurationis* 1. *Iunij* 1633. *inter ſuas deciſ.* 597. *per tot. & part.* 6. *recent. deciſ.* 229. Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 53. *num.* 34. *& part.* 19. *recent. deciſ.* 369. *& deciſ.* 373. vbi in omnibus, & per omnia ſequitur deciſionem Merlini 597. nulla facta mentione de illius reuocatione apud eumdem Merlin. *deciſ.* 754. Coſta *de fact. ſcient. & ignorant. diſtinct.* 71. *cent.* 2. vbi poſt relatam dictam opinionem tenet ipſe, quòd promiſſa ſecuritas, non pertineat ad præteriti periculi ſuſceptionem, quia vbi agitur de præiudicio alterius veritas attenditur, & non opinio ſingularis, & nil continet præter aleam, inconſideratam captionem Reipublicæ detrimentoſam, & ad ſuſpectos contractus reſpicientem; niſi tamen ordinamenta maritima pro litibus dirimendis aliud velint in gratiam commerciorum allegans pro ſua ſententia Leonin. *conſ.* 22. Borell. *conſ.* 47. Valaſc. *deciſ.* 64. & vide Rot. *in citatis deciſionibus*, Merlin. 597. 754. *&* 757. *& part.* 19. *recent. deciſ.* 369. *&* 373.

Ex nouis tamen probationibus, & atteſtationibus mercatorum Florentinorum, quòd quicquid ſit de iure, ex eorum ſenſu, conſuetudine, & praxi, onus probandi extitiſſe notitiam mercium, incumbere aſſecuratoribus, nec aſſecuratos teneri probare negatiuam non habitæ notitiæ, Rota in eadem cauſa iterùm propoſita receſſit à deciſis ſub die 26. Iunij 1637. apud eumdem Merlin. *deciſ.* 754. *per tot.*

Quòd valeat aſſecuratio etiam in caſu, quo de tempore ipſius aſſecurationis iam deperditæ eſſent merces, & perempta nauis, ceſſante tamen ſcientia deperditionis in perſona aſſecurati, & ſciendi poſſibilitate arbitrio iudicis æſtimanda, quæ ſcientia non præſumitur, neque dolus, vel fraus, & alia ad hoc propoſitum, Rot. *in Romana aſſecurationis* 27. *Nouembris* 1637. *coram Merlino inter impreſſas eiſdem deciſ.* 757. *per tot.* Gamm. *deciſ. Luſit.* 181. vbi etiam quòd non valet aſſecuratio mercium imponendarum, ſi non ſint impoſitæ, nec niſi in quantitate impoſita, & ſi ſint aſſecuratæ tamquam propriæ, & ſint communes, tenet tantùm pro parte.

8 Aſſecuratio facta à periculo maris, non extenditur ad alia pericula, & ideò ſufficit quòd merces ſaluæ peruenerint ad Portum conuentum, ne dicatur commiſſa ſtipulatio aſſecurationis, quicquid poſteà de illis contingat; ſi verò non peruenerint ad Portum deſtinatum, tunc tenentur aſſecuratores, *l.* 1. *C. de naut. fœnor.* Rot. *Ianuen. deciſ.* 62. *num.* 2. *&c.* Maſtril. *deciſ.* 284. *num.* 48. Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 24. *num.* 6. *& part.* 12. *deciſ.* 157. *num.* 26. *& ſeqq.* Fontanell. *deciſ.* 243. *&* 244. *per tot.* vbi an teneantur aſſecuratores, ſi merces ex cauſa peſtis fuerint combuſtæ, cùm id acciderit ex culpa aſſecurati, vel patroni nauis, contrafaciendo bannis, & videtur firmare non teneri; licèt poſteà ex alijs motiuis, & ex priuilegio cauſæ executiuæ vigore legum Conſulatus maris dicat contrarium ipſo iure aduocante fuiſſe deciſum in tertia inſtantia.

Et de intereſſe mercantili, à quo die currat in aſſecurationibus, idem Fontanel. *deciſ.* 593. *per tot.*

Debet tamen aſſecuratio omni caſu legitimè probari, quamuis ſit facta à ſocio, nec ſufficit aſſeueratio aſſecuratoris petentis pretium aſſecurationis, Cabed. *deciſ.* 118. *part.* 1. Afflict. *deciſ.* 22.

Plura de aſſecuratione, quid ſit, quæ requirantur vt ſit iuſta, quòd non poſſit fieri de vita hominis ad certum tempus, ſed benè ſimplex ſponſio, an nomine periculi veniat caſus fortuitus, & alia ad rem, D. Gregor. Roſſignol. *in Nouiſs. Prax. Theolog. legal. contract.* 12. *tit. de fideiuſſ. & Aſſecurat. Prænot.* 13. *fol.* 406. *& Diſquiſit.* 2. §. 10. 11. *&* 12. *fol.* 447. *&c.*

De aſſecuratione nauium, & huiuſmodi aliqua notabilia habentur apud Thor. *Compend. deciſ. Neap. part.* 2. *&* 3. *verb. Aſſecuratio*, Noguerol. *alleg.* 10. Ramon. *conſ.* 39. cum Annot. Moderni Iacob. Balduc. *per tot.* Rot. *in Romana Aſſecurationis* 24. *Ianuarij* 1680. *coram Albergato*, apud eumdem Balduc. *deciſ.* 23. *per tot.* Ant. Gob. *Conſult.* 143. *num.* 8. *& ſeqq.* Bolanos *lib.* 3. *Comerc. Naual. cap.* 14. & alij relati ab Ægid. de Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Aſſecuratio*, Laurent. Vrſel. *concluſ.* 151. *per tot.* Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *fol.* 134. vbi adducit Auctores hanc materiam, & aliarum aſſecurationum tractantes, Manſ. *Conſult.* 421. *&* 422. *lib.* 5. vide plura in primis *Addit. fol.* 625. *&c.*

An autem aſſecuratores ex deterioratione rei aſſecuratæ teneantur ad totale pretium, retentis ſibi mercibus deterioratis tamquam in aſſecuratione emptis, vel tantùm ad quantitatem damni, & alia, latè Maſtril. *deciſ.* 197. *per tot.*

Quòd aſſecuratio facta in caſu naufragij cùm ſit ſtricti iuris habeat locum tantùm fracta naui, & ſic ſequuto vero naufragio, non autem in alijs caſibus non expreſſis, & ideò aſſecurator non teneatur ad integrum pretium mercium, ſed tantùm de damno, & iactu quatenus caſus ſit comprehenſus, & alia de hac materia pulchrè Sanfelic. *deciſ.* 162. *per tot.*

9 Aſſecuratio eſt contractus licitus in foro conſcientiæ ſi habeat ſuas debitas conditiones, nempè ſit de re expoſita periculo, & caſibus fortuitis, cum receptione iuſti pretij ratione periculi ſuſcepti; fit quatuor modis, nam vel eſt circa merces, vel circa pecunias de loco ad locum transferendas, vel circa tranſitum perſonæ per loca periculoſa; vel circa vitam: debet habere quinque conditiones; prima vt detur æqualitas inter pretium, & periculum; ſecunda vt quærens aſſecurationem non obliget aſſecurantem ad alium contractum verſa vice ſecum faciendum; tertia vt petens aſſecurationem moneat aſſecurantem de omnibus periculis illi incognitis; quarta vt res aſſecuranda verè exiſtat prout aſſeritur, & non mutetur; quinta vt res non ſit certa, ſed periculo expoſita, de quibus latè Azor. *Inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 11. *cap.* 18. Molin. *diſput.* 307. Sot. *de iuſt. lib.* 6. *quæſt.* 7. *art.* 1. Bonac. *diſput.* 3. *quæſt.* 9. *punct.* 3. Salon. *de contract. aſſecurat. art.* 2. *concl.* 2. *&c.* & alij relati per

P. Ste-

P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib. 2. cap. 69. per tot.* vbi resoluit plures dubitationes, & fraudes in hac materia ad forum conscientiæ spectantes, Rot. post Vrceol. *de transact. decis. 53. & 66. per tot.* vbi alia plura spectantia ad forum exterius, & de modo probandi casum.

10 Assecuratio dotis facta viuente viro propter eius inopiam non est vera restitutio, nec dominium transfert quando bona pluris valent quàm sit creditum dotis, sed possunt creditores illud plus reuocare; si verò sit pro æquiualenti est vera restitutio, & dominium transfert, non tamen ad alienandum nisi in certis casibus, sed ad alendum se, & familiam, nec isto casu creditores habent ius offerendi, vt latè pluribus citatis probat Giurb. *decis. 16. per tot.* & dixi ego in §. *Vxor num. 34. & §. Oblatio num. 2.*

Plura de assecuratione dotis, an, & quando competat vxori, vel non super bonis viri, vel etiam contra tertios possessores, vel non, Sanfelic. *decis. 338. num. 44. & seqq. per tot. cum plena Addit.*

De assecuratione dotis, adde Laurent. Vrsel. *conclus. 152. per tot.* Thoro *Compend. decis. Neapol. part. 1. verb. Assecuratio, & part. 3. eod. verb.*

De assecuratione iudicij, vel satisdatione præstanda à debitore de fuga suspecto, & quomodo, latè Florid. Mauson. *tract. de caus. execut. Prælud. 2. per tot.* & dixi plura in §. *Debitor num. 28. & seqq. cum Addit.*

11 Assecuratio facta cum clausula *à conto di chi s'aspetta*, prodest cuicumque probanti suum interesse in mercibus naufragatis, vel deprædatis, etiam si non sit in apocha nominatus; licèt enim in assecuratione videantur exclusi non nominati, quia quando exprimitur certa persona non intelligitur de alia, per text. *in l. ita stipulatus §. Grisogonus ff. de verb. obligat.* Franch. *decis. 113. num. 3.* & ita fuerit quandoque iudicatum Florentiæ in causis de quibus Rota Romana in infrascripta decisione, tamen quia materia assecurationis est fauorabilis, comprehenditur etiam persona loquentis non nominati, & cum dicta verba, *à conto di chi s'aspetta*, sint indefinita comprehendunt omnes personas, quæ interesse habent in mercibus essecuratis, vt suprà de veriori in praxi, & iudicando amplectenda opinione, & contrariam valdè periculosam testatur Rot. *in Romana assecurationis Luna 26. Iunij 1673. coram Mattheio*, post Vrceol. *de transact. decis. 53. nu. 14.* vbi allegat Soccin. *cons. 140. col. 5.* Crauett. *cons. 274. num. 12.* Rocch. *de assecurat. not. 45. in fine, & 94. per tot.* Io. de Euia *in Labyrint. commerc. naual.* & Stracc. *de assecurat. glos. 10. num. 8. in fine*, ac plura alia in materia de nautico fœnore quale dicatur, quomodo prohibitum, vel permissum, tam de iure ciuili, quàm de iure Canonico, quæ decisio habetur *part. 19. recent. decis. 369.*

Quomodo autem possit probari casus per testes coram iudicibus loci sequuti naufragij, etiam sine partis citatione, quando pars est absens ab illo loco, Rot. *in supracit. decis. 53. & decis. 66.* post Vrceol. *de transact. & dixi in §. Casus num. 7.* Costa *de fact. scient. & ignorant. distinct. 71. num. 8. & 9. cent. 2.* vbi intelligit modò agatur de casu in loco distanti arbitrio iudicis, vel habente præsumptionem contra allegantem, & repetitio fiat parte opponente, quando eorum copia haberi potest.

12 Assecurationis contractus non est vetustus, nisi quatenus conuenit cum nautico fœnore, & à conuentione partium legem accipit; assecurator igitur assumens in se pretio recepto omne periculum, vno excepto, illo dempto, in reliquis omnibus tenetur supplere damnum contingens in mercibus assecuratis, & vbi solam quantitatem mercium, non autem æstimationem earum in se suscepit, non est necessaria liquidatio, vel probatio valoris, cùm satis dicatur constare ex apocha onerationis vulgò *poliza di carico*, sed tenetur soluere summam, pro qua assecurauit, siue valor rei assecuratæ maior, siue minor existat; non tamen tenetur emendare damnum ex culpa Nauarci obuentum, quando ipse Nauarcus erat dominus mercium assecuratarum, & alia ad rem, Rot. *part. 16. recent. decis. 420. per tot. part. 17. decis. 400. in eadem causa*, vbi fuit confirmata præcedens decisio, ex ijsdem, & alijs rationibus, *& part. 19. decis. 58. per tot. in eadem causa*, vbi fuit pariter confirmata prima decisio.

Plura de contractu assecurationis quid sit, an licitè fiat, qualiter sit attendenda consuetudo Maris, ac verba contrahentium, quos casus comprehendat, vel non, & alia, latè Gibalin. *de vniuers. negot. tom. 2. lib. 4. cap. 11. per totum fol. mihi 292. & seqq.* vbi etiam quale dubium de euentu futuro requiratur ad æqualitatem huius contractus, & plures casus singulares de hac materia.

An curator nauis teneatur quoties probatum sit illam in manu hostili incidisse, & fuisse deprædatam, nec potest excusari ex defectu interesse assecurati, sed adueniente casu tenetur soluere, etiam si merces non fuerint ipsius assecurati, Rot. *part. 18. recent. decis. 215. num. 10. & 11.* vbi allegat Strac. *de assecurat. glos. 10. num. 6.* Santern. *eod. tract. part. 4. num. 48.* nisi tamen commissa fuerit baratteria, quæ censetur excepta, & alia ad rem, Rot. *d. part. 18. decis. 247.* 13

Quòd imò cessante interesse assecurati, vt quia merces assecuratæ spectent ad alium non teneat assecuratio, & quare, latè Rot. *part. 19. recent. decis. 373. num. 37. & sequentibus.*

Assecuratione facta nauium, si ex vi, & impedimento ventorum, vel ex Magistratus edicto, naues non potuerunt iter arreptum prosequi ad locum destinatum, non debetur totum pretium assecurationis, sed tantùm ad ratam itineris, & periculi suscepti, & reliquum solutum est restituendum iuxta æquitatem, attestationes mercatorum, vt resoluit Rot. *part. 18. recent. decis. 448. per tot. & decis. 713. in eadem causa*, vbi fuit confirmata prima decisio per doctrinam Santern. *de assecurat. part. 3. num. 22.* Strac. *eodem tract. gloss. 6. num. 15.* Ricc. *Collect. 2124.* Io. de Eira *tract. de commerc. naual. lib. 3. cap. 14.* 14

§. ASCENDENTES. XLIV.

Ascendens cum scalis ad fenestras alicuius honestę mulieris, vel etiam inhonestæ causa amoris, & explendæ libidinis, vel causa furandi, aut alia simili, qua pœna sit puniendus cum qualitas scalarum semper aggrauet delictum, vide Petr. Cabal. *resol. crimin. cas. 97. per totum*, Gratian. *decis. 36.* Franch. *decis. 333.* Boet. *decis. 317.* Bonifac. *de furt. §. 2. num. 52. fol. 62.* P. Manar. *noct. malencon. Interrogat. 200. §. 3. fol. 311.* Sperel. *decis. 137. num. 36. & seqq.* alios citaui in mea Practica §. *Ladri num. 17. §. Stupro num. 16. & §. Violenza num. 12.* Menoch. *de arbitr. cas. 360. num. 95.* Farinac. *quæst. 20. num. 145. &c.* Clar. §. *fin. quæst. 68. vers. ascendens*, vbi Baiard. *num. 10. &c.* Peguer. *decis. 26. per tot.* Sanfelic. *decis. 34.* vbi refert fuisse laqueo suspensum quemdam, qui cum scalis ascenderat causa furandi in monasterium, & monachum vulnerauit, & alium, qui vim intulerat, & furtum tentauerat de nocte cuidam Doctori, illum, & coniugem in lecto existentes vulnerando, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 14. num. 6. & seqq.* 1

Qua autem pœna sit puniendus ascendens, vel descendens per muros Ciuitatis, *l. desertorem §. in bello vers. nec non ff. de re milit.* Paul. Christin. *decis. 149. num. 6. &c. vol. 4.* vbi quòd hodie est limitata pœna capitalis, vt procedat tantùm tempore belli, & in Ciuitatibus limitaneis, & non aliter, vide in §. *Aedificium num. 16.* Christin. *ad leg. municip. tit. 2. art. 16.* Menoch. *de aribitr. cas. 483. num. 5.* Boer. *decis. 232.* Tusch. *litt. M. concl. 431. num. 5.* Carpzou. *Prax. crim. quæst. 40. num. 20. & seqq.* Cabal. *resol. crim. cas. 100.* & alios citatos per Conciol. & Romaguer. *ad statut. Eugub. lib. 4. Rubr. 61. per tot.* & per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 3. §. 1. per tot.* vbi latè declarat an, & quando sint puniendi, vel excusandi transcendentes muros Ciuitatis, vel Castri, siue aliter vim facientes, vel aliquid ædificando innouantes circa dictos muros, vel portas Ciuitatum, vel Castrorum.

Ascendentes vt pater, vel mater succedunt ab intestato suis descendentibus, quando sine liberis decedunt, sed liberis extantibus ipsi excluduntur etiam à legitima, & à iure dicendi de nullitate testamenti, Gratian. *discept. forens. cap. 35. in principio*, vide in §. *Statutum excludens*, §. *Successio num. 5.* latè Paul. Christin. *decis. 62. & 63. vol. 4. inf. num. 6.* Mart. *de success. legal. part. 2. quæst. 1. 2. & 3. per tot.* Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 12.* Rot. *part. 14. recent. decis. 122.* vbi qualiter mater excludat auum. 2

Quòd extantibus descendentibus ex persona defuncta non debeatur legitima parentibus, Duran. *decis. 258. n. 13.* vbi citat Merlin. & alios, Rot. *part. 11. recent. decis. 326. num. 2. & per tot.* vbi tamen quòd debetur si fuit legata, & quare, & rursus in eadem causa reuisa, & confirmata *d. part. 11. decis. 332. & per tot. & part. 12. decis. 4. num. 9. & seqq.*

& ſeqq. & deciſ. 251. vbi fuit receſſum à prius deciſis, quia tempore teſtamenti non extabant filij, ſed poſteà nati fuerunt, & per eorum natiuitatem fuit caducatum legatum legitimæ, quæ vti debita, & non vti volita fuerat relicta; & hæc vltima fuit iterùm confirmata *d. part.* 12. *deciſ.* 352.

Illis verò non extantibus deberi legitimam aſcendentibus titulo inſtitutionis ſicut deſcendentibus, vide Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 6. *num.* 1. *&c.* dixi in §. *Legitima num.* 7. *&c.* latè Merliu. *de legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 12. *per tot.*

Qualiter mater ſuccedat filijs, & ex quibus cauſis illorum ſucceſſione priuetur, latè Tuſch. *litt. M. concluſ.* 110. *cum pluribus ſequentibus*, dixi in §. *Mater num.* 1. *& ſeqq.* vbi etiam quid ſi tranſierit ad ſecunda vota, Mart. *de ſucceſſ. leg. part.* 2. *quæſt.* 3. *&* 4. *per tot.*

3 Aſcendentes, vbi non adſunt deſcendentes ex filio defuncto, ſed tantùm alij filij, vel fratres, ſiue ſorores reſpectiuè, & vtrinque coniuncti, ſuccedunt ipſi filio defuncto vnà cum dictis fratribus, vel ſororibus ab inteſtato, *Auth. defuncto C. ad Tertul.* Peregrin. *deciſ.* 13. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 128. Franch. *deciſ.* 682. Gratian. *deciſ.* 61. Altograd. *conſ.* 48. *num.* 9. *&c. lib.* 2. vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 285. *vol.* 1. *& deciſ.* 381. *d. vol.* 1. *vbi num.* 9. quòd etiam filij, vel filiæ germanorum fratrum præmortuorum admittuntur vnà cum parentibus, & fratribus, vel ſororibus prædictis iure repræſentationis, per text. *in Nouel. vt fratr. fil.* 127. *in prin. &* §. 1. idem Chriſtin. *deciſ.* 205. *vol.* 5. *& ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 6. *&c.* Martha *de ſucceſſ. legal. part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 2. *per tot.*

Ita vt ſtante ſimultanea ſucceſſione pater non acquirat vſumfructum in portione tangente fratri defuncti, *Auth. item hæreditas C. de bon. quæ lib.* cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 685. *num.* 3. *&* 4.

Niſi ex diſpoſitione ſtatuti eſſet patri reſeruatus vſusfructus, quia illum non amitteret etiam ſtatem ſimultanea ſucceſſione, Altograd. *conſ.* 48. *num.* 10. *lib.* 2.

An autem ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo donec extent maſculi, admittatur pater ad ſucceſſionem filij ſine liberis defuncti vnà cum ſororibus defuncti, & ſic ipſius patris filiabus, vel potiùs in totum illas excludat, vide latè Altograd. *d. conſ.* 48. *per tot. lib.* 2. & facit optimè quod dixi in meis reſol. *cap.* 82. *num.* 14. Peregrin. *deciſ.* 13. *per tot. & deciſ.* 17. vbi qualiter mater ſuccedat filio defuncto, relictis ſororibus, & agnato. Et qualiter mater præferatur auo paterno, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 46. *num.* 1. *& ſeqq.*

Quòd fratres, & ſorores admittantur æqualiter cum aſcendentibus intellige, vt dixi quando ſunt vtrinque coniuncti fratri defuncto, ſecus ſi ſint conſanguinei tantùm, vel vterini tantùm, & ſic ex vno ſolo latere coniuncti, Oinot. *Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. de ſecundo ordine num.* 30. *fol.* 229. Craſſ. *de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt.* 24. vbi vide Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 7. vbi quòd appellatione fratris ſiue in teſtamento, ſiue in ſtatuto intelligitur de vtrinque coniuncto, Martha *de ſucceſs. leg. part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 3.

Sed quòd duplicitas vinculi non ſit attendenda, & coniuncti ex patre tantùm ſimul ſuccedant cum vtrinque coniunctis videtur firmare, & de veriori teſtari Altograd. *conſ.* 60. *num.* 7. *& num.* 52. *lib.* 2. vbi tamen loquitur in diuerſis terminis, & à ſupra firmatis non diſſentit, vide in §. *Frater num.* 5. Peregrin. *deciſ.* 74. 75. 76. *&* 77. *per tot.* Mart. *de ſucceſſ. leg. part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 4.

Et quòd frater vterinus excludatur à matre defuncti, Pract. Papp. *de hæred. ab inteſt. gloſ. nullus num.* 25. Magon. *deciſ. Flor.* 104. *num.* 1.

4 Aſcendentes hoc ordine ſuis deſcendentibus ſuccedunt, nam in bonis, quæ peruenerunt ad filium defunctum ex latere paterno, vt ad ſuum fontem reuertantur, in totum ſuccedit pater excluſa matre; ſicut è contrà in bonis, quæ eidem defuncto obuenerunt ex latere matris, per eamdem rationem, ſuccedit mater excluſo penitus patre, in alijs verò ex induſtria, vel bona fortuna quæſitis æqualiter admittuntur, ſecundùm vnam opinionem, quam ſuſtinent Bart. *in l. quod ſcitis* §. *ſin autem C. de bon. quæ lib. in l. poſt dotem num.* 36. *ff. ſolut. matrim. in auth. itaque num.* 2. *C. com. de ſucceſ. & in conſ.* 18. *num.* 4. Caſtr. *in d.* §. *ſin autem nu.* 2. Iaſ. *in d. l. poſt dotem num.* 106. Rom. *conſ.* 40. *num.* 5. Boer. *deciſ.* 192. *nu.* 5. Gabriel. *concl.* 3. *de ſucceſſ. ab inteſt.* Gamm. *deciſ.* 9. *per tot.* Martha *de ſucceſ. legal. part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 1. *num.* 7. *& ſeqq.* Theſaur. *deciſ.* 27. *per tot.* vbi latè hanc partem defendit, quam tamen declarat non procedere quando aſcendentes non eſſent in pari gradu, nam tunc proximior tantùm ſuccedit nulla habita ratione vnde bona proueniant, nec quando cum illis concurreret frater defuncti, vide Franch. *deciſ.* 59. *per tot.* vbi an pater ſuccedat ſolus filio in bonis illi donatis, vel ſimul cum fratribus vtrinque coniunctis, hanc opinionem pluribus relatis ſequitur Tuſch. *litt. S. concl.* 863. *per tot.* quam tamen pluribus modis limitat, & declarat, vt ibi per eum adde Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 285. *num.* 5. *& ſeqq. per tot. volum.* 1. *& deciſ.* 62. *num.* 2. *volum.* 4. *& ad leg. municip. tit.* 16. *art.* 12. Peregrin. *deciſ.* 77. *num.* 4. *&c.* vbi quæ dicantur bona paterna, vel materna, ad dictum effectum, facit Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 381. vbi quæ bona dicantur paterna, vt veniant in diſpoſitione de illis facta in teſtamento, *& part.* 13. *deciſ.* 107.

Contrarium in primaria concluſione ſupra firmata, quòd imò æqualiter admittantur pater, & mater nulla facta diſtinctione vnde bona prouenerint, tenet Salyc. *in Auth. itaque C. com. de ſucceſ.* Minſinger. *cent.* 6. *obſer.* 55. Phanuc. *de inuent.* Craſſ. *de ſucceſſ.* Fontanel. *de pact. nupt.* & infiniti alij antiqui, & moderni, quos ſequuta eſt Rot. Rom. *in Romana ſucceſſioni* 17. *Iunij* 1624. *coram Merlino inter impreſſas eiuſdem deciſ.* 126. *& deciſ.* 218. in eadem cauſa vbi reſpondet omnibus fundamentis, Bart. & ſequacium, & habetur poſt Merlin. *de legit. d.* 49. & apud Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 971. *num.* 21. *&c.* vide Franch. *deciſ.* 59. *& deciſ.* 696. *per tot.* Chriſtin. *deciſ.* 70. *num.* 4. *vol.* 4. *& in alijs loc. ſupr. cit.* Marcian. *diſput. for. cap.* 60. *num.* 17. *&c.* & in meis reſol. *cap.* 82. *num.* 11. *& per tot.* & in hoc opere §. *Succeſſio num.* 5. *&* §. *Fiſcus num.* 6. *in fine*, facit Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 107. *per tot.* vbi quòd in ſucceſſionibus ſola cauſa immediata attenditur, & bona omnia dicuntur paterna, ſiue ab ipſo teſtatore proueniant, ſiue à maioribus, & veniunt in diſpoſitioue facta de bonis prouenientibus ex latere patris.

Quòd in terminis iuris communis non ſit facienda dicta bonorum diſtinctio contra Bart. probat etiam Io. Dominic. Panſut. *contr.* 7. *per tot. cum alijs ſeqq.* vbi plura ad rem de ſucceſſione aſcendentium in terminis Conſuetudinis Neapolitanæ.

Aſcendens, ſicque auus paternus, vel maternus in ſucceſſione nepotis, vel neptis, ſicut pater in ſucceſſione filij, præfertur patruo, & quibuſcumque tranſuerſalibus (exceptis fratribus vtrinque coniunctis vt ſuprà dixi) *Auth. defuncto C. ad Tertul. &* §. *conſequens in Auth. de hæred. ab inteſt. ven.* Surd. *conſ.* 556. *num.* 2. *&* 3. Alciat. *conſ.* 231. *n.* 1. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 67. *num.* 2. *vol.* 4. *& deciſ.* 70. *num.* 4. *vol.* 4. *& dixi in d. cap.* 82. *num.* 12. *&* 13. *ac per tot.* vbi plura de ſucceſſione aſcendentium in bonis deſcendentium ab inteſtato defunctorum tam inſpecto iure communi, quàm municipali ſtatutorum excludentium fœminas propter maſculos, & Peregrin. *deciſ.* 13. *per totum*, latè videndus Mart. *de ſucceſſ. leg. part.* 2. *quæſt.* 1. *cum pluribus ſeqq.* vbi etiam quid ſi tranſierint ad ſecundas nuptias, & alia. 5

Aſcendentes licèt vt ſupra num. 2. ſuccedant ſuis deſcendentibus, debet intelligi de legitimis, nam aliàs pater naturalis non ſuccedit filio naturali cum matre, ſed ſola mater excluſo penitus patre, etiam ſtante ſtatuto quòd pater, & aſcendentes per lineam paternam excludant matrem, & aſcendentes per lineam maternam in ſucceſſione deſcendentium, quia debet intelligi de legitimis; & quamuis etiam ſicut filius naturalis poteſt ſuccedere patri ab inteſtato in duabus vncijs, ita è contrà eodem modo poſſit pater illi ſuccedere, cùm debeat eſſe reciproca ſucceſſio, non procedit quando pater vxorem duxit, ex qua liberos legitimos ſuſcepit, quia tunc ſicuti filius naturalis arcetur à ſucceſſione, ita non debet ipſe pater admitti, vt correlatiuorum ſit eadem ratio, & ne plus concedatur patri, qui peccauit, quàm filio naturali, cui nullum in eius procreatione peccatum imputari poteſt, vt benè probat Peregrin. *deciſ.* 58. *per tot. per text. in* §. *penult. inſtit. ad Tertul. l. ſi qua illuſtris C. de Orphic. l.* 2. §. *mater ff. eod. l. hac parte, l. ſpurius, l. modeſtinus ff. vnde cognat. Auth. licet. C. de nat. lib.* §. *in quibus, in Auth. quibus mod. nat. eff. ſui, & in* §. *inſtit. de ſeru. cognat.* & alios ab eo citatos vide in §. *ſucceſſio n.* 5. Mart. *de ſucceſſ. legal. part.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 1. *num.* 21. *& ſeqq.* Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 15. *&c.* vbi etiam quòd idem eſt in patre putatiuo, qui fuit in mala fide, vt redigatur ad conditionem patris naturalis. 6

Aſcen-

7 Ascendentes si fuerint à filijs grauati alijs restituere hæreditatem, an detrahant duas quartas, legitimam scilicet, & trebellianicam, sicut detrahunt filij à patre sub conditione grauati, vide Rustic. *in tract. ad l. cum auus ff. de condit. & demonstrat. lib.*1. *cap.*9. *num.* 17. vbi pro negatiua concludit, dixi in §. *Filius num.*47. *&* §. *Pater num.* 22. vbi referuntur etiam contrarium tenentes, Peregrin. *de fideicommiss. art.*3. *num.*53. *art.*49. *num.* 46. vbi pariter pro negatiua Mart. *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 21. *art.* 17. *num.* 47. *&c.* vbi pro affirmatiua, & quòd negatiua subsistere non potest, & quare, debeant tamen imputare fructus. Sed de imputatione fructuum, vide Mangil. *de imput. quæst.* 1. *num.*8. *quæst.* 116. *num.* 27. *& quæst.* 125. *num.* 38. *&c.* vbi contra Merlin. *de legit. lib.*2. *tit.*2. *quæst.*31. *&c.*

8 Ascendentium bona qualiter semper sint hypothecata pro constitutione, & restitutione dotium ad fauorem omnium descendentium, quicumque sint hæredes siue descendentes, siue collaterales, siue omninò extranei, cùm ad omnes transeant cum isto onere, etiam si sint fideicommisso siue vniuersali, siue particulari supposita, & cum expressa prohibitione alienationis in casu dotis, dummodò tamen alia bona libera non existant, & sic in subsidium, iuxta *Auth. res quæ C. com. de leg.* latè Rot. *part.* 6. *recent. decis.*312. *per tot.* coram Merlino, vbi plures concordantes allegantur, & dixi in §. *Bona num.*21. vbi plura, §. *Dos num.*40. *in fine*, §. *Hypotheca num.*9. *in fine*.

§. ASSERTIO. XLV.

1 Assertio vulnerati non facit inditium ad torturam, sed tantùm ad inquirendum, & ad capturam, Becc. *cons.*85. *num.*9. *lib.*1. Addit. ad Pract. Papp. *form. inquis. glos.* 1. *verb. Inditia*, Clar. §. *fin. quæst.*21. *vers. Assertio*, Menoch. *lib.*1. *quæst.*89. *num.*77. *&c. de præsumpt.* Baiard. ad Clar. *d. quæst.* 21. *num.* 55. *& seqq.* Peguer. *decis.* 17. *num.* 5. *& seqq.* plenè Farinac. *quæst.*46. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis.*382. *vers. Vulnerato, &c.* Maioran. *in Opoprax. lib.* 2. *cap.* 8. *num.*135. *& seqq. fol.*228. Anton. de Bellis *tract. var. lib.* 1. *quæst.*11. *per tot.* Conciol. *resolut. crim. verb. Assert. resol.*1. *per tot.* Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 1129. Zuff. *de legit. process. lib.*3. *quæst.*180. vbi quòd assertio vulnerati concurrentibus adminiculis facit indicium ad torturam de communi, & veriori opinione, quam dicit non habere contradictionem, ad Farinac. *quæst.* 46. *num.* 35. *&* 52. Francis. de Angelis *tract. de confess. lib.*2. *quæst.*30. Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.*132. *per tot.*

Vbi agitur de viro probatæ vitæ deponente in articulo mortis, nec aliæ possunt haberi probationes, statur illius assertioni secundùm Marsil. *pract. crim.* §. *diligenter num.*13. *& cons.*111. *num.*7. Afflict. *decis.* 369. *num.* 7. cum alijs per Menoch. *de arbitr. cap.*99. *num.* 16. *& seqq.* vbi intelligit non de plena probatione, nisi aliæ extent coniecturæ, & plurimum esse iudicis arbitrio tribuendum, de quo dixi in mea Practica §. *Indizij num.* 1. *& seqq. &* §. *Inquisitione num.* 10. Mascard. *de probat. concl.*144. *per tot.* vbi refert contrarias opiniones, quas conciliat, vt affirmatiua procedat concurrentibus alijs adminiculis vt inimicitia, fuga, &c. negatiua verò quando adest sola assertio vulnerati, & idem in effectu post multa concludit Farinac. *d. quæst.* 46 *num.*34. *&c.*

Probat tamen assertio partis offensæ ad exculpandum, Magon. *decis. Luc.*25. *num.*61. vide in §. *Exculpatio*, Mastril. *decis.*195. Farinac. *d. quæst.*46. *num.*18. *&c.* vbi etiam si præcesserit inculpatio, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 382. vbi quando non sufficiat.

2 Assertio mulieris, vel pueri dicentium se stupratos non probat contra imputatum, nec facit inditium ad torturam, Boer. *decis.* 299. *num.*6. Guazz. *ad def.*4. *cap.* 6. *num.* 14. Intellige nisi concurrant alia adminicula, nam his concurrentibus, faceret inditium ad torturam, maximè purgata macula cum leui tortura, vide in §. *Mulier*, *&* §. *Sodomia*, & dixi in mea Pract. §. *Stupro num.*25. *&* §. *Sodomia nu.* 18. & alibi, adde Sperel. *decis.* 38. *num.*7. *& seqq.* Scacc. *de iudit. lib.* 1. *cap.* 86. *num.*56. *&c. & lib.*2. *cap.*86. *num.*67. *&c.* Sanfelic. *decis.*382. *cum plena Addit.* vbi plura an, & quando socius criminis faciat indicium, & quale contra socios, & dixi in §. *Societas*.

3 Asserens se militem, Doctorem, Equitem, Notarium, vel similem, cùm verè non sit, & exercens actus huiusmodi nomini, & dignitati competentes tenetur pœna falsi, quæ de iure communi est deportatio; cuius loco hodie de consuetudine successit pœna arbitraria, vt triremium, vel similis, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.*176. *per tot. vide* §. *Doctor num.*16. Ricc. *Collect.*2368.

Assertio Papæ, vel alterius Principis de facto proprio plenè probat, & qualiter; quid in assertione Cardinalis, & similium, Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*17. *num.*216. *& seqq. ad* 257. *fol.*281. cum alijs per eum citatis, latè Mascard. *de probat. concl.* 139. 140. *&* 141. Salgad. *Labyrint. credit. part.*1. *cap.*39. *num.*8. *& seqq. per tot. vide in* §. *Probatio*, Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 81. *num.*33. *& decis.* 344. *num.*2. *&c.* vbi quòd maximè in antiquis procedit, Garzia Millin. *decis.*149. *& decis.* 426. vbi qualiter probet etiam in parte concernente factum alienum, Rot. per Farinac. *decis.*522. *num.*3. vbi quòd assertio Papæ in beneficialibus, in quibus latissimam habet potestatem, quando est facta motu proprio, & ex certa scientia, probat etiam de facto alieno, Seraph. *decis.* 1016. Caplar. *quæst.* 50. *num.* 5. *& seqq.* Francisc. de Angelis *d. tract. lib.*2. *quæst.*70. vbi tamen quòd non creditur assertioni etiam Imperatoris, vel cuiuslibet alterius Principis de læsa sua maiestate, nisi aliter constet: quando standum sit, vel non assertioni Principis, latè Castill. *de Tertijs controu.* 6. *per tot.* 4

Quòd assertioni Papæ, Principis, & similium sit plenè credendum, etiam in concernentibus proprium commodum, veluti de necessitate imponendi donatiua, & huiusmodi onera subditis, latè Sanfelic. *decis.* 396. *per tot. cum Addit.* vbi alia plura de potestate, & iustitia Principum, qui semper præsumuntur cogitare iusta, & digna, cùm sint Ministri Dei, & eorum corda stent in manu Dei.

Assertio alicuius in his quæ pendent ab animo illius, regulariter probatur iuramento, vel alijs præsumptionibus, & coniecturis, cum animus soli Deo cordium scrutatori notus sit, & directè probari non possit, vide Menoch. *de arbitr. cas.*286. *num.*5. *&c.* Farinac. *in fragm. verb. Assertio num.*245. Card. Tusch. *verb. Animus concl.* 336. *per tot.* cum alijs per Pac. Iordan. *d. tit.* 17. *num.*289. *& sequentibus fol.*285. Farinac. *quæst.* 8. *num.* 113. *& seqq.* vbi quòd fallit quando agitur de graui præiudicio, nisi simul aliæ concurrant coniecturæ. 5

Assertio alterius contrahentium non alterat naturam contractus, Rot. *part.*6. *recent. decis.*14. *num.*40. *vide in* §. *Contractus num.*21. 6

Non etiam probat merita donatarij, sed aliundè sunt iustificanda ad sustinendam donationem aliàs prohibitam, & alia, Rot. *part.*6. *recent. decis.* 363. *num.*8. *& decis.*258. *n.*7. *& per tot.* vide Mascard. *de probat. conclus.* 391. *&* dixi in §. *Donatio num.*25. *&c. &* §. *Merita num.* 1. Gamm. *decis. Lusit.* 223. 226. *&* 236.

Statur tamen assertioni Decurionum etiam non probatis meritis, Roland. *cons.*22. *num.*8. *lib.*1. Ioseph. Lud. *decis. Perus.*3. *num.*9.

Item stante iuramento promissorio, etiam non probatis meritis, sustinetur donatio, & recipit robur non à meritis, sed à iuramento, Rot. per Farinac. *decis.* 346. *num.* 5. *& per tot.* vbi de donatione facta à patre vni ex filijs, quæ confirmatur iuramento, vt dixi in §. *Donatio num*...

Assertio donantis iuspatronatum, quòd hoc faciat, vel fecerit cum consensu ordinarij, probat dictum consensum, etiam inter personas prohibitas, si alia adminicula veritatis concurrant, Tiraquell. *in l. si vnquam verb. donatione largitus num.* 102. *C. de reuoc. donat.* Achil. *decis.* 1. *de concess.* Coccin. *decis.*453. *num.* 3. *& decis.* 432. *num.* 3. vbi quòd etiam assertioni in sui fauorem creditur, concurrentibus coniecturis, & verisimilitudine. 7

Quòd assertio Episcopi, sicut & Papæ probat iuspatronatum, maximè in antiquis, Put. *decis.* 172. *lib.* 1. *& decis.* 249. *lib.*2. Achill. *de iurepatr. decis.* 2. Rot. per Farinac. *decis.*542. alia vide in §. *Iuspatronatus*.

Assertio Notariorum in testamentis de sana mente testatoris, an sanam mentem probet, vide latè Petr. Royz. Maur. *decis. Lituan.* 2. *per tot.* & dixi in §. *Testamentum n.* 20. *&c.* Boer. *decis.*23. *num.*73. *&* 74. 8

Assertioni partium non est standum in prohibitis, ne sit in illarum potestate licitum facere quod aliàs illicitum foret, Bart. *in l. si forte ff. de castr. pecul.* Ias. *in l. si donatione de collat.* Rot. per Farinac. *decis.*775. *num.*2. vbi loquitur in cambijs, in quibus plurimum Christianæ Reipublicæ conducit, ne hoc facili modo aperiatur via fraudibus, & vsuris, quæ omni iure sunt prohibitæ, vide in §. *Vsura*, Leotard. 9

de

de vsur. quæst. 39. num. 26. quæst. 72. num. 10. quæst. 74. num. 4. vbi etiam stante iuramento, licèt multum dominari iudicis arbitrium asserat.

10 Assertioni de facto proprio ad sui damnum, & commodum alterius omninò standum est, Castr. in l. quicumque in fine C. de ser. fug. Marsil. sing. 114. Alex. cons. 197. num. 3. lib. 7. Rot. per Farinac. decis. 561. num. 2. vide in §. Confessio, & §. Testis.

11 Assertioni Iudicis, vel Notarij de actis coram se gestis regulariter non creditur, nisi aliunde de illis appareat, vt latè declarat Mascard. de probat. conclus. 35. & conclus. 142. & 143. vide in §. Iudex, §. Notarius, & §. Sententia num. 7.

Assertioni Notarij de commissione sibi facta examinandi testes non esse credendum, prout nec assertioni quòd talis vendiderit tamquam procurator alterius, quia non ob id probatur mandatum, licèt Notarius dicat vidisse, decisum refert Thoro Compend. decis. Neap. part. 1. verb. Assertio, vide in §. Mandatum num. 2. & §. Notarius.

Non etiam creditur assertioni iudicis, vel arbitri dicentis etiam in articulo mortis iniquam se tulisse sententiam, in præiudicium eius, ad cuius fauorem est lata, nec etiam corruptoris nominati, sed benè in præiudicium ipsius iudicis, & quandoque etiam aliorum, si aliundè concurrant coniecturæ, ad tradita per Farinac. quæst. 46. num. 76. & seqq. ad 92.

12 Assertio procuratoris contra dominum, non probat, nisi constet de speciali mandato, nec assertio venditoris post venditionem præiudicat emptori, Thomat. decis. 127. num. 33. &c. vbi etiam quòd nec assertio famuli probat per domino contra tertium.

13 Assertio testatoris etiam iurata non excludit vsuram, nec nocet hæredibus vsuras repetentibus, Leotard. de vsur. quæst. 76. num. 41.

14 Asserenti, Notarium scripsisse aliter quàm fuerit dictum, non creditur, sed durioribus probationibus adstringitur, Mascard. de probat. conclus. 1098. Menoch. de arbitr. cas. 105. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 79. Farinac. quæst. 156. part. 4. num. 142. & seqq. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. nu. 289. &c. vide in §. Notarius num. 16. §. Testis num. 64. Guaz. def. 28. cap. 15.

15 Asserenti se scripsisse, vel subscripsisse apocam de ordine, & mandato alterius, non videtur credendum, vbi aliter non constat de dicto ordine, & mandato. Sed tamen si dictæ apocæ de ordine alterius scriptæ, vel subscriptæ addantur testes, qui illam recognoscant, probant omnia in ea contenta, & sic etiam dictum ordinem, & mandatum, de quo asseritur per scribentem nomine alterius in ipsa apoca, licèt dicti testes de eo expressam mentionem non faciant, ad latè tradita per Gait. de credit. cap. 2. tit. 8. num. 2791. & seqq. 2849. & seqq. & 3222. Scacc. de iudic. cap. 11. num. 934. & num. 1103. vide in §. Scriptura num. 12. vbi plura, & plures allegaui, & in Pract. §. Scripturæ num. 18. & 19.

16 Assertioni alterius quando standum sit, vel non, latè Laurent. Vrsel. conclus. 135. per totum, Narbon. l. 60. glos. vnic. num. 66. & seqq. tit. 4. lib. 2. Recopil. & alij citati per Com. August. Fontan. in sua Bibliothec. Legal. part. 4. verb. Assertio fol. mihi 136. aliqua Iacob. Balduc. in obseruat. ad Ramon. consil. 22. & alibi, vt in Indice verb. Assertio.

§. ATTENTATA. XLVI.

1 Attentata dicuntur omnis actus sine rationabili causa, lite, appellatione, aut his similibus pendentibus, à iudice, siue à parte, siue ab habentibus causam ab illis, in contemptum iurisdictionis, & præiudicium partis facto, officio eius, cuius læsa fuit maiestas, in primis, & ante omnia reuocandus, prout describit Lancellot. in suo celeberrimo tract. de attent. in præfat. num. 14. vbi singula dictæ descriptionis verba declarat: quotuplicia, & quo iure inuenta fuerint attentata, de vi, & significatione huius vocabuli, & alia, quæ summatim recolligit Pac. Iordan. Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 14. num. 40. &c. fol. 220. Card. Tusch. litt. A. conclus. 542. & seqq. Ridolph. in prax. part. 2. cap. 15. num. 39. & per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 196. per tot. part. 10. decis. 15. & part. 11. decis. 132. Atismin. Tepat. variar. sentent. tit. 261. & 262. per tot.

Quòd attentata dicantur omnia, & sint nulla quæ fiunt lite pendente, vide tot. tit. vt lit. pend. Gratian. discept. 913. num. 28. Caualer. decis. 175. & decis. 186. dixi in §. Appellatio, & Inhibitio, Paul. Christin. decis. 108. volum. 6. Ricc. Collect. 4147. 4227. 1469. & alibi sæpè Rot. part. 9. recent. decis. 60. per tot. Rot. part. 11. recent. decis. 52. per tot. vbi plura, Conciol. & Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 3. Rub. 8. per tot.

Quòd omnis actus contra ordinem superioris, vel Principis gestus non subsistat, & causet attentata, Rot. part. 9. recent. decis. 90. num. 1. &c.

Item stante sequestro si pars adiuerit alium iudicem pro illius reuocatione, committuntur attentata, & purgari debent, Rot. part. 9. recent. decis. 332. per tot. volum. 2.

Et quando secus eadem Rot. part. 10. recent. decis. 15. num. 7. &c.

Item attentata dicuntur omnia gesta post inhibitionem Rotalem, etiam si nulliter emanauerit, cùm adhuc seruari debeat donec fuerit reuocata, non obstante consensu partium, cùm post inhibitionem non sit in arbitrio partium consentire in iurisdictionem iudicis à quo, in spretum, & præiudicium iudicis inhibentis, ad latè tradita per Rot. part. 10. recent. decis. 52. & 53. per tot. vide in §. Inhibitio, Rot. d. part. 10. decis. 226. per tot. & decis. 365. & part. 11. decis. 132. & decis. 275. & part. 13. decis. 170. decis. 181. & decis. 410. Bich. decis. 491. num. 10. Rot. part. 17. recent. decis. 257. num. 2. & 3. vbi quòd attentata sunt omnia post appellationem commissa, siue iudicialiter, siue etiam extraiudicialiter iudex processerit, & licèt appellatio fuerit tantùm extraiudicialis, & multò magis post præsentatam inhibitionem.

2 Attentatorum materia ad tria capita reducitur nempè per quas personas committantur, de quibus rebus, & sic quando, & quibus modis incurrantur, ac denique qualiter commissa reuocentur.

Respectu itaque personarum committuntur attentata vel à parte, sub cuius nomine venit etiam quandoque procurator maximè cum speciali mandato, vel à Iudice, vel à tertio, quod quidem respectu tertij multas recipit declarationes quas, & alia prædicta latè prosequitur Lancell. cum alijs ab eo citatis d. tract. part. 1. cap. 1. 2. & 3. per tot. & epilogat Pac. Iordan. d. tit. 14. num. 43. & seqq. ad 64. fol. 220.

3 Attentata multis modis committuntur, nempè si alterutra pars pendente lite ingrediatur, & appropriet sibi possessionem rei controuersæ, nisi tamen prius possideret, quia continuans regulariter non dicitur attentare, vel si in alium eam transferat etiam per viam permutationis, vel rem litigiosam alienet, vel si pariter lite pendente patronus præsentet ad beneficium, vel ordinarius instituat, vel præsentatus possessionem capiat, vel impetretur rescriptum non facta mentione litis, & in summa traditur regula generalis, quòd lite pendente nihil sit innouandum, & idem est regulariter accusatione, vel inquisitione pendente, item pendente iudicis recusatione, dilatione, relatione, consilio sapientis, auocatione causæ, termino ad appellandum, appellatione, tempore ad petendum apostolos, restitutione in integrum, compromisso, reductione ad arbitrium boni viri, nullitate, recursu, seu reuisione, nam his, vel aliquo ex prædictis pendentibus, nihil potest regulariter innouari quin dicatur attentatum, & tamquam tale sit ante omnia purgandum, & reuocandum, & eò magis si contingat post inhibitionem, prout omnia latissimè ampliando, & limitando declarat Lancell. d. tract. part. 2. per tot. & summatim colligit Pac. Iordan. Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 14. num. 64. & seqq. ad 170. fol. 221. & seqq. Rot. part. 14. recent. decis. 466.

Qualiter, & quando dicantur committi attentata etiam à tertio, Rot. part. 9. recent. decis. 251. per tot.

Quòd omnia acta intra decem dies ad appellandum, quando sententia est appellabilis, sint nulla, & attentata, Rot. part. 9. recent. decis. 142. num. 1. &c. ac alibi sæpè, & part. 19. decis. 20. per tot. & decis. 365. per tot. part. 12. decis. 163. n. 1. & seqq. & decis. 205.

Quòd committantur attentata per vim de facto illatam possidenti vigore mandati Rotalis personaliter intimati, ac per recursum habitum ad iudicem inferiorem, cuius partes sunt parere, & non discutere auctoritatem Superioris,

Rot.

Rot. part. 13. recent. decis. 75. num. 1. &c. quæ postea fuit reuocata eadem part. 13. decis. 197. quia agebatur de recursu per modum protestationis, qui non causat attentata, & per non prosecutionem videtur renunciatus, & magis stante expressa renunciatione.

4 Attentata duplici modo principaliter possunt reuocari, nempè per viam directæ petitionis, vel iudicij ordinarij, & per officium iudicis, ita vt sub istis comprehendantur etiam alij modi, quos latè prosequitur declarando Lancellot. de attent. part. 3. cap. 21. per tot. Vestr. in prax. lib. 8. cap. 4. num. 12. &c. Pac. Iordan. d. tit. 14. num. 170. & seqq. fol. 229. vbi etiam num. 74. post nonnullas limitationes, in quibus pars non potest petere attentatorum reuocationem, probat posse iudicem suo mero officio nobili in pœnam attentantis ipsa attentata reuocare etiam parte non petente, ex Lancellot. loc. cit. cap. 22. in fine, cui adde Gregor. decis. 35. num. 7. Rot. part. 9. recent. decis. 251. in fine, & decis. 355. per tot. d. part. 9. & part. 10. decis. 226. num. 7.

Et de reuocatione attentatorum ex officio iudicis parte non opponente, Caual. decis. 175. num. 3. Ridolph. in prax. part. 2. cap. 15. num. 81. &c. Rot. part. 9. recent. decis. 355. vbi quòd quando de istis constat sunt omninò reuocanda, & coercendus iudex, qui post inhibitionem illa commisit, & part. 13. decis. 170. & decis. 181. num. 11. vbi etiam si partes in iurisdictionem consenserint, Bich. decis. 385. num. 13. Rot. part. 18. recent. decis. 634. vbi quòd etiam parte non instante possunt ex officio iudicis purgari, & pro illorum purgatione non solum remoueri debent impedimenta, sed etiam damna, expensæ, & interesse persolui.

In iudicio reuocationis attentatorum admittuntur multa specialia, nam in eis proceditur sine ordine iudiciario, summariè, de plano, & non seruatis solitis terminis. Quando tamen reuocantur ad partis instantiam est regulariter necessaria citatio partis, & causæ cognitio, nisi ageretur de notoria intrusione, & sunt probanda ipsa attentata, & his præmissis idem iudex, cuius maiestas læsa fuit in attentando illa reuocat, an autem huiusmodi reuocatio censeatur sententia definitiua, vel interlocutoria, quid hoc importet, an ab illa detur appellatio, & alia plurima cumulatissimè tradit Lancell. d. tract. part. 3. cap. 25. 26. 27. & 28. per tot. Ridolphin. d. cap. 15. num. 81. & seqq. per tot. vbi de praxi Romanæ Curiæ, Christin. decis. 40. vol. 1. Pac. Iordan. d. tit. 14. num. 188. &c. fol. 232. cum alijs per eos citatis, vbi etiam an contra huiusmodi sententiam possit dici de notoria iniustitia, vel restitutio in integrum peti.

Per quem iudicem possint attentata reuocari, Tusch. litt. A. concl. 544. & seqq. Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 15. num. 61. & seqq. vbi etiam in principio ponit formulas actorum in huiusmodi reuocatione faciendorum.

5 Attentata possunt regulariter peti, reuocari à quocumque illa passo propter suum interesse, quandocumque intra tempora legitimæ præscriptionis, & in qualibet parte iudicij, nisi notoriè constet de non iure petentis, quando sumus in beneficialibus, quicquid alij secus teneant in profanis, & sic contra petentem huiusmodi reuocationem potest in beneficialibus opponi de notorio iure suo, de non legitimatione personæ, & sic quòd non sit talis, qualem se facit, de desertione, vel renunciatione appellationis, siue litis, & similes adduci exceptiones, quas vsque ad 31. post declarationem prædictorum, latè prosequitur Lancellot. d. tract. part. 3. cap. 22. 23. 24. per tot. & nonnullas colligit Pac. Iordan. d. tit. 14. num. 171. & seqq. fol. 230. cum pluribus alijs per eos allegatis.

Sed quòd etiam in profanis agenti ad reuocationem attentatorum obstet exceptio notorij non iuris sui, tenent alij, & in omnem casum posse reuocari ex iudicis officio, cuius læsa fuit maiestas, non tamen per hoc restitui possessionem ipsi agenti, de cuius non iure notoriè constat, vide Afflict. decis. 98. num. 6. & decis. 352. num. 4. & 5. latiùs declarat Lancell. d. cap. 24. quæst. 1. limit. 1. per tot. Rot. part. 3. diuers. decis. 52. lib. 1. quæ loquitur etiam in profanis inf. num. 10. Tusch. litt. A. concl. 546. & seqq. Merlin. decis. 171. num. 1. vbi quòd licèt Rota reijciat attentata, quando constet de bono iure, debet intelligi si de tali bono iure constet plenè, & concludenter per partis confessionem, vel per rem iudicatam, idem Merlin. decis. 224. & decis. 320. decis. 352. decis. 752. num. 5.

6 Attentata quatuor modis purgantur, nempè vel à parte attentante, legitimè cedendo lite in iudicio cum restitutione fructuum, & expensarum, Buratt. decis. 356. num. 6. Rot. part. 9. recent. decis. 196. num. 10. &c. vel à parte, quæ passa fuit attentata renunciando liti, vel appellationi, vel ipsis attentatis expressè, vel tacitè, data illorum scientia, Rot. part. 14. recent. decis. 399. num. 5. vbi quòd non excipiendo inducitur renunciatio attentatorum in eadem causa; vel à iudice per sententiam debitè executam tam quoad principale, quàm quoad expensas, fructus, damna, & interesse; vel per Principem impediendo ne actus, qui aliàs de sui natura diceretur attentatus transeat in attentatum, vel confirmando actum, qui prætenderetur attentatus, sicuti latè probat Lancellot. de attent. part. 3. cap. 29. per tot. & summatim Pac. Iordan. d. tit. 14. n. 202. & seqq. fol. 233. Coccin. decis. 371. cum alijs per eos citatis inf. num. 17. Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 15. num. 65. &c. Rot. part. 9. recent. decis. 487. vbi de damnis, & interesse reficiendis si sint legitimè probata, Ludouis. decis. 486. Rot. part. 16. recent. decis. 232. vbi an, & quando sufficiat renunciatio verbalis, vel admittatur etiam depositum vnius iulij cum obligatione soluendi residuum, an possit fieri per procuratorem, & alia ad rem.

Quòd pro totali purgatione attentatorum detur mandatum de manutenendo quoad futura, & de restituendo fructus respectu præteriti, & sic in hoc iudicio possit cumulari remedium retinendæ cum remedio recuperandæ, Rot part. 16. recent. decis. 255.

Quando purgatio attentatorum dicatur legitimè facta per restitutionem in pristinum, ad hoc vt possit in causa procedi, Rot. part. 9. recent. decis. 71. per tot.

Quòd pro purgatione attentatorum sit restituenda non solum possessio, sed etiam fructus, & distributiones quotidianæ, Rot. part. 10. recent. decis. 247. per tot.

Quòd debeat dari manutentio primo possessori, quando possessio aduersarij posterior declaratur attentata, vtpotè capta intra tempus ad appellandum, Rot. part. 11. recent. decis. 251. per tot.

Quomodo autem sit facienda liqoidatio fructuum attentatè perceptorum, per quem, & ex quibus iustificata dicatur, Rot. part. 11. recent. decis. 327. per tot. part. 12. decis. 60. num. 16. &c. part. 13. decis. 131. per tot. vbi qualiter attentans possit excusari à restitutione fructuum non perceptorum, & qui percipi potuerunt, & alia circa liquidationem illorum concludenter faciendam, & repositionem rei in pristinum statum, & part. 14. decis. 400. vbi quando expensæ maximè extraiudiciales non sint reficiendæ.

Attentata ex proprietate vocabuli, & re ipsa sapiunt de- 7
lictum, nam eo ipsò quòd quis attentat, ius, iudicem, & partem offendit, ac ideò diuersis pœnis attentantes puniuntur à lege, nempè nullitate actus, reductione ad pristinum statum vnà cum omnibus damnis, expensis, & interesse, spoliati non sunt restituendi, non præscribunt, non appellant, incurrunt pœnas in inhibitione expressas, etiam si sit Iudex qui attentet, nam & ipse tenetur, ac alias plures, quas latè vsque ad 26. enumerant, & declarant Lancellot. d. tract. part. 3. cap. 31. & vlt. per tot. Pac. Iordan. loc. sup. cit. num. 223. & seqq. per tot. fol. 237. vbi etiam inserit formulam sententiæ reuocationis attentatorum, quam sumpsit à Lancellot. d. tract. cap. 28. in fine, Rot. part. 9. recent. decis. 355. per tot. Leoncil decis. Ferr. 75. & decis. 152. vbi qualiter sint purganda vsqoe ad obulum, Thomat. decis. 166. vbi actualiter, & non verbaliter, cum refectione omnium expensarum, nec sufficit depositum vnius iulij.

Attentata non committuntur ex captura emanata pro- 8
pter superuenientem suspicionem fugæ, Duen. reg. 42. limit. 9. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 209. Gratian. discept. forens. cap. 906. num. 22. Leoncil. decis. Ferr. 48. num. 10.

Nec per hæredem vniuersalem capiendo possessionem bonorum defuncti, ad effectum continuandi in iure ipsius defuncti etiam lite pendente, Rot. part. 6. recent. decis. 73. num. 3. & seqq.

Attentata committuntur stante diuersitate caosarum, si 9
quid fiat in vna, & non in alia, à qua sit appellatum, & ex quibus huiusmodi diuersitas causarum cognoscatur, Gratian. discept. forens. cap. 914. num. 29. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 1. num. 89. fol. 223. Lancell. de attent. part. 2. cap. 12. limit. 7. per tot. vbi latè, & dixi in §. Inhibition... Merlin. decis. 51. num. 5. &c. & decis. 81. per tot. & decis. 91. decis. 334. Rot. part. 9. recent. decis. 364. num. 5. & seqq. Burat. decis.

decif.644. num.5. Gregor. decif.345. num.1. cum Addit. Rot. part.10. recent. decif.15. num.12. & seqq. & decif. 20. per tot. decif.54. num.13. &c. & part.11. decif.123. num.22. & part. 14. decif.324. Rot. part. 15. recent. decif. 192. vbi plura ad excludendam diuerſitatem rei actionis, & perſonarum, & inducendam identitatem rei, perſonarum, & connexitatem cauſarum, qua ſtante non ſufficit diuerſitas actionis ad euitanda attentata, & part. 16. decif.8. & decif.103. & part. 18. decif. 600. vbi ad concluſionem attentatorum, etiam deficiente vno ex dictis requiſitis.

Quod diuerſitas cauſarum inducatur ex mutatione rei, actionis, vel perſonarum, itavt ſufficiat vnam ex iſtis adeſse, Gratian. d. cap. 914. num.31. Rot. d. decif.364. part.9. recent. num.5. & seqq. & part.10. decif. 20. num.26. &c. vbi quòd non ſufficit diuerſa actio, quando adeſt identitas perſonarum, & rerum, & agitur coram alio iudice, vide Rot. d. part. 10. recent. decif.365. num.16. & seqq. per tot. & part. 12. decif. 79. num. 5. & seqq. part. 13. decif.181. num.5. &c. vbi quòd diuerſitas perſonarum non ſufficit ad euitandum attentata, quando lis nomine officij erat inſtituta, cùm in eodem ſtatu, & terminis ad ſucceſſores in officio tranſeat, & per illos quoque attentata committantur.

10 Attentata numquam committuntur quando conſtet de bono iure illius, qui prætenditur attentaſſe poſt inhibitionem, nam etiam ſi non fuerit reuocata inhibitio ſufficit quod de iure eſſet reuocanda, vide Lancellot. de attentat. part.2. cap.20. limit.2. num.8. & seqq. Rot. part. 3. diuerſ. decif.92. lib.1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 960. num. 14. ſupra num. 5. Peregrin. decif. 98. num. 10. &c. Rot. part. 6. recent. decif.284. num. 7. &c. vbi declarat procedere, quando adeò notoriè conſtat de bono iure attentantis, & de malo aduerſarij, vt nullo prorſus velamine offuſcari poſſit, aliàs autem ſecus ſi indigeat diſcuſſione, Rot. part. 17. recent. decif. 64. num.42. vbi non habentur in conſideratione attentata, ſi conſtet de bono iure attentantis.

Quòd non committantur poſt appellationem nulliter, & indebitè interpoſitam, etiam ſi à iudice fuerit admiſſa, quia ſufficit quòd non debuerit admitti, nec ideò ſint reuocanda, c. non ſolum vbi gloſ. in 3. not. de appell. in 6. Lancellot. de attent. cap.12. limit 53. num.1. & seqq. & num. 58. & 59. Merlin. decif. 42. num. 1. &c. Peregrin. decif. 98. per tot. vide tamen in §. Inhibitio num. 6. & 8. & §. Appellatio num. 14. in fine.

11 Attentata non committuntur ſi actus geſti ſint continuatiui ſtatus, & poſſeſſionis agentis, ſiue attentantis, quia iuris executio non continet iniuriam, c. 1. vbi Abb. & alij, vt lit. pend. Merlin. decif. 10. num. 1. & num. 21. & decif. 51. num. 3. decif. 334. num. 2. decif. 852. num. 9. Rot. part. 14. recent. decif.75. per tot. & decif.174. num.4. &c. vbi intelligit quando quis continuat eo modo, quo prius poſſidebat; ſecus autem ſi diuerſimodè vtatur poſſeſſione, vel ſi præcedat inhibitio, Lancellot. de attent. poſt inhibit. cap. 20. limit.9. & alibi ſæpè Poſt. obſeruat. 106. num. 16. Pontirol. inter Conſult. Vrceol. cap.30. num. 64. Pac. Iordan. Lucub. vol.3. lib.14. tit.14. num. 88. fol. 223. Card. Tuſch. litt. I. concl. 140. vide in §. Inhibitio num. 11. Ridolphin. in prax. part.2. cap.15. num.57. quia qui continuat, non attentat, ex regula vniuerſali, quam tamen quatuor modis limitat, & declarat, vide Rot. part. 9. recent. decif. 332. num. 21. & seqq. vbi quòd dicta regula intelligitur ſtante poſſeſſione valida, & non procedit ſi factum fuerit ſequeſtrum, & part.10. decif. 20. per tot. vbi an, & quando quis dicatur continuare, vel non, ad effectum excuſandi attentata, & alia.

Quòd continuans numquam dicatur attentare, Rot. part.18. recent. decif. 600. num.5.

Non tamen procedit continuatio ſi prima poſſeſſio ſit improba, Bich. decif.418. num.3.

Quòd non obſtante inhibitione generali non dicantur attentata illa, quæ fiunt conſecutiuè ad actum geſtum ante litem, quia dicta inhibitio generalis continuationem non impedit, Bich. decif. 331. num. 19. & seqq. vide in §. Inhibitio num. 11.

De regula, qui continuat non attentat, Bich. decif. 418. num.4. & decif. 582. num.3. Rot. part. 16. recent. decif. 187. num.5. & seqq. & part.17. decif.222.

Licèt attentata regulariter non dicantur illa, quæ facta fuerunt conſecutiuè ad actum geſtum ante litem, tamen ſecus eſſe, quando interceſſit inhibitio ſpecialis, quia ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda, vide Rot. part.10. recent. decif. 178. per tot. & part.14. decif.174.

Regula, qui continuat non attentat, debet intelligi de continuatione per viam priuatæ facultatis, ſecus ſi per viam iudicialem, quia tunc prætextus continuationis non excuſat ab attentatis, vt declarat Rot. part. 4. recent. decif. 342. n. 5. & part.10. decif.298. num. 26. Poſt. de manutent. obſeru. 1. num.91. Rot. d. part.10. decif.365. nu.4. & seqq. per tot. p.14. decif.432.

Non etiam excuſat vbi lis pendet ſuper ipſo articulo continuationis, quia tunc ne lis eluſoria reddatur continuare non licet, Rot. part. 11. recent. decif. 132. num. 8. &c. vbi plures allegat, & alia quando poſſint excuſari attentata, vel non, & decif.246. per tot. Duran. decif.191. num.6. decif. 240. num. 3. Coccin. decif. 252. 365. 380. 399. & 418. Rot. part.14. decif.432.

12 Attentata non dicuntur, nec reuocari debent, etiamſi fuerint commiſſa intra decem dies ad appellandum, ſi poſteà appellatio remanſit deſerta, cùm per deſertionem fingatur retrò numquam fuiſſe appellatum, vt benè probat pluribus exornans Sperel. decif. 85. num. 5. & seqq. per tot. Lancellot. de attent. in præfat. num.287. & cap.12. ampliat. 1. num.8. & limit.14. per tot. facit quod dixi in §. Res litigioſa, Rot. part.9. recent. decif.364. num. 19. vbi tamen loquitur de commiſſis poſt deſertionem, & part.13. decif.191. num.6. & seqq. vbi quod requiritur ſententia declaratoria deſertionis, vel malum ius appellantis ex actis apparens, aliàs inſtantia perpetuò durat, & committuntur attentata, etiam poſt 30. annos, & vltrà.

13 Attentata ceſſant ſi vigore nouæ prouiſionis fuerit capta poſſeſſio, quæ prætenditur attentata, nec etiam committuntur à tertio, qui non ſit in cauſa, nec à Principe, Caualer. decif.186. per tot. Lancellot. de attent. part. 3. cap. 29. num.59. & cap.30. num.250. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit.14. num.222. fol.236. vbi 40. caſus epilogat in quibus ceſſant attentata.

14 Attentata non poſſunt opponi poſt rem iudicatam, vel executionem, vide Lancellot. de attent. part. 2. cap. 12. ampliat.1. num. 16. & seqq. quem ſequitur Caualer. decif. 17. num.2.

Quòd poſſit attentatis renunciari, expreſsè, & tacitè, & ex quibus inducatur huiuſmodi renunciatio, ita vt non ſit amplius agendum de illorum reuocatione, & purgatione, Merlin. decif.863. Rot. part.6. recent. decif.102. num.1. &c. vbi quòd per acquieſcentiam partis, & proceſſum ad vlteriora intelligit attentatis renunciatum.

Et quòd ſicuti ante litem cœptam committuntur attentata, ita nec poſt litem finitam committantur, Pac. Iordan. Lucub. vol.3. lib.14. tit.14. num.93. fol.224.

Quòd per actus extraiudiciales, ideſt quando non fuit iudicialiter proceſſum non committantur attentata, etiam ſi poſſeſſio ſit capta poſt appellationem, & quando dicatur extraiudicialiter proceſſum in collatione beneficij, Merlin. decif.691. Rot. part.9. recent. decif.60. per tot.

15 Attentata prius cognoſci debent, antequam cognoſcatur de negotio principali, niſi partes aliter conſentiant, vel niſi aliter videatur iudici ex cauſa, Lancellot. d. tract. part.3. cap.30. num.187. 277. 208. & 222. Buratt. decif. 72. num. 4. Rot. coram Royas 1. Iulij 1648. penes Tondut. tract. de præuent. part.3. decif.4. num.1. & seqq. Paul. Chriſtin. decif. 39. vol.1. Merlin. decif.752.

Qualiter attentata ſint in primis & ante omnia reuocanda, maximè in ſpretum inhibitionis commiſſa, Buratt. decif.17. num.1. &c. decif.74. num.1. &c. Gregor. decif.465. Rot. in Piſana Sepulturæ 1. Iulij 1650. coram Bichio, penes Dian. in fine part.10. fol. mihi 469. Ridolphin. in prax. part. 2. cap.15. num.40. & seqq. per tot. vbi pluribus modis limitat, & latiùs Lancellot. d. cap. 30. num.178. & seqq. vbi caſus enumerat, in quibus attentata in primis & ante omnia non reuocantur, Paul. Chriſtin. decif. 108. vol. 6. Rot. part. 11. recent. decif.76. inf. num.21.

16 Attentata cenſentur magis priuilegiata, quàm ſpolium, & remedium c. reintegranda, ſuſpendunt quodcumque iudicium tam petitorium, quàm poſſeſſorium, & ideò ſunt ante omnia tollenda, & reuocanda vnà cum omnibus expenſis, damnis, & intereſſe, Marcheſ. de commiſſ. part.2. num.8. & seqq. cum alijs per Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. num.36. & seqq. fol.219. & latiùs num. 202. & seqq. fol. 233. & num.212. & ſequentibus, Card. Tuſch. litt. A. concluſ.543. &c

Plura

Plura de attentatorum priuilegijs, & illorum reuocatione, vide per Lancellot. *de attent. part. 3. per tot.* vbi 29. priuilegia refert cum 13. ampliationibus, & 40. limitationibus, in quibus attentata ante omnia non reuocantur, quæ summatim colligit Pac. Iordan. *d. tit.* 14. *num.* 212. *& seqq. ad* 223. *fol.* 234. *supra num.* 4. Paul. Christin. *decis.* 108. *n.* 11. *& seqq. vol.* 6. vbi refert 12. prærogatiuas attentatorum.

17 Attentata remanent purgata ex cessione etiam verbali possessionis instrumentalis, vbi fructus non sunt percepti, Caualer. *decis.* 138. *num.* 1. *supra num.* 6. Bich. *decis.* 534. *& decis.* 592. *num.* 9. vbi quòd attentans teneatur reficere omnia damna, & expensas tàm iudiciales, quàm extraiudiciales vsque ad obulum, ac etiam fructus non tantùm perceptos, sed etiam eos, qui percipi potuerunt, idem Bich. *decis.* 651. *per tot.* vbi quando sufficiat renunciatio, vel non.

An, & quando per renunciationem, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 235. *num.* 3. *& seqq. & part.* 13. *decis.* 75. *num.* 6. *&c.* vbi quòd opus est speciali mandato, nec sufficit renunciatio, nisi etiam reficiantur expensæ, damna, & interesse passa, realiter, & cum effectu, ita vt non sufficiat oblatio cum deposito vnius iulij, & latius *d. part.* 13. *decis.* 80. *per tot.* vbi quòd sunt reficiendæ omnes expensæ etiam extraiudiciales, damna, & huiusmodi, veluti fructus, &c.

18 Attentata non reuocantur in primis & ante omnia, stante clausula *summariè, & de plano*, cuius vigore potest iudex cognoscere super meritis, omissis emergentibus, & incidentibus, vide Lancell. *de attent. in præfat. num.* 45. cum alijs per Gratian. *decis.* 197. *num.* 16. *&c.*

Multos casus, in quibus attentata in primis & ante omnia non reuocantur enumerat Lancellot. *de attent. part.* 3. *cap.* 30. *num.* 178. *& seqq.* Merlin. *decis.* 91.

19 Attentata pendente appellatione à definitiua sunt ipso iure nulla; attentata verò pendente appellatione ab interlocutoria, non sunt ipso iure nulla, sed veniunt reuocanda cognito de meritis causæ, nisi fuerit inhibitum, quia tunc sunt nulla ipso iure, cùm sequuta inhibitione iudex dicatur habere manus ligatas, nec possit amplius in causa procedere, Magon, *decis. Luc.* 23. *num.* 8. *&c.* vide Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 1. *& cap.* 20. *limit.* 23. Marant. *part.* 6. *sextæ part. prin. quæst.* 1. *num.* 196. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 14. *num.* 25. *fol.* 218. *& num.* 164. *& seqq. fol.* 228. Tusch. *litt. A. concl.* 547. vbi quando attentata non reuocentur ante omnia.

20 Attentata probari debent per testes vndique idoneos, & nullam exceptionem patientes, Duran. *decis.* 427. *num.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 251. *num.* 3. vbi cùm sapiant delictum requiritur plena probatio, *& part.* 13. *decis.* 197. *num.* 4. *&c.*

Quid probandum sit à petente reuocationem attentatorum, Mascard. *de probat. vol.* 3. *concl.* 278. *per tot.*

Quòd detur remissoria ad probandum attentata, Mascard. *de probat. concl.* 147. Tusch. *litt. A. concl.* 549. *num.* 2. Intellige quando testes essent de remotissimis partibus, vel cessante omni suspicione calumniæ, aliàs secus, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 261.

Attentata autem dicuntur probata eò ipsò, quòd petens illorum reuocationem probat rem de qua agitur possedisse de tempore litis motæ, & ad præsens illam aduersarium detinere, seu occupare, Rkdolphin, *in prax. part.* 2. *cap.* 15. *num.* 88. vide latè Mascard. *de probat. concl.* 146. *& seqq.* vbi plura de probatione attentatorum.

Non sufficit præsumptio, quòd ille dicatur attentasse, cuius commodo attentata cedunt, vbi constat cuius nomine facta fuerunt, secus autem si de hoc non constet, Bart. *in l. de pupillo §. si quis ipsi num.* 19. *ff. de nou. oper. nunciat.* Rot. *part.* 3. *recent. decis.* 550. *num.* 2. *&c. & part.* 9. *decis.* 251. *num.* 1. *& seqq.*

Dicuntur tamen attentata commissa etiam sine mandato, eò ipsò quod sciens, illis non renunciat, nam dicitur ratificare, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 115. *num.* 1. *& seqq. vide in §. Ratificatio num.* 34.

21 Attentata non videntur reuocanda de æquitate vbi agitur de exhumatione cadaueris, quia corpora mortuorum non sunt sic tractanda, seu trasmutanda de loco ad locum, & quodammodo turbanda, & inquietanda, Genun. *cap. non solum § illa vero num.* 14. *de appellat. in* 6. Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 13. *num.* 8. Gramat. *decis.* 82. *num.* 3. cum alijs per Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 76. *num.* 4. *&c.* vbi tamen declarat procedere tantùm si ageretur de exhumatione attentata in spretum litis pendentis, secus autem quando fuerunt commissa attentata in spretum præcedentis inhibitionis Rotalis, etiam soli procuratori intimatæ, si intercessit tantum tempus, vt potuerit suos principales certiorare, nam tunc sunt omninò reuocanda, si non quoad restitutionem cadaueris, saltem respectu expensarum, & aliorum, quæ sunt cadaueris consequutiua, nec etiam semper sub prætextu æquitatis denegatur cadaueris restitutio, & idem est in alijs casibus, in quibus in primis & ante omnia non essent reuocanda attentata, nam si præcessit inhibitio veniunt omninò reuocanda, Vestr. *in prax. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 9. & alij citati per Rot. *d. decis.* 76. *quæ est in Pisana Sepulturæ* 1. *Iunij* 1650. *coram Bichio*, in causa cadaueris Lelij Talentonij Auditoris olim Serenissimi Magni Ducis in Ciuitate Liburni, *vide supra num.* 15. *& in §. Cadauer num.* 4. *&* 12. *§. Ecclesia nu.* 18. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 348. *& decis.* 429.

Attentare, vel innouare non dicitur, etiam post præce- 22
ptum à iudice emanatum, ille qui reficit opus, vel ædificium collapsum, nisi pristinam faciem mutet, quia ædificium collapsum potest reparari, & refici prout antea erat, Thomat. *decis.* 179. *per tot.* vbi de refectione camini, vide in §. *Aedificium num.* 17. *& §. Nunciatio num.* 6. *&c.*

Attentata non committuntur post emanatam commis- 23
sionem causæ, etiam vtraque parte informante, nisi impetrans illa vtatur, nam ante vsum dictæ commissionis non est fundata iudicis iurisdictio, nec lis pendere dicitur, cùm rescriptum habeat tacitam conditionem quatenus impetrans eo vti velit; quid in commissione auocatoria, vel pendente recursu, & alia ad rem, Bich. *decis.* 384. *&* 595. *per tot.* & plura ad excusationem attentatorum, idem Bich. *decis.* 440. *per tot.*

De attentatis, quando committantur, quomodò sint reuocanda, & purganda vltrà alios iam citatos, vide etiam quos allegat Ægid. de Castejon. *in alphabet. iurid. verb. Attentata*, Camil. Capuc. *in Praxi tom.* 1. *part.* 3. *cap.* 4. *per tot.* Laurent. Vesel. *concl.* 160. *per tot.* Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Attentata fol.* 139. vbi refert alios Auctores materiam tractantes, vide in primis *Addit. fol.* 627. *&c.*

Attentata commissa post appellationem, non obstante 24
renunciatione appellationis, adhuc remanent sub lege attentatorum, & saltem officio iudicis reuocari possunt, quia renunciatio operatur solum, ne postea gesta sint attentata, non autem tollit ea, quæ ante renunciationem appellationis fuerunt commissa, Bich. *decis.* 404. *per tot.*

Attentata committuntur si pendente lite ciuili, à colliti- 25
gante introducatur iudicium criminale in alio Tribunali, & sunt reuocanda, atque in totum purganda cum refectione omnium damnorum, expensarum, & interesse vsque ad nunimum quadrantem ab accusatore, vel instigatore ipsi fisco adhærente, ita vt, nec possit recusari sub prætextu, quod talis purgatio non ab eo, sed à fisco dependeat, quia si admitteretur ista excusatio, cuilibet pateret aditus criminaliter vexandi collitigantem, nec sufficiat renunciatio querelæ, sed omnia damna, vt supra, sint reficienda pro attentatorum purgatione, ad latè tradita per Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 29. *& decis.* 221. *per tot.* in eadem causa, vbi fuit confirmata prima decisio, facit quod dixi in §. *Causa num.* 9.

Attentata commissa ab vxore, & marito simul, dicun- 26
tur sufficienter purgata ex parte vxoris per dimissionem rei; ex parte verò viri est necessaria restitutio fructuum, & expensarum, ac ita esse intelligendam clausulam, *purgatis attentatis*, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 294. *num.* 11. *& seqq.* vbi etiam in fine, quòd Rota solet à reuocatione attentatorum abstinere, quoties viget iusta causa eidem benè visa.

Attentata committuntur si capiatur possessio intrà de- 27
cem dies ad appellandum datos, & sunt reuocanda, saltem per viam nullitatis, etiam post desertam appellationem, & rem iudicatam; intelligendo vbi agitur de executione obliqua, & indirecta, puta de captione pignoris pro debito pecuniario, vel de excommunicatione, vt quis pareat iudicato, secus autem vbi agitur de executione directa, qualis est actualis possessio, nam ista reuocatur etiam per viam nullitatis, quando sententia transiuit in iudicatum propter desertionem appellationis, Lancellot. *de attentat. cap.* 12. *amplias.* 1. *num.* 1. *& seqq.* Burat. *decis.* 77. *num.* 3. *&* 4. & benè declarat Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 414. *per tot.* vbi quòd sublata appellatione tollitur suspensio iudicati, & executio firma remanet, quæ licèt malè facta non reuocatur ad euitandum circuitum, cum de nouo esset

facien-

facienda, secus in executione obliqua, & indirecta per rationem differentiæ ibi explicatam.

§. AVGMENTVM. XLVII.

1 Augmentum dotis factum vxori à marito habet eadem priuilegia, & hypothecas, quas habet dos ipsa, & si maritus promisit illud restituere ipsi mulieri, vel eius hæredibus illud amittit, & mulier transmittit ad suos hæredes etiam viuente viro, Addit. ad Pract. Papp. *act. qua vx. agit ad dot. & vsumfr. glos.* 3. *num.* 22. *litt. L.* vide Honded. *cons.* 48. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 498. *n.* 13. *&c.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. cap.* 20. *tit.* 1. *num.* 3. *&c.* Caualer. *decis.* 546. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 705. *num.* 1. *& seqq.* vbi quòd imò donatio propter nuptias ab aula recessit, & dicitur verè dotis augmentum, quod etiam censetur per mulierem assignatum secundo viro, vt dixi in §. *Mulier n.* 25. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 7. *glos.* 1. *per tot. fol.* 356.

Imò quòd huiusmodi augmentum dotis factum à viro, vel ab alio ex parte viri mutet naturam dotis, nec illius habeat priuilegia, sed cadat in donationem propter nuptias, vide Natt. *cons.* 253. *num.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 172. *num.* 21. *cap.* 690. *per tot. & cap.* 862. *num.* 3. Michalor. *tract. de fratr. part.* 1. *cap.* 29. *num.* 15. *& sequentib.* Merlin. *decis.* 80.

Multa de augmento dotis an habeat eadem priuilegia, an possit fieri constante matrimonio, an præsumatur de bonis viri, an præiudicet creditoribus mariti, & alia vide per Gratian. *decis.* 213. *per tot.* cum Addit. Paul. Christin. *decis.* 128. *num.* 3. *vol.* 4. Peregrin. *decis.* 141. *per tot.* Rot. post Salgad. *Labyrint. credit. decis.* 22. *num.* 23. *& seqq.*

An præiudicet creditoribus mariti, vide Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 13. *num.* 28. & dixi in §. *Confessio num.* 9. *&c.* Peregrin. *decis.* 141. *per tot.*

Quòd preiudicet creditoribus futuris etiam factum ab ipso marito, itaut etiam si alternatiuè sit stipulatum sibi, patri, vel filijs post mortem vxoris, non possit amplius ipse maritus, vel pater de illo disponere, vel aliis obligare in præiudicium filiorum, pulchrè Caualer. *decis.* 546. *per tot.*

Quòd mortuo marito vadat ad illius hæredes, & non ad mulierem, nisi aliter fuerit conuentum, vide Thes. *decis.* 46. *num.* 7. Caualer. *decis.* 353. *num.* 4.

2 Augmentum dotis factum à marito cùm non sit dos, sed donatio propter nuptias iuxta prædicta, non censetur per mulierem datum in dotem secuodo marito, quamuis eidem censeatur dedisse dotem, quam primo dederat, Gratian. *discept. forens. cap.* 172. *num.* 22. *cap.* 254. *num.* 65. *& cap.* 498. *num.* 20.

Quòd imò augmentum dotis censeatur datum in dotem secundo viro, videtur admittere idem Gratian. *cap.* 583. *num.* 24.

Et an augmentum dotis in secundo matrimonio, spectet etiam ad filios primi, ita vt sit æqualiter diuidendum inter filios vtriusque matrimonij tamquam patrimonium matris, cui filii vterini æqualiter succedunt, exclusis aliis mariti filiis, Rot. per Farinac. *decis.* 255. *per tot.* vbi fuit affirmatiuè resolutum, cùm per statutum non esset derogatum dispositioni *l. hac edictali C. de secund. nupt.* vide in §. *Dispositio num.* 9. *&* §. *Diuisio num.* 15.

3 Augmentum dotis significat dotem fuisse constitutam, cùm non possit esse augmentum dotis sine dote, ne detur accessorium sine principali, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 316. *num.* 3. *&c.*

An, & quando augmentum dotis cadat sub dispositione, *l. hac edictali C. de secund. nupt. vel non*, Rot. *part.* 11. *recent. in Append. decis.* 368. *num.* 34. *& seqq.* Rot. per Farinac. *decis.* 255. *per tot.*

4 Augmentum dotis constitutum à Socero, qui dotem recepit à nuru, videtur ipsi nurui donatum, ita vt non possit in filii partem imputari in diuisione tamquam res de bonis alterius, prout argumentatur Thesaur. *decis.* 46. *num.* 1. *& seqq. vbi tamen num.* 4. *& per tot.* contrarium decidit, nempè esse conferendum, & in eius partem, & legitimam imputandum tamquam donatio propter nuptias, per *text. in l. vt liberis C. de collat. & in l. quoniam nouella C. de inoff. test.*

Quòd vbi agitur de augmento dotis, in contractu non sint necessariæ solemnitates statutariæ, Altograd. *cons.* 34. *num.* 8. 9. *&* 31. Gratian. *discept. for. cap.* 647. *num.* 17. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 106. *num.* 3.

5 Augmentum dotis promissum in aliquod certum tempus, non debetur mortua muliere interim antè aduentum illius, quia soluto matrimonio non dicitur amplius propriè dos, & cum non sit dos, non est etiam cui accedat augmentum, & consequenter non debetur, cùm qualitas adiecta verbo regulanda sit secundùm tempus verbi, de quo vide Rimin. iun. *cons.* 600. quem sequitur Bardellon. *cons.* 79. *num.* 22. *&c. lib.* 1. facit Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 90. vbi quòd constitotum in casu superuiuentiæ vxoris, debetur, etiam si per horas tantùm superuixerit, & transmittitur ad hæredes, & rursus in eadem causa fuit confirmata *d. part.* 13. *decis.* 195. *per tot. & decis.* 530. *per tot.*

Contrarium, vide per Ruin. *cons.* 225. *num.* 6. *lib.* 1. quem sequitur licèt non ex professo Surd. *decis.* 29. *num.* 9. quoad principalem conclusionem.

Qualiter valeat augmentum dotis factum in recompensationem iuuentutis, nel nobilitatis, dixi in §. *Donatio num.* 6. *&c.* Rot. *d. part.* 13. *decis.* 530. *num.* 16. *& seqq.*

6 Augmentum, vel diminutio pretii bonorum ex cursu temporis an cedat commodo, vel incommodo possessoris, siue potius creditorum, vide in §. *Emptio*.

Et quid in casu euictionis, an sit restituendum pretium de tempore contractus, siue euictionis sequutæ quando cursu temporis fuit auctum, vel diminutum, vide in §. *Euictio*.

Quid in iure offerendi, vide in §. *Oblatio*.

Quid in calculanda legitima, vide in §. *Legitima num.* 14. & latè Mangil. *de imput. quæst.* 9. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 7. *per tot.*

7 Augmentum debet esse eiusdem qualitatis cum suo principali, cui accedit, & sit cum omnibus suis qualitatibus, ac venit cum rebus simpliciter, ac indefinitè donatis, seu remissis, Barbos. *de Axiomat. iur. Axiom.* 34. *per tot.* Tusch. *litt. A. concl.* 555. *&* 556. facit Christin. *decis. Belgic.* 167. *vol.* 1. vbi de augmento legati Merlin. *de pign. lib.* 3. *quæst.* 14. *num.* 147. *& seqq.* vbi quid si proueniat ex diuersa causa, & effectu.

8 Augmento pensionis peti potest ob magnam, & insolitam vbertatem, sicuti ob insolitam sterilitatem petitur remissio, vt damni, & lucri eadem sit ratio, vide in §. *Locatio*, *&* §. *Remissio*.

9 Augmentum, vel diminutio hæreditatis, an cedat commodum, vel incommodo respectiuè hæredis, vel legatariorum, vide latè Gratian. *discept. forens. cap.* 165. *per tot. & cap.* 646. *per tot.*

Et an spectet ad fideicommissarium, idem Gratian. *cap.* 751. *num.* 31. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 95. vbi quòd spectat ad fideicommissarium, quando verba testamenti fauore omnium augmenti ordinationem ostendunt,

Quòd augmentum prædictum spectet ad creditores, quibus sunt debita corpora hæreditaria, & ipsa in obligatione, idem Gratian. *cap.* 766. *num.* 43. Merlin. *de pign. lib.* 2. *quæst.* 43. *& lib.* 4. *quæst.* 197. vbi plura quando augmentum pignoris cedat ad fauorem creditorum.

Quòd augmentum patens, & separatum contingens circa rem legatam non veniat in legato, secus autem in augmento intrinseco, Peregrin. *decis.* 61. *num.* 10. *&c.*

Quòd augmentum contingens in re legata cedat legato quando agitur de re ipsius testatoris legata, secus autem si agatur de re aliena legata, quæ post testamentum fuerit à vero domino aucta, nam tunc augmentum illius rei non auget legatum, *l. si ex toto*, vbi Ias. *ff. de leg.* 1. *l. chorus* §. *area ff. de leg.* 3. Vasq. *de success. lib.* 1. §. 10. *num.* 101. *& num.* 162. *vide in* §. *Legatum num.* 56.

10 Augmentum valoris monetæ circa bonitatē intrinsecam, vel extrinsecam, cuius commodo cedat an debitoris, vel creditoris, an debeat attendi de tempore contractus, solutionis, traditionis, vel sententiæ, & alia, Arismin. Tepat. *var. sentent. tit.* 163. *per tot. dixi in* §. *Moneta num.* 1. §. *Mutatio num.* 1. *&* §. *Valor num.* 8. in quibus locis plures alios allegaui, & resolui.

11 Augmentum dotis factum Ecclesiæ, vel Capellæ absque necessaria fundatione, vel dotatione formali, non sufficit ad acquirendum iuspatronatum, sed seruit tantùm pro eleemosyna, an faciens dicitur benefactor, & non fundator, *c. filij* 16. 9. 7. *glos. in c. piæ memoriæ verb. Patronum* 16. 9. 7. Lambert. *de iurepatr. lib.* 1. *part.* 1. *quæst.* 6. *art.* 2. Coccin. *decis.* 106. Caualer. *decis.* 159. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 96. *num.* 28.

num.28. vide in §. Iuspatronat. vbi quando sufficiat ad acquirendum etiam iuspatronatus.

Quando tamen augmentum est pro medietate, iuspatronatus acquisitum non dicitur ex priuilegio, nec cadit sub reuocationibus Concilij, & alia, Rot. *part. 13. recent. decis. 492. num.7. &c. & decis.514. num.12. &c.*

12 Augmentum dotis, vel additamentum, seu id quod datur pro supra dote ab ipsa muliere marito, habet naturam ipsius dotis, ita vt maritus faciat fructus suos ex eo perceptos, sicuti ex ipsa dote, cùm augmentum sit eiusdem naturæ, cuius est principale, cui accedit, Rot. *part. 13. recent. decis.271. num.12. & seqq. per tot.*

13 Augmentum dotis factum sorori à fratre minore, etiam cum solemnitatibus statutarijs, non debetur, quia frater ad illud non tenebatur, ac ideò contractus, & iudicis decretum tamquam ex falsa causa interpositum ipso iure corruunt, nõ obstante etiam ratificationem per viam transactionis facta, quæ eodem nullitatis vitio laborat, Rot. *part. 15. recent. decis.193. & part.17. decis.331.* in eadem causa vbi fuit confirmata prima decisio.

Augmentum focularioru m in noua numeratione, an spectet ad Barones, vel ad Regium fiscum, quid de augmento feudi, & functionum fiscalium, & huiusmodi, Thoro *Compend. decis. Neap. part.1. verb. Augmentum, & part. 2. eod. verb.*

14 De augmento hæreditatis, ex industria hæredis, cui cedat, Franch. *decis.61.* & alij relati à Thoro *loc. cit.* vbi etiam de augmento temporis, an cedat in beneficium emptoris, vel venditoris.

15 Augmentum pretij rei dotalis mulieri assignatæ, an cedat in beneficium mulieris, vel creditorum, vide Thoro *Compend. decis. Neap. part.3. verb. Augmentum.* Multa de augmento pretij beneficio temporis, cuius commodo cedat in hoc, & alijs similibus casibus, Io: Thore *de success. in Maiorat. & Primog. Ital. part.2. quæst.65. num. 12. & seqq.*

16 De augmento vt non operetur diminutionem antiqui, idemque ius sit de augmento, quod de ipsa re, cui fit, & alia, vide per DD. citatos ab Ægid. de Castejon. *in alphabet. iurid. verb. Augmentum,* Laurent. Vrsel. *conclus.* 170. & Com. August. Fontan. *in Biblioth. leg. part.4. fol.* 142. Io: Torre *d. tract. part. 2. quæst. 23. num. 32. &c.* vbi quod res principalis est separata ab augmento, nisi aliter constet de voluntate disponentis, & quando augmentum censeatur vna, & eadem res cum re principali, idem Torre *d. part. 2. quæst.60. num.20.*

§. AVXILIVM. XLVIII.

1 AVxilium in delictis aut est proximum, & cooperatiuum, aut remotum; proximum, & cooperatiuum præstatur ante delictum, scienter arma comodando, delinquentem instruendo, assistentiam promittendo, consulendo, & similia, vel in ipso delicto, admenando, assistendo, aut aliter cooperando, vel post delictum ad euadendum, & occultandum delinquentem, & his omnibus casibus si fiat cum præcedente tractatu, & deliberatione, puniuntur auxiliatores eadem pœna, qua ipsi principales delinquentes secundùm qualitatem delicti, iuxta illud *agentes, & consentientes eadem pœna tenentur;* si verò auxilium sit remotum, & sine præcedente tractatu, & deliberatione, auxiliatores tenentur non eadem pœna, sed alia mitiori arbitrio iudicis, vel de eo quod fecerunt, *l.1. & l. fin. C. de his qui lat.* Bart. *in l. in furti §. ope num. 2. ff. de furt.* Clar. & Baiard. *§. fin. quæst.90.* Menoch. *de arbitr. cas. 349. per tot. & cas. 350. per tot.* Farinac. *q.* 130. 131. & 132. *per tot.* vbi etiam Vulpin. *in fuco,* Guaz. *ad def.33. cap.10. per tot.* vbi dat plures modos, & cautelas defendendi huiusmodi auxiliatores, Sperel. *decis.108. num.2. & seqq. per tot.* vbi de auxilio cooperatiuo, proximo, & remoto, Card. Tusch. *litt. A. conclus. 569. & 570. per tot.* Petr. Cabal. *resol. crim. cas.192. per tot.* Bonifac. *de furt. §.3. num.63. & seqq.* dixi in meis resol. *cap. 20. num. 19. & seqq. & cap.64. num.7. & 8.* in Pract. §. *Delicti nu.27.* ac alibi, adde Surd. *de aliment. tit.8. priuil.78.* vbi an puniatur qui delinquentem alit post delictum, Ricc. *Collect.* 580. & 4189. Boer. *decis. 167. & 262.* Sanfelic. *decis.* 30. vbi de vxore scienter domum accomodante ad necem viri, vt teneantur eadem pœna, *& decis.36.* vbi de auxilio præstito in furto an, & quando puniatur eadem pœna, vel mitiori, de quo Nouar. *in Pragm. Collect.111.*

Plura de accomodante arma, scalas, domum, & huiusmodi ad delinquendum, quale auxilium dicatur præstare, & qua pœna sit puniendus, Conciol. *resol. crim. verb. Arma resol.5. & 6. per tot.* & de associante post delictum, latè idem Conciol. *verb. Associatio resol.1. & 2. per tot.*

Quòd præstans opem ex præuio tractatu, & deliberatione in delicto, pari pœna puniatur cum principali delinquente, nisi deliberatio esset adeò repentina, vt non posset dici vera animi destinatio, vel nisi principalis esset aliàs de se facturus, nam his casibus mitiùs punitur auxiliator, sicut etiam si sit minor, & quando certus est occisor, vel si delictum non fuit consummatum in actu auxilij præstiti, vt latè probat, ac decisum fuisse testatur Laurent Matthæu Sanz. *de re crim. contr.16. per tot.* licèt ipse dicat calculum posuisse pro pœna ordinaria, stante præcedente tractatu, & deliberatione, nec suffragante minori ætate in atrocioribus, vel atrocissimis, vt erat ille casus homicidij, & latrocinij, vide in §. *Minor num.2.*

De assistente alicui delicto an, & qua pœna puniatur, Conciol. *resol. crim. verb. Assistentia resol. vnic.*

Quòd rogatus ire cum amico non puniatur si iuit, & amicus ille occidat suum inimicum in itinere obuiàm factum, Marsil. *in l. si quis obrepserit nu.8. ff. de fals.* Menoch. *de arbitr. cas.314. num.15. & latius in cap.349. nu.6.* Sperel. *decis 64.* vide in mea Pract. §. *Delicti num.28.*

Intellige si ignorauit, & dum potuit, recessit, aliàs tenetur de associatione, Baiard. ad Clar. *d. quæst.90. num.24.* Auxilium enim non dicitur absque dolo, & scientia, Boer. *decis.176.* Nouar. *d. Collect.111. num.2.*

An autem quis præsumatur casu adfuisse delicto, vel scienter, & dolosè, vide Cabal. *d. cas.192. num.5. & seqq.* in meis resol. *cap.20. num.20.* & dixi in §. *Homicidium,* Mascard. *de probat. concl.159. per tot.*

An associatio post delictum præsumatur ignoranter, & non dolosè facta, & an associans possit torqueri super tractatu, & scientia, vide Conciol. *resol. crim. verb. Associatio resol.1. num.5. & seqq. & resol.2. per tot.* vbi firmat regulam pro tortura, nisi aliud resultet ex coniecturis, vt ibidem latè declarat, & facit quod dixi infra num.9.

Plura an, & quando puniantur, & qua pœna assistentes alicui delicto, Baiard. ad Clar. *d. quæst. 90. num. 12. & seqq.* Bertachin. *in Repert. verb. Auxilium per tot.* Barz. *decis.*138. Nouar. *Pragm. Collect.111.*

Qualiter possit probari auxilium fuisse præstitum, & ex quibus arguatur latè Marcel. Cala *de mod. art. & prob. §. 2. glos. vn. num.1224. & seqq.*

Quòd auxilians amico rixanti, si interficiat aduersarium non sit pœna ordinaria puniendus, Peguer. *decis.14. num.21.* vbi fuit damnatus ad triremes per decennium: intellige tamen in pura rixa, & cessante præmeditatione.

Auxilium præstans delicto, cuius qualitatem ignoret, 2
an ex eo possit excusari à pœna ordinaria licèt det operam rei illicitæ, & sic videatur teneri de omnibus inde sequutis, latè Sperel. *decis.64. per tot.* vbi de eo qui ignoranter opem præstiterat in delicto læsæ maiestatis, & concludit non priuari immunitate Ecclesiastica, quicquid aliàs concurrente scientia qualitatis delicti tam principales, quam alij complices in criminibus exceptis beneficium immunitatis amittant, licèt Bulla Gregoriana de illis expresè non loquatur, vide in §. *Assassinium num. 8. & §. Immunitas num...* facit quod dixi in §. *Cautio num. 22. in fine,* Matthæu. Sanz. *de re crim. controu. 9. num. 15.* vbi quòd qualitas delicti debet esse nota auxiliatori, vt puniatur pœna ordinaria principalis.

An autem, & quomodo quis præsumatur auxilium delinquenti præstitisse, & possit probari, vide Mascard. *de prob. concl.159. per tot.*

Auxiliatores, vt puniri possint pro auxilio præstito debet 3
prius constare expresè de delicto principalium, Boss. *tit. de delict. num.34. & seqq. vbi etiam num.* 51. quod debet constare aliter quàm per contumaciam, quia contumacia vnius cæteris non nocet in §. *Contumacia,* & latè Farinac. *quæst.3. num.4. &c.* Conciol. *verb. Mandatum resol.6. & verb. Auxilium resol.* 1. vide in §. *Mandatum num.27.*

Imò practicari, & optimam esse practicam quòd sequuta condemnatione contra principales cõtumaces, vel etiàm ea nondum sequuta, procedatur eodem modo contra auxiliatores, & mãdantes nulla facta distinctione, an aliter quàm per contumaciam constet de delicto principalium, testatur Clar. §. *fin. q.90. vers. scias etiam in fine,* Farinac. *q.3. n.5. &c.*

Menoch.

Menoch. *de arbitr. caſ.*349. *num.* 13. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3.*lib.*14. *tit.*2.*num.*313.*fol.*133. Card. Tuſch. *litt. C. concl.*1020. *n.*32. *&* 33. dixi in mea Pract. §. *Delitti n.*32.

Sufficit enim conſtare de mandatario, vel principali delinquente ad effectum prædictum, per indicia ſufficientia, quibus fuit inquiſitus, & proceſſatus, & illum nominari mandanti, vel auxiliatori inquiſito, cùm non poſſit contra aliquem de mandato inquiri, niſi in inquiſitione exprimatur nomen mandatarij, vel alterius principalis delinquentis, vt poſſit inquiſitus ſe defendere, vt latè explicat Farinac. *d. quæſt.*3. *num.*5. *& per tot.* Conciol. *reſol. crim. verb. Auxilium reſol.* 1. *per tot.*

Sed ego pluries vidi procedi contra mandantes, & illos condemnari, vel torqueri etiam quòd mandatarij eſſent incogniti quando aliàs conſtabat de corpore delicti, puta homicidij, vel vulnerum per Sicarios, vel mandatarios ignotos commiſſi, & contra mandantes extabant legitima inditia, quam praxim damnare non auſim, ne in vita delicta remaneant impunita.

5 Auxilium præſtitum per nuncios ſcienter portantes litteras, vel ambaſciatas de homicidio committendo, illo ſequuto punitur eadem pœna in ipſis nunciis, qua puniuntur principales delinquentes, Genua cum pluribus ab eo citatis *de ſcript. priuat. lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 11. *& ſeqq. fol.* 126. Cabal. *reſol. crim. caſ.*243. Sperel. *deciſ.* 108. *num.* 10. facit quod dixi in mea Practica §. *Intromiſſioni*, vbi de iure] municipali Status Etruriæ.

An autem auxilium præſtans occidenti cum archibuſio, puniatur eadem pœna, qua ipſe principalis delinquens, vide Ricc. *Collect.*3563. vbi negatiuè concludit, cùm qualitas archibuſii, quæ aggrauat delictum in principali, non adſit in auxiliatore, & ex aliis rationibus, in terminis Pragmaticæ Neapolitanæ, quæ etiam deſeruire poſſunt in terminis legis municipalis Florentiæ, de qua dixi in §. *Affectus num.*5. Thoro *Compend. deciſ. part.*2. *verb. Pragm. de ictu Sclopet.* Merlin. *contr. forenſ. cap.*47. *per tot.* vbi defendit partem negatiuam, Mut. *ad Pragm.* 41. *de arm. prohibit. nu.* 98. vbi loquendo de mandante tenet partem affirmatiuam, quòd huiuſmodi Pragmaticæ punientes ſimilia delicta concernunt fauorem publicum, & hanc partem videtur amplecti, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*7. §. 12. *&* 13. *num.*50. Anton. de Ballis *tract. var. lib.*5. *tit.*41. *num.*10. *fol.* 232. Merlin. Pignatel. *contr.*47. Niſi fuerit auxiliator æquè principalis delinquens, & ex præmeditatione, quia quando dolus eſt conſimilis, æqualis etiam debet eſſe pœna, Matthæu Sanz. *de re crim. contr.*34. *num.* 43. *& ſeqq.* ac ità ſcio fuiſſe ſæpè ſeruatum per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, & ſignanter de anno 1671. 2. Auguſti contra Petrum Ioannem de Florentiola, licèt poſtea fuerit controuerſa iuſtitia dictæ ſententiæ ab eodem Petro de anno 1679. de menſe Nouembris, poſtquam fuit liberatus à triremibus, ad quas ex gratia fuerat tranſmiſſus, & fuit reſolutum cum dicta diſtinctione, vt in Giornali 657. a.

6 Auxiliatores, & ſe intromittentes in rixa inter plures ex vtraque parte ad fauorem vnius partis, licèt videantur pluribus perſonis auxilium præſtare, vnica tantùm pœna tenentur, cùm ad vnum tantùm delictum opem præſtiterint licèt pluribus perſonis, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 280. *per tot.*

Et qualiter puniantur quoquomodo ſe intromittentes in rixis aliorum in ſtatibus Etruriæ, dixi in mea Praxi §. *Intromiſſioni per tot.*

Quòd auxiliatores criminoſi non poſſint eſſe teſtes pro delinquente, quando ſecus, & quale indicium faciant, Maſcard. *de probat. concl.*158. *per tot. vide in* §. *Socius num.* 47. *& ſeqq.* vbi plura notabilia inuenies.

7 Auxilium, & fauorem præſtantes in duello, vel ſe quoquomodo gerentes in eo puniuntur eadem pœna, qua ipſi duellantes vigore Bullarum Pontificalium Clementis VIII. Pii IV. ac Gregorii XIII. & Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.*29. & alia de duello quando dicatur commitți, vel non, Hieron. Gabriel. *conſ.*178. *num.*25. *&c. vol.*2. Plot. *de in lit. iuran.* §. 42. *num.* 3. *&c.* Farinac. *conſ.* 9. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Luc.* 11. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 60. *num.* 66. Iacob. de Caſtil. *tract. de duell. in princ.* Io. de Lignan. *eod. tract. in princ.* Guaz. *de confiſc. bon. concl.*13. *ampliat.* 89. *per totum*, Nouar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 76. Card. Tuſch. *litt. D. concl.*805. *& ſeqq.* DD. *in cap. Monomachiam* 2. *quæſt.*3. *in l.* 1. *C. de gladiator. lib.*11. Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. num.*70. *& ſeqq. ad* 85. P. Stephan. de Neapol. *de principijs iur. & iuſt. part. lib.*1. *cap.*18. Dian. *reſol. moral. part.* 3. *tract.*6. *reſol.*1. vbi plura notabilia Farinac. & Vulpin. *in ſuco quæſt.*119. *inſpect.*1. dixi in Pract. §. *Duelli per tot.* vbi de lege municipali Florentiæ, & eius interpretatione.

Auxilium qualiter ſit præſtandum officialibus perſequentibus bannitos, & furuſcitos, & an, & quando poſſint excuſari tale auxilium non præſtantes, Marcel. Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *gloſ. vn. num.* 875. *& ſeqq.* vbi quòd excuſantur primò ſi non fuerit promiſſum, & conſtitutum ſalarium, ſed hoc eſſet durum obtinere, & fatetur ipſe cum reclamaſſet ex hac cauſa fuiſſe bis carceratum. Secundò ratione periculi euitandi, vt quia eſſet multitudo magna latronum, quibus non poterat reſiſti. Tertiò, ſi officiales habebant per ſe ſufficientem familiam, & homines. Quartò, ſi erant infirmi, aut ſenes, Doctores, vel medici, nam cùm tales ſint immunes à muneribus perſonalibus, debent etiam à dicto auxilio præſtando excuſari, facit quod dixi in §. *Vniuerſitas num.*2. & in Pract. §. *Banditi num.* 3. *&c.* vbi qualiter vigore legum municipalium ſtatus Florentini teneantur omnes auxilium præſtare pro capiendis bannitis, & aſſaſſinis, quæ tamen leges poſſent rectè interpretari iuxta prædictas excuſationes, excepta prima, quæ non eſt vſu recepta, facit latè idem Cala *d.* §. 2. *gloſ. vn. num.* 1145. *& ſeqq.* vbi plura de modo probandi negligentiam Vniuerſitatis in capiendo malefactores, & quando ipſa Vniuerſitas, vel eius homines excuſari poſſint. 8

Vbi qualiter ſit præſtandum auxilium officialibus perſequentibus bannitos, Adde Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 3. *per tot.* vbi allegat Farinac. *quæſt.*103. *nu.* 15. Pereyra *de manu Reg. cap.*3. Capiblanc. *de Baron. tom.* 2. *Pragmat.* 19 *cap.*95. *& cap.*99. & alios idem tenentes.

Auxilium præſtans coniuncto ſuo poſt delictum in occultando, vel receptando excuſatur ratione coniunctionis ſanguinis, quæ tollit præſumptionem participationis, maximè ſi receptans ſit bonæ conditionis, & famæ, & nulla inter eum, & offenſum intercedat inimicitia, vt ex pluribus probat Sanfelic. *deciſ.* 343. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi ampliat etiam in crimine læſæ Maieſtatis, vide ſupra num. 4. Conciol. *reſolut. crim. verb. Aſſociatio reſolut.* 1. *&* 2. vbi plura an, & quando aſſociatio poſt delictum ſit punibilis, vel non, quæ requirantur, an poſſit aſſocians torqueri ſuper tractatu, & ſcientia, & alia notabilia, *& in verb. Delictum recol.* 10. vbi de occultante delinquentem, arma, cadauer, & huiuſmodi, Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.*8. *num.*130. *&* 131. *fol.*227. *vide in* §. *Fuga num.* 1. *in fine*, Conciol. *reſolut. crim. verb. Aſſociatio reſolut.* 1. *per tot.* vbi quòd aſſociatio delinquentis poſt delictum ad effectum euadendi à Curia ſcienter, & doloſè facta, & cum præcedente tractatu, vel aſſiſtentia cum armis in ipſo delicto, punitur eadem pœna cum principali delinquente; his verò ceſſantibus punitur pœna extraordinaria mitiori, vel nulla, ſi non ad effectum euadendi à manibus curiæ, ſed ne offenderetur ab inimicis, vel alio priuato, vel ignorando delictum commiſſum, vel ſine armis, & per breue ſpatium, vel non ad malum finem, ſed ne alia committeret, vel quando non aderant birruarii parati ad capiendum, vel aſſociatio non eſt facta ad locum tutum, vel ſi delictum in principali non ſit punibile, nam his caſibus non eſt punibilis, vt ſingillatim pluribus citatis probat Conciol. *loc. cit.* 9

Auxilium præſtitiſſe delinquenti præſumitur ille, qui aſtitit armatus propè delinquentem, etiam ſi arma nullo modo tractauit, vel euaginauit, vel depoſuerit, vel etiam ſi ſteterit procul, & à longè reddendo tamen audaciorem offendentem, & timidiorem inſultatum; ſecus ſi præſentia fuerit caſualis, prout in dubio præſumitur, & non ex animo, & propoſito, nam tunc non dicitur auxiliator, nec punitur, ſicut etiam non punitur quando incertus eſt vulnerans, cùm neſciatur cui auxilium præſtiterit, vel non aſtitit vt maleficio faueret; an teneatur eadem pœna cum principali etiam pro qualitate aggrauante delictum, & alia, latè Maſcard. *de probat. concl.* 159. *per tot.* & Bertachin. *in Repert. verb. Auxilium*, Conciol. *reſol. crim. verb. Aſſiſtentia per tot.* 10

Auxilium vbi fuit ſimplex, & ex eo delictum non fuit auctum, & ſic quando auxilium non fuit cauſa principalis delicti, quod etiam ſine eo ſequutum fuiſſet, non debet pœna mortis puniri, licèt agatur de delicto pœna mortis in principali delinquente digno, Gramat. *conſil.* 45. *num.* 41. Iaſ. *conſil.*137. *cum duobus ſeqq. vol.*1. Cepol. *conſ.* 27. *num.*9. 11

Salyc. *in l. 1. C. de rap. virg.* Cacheran. *decis. 79. num. 61.* facit quod dixi in §. *Consilium num. 2. & 4.*

12 Auxilium præstans amico rixanti si interficiat aduersarium, non tenetur pœna ordinaria homicidij, quia quando pro defensione alterius siue coniuncti, siue etiam extranei auxilians, & sic qui non erat principalis in rixa alium occidit videtur præter intentionem agere, & non præsumitur habuisse animum occidendi, Grammat. *cons. 68. n. 4.* Clar. §. *Homicidium vers. item locum*, Peguer. *decis. 14. num. 21. & num. 22.*

Quod est intelligendum cessante præmeditatione, & dolo, vt notat Barard. ad Clar. *loc. cit.* vbi etiam loquitur quando fuit occisus aggressor, & vide Menoch. *de arbitr. cas. 324.* Boer. *decis. 83.* vbi etiam quando fuit occisus mediator, & alia ad rem.

13 Auxilium legis frustra implorat qui in legem commisit §. *tria onera Instit. de excusat. tut. l. spadonem §. fin.* & Ias. *in l. si verò num. 7. ff. de excusat. tut.* Thom. Triuis. *decis. 21. num. 7.* Farinac. *quæst. 41. num. 49.*

14 Auxilium, siue remedium ordinarium facit cessare extraordinarium, quando per ordinarium est plenè consultum, & agitur contra eosdem, & non contra diuersos, Bart. *in l. & melius col. 1. in fine ff. de minor. & in l. in prouinciali ff. de oper. non. nunciat.* Bellamer. *decis. 422.*

15 Auxilium præstans furto an sit condemnandus ad restitutionem, & alia plura in materia furti dixi in §. *Furtum n. 6. & seqq.*

Auxilium delicto an præstare dicatur, qui audito rumore rixæ accurit fortè ad sedandum, vulnerandum, detinendo à tergo per spatulas, si interim sic impeditus non potuit se defendere, sed per alia vulnera fuit ab aduersario occisus, vt sæpè contigit, fuit disputatum Neapoli anno 1631. vt refert Thoro *compend. decis. Neapol. part. 3. in verb. Auxilium*, vbi quòd per magnam C.V. fuit condemnatum ad remigandum per decennium, & ad interesse partis, sed interposita appellatione in S. C. fuit decisum vt torqueatur, & adhibita tortura, quia non fuit confessus, liberatus remansit in forma.

Auxilium præstans ad osculandum violenter mulierem, 16
an teneatur pœna ordinaria dicti delicti, vide Clar. *quæst. 89. & 90.* aliosque citatos à Thoro *compend. decis. Neap. part. 3. verb. Auxilium*, vbi videtur concludere pro media pœna, & sic cùm pœna ordinaria contra principalem esset mortis per capitula Regni, *& Reg. Pragm.* fuit auxiliator condemnatus per septennium ad remigandum.

Alia an, & quando puniatur auxilium præstans ad delin- 17
quendum, vide per Gomez. *lib. 3. var. cap. 3. & 5.* Giurb. *cons. 4. 7. 42. 68. & 85.* Cabal. *resolut. crim. cas. 273. & 280.* Laurent. Vrsel. *concl. 175. per tot.* & me cum alijs citato Com. August. Fontana *Biblioth. legal. part. 4. fol. 149. vide in primis Addit. fol. 628.* Cyriac. *contr. 105.*

Finis Libri Primi.

MAR-

MARCI ANTONII SABELLI I. V. D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER SECVNDVS.

De littera B.

§. BANNVM. I.

1 BAnnimenta ſtatus Eccleſiaſtici imponentia pœnam vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum contra exonerantem ſclopum cum offenſione alterius intelliguntur de offenſione per tactum corporis, nec ſufficit offenſio facta in veſtibus, Guazz. *ad def.29. cap.2. num.12. & in tract. de pace, & treg. part.1. quæſt.52. num.4.*

In ſtatu tamen Florentino vigore banni ſub die 2. Septembris 1579. eſt impoſita pœna furcarum, confiſcationis bonorum, infamiæ, & aliorum præiuditiorum etiam ſi nulla ſequatur offenſio, imò etiam ſi non fuerit ſequuta exoneratio quando deuentum fuit ad actum proximum exonerandi, qui dicitur ex recepta interpretatione *il Sgrilettamento, vide in §. Affectus num.5.* Conciol. *reſol. crim. verb. offenſio reſol.2. & verb. Statutum reſol.1.*

2 Banna prædicta punientia pœna mortis, & alijs prædictis exonerantes ſclopos contra aliquem animo offendendi, non habent locum quando aggreſſus id faceret pro ſua defenſione, cùm non intelligantur tollere naturalem, & legitimam defenſionem, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.88. per tot.* dixi in meis reſol. *cap.20. num.15. &c. vide in §. Aggreſſio.*

3 Banna imponentia grauiores pœnas, quàm faciat ius commune dicuntur edita potius ad terrorem, quàm ad cominatæ pœnæ executionem, & ideò non ſunt extendenda, ſed ſtrictè interpretanda, imò iudex poteſt ex aliqua cauſa recedere à dictis pœnis rigoroſis, Bertach. *in Reper. verb. Bannum num.25.* cum alijs per Guazz. *def.29. cap.2. num.23.* vbi dicit non eſſe inhærendum Gramat. *deciſ. 36. num. 1.* dum dicit eſſe ad vnguem ſeruandam, nam ſummum ius, ſumma iniuria, quod ego intelligerem in his, quæ non ſunt de ſui natura mala, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.34. num.11. & ſeqq.* vbi in terminis delationis armorum, vt pœnæ rigoroſæ ſint ad terrorem, & executioni non mandentur.

4 Banna prohibentia conuerſationem cum bannitis, intelliguntur de illis, qui eos recipiunt, fouent, alunt, & celant, non verò de illis, qui ſimpliciter alloquerentur, vel etiam conuerſationem haberent extra ſtatum bannientis, dummodò non ſit doloſa, & ad malum finem, vide Guazz. *def.29. cap.2. num.22. & ſeqq.* Tuſch. *litt. B. concl.2. per tot.* facit quod dixi in §. *Aduocatus*, §. *Statutum puniens*, & §. *Bannitum*, & in mea Pract. §. *Banditi per tot.* vbi plura de legibus municipalibus Etruriæ, Conciol. *reſol. crim. verb. Bannitus reſol. 1. 2. & 3.* vbi plura ad excuſationem huiuſmodi imputatorum.

5 Banna non ligant remotis officialibus, qui illa fecerunt, niſi iterùm publicentur, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 542. num.18. & 19.* Sperel. *deciſ.14. num. 20. &c.* vbi loquitur de bannimentis Epiſcopi, quæ morte illius finiuntur, exceptis conſtitutionibus Synodalibus.

Quòd ego intelligerem de bannis prouiſionalibus nomine officialium publicatis, ſecus ſi ſub nomine Principis, quæ ſunt perpetua, niſi aliter ſit cautum, vel fuerint reuocata.

De quibus autem poſſit Officialis facere bannimenta, Tuſch. *litt. B. concl.3. per tot. & concl.6.*

6 Banna pœnalia de non extrahendo bladam, & victualia de Territorio non ligant forenſes ibidem bona poſſidentes, quin poſſint extrahere ad illorum domos fructus recollectos, nec etiam laboratores forenſes, quin eorum portionem aſportare poſſint, Theſaur. *deciſ.152. per tot.* Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.14. per tot.* Farinac. *in fragment. litt. B. num.44. & ſeqq.* Cyriac. *contr.* 109. Ioſeph. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.42. num.32. & ſeqq. vide in §. Statutum prohibens alienari, &c. num.10.* & in mea Pract. §. *Eſtrazione num.20. & per tot.* vbi plura in materia extractionum prohibitarum vigore bannimentorum ſtatus Florentini, &c. Gibalin. *d. vniuerſ. negot. lib.1. cap.7. conſect.6. fol. mihi* 202. Anton. de Ballis *tract. var. lib. 4. quæſt.* 3. Conciol. *reſol. crim. verb. Statutum reſol.2.* Franc. de Angel. *tract. de confeſ. lib.2. quæſt.81.* vbi etiam qualiter conſtare debeat de corpore delicti, & alia plura in materia extractionum.

Quòd huiuſmodi banna ſint valida, & alia pro illorum intelligentia, Ricc. *Collect. 762. 3356. & 3541.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.87. & 88.*

Sicut etiam non ligant portantes per tranſitum, Cabal. *reſol. crim. caſ.129. in fine*, Alex. *conſ. 86. vol.4.* Stracc. *de Mercatur. part.4. num.48. & 49.* Marſil. *conſ. 136. num. 14.* Proſper Rendell. *tract. de vinea, & vino fol. 79. col. 1. verſ. aduerte.*

Quòd in qualibet prohibitione ſemper intelligatur tranſitus exceptuatus, niſi ſit expreſsè prohibitus, licèt etiam valdè ſit controuerſum an tranſitus poſſit prohiberi ceſſante damno, & præiudicio Ciuitatis, & Ciuium, latè in terminis falſæ, vel prohibitæ monetæ, ſalis, armorum, & huiuſmodi rerum prohibitarum, Raydald. *Syntax rer. crim. cap.5. §.4. ad 5. num.15. & ſeqq. dixi in §. Princeps num. 49. §. Gabella num.9. §. Arma num.10. in Addit.*

Verùm quia tranſportans monetam aliquo reſpectu falſam, vt quia ſit cuſſa fortè cum inferiori liga, vel ſigno, & nomine alterius Principis, vel alia ratione prohibitam in loco, poſſet de facili pœnitere, & inuenta occaſione expendere, non eſt tutus ab omni moleſtia, & pœna, ſed poteſt carcerari, vt reddat rationem vbi fuerit cuſſa moneta, & de alijs ad tradita per Montan. *de Regal. §. Et dimidium num. 4.* Rouit. *Pragm. 10. de extract.* Manſ. *conſ. 271. tom.3.* & alios citatos per Raynald. *vbi ſup. num.26. & ſeqq. per tot.*

An autem vt intret pœna commiſſi ſit neceſſaria realis apprehenſio, vel ſufficiat probatio per teſtes, vel alijs legitimis modis facta, quòd merces illicitæ fuerint exportatæ, vel extractæ, ſiue introductæ, contra prohibitionem, dubitant DD. ſed pro vera reſolutione conſideranda ſunt verba prohibitionis, nam ſi ſit prohibita extractio, vel introductio ſimpliciter, nulla requiritur apprehenſio, ſed ſufficit alia probatio, maximè quando lege cauetur vt poſſit procedi per inquiſitionem; ſi verò lex diſponat contra extrahentes, vel introducentes inuentos cum mercibus, tunc neceſſaria eſt apprehenſio, Peguer. *deciſ. 57. per tot.* Gamma *deciſ. 172. cum Addit.* Capyc. Latr. *deciſ. 78. num. 1. &c.* Sanfelic. *deciſ.43.* Guaz. *defenſ. 5. cap.8. num.1. & cap.9. num.4.* Anrun. Portug. *de donat. Reg. lib. 3. cap.34. num.13.* facit quod dixi in §. *Arma num.8. & §. Statutum puniens num.6.*

Alia plura in materia commiſſi, & an res licitæ aſportatæ cum illicitis cadant in commiſſum, cum ſimilibus quæſtionibus, idem Portugal. *d. cap.34. per tot.* Boer. *deciſ. 178.* Bobadil. *Polit. tom.2. lib.4. cap.5.* Florid. Mauſon. *tract. de contrabann. per tot.* Strac. *de Mercat. part.4. num.28.* Maſſin. *de confiſcat. quæſt.26.* Sixtin. *de Regal. lib.2. cap.6. num. 122. & ſeqq.* Salzed. *de contrab. cap.16.* vbi plenè, & vide in §. *Gabella num.25. & ſeqq. §. Vecturales num.1.*

Item non ligant ruſticos, vel laboratores aſportantes

eorum maſeritias, etiam cum duobus de vno ſtatu ad alium ex cau[illegible] urationis prædiorum, vt me proponente reſolutum ſuit per Magiſtratuum DD. Octo Baliæ Virorum de anno 1675. in cauſa Florentiolæ contra Franciſcum Antonij, & approbatum à S. C. in filcia negotiorum ſub num. 1465.

Nec etiam aſportantes pro vſu proprio, vel familiæ, Sperel. *deciſ.* 13. *num.* 17.

Et quamuis contrarium ſeruetur de conſuetudine, vt teſtatur Clar. §. *fin. quæſt.* 52. *ſtat.* 7. *num.* 4. tamen hoc caſu talia banna non obligant in foro conſcientiæ, idem Sperel. *d. deciſ.* 13. *num.* 18. *& in fine*, *& deciſ.* 12. 13. *&* 14. *per tot.* vbi latè probat non comprehendere perſonas Eccleſiaſticas, nec illarum bona; dummodò tamen non extrahant pro mercantia, quia hoc caſu in odium negotiationis illis prohibitæ tenerentur ſoluere ſolitam gabellam, vt probat idem Sperel. *deciſ.* 35. *num.* 45. *& deciſ.* 94. *per tot.* vbi quando dicantur extrahere pro mercantia, vel non ad effectum prædictum, Ciarlin. *contr. for. cap.* 31. *per tot. vide in* §. *Clericus num.* 46. Dian. *part.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 43. vbi quando extrahentes victualia de ſtatu Eccleſiaſtico incurrant excommunicationem Papæ reſeruatam, dixi in §. *Statutum prohibens alienari &c. num.* 10.

Sed quòd dicta banna de non extrahendo comprehendant etiam foreniſes laicos data illorum ſcientia, teſtatur de magis communi opinione Sperel. *deciſ.* 13. *num.* 21. vide Clar. & Baiard. §. *fin. quæſt.* 82. *Sat.* 7. Paul. Chriſt. *deciſ.* 2. *volum.* 2.

Non tamen recedendum puto à ſuprafirmata concluſione in ſuis terminis.

Quòd banna de non inducendo vina extera, comprehendant ciues poſſidentes vineas extra territorium, ne poſſint vinum inducere, non tamen Clericos (niſi ex ordinatione Epiſcopi, quoad amiſſionem vini, ſed benè conductores laicos eò quòd vinum alienum conducant, Bald. *conſ.* 198. *lib.* 2. Gram. *deciſ.* 100. Rendell. *d. tract. fol.* 78. *col.* 2. *verſ. Statuto cauetur, &c.*

Quòd bannimenta generaliter non ligent ignorantes, & quando præſumatur ignorantia, vel ſcientia, Tuſch. *litt. B. concl.* 4. *per tot.*

Stante ſtatuto prohibente granum, vel quid aliud aſportari extra territorium, poſſe condemnari deprehenſos in itinere, etiam ſi extra fines territorij non peruenerint, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 64. *num.* 8. *vol.* 3. Ioſeph. Ludouic. *deciſ.* 80. Gomez. *var. reſol. tom.* 2. *cap.* 2. *nu.* 7. Petr. Gregor. *Syntag. iur. lib.* 25. *cap.* 4. *& ſeqq.* Boer. *deciſ.* 178. *num.* 30. *& ſeqq.* vbi benè diſtinguit.

Quando committatur extractio, & quomodo probanda vt poſſit puniri, Ricc. *Collect.* 3356. latè Cæpol. *in repert. l. ſi fugitiui C. de ſer. fug. num.* 65. *& ſeqq.*

7 Banna prohibentia armorum delationem non habent locum, quando delatio eſſet ad perſecutionem bannitorum, niſi deferens hoc ſimulauerit ad alium malum finem arma deferendo, quod ex coniecturis erit iudicandum, & ſemper eſt præſumptio contra deferentem arma, niſi probet ſe ad talem finem licitum, & tali animo detuliſſe, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 55. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 574. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Regn. Collect.* 21. *& ſeqq. vide in* §. *Arma num.* 14. Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 1. *tit.* 41. ne deferantur ſcopettæ *fol.* 231. *num.* 3. vbi quòd illa pragmatica cùm non loquatur expreſsè de Officialibus, illos non comprehendit; & quòd ſi ſcopetta non ſit perfecta, & apta ad offenſam, non dicitur ſcopetta, Bertazzol. *conſ.* 74. *lib.* 1. Bolognet. *conſ.* 25. ſed in hoc vltimo fuit ſæpè contrarium ſeruatum Florentiæ, quia clara ſunt bannimenta comprehendentia etiam partes, vt dixi in praxi §. *Archibuſi.*

An comprehendant Clericos, dixi in §. *Clericus num.* 65.

Item non habent locum quando quis vteretur armis ad ſui, vel alterius defenſionem in caſibus à iure permiſſis, nam permiſſa defenſione videtur permiſſum omne id, ſine quo illa fieri non poteſt, intelligendo quando illa ſumeret de domo, apotheca, vel latere alterius ad dictum effectum, & ſic eſſet delatio momentanea, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 62. *per tot.* *& caſ.* 88. *in fine.*

Secus autem ſi illa ex ſe deferret ſine licentia, Farinac. *quæſt.* 108. *num.* 68. *&c.*

An dicta banna comprehendant foreniſes, vide Farinac. *d. quæſt.* 108. *num.* 105. *& ſeqq.* Guaz. *de confiſcat. bon. concl.* 13. *ampliat.* 88. *in fine*, dixi in §. *Forenſis num.* 1.

Quòd dicta banna in Regno Neapolitano quantumcumque generalia non comprehendant miniſtros, familiares, aliosque officiales, Magni Admirati, eiuſque Magnæ Curiæ, Sanfelic. *deciſ.* 419. *num.* 13. *& ſeqq.* ex quo poſſet inferri etiam Florentiæ ad Miniſtros Primarios Sereniſſimi Magni Ducis, maximè criminales arbitrio S. C. S. facit quod dixi in Pract. §. *Rettors num.* 31. & in hoc opere §. *Arma num.* 11.

Quòd banna per Principem ſupremum edita non extendantur ad loca baronalia niſi expreſsè dicatur, & in eis fuerint publicata, nec deſunt tenentes non poſſe Principem facere banna, quæ comprehendant ſubditos feudatariorum habentium terras emptas ſanguine, & pretio, licèt contrarium ſit verius facta expreſſione, & publicatione, vt ſupra, Raynald. *Syntax. rer. crim. Procem.* §. 11. *num.* 1. *& ſeqq.* vide Ant. Gob. *Conſult.* 101. *per tot.* vbi quòd eſt plantare, & ſerere in fundo alieno, cùm pœnæ, & mulctæ, ac confiſcationes ſpectent ad inueſtitum, &c.

8 Banna, quòd præſentans, vel occidens bannitum poſſit ſe ipſum vel alium à banno, in quo eſſet condemnatus redimere, qualiter intelligantur, & locum habeant, dixi in §. *Bannitus*, *&* §. *Statutum dans præmium*, & in mea Practica §. *Banditi*, *&* §. *Premij per tot.* vbi plura, maximè de obſeruantia vigore bannimentorum in Statibus Etruriæ.

9 Banna prohibentia venationem, aucupationem, ſeu piſcationem in aliquo loco procedunt, etiam quòd contrafacientes facerent animo donandi Principi, vel Domino prohibenti; non tamen haberent locum quando venationes fierent de animalibus ferocibus, vt leonibus, lupis, & alijs humanæ naturæ nociuis, imò tali caſu poſſent etiam de iure geſtari arma aliàs prohibita, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 253. *per tot. vide in* §. *Princeps num* 41.

Quoad arma intellige vt ſupra nu. 7. & dixi in mea Pract. §. *Armi num.* 38.

Quæ autem ſint animalia prohibita capi, & occidi vigore bannimentorum in ſtatibus Etruriæ, vide in d. Pract. §. *Animali num.* 1. §. *Banditi*, *&* §. *Caccia per tot.*

10 Bannum ſtatus Florentini de anno 1556. contra Sicarios mandato alterius delictum committentes accepto premio, quando locum habeat, vel non, vide Petr. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 289. *per tot. dixi in* §. *Aſſaſſinium*, §. *Statutum puniens*, & in mea Pract. §. *Aſſaſſini*, *&* §. *Sicari per tot.*

Alia vide in §. *Lex*, *&* §. *Statutum*, & per Bertachin. *in Repert. verb. Bannum.*

De banno, quo mediante quis citatur, vel diffidatur pro delicto, quid ſit, quid continere debeat ad ſui validitatem, & alia ad rem, Zuff. cum alijs ab eo citatis in Annotat. ad Conſtit. Barber. *poſt tract. de legit. num.* 165. *& ſeqq. fol.* 395.

11 Banna de reuelando delinquentes ſub pœna (extra caſus hæreſis, & læſæ Maieſtatis) non comprehendunt Medicos, procuratores, aduocatos, & alios, qui ſecretè, vel ſub ſecreto ſciunt, colonos, ſeruos, famulos, filios, vxores, & ſimiles, qui tenentur defendere; nec habentes notitiam tantùm poſt publicationem; nec vbi immineret periculum mortis, non valentes probare, qui non tenentur accuſare, ſed benè ſimpliciter denunciare, vel admonere, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 4. *num.* 73. *& ſeqq. & num.* 161. *& ſeqq. per tot.* vbi latè an comprehendant etiam perſonas Eccleſiaſtica actiuè, & paſſiuè, & alia ad rem; licèt plura ex prædictis non benè ſeruentur in practica, ſaltem quoad vexationes facti, & pœnas arbitrarias leuiores ordinarij; & non comprehendere eos, qui ſciunt factum ab ipſo delinquente ſub ſecreto, niſi ex taciturnitate magnum ſequatur damnum, Riminald. *conſ.* 327. *lib.* 3. quem refert, & ſequitur Raynald. *loc. cit. cap.* 7. §. 9. *&* 10. *num.* 34. *&* 35. *vide in* §. *Delictum num.* 12.

12 Alia de diuerſis bannis, Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *verb. Bannum*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. part.* 4. *fol.* 152.

13 De bannis pluribus publicandis, & ſeruandis tempore peſtis, & contagij, Cardin. Gaſtald. *tract. de auert. & profligan. peſt. Polit. legal.* in diuerſis locis indicatis in *Repert. verb. Edicta*, ac alibi.

14 Banna, ſiue proclamata perpetui ſilentij contra prætendentes iura ſuper certis bonis, ſi illa in termino ſtatuto non deduxerunt, vt dixi in §. *Emptio num.* 25. qua ratione ſint introducta, quid operentur, & quæ pro illorum vali-

validitate sint seruanda, quos comprehendant, vel non, & in specie an personas Ecclesiasticas, de quibus dixi in §. *Clericus num.* 53. An aliquis possit audiri contra huiusmodi sententias saltem ex gratia Principis, & alia ad rem, plenè Ant. Gob. *Consult.* 51. 52. 53. *&* 54. *per tot. & Consult.* 112. *per tot.* vbi an possit dari de nullitate ex defectu publicationis in loco, tempore, & super re proclamata, &c.

§. BANNITVS. II.

1 Banniti de iure communi non possunt impunè offendi, nec occidi, secus autem stantibus statutis per totam fere Italiam, quorum vigore permissum est illos occidere etiam tuta conscientia, dummodò fiat bono zelo iustitiæ, & non ex aliqua priuata causa, vel odio particulari, siue sint condemnati ex magna, siue leui causa, intelligendo de condemnatis in pœnam vitæ, & quamuis statuta loquerentur simpliciter de offensione, sunt intelligenda etiam de totali occisione, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 61. *num.* 5. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *per tot.* Farinac. & Vulpin. *in suco quæst.* 103. *per tot.* vbi latissimè Paul. Christin. *decis.* 152. *num.* 8. *volum.* 2. Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 386. *vers. Est obseruandum*, P. Manar. *in Nott. malencon. interrogat.* 94. *fol.* 156. vbi citat Molin. & Bonac. inferendo quòd cum sint in continuo periculo mortis, possunt à quocumque Sacerdote etiam non approbato, & etiam à casibus reseruatis, ac censuris, prout alii existentes in periculo mortis, absolui.

Omnia sub hoc numero contenta, me pluries citato cum aliis modernis sequitur Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 56. *num.* 9. *& seqq. per tot.*

An possint Banniti occidi tuta conscientia, & alia plura ad rem, tradit Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 2. §. 4. *per tot.*

Qualiter probetur quem esse bannitum, vt possit iure occidi, vel non, Mascard. *de probat. conclus.* 162. *per tot.*

2 Banniti tanquam inimici publici stantibus dictis statutis possunt ob omnibus offendi etiam cum fraude, pactis, & aliis conuentionibus, imò data pecunia per assassinium, & proditoriè, Cabal. *resol. crim. cas.* 220. *num.* 40. *&c.* P. Manar. *d. interrogat.* 94. *in fine fol.* 158. Farinac. *d. quæst.* 103. *num.* 26. *&c. & num.* 107. *& seqq.* Cabal. *de omn. gen. homicid. num.* 59. *& seqq. & num.* 406. *& seqq. & num.* 529. *&* 579. *&c.* Franch. *decis.* 276. Dian. *part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 25. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 386. *vers. Est obseruandum*; quicquid dicat Menoch. *de arbitr. d. quæst.* 90. *num.* 48. *&* 49. esse puniendum homicidam, qui ob pecuniam acceptam, vel proditoriè bannitum occidit, Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 64. *num.* 47. *& seqq.* vbi quòd necans bannitum veneno punitur tanquam vetus homicida insidiosus, & proditorius, ac ità communiter in Praxi seruari, & citat Cabal. *de homicid. num.* 579. & Farinac. *quæst.* 103. cùm tamen contrarium teneant vt supra, vide in §. *Venenum num.* 13. & contrà Menoch. vt possint occidi proditoriè etiam mediante veneno, aliis citatis probat Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 56. *num.* 8.

Quòd dicti banniti non habentes saluum conductum dicantur in continuo mortis periculo, & ob id possint tanquam moribundi absolui ab omni peccato, & censura per quemcumque Confessarium, Dian. *part.* 5. *tract.* 3. *resol.* 64. *vide in* §. *Absolutio num.* 29.

Non tamen potest bannitus sibi ipsi manum inferre, & seipsum occidere, vt benè probat Menoch. *de arbitr. cas.* 284. *num.* 31. *& seqq.*

An, & quando banniti possint impunè offendi, vel receptari, latè Tusch. *litt. B. concl.* 17. *&* 19. *per tot. & litt. S. concl.* 467. *& seqq.* vbi de pluribus statutis permittentibus bannitos impunè offendi, & qualiter intelligantur, de quibus plenè etiam Clar. & Baiard. in §. *Homicidium*, & alibi prout in *Repert. verb. Bannitus*, Gizzarel. & Addent. *decis.* 13. *& decis.* 23.

Quòd sicuti possunt impunè occidi ita etiam possint in bonis damnificari, nec illis competat actio, Ioseph. Ludou. *decis. Perus.* 11. *num.* 17. *& seqq.* de quo tamen vide Peregr. *de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7. & Ciarlin. *contr.* 161.

3 Banniti cancellati à banno, sed iniustè, ac nulliter, sine causa, vel per non habentem auctoritatem, possunt adhuc impunè offendi, quia habentur pro non cancellatis, Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *num.* 23. *& seqq. & cas.* 283. *num.* 2. *&c.* Farinac. *d. quæst.* 103. *num.* 100. *& seqq.* Duen. *reg.* 68. *per tot.* vbi etiam tradunt de aliis similibus casibus infra num. 28.

Et idem est dicendum quando essent legitimè cancellati, & non appareret cancellationis instrumentum, vel gratia, vel si essent liberati à banno, sed de liberatione non appareret in libro bannitorum, cùm his casibus probabilis ignorantia excuset occidentem à parte ordinaria homicidij, non tamen ab extraordinaria arbitrio iudicis imponenda pro modo, & qualitate negligentiæ, siue culpæ in melius perquirendo veritatem, Menoch. *d. quæst.* 90. *num.* 34. *& seqq. & cas.* 283. *num.* 2. *&* 3. Farinac. *quæst.* 103. *num.* 79. *& seqq. ad* 100. vbi vide.

4 Banniti possunt ex forma statutorum id permittentium ab omnibus offendi, & occidi, etiam si occidens id ignoranter agat, vt quia nesciret occisum esse bannitum, vel etiam si esset rebannitus, sed non cancellatus, vel iniustè, & indebitè cancellatus, vel licèt occiderit alium bannitum, vel etiam si occisus esset iniustè bannitus, siue nondum bannitus, sed de proximo banniendus, vt latè probat Duen. *reg.* 68. *cum nonem ampliat.* Farinac. & alij supracitati videndi.

An, & quando occidens bannitum gratiatum, sed nondum ex albo deletum possit puniri, & qua pœna, Caluin. *de æquit. lib.* 3. *cap.* 297. *per tot.* vbi distinguit inter scientem, & ignorantem, vt sciens puniatur pœna ordinaria, ignorans verò, vel dubitans pœna extraordinaria, vel nulla quando fuerit omninò in bona fide, facit quod dixi in §. *Gratia*.

An autem stante dicta ignorantia banni debeatur præmium aliàs occidentibus, vel capientibus bannitos concessum, videtur negare, Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *num.* 22. Cabal. *cas.* 274. *& cas.* 287. *num.* 23. *&c.* cum ignoranter egens non mereatur.

Sed in contrarium quòd imò debeatur etiam præmium non obstante ignorantia videtur inclinare, Cabal. *d. cas.* 287. *num.* 50. Guaz. *def.* 18. *cap.* 1. *num.* 17. & optimè probat Farinac. *d. quæst.* 103. *n.* 30. *& seqq.* vide in §. *Præmium n.* 8.

5 Banniti nondum, sed de proximo banniendi, quando sunt notoriè delinquentes, & iam sunt lapsi termini defensionum, ac vbi esset pœna ipso facto imposita, & ideò omninò certum, esse de proximo banniendos, habentur pro bannitis, ita vt illos occidens non incidat in pœnam, Cabal. *resol. crim. cas.* 275. *num.* 12. *& seqq.* vide Baiard. ad Clar. §. *Homicidium num.* 197. Farinac. *quæst.* 103. *num.* 123. *& latius num.* 225. *& seqq. in limit.* 22. *per tot.* & in meis resol. *cap.* 93. *num.* 23. *&c.* Fulu. Maioran. *in Opoprax. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 60. *& seqq.* vbi quòd non publicata sententia debet occisor puniri, quia cùm simus in odiosis, & per alias rationes proximè banniendus non potest haberi pro bannito, etiam si esset notorius delinquens, vel pœna esset ipso iure imposita, quia opus est declaratione, aliàs occisor punitur.

Quicquid aliàs cessantibus prædictis qualitatibus contrarium esset dicendum secundùm Ias. *in l. si qua mulier nu.* 23. *C. de Sacros. Eccl.* Card. Tusch. *litt. A. concl.* 83. *num.* 38. cum alijs per Barbos. *de Axiomat. iur. Axiom.* 6. *in fine*.

Debent enim vltra contumaciam esse iam in banno positi, & tam de proximo condemnandi, vt omninò certum sit non posse amplius comparere, ac nullam eis competere defensionem, in quibus terminis loquuntur supra relati Doctores, & fuit dictum, ac seruatum (me proponente) per Magistratum Dominorum Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, & à S. C. S. approbatum de mense Iunij 1670. in causa cuiusdam Pientini prout in Giornali 628. fol.

An autem in dicto casu debeatur etiam præmium solitum, dixi in §. *Statutum dans præmium num.* 1.

6 Bannitus captus ab aliquo priuato an sit de necessitate ducendus ad iudicem, vel possit impunè ad arborem suspendi, seu aliter strangulari, & occidi, vide Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 277. *per tot.* vbi relatis opinionibus, tenet posse suspendi à capiente, fretus auctoritate And. de Iser. & Afflict. in locis per eum citatis, nisi tamen hoc fieret animo exercendi iurisdictionem, nam tunc tanquam illius vsurpator incideret in crimen læsæ Maiestatis, & ideò melius est ad iudicem ducere.

An bannitus captus dum est in manibus familiæ possit impunè occidi ab ipsa familia, vel alijs, videtur affirmare Farin.

& Cabal. relati à Sanfelic. *decis.* 249. vbi tamen ipse pluribus rationibus, & auctoritatibus contrarium probat, & teneri occidentes pœna arbitraria; opinionem verò contrariam procedere posse tantùm in bannito resistente, vel capto per priuatos infra n. 13. facit latè idem Sanfelic. *decis.* 335. *cum Addit.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 10. *&* 11. *num.* 60. *& seqq.* vbi approbat distinctionem ibi dictam.

7 Banniti possunt impunè occidi etiam à fratribus suis, sicut & ab eisdem absque pœna receptari, secundùm Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 56. *num.* 11. 12. *&* 17. *vide in* §. *Statutum puniens*, & in mea Pract. §. *Banditi num.* 41. *& nu.* 71. vbi quoad receptationem, quòd imò puniuntur pœna arbitraria infra num. 36. & 39.

8 Banniti licèt possint ab alijs occidi, non tamen possunt occidi ab illorum filijs, nisi in certis casibus, aliàs filius occidens patrem bannitum esset capite plectendus, Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *num.* 43. *&c. & cas.* 356. *num.* 20. Franch. *decis.* 276. P. Manar. *in noct. Malencon. interrogat. fol.* 153. Dian. *part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 35. *in fine*, *latius part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 42. vbi refert diuersas opiniones.

Imò possunt à filijs impunè receptari Menoch. *loc. cit.* vide in mea Pract. §. *Banditi num.* 41. *&* 71. Paul. Christin. *ad leg. munic. tit.* 2. *art.* 24. vbi qualiter excusentur receptantes illos ignoranter, vel consanguinei saltem à pœna ordinaria, vide in §. *Statutum puniens num.* 15. *&c.*

Sed de hac materia respectu patris, filiorum, fratrum, vxoris, mariti, domini, vassalli, siue seruitorum, quando vti banniti possint se inuicem occidere, vel non, vide Farinac. *quæst.* 103. *num.* 275. *& seqq. ad* 289. & Vulpin. *in suco d. quæst. num.* 21. *& seqq.* Franch. *decis.* 276. *per tot.* Romag. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 56. *num.* 12. *&c.* vbi pluries me allegat.

9 Banniti an possint impunè occidi in Ecclesia, vide Cortiad. *decis.* 85. & alios citatos per Romaguer. *vbi sup.* & Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. *verb. Occidens*, Farinac. *quæst.* 103. *num.* 323. *&* 324. vbi refert duas contrarias opiniones, & videtur sequi vltimam affirmatiuam, intelligendam vt dixi in mea Pract. §. *Banditi num.* 61. cui adde Sperel. *decis.* 104. *num.* 66. *& seqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 230. *& seqq.* vbi quòd banniti pro criminibus in Bulla Gregoriana exceptuatis non gaudent immunitate, & alij non possunt in spretum iustitiæ recipi, & tolerari in Ecclesijs, & locis pijs, sed debent expelli, & sic conceditur expulsio, non autem extractio, & vide Farinac. *in Append. de Immunit. Eccl. cap.* 2. *num.* 37. *& seqq. & cap. vltimo num.* 347. *& seqq.* Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 21. *per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *tit.* 42. *num.* 25. vbi sequitur distinctionem Farinac. *quæst.* 28. *num.* 47. Ludouic. *decis. Luc.* 16. *num.* 31. si sint banniti pro delictis exceptis possint occidi, aliàs secus, Zuff. *de legit. process. in annot. ad const.* Barber. *num.* 57. *&* 98. vbi refert contrarias opiniones, & concludit posse puniri occisorem banniti in Ecclesia etiam temporaliter, & corporaliter, vltrà pœnas spirituales excommunicationis, vide Thom. del Bene *de Immunit. part.* 2. *cap.* 16. *dub.* 37. *per tot. fol.* 108.

Intellige quòd possint extrahi, & respectiuè expelli ab his, ad quos spectat, & non auctoritate sæculari, iuxta ea quæ dixi in §. *Immunitas*.

Quòd occidentes bannitum in Ecclesia, licèt non possint puniri tanquam homicidæ, stante permissione impunè occidendi, tamen debeant seuerè puniri vt violatores Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ immunitatis, & incurrant excommunicationem Bullæ Gregorianæ contra extrahentes ab Ecclesia, ac idem esse in iudice laico mandante reum, quem capere non potuit, in Ecclesia occidi, & in eius ministris exequentibus, Dian. *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 21. *in fine*, *& resol.* 35. *per tot.*

10 Banniti etiam stantibus supradictis statutis non possunt de iure canonico, nec in foro conscientiæ offendi sine peccato, maximè si non zelo iustitiæ, sed animo fundendi sanguinem id fiat, prout nec etiam de iure ciuili si agatur de bannito de proximo rebanniendo, vel remittendo si id notum erat offendendi, vel de eo, qui communi opinione habebatur pro non bannito, vel de iam carcerato, & in fortijs curiæ existente, vel de fœmina prægnante etiam ex illicito coitu, & per paucos dies, vel de patre, filio, domino, aut fratre, nisi isti contra patriam venirent, latè Duen. *reg.* 68. *limit.* 1. *& seqq. per tot.* vide Farinac. & alios supracitatos, ac intellige iuxta superiùs dicta, & infrà dicenda.

Quoad mulierem bannitam prægnantem quod non possit offendi, sequitur Menoch. *de arbitr.* q. 90. *n.* 55. P. Manar. *Interrog.* 94. *fol.* 156. vbi quòd nec potest morti tradi nisi post 40. dies à die partus, & vide in §. *Mulier*.

Banniti, etsi dum viuunt possint ab omnibus offendi, mortui tamen vulnerari, aut spoliari non possunt, cùm in mortuos sæuire non deceat, & ideò malè faciunt iudices dum iubent delinquentium cadauera suspendi, quia maledictus à Deo, qui pendet in ligno; licèt iustis de causis, vt puta ad coercendam aliorum audaciam sit quandoque permissum arbitrio iudicis horum cadauera laqueo suspendi, vel scindi, siue alijs ignominijs affici, sicuti memorabilibus exemplis relatis probat Menoch. *de arbitr. cas.* 285. *per tot.* & ita pluries seruatum vidi ab Eminentissimo D. Cardinale, & Principe Alderano Cybo Prouinciæ Romandiolæ vigilantissimo de Latere Legato de anno 1649. &c. & postea ab Eminentissimo D. Cardinale Dunghio illius non minus zelantissimo successore, qui etiam alijs artibus vtebantur ad dictam Prouinciam facinorosis hominibus expurgandam, facit infr. num. 17. 11

Bannitus ex simplici causa pecunia, vel ob delictum mortis pœna non dignum, impunè occidi non potest, sed tantùm in bonis offendi, cùm pœna sit delicto commensuranda, Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *num.* 37. *& seqq.* vide latè Farinac. *quæst.* 103. *num.* 260. *& seqq. ad* 275. 12

Bannitus captus, & carceratus à familia iudicis, non potest occidi, sed benè posset occidi quando fuisset dimissus sub fideiussore, adeò quòd occidens in primo casu incidat in crimen læsæ maiestatis, nisi adesset periculum euasionis, Boss. *tit. de carcer. num.* 28. Cabal. *resol. crim. cas.* 94. *& cas.* 97. Guazz. *def.* 5. *cap.* 6. *num.* 1. *&c.* Menoch. *de arbit. quæst.* 90. *num.* 53. *&* 54. vide supra num. 6. 13

Quòd tamen toleratus non de facto tantùm, sed taliter quòd videatur approbatus à Principe non possit impunè offendi, Menoch. *de arbitr. quæst.* 90. *num.* 56. *&* 57. vide Tusch. *litt. T. concl.* 324. *num.* 6. *& seqq.* vbi quid operetur huiusmodi tolerantia.

Bannitus missus ab aliquo Principe pro Ambasciatore ad alium Principem, vel Rempublicam, à qua sit bannitus, non potest ibi occasione huiusmodi banni retineri, vel molestari, cum ambasciatores sint tuti, & securi, ac gaudeant omni immunitate, vnde & Sancti dicuntur, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 150. Guaz. *ad def. cap.* 1. *in fine*, Farinac. *quæst.* 112. *num.* 168. *&c.* 14

Nisi tamen tale munus affectauerint, & procurauerint, quia tunc priuilegijs Legatorum non gaudent, Montan. *de tut. cap.* 26. *num.* 52. *fol.* 74. facit Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 3. *num.* 58. *&c. fol.* 22. vbi an & quando possint repetere damna passa in itinere, vel non, de quo dixi in mea Pract. §. *Communità num.* 20. & vide Franch. *decis.* 146. Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & mercede quæst.* 52. Bonifac. *de furt.* §. *Furtum num.* 53. *&* 54.

Plura de immunitate Legatorum, siue Ambasciatorum vt non possint ipsi, nec aliqui ex eius familia offendi, & violari, cùm diuino, & humano iure vallentur, nisi tamen atrociora delicta committant, nam tunc posse puniri, & quare, latè Dian. *part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 2. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 54. *num.* 2. *& seqq. vol.* 5. *& decis.* 132. *in fine d. vol.* 5.

Bannitus occidens alium bannitum pro pari, vel maiori delicto, non autem minori potest remitti, & reduci ad gratiam maximè vigore ordinamentorum Florentiæ, Petr. Cabal. *cas.* 197. *& cas.* 244. Farinac. *quæst.* 103. *num.* 116. *&c. & num.* 180. *& seqq. ad* 194. Baiard. ad Clar. §. *Homicidium num.* 215. & alijs relatis per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 9. *&* 10. *num.* 13. 15

Intellige quando vellet alium bannitum, & non se ipsum cancellare, nam tunc opus est, quòd bannitus occisus fuerit condemnatus pro pari, vel maiori delicto, secus autem si bannitus alium bannitum occidens, vel capiens, & iudici consignans velit se ipsum liberare, quia isto casu non attenditur paritas, vel maioritas delicti, sed consequitur liberationem ab omni suo præiudicio, & etiam à pluribus bannis, si quæ haberet, etiam maioribus, quam haberet alter bannitus per eum occisus, vel Curiæ consignatus cum gratia tamen suæ Celsitudinis Serenissimæ, & hoc vigore legis municipalis status Florentini nuncupatæ *Compendio* 31. *Ottobre* 1637. §. *Nondimeno*, vt dixi in mea Pract. §. *Banditi num.* 5. *&* 6.

An autem delictum sit maius, vel minus attenditur qualitas,

litas, causa, & origo ipsius, non autem pœna, quæ pro illo esset imponenda, nisi essemus in dubio, Petr. Cabal. loc. cit. Guaz. def. 2. cap. 9. Vulpin. in suco, Farinac. quest. 103. n. 16. Raynald. vbi supra num. 14. 15. & seqq. vbi etiam an rebannitus, & cancellatus possit molestari, si posteà detegatur, quod delictum non erat æquale, & allegat Farinac. cons. 53. affirmantem, quia in casu suo concurrebant qualitates ostendentes non fuisse tutum sub fide publica, sed sub clypeo iniustitiæ procedentis à non habente auctoritatem rebanniendi, & alijs ex causis, quibus cessantibus standum esse rebannitioni, & cancellationi.

Quòd possit bannitus remitti ex causa, vt quia multos alios bannitos detexerit, vel ob alia beneficia in Rempublicam collata, Menocb. de arbitr. quest. 92. num. 8. & 9.

Intellige semper cum gratia Principis, vel eo consulto, & non aliter.

An autem his casibus sit necessaria pax hæredum banniti occisi, vide Farinac. quest. 103. num. 176. & 178. & Vulpin. in suco num. 14. & dixi in mea Pract. §. Pace nu. 33. Sanfelic. decis. 53 num. 22.

Quòd banniti possint inter se offendi, & sic vnus alterum occidere, nisi sibi inuicem promiserint de non offendendo, quo casu occidens posset puniri, Clar. §. Homicidium vers. sed an licebit, P. Manar. Nocl. malencon. Interrog. 94. circa medium fol. 157. vbi etiam quòd inter eos est licita defensio hincinde vsque ad mortem.

An autem possint se defendere contra alios non bannitos, illos insequentes, vide pro vtraque opinione Duen. reg. 192. limit. 2. Farinac. quest. 103. num. 129. & seqq. vbi Vulpin. in suco num. 12. &c. Card. Tusch. litt. D. concl. 130. nu. 11. &c. Clar. §. Homicidium num. 62. qui videntur concludere non esse licitam huiusmodi defensionem.

16 Banniti nec actiuè, nec passiuè comprehenduntur in cautione de non offendendo, cùm possint ab omnibus impunè offendi, imò non obstante cautione de non offendendo, pace, vel tregua cum illis siue antè, siue post bannum inita, etiam cum iuramento possunt vigore statutorum id permittentium offendi, Petr. Cabal. resol. crim. cas. 275. Maur. de fideiuss. part. 1. sect. 2. cap. 4. num. 160. & seqq. dixi in meis resol. cap. 93. num. 22. vbi quando debeatur etiam præmium, & vide in §. Cautio num. 29. & in mea Pract. §. Bandit. num. 25. latè Guaz. de pace, &c. part. 1. quest. 23. n. 8. & seqq. & quest. 61. per tot. & part. 2. §. 2. quest. 5. per tot. vbi tamen num. 3. quòd secus est in foro honoris da Caualieri, & d. part. 2. §. 3. quest. 56. per tot.

17 Bannitus, qui non poterat viuus in aliqua Ciuitate, vel loco permanere, non potest etiam mortuus in eum locum deferri ad sepeliendum sine licentia superioris, Marant. in repert. l. is potest num. 121. ff. de acquir. hæred. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 5. num. 5. Paul. Christin. decis. 219. n. 21. vol. 5.

Et qua pœna sit puniendus deferens huiusmodi cadauer defuncti banniti in locum prohibitum, vide Petr. Cabal. resol. crim. cas. 83. num. 6. & cas. 265. vbi tamen quòd consumptis carnibus in totum, possunt ossa absque alia licentia deferri, facit supra num. 11. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 21. vers. ad doctrinam, vbi quòd exules possunt sepeliri in Ecclesia, cùm sit exempta à sæculari iurisdictione, quicquid contrarium sentiat Bart. ibidem relatus.

Quod sepeliens bannitum mortuum possit extraordinariè puniri, Cabal. d. cas. 83. num. 12.

Contrarium tamen tuetur Caluin. de æquit. cap. 11. n. 13. vbi latè discutit an sepeliens bannitum mortuum dicatur opem ferre, & sit puniendus, Anton. de Ballis tract. var. lib. 4. quest. 4. num. 66. & seqq. vbi quod morte extinguitur delictum quoad pœnam corporalem, & bonorum, & ideò cadauer, quod non est amplius homo potest moueri de loco, à quo fideiussio fuerat præstita de non recedendo, nec dicitur commissa stipulatio.

18 Banniti excluduntur à testimonio ferendo, eò quòd vel sint infames, vel æquiparentur excommunicatis, & deportatis, ita vt nec passim, & indistinctè sit illis concedendus saluusconductus ad hunc effectum, sed tantùm in atrocissimis, & criminibus exceptis, & vbi veritas non potest aliter haberi, quibus casibus nec integri testes reputantur, sed illis multum minuitur de fide, Boss. tit. de inquisit. num. 60. Farinac. quest. 56. art. 8. per tot. cum alijs per Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 18. num. 441. & seqq. fol. 326. facit quod dixi in §. Socius.

19 Banniti possunt testari, & capere ex testamento successiones illis delatas à iure communi, non autem secundùm statuta loci, à quo sunt banniti, cùm illorum beneficia propter bannum amiserint, Marant. in l. is potest num. 124. ff. de acquir. hæred. Clar. §. Testamentum, vbi Addentes quest. 19. & 20. Petr. Cabal. resol. crim. cas. 264. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 17. num. 11. Guaz. def. 38. cap. 1. num. 9. Gratian. discept. forens. cap. 309. num. 16. & cap. 462. num. 14. &c. vbi quòd maximè procedit si fuerint condemnati in contumaciam, Magon. decis. Flor. 99. num. 5. & seqq. & plenè Farinac. quest. 102. per tot. Tusch. litt. B. concl. 10. & seqq. & litt. T. concl. 105. num. 19. & seqq. Rot. part. 6. recent. decis. 103.

An banniti possint testari, & capere ex testamento, vel succedere ab intestato, Rot. part. 18. recent. decis. 512. vbi refert, & sequitur Altograd. cons. 98. lib. 1. & Rot. d. decis. 486. part. 14. recent.

Cautelam, vt possit bannitus institui, tradit Menoch. cons. 271. per tot. sequitur Tusch. litt. C. concl. 165. num. 23. nempè fiat testamentum extra territorium, & instituatur de iure communi.

Potest etiam filius bannitus paternæ successionis incapax, à patre alium hæredem instituente eidem per fideicommissum substitui quandocumque, vel qualitercumque efficiatur capax, vt ex nunc prout ex tunc tota hæreditas illi restituatur, vt est casus apud Seraph. decis. 883. num. 1. vide in §. Confiscatio num. 16. caut. 5.

Quibus commodis, & iuris beneficijs priuentur banniti, vide Menoch. lib. 5. præsump. 45. per tot. vbi quando censeantur etiam priuati beneficijs iuris communis circa factionem testamenti actiuam, & passiuam, Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7 per tot. & alijs supracitatis, quibus adde Arismin. Tepat. var. sent. tit. 300. per tot. vbi plura de bannitis Ciarlin. contr 161. Martha de succ. legal. part. 3. quest. 14. per tot. vbi plura de successionibus condemnatorum, nempè bannitorum, damnatorum ad carceres, vel ad triremes, deportatorum, excommunicatorum, & huiusmodi, & an saltem ad pias causas testari valeant, & ponit regulam affirmatiuam, quam pluribus modis declarat.

Quoad damnatos ad triremes, vide in §. Condemnatio num. 10. & de prædictis idem Martha d. tract. part. 4. qu. 1. art. 5. num. 37. & seqq. vbi etiam quid si aufugerint, vel appellauerint, & quest. 8. art. 1. num. 10. &c. vbi de testamento ad pias causas, Merlin. de pig. lib. 2. tit. 2. quest. 75. vbi an possint constituere hypothecam, & affirmat ex Rot. part. 3. recent. decis. 625. num. 10.

Quòd nec possint alijs cedere ius successionis illis delatæ, Seraphin. decis. 808. num. 1. Altograd. consil. 98. num. 90. lib. 1.

Posse tamen illis relinqui, & ipsos acquirere cum onere statim vendendi, tenet Soccin. reg. 54. limit. 2. de quo dubito per supra, & infrà notata, vide in mea Pract. §. Banditi num. 29.

Quòd banniti in pœnam capitis, vel furcarum cum confiscatione bonorum non ob solam simplicem contumaciam, sed propter delicta contra illos probata, hodiè efficiantur serui pœnæ, & amittant omnia priuilegia, & iura succedendi tam ex testamento, quàm ab intestato respectu bonorum existentium in territorio Principis bannientis, & etiam respectu hæreditatis paternæ, siue deferatur secundùm statuta loci, siue etiam de iure communi, optimè, & latè omnibus contrarijs respondendo probat videndus Altograd. cons. 98. per tot. lib. 1. hancque opinionem sequitur, & in statibus Etruriæ seruari testatur Cabal. resol. crim. cas. 264. n. 27. & seqq. Card. Tusch. litt. B. concl. 10. & seqq. vide Farinac. d. q. 102. n. 25. & seqq. Cartar. de execut. sent. capt. bannit. cap. 1. num. 423. facit quod dixi §. Carceratus, & latè Ciarlin. cont. 161. per tot. vbi multis citatis extollit dictum consilium Altogradi, vide Rot. part. 14. recent. decis. 486. vbi quæ amittat bannitus, sublata in praxi dicta differentia contumaciæ.

Ita vt nec etiam illorum filij suscepti durante banno possint admitti, idem Altograd. d. cons. 98. n. 94. & n. 21. vide Franch. decis. 102. decis. 213. & decis. 689. n. 7. Surd. de alim. tit. 1. q. 31. n. 40. vbi quòd nec faciunt deficere conditionem substitutionis facit in §. Filius n. 38. Rot. p. 6. rec. decis. 103. vbi contra, & dixi in §. Conditio num. 64. vbi vide Raynald. Syntax. rer. crim. Proœm. §. 12. num. 27. & 28. fol. 51.

Ad dignoscendum autem, an sententia sit ob contumaciam, vel ob delicta, recurritur ad acta, ex quibus si appareant tantùm inditia, dicitur per contumaciam, si verò plenè probationes dicitur ob delicta, Gabriel. com. conclus. tit. de sent. concl. 5. limit. 1. n. 20. Marescot. var. resol. lib. 2. cap. 34. in fine,

in fine. Farinac. quæst. 11. num. 52. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 25. num. 97. fol. 514. Tusch. litt. B. concl. 9. n. 18. &c. vbi quid stante statuto quòd contumax habeatur pro confesso, & videtur concludere quòd tunc dicatur condemnatus ex delicto confessato, Rot. part. 14. recent. decis. 486. num. 8. & 9. vbi quòd in praxi à Criminalistis non sit hæc differentia, & proceditur contra contumaces vti fictè confessos, quæ ficta confessio resultans ex contumacia habetur pro liquida probatione, & alia.

Sed contrarium non obstante dicto statuto, vide per Seraph. decis. 354. num. 14. & 15. vbi plura quando quis dicatur condemnatus ob contumaciam, vel ob delictum, & alia de capacitate, vel incapacitate bannitorum.

Quòd banniti non faciant partem in calculanda legitima, Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæst. 3. & 4. num. 1. &c.

Nec excludant fœminas vigore statuti, idem Merlin. d. tract. lib. 5. tit. 2. quæst. 19. num. 3. vbi quando etiam bannitis sit relinquenda legitima, & Rot. post d. tract. decis. 27. & 28. & decis. 79. 98. & 279.

19 Bannito filiofam. si hæreditas paterna sibi deferatur non potest fiscus illam auferre, sed sit locus alijs proximioribus agnatis, siue cognatis, Castr. cons. 212. lib. 2. Marant. in l. his potest. num. 124. Clar. §. Testamentum quæst. 20. Magon. decis. 99. per tot. Gratian. discept. 309. num. 10. & cap. 568. num. 26. Cabal. resol. crim. cas. 264. Altograd. cons. 98. lib. 1. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 132. & seqq. Card. Tusch. litt. B. conclus. 14. Vulpin. in suco, Farinac. quæst. 102. num. 10. vide in mea Pract. §. Banditi num. 30. & seqq. vbi plura notabilia in hac materia, & Paul. Christin. decis. 4. vol. 5. vbi etiam quòd confiscatio non comprehendit ius adeundi, quòd bannito competebat tempore confiscationis, neque iura conditionalia.

An legitima veniat in confiscatione, vide in §. Legitima, & §. Trebellianica.

An filij suscepti, & nati ex patre bannito post bannum, admittantur ad successionem feudi, & aliorum bonorum, vide latè Fafard. alleg. fisc. num. 8. per tot. & dixi in §. Filius num. 32.

Quòd tamen legitima delata filio ante delictum veniat in confiscatione, secus autem si post delictum, Rot. part. 9. recent. decis. 405. num. 16. &c. Bertazol. cons. crim. 310. nu. 8. lib. 2.

Quando bannitus habeatur pro mortuo, Tusch. litt. B. concl. 13. per tot. Seraph. decis. 830. num. 2. & decis. 808. n. 1. vbi quòd ideò nec ei, nec ab eo causam habenti potest aliqua actio competere.

21 Bannitus, cui fuit delata hæreditas, quæ reperto illo incapace deuoluta fuit ad alium proximiorem, à Principe restitutus ad gratiam, illam non recuperat, cùm Princeps non censeatur velle auferre ius alteri quæsitum, Clar. §. fin. q. 59. vers. sed quæro pone, &c. Altograd. cons. 98. num. 63. lib. 1. Menoch. lib. 5. præsumpt. 46 num. 9. & seqq. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. num 33. & seqq. Franch. decis. 102. & decis. 213. per tot. Mart. Medic. decis. Senens. Exam. 25. cum duabus decis. seqq. & Addit. per tot. plenè Ciarlin. contr. 161. num. 8. & seqq. per tot. & præcipuè num. 117. & seqq. & contr. 168. per tot. Guaz. de confis. bon. concl. 27. per tot.

Quando autem recuperaret bona à substituto in casu delicti, non recuperat fructus interim a substituto perceptos non solum vsque ad diem gratiæ, sed etiam vsque ad diem petitionis, nam illos lucratur substitutus, Rot. part. 14. recent. decis. 325. num. 4. vbi allegat Peregr. de fideicom. art. 49. part. 3. num. 79. & Fusar. de substit. quæst. 626. num. 50.

Quòd licèt bannitus restitutus ad gratiam regulariter non recuperet bona per fiscum alienata, tamen si restitutio fiat propter pacem, & publicam quietem recuperat etiam bona alienata licèt non sit expressum in gratia, Capyc. decis. 69. num. 13. & num. 22.

Et generaliter quando recuperet, vel non bona penes fiscum existentia, vel alienata, & alia, vide per Magon. decis. Flor. 26. Diaz. reg. 652. Thomat. decis. 99. num. 36. & seqq. Rot. part. 14. recent. decis. 271. per tot. Pereg. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. num. 17. & seqq. per tot. & dixi in §. Restitutio num. 28. infr. num. 23. Paul. Christin. decis. 207. num. 20. & decis. 108. per tot. vol. 4. Boer. decis. 65. num. 5. Griuel. decis. 7. per tot. Guaz. d. concl. 28. Merlin. decis. 125. per tot. vbi quòd plenariè restitutus recuperat omnia etiam in alium translata, vel à Barone supremi Principis confiscata, & ex quibus arguatur dicta plena restitutio, idem Merlin. decis. 168. vbi quòd illa recuperat per viam manutentionis, vel reintegrationis factis debitis probationibus, vide Rot. post Merlin. de legit. decis. 27. & 28. per tot.

Quæ, & qualia bona, & iura recuperet bannitus restitutus ad gratiam vigore Capitulorum, & fœderum publicæ pacis initæ inter Principem, & Reges, cum pluribus alijs quæstionibus ad rem facientibus, latè, & doctè multis hincindè rationibus, & auctoritatibus adductis explicat videndus Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 2. cap. 29. per totum, vbi conuenit cum prædictis pluribus alijs additis.

Banniti, relegati, vel alij, quibus audientia denegatur prohibentur esse in iudicio, vel agere, ita vt processus quatenus eorum fauorem respiciat sit nullus ipso iure, intelligendo in territorio bannientis, Vant. de nullit. ex defect. inhabilit. seu mand. num. 51. & seqq. fol. 156. Tusch. litt. B. concl. 13. per tot. vbi latè quorum actuum sint capaces, vel incapaces. 22

Quòd etiam probibeantur contrahere per se, vel per interpositas personas, & procuratores, Menoch. de Arbitr. cas. 459. num. 24. & seqq. vide Tusch. loc. cit. Paul. Christin. decis. Belg. 107. num. 9. vol. 2. Gayl. de pace pub. lib. 2. cap. 11. & cap. 18.

Possunt tamen conueniri etiam in loco, à quo sunt banniti, & citati tenentur mittere procuratorem, ad tradita per Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 13. num. 8. &c. Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. num. 16. &c. vbi quòd in præiudicialibus ipsis bannitis potest agi, & excipi aduersus illos, etiam ex vi statutorum, ne alioquin ex suis delictis lucrum, & commodum consequantur.

Quòd imò banniti cum confiscatione bonorum tamquam mortui ciuiliter, vel non habentes tutum accessum non possint citari, sed fiscus illos repræsentans, aliàs, quicquid contra eos agitur sit nullum, etiam si postea ex gratia Principis fuerint restituti, Rot. part. 13. recent. decis. 506. per tot. vbi quòd nec sufficit eorum procuratorem citare, cùm per mortem ciuilem fuerit extinctum mandatum, & part. 14. decis. 486. per tot. in eadem causa, vbi fuit confirmata prima decisio.

Quòd non possint constituere procuratorem, Gayl. de pace publ. lib. 2. cap. 11. & 12. Nouar. in Prag. Regn. Neap. Collect. 196. num. 5.

Banniti cùm amittant omnia iura, & priuilegia à iure municapali concessa non possunt etiam retractum intentare. 23

Quando autem per tollerantiam videantur restituti, & quid si fuerint admissi ad contrahendum cum Principe, vel ad gradum, quem alias gerere non poterant, vide Magon. decis. Flor. 26. num. 19. & seqq. num. 47. & seqq. per tot. Menoch. lib. 2. præsumpt. 20. num. 17. 34. &c. & lib. 1. quæst. 23. num. 7.

Quòd banniti, qui perdunt beneficia statutorum Ciuitatis, non tamen perdant illa, quæ concernunt publicum interesse, & ideò conuenti possiut petere compromissum, vel occidendo alium bannitum præmium vigore statutorum, quia huiusmodi statuta respiciunt publicam vtilitatem, Beniend. decis. Bonon. 21. num. 21. & seqq. Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. tit. 7. num. 15. vbi plura per tot. quæ amittant, vel non, ex quibus videtur generaliter colligi posse, vt amittant omnia illis fauorabilia, non autem sibi, & alijs præiudicialia.

Quòd non amittant ea, quæ sunt iuris naturalis, & diuini, ac ideò possint suas vxores de adulterio accusare, Thom. Triuis. decis. 3. lib. 2.

Quæ amittant, vel non, Merlin. de legit. lib. 4. tit. 1. q. 4. & lib. 5. tit. 2. quæst. 19. & tit. 3. quæst. 4. per tot. Rot. part. 14. recent. decis. 486.

Banniti pro vno delicto possunt de alijs accusari, quo casu tamen possunt petere saluum conductum, qui illis non est denegandus, ad hoc vt non obstante banno valeant se defendere, Clar. §. fin. quæst. 16. vers. sed numquid, & quæst. 32. vers. tu scis, Guaz. def. 12. cap. 1. num. 58. vbi etiam tractant an debeat offerri; Florentiæ tamen ipsi supplicare tenentur si velint, vt notum est in praxi. 24

Quòd bannito citato pro alio delicto non sit offerenda securitas, nisi ab eo petatur, Sanfelic. decis. 236. Farinac. quæst. 11. num. 58. &c. vbi videtur concludere esse offerendam.

Bannitus, cui per Principem sit concessus saluus conductus per mensem ad se constituendum, & respondendum inquisitioni contra se formatæ pro alijs delictis, potest 25

duran-

durante etiam dicto termino capi, & carcerari, cùm Curia ob id non ſit tuta quòd velit comparere, Guaz. *d. cap.* 1. *num.* 58. vbi dicit multoties reos ſub iſto termino duci ad carceres; intellige vt dixi in mea Pract. §. *Banditi num.* 23. *vide in* §. *Saluusconductus num.* 7. *&c.* vbi dixi intelligendum, pro alijs cauſis, non pro ea, pro qua fuit aſſecuratus.

26 Bannitus ſi pendente ſaluo conductu fuerit occiſus ab aliqud habente iuſtam, & probabilem illius ignorantiam, excuſatur homicida ſaltem à pœna ordinaria; aliàs autem ſi habuerit notitiam ad ſaluo conductu punitur non tantùm vt homicida, ſed etiam vt ſecuritatis violator, Menoch. *de arbitr. quæſt.* 90. *num.* 35. *&* 36. *& num.* 60. vide Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 293. *& ſeqq. ad* 302.

De bannito aſſecurato per litteras amici, vt veniat, quia pro eo gratiam obtinuit à Principe, ſi id verum non ſit, ſed fuit deceptus, & captus, an ſit puniendus, vel relaxandus, vide Carol. Tap. *deciſ.* 65. *per tot.* vbi à Sacro Conſilio fuit concluſum pro liberatione, licèt à Magna Curia Vicariæ fuerit ad triremes perpetuò damnatus, à qua fuit appellatum ad S. C. & vt ſupra reſolutum.

27 Bannitus, exulatus, confinatus, vel refragatus ſi non ſeruet confinium, & exilium, qua pœna puniendus, & quid ſi ſit confinatus ad certum tempus, vel in perpetuum, vel ad beneplacitum Principis, vide Clar. §. *fin. quæſt.* 84. *num.* 13. Petr. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 8. *num.* 47. *caſ.* 142. *num.* 4. *& ſeqq. & caſ.* 143. Menoch. *de arbitr. caſ.* 530. *per totum*, Guaz. *def.* 33. *cap. vltim. per tot.* Farinac. *in fragm. verb. Bannitus nu.* 92. *&c.* Peguer. *deciſ.* 41. *per tot.* Franch. *deciſ.* 740. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 202. *per tot.* Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 2. §. 31. *cap.* 1. *num.* 17. *fol.* 357. dixi in mea Pract. §. *Confinati num.* 11. *&* §. *Condemnati num.* 21. vide in hoc opere §. *Confines num.* 2. *& ſeqq.* vbi etiam quando, & ex quibus cauſis poſſit excuſari ab inobſeruantia.

28 Banniti nulliter condemnati an poſſint impunè offendi, vel occidi, vide pulchrè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 638. *num.* 2. *& ſeqq.*

Quòd occidens nulliter bannitum non excuſetur in totum, ſed aliqua pœna extraordinaria arbitrio iudicis ſit puniendus, cùm non omni culpa careat ex quo diligentiùs conditiones banni perſcrutari debuerit, Dec. Cagnol. & alij *in l. qui cum alio ff. de reg. iur.* Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 88. *num.* 9. *& de arbitr. quæſt.* 90. *num.* 7. *& ſeqq. & caſ.* 283. Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 36. *& ſeqq. ſupra num.* 3. *&c.* Sanfelic. *deciſ.* 386. *num.* 11. *cum Addit.*

Quòd etiam pendente appellatione à ſententia condemnatoria non poſſint offendi, Magon. *deciſ. Flor.* 128. *nu.* 10. *&* 14. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 90. *num.* 58. Farinac. *d. quæſt.* 103. *num.* 305. *& ſeqq.* vbi tamen aduertit ſuperfluam eſſe diſputationem, cùm de generali conſuetudine in criminalibus non detur appellatio, vt dixi in §. *Appellatio*, & in mea Pract. §. *Banditi num.* 40.

29 Bannitus captus, facta illius legitima recognitione, an ſit ille idem deſcriptus, nominatus, & condemnatus in ſententia, vel ex ore proprio ipſius, vel eo negante per vicinos, & conſanguineos, debet ſuſpendi, vel puniri alia pœna, qua fuit condemnatus, ſibi tamen prius aſſignato breui termino duorum, vel trium dierum ad dicendum quicquid voluerit, & potuerit contra ſententiam, non autem circa merita cauſæ principalis, niſi fuerit admiſſus ad nouas defenſiones, vide latè Cabal. *reſol. crim. caſ.* 270. *per tot.* & latiùs Cartar. *de execut. ſent. capit. bannit. per totum.* Ambroſ. *proceſ. informat. lib.* 6. *cap.* 1. *& ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 40. *num.* 6. *& ſeqq.* Guaz. *def.* 30. *cap.* 9. & dixi in mea Pract. §. *Banditi num.* 42. 57. *&* 64. *& ſeqq.* vbi plura notabilia habentur de hac materia, & præcipuè decem, & nouem conſiderationes particulares, quas ex officio tenetur facere iudex antequam exequatur ſententiam, vide in §. *Admiſſio ad nouas.*

De recognitione banniti quomodo ſit facienda vltrà citatos Conciol. *reſol. crim. verb. recognitio reſol.* 3. per Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 15. *per tot.* Zuff. *de legit. proceſſ. lib.* 3. *cap.* 160.

De nullitate ex actis reſultante, an poſſit per procuratorem allegari à bannito contumace, nota, quòd deciſio Franch. 688. non fuit admiſſa, nec ſeruata, atque nullitates non eſſe recipiendas, neque diſcutiendas, niſi ipſis principalibus præſentatis in carceribus, plutibus citatis refert, & teſtatur Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 34. *&* 35. *fol.* 93. *vide in* §. *Procurator num.* 9. *&* §. *Nullitas num.* 32.

Quòd bannitus captus poſſit allegare nullitatem ſententiæ, Franch. *deciſ.* 673. 674. *&* 688. facit Sanſelic. *deciſ.* 386. *per tot. cum Addit.* vbi quando admittantur coniuncti ad allegandum ne fiant nullitates, & ne feratur ſententia nulla.

Imò etiam contumax, & extra carceres per procuratorem, vbi ageretur de nullitate notoria ex actis reſultante, vt quia appareat non legitimè citatum, fuiſſe iudicatum teſtatur idem *deciſ.* 232. *&* 688. vbi tamen quòd reclamante fiſco fuit ſuſpenſa reſolutio, & quidem cùm eſſet magnum præiuditium fiſci, & iuſtitiæ admittere bannitos contumaces ad allegandum nullitates ſententiæ, numquam practicatum vidi.

Benè recordor quemdam iam condemnatum in contumaciam pro homicidio in pœnam capitis, & confiſcationis bonorum, cùm occurrerit iterùm eumdem proceſſum proponi contra alios complices non contumaces iuxta practicam, fuiſſe ex officio, & ſua contumacia non obſtante ad inſtigationem cuiuſdam Procuratoris ad aures iudicis fauorabilis, releuatum à dicta pœna capitali, & arbitrariè condemnatum in pœnam quinquennalis confinij, cum termino etiam ad comparendum, & ſe magis iuſtificandum, circumdando, caſſando, & annullando priorem ſententiam contumacialem capitalem, non tamen comparuit cùm iam etſi contumax obtinuerit plus quàm exſpectare poſſet, eo ſub prætexu quod quibuſdam verbis iniurioſis fuerit ab occiſo prouocatus, id quod non fuerit animaduerſum in priori expeditione, contradicente tamen D. Auditore militarium legionum ſuæ Celſitudinis Sereniſſimæ, vt videre eſt in quodam Proceſſu Piſis fabricato de anno 1666. contra Franciſcum Brunum, & alios, & in negotio deſuper compilato Florentiæ de more per Magiſtratum Dominorum Octo Balliæ Virorum, ſiue potius illorum à ſecretis, qui vt ſupra propoſuit, & præualuit cum approbatione S. C. S. in filzia Negotiorum dicti Magiſtratus de menſe Octobris 1666. ſub num. 816. qui caſus tanquam deciſus, & notabilis fuit etiam deſcriptus in libro Statutorum Criminalium eiuſdem Magiſtratus fol. 216. & pro hac reſolutione facit quod dixi in §. *Damnatus.*

Bannitus captus in aliena iuriſdictione à iuſtitia, & à familia loci, à quo fuit bannitus, non poteſt puniri pœna 30
banni, ſed debet relaxari, & remitti ad iudicem in cuius iuriſdictione fuit captus, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 291. *per tot.* Ruſtic. *ad l. cum auus ff. de condit. & demonſtrat. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 15. *& ſeqq.* Poſſent. *ſing.* 117. vbi videtur tenere, quòd bannitus in foro conſcientiæ licitè poſſit occidi, etiam in territorio, vel ſtatu alterius Principis, ſi ob bonum publicum expediat talis occiſio; aliàs autem ſecùs iuxtà veriorem, & magis communem opinionem, Azor. *Inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 2. *litt. D.* Layman. *Theol. moral. lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 3.

Quòd in aliena iuriſdictione non poſſit offendi ſine licentia Principis illius loci in quo reperitur, quam concedere poteſt ſi non aſſecurauit, P. Manar. *Noct. malencon. interrog.* 94. *circa medium fol.* 157. Franc. *deciſ.* 276. *num.* 3. Clar. §. *homicidium num.* 66. Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 28. *&c.* Baiard. ad Clar. *loc. cit. num.* 268. *&c.* Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 208. *& ſeqq.* vbi alia plura ad rem facientia Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 386. vbi quòd quoad iudicem bannientem vbique poteſt occidi impunè, ſecus autem quoad iudicem loci, in cuius territorio occiditur.

Intellige, vt dixi in mea Practica §. *Premio num.* 22.

Quòd extra territorium bannientis non poſſit occidi ſine peccato, & alia remiſſiuè Dian. *part.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 24.

Bannito viuente, & habente bona ad alios poſt mortem 31
deuoluenda, debent talia bona remanere apud fiſcum, Caren. *de Offic. S. Inquiſit. part.* 2. *tit.* 1. §. 29. *per tot.* & latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 102. *& ſeqq.* Manſ. *Conſul.* 339. 340. *&* 341. *lib.* 4. donec viuit ipſe bannitus, niſi aliter conſtet de mente teſtatoris, qui voluerit bona continuò remanere apud hæredes, vel vocatos, Alex. *conſ.* 23. *lib.* 1. Montan. *de tut. cap.* 33. *num.* 509. *fol.* 153. Magon. *deciſ. Flor.* 16. *num.* 7. *deciſ.* 73. *num.* 1. *in fine*, *deciſ.* 91. *num.* 32. *& deciſ.* 93. *num.* 48. *&c.* Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 78. *num.* 32. *& ſeqq.* vbi plura Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 442.

quæst. 442. *num.* 4. *& seqq.* quòd in Statu Ecclesiastico adest Bulla Sixti V. per quam fisco deferuntur fructus bonorum fideicommissariorum durante vita delinquentis, quæ tamen loquitur in casu receptationis bannitorum, & tamquam pœnalis ad alios casus non extenditur, Conciol. *resol. crim. verb. Bulla resol.* 8. *& verb. Confiscatio resol.* 15. vbi secus in alijs casibus, dummodò constet sic esse de mente testatoris, aliàs fructus spectarent ad fiscum durante vita condemnati, & grauati, Maioran. *in Opoprax. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 32. *& seqq.*

Quòd non sit expectanda mors naturalis banniti, sed statim sequuto banno aperiatur via succedendi vocatis ad fideicommissum, vide Altograd. *cons.* 98. *num.* 92. *lib.* 1. Intellige vt supra quando constat de voluntate testatoris, vel adest expressa prohibitio alienationis, aliàs autem hæres grauatus delinquendo transfert bona in fiscum donec naturaliter viuit, Petr. *de fideicom. quæst.* 11. *num.* 565. Peregr. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 69. *& num.* 98. *&* 99. Altograd. *cons.* 69. *num.* 31. *lib.* 2. Mart. Medic. *decis. Senen. Exam.* 3. *n.* 17. *&* 18. *vide in* §. *Mors*, & in mea Pract. §. *Banditi num.* 45. §. *Fideicommissi num.* 2. §. *Beni num.* 16. Surd. *decis.* 254. Gratian. *discept. forens. cap.* 481. *num.* 61. *&c. cap.* 533. *num.* 38 *& seqq.* Magon. *decis. Luc.* 12. *num.* 8. Card. Tusch. *litt. F. concl.* 288. *per tot.* Fusar. *de substit. quæst.* 529. *&* 442. vb. ampliat vt præmoriente substituto fideicommissum efficiatur caducum, cum alijs tamen declarationibus, & limitationibus, de quibus ipse, vide §. *Confiscatio num.* 16. *caut.* 1.

Quòd bannito fideicommissario, vel aliter incapace facto expiret fideicommissum, nec transmittatur ad hæredes, Fusar. *de substit. quæst.* 567. intelligendo nisi adsint alij gradus vocati, vt declarat idem Fusar. *quæst.* 469.

32 Bannitus à certo loco, ita quòd in eo stare, morari, aut habitare non possit, potest tamen impunè per illum locum transire pro eundo ad alium locum sibi non prohibitum, ibique quiescere, & in hospitio comedere, & bibere, ita vt si capiatur debeat relaxari, & non puniri, Marsil. *cons.* 536. *num.* 16. Cephal. *cons.* 204. *num.* 13. cum alijs quos sequitur Cabal. *resol. crim. cas.* 287. *num.* 74. *&c.*

Sed omninò cauendum ab hac doctrina notaui in mea Pract. §. *Banditi num.* 46. & iterùm repeto, cùm sit euidenter periculosa, & vide eumdem Cabal. *loc. cit. num.* 81. Sanfelic. *decis.* 343. cum plena Additione, vbi plura ad excusationem receptantium, & quandoque alentium bannitos.

33 Banniti ab vna Ciuitate, an, & quando intelligantur banniti etiam ab alijs locis cum illa confœderatis, vide in §. *Ciuitas num.* 9. Menoch. *de arbitr. quæst.* 100. Peregr. *de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 29. Farinac. *quæst.* 103. *num.* 210. *& num.* 222. Tusch. *litt. B. concl.* 16. *per tot.* Clar. §. *fin. quæst.* 71. *num.* 11. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 6. *art.* 16. vbi quòd censentur banniti ab omnibus locis subiectis, non autem à locis confederatis.

34 Bannitum occidere credens, si occidat alium, quem putabat esse illum bannitum an excusetur, vide Menoch. *de Arbitr. cas.* 573. *per tot. &* §. *Homicidium*, Farinac. *quæst.* 103. *num.* 135. *&c.*

35 Alia plurima notabilia in materia bannitorum tam de iure communi, quàm municipali status Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, vide in mea Pract. §. *Banditi per tot. vsque ad num.* 76. *in* §. *Condennati, &* §. *Premio*, & alibi, quæ iam dicta non repeto, & apud Clar. & Baiard. Menoch. Farinac. aliosque plures supracitatos, Bertachin. *in suo Repert. verb. Banniti.*

36 Banniti qualiter receptari non possint, & qua pœna puniantur receptatores, Romaguer. in addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rubr.* 55. *num.* 12. *& seqq.* vbi pluries me allegat, & alios modernos, ac alia de bannitis vigore Bullarum Pontificalium imponentium etiam pœnam excommunicationis latæ sententiæ, exceptis aliquibus casibus excusatione dignis, Ricc. *Collect.* 544. 2726. 291. 1962. 2617. 2825. dixi in §. *Statutum puniens num.* 14. *&c.* §. *Statutum dans præmium num.* 1. *&* §. *Præmium n.* 5. *& seqq.* adde Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 300. *cap.* 10. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 343. cum plena Addit. vbi plura notabilia ad excusationem receptatorum, & dixi in §. *Receptatio infra num.* 39.

Quibus pœnis afficiantur receptatores bannitorum in statu Ecclesiastico, Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccl. part.* 2. *verb. Bannitus fol.* 92. vbi de excommunicatione ex Bulla Gregorij XIII. abrogata à Sixto V. ob periculum animarum, & eius loco imposita ipso facto pœna priuationis feudorum, beneficiorum, &c. tanquam læsæ Maiestatis reis; inhabilitatis pro se, & filijs ad obtinenda officia, beneficia, &c. infamiæ iuris, & huiusmodi, de quibus etiam Scortia *in Select. Sum. Pontif. Constit. Theorem.* 355. *fol. mihi* 520.

Quòd receptatores bannitorum efficiantur subditi illius Iudicis, per quem fuerunt condemnati banniti, & possint ab illo puniri, per text. *in l. nullum C. de test.* Franch. *decis.* 470. Sanfelic. *in Praxi sect.* 25. *num.* 48. *& decis.* 63. *num.* 7. *& seqq.*

37 Banniti an possint in integrum restitui ex causa absentiæ à banno causatæ, disputat ad partes Odd. *de restit. in integr. part.* 1. *quæst.* 7. *art.* 3. *per tot.* vbi affirmatiuè concludit, quia huiusmodi beneficium non consequuntur ex delicto, sed ex absentia, intelligendo quando illam non potuerunt remouere per gratiam, & finito, vel sublato banno, nam illo durante priuantur omnibus exceptionibus, defensionibus, & iuris ciuilis remedijs, ac idem asserit de condemnatis ad triremes, vt reuertentes possint in integrum restitui ex causa huiusmodi absentiæ, facit Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 486. *per tot.* vbi quæ amittant banniti, an expiret mandatum per eos antea factum, vel iudicium inchoatum, & alia.

38 Banniti ex pluribus causis, vel bannis, qualiter possint absolui, gratiari, vel indultari ab vno banno cæteris remanentibus, quicquid nonnulli contrarium sentiant, Nelk *tract. de bannit.* 3. *par. secundi temporis num.* 73. quem sequitur Sanfelic. *decis.* 399. *per tot.* facit quod dixi in §. *Indultum num.* 10.

39 Banniti non possunt receptari sub pœna receptatoribus excommunicationis latæ sententię vigore Bullarum Sixti V. Gregorij XIII. & aliorum; quod tamen non procedit quoad victum in extrema necessitate, nec stante ignorantia, vel dubitatione banni, nec si animo exhibendi Curiæ, nec si coactè, nec in Clericis bannitis, & consanguineis, nec si directè, vel indirectè illis non præstetur auxilium ad malum, vt benè declarat Sayr. *decis.* 53. *& seqq. de sent. excommunicat.* Nouar *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 198. 199. *&* 200. vbi quòd prohibitio receptationis bannitorum non comprehendit coniunctos, per text. *in l. fin. C. ad l. Iul. de vi publ.* Gramat. *decis.* 29. Iaffred. *decis.* 15. Hieron. Laurent. *decis. Auenion.* 1. facit quod dixi in §. *Auxilium num.* 9. *supra num.* 36. *& num.* 37. *& in* §. *Receptatio num.* 1. *&c.*

40 Bannitus captus an in recognitione sententiæ possit, vel debeat aliquando interrogari de meritis causæ, pro qua fuit condemnatus, maximè si dubitetur de corpore propter pluralitatem personarum eiusdem nominis Cartar. *de exec. sent. cap. bannit. cap.* 2. *num.* 21. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 11. *num.* 23. qui referunt plures tenentes, quod sic licèt ipsi dicant contrarium verius, & sufficere si dicat, se esse eum, qui de delicto arguitur, & qui in banno descriptus est, absque eo quod fateatur delictum, de quo in sententia, & banno, Maioran. *Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 15. *per tot. fol.* 98.

Banniti an possint à Principe gratiari sine partis offensæ remissione, vel pace ob seruitium præstitum, vel præstandum in bello, disputatum refert Thoro *Compen. decis. Neap. part.* 3. *verb. Bannitus*, & fuisse iudicatum quod sic, cum conditione faciendi comitiuas militum.

41 Quid autem si per imperitiam fuerit interrogatus de meritis causæ, & negauerit delictum, an sit admittendus ad defensiones, videbatur, quòd sic, & ità fuit pluries votatum, & aliquando seruatum ex traditis per Cartar. *loc. cit. num.* 58. *& num.* 70. Ambrosin. *Process. informat. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 9. *& seqq. cum Addit. n.* 4. *& cap.* 4. *n.* 6. *cum Addit. num.* 9. vbi tamen quòd Mediolani Senatus haberet pro deliramentis dicere, quòd Notarij, vel Iudicis ignorantia toleret ius fisco quæsitum legitimis probationibus, & loquitur quando fuisset etiam tortus sine debitis protestationibus, & benè comprobat Anton. Gomez. *var. resol. tom.* 3. *cap.* 13. *sub num.* 20.

Alia de banniti indicant Castelon. *in Alphabet. iurid. verb. Bannitus*, & Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 4. *sub eodem verb.* vide in primis Addit. fol. 629. vbi plura notabilia.

42 Et quòd simpliciter interrogatus an commiserit delictum, licèt negauerit, non sit admittendus ad defensiones super meritis, sed pronunciandum, esse eumdem, de quo in sententia, & illam esse executioni demandandam, vbi per confessionem, vel alijs legitimis modis constat esse

eumdem,

eumdem, de quo in ſententia, vel banno, fuit reſcriptum Florentiæ per Sereniſſimum Magnum Ducem ad relationem Illuſtriſſimi D. Auditoris Fiſcalis, qui vna mecum moucbatur ex prædictis, & ſimilibus rationibus, & doctrinis de menſe Iunij 1679. in cauſa contra Cæſarem Galantinum in filcia Negociorum Magiſtratus DD. Octo ſub num. 3006. Et rurſus in alia cauſa eiuſdem temporis contra Franciſcum Pucciantum in dicta filcia num. 3010. & conferunt ſcripta per Maioran. *loco ſupra citato*, Zuff. *de legit. proceſſ. quæſt.* 187. *per tot.* & melius per Anton. Gomez. *d. tom.* 3. *cap.* 13. *num.* 20. *verſ. Tertio quia, &c. vide in* §. *Confeſſio num.* 47. *in Addit.*

43 Quamuis poſteà de anno 1681. ſub die 16. Iunij Rota Criminalis in cauſa Scarperiæ contra Dominicum Guidi de Paſſerinis ſeruauerit primam opinionem, illum interrogatum de delicto per imperitiam Notarij admittendo ad defenſiones ſuper meritis cauſæ principalis, licèt per eius confeſſionem conſtaret eſſe eumdem, de quo in ſententia, & fuerit interrogatus cum proteſtatione, quæ tanquam contraria facto fuit habita pro irreleuanti, approbante S. C. S. ad relationem eiuſdem D. Auditoris Fiſcalis, vt in negocio dictæ cauſæ; & rurſus de menſe Iulij 1682. eadem Rota Criminalis admiſit ad defenſiones bannitum in recognitione ſententiæ interrogatum de delicto abſque proteſtatione, licèt in contrarium adducerentur prædicta exempla, & doctrina Ambroſini ratione comprobata, quòd omnes actus humani dependunt à voluntate, & poteſtate, quæ deficit in Notario, vel Iudice, & reſolutio fuit approbata à S.C.S. in cauſa Ciuitatis Collis contrà Antonium Vincentij Panazzi in filcia Proceſſuum dicti temporis num. 1236. ſed fortè ex alijs motiuis, vt mihi retulit D. Auditor Fiſcalis, nempè quia ſibi conſtabat eſſe fatuum, &c.

44 Ego autem in his contrarijs reſolutionibus exiſtimo adhærendum primis, ſtante proteſtatione, quæ præmitti ſolet à Practicis Notarijs, & Iudicibus de non præiudicando Sententiæ per quaſcumque interrogationes faciendas, & attento, quòd in his Statibus ſententiæ omnes criminales proferuntur conſulto, & approbante Principe, qui ideò ſicuti non ſolet bannitos, & condemnatos carceratos poſt annum, etiam ſupplicantes, admittere ad defenſiones, abſurdum eſſet, quòd id facere poſſent Iudices, vel Notarij, ex ſe ipſis, cùm eius ſit ſoluere, cuius eſt ligare, & ſic intrat conſideratio, quòd actus omnes humani ſint metiendi ab auctoritate, & voluntate, vt dixi in §. *Actus num.* 1. quæ cùm non adſint in his iudicibus, non poſſunt, nec intelligntur per eorum ineptas interrogationes præiudicare Fiſco, neque rei iudicatæ, vel ſententiæ cùm Principis participatione de neceſſitate illis iniuncta latæ, cùm certum ſit, quòd ignorantia, & negligentia Notariorum, vbi aliàs conſtat de veritate actus noo poteſt partibus præiudicare, vt dixi in §. *Notarius num.* 13. contrariæ autem reſolutiones, & doctrinæ procedere poſſunt in illis Iudicibus, qui ex ſe ſine Principis approbatione ſententias proferunt, quas etiam tollere poſſunt, vel quando condemnati fuerunt de delicto interrogati non præmiſſa dicta proteſtatione, licèt adhuc dubitari poſſit ex defectu poteſtatis vt ſupra in his ſtatibus.

45 Bannitis an ſit licita defenſio contrà illos inſequentes ad occidendum, dixi ſupra in hoc §. num. 15. in fine, vbi eſt controuerſa opinio.

Pro affirmatiua adducuntur Dec. *in l. vt vim ff. de iuſt. & iur.* Bald. *in l.* 3. *num.* 8. *& num* 9. *ff. eod.* Caret. *in Pract. tit. de homicid.* §. *Quinto excuſat*, Georg. Obrect. *tract. de neceſ. def. cap.* 5. *num.* 11. Plaza *Epiſt. delict. cap.* 28. *ſub num.* 3. Clar. §. *Homicidium num.* 71. & alij ab ipſis relati.

Pro negatiua verò magis communi ſtant Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 3. *caſ.* 3. *caſ.* 1. *num.* 19. *& ſeqq.* Conciol. *reſol. crimin. verb. Defenſio reſol.* 8. *num.* 8. *& verb. Statutum reſol.* 5. *num.* 7. *&* 8. Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 129. *& ſeqq. & quæſt.* 125. *num.* 114. *& ſeqq.* Baiard. ad Clar. §. *Homicidium num.* 228. & alij ab iſtis citati, & ex Theologis moralibus Card. de Lugo *de iuſt. & iur. tom.* 2. *tit. de reo, & eius oblig. ſect.* 4. *num.* 38. *& ſeqq.* Sanchez *conſ. moral. lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 7. *num.* 6. *& dub.* 17. *per tot.* Layman. *Theolog. moral. lib.* 3. *de iuſt. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 4. *num.* 3. Gabr. à S. Vincentio *tract. de iuſt. & iur. tit. de reo, & aduoc. cap.* 31. *lib.* 2. *num.* 29. Filliuc. *quæſt. moral. tract.* 40. *de perſona reis cap.* 9. *num* 269. Sot. *de iuſt. & iur. lib.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 3. hancque partem negatiuam amplexus fuit Magiſtratus DD. Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ ſub die 19. Iulij in cauſa contrà Martinum Ioannis de Righinis; & procedit ſine dubio, quando inſequentes agunt ex zelo Iuſtitiæ, quicquid fortè ſecùs eſſet ſi ex priuata inimicitia, vt colligitur ex Soto, & alijs præcitatis, vel ſi ageretur inter ipſos bannitos, ſibi inuicem inſidiantes, inter quos exiſtentes in pari cauſa permiſſæ offenſionis eſt etiam licita defenſio vſque ad mortem, vt dixi *loc. cit.*

Banniti, licèt poſſint impunè occidi, tamen ſi aliquis falsò aſſeruerit bannitum ſe occidiſſe, qui ab alio fuerat occiſus, qualiter ſit puniendus, & alia, dixi in §. *Statutum dans præmium.* 46

§. BAPTISMVS. III.

BAptiſmus qualiter probet filiationem, ſaltem præſumptiuè, cùm ſit actus ad parentes ſpectans, & ſic baptizatus præſumatur filius illius, ſub cuius nomine reperitur deſcriptus in libro baptiſmi, ex quo iunctis alijs adminiculis probatur etiam deſcendentia, Sperel. *deciſ.* 174. *num.* 28. *&c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 1. *de Baptiſ. num.* 23. *vide in* §. *Liber num...* §. *Filiatio num.* 1. Merlin. *deciſ.* 488. *num.* 5. *&c.* Buratt. *deciſ.* 155. *num.* 8. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 229. *num.* 4. *& ſeqq. & part.* 13. *deciſ.* 132. *num.* 4. vbi quòd ex fidibus baptiſmatum, iunctis adminiculis probatur deſcendentia, *& d. part.* 13. *deciſ.* 388. *num.* 13. *&c.* vbi quòd fides baptiſmi regulariter probat ætatem, & non filiationem, dum iuſſu aſſerti patris facta non probatur dicta nominatio, cùm circa perſonas parentum parochis ignotas illorum deſcriptioni non ſit ſtandum, & optimè contra huiuſmodi præſumptionem ratiocinatur D. Seuerol. in ſuo eruditiſſimo voto deciſiuo inter deciſiones miſcellaneas Rotæ Romanæ *part.* 14. *deciſ.* 535. *num.* 43. *& ſeqq.* 1

Qualiter autem probetur baptiſmus, & aliquem eſſe baptizatum, Maſcard. *de probat. concl.* 163. Baiard. ad Clar. §. *Aſſaſſinium num.* 14. *& ſeqq.* Ciarlin. *contr.* 199. *num.* 17. *&c.* vbi quòd probatur per vnum teſtem etiam mulierem de facto proprio cum iuramento deponentem, vel etiam per teſtem infidelem deponentem de petitione baptiſmi, Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *gloſ. vnic. num.* 88. *& n.* 1510. Bertachin. *in Repert. verb. Baptiſmus.*

Baptizari nemo debet in priuatis domibus ſine licentia Epiſcopi, niſi in caſibus vrgentis neceſſitatis, & periculi, quam quidem licentiam non paſſim Epiſcopus concedere debet, ſed tantùm pro filijs Regum, & Principum, & alia, vide per Pac. Iordan. *vbi ſupra per tot.* Nouar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 187. *in fine*, vbi Parocus baptizans in ſua Camera priuata fuit ſuſpenſus ab officio curæ per ſex menſes. 2

Baptizatus in aliquo loco etiam per tranſitum qualiter ibi ſortiatur originem, & efficiatur ciuis illius loci, Carleual. *de iudic. tit.* 1. *diſput.* 2. *num.* 11. Amaya *in l. Ciues C. de incol. lib.* 10. *num.* 47. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 5. tam quoad ſpiritualia, & beneficialia, quàm quoad temporalia maximè ceſſante fraude, Luc. de Pen. *in l. ciues C. de incol. lib.* 10. cum alijs per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 75. *num.* 16. *&* 17. dixi in meis reſol. *cap.* 49. *num.* 2. & vide Ciarlin. *contr. for. part.* 2. *cap.* 149. *num.* 13. *& per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 39. *&c. fol.* 190. vbi quando baptiſmus fuit accidentalis, vel in fraudem, videtur contrarium firmare Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 115. *num.* 14. vbi quòd infidelis baptizatus Neapoli efficitur ciuis Neapolitanus, & gaudet vt ciuis ortus, quia tunc dicitur renaſci etiam reſpectu patriæ. 3

Baptiſmus eſt Sacramentum principale, quod non poteſt reiterari, debet circumſcripta neceſſitate fieri à Sacerdote cum aqua baptiſmali, & Catechiſmo ſolito, cum interuentu patrini, quando baptizandus ſenſu caret; in caſu verò neceſſitatis poteſt fieri à qualibet perſona, & ſimplici muliere ſine patrino cum qualibet aqua, & ſine alio Catechiſmo, quo caſu tamen ſuperuiuente baptizato debent poſteà fieri ſolemnitates in Eccleſia, ſed non noua baptizatio, Gemin. *conſ.* 33. Ricc. *Collect.* 2256. *&* 3368. Anchar. *conſ.* 195. Tuſch. *litt. B. concluſ.* 20. *&* 22. *per tot.* Dian. *part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 85. *& reſol.* 85. vbi de expoſitis, vide in §. *Filiatio num.* 17. *in fine, &* §. *Affinitas num.* 10. Candid. *diſquiſit. moral. tom.* 1. *diſquiſit.* 16. *per tot. fol. mihi* 90. *& ſeqq. ad* 125. vbi plura de Sacramento Baptiſmi. 4

An

An ideò obstetrices teneantur scire formam baptismi, & modum baptizandi saltem vernacula lingua, & quid si addatur, vel omittatur aliquid de forma, Dian. *p.2. tract.15. resol. 46. 47. & 48. & tract. 17. resol.15.*

Quòd aqua debeat esse pura, vnde in brodio, vel aqua mixta butyro, siue alia pinguedine, non potest fieri baptismus, quando scilicet permixtum soluit speciem aquæ, nec sine aqua, cùm illa deficiente nihil fiat, Capell. Tholos. *quæst.* 295. vbi etiam quòd in casu necessitatis valeret per proiectionem in puteo cum prolatione verborum necessariorum, quæ sunt, *Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen*, & loquitur ad effectum, vt puer natus possit in loco sacro sepeliri.

Quòd baptismus etiam dobius tradat ius Ecclesiasticæ sepulturæ, Ciarlin. *controu. 199. num.8. &c.*

Plures alias dubitationes circa Sacramentum baptismi resoluit idem Dian. *part.3. tract.4. per tot. & part.5. tract.3. resol.1. cum pluribus seqq.* vbi de varijs modis baptizandi in casibus necessitatis, & vrgente periculo mortis, multa de forma baptismi, & illius verbis, idem Dian. *part. 10. tract. 16. resol.92. & 93.*

Quòd oon possit sanctum baptisma scienter reiterari sub pœna mortis contra Anabaptistas, *l. 2. C. ne Sanct. Bapt. iter.* Paul. Christin. *decis. Belg.38. volum.2.* Ricc. *Collect.*2256.

Si tamen dubitetur an quis sit baptizatus, potest baptizari sub conditione si non sit baptizatus, *c. 1. de Baptism.* Ricc. *decis.*127. Nouar. *Collect.187. num.9.*

5 Baptismus, siue fons baptismalis non reddit per se beneficium curatum, nisi alias sit tale, non tamen potest concedi alteri Ecclesiæ in præiudicium Ecclesiæ matricis, & Collegiatæ sine illius consensu, Feder. de Sen. *cons.* 80. & *cons.*135. Caldet. *cons.* 457. Tusch. *litt. B. concl.* 21. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2823. Rot. *part. 17. recent. decis.* 104. *per tot.* vbi plura de fonte Baptismali non inferente ad Parochialitatem, & an possint esse duæ Ecclesiæ Baptismales in vna, & eadem Parochia.

De tribus baptismi speciebus Franch. Match. *decis.* 949. & alia de Sacramento baptismi, Bertachin. *in Repert. verb. Baptismus*, Bonacin. *de Sacrament. disput.2. tit. de Baptismo*, vbi plura de baptismo Fluminis, Flaminis, & Sanguinis, & qoomodo perficiatur.

6 Baptismus remittit pœnas plenissimè etiam quoad culpam in foro poli, imò etiam in foro fori secundùm vnam opinionem, licèt alij contra, non tamen liberat à restitutione debiti, vel malè ablati, Ruin. *cons.* 13. *lib.* 5. Clar. §. *fin. quæst.* 51. *in fine*, Tusch. *litt. B. concl.*23. *vide in* §. *Iudæus num.* 2. Dec. *cons.* 130. Arismin. Tepat. *var. sentent. tit.6.* vbi quòd in foro fori non liberatur, sed potest inquiri, &c. Caldas Pereyra *quæst. forens. cap.49. per tot.* vbi an baptismus remittat pœnas.

An autem ad dictum effectum sit necessaria contritio, vel saltem attritio cognita de peccatis, vel an saltem recedente posteà fictione, & sic superueniente contritione, vel attritione baptismus operetur suum effectum remissionis peccatorum antecedentium, & ipsius fictionis, an idem sit in alijs Sacramentis, & alia, Dian. *part. 3. tract. 4. resol.* 13. *& seqq.*

7 Baptizatus dicitur, qui adhuc viuens fuit aqua baptismatis aspersus in capite, vel in maiori parte corporis, ac etiam si minima gutta per modum baptismi tetigerit pedem, vel aliam corporis partem, vel si io casu necessitatis fuerit proiectus in puteo cum verborum prolatione facta à proijciente, cùm debeat esse idem qui aspergit, & verba profert. Innoc. *in c. debitum de Baptis.* Lap. *alleg.* 105. *per tot.* Tusch. *litt. B. concl.*24.

Quòd puer existens in vtero matris vrgente periculo mortis possit baptizari, si in aliqua sui parte possit aqua lauari cum debita verborum forma, quicquid alij contrariom sentiant Dian. *part.2. tract.* 15. *resol.* 43. *& part. 4. tract.* 3. *resol.* 4. *&* 12. Ricc. *Collect.* 2133. An autem possit mater viua secari ad hunc effectum, vide in §. *Abortus num.* 8.

Qualiter baptismus collatus in extrema parte comæ, vel in secundina sit validus; an modus baptizandi per proiectionem in puteum, vel flumen sit licitus, & videtur quòd non; an probabiliter putans se non esse baptizatum possit alia Sacramenta suscipere, & alia latè Dian. *part. 10. tract. 16. resol.18. 19. & 20.*

Quòd possit baptizari qui habet caput extra vterum de communi Theologorum, & Canonistarum opinione testatur Boer. *tract. de auct. magn. Consil. num.* 21.

Qualiter probetur quis baptizatus, Mascard. *de probat. conclus.* 163. & *conclus.* 287. vide in §. *Liber num....* Si dubitetur an infans rite fuerit baptizatus debet adhuc sepeliri in loco Sacro, Dian. *part.4. tract. 3. resol. 69. & part. 5. tract.3. resol.15.*

An peruersa intentio ministri, siue defectus intentionis ministri in conferendo baptismo, & alijs Sacramentis suppleatur ex bonitate Dei qooad gratiam, Dian. *part.3. tract. 4. resol.* 17. vbi refert contrarias opiniones, sed certè Deus non patitur huiusmodi errores fieri in Ecclesia sua.

8 Baptizari non possunt filij impuberes Iudæorum inuitis parentibus, nec ipsi Iudæi compelli, quia Deus vult milites voluntarios non coactos, si tamen pater, vel mater efficiantur Christiani, trahunt secum infantes ad baptismum, Calder. *cons.490. alias 3. de Iud.* Ricc. *Collect.* 117. Afflict. *decis.*151. Barbat. *cons.*58. *num. 7. &c. lib.* 3. Tusch. *litt. B. concl.25. vide in* §. *Iudæus num.3. & in* §. *Filius num.* 71. *&c.* Dian. *part.2. tract.15. resol.45.* vbi circa infantes refert tres opiniones, *& part.3. tract. 4. resol.* 1. vbi an sicuti domini possunt etiam inuitis parentibus baptizare filios infidelium, ita etiam teneantur sub onere peccati mortalis illos baptizare, & videtur affirmare ratione charitatis, licèt alij contra, vt ibi per eum, & latiùs *part.7. tract. 7. resol. 68. 69. & 70.*

Quòd in periculo mortis filij Infideliom possint baptizari, & sint baptizandi etiam inuitis parentibus, Diana *part. 5. tract. 3. resol.*10. latè Ciarlin. *contr. 199. per tot.* vbi refert plures casus notabiles in hac materia ab eo decisos, & quòd tunc etiam sunt in loco Sacro sepeliendi, non obstantibus quibuscumque cootradictionibus parentum, & licèt sint infantes, ac ipsorum parentum expensis moderatis tamen.

An autem possit Summus Pontifex præcipere, vel liceat Ecclesiæ, vt Infantes Hæreticorum, & Apostatarum baptizentur etiam inuitis parentibus, latè declarat Dian. *resol. moral. part.8. tract.1. resol.1.* vbi pro affirmatiua, & quid de filijs infidelium, an possint per Principes Christianos abstrahi ab eorum parentibus, & illis inuitis baptizari, de hac materia an, & quando filij Iudæorum venientes ad fidem possint baptizari, etiam iouitis parentibus, & an habere legitimam à patre viuente, latè Ciarlin. *contr. 42. per tot. & contr. 199. per tot.*

9 Baptismus est validus licèt fuerit collatus à ministro putante baptizandum esse fœminam, cùm esset masculus, & esse filium voius com esset filius alterius, quia intentio eius fertur in personam præsentem, Bonacin. *de Baptis. dis.* 2. *quæst.2. punct.4. num.27. & seqq.* Sayr. *de Sacram. in gener. lib.2. cap.4. quæst.6.* & alij relati per Panimol. *in sua Plausin. seu Idea Constit. 1. num.7. & seqq.* Contra vide per Bertach. *in verb. Baptism.*

Quòd sufficiat baptizantis intentio cum debita forma, ita vt infidelis etiam simulatam intentionem se baptizandi habens, saltem quo ad Ecclesiam habeatur pro baptizato possit compelli ad permanendum in fide, & si ad infideles aufugerit non soluatur matrimonium cum Christiana contractum, nec illa possit alteri nubere, nisi viri vt supra baptizati morte sequuta, Bero. *quæst. famil.2. per tot.* vbi tamen quo ad Deum, & forum conscientiæ etiam baptizati fides in initio requiritur, si sit adultus.

10 Baptismi fides extracta à Parocho, vel Notario, siue alio, cui ex officio erat demandata custodia libri baptismalis probat ætatem, secus autem his cessantibus, & quando non fuit formiter extracta, maximè parte protestante, Rot. *part. 6. recent. decis.45. num.16. & seqq. vide in* §. *Ætas num.2. &c.* Giurb. *decis.109. num.* 7. vbi plures allegat, & rationem reddit, quia filij solent baptizari à natiuitate infra paucos dies.

Quòd liber baptismi concludenter probet ætatem, Rot. *part. 13. recent. decis. 454. num. 5. per tot.* Nouar. *Collect.* 187.

Quòd concurrentibus adminiculis probet ætatem, descendentiam, & similia, Coccin. *decis.*219. *num.* 5. *decis.* 334. *num.* 1. & 2. *decis.*482. *num.* 1. Ciarlin. *controu.* 174. *num.*21. vbi quòd baptizatus sub nomine alicuius præsumitur illius filius, & sic baptismus probat etiam filiationem, sed quòd ista sit præsumptio præsumptionis, & non probet filia-

filiationem, nisi alijs adminiculis concurrentibus, vide alios citatos supra num. 1.

11 Baptismus, qui datur infantibus ante vsum rationis est euidens signum in illis adesse peccatum originale, ad cuius deletionem, & cancellationem est omninò necessarius baptismus in lege gratiæ, sicut olim circumcisio, vt latè explicat Fr. Lucas de Monteforti *in Domo Sapientia tom. 1. column. 1. num. 71. fol. 39. 40. & tom. 2. n. 203. fol. 136.*

12 Baptismus an possit vnica aquæ infusione, & verborum prolatione, pluribus simul conferri, videtur quòd sic, exemplo D. Petri Apostoli, qui vno die tria millia hominum baptizauit, quod aliter fieri non potuisset, *glos. in c. propriè verb. trium millium de consec. dist. 4.* Hostien. & Io. And. *in c. 1. col. 2. extr. de Baptis.* idem Hostien. *in summ. eiusdem tit. §. quæ sit eius col. 2.* Lap. *alleg. 8. circa medium*, D. Thom. *4. sent. dis. 3. quæst. 1. art. 2.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. glos. 21. num. 18.* qui tamen dicunt tutius esse, vt singuli baptizentur, & D. Thom. *loc. cit.* asserit eum peccare, qui sic vniuersim multos baptizaret, Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 4.* vbi quòd absque causa, & necessitate non potest sine scelere ab vno pluribus simul conferri, suadente verò necessitate sic, proferendo verba in plurali, *ego vos baptizo, &c.* quemadmodum factum fuisse à D. Petro creditur per multos Theologos.

13 Baptismus imprimit characterem indelebilem, & ideò non potest reiterari, si quis Christianus mortuus resurgat, *glos. in cap. 1. de Sacram. vnct.* Marsil. *in l. fin. num. 35. ff. de quæst.* Sebast. Medic. *tract. mors omnia soluit. part. 2. nu. 273. & seqq. & part. 3. num. 1. & seqq.* Guaz. *def. 39. cap. 1. num. 14.*

14 Baptismus qualiter producat cognationem spiritualem, & inter quos, vide in §. *Affinitas num. 10.*

15 Baptismus an soluat matrimonium contractum in infidelitate altero coniuge conuerso ad fidem, vide Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 126. per tot.* dixi in §. *Iudæi n. 9. & §. Matrimonium num 24.*

An fides baptismi sit per Parochum exquirenda à forensibus, & vagis volentibus contrahere matrimonium, nouissimè Illustrissimus D. Seuerol. in eius voto decisiuo inter *recent.* Rot. *part. 14. decis. 535. num. 49. &c.* vbi quòd non, licèt prudenter ageret exquirendo.

16 Multa de Baptismo, & eius effectibus, ac de alijs ad rem facientibus tradit remissiuè plures allegans Ægid. de Castelo. *in Alphabet. iurid. verb. Baptismus, & Baptisterium*, & aliqua Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part. 4. eod. verb. fol. 156.*

De pœnis reiterantium baptismum, ac solemniter ministrantium baptismum dum non sunt Sacerdotes, de patre proprium filium baptizante, vel tenente in baptismo, vel Confirmatione extra casus necessitatis, de recipientibus baptismum ab hæretico, de baptizatis in ægritudine, vel alia necessitate, & huiusmodi, Carol. Anton. Thesaur. *de pœnis Eccles. part. 2. verb. Baptismus per tot. fol. 92. &c.*

17 Qualiter baptismus remittat omnem culpam, & pœnam, quoad Deum, non autem in foro fori. Quando puer baptizatur domi, & posteà in Ecclesia fiunt solemnitates, vel rebaptizatur sub conditione an, & inter quos contrahatur cognatio spiritualis. Quòd accedens ad baptismum fictè, & simulate, licèt quo ad Ecclesiam reputetur baptizatus, & compellatur seruare fidem, secus est quo ad Deum, & alia vide per Valer. *de different. vtriusq; fori verb. Baptismus per tot. fol. 42. &c.*

Recedente tamen posteà fictione, baptismus confert gratiam, sicut probabiliter alia Sacramenta fictè suscepta ex traditis per Dian. *resolut. moral. part. 5. tract. 13. Miscell. resolut. 30. fol. mihi* 301.

§. BENEFICIVM. IV.

1 Beneficium ne quis conueniatur vltrà id quod facere possit, idest deducto ne egeat, vel ne carceribus pro debito mancipetur competit pluribus personis, vel propter reuerentiam, vel ex natura debiti, nempè administratori, siue Curatori adultæ, Aduocato, Clientulis, arbitro, compromissario, ascendentibus, descendentibus, Baroni, bonis casu spoliato, cedenti bonis, Clericis, colonis partiarijs, comatri, compatri, consiliarijs debitoribus loci pij, Doctoribus etiam medicis, & illorum filiis, ac sociis, domino, donatori, filijs respectu patris, ac etiam filijs emancipatis, vel sui iuris effectis respectu aliorum, fratri, genero, iudici, marito, matri, militi, patri spirituali, pauperi quo ad forum conscientiæ, socero, socio, vassallo, subfeudatario, vxori, & similibus respectu suorum correlatiuorum, Io. de Castag. *in suo tract. de benef.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib. 3. cap. 7. per tot. fol.* 477. vbi singillatim declarant Soccin. *reg. 10. verb. Maritus*, Tusch. *litt. O. conclus. 44.* Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 14. num. 321. & seqq.* Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 78. per tot.* Ricc. *Collect. 227.* Giurb. *decis. 42. 43. 44. & 45.* vbi latè de hoc beneficio respectu filij familias posteà sui iuris effecti, ad interpretationem, *l. 2. ff. & C. quod cum eo*, & dixi in §. *Filius num. 58.* Rot. *part. 14. recent. decis. 178. per tot.* vbi de dicto beneficio inter fratres, & sorores, etiam paupertate non probata, vide in §. *Frater*.

Quoad dictos dotis debitores, latè Boss. *de dote cap. 11. num. 2. & seqq.* Vbi de beneficio ne quis conueniatur vltrà id quod facere potest: adde Caldas Pereyra *cons. 14. per tot.* vbi de Socero an, & quando illi competat, vel non tale beneficium.

Quòd beneficium ne quis conueniatur vltrà id, quod facere possit in foro exteriori competat tantùm quibusdam personis; in foro autem conscientiæ competat omnibus absque discrimine, & sic deductis necessarijs alimentis, benè comprobat Valer. *de different. vtriusque fori verb. Cessio bonorum dif. 6. fol. 59.*

Beneficium prædictum denegatur ex pluribus causis 2
etiam supradictis personis, nempè ingratitudinis, banni capitalis, paupertatis culposæ, siue dolosæ, negationis, vbi cessio bonorum denegatur, & in similibus casibus prout declarat Scanarol. *d. §. 7. per tot.* Altograd. *cons. 95. num. 3. lib. 1.* vbi de viro dissipante bona, Ridolphin. *d. cap. 14. num. 337. & seqq.* Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 78. num. 26. & seqq.*

Quòd dictum beneficium amittatur ex dolo adhibito etiam à fratre, quia priuare dolosum omni legum beneficio sacrificium reputatur, Rot. *part. 17. recent. decis. 62. per tot.* Boss. *loc. cit. num. 16. & seqq.*

Non etiam procedit dictum beneficium stante pari inopia creditoris, Sperel. *decis. 138. num. 63.* vide Ridolphin. *loc. cit. num. 344.* Merlin. *decis. 673.* vbi quòd denegatur marito propter inopiam vxoris, vel ingratitudinem contra illam commissam, Rot. *part. 6. recent. decis. 231. nu. 12.* vbi quòd amittitur propter ingratitudinem.

Beneficium prædictum competens principali debitori 3
porrigitur ad illius fideiussores, nisi opponatur ab ipso principali tamquam necessario defensore, & sua intersit, nec etiam istud procederet vbi fideiussor esset tamquam principalis, & in solidum obligatus, Scanarol. *d. §. 7. num. 54. & seqq. fol. 482.* Ias. *in §. sed & si quis num. 12. & 13. Inst. de act.* Gratian. *discept. 12. per tot. & 799. num. 53. &c.* Maur. *de fideiuss. part. 2. sect. 9. §. 10.* Ridolphin. *d. cap. 14. num. 329. & seqq.* Marcian. *disput. forens. cap. 56. & 57. per tot.* vbi latè qualiter competat donatori, & sit personale, nec ad alios transeat.

Beneficium prædictum quando, & in quibus casibus lo- 4
cum habeat, vel non, vide vltrà præcitatos Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 78. num. 26. &c.* Gratian. *decis. 130. n. 12.* Franch. *decis. 164.* Cigala *in §. Sed & si quis Inst. de act. 263. per tot.* vbi etiam Ias. & alij Interpretes.

Quòd possit opponi post sententiam in illius executione, cùm non impugnet directè, sed tantùm modificet ipsam sententiam, Gratian. *discept. forens. cap. 660. num. 20. & cap. 799. num. 12.*

Quòd non transeat ad hæredes, licèt ad eos transeat id, quod eius vigore fuit deductum, vide Franch. *decis. 698.* Gratian. *d. cap. 799. num. 65.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib. 3. §. 7. num. 19. fol. 479. & num. 61.*

Quid si excipiens posteà perueniat ad pinguiorem fortunam, an teneatur ad integrum, vide Gratian. *d. cap. 660. num. 21. & seqq. & d. cap. 799. num. 52.* & Scanarol. *loc. cit.*

An possit dicto beneficio renunciari, Montan. *de tut. cap. 15. num. 65. & seqq. fol. 51.* Franch. *decis. 164. num. 14.* Scanarol. *vbi supra num. 34. &c.* Merlin. *decis. 886. num. 7.* vbi quòd censetur illi renunciatum per clausulam renuncians omni legum auxilio.

Beneficium cessionis bonorum, quibus, & quando com- 5
petat, vel non, dixi in §. *Debitor num. 46. & seqq. & §. Cessio num. 1. & seqq.*

Bene-

6 Beneficium diuisionis actionum non potest opponi stante iuramento, Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 166. *fol.* 207.

Sed de isto, & aliis beneficiis fideiussoribus à iure concessis, vide in §. *Fideiussio*.

Alia generalia, vide in §. *Priuilegium*.

7 Beneficia Ecclesiastica quænam dicantur, & in quibus consistant, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 264. *&* 265. Gratian. *discept. forens. cap.* 397. *num.* 52. *& seqq.* Tusch. *litt. B. conclus.* 53. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 1299. 3311. *& alibi prout in repert. verb. Beneficium.*

Quando dicantur curata, & ex quibus inferatur cura animarum, Gratian. *discept.* 865. *num.* 10. *per tot.* Rot. *part.* 1. *diuers. decis.* 52. Greg. *decis.* 387. vbi de requisitis necessariis vt beneficium dicatur curatum, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 37.

Quòd non possint erigi sine auctoritate Ordinarii, & dotis assignatione, Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 157. *num.* 29. vide in §. *Ecclesia num.* 7.

In dubio, & de iure nullum beneficium præsumitur curatum, sed simplex, nisi habeat populum, vel Clerum, & ideò, qui asserit esse curatum tenetur probare, Rebuff. *in prax. benef. part.* 1. *tit. quotuplex sit benef. num.* 11. Caualer. *decis.* 55. *num.* 5. *& decis.* 315. *num.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 468. Tusch. *litt. B. concl.* 60. *&* 63. Dian. *part.* 4. *tract.* 3. *resol.* 74. Merlin. *decis.* 49 *num.* 3. *& decis.* 169. Ricc. *Collect.* 2438. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 357. *num.* 14. *&* 15. *& part.* 11. *decis.* 203. *num.* 13. *decis.* 281. *num.* 8. *&c.*

De multiplici beneficiorum distinctione, vide summatim Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 36. *per tot. fol.* 450. vbi adducit 25. distinctiones.

Plura de beneficiis in genere, de illorum resignatione, permutatione, locatione, vnione, regressu, &c. Arismin. Tepat. *var. sentent. tit.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *per tot. cum plurib. seqq.* Mascard. *de probat. conclus.* 170. *& seqq. ad* 184.

Quòd in impetratione beneficii curati sit exprimenda qualitas curæ animarum, & quando secus, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 201. *num.* 61. *& seqq.*

Quæ magna, & quæ tenuia beneficia dicantur, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 216. *per tot.*

Quòd in beneficio parochiali sit necessarium examen, etiam si prouisus sit idoneus, & quando secus vbi aliàs constat de idoneitate, Merlin. *decis.* 71. *per tot. & decis.* 198. vbi de concursu, & alia.

8 Beneficii appellatione an veniat iuspatronatus, & an vbi ablatum per sententiam Episcopi, vel eius Vicarij, possit conferri familiaribus, vel affinibus eiusdem Episcopi, negatiuè concludit Gratian. *discept. forens. cap.* 809. *per tot.* vigore Bullæ Pij IV. de qua ibidem, & vide Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 226. *fol.* 244. *vbi à num.* 165. *ad* 234. enumerat 58. casus, in quibus vacat beneficium, & alios etiam remissiuè, vide in §. *Episcopus num.* 14.

An altaria, & capellæ dicantur beneficia, vt illa obtinens gaudeat priuilegio fori, Sanfelic. *decis.* 388. *cum Addit.* vbi quòd sic, quando dantur in titulum, & sunt auctoritate Episcopi fundata, aliàs secus; patrimonia verò Clericorum, seu donata ad titulum patrimonij non dicuntur beneficia; & quid de pensionibus, dixi in §. *Pensio, &* §. *Clericus num.* 69.

Quòd appellatione beneficiorum comprehendantur etiam regularia, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 189. *num.* 1.

Quòd omnia beneficia ex primæua institutione præsumantur sæcularia, & non regularia, latè declarat Mascard. *de probat. concl.* 172. *per tot.*

Quando beneficium dicatur collatiuum, & sæculare, & non regulare, etiam si existat in Ecclesia regularium, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 65. *per tot.*

Et quæ beneficia veniant sub nomine beneficij, vide latè Barbos. *de appellat. verb. signific. appell.* 32. *per tot.* Tusch. *litt. B. concl.* 59.

Quando beneficium dicatur simultaneæ collationis Episcopi cum Capitulo, & ex quibus tale probetur, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 74. *per tot.*

9 Beneficium, & cura animarum vt possit dismembrari, requiruntur solemnitates necessariæ in alienatione rerum Ecclesiæ, iusta, & legitima causa, ac consensus omnium patronorum, & parochianorum, quorum interest, Rot. *in Bononien. dismembrationis* 15. *Ianuarij* 1635. *coram Ghislerio in nouiss. part.* 7. *decis.* 6. *per tot.* vbi concordantes referuntur, Merlin. *decis.* 197. *per tot.* Rot. *in Comen. Dismembrationis* 22. *Iunij* 1648. *coram Corrado, part.* 10. *recent. decis.* 224. *per tot. & in Bononien. Dismembrationis* 20. *Februarij* 1660. *coram Beuilaqua part.* 13. *recent. decis.* 165. *per tot. vide in* §. *Alienatio num.* 26. *in fine*.

Plura de beneficiorum suppressione, dismembratione, diuisione, vnione, vnionis reuocatione, & mutatione status, à quo, ex quibus causis, quomodo, & quibus solemnitatibus interuenientibus fieri possit, vide Pac. Iordan. cum aliis ab eo citatis *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 29. *& seqq. ad tit.* 35. *fol.* 441. *& seqq. ad* 445. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 223. *per tot.* vbi allegantur plures aliæ decisiones in eadem causa *Bononien. Dismembrationis*, omnes coram Ghislerio, vide Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 165. *per tot.*

Beneficium sæculare vacat ipso iure per professionem à curato emissam in Religione, Ludouis. cum Addit. *dec.* 282. cum aliis per Duran. *decis.* 440. *in fine*, Merlin. *decis.* 203. vbi quòd idem est per susceptionem habiti Religionis Equitum Hierosolymitanorum. 10

De modis, quibus vacant beneficia, vide Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 165. *& seqq. ad* 234. *infr. num.* 18.

Qualiter propter hæresim, Ricc. *Collect.* 1659. Merlin. *decis.* 178. *&* 252.

Qualiter propter matrimonium, Ricc. *Collect.* 813. Sanfelic. *decis.* 15. *per tot.* Merlin. *decis.* 220. *num.* 2. *&c. decis.* 516.

Qualiter propter resignationem, Merlin. *decis.* 412.

Quòd beneficium non amittatur ipso iure propter homicidium etiam qualificatum, Diaz. *in pract. canon. cap.* 90. *circa finem*, Gabriel. *cons.* 187. *lib.* 2. Paul. Rub. *Annot. ad decis.* 1. *part.* 9. *recent. vol.* 1. *num.* 5. *& seqq.* vide Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 342. *& part.* 11. *decis.* 177. *per tot.* vbi qualiter opus sit sententia, & illius executione, *& d. part.* 11. *decis.* 369. *in Append.*

Qualiter possit amitti ob non residentiam, vide in §. *Clericus num.* 28.

Beneficia Ecclesiastica debent conferri Clericis iuxta illorum qualitatem, quia laici sunt incapaces, item diuturnis in fide, & non neophytis, masculis, & non fœminis, habentibus vsum rationis, non corpore vitiatis, non illegitimis, non filiis etiam legitimis presbyterorum, qui ea ipsa beneficia immediatè obtinuerunt, legitimam ætatem habentibus iuxta qualitatem beneficij, grauitate morum, & litteratura præditis, non vxoratis, non bigamis, natiuis loci, & non exteris vbi adesset talis consuetudo legitimè præscripta, habentibus qualitates requisitas ex fundatione, institutione, statuto, consuetudine, vel priuilegio, sæcularia sæcularibus, & regularia Regularibus, nullum aliud, aut vnicum tantùm possidentibus beneficium, quod ad congruam sustentationem non sufficiat, & cum alio sit compatibile, cùm regulariter pluralitas beneficiorum sit prohibita, sicuti latè omnia prædicta de qualitatibus requisitis pro beneficio obtinendo, singillatim explicat videndus Pac. Iordan. cum aliis ab eo citatis *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 13. *cum pluribus seqq. ad* 29. *fol.* 353. *& seqq. ad* 431. Tusch. *litt. B. concl.* 56. *& seqq.* Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 59. *& seqq. ad* 92. Ricc. *Collect.* 763. & alibi sæpè vt in Repert. 11

Quòd Regularibus beneficia sæcularia conferri non possint, nisi quandoque in subsidium, Aloys. Ricc. *prax. var. resol. cap.* 332. vide Tambur. *de iur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 9. vbi plura de collatione beneficiorum Regularium Regularibus à suis superioribus facienda, & alia.

An, & quando beneficium dandum Sacerdoti cum onere celebrandi missas, possit dari ei, qui actu nondum sit Sacerdos, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 133. *num.* 1. *&c. & melius cap.* 800. *num.* 11. Dian. *resol. moral. part.* 4. *tract.* 4. *resol.* 227. Merlin. *decis.* 803. *per tot. & decis.* 225. *per totum*, Ricc. *Collect.* 2441. *&* 2488. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 108. *in fine, vide in* §. *Patronus num.* 18. *&* §. *Iuspatronatus nu.* 24. vbi etiam an Capellanus possit seruire per substitutum.

Beneficia Ecclesiastica debent conferri in perpetuum purè, liberè, & absque aliquo onere, aliàs non dicuntur talia, sed potius simplices, & temporales administrationes, Durand. *decis.* 381. *num.* 6. *per tot. vide in* §. *Episcopus*, Tusch. *litt. B. concl.* 55. *per tot.* 12

Dantur tamen etiam beneficia manualia, quæ possunt per nouam prouisionem conferri alteri, non expectata morte primi prouisi, ad plures citatos per Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 217. *num.* 4. vbi etiam an possit fieri amotio sine causa, & quid si procedat ex odio, & malitia.

Quòd

Quòd plura beneficia non possint ab eodem obtineri, & ideò faciendam esse mentionem de primo in impetratione secundi, ne rescriptum possit dici subreptitium, Menoch. *de arbitr. cas.*201. *num.* 41. *&c. ad* 61. *Collect.* 4028. Ricc. latè Paul. Rub. *Annot. ad decis.*90. *part.*9. *recent. decis.* 316. & latiùs in *Annot. ad decis.* 254. *num.* 440. *d. part.* 9. *recent.* Rot. *par.*12. *decis.*241. *per tot. par.*13. *decis.* 55. *&* 223. Duen. *reg.*71. *per tot.* vide in §. *Clericus num.*20. Tusch. *litt. B. concl.*61. vbi quid in beneficijs simplicibus, & vide Concil. Trid. *sess.*24. *cap.*17. *de reformat.* Tusch. *loc. cit. concl.*64. *& seqq.* vbi latè de beneficiorum pluralitate; & multa notabilia de pluralitate beneficiorum Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *resol.*1. *per tot.* Merlin. *decis.*6. *& decis.* 46. *num.* 18. *&c. decis.*122. vbi quòd non est prohibita adeptio, sed retentio, & stante dispensatione debet Rector in nobiliori residere.

Quoad pluralitatem Beneficiorum, Bich. *decis.* 313. vbi secus è contrà si primum beneficium sit litigiosum, & secundum sine controuersia, & alia de incompatibilitate de iure, & ex ordinatione Testatoris in fundatione Iuspatronatus.

Quòd pluralitas beneficiorum sit prohibita sine dispensatione Apostolica, etiam in beneficijs simplicibus quando vnum est sufficiens ad congruam sustentationem, Bich. *decis.*639. *num.* 8. *&* 9. latè Hermenegild. Buxus *de incompatibil. Regn. & Maiorat. part.*7. *cap.*1. *cum pluribus seqq.*

Qualiter beneficium primum vacet per assecutionem alterius incompatibilis, Rot. *part.* 18. *recent. decis.*648. *per tot.* & vide in §. *Clericus*.

Nec primum est dimittendum, si secundum sit litigiosum, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 131. *num.* 10. *& part.* 13. *decis.*257.

Et si primum fuerit dimissum cum supposito assecutionis alterius, quòd posteà euanuerit, datur regressus ad primum, licèt fuerit alteri collatum, *c. si beneficia* 20. *de præbend. lib.*6. vbi glos. & DD. Rot *part.* 11. *recent. decis.*205. *n.*2. *&c.*

13 Beneficium ab alio possessum non potest impetrari per supplicationem, vt per priuationem possidentis prouideatur supplicanti, nisi per supplicantem accusetur possessor cum inscriptione in forma iuris, hoc est ad pœnam extraordinariam in casu succumbentiæ, sufficit tamen accusationem ciuiliter proponere, vt per Rot. *part.* 12. *diuers. decis.*138. *per tot.*

An autem possit beneficium ab vno auferri sine iusta causa, vt alteri detur, P. Stephan. de Neapol. *tract. de restitut. lib.*2. *cap.*95. *num.*25. *&* 26. vbi quòd non, ita vt nec Pontifex possit hoc facere absque nota iniustitiæ, nisi aliter compenset.

14 Beneficia vacantia in Curia, vel intra duas dietas iuxta Curiam, sunt Papæ reseruata, Rebuff. *in prax. benefic. p.* 1. *tit. de resignat. num.* 45. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.*7. *num.*294. *& seqq. fol.* 251. vbi quid in iurepatronatu laicali, quod non dicitur reseruatum per vacationem in Curia, sed tantùm præbet iustam causam derogationis pro illa vice, adde Merlin. *decis.* 49. vbi ponit aliqua requisita, vt beneficium simplex cadat sub dicta reseruatione.

Ad hoc vt beneficia Collectorum, & Subcollectorum sint Papæ reseruata requiritur, quòd deputatio sit facta cum omnimoda iurisdictione, & non ad nudum ministerium tantùm, & ex quibus id arguatur, vel non, Bich. *decis.*99. *per tot.*

Item beneficia Conclauistarum esse semper Pontifici reseruata, nec cadere sub indultis Cardinalium, latè Rot. *p.* 17. *recent. decis.*303. vbi etiam plura de priuilegijs Conclauistarum, *& decis.*382. *in eadem causa d. part.*17.

Quòd beneficia manualia non cadant sub reseruatione summi Pontificis, & quomodo probentur esse manualia, Merlin. *decis.*61.

Ex quibus probentur manualia, idem Merlin. *decis.*128.

An beneficia affecta, & reseruata Papæ, sede vacante, spectent ad collationem Episcopi, Merlin. *decis.* 192. *per tot.*

Qualiter per appositionem manus Papæ beneficia efficiantur effecta, & non possit Ordinarius in eis se intromittere, Merlin. *decis.*768. Ricc. *Collect.*4231. plenè Paul. Rub. *in Annot. ad decis.*254. *art.*1. *per tot. part.*9. *recent.*

Quòd Collectorum, & subcollectorum beneficia sint semper Papæ reseruata, & ad hunc effectum sufficiat sola deputatio etiam sine acceptatione, vel exercitio *per reg.* 4. *hodie* 5. *Cancellariæ*, latè Rot. *par.* 11. *decis.*155. *& decis.*178. Rot. *part.*9. *recent. decis.* 259. *per tot.* Item Prothonotariorum, eadem Rot. *d. part.*9. *decis.*350. *num.*2. *&c.*

Quòd in impetratione beneficij sit exprimendus locus vacationis, & quare, vide Rebuff. *tit. de form. signat. vers. Extra Rom. Cur. defuncti*.

Quòd regulariter spectet ad Episcopum collatio, & institutio omnium beneficiorum suæ Diœcesis, exceptis Pontifici reseruatis, & alijs, quæ, & qualia sint reseruata, vide Pac. Iordan. *Lucub. vol.*2. *lib.* 10. *tit.* 1. *per tot. fol.* 204. cum alijs ab eo citatis, & dixi in §. *Episcopus*, Tusch. *litt. B. conclus.*75. *&* 76. *per tot.* Merlin. *decis.*891.

Plura de reseruatione generali beneficiorum an, & quando tollat consuetudinem, vel indultum optandi alijs competens etiam non facta expressa derogatione, Rot. *part.* 9. *recent. decis.*285. *decis.*366. *decis.*377. *& part.*13. *decis.*127.

Nuntij Apostolici Hispaniarum, quæ beneficia conferre possint, Rot. *part.*12. *decis.*75.

Qualiter collatio beneficij litigiosi mortuo collitigante spectet ad Auditores Rotæ Romanæ si ad defunctum pertinere iudicauerint, *Clem. Auditor. de rescript.* Gonzal. *reg.* 8. *glos.*30. *num.*35. *&c.* Merlin. *decis.* 46. *num.* 1. *&c. & decis.*71. *num.*11.

Et qualiter possit collitigans superuiuens petere subrogari in ius collitigantis defuncti, & sic obtinere beneficium etiam de iurepatronatu, idem Merlin. *decis.* 110. Rot. *part.* 9. *recent. decis.*279. *num.*6. vbi de prædicta collatione Auditorum Rotæ.

Beneficium Ecclesiasticum pacificè per triennium possidens, non potest molestari nec possessorio, nec in petitorio, *Clem.* 1. *vbi glos. in verb. triennio de sequestr. poss. & fruct.* Boer. *decis.*24. latè Cassador. *decis.*6. *cum pluribus seqq.* Rebuff. *tract. de pacif. possess. n.*3. *& seqq. per tot.* Duen. *reg.* 70. *vide in* §. *Possessio num.*50. latè Dian. *resolut. moral. part.* 7. *tract.*10. *resolut.*26. *per tot. part.*9. *tract.*9. *resolut.*67. *per tot. part.*11. *tract.*5. *resol.*3. *&* 4. *per tot.* Paul. Christ. *decis.* 131. *num.*5. *vol.*4. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 341. *num.* 10. *&c. part.*11. *decis.*178. *num.*9. *& seqq. decis.* 255. *per tot. & part.* 12. *decis.*64. *num.*6. *&c. decis.*238. *part.* 13. *decis.*223. *nu.*18. *& seqq.* 15

Intellige si possideat in titulum beneficii, secus si tamquam vnitum, & sic vti prædium alterius tituli, Caualer. *decis.*202. *num.*4.

An autem sufficiat sola possessio iurium spiritualium, vel simul requiratur etiam possessio bonorum, an pro parte, & an per tertium possint allegari molestiæ ab alio illatæ, & alia ad declarationem dictæ regulæ, Rot. cum citatis ab ea *p.*12. *recent. decis.*39. *n.*15. *& seqq. per tot. & decis.*104. vbi quando lis dicatur extincta, vel non, *& d. p.*12. *decis.*154. *nu.* 24. *& seqq. & part.*13. *decis.*223. *num.*18. *& seqq.*

Et quando beneficium dicatur litigiosum, vel non, ibidem Caualer. *decis.*200. Rot. *part.*11. *recent. decis.* 255. *per tot. part.*12. *decis.*50.

Quid autem operetur annalis pacifica possessio, vide Crescent. *decis.*4. *de caus. poss. & prop.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.*52. cum aliis per Rot. *part.*9. *recent. decis.*289. *n.*28. *& seqq. & decis.*305. *n.*40. *& part.*12. *decis.*152. *n.*56. *&* 57. Cassador. *decis.*12. Rot. *part.*13. *recent. decis.*402. *per tot.*

Beneficia, siue gratiæ Principum latgißimè capiunt interpretationem, quando de ipsorum tantùm præiudicio agitur, secus autem si de præiudicio tertii, vel de iuri communi derogando, latè Tusch. *litt. B. concl.*49. *cum duabus seqq. per tot. dixi in* §. *Rescriptum num.* .. 16

Intellige in beneficiis, & gratiis munificentiam, & donationem continentibus, secus in priuilegiis, quæ stricto modo, & in fauorem concedentis sunt accipienda, Bart. Ias. & alii *in l. beneficium ff. de constit. Princip.* Gomez. Leon. *decis.* 31. *num.*3. vide in §. *Priuilegium num.*1. *&c.*

Beneficium regulariter non confertur inuito, *l. inuito ff. de reg. iur.* & qualiter istud procedat, latè Tusch. *litt. B. concl.* 52. *per tot.* facit quod dixi in §. *Absolutio num.*27. *in fine.* 17

Beneficia qualiter vacent per assequutionem iuris in pluribus incompatibilibus, vel per promotionem ad Episcopatum, vel per ingressum religionis, & alia plura in materia beneficiorum, Tusch. *litt. B. concl.* 70. *& seqq. supra num.*10. *&* 12. Ricc. *Collect.*866. *&c.* 18

Quòd per promotionem ad Episcoporum non vacent statim, sed tantùm post adeptam possessionem, & consecrationem, & ideò non vacare per promotionem ad Episcopatum in partibus Infidelium, Merlin. *decis.*151. *per tot.* Ricc. *Collect.*3335. vbi quòd primum beneficium non vacat nisi adepta possessione secundi.

Licèt omnia beneficia ad Episcopatum promoti vacent de

iure, tamen secus sit stante indulto Pontificis de illa retinendo, Rot. *part. 14. recent decis. 246.*

19 Beneficia etiam simplicia quæ in titulum conferuntur de iure requirunt residentiam Rectoris, secus autem de generali consuetudine, secundum quam potest seruire per substitutum, nisi in aliquo loco vigeat alias specialis consuetudo, vel statutum in contrarium, vel nisi aliter disposuerit fundator beneficij, Merlin. *decis. 399. per tot. & decis.* 825. *per tot.* Ricc. *Collect.* 671. 2387. *vide in §. Iuspatronatus n. 24.* Rot. *part. 12. recent. decis. 345. per tot.*

Plura de residentia in beneficijs, Ricc. *Collect.* 583. 1591. 1683. 2195. *vide in §. Clericus num. 26. & 28.*

20 Beneficio, concurrente iusta causa, quæ reputatur lis super eo pendens debet ab ordinario œconomus deputari, quæ facultas œconomum deputandi competens ordinario, competit etiam Rotæ Romanæ lite in ipsa Rota pendente, quia tunc succedit loco ordinarij, & quando huiusmodi deputatio ritè, ac rectè facta dicatur, vel non, Rot. *part. 10. recent. decis. 286. per tot. facit supra num. 14. in fine.*

21 Beneficia vacantia in Ecclesia Cathedrali, sede Episcopali vacante an, & qualiter sint Papæ reseruata, vel ad Capitulum spectet illorum collatio, vide *Reg. 2. Cancell.* Lotter. *de benef. lib. 2. quæst. 34. num. 5. &c.* Garz. *de benef. part. 1. cap. 1. num. 236.* Merlin. *decis. 173. 199. & 184.* Rot. *part. 12. recent. decis. 257. num. 15. & seqq.*

Item qualiter sint Papæ reseruata vigore familiaritatis Cardinalis, vide *Reg. 4. Cancell.* Rot. *d. part. 12. decis. 257. num. 6. & seqq.* Ludouis. *decis. 116. per tot. cum Annot. Beltram. dixi in §. Familiaris num. 8.*

Quòd vbi Episcopus est Cardinalis, non adsint menses reseruati, Ludouis. *decis. 99. cum Annot. Beltram.*

22 Beneficium nouum quando erigitur, & dotatur ex fructibus alterius beneficij, efficitur de iurepatronatus primi beneficij, quando Ecclesia, ex qua fit dismembratio remanet matrix in eodem statu, secus autem quando ex vno beneficio duo creantur, nam tunc vnumquodque stat de per se, nec dependet ab alio, *c. ad audientiam 3. de Eccl. ædif. c. vacante 26. de præbend.* cum alijs per Rot. *in Fauentina Vicariæ 20. Iunij 1633. coram Dunozetto part. 6. recent. decis. 220. per tot. vide in §. Iuspatronatus.*

23 Beneficium legis, & inuentarij à damno tantùm præseruat, non autem lucrum admitti, Rot. per Farinac. *decis.* 270. & 280. *num. 4. vide in §. Hæres, & §. Inuentarium*, in quibus locis plenè de hac materia.

24 Beneficia simplicia sine cura, & regimine possunt conferri minoribus quatuordecim annorum, maioribus tamen septennio, & sic Clericus septennis, in qua ætate reputatur habilis ad primam tonsuram, est etiam capax huiusmodi beneficiorum simplicium, non tamen regiminis, & administrationis bonorum, quæ solet in tali casu per Episcopum parentibus committi vsquequò prouisus perueniat ad ætatem 14. annorum, vt colligitur ex traditis per Lambert. *de iurepatr. 2. art. 7. quæst. princ. 1. part. 2. lib. num. 9. & seqq. fol. mihi 214. à tergo, & 26. art. d. 7. quæst. princ. 1. part. 2. lib. num. 1. & seqq. per tot. fol. 229.*

Quinimò non desunt Doctores tenentes, beneficia merè simplicia, quæ dicuntur infimi ordinis, vel gradus posse conferri habentibus solum ætatem quinque annorum, Roch. de Curte *tract. de iurepatr. verb. honorificum in 4. quæst. princ.* quem tamen corruptum esse, & voluisse dicere septem annorum, notat Lambert. *d. art. 26. quæst. 7. num. 6. in fine.*

Qualiter autem possit Papa dispensare saltem in sexto anno, & alia, idem Lambertin. *loc. cit. & 2. art. 10. quæst. princ. 1. part. 1. lib. fol. mihi 90. num. 8. & seqq.* Rebuff. *in Prax. benef. part. 1. tit. de Cleric. num. 6. &c. part. 2. tit. de dispensat. rat. ætat.* in quibus tamen locis admonet, vt videat causam, ne iudicium sibi præparet, si sine ratione, & sola affectione motus dispenset, quia est contra ius diuinum, & quodammodò contra ius naturale, vt qui loqui nescit alios doceat, & regat, & alia, vide in §. *Clericus num. 1. & §. Ætas num. 9.*

Quòd ex dispositione Sacri Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 6. de reform.* requiratur ætas 14. annorum ad obtinenda beneficia Ecclesiastica dixi in locis citatis; quæ tamen dispositio non obstat quando concurrit in contrarium voluntas fundatoris, cui non fuit à S. Concilio derogatum, Barbos. *de offic. & potest. Episcop. allegat. 60. num. 77. part. 3.* Add. ad Burat. *decis. 655. num. 15. & 16.* Rot. *part. 1. diuers. decis. 482. num. 3. part. 13. recent. decis. 290. num. 10. & decis. 399. num. 5. & per tot.* vbi in terminis Commendæ, vt debeatur in quacumque ætate iuxta dispositionem fundatoris, non obstantibus statutis requirentibus certam ætatem, quæ procedunt tantùm in Commendis liberæ dispositionis ipsius Religionis, vel Magni Magistri.

25 Plurima de beneficijs Ecclesiasticis, & huiusmodi per plures paginas, vltra tractatus ordinarios tradunt Tondut. *resolut. benef. tom. 1. per tot.* & remissiuè Ægid. de Casteion. *in alphabet. iurid. verb. Beneficium*, & Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part. 4. sub eod. verb. fol. 163. &c.*

26 Alia plura de diuersis beneficijs à legis concessis pluribus personis, vel litigantibus, vide per Thoro *Compend. decis. Neap. part. 1. 2. & 3. verb. Beneficium.*

27 Quòd omne beneficium Ecclesiasticum ex sua origine præsumatur liberum, vel liber collationis, nisi doceatur legitimè de iurepatronatus ex fundatione, vel dotatione cum consensu ordinarij, ita vt creatum in sua origine in libertate, non possit postea etiam de consensu Prælati iuripatronatui subijci; & alia plura de libertate beneficiorum, & Capellaniarum recuperanda, & de quasi possessione præsentandi subuertenda, benè explicat videndus Salgad. *in tract. de libert. benef. & Capell. recup. & quasi poss. præsent. subuert. per tot.* habetur post *Labyrint. credit. part. 4. in fine.*

28 Beneficia Ecclesiastica per sordes, & modis indirectis obtinentes quibus pœnis afficiantur in foro fori, & conscientiæ, latè Carol. Ant. Thesaur. *tract. de pœnis Eccles. part. 2. verb. Beneficia per tot. fol. 69. &c.* vbi etiam de retinentibus plura beneficia incompatibilia, & de obtinentibus, vel conferentibus per abusum laicæ potestatis, ac de conferentibus indignis, vel minus dignis, dignioribus omissis, & huiusmodi.

29 De pluralitate beneficiorum vltrà congruam sustentationem prohibita, ita vt non possit iustificari ex contraria consuetudine Papæ nota, nec ex ipsius Papæ dispensatione in foro animæ, nisi duobus concurrentibus, nempè intentione, & opere completo impendendi fructus in opera pia, & pauperum sustentationem, aliàs dispensationem non seruire ad aliud, quàm cum licentia Papæ in infernum intrare, & alia tradit latè videndus Valer. *de different. vtriusque fori verb. Beneficium per tot. fol. 44.* & cum alijs per me citatis in §. *Clericus num. 20.*

§. BENEPLACITVM. V.

1 Beneplacitum Principis, vel alterius tamquam pendens ab aliena voluntate reputatur pro impossibili, Magon. *decis. 25. num. 82. & 83.* Mohed. *decis. 3. de test. num. 1. alias decis. 235.* quod parit notabilem effectum, vt dixi in §. *Legatum*, & in meis resol. *cap. 69. num. 26.*

Quòd voluntas Principis æquiparetur casui fortuito, *l. Lucius 11. de euict.* Crauett. *cons. 64. num. 6.* Alex. *cons. 57. num. 4. lib. 1.* Afflict. *decis. 54. num. 2.* Rot. *par. 10. recent. decis. 139. num. 2.*

2 Beneplacitum Pontificis, Principis, vel alterius, an extinguatur finito Pontificatu, vel Principatu, siue officio concedentis, vel per mortem illius, vide Capye. *decis. 136. per tot.* vbi considerat an gratia fuerit concessa sub nomine proprio, vel sub nomine dignitatis, & similia, Gratian. *discept. forens. cap. 167. num. 46. &c.* Menoch. *de arbitr. quæst. 69.* vbi plura an, & quando arbitrium extinguatur morte concedentis, Mascard. *de probat. concl. 188. per tot.* & latè Barbos. *de claus. 3. per tot.* Tusch. *litt. B. concl. 89. per tot.* Ricc. *Collect.* 510. Rot. *part. 10. recent. decis. 336. num. 10. & 11.* vbi de Beneplacito Apostolico pro confirmanda alienatione bonorum Ecclesiæ, Fulgin. *de iur. emphyt. quæst. 21. num. 21.* vbi quòd si Breue nondum fuit præsentatum Commissarijs, expirat, & opus est nouo consensu futuri Pontificis, si verò fuit præsentatum ante mortem Pontificis cum partis citatione, gratia non expirat, cùm tunc res non sit amplius integra; quando autem requiritur nouum beneplacitum, regulariter locus est pœnitentiæ, Duran. *decis. 397.* Gregor. *decis. 410.* Rot. *part. 2. recent. decis. 473. vide in §. Gratia num. 4.*

Quòd electus iudex ad beneplacitum Principis per mortem illius non desinat esse iudex, quousque per successorem reuocetur, quia agitur de materia publica, & fauorabili, quo casu voluntas Principis præsumitur etiam post mortem durare, secus autem cessante huiusmodi publico fauore, Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. deleg. num. 104.*

*n.*104.*fol.*142. vide Tusch. & alios supracitatos, Guaz. *de pace &c. part.*2.*quæst.*9. *per tot.* vbi an verbum, vel fides Nobili data de alium non offendendo extinguatur morte dicti Nobilis, qui fidem recepit, & verbum dedit.

De beneplacito Regis an expiret per mortem ipsius Regis, & de beneplacito Viceregis, an cesset eo desistente, vel remoto ab Officio, quando concessio fuit facta à Vice Rege ad beneplacitum Regium, & ipsius Viceregis. Et quid si fuerit dictum ad beneplacitum nostrum, & anno vno post reuocationem, vide Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. *verb. Beneplacitum, & part.*3. *eod. verb.* vbi etiam an possit reuocari in vita concedentis, & an, & quando extinguatur per concessionem priuilegiorum &c.

3 Beneplacitum alterius reseruatum in contractu illum conditionalem reddit, ita vt fructus interim percepti sint domino restituendi donec conditio verificetur, cùm interim nihil ponat in esse, Barbos. *de Claus.* 3. *num.* 9. *& seqq. inf. num.*5. *vide in* § *Fructus, &* §. *Venditio*.

4 Beneplacitum Apostolicum requiritur in transactione rerum Ecclesiæ, sicut & in alienationibus, quando legitimæ solemnitates non interuenerunt, Duran. *decis.*459. *num.*2. *&c.* vbi quòd supplet defectum aliarum solemnitatum, quæ illo interueniente censentur remissæ, & benè Sperel. *decis.*154. *num.*87. *&c.* dixi in meis resol. *cap.* 69. *num.*21. *& seqq.* Sanfelic. *decis.* 280. Paul. Christ. *decis. Belgic.*75. *num.*28. *vol.*1. Rot. *part.*13. *recent. decis.* 235. *num.*9. *&c.* vbi qualiter requiratur etiam in compromisso.

Quòd suppleat defectum omium aliarum solemnitatum, ita vt satis sit illius verba seruare, & quandocumque sequutum post alienationem retrotrahitur ad illam, pulchrè idem Duran. *decis.*397. *num.* 8. *& seqq. per tot.* vbi etiam *num.*12. quòd licèt Ecclesia possit ante illius impetrationem pęnitere, & à contractu recedere, non tamen hoc ei licebit postquam fuit impetratum, Barbos. *de Claus.* 3. *num.*14. Altograd. *cons.*28. *num.*2. *&c. lib.* 1. vbi etiam latè quando sufficiat extraiudicialis informatio de vtilitate Ecclesiæ, vel requiratur examen testium formiter, & iudicialiter sumptum, Ricc. *Collect.*1264. Rot. *part.*13. *recent. decis.* 62. *per tot.*

Quòd sit necessarium beneplacitum Apostolicum etiam in transactione inter duas Ecclesias stipulata, Rot. *d. part.* 13. *recent. decis.* 231. *num.* 7. *vide in* §. *Transactio num.* 3. Rot. *d. part.*13. *decis.* 474. *num.* 1. vbi idem in alienatione etiam si fiat in aliam Ecclesiam, vide *inf. num.*11. *&* 12.

5 Beneplacitum Apostolicum in forma commissaria concessum cum clausula, *si in euidentem, &c.* non dicitur perfectum, & absolutum ab initio, sed qualificatum, & conditionale, ac interim non iustificata dicta conditione nihil operatur, Duran. *decis.*365. *num.* 7. *&* 8. vbi tamen *num.* 9. *& seqq.* quòd non est conditionale quoad substantiam quatenus in rei veritate adsit vtilitas Ecclesiæ, sed solum quoad executionem, quæ intelligitur dilata postquam seruata forma præscripta, de vtilitate euidenter constiterit, & ideò statim reddit contractum perfectum, itaut quandocumque possit per Commissarium executorem ferri sententia super vtilitate prædicta etiam post mortem impetrantis, vide in meis resol. *d. cap.*69. *nu.*24. *&c.* Ricc. *Collect.*3874. *&* 1264. Rot. *part.*12. *recent. decis.*258. vbi quòd beneplacitum Apostolicum reseruatum, si postea sequatur dat perfectionem contractui, & retrotrahitur ad diem ipsius contractus, maximè vbi non agitur de præiudicio tertij, sed ipsorum contrahentium tantùm, nec interim facit locum pœnitentiæ, sed solum suspendit exercitium actionis donec fuerit obtentum *inf. num.*8.

6 Beneplacitum Apostolicum licèt suppleat alias solemnitates, non tamen operatur circa substantialia contractus, vt quando erat defectus in mandato, Altograd. *cons.* 16. *n.* 10. *& seqq. lib.*1. vbi etiam *num.*14 quando corruat ex defectu cognitionis causæ, & quòd non suppleat defectum causæ, *ibidem num.*53. Sperel. *decis.*154. *num.*88. *&c.* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.* 21. *&* 22. Rot. *part.* 13. *recent. decis.*165. *num.*22. *&c.*

Non etiam tollit conditiones in fundatione appositas, licèt contineret omnes non obstantias de mundo, nisi de illis fiat expressa mentio, Rot. *part.*9. *recent. decis.*114. *num.* 18. *& seqq.*

7 Beneplacitum Apostolicum tamquam solemnitas extrinseca regulariter non præsumitur ex cursu temporis, nisi effluxerint triginta anni cum obseruantia subsequuta, vide Gratian. *discept. forens. cap.*867. *num.*50. Rot. *part.*2. *diuers. decis.*179. *num.*1. Duran. *decis.* 459. *num.* 5. *&c.* Merlin. *decis.*638. *num.*4. *& decis.*702. *nu.* 17. *&c.* Ricc. *Collect.* 1008. *&* 3125. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 114. *num.* 10. *& seqq. & decis.*175. *num.* 39. *& seqq. & part.* 10. *decis.* 26. *num.* 29. *& decis.*44. *num.*6. *&c. part.*11. *decis.*15. *num.*23. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.*132. *num.*70. *&* 71. Altograd. *cons.* 26. *num.* 22. *& seqq.* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.* 18. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 194. *n.*4. Sperel. *decis.* 179. *num.*51. *& seqq.* vbi plura ad exclusionem dictæ præsumptionis, Vrceol. *Consult. forens. cap.*47. *nu.* 32. vbi quòd dicta præsumptio procedat tantum in Vrbe, & quare secundum aliquos, vide in §. *Solemnitas*, & in meis resol. *cap.*69. *num.*28. *& seqq.* vbi quòd vigore nouæ Constitutionis Vrbani VIII. præseruatiuæ iurium Ecclesię fuit sublata dicta præsumptio, Ricc. *Collect.*3054. vbi plenè ad declarationem dictæ Bullæ Vrbani VIII. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 219. *num.*5. vbi quòd hodie cessat dictum refugium vigore dictæ Constitutionis Vrbani VIII. *& part.* 11. *decis.* 47. *num.* 12. *decis.* 314. *num.* 10. *& seqq. decis.* 319. *num.* 38. *decis.*340. *num.*27. *part.*13. *decis.*191. *num.*13. *& seqq.*

Quòd non sit necessarium dictum beneplacitum in bonis Ecclesiæ solitis alienari, vel si concedantur ob benemerita alicuius erga Ecclesia, sed quæ dicantur talia, & qualia debeant esse merita, latè Merlin. *decis.*756. *vide in* §. *Emphyteusis num.*19. *&* 23. §. *Solemnitas num.* 7. cum ibi citatis, latè Fulgin. *de contract. emphyt. quæst.*9. *per tot.*

Si tamen fiat alteratio inuestituræ opus est beneplacito Apostolico sub pœna nullitatis in totum, Merlin. *decis.* 775. *num.* 10. *& seqq.* Fulgin. *d. quæst.* 9. *num.* 12. *& seqq. per tot.* Rot. *part.*13. *recent. decis.* 113. *num.* 6. *decis.* 191. *per tot. & decis.*481. *num.*6.

Quòd non obstante supradicta Constitutione Vrbani VIII. de anno 1641. præsumatur beneplacitum Apostolicum ex lapsu centum annorum cum obseruantia contractus, quia in §. *fin. dictæ Constit.* centenaria nominatim præseruatur, Rot. *part.*12. *recent. decis.*398. *n.*4. *& part.*13. *decis.*375. *n.*26. *& seqq.* vbi etiam quòd dicta Constitutio loquitur, & procedit in beneplacito Papæ, non autem aliorum inferiorum in casibus, in quibus illis de iure licentiam concedere permittitur, *vt inf. n.*10. Rot *part.*16. *recent. decis.*155. *n.*10.

Beneplacitum Apostolicum vbi aliàs non est necessarium, 8
licèt per contrahentes fuerit reseruatum, & in pactum deductum, sustinetur contractus sine eius impetratione, si fuerit addita clausula *non aliàs*, *nec alio modo*, quia tunc esset necessarium ad validitatem contractus, Ludouis. *decis.*192. cum Beltram. Gratian. *discept. forens. cap.*186. *n.*13. Salgad. *Labyrint. credit. part.*2. *cap.*17. *num.*27. *&* 28. Rot. *part.*13. *recent. decis.*384. *num.*15. *& seqq. part.*14. *decis.* 468. *num.* 3. *& seqq.* Rot. *p.*16. *recent. dec.*139. vbi quòd sufficit fuisse obtentum ante motam litem, licèt non fuerit productum, ita vt non possit Ecclesiam pęnitere, & à contractu recedere post illud obtentum, etiam si non sit productum, & plura ad declarationem Constitutionis Vrbani VIII. iubentis beneplacitum debere præcedere possessionem, & sic esse necessarium ante translatam possessionem bonorum Ecclesiæ sub pœnis, & censuris in ipsa Constitutione contentis in ordine la 51. quòd procedat in alienationibus bonorum Ecclesiæ in proprietate, non autem in locationibus, in quibus non transfertur dominium, neque vera possessio, sed simplex detentatio, vel nuda facti insistentia, cùm conductor non sibi, sed domino possidere dicatur, & ideò non procedit dicta Constitutio, quæ loquitur de translatione veræ possessionis, ad Ciarlin. *contr.*106. *num.*22. *&* 23. Thomat. *decis.*30. *num.*14. *&c.*

Quòd post beneplacitum sedis Apostolicæ reseruatum, & obtentum, nullum ex contrahentibus possit pęnitere, sed benè ante illius impetrationem possit quemlibet pęnitere, & à contractu liberè resilire, quando aliàs non valebat, Put. *decis.*353. *num.*7. *lib.* 1. Achil. *decis.* 2. *de pact.* Farinac. 337. *n.*2. *part.*1. Salgad. *d. tract. part.*1. *cap.*33. *nu.* 22. *&c.* vide supra *num.* 5. & in §. *Alienatio num.*24. latè Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de tract. emphyt. quæst.* 21. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 372. *per tot.* vbi de locatione vltrà triennium.

Quòd in hac materia Rota sequatur distinctionem, vt ante impetratum beneplacitum sit locus pœnitentiæ (intelligendo ex parte Ecclesiæ, cuius fauore claudicat contractus, non autem contrahentis cum ea, quem non potest pęnitere) post verò illud obtentum non liceat etiam Ecclesiæ pęnitere, licèt nondum sit per Commissarios exequutum, Rot. part.

part. 4. nouiss. decis. 205. *&* 206. Mantic. *decis.* 301. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 384. *num.* 17. *part.* 14. *decis.* 372. Beltram, in Annot. ad Ludouis. *decis.* 410. *num.* 8. vbi etiam quòd hæc conclusio locum habet contra successorem, qui alienationi non consensit, Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. *& seqq.* vbi quoad successorem intelligit dummodò beneplacitum fuerit impetratum in vita prædecessoris, qui alienauit, Fulgen. *de iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.* 19. *per tot. & quæst.* 21. vbi an sit locus pœnitentiæ ante beneplacitum obtentum.

9 Beneplacitum Apostolicum non præsumitur per lapsum cuiuscumque temporis etiam immemorabilis in concessione decimarum laicis facta post Concilium Lateranense, data etiam obseruantia inuestituræ, nisi probetur de priuilegio saltem per famam, & alia plura de præsumendo, vel non præsumendo beneplacito Apostolico in alienatione rerum Ecclesiæ, Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 13. *per tot. & cap.* 14. vbi an eo pendente sit locus pœnitentiæ, vide in §. *Decimæ num.* 3.

10 Beneplacitum Apostolicum non est necessarium in concessione rerum Ecclesiæ, quando iam fuerat concessa facultas ab aliquo Pontifice alienandi absque alia sedis Apostolicæ licentia, non obstantibus prohibitionibus de rebus Ecclesiæ non alienandis, quia per illas non censentur Pontifices sibi, & successoribus manus ligasse, quin aliter disponere possent, Gratian. *discept. forens. cap.* 415. *num.* 23. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 375. *num.* 20. *& seqq.* vbi etiam quod licèt requiratur licentia Protectoris loci, vel illa potest per ministro concedi, vel ex cursu temporis cum obseruantia præsumitur, licèt instrumento non sit enunciata, *& part.* 14. *decis.* 468. *num.* 1. vbi appellatur præuentiuum.

Quòd in alijs casibus, præter alienationes rerum Ecclesiæ, præsumatur ex cursu 30. annorum, Rot. *part.* 14. *decis.* 50. *num.* 12. *& decis.* 139. *num.* 3.

11 Beneplacitum Apostolicum non est necessarium in transactione super reductione pensionis inter Titularem, & pensionarium inita ex causa litis super nullitate pensionis, Rot. *diuers. part.* 1. *decis.* 519. *num.* 3. Buratt. *decis.* 464. *n.* 8. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 507. *num.* 10. *adde supra num.* 4. & dixi in §. *Transactio num.* 28.

12 Beneplacitum Apostolicum non est necessarium in repudiatione hæreditatis per monasterium facta, cùm agatur de iure prorsus quærendo, in cuius renunciatione solemnitates non requiruntur, etiam si prius hæreditas fuerit adita, sed ex erronea, & falsa causa, quo casu aditio habetur pro non facta ex defectu consensus, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 522. *num.* 5. *&* 6. vbi allegat Abbat. *in c. tua de his, quæ fiunt à Prælat.* Felin. *in c. in præsentia num.* 57. *de prob.* Federic. de Sen. *cons.* 9. *per tot.* Summa Siluestr. *part.* 1. *verb. alienatio num.* 18. Put. *decis.* 107. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 209. *num.* 5. vbi generaliter non requiritur in iure quærendo, Sanfelic. *decis.* 280.

Quòd beneplacitum Apostolicum non sit necessarium in emptione, quæ fit ab Ecclesia, quia Ecclesia potest bona emere, & pecunias ad se spectantes in eam causam soluere absque beneplacito, vel licentia Superioris, Bich. *decis.* 415. *num.* 1.

Qualiter sit necessarium dictum Beneplacitum in censu, an in hypotheca generali, & alia, idem Bich. *decis.* 501.

Quòd beneplacitum Apostolicum præsumatur ex cursu 30. annorum cum obseruantia contractus etiam post dictam Constitutionem Vrbanam, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 7. *num.* 23. vbi plures aliæ concordantes Decisiones recensentur.

Item non est necessarium in retrouenditione census tamquam actu necessario, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 19. *nu.* 15. *& decis.* 194. *n.* 14. *dixi in* §. *Census num.* 32. facit eadem Rot. *part.* 14. *decis.* 209. vbi de reductione.

Item non est necessarium ex mente legislatoris, & Constitutionis Vrbanæ in contractibus inter duas Ecclesias factis, cùm fuerit edita vt consulatur rebus Ecclesiæ aduersus vsurpatores, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 10. *num.* 12. *& decis.* 209. *num.* 7. vide supra num. 4. in fine, vbi contrà.

13 Beneplacitum Apostolicum vbi fuit reseruatum, & conuentum, vt impetrari debeat à monasterio alienante, vel locante vltra triennium, non potest illius defectus allegari, quia respicit propriam turpitudinem, & ob pacta non impleta tenetur saltem ad damna, & interesse, vel contra negligentes habetur pro impetrato, Tiraquell. *tract. cessant. caus. part.* 1. *limit.* 33. Bald. *cons.* 112. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2. Buratt. *decis.* 110. *num.* 9. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 372. *num.* 4. 5. *&* 6. vbi tamen mota fuit etiam ex aliis fundamentis.

Et quomodo sint intelligenda verba ad beneplacitum, Larrea *decis.* 2. *num.* 16. 14

Plura de beneplacito Principis, an expiret per illius mortem, & alia ad rem tra iit videndus Castill. *controu. tom.* 7. *tract. de Tertijs cap.* 19. *per tot.* 15

§. BIRRVARII. VI.

Birruarij tamquam viles personæ, & soliti multa mala committere regulariter non probant, & quando illis credatur, vide Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 8. *glos.* 9. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 189. *per tot.* Clar. §. *fin. quæst.* 7. *num.* 3. *&c.* Guaz. *ad def.* 5. *cap. vlt. num.* 8. *& def.* 10. *cap.* 5. *&* 6. Ricc. *Collect.* 646. *&* 2529. Petr. Cabal. *resolut. crim. cas.* 126. *per tot.* vbi tenet illis credendum esse quando sunt plures, etiam ad condemnandum, maximè in materia delationis armorum ex statuto Florentino *Rub.* 189. *lib.* 4. & in omnem casum faciunt legitimum indicium ad torturam, idem Cabal. *cas.* 127. *per tot.* Franch. *decis.* 379. Sperel. *decis.* 149. *num.* 15. vbi declarat Guaz. *def.* 1. *cap.* 37. *sub num.* 78. quatenus asserit non esse birruarijs credendum si aliquam ex captura mercedem habere debeant esse intelligendum, vt eis diminuatur multum de fide, maximè si merces sit notabilis, & ipsi alia ratione suspecti, aliàs autem esset illis semper tollere fidem, cùm semper ex captura mercedem consequantur, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 12. *ad* 14. *n.* 34. vbi vigore bannimentorum creditur birruarijs, de resistentia sibi facta concurrente aliquo adminiculo. 1

Quando, & qualem probationem faciant birruarii vel non, vide latè Farinac. *quæst.* 56. *art.* 11. *per tot. & quæst.* 108. *num.* 150. *&c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 4. *tit.* 18. *nu.* 464. *& seqq. fol.* 327. vbi paucis multa perstringit.

An, & quando credatur birruariis, vel non, Conciol. *resol. crim. verb. Birruarius resol.* 3. 4. *&* 5. *per tot.* D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 160. *& seqq. fol.* 194.

Qualiter teneantur Birruarii ostendere mandatum de capiendo, nisi agatur de repertis in fragranti, & similibus casibus, Conciol. *resol. crim. verb. Birruarius resol.* 2. *& per totum dictum tract.* vbi alia plura de Birruariis, *& in verb. Captura per tot.*

Quatenus autem dicitur in criminalibus non admitti absque tortura ad purgandam maculam infamiæ, ego numquam vel rarissimè seruatum vidi, & certè si essent passim torturæ subiiciendi, vel non haberent amplius brachia, cùm pluries testificentur pro fisco, vel se abstinerent, & perirent probationes, ac delicta remanerent impunita contra publicam vtilitatem, maximè in locis (prout Florentiæ) vbi nemo nisi inuitus, vult deponere pro fisco, ex quo inductum puto, vt birruariis quando sunt plures, & contestes credatur, etiam absque tortura, nisi alios patiantur defectus, & nisi legitimè probetur in contrarium, testatur Clar. *d. cas.* 127. *n.* 7. *&c.* & dixi in mea Pract. §. *Birri n.* 5. *&* §. *Resistenza n.* 1. vide Sanfelic. *decis.* 98. *per tot.* vbi quòd licèt non credatur birruariis inferioribus ob vtilitatem personæ, tamen si sint de maioribus, & in capite veluti barigelli, cursores, scribæ, & similes officiales birruariorum plenè probant.

Quòd Florentiæ credatur Birruariis, etiam offensis, si sint plures, & non probetur legitimè in contrarium vigore legis latæ sub die 3. Octobris 1606. (quicquid secus sit de iure communi, vt testatur Farinac. *quæst.* 32. *num.* 80. *&c.*) intellige respectu Birruariorum Curiæ sæcularis, de quibus dicta lex loquitur, non autem Curiæ Ecclesiasticæ, quorum respectu attendendum esse ius commune, ne multiplicentur specialia, fuit in facti contingentia decisum per Magistratum Dominorum Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ sub die 10. Februarii 1665. ab Incarnatione in causa Contra Paulum Pellegrinum de Montecarlo, vt in giornali 615. à c.

Nec etiam credi Birruarii in materia delationis armorum, quando procedunt per accusationem, & non per capturam fuit decisum per dictum Magistratum sub die 7. Augusti 1671. in causa contra Sulpicium Iacopuccium, vt in giornali 632. à c. facit quod dixi in §. *Arma num.* 8.

Alia vide in §. *Nuncius*, & in mea Pract. §. *Birri*, *&* §. *Resistenza*.

Plura

Plura de apparitoribus, & birruarijs, illorumque officio, Paul. Christin. *decis.* 159. *& seqq. vol.* 5. *& ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 19. *& tit.* 2. *art.* 10. Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 1. *Rubr.* 15. *per tot. & lib.* 4. *Rub.* 64. *per totum*, vbi etiam an Princeps, vel statutum mandare possit vt credatur vnico testi, & an quilibet testis præsumatur idoneus, vel sit probanda ista qualitas idoneitatis, & distinguit an statutum loquatur simpliciter, vel in superlatiuo gradu, vide §. *Testis num.* 4. *& §. Officialis num.* 38.

2 Birruarij possunt resistentes impunè offendere, vulnerare, & occidere, Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 65. *num.* 4. *&c.* vbi alia ad rem, si faciant seruato moderamine inculpatæ tutelæ, aliàs nimia audacia illis tribueretur, ideòque non possunt fugientes ante capturam impunè offendere, nisi essent tales, qui ab omnibus possint offendi, vel nisi haberent in mandatis de capiendo aliquem viuum, vel mortuum, quid quando captura esset iniusta, vide Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 132. *per tot.* Clar. & Baiard. §. *fin. quæst.* 29. Boer. *decis.* 170. Farinac. *quæst.* 32. *num.* 38. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. E. concl.* 587. *n.* 23. Guaz. *def.* 5. *cap.* 6. *num.* 12. *& seqq.* Scacc. *tract. crim. cap.* 46. *num.* 32. *&c.* Sanfelic. *decis.* 257. Fachin. *controu. iur. lib.* 6. *cap.* 74.

Quòd birruarij, vel alij in eorum auxilium conuocati, si delinquentem sibi resistentem prehendere aliter non possint, occidant, vel vulnerent, excusentur, & idem sit vbi propter fugam capere non possint, dummodò agatur de graui delicto, secus autem si non resistat, nec fugiat, vel agatur de leui crimine, vel sciant iniustam esse capturam, quia tunc non possent etiam resistentem offendere, cùm sit permissum resistere iudici iniustè exequenti, Menoch. *de Arbitr. cas.* 578. *per tot.*

Quòd vltimum ego intelligerem, quando non potest haberi recursus ad Superiorem, & vide in mea Pract. §. *Carcerati num.* 2. *& seqq. & in* §. *Residenza per tot.*

Quòd non possint reum capiendum occidere nisi concurrentibus istis circumstantijs, videlicet, *prima* habeant certum, & speciale mandatum de capiendo, *secunda* capiendus armis resistat, *tertia* agatur de crimine atroci, *quarta*, vt nulla alia ratione capi possit, *quinta* si ab euadente maiora mala sint metuenda, *sexta* si sit de crimine sufficienter diffamatus; aliàs his cessantibus si birruarij capiendum occidant sunt extraordinariè puniendi, vt colligitur ex traditis per Clar. & Farinac. *loc. cit.* Fachin. *lib.* 9. *controu.* 73. Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 44. Paul. Christin. *decis.* 160. *num.* 29. *&c. vol.* 5.

3 Birruarij permittentes captum, & carceratum à manibus suis euadere dolo, precibus, vel pretio corrupti priuantur officio, & arbitrio iudicis puniuntur, ac idem est quando denunciarunt, vel neglexerunt aliquem capere, quem capere poterant, & debebant, ita vt si captus, vel capiendus erat pro causa capitali, possint eadem pœna puniri, qua fuisset puniendus ille dimissus, Menoch. *de Arbitr. cas.* 583. *num.* 7. P. Manar. *Noct. malencon. interrog.* 200. §. 29. *fol.* 329. Farinac. *quæst.* 32. *n.* 17. *& seqq.* & dixi in mea Pract. §. *Carcerati num.* 8. *& §. Resistenza num.* 6. *& seqq.*

De pœna birruariorum accipientium pecuniam vt conniueant, vel debitori parcant, vel retinentium sibi pecuniam ratione executionis receptam, & qualiter tunc debitor liberetur, Paul. Christin. *decis. Belg.* 255. *num.* 8. *& seqq. vol.* 1. *vide in* §. *Debitor num.* 11. *in fine.*

De Officio birruariorum, incipiendo à carnifice, vsque ad Barisellos, qualiter hodie sit vile ministerium (quicquid olim fuerit, & etiam hodie apud aliquas nationes) & quomodo puniantur delinquentes quoquomodo, vel negligentes in eorum officio, quando possint excusari, & alia de eorum excessibus, & corruptelis, an possint secum ducere canem ad arrestandum malefactores, & alia, Bobadill. *Polit. lib.* 1. *cap.* 13. *per tot.* Otter. *de official. Reipubl. part.* 2. *cap.* 2. 3. *& vlt. per tot.* Didac. Perez. *in ordinat. Castellæ lib.* 2. *tit.* 14. *leg.* 3. *& alibi*, nouissimè, & plenè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 4. *per tot. à fol.* 305. *ad* 334. *& sic per quindecim paginas*, vbi plures allegat, & plures casus, vel dubitationes particulares resoluit.

4 Birruarij, & similes ministri Curiæ Episcopalis, vel Nuncij Apostolici, an gaudeant priuilegio fori, vide in §. *Familia num.* 9.

5 Birruarijs asserentibus delinquentem se cepisse in loco non sacro, ipso delinquente asserente se captum in loco sacro, an & cui sit credendum, videtur pro birruarijs stare, Baiard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 30. *n.* 24. quia vt ipse ait omnes rei dicerent se captos in loco sacro: pro delinquente verò Decian. *tract. crim. cap.* 25. *num.* 23. *lib.* 9. *& cap.* 29. *nu.* 10. *lib.* 10. Ciarlin. *controu.* 163. *num.* 4. *&c.* vbi alios allegat Alovs. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 42. *per tot.* vbi quòd iudex debet adhibere omnem diligentiam ad inueniendam veritatem interrogando reum, & birruarios separatim super facto, & circumstantijs, & si dictum birruariorum adiuuetur aliquo adminiculo eidem adhærere, dummodo aliud non concurrat ad fauorem rei, attento maximè quòd nemo præsumitur delinquere, prout de delicto imputarentur birruarij, nempè de Sacrilegio, si reum de loco Sacro extraxissent, & si nihil emergat, non esse credendum birruarijs, sed in dubio pro Ecclesia, & illius immunitate iudicandum, propter honorem, & reuerentiam Dei, ac charitatem, & pietatem proximi, cùm ad hæc sit immunitas ordinata, vide in §. *Ecclesia num.* 21. *& §. Immunitas num.* 4. vbi citantur alij, & quod huiusmodi quæstio est decidenda per iudicem Ecclesiasticum.

6 Birruarij in executionibus ciuilibus pro debitis maximè priuatis, ne de temeritate, & crudelitate notentur non debent executionem facere super pallio, vestibus, lecto, & huiusmodi rebus deseruientibus ad vsus necessarios pauperrimi debitoris, & illius vxoris, vel familiæ, intelligendo de simpliciter necessarijs ad sustentationem vitæ humanæ, secus autem in superfluis, & duplicatis, vel ad ornatum, in quibus rectè possunt executionem facere, vt benè declarat Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 5. *num.* 63. *& seqq.* faciunt quæ dixi in §. *Executio num.* 2. *& seqq. & in* §. *Hypotheca num.* 42. *& seqq.*

Quòd electio pignoris non detur birruarijs, sed debeant esse contenti re sufficienti ad solutionem, alias possit illis resisti, & puniendi sint si accipiant pignora vltrà modum debitum, *l. contra nostram C. de exact. & execut. lib.* 12. Farinac. *quæst.* 32. *num.* 101. *& seqq.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 12. *ad* 14. *num.* 31. *&* 32.

Quòd pro capiendo malefactorem possint frangere ostia, & fenestras, secus autem pro capiendo debitorem, vel alia executione reali facienda, nisi habeant licentiam à iudice, qui non solet illam concedere, nisi prius citato debitore ad tenendum ostium apertum, alias, &c. Farinac. *quæst.* 27. *num.* 93. *vide in* §. *Debitor num.* 26.

7 Birruarijs non potest resisti in eorum executionibus, & qualiter resistentes puniantur, dixi in §. *Carceratus num.* 24. §. *Eximens num.* 3. *&* 4. *& §. Resistentia per tot.* latè videndus Farinac. *quæst.* 32. *per tot.*

8 Birruarij delinquentes in eorum officio in negotijs spectantibus ad aliud tribunal, quam suum ordinarium, an sint puniendi à suo iudice ordinario, vel ab eo Iudice, & Tribunali, cuius negotia, vel ordines exequebantur delinquendo, vide pro, & contra, Sanfelic. *decis.* 250. vbi videtur concludere posse, & debere puniri à Iudice, & Tribunali, cuius ordines exequebantur, maximè si præuenit, per text. in *l. nullum C. de test.* & ita verè pluries seruatum vidi, & seruare feci Florentiæ, facit quod dixi in §. *Delinquens nu.* 6. *& §. Testis num.* 35. Carol. Tap. *decis.* 13. *num.* 7. vbi ex Luc. de Penna *in rubr. de Apparit. Præfat. Vrb. lib.* 12. probat apparitores, vel Birruarios subesse Iudici, & Tribunali, cui seruiunt priuatiuè quoad alios.

Qualiter autem puniantur offendentes birruarios, vel alios executores, & Ministros, Corriad. *decis.* 94. *num.* 52. *& decis.* 102. Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 64. *per tot.*

10 Nonnulla alia de Birruarijs remissiuè tradunt Casteion. *in alphabet. iurid. verb. Alguaziles*, & Com. August. Font. *in sua Bibliot. part.* 4. *verb. Birruarij fol.* 174.

11 Birruarii, & similes iustitiæ Ministri, quando ob illorum culpam non fiunt executiones, & sic non satisfit creditoribus, vel non denunciant delicta, vel ea non impediunt per negligentiam in cursitando per Ciuitatem, & alia loca nocturno tempore, quid si aliquid accipiant, ne denuncient, aut aliter dissimulent an, & quando teneantur ad restitutionem, & damna, vel possint excusari, & alia de illorum officio, & obligatione in foro conscientiæ, Molin. *de iust. disput.* 739. Mendo *in Elucidat. Bulla Cruciat. disput.* 35. *nu.* 41. *& seqq.* Fernand. de Ottero *tract. de Official. Reipub. part.* 2. *cap.* 2. *&* 3. *per tot.* vbi etiam de custodibus carcerum, &c.

§ BLANDITIÆ. VII.

1 Blanditiæ maritales, quando habent dolum annexum sunt prohibitæ, aliàs secus, nam licitum est marito sine dolo blandiri vxori suæ, vt sibi relinquat, Afflict. *decis. 69. num. 6. &c.* Gizzarel. & Addent. *decis. 81. num. 5.* vbi quòd aliquando blanditiæ operantur eumdem effectum, quem vis, imò plus est persuadere, & blandiri, quàm compellere, & potest esse ratio quia istæ corrumpunt animum, violentia autem versatur circa corpus, facit quod dixi in § *Stuprum num. 4. &c.* § *Vis num. 1. &c.*

Quòd licitum sit aliquid blandis verbis obtinere ab alio, nisi blanditiæ procedant ab illis, quibus maxima debetur reuerentia, vel nisi sint valdè excessiuæ, quia tunc dolosæ censentur, vel nisi mendacium, falsasque contineant causas, Ricc. *Collect.* 481. *part.* 3. Cyriac. *controu.* 410. *num.* 79. *& controu.* 549. *num.* 20. 30. 113. *& seqq.* & varia de blanditijs scripsit Emin. de Luca *in suo Indice Generali*, vt refert Com. August. Fontan. *in Bibliot. part. 4. fol. 174. vide in* § *Mutatio num. 9.*

Si autem potius ex importunitate, quàm ex voluntate vxor virum instituat, probata importunitate, institutio non valet, vide Duran. *tract. de condit. & mod. imposs. part. 3. cap. 5. num. 34. dixi in* § *Testator, &* § *Legatum.*

Quòd simplices blanditiæ non inducant prohibitionem testandi, & alia de blanditijs, Franch. *decis.* 180. Gramat. *decis.* 103. Cacher. *decis.* 179. Caroc. *decis. 15. per tot.* Ricc. *Collect.* 3405. Mart. *de success. leg. part. 3. quæst. 12. art. 1. num. 2. &c.* vbi inter virum, & vxorem.

3 Blanditiæ Principum instantissimæ metum inducunt, ita vt illis probatis, dicatur probatus metus, nam rogando cogit qui rogat potentior, & est rogare ducum species violenta iubendi, & quando secus, benè declarat Mascard. *de probat. concl. 193. per tot. vide in* § *Metus.*

§ BLASPHEMIA. VIII.

1 Blasphemia dicitur quotiescumque detrahitur ex his, quæ sunt in Diuinitate, vel attribuitur id quod in ea non est, nec illi conuenit, vel aliter de Deo, de Beatissima Virgine, vel de Sanctis turpia verba effunduntur, & est mixti fori, Boss. *tit. de Inquisit. num.* 121. Clar. § *Blasphemia*, vbi addentes D. Thom. 2. 2. *quæst. 13. art. 1.* Siluest. *in sum. verb. Blasphemia quæst. 1.* Boer. *decis.* 301. Menoch. *de arbitr. cas. 375. num. 3. & seqq.* P. Manar. *noct. malencon. interrog. 200.* § *11. fol. 319.* latè Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 4. quæst. 9.* Cabal. *resol. crim. cas. 296. per totum*, Decian. *tract. crim. lib. 6. cap. 2.* Farinac. *quæst.* 20. vbi plura referunt exempla, Tusch. *litt. B. concl. 95. & 96. per tot.* Dian. *part. 4. tract. 7. resol. 8.* vbi quando dicatur hæreticalis, vt spectet ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis, *& resol.* 9. vbi de conspurcantibus, vel percutientibus sacras imagines, & plenè Danza *de pug. DD. tom. 3. tit. de Blasphem.* Addit. ad Sanfelic. *decis. 369. per tot.* vbi exemplificat in multis Nouat. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect. 41. per tot.* vbi qualiter comittatur etiam per Iudæos, vel Hebræos, dixi in § *Iudaus num. 5.*

Quid sit blasphemia, & quale peccatum, quotuplex sit blasphemia, ac de quibusdam propositionibus, de quibus dubitatur an sint blasphemiæ, benè Caspens. *curs. Theolog. tract. 15. disput. 6. per tot. fol. mihi 64. &c.* Caren. *de offic. S. Inquisit. part. 2. tit. 7. per tot.* Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 45. dubit. 5. per tot.* & nouissimè de omnibus prædictis, alijs pluribus additis videndus D. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 1.* § *1. ad 7. per tot. fol. 59. & seqq. ad* 103.

2 Blasphemia est magis enorme delictum, quod excogitari, & committi possit, cùm sit in contemptum Diuinitatis, & Sanctorum, quibus tanta debemus, & committitur nominando pudenda membra Beatissimæ Virginis, vel Christi, prout exemplicat, ac audacter iudicasse, & semper iudicaturum testatur Petr. Cabal. *d. cas. 296. num. 6. & seqq. per tot.* Manar. *d. interrog. 200.* § *11.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib. 1.* § *13. cap. 1. per tot.* Farinac. *d. quæst. 20. num. 1. & seqq.* Boer. *decis. 301. per tot.* Mascard. *de prob. conclus. 194. & 195.* vbi plura de grauitate huius criminis, & quomodo probetur, adde Comitol. *respons. moral. lib. 4. quæst. 9. per tot.* Bertachin. *in repert. verb. Blasphemia*, Matthæu. Sanz. *de re crim. controu. 36. num. 13. & seqq.*

In reliquis adde Conciol. *resol. crim. verb. Blasphemia per tot.*

An absolutus in foro pœnitentiali à peccato blasphemiæ intelligatur absolutus etiam in foro temporali, vide in § *Absolutio num. 32.*

Blasphemia committitur si quis dicat, *al dispetto di Dio*, vel *Dio non può fare*, si agatur de his, quæ sui natura à Deo fieri possunt, secus si de alijs, quæ à Deo fieri non possunt per repugnantiam, puta quòd factum non sit factum, vel si quis dicat, *rinego Dio*, vel *per la vita di Dio*, *per la Vergine Maria*, vel si contra Christianam fidem quid iniuriosum proferatur, & in alijs casibus relatis per Menoch. *de arbitr. cap. 375. num. 4. & seqq. ad* 20. & alios supra citatos, Ricc. *Collect.* 75. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 369. Dian. *part. 4. tract. 7. resol. 8. vers. sed ponam hic*, vbi an huiusmodi blasphemiæ sint hæreticales, vt ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis spectent, refert contrarias opiniones, & videtur affirmatiuam amplecti, *& part. 6. tract. 8. resol.* 38. vbi quid si addatur ex interuallo *Bacco*, vel omittatur littera O. & huiusmodi. 3

Blasphemia non tantum verbis, vt supra, sed etiam factis committi dicitur per fœdantes, & spurcantes, siue ferientes Imagines Saluatoris nostri, vel illius Crucem sanctissimam, siue Beatissimæ Virginis Matris, siue aliorum Sanctorum, & tales puniuntur arbitrio iudicis etiam pœna mortis, & vltimi supplicij pro facti, & personarum qualitate, Menoch. *de arbitr. cas. 376. per tot.* Franch. *decis. 504. per tot.* P. Manar. *d. interrog. 200.* § *12. fol.* 321. Boer. *decis.* 301. Nouar. *in Pragm. Collect. 41. num.* 14. Scanarol. & Farinac. *in loc. supra cit.* Dian. *part. 4. tract. 7. resol. 9. & part. 10. tract. 14. resol. 68. in fine*, vbi quòd alij tenent esse sacrilegium, & alia, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 4. rubr.* 21. vbi quòd istud crimen est etiam mixti fori, licèt allegent Caren. & plures alios tenentes spectare priuatiuè ad officium Sanctæ Inquisitionis; sed tu non recedas à communissima opinione, quòd sit mixti fori quo ad laicos, & locum habeat præuentio, vt fatetur ipse Caren. & debet constare de corpore delicti, vt ibidem in fine, & latè D. Raynald. *loc. sup. cit. num. 51. & seqq. 155. &c.* Vela *tract. de Episcopo part. 1. num. 92. & seqq. ad 101. fol. mihi 341. post Dissert. iur. contr.* vbi pluribus citatis benè distinguit inter blasphemias hæreticales, vt primæ spectent priuatiuè ad Officium S. Inquisitionis, aliæ verò non hæreticales à laicis commissæ sint mixti fori; quomodo cognoscantur, puniantur, & alia. 4

Blasphemia non reputatur dicere, *ad corpus*, vel *sanguinem Dei*, vel *ad corpus Christi*, quando huiusmodi verba proferuntur ab idiota, & rustico, qui nesciret distinguere personas Sanctissimæ Trinitatis; quando verò essent dicta à scientifico, qui vellet attribuere corpus, & sanguinem Deo tamquam Æterno Patri, distinguendo illum a Deo Creato, & Christo nato ex Beatissima Virgine, esset puniendus pœna ordinaria blasphemiæ, in primo autem casu esset adhuc puniendus pœna extraordinaria arbitraria mitiori, cùm magna sit irreuerentia ita de Deo, vel Christo inconsultè loqui, & culpa non leuis talia ignorare, Petr. Cabal. *d. cas. 296. per tot.* Manar. *d. interrog. 200.* § *11. fol.* 319. Farinac. *d. q. 20. ampliat. 8. num. 22. & seqq.* Ricc. *Collect. 75. per tot.* 5

Blasphemia cum sit omni iure prohibita dicitur delictum mixti fori, & super illa potest vterque Iudex Ecclesiasticus, & secularis procedere; Boss. *tit. de Inquis. num.* 132. Clar. § *Blasphemia vers. hoc crimen*, Decian. *tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 1.* Farinac. *quæst. 8. num. 127. vers. Quia crimen*, Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 8. num. 131. fol. 84.* Tusch. *litt. B. concl. 69. per tot.* Tondut. *de præuent. part. 2. cap. 27. num. 12. & cap. 28. num. 6.* Caren. *de offic. S. Inquisit. part. 2. tit. 7.* § *3. &* § *18.* Raynald. *loc. cit. num. 58. & seqq. & num.* 135. vbi quando simplex blasphemia spectet etiam priuatiuè tantùm ad S. Officium. 6

Si tamen ageretur de blasphemia hæreticali spectat cognitio ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis, Tondut. *loc. cit.* & dixi in mea Pract. § *Bestemmia num. 1. in fine, & in* § *Eretici num. 4.* Dian. *part. 4. tract. 7. resol. 8. per tot.* vbi de pœnis dictæ blasphemiæ hæreticalis, & quando blasphemia sit hæreticalis, vel non, & refert tenentes etiam istam esse mixti fori, ac dari locum præuentioni, quod falsum tamen dicit, & vide Comitol. *respons. moral. lib. 4. quæst. 9.* Sanfelic. *decis.* 132. vbi quòd blasphemiæ hæreticalis cognitores sunt Iudex Ecclesiasticus, & Inquisitor, quibus consignari debent tales delinquentes à iudice laico, etiam post latam ab eo sententiam,

tentiam, & tranſmiſſionem ad Regias triremes; cum conditione tamen, quòd non reperta hæreſis ſuſpicione debeant reſtitui Regijs triremibus ad complendam pœnam, & alia per iudicem, vel Principem laicum ordinanda, & ita ſeruatum teſtatur, & facit idem Sanfelic. *deciſ.* 233. *& deciſ.* 369. *cum plena Addit.* Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.*4. *rub.*20. *cum Addit.* D. Franciſc. Romaguer. vbi pluries allegat, & ſequitur hìc à me ſcripta, & plenè Raynald. *rer. crim. cap.* I. §. 1. *ad* 7. vbi diſputat ad partes an valeant ſtatuta, & leges Principum ſæcularium circa blaſphemias, hæreſes, & huiuſmodi delicta Eccleſiaſtica, & pluribus rationibus, atque auctoritatibus hincindè pro communi relatis, videtur ipſe negatiuæ opinioni cum aliquibus modificationibus adhærere, illum ad eas ſi placet, cùm mihi magis arrideat affirmatiua per rationes, & auctoritates illam aſtruentes in obſequium fidei, famulando, ac coadiuuando ſacros canones, & non aliter ſaluo &c. facit quod dixi in §. *Princeps num.*56. & alibi.

Blaſphemia in ſtatu Florentino vigore legis municipalis ſub die 8. Iulij 1542. punitur pro prima vice pœna perforationis linguæ, priuationis officiorum Patriæ per ſex menſes, & librarum ducentarum, & pro alijs vicibus, ſequuta tamen declaratione primarum, augetur pœna prout in d. lege, de qua meminit Cabal. *reſol. crim. caſ.* 296. *num.* 32. *& ſeqq.* & ego dixi in mea Pract. §. *Beſtemia num.*1.

Quomodo autem ſit facienda linguæ perforatio, vide Raynald. *loc. cit. num.*176.

Quibus pœnis puniatur blaſphemia iuxta varias aliorum locorum Conſtitutiones, iuxta Concilium Lateranenſe, ac de iure ciuili, & Pontificio, vide Ricc. *Collect.* 1366. latè Menoch. *de arbitr. caſ.*375. *num.* 23. *& ſeqq. ad finem*, vbi poſt multa quòd hodie iudicis arbitrio punitur, iuxta facti, loci, & perſonarum qualitates, ita vt quando eſt atrox, vel agitur de blaſphematore conſuetudinario, pœna extendatur ad mortem, prout de iure Cæſareo talis pœna mortis eſt impoſita, & quis in hoc dicatur conſuetudinarius, & alia vide Menoch. *loc. cit.* vbi etiam in fine, an qui confeſſus eſt Sacerdoti, & ab illo abſolutus in foro pœnitentiali euitet pœnam temporalem, & verius dicit quòd non, & confirmat in *caſ.*539. *num.*35. *&c.*

De pœna blaſphemiæ tam de iure, quàm de conſuetudine, vide Manar. *Interrog.* 200. §.11. *fol.* 320. Clar. & Addent. *in* §. *Blaſphemia*, Farinac. *quæſt.*20. Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.*1. §.13. *cap.* 1. *per tot.* Tuſch. *litt. B. concl.*95.*n.*10. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.*1366. Boer. *deciſ.*301.*per tot.* Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 4. *quæſt.* 9. Sanfelic. *deciſ.* 369. *cum plena Addit.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.*41.

De omnibus prædictis latè Raynald. *loc. ſup. cit. per tot.* vbi etiam quòd crimen blaſphemiæ habet plura ſpecialia, de quibus ibidem *num.*23. *& ſeqq.* & remiſſiuè ad alios; ſunt tamen etiam hoc in crimine aſſignandæ defenſiones, & admittitur repulſa teſtium, quicquid plures DD. contrarium ſentiant ob criminis atrocitatem, vt notat idem Raynald. *vbi ſup. num.*126. *& ſeqq.* vide in §. *Repulſa num.*2.

8 Blaſphematores repelluntur à teſtimonio ferendo, ſicut & qui ſunt ſoliti iurare, & mentiri, niſi per iracundiam excuſentur, & in omnem caſum facerent tantummodo indicium ad ſummum pro tortura, & non ad condemnãdum, Gramm. *deciſ.*11. *& vot.* 22. Farinac. *quæſt.* 56. *art.* 12. cum alijs per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.* 14. *tit.*18. *num.* 491. *& ſeqq. fol.*329.

Quòd blaſphemiæ peccatum adimat in totum fidem teſtibus, Garzia Millin. *deciſ.*322.*num.*4. Boer.*deciſ.*301.*n.*13.

9 Blaſphemantes Deum, & Beatam Virginem non videntur ab Immunitate Eccleſiæ excluſi, quia blaſphemia non eſt de criminibus exceptis à Bulla Gregoriana, niſi tamen ſit hæreticalis, vel ipſi ſint de hæreſi ſuſpecti, nam tunc licèt non tamquam blaſphemi, tamen tamquam hæretici, priuantur immunitate, Farinac. *in Append. de Immunit. cap.* 13. *num.*175. Peregrin. *eod. tract. cap.*12. *num.*12. Ambroſin. *cap.*8. *num.*11. Dian. *part.*4. *tract.*1. *reſol.*51. *& part.*6. *tract.* 1. *reſol.* 26. *quæſt.*8. vide in §. *Hæreſis num.*10. *&* §. *Immunitas num.*18. *verſ. ſeptimo*, Cortiad. *deciſ.*67. *nu.*23. Raynald. *loc. ſæpe cit. num.*137.

Quòd non gaudeant immunitate Capell. Tholoſ. *deciſ.* 422. Boer. *deciſ.*110. Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt.*30. *nu.* 15. Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſolut. cap.*9. *per tot.* vbi intelligit de hæreticalibus, & qui tales dicantur, ac conuenit Addit. ad Sanfelic. *deciſ.*402. *verſ. primo*.

10 Blaſphemiam proferens in ebrietate, quam ante ebrietatem præuidit, vel ſe inebrians ad effectum liberè blaſphemandi, vel blaſphemias iactandi, an incidat in caſum reſeruatum blaſphemiæ, & dicatur verè blaſphemator, quis publicus, & conſuetudinarius, latè Dian. *part.*10. *tract.*14. *reſol.*68. *& 69. per tot.* Caren. *de Offic. S. Inquiſit. part.* 2. *tit.*7. §.6. *per tot.* Raynald. *loc. ſup. cit. num.* 29. *& ſeqq. & num.* 133. vbi etiam de iocosè blaſphemantibus, de delectantibus audire blaſphemias, & incitantibus ad blaſphemandum, vt ſint acriter puniendi, quia Deus eſt ſemper, & vbique honorandus, non in iocum, & fabulam aſſumendus; imò & inſanos, ac mente captos etiam ob malum exemplum, non eſſe penitùs impunes dimittendos, ſed carcerandos, & vbi opus fuerit flagellandos, cùm ſæpè etiam inſani pœna reſipiſcant.

An blaſphemans ex iracundia, ebrietate, vel lubrico linguæ poſſit excuſari, Marcel. Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *gloſ. vnic. num.*768. *&* 769. Farinac. *quæſt.*20. *nu.*47. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ.*369. *cum Addit.* vbi quòd blaſphemans ſemel ex ira iuſta poteſt excuſari à pœna ordinaria, vel etiam in totum, ſi ira fuerit talis, quæ in dementiam induxerit, ſecus autem ſi ira fuerit ex iniuſta, & illicita cauſa, veluti ex ludo, & huiuſmodi, nam tunc excuſatur, vt benè ibidem declarat, & Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.*41.

11 Blaſpemantes pluries cum temporis interuallo toties poſſunt accuſari, & condemnari, quoties blaſphemauerint, ſecus ſi vno impetu plures blaſphemias protulerint, niſi fortè blaſphemauerint Deum, Virginem Mariam, & Sanctos ſimul, Cæpol. *conſil.* 77. Alberic. 2. *part. ſtatut. quæſt.* 5. *& quæſt.*41. Boer. *deciſ.* 301. *num.* 16. *&c.* Farinac. *quæſt.* 22. *num.* 29. facit quod dixi in §. *Iniuria num.* 14. Griuell. *deciſ. Dolan.* 24. Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 41. *num.*22. vbi quòd multiplicatur pœna ſtante temporis interuallo, ſecus autem ſi vno impetu quis blaſphemauerit Deum, Beatam Virginem, & Sanctos, nam tunc vna tantùm punitur pœna, Raynald. *vbi ſupra num.*132. vbi etiam alios allegat.

Ac idem eſſe in foro conſcientiæ, vt plures blaſphemiæ in Deum vnico actu ſine morali interruptione prolatæ, vnum ſolum peccatum conſtituant, & non plura, & idem in periurio, & ſimilibus, Dian. *reſol. moral. part.* 3. *tract.* 4. *reſol.*163.

Qualiter ſit etiam prohibitum ſub grauiſſima pœna ſculpere in ſolo, vel ſilice humi poſitis ſignum Sanctiſſimæ Crucis, imagines Dei, & Sanctorum, etiam ſuper ſepulturis, & huiuſmodi picturæ, vel ſculpturæ ſint tollendæ, vide text. gloſ. Azor. *in l. vnic. C. nem. licer. Sign. Saluator. &c.* alioſque citatos per Raynald. *rer. crimin. cap.* 1. §. 8. *per tot. fol.*103. vbi multum inuehit contra pingentes Cruces, vel Sanctos in Parietibus, vt homines abſtineant à mingendo, vel vrinando in dictis locis ob reuerentiam, vt ſit omninò prohibitum, licèt fiat ad bonum finem, & nulla praua intentione, ac non ſuffragante qualibet conſuetudine; quod eſt valdè notandum vbi viget talis abuſus, quare vel grauiter puniendi debitam reuerentiam non ſeruantes, vel tollendæ.

12 Blaſphemator, vel ſimilis delinquens contra diuinam maieſtatem, vel Principem debet ſecundùm aliquos habere pacem ab Epiſcopo Ciuitatis, vel à Principe, ſed contrarium eſt verius, & ſeruatur de conſuetudine, cùm ſufficiat ſacramentalis confeſſio, vt dicatur iuſta pax cum Deo, vel gratia Principis, Clar. §. *fin. quæſt.*58. *num.*23. Guaz. *de pace &c. par.* 1. *quæſt.*22. *per tot.* vbi etiam declarat an poſſit gaudere beneficio ſtatuti minuentis pœnam propter pacem, & negatiuè concludit.

Poteſt tamen gaudere priuilegio extractionis à carcere in honorem Natiuitatis Domini Noſtri, etiam ſi contineret clauſulam, *habita pace*, quia dicta clauſula intelligitur dummodò adſit certa perſona offenſa, idem Guaz. *d. tract. part.* 1. *quæſt.*19. *num.*3.

13 De pœna blaſphemiæ Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 3. *verb. Blaſphemans*, & an poſſit excuſari blaſphemans abſque intentione, vel conditionaliter, idem Thoro *part.* 1. *eod. verb.* vbi pro abſolutione, & alia remiſſiuè Caſteion. *in alphabet. iurid. verb. Blaſphemia*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliot. part.*4. *fol.*174.

14 De blaſphemiæ enormitate, quomodo differat ab hæreſi, multis modis committi, an ſit blaſphemia dicere aliquid verum eſſe ſicut Euangelium, vel ſicut Deus, vel Deum facere non poſſe, natalibus ſuis maledicere, dæmoni aliquid offerre, vel deuouere, & huiuſmodi, ac quomodo, & quibus

pœnis ſine puniendi, tales blaſphemi, vel temerarij, benè Parlador. *quotid. quæſt.* 18. §. 1. 2. *&* 3. *per tot.* Vela *tract. de Epiſcopo num.* 92. *& ſeqq. ad* 101. *poſt Differt. iur. contr. fol. mihi* 341.

§. BONA FIDES. IX.

1 BOna fides an, & quando præſumatur, vel non, vide Gabriel. *com. concl. lib.* 7. *concl.* 2. *num.* 3. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 49. *& ſeqq. fol.* 479. *vide in §. Mala fides*, Tuſch. *litt. B. concluſ.* 99. *&* 100. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3359. vbi quòd præſumitur ex poſſeſſione 30. annorum, latè Maſcard. *de probat. concl.* 224. *cum pluribus ſeqq.* vbi an, & quando præſumitur, vel ex quibus probetur, vel non, Ciarlin. *contr.* 183. *num.* 64. 99. *& ſeqq.* Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *gloſ. vn. num.* 620. *& num.* 950. *& ſeqq.* Bertachin *in repert. verb. Bona fides*.

2 Bonus quilibet præſumitur in qualitatibus intrinſecis à natura prouenientibus, niſi probetur malus; ſecus autem in qualitatibus ab induſtria, labore, ſtudio, & ſimilibus extrinſecis prouenientibus, nam in his nemo præſumitur idoneus, nec bonus niſi probetur, *c. fin. de præſumpt. l. omnimodo C. de inoff. teſtam.* Gabriel *lib.* 7. *concl.* 2. *num.* 9. Ioſeph. Ludouiſ. *deciſ. Luc.* 13. *num.* 2. *&c.* Maſcard. *de probat. concl.* 222. *per tot. & concl.* 234. *&c.* vbi qualiter bonitas, vel bona qualitas probetur, & plura in id ſummatim tradit Pac. Iordan. *d. lib.* 14. *tit.* 21. *num.* 155. *& ſeqq. fol.* 432. vbi primam partem concluſionis ſeptem modis limitat, & nonnullis ampliat, Tuſch. *litt. B. concl.* 123. Leoncil. *deciſ. Ferr.* 62. *num.* 1. *& deciſ.* 144. *num.* 5. vbi quòd non tamen optimus præſumitur, Beintend. *deciſ. Bonon.* 62. *num.* 19. vbi quòd quis non præſumitur bonus quando agitur de præiudicio alterius.

Bonus quilibet præſumitur intellige in humanis, nam in his, quæ concernunt ſalutem animæ nullus præſumitur bonus, ſicut nec in præiudicium tertij, nec vbi agitur de aliquo promouendo, nec vbi aliquis fuit malus, nec in ſuperlatiuo gradu, nec ſi à lege, vel ſtatuto qualitas bonitatis requiratur, nec in vniuerſo populo, in quo aliqui mali adeſſe præſumuntur, vt latè explicat Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 1. *&* 2. *per tot.* vide in §. *Delictum num.* 1.

3 Bona fides non patitur, vt bis idem creditum exigatur, & ideò admittitur exceptio ſolutionis etiam in executione ſententiæ, Tuſch. *litt. B. concluſ.* 117. vbi quòd bona fides multa non patitur.

Bonæ fidei poſſeſſor an, & quando teneatur reſtituere fructus, vel non, Marcian. *diſput. forenſ. cap.* 9. *num.* 4. *& ſeqq. dixi in §. Fructus num.* 10. §. *Poſſeſſor num.* 44. *&c.* Thomat. *deciſ.* 181. *num.* 39. *&c. deciſ.* 282. *num.* 2. *&c.*

4 An teneatur compenſare expenſas neceſſarias, quas fecit in re aliena cum fructibus perceptis ex eadem re meliorata, Gamm. *deciſ. Luſit.* 364. *num.* 2. vbi refert contrarias opiniones, & dixi in §. *Fructus num.* 10. *&* §. *Melioramenta num.* 10.

5 Bona fides coniugum ignorantium impedimentum dirimens matrimonium, operatur vt illud putatiuum producat effectum veri matrimonij, Gamm. *deciſ. Luſit.* 220. *n.* 2. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 325. *num.* 7. *&c. dixi in §. Affinitas num.* 2. verſus finem in §. *Matrimonium num.* 3. §. *Filiatio num.* 6. latè Ludouiſ. cum Annot. Beltram. *deciſ.* 461. vbi quòd dicta bona fides præſumitur, & ſufficit in vno ex coniugibus ad effectum legitimitatis prolis, Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 13. *&c.*

6 Multa de bona fide, quando præſumatur, vel non, & de illius effectibus, Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.* 1. *&* 3. *verb. Bona fides*, & alij citati per Com. Aug. Fontan. *in ſua Biblioth. leg. part.* 4. *fol.* 175. & Io. Torre *in Indice generali tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in fine part.* 3. *verb. fides*.

7 Quòd bona fides in emente, vel alio titulo acquirente in dubio præſumatur, Vela *Differt. iur. contrau.* 48. *num.* 49. Cyriac. *contrau.* 463. *num.* 20. vbi quòd in poſſeſſore præſumitur bona fides, niſi probetur mala, *& controu.* 533. *num.* 30. 532. *num.* 7. 24. *&* 30. & alibi ſæpè vt in Indice.

8 De bona fide qualiter excuſet à pœna exigentem fructus illicitos, ſed non à reſtitutione, aut imputatione in ſortem, Priol. *deciſ.* 427. *num.* 6. *& ſeqq.* relatus à Iacob. Balduc. *in obſeru. ad Ramon. conſ.* 40. *num.* 37. *&c.* quamuis & excuſare poſſe quandoque etiam ab imputatione habeatur in *deciſ.* 49. *num.* 28. *& ſeqq.* apud eumdem Balduc. qui alia tradit de effectibus bonæ fidei, vt in Indice *verb. Bona fides*.

§. BONA. X.

1 BOnorum ſimpliciter, ſiue bonorum omnium appellatione veniunt mobilia, ſe mouentia, & immobilia, nomina debitorum, iura, & actiones, *l. bonorum* 49. *in fine, l. rei appellatione* 23. *ff. de verb. ſignif.* itaut veniant etiam nomina conditionalia, & in diem debita, latè Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appellat.* 35. *num.* 1. *& ſequentib.* Tuſch. *litt. B. concl.* 101. *per tot.* vbi plura, quid veniat appellatione bonorum, Ricc. *Collect.* 2935. vbi an veniant ſerui, & ſegetes ſeminatæ.

Vbi verò fuit facta mentio mobilium, & immobilium, non veniunt iura, & actiones, quæ tertiam quamdam ſpeciem conſtituunt, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 153. *vol.* 1. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 390. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi quando veniant etiam iura, & actiones, Barboſ. *loc. cit. num.* 4. *& ſeqq.* vbi latè declarat quæ veniant ſub nomine, & appellatione bonorum, vide in §. *Nomen num.* 3. *&c.*

Quomodo differant bona mobilia, & immobilia, & cui loco applicentur, vel cuius eſſe præſumantur, Tuſch. *loc. cit. concl.* 105. *&c.*

Prout etiam ſi facta fuerit mentio bonorum vbique exiſtentium, propter illud verbum, *exiſtentium*, excluduntur iura, & actiones, quia tamquam incorporalia non dicuntur eſſe in loco, *l. Cauius in prin. ff. de legat.* 2. Bald. *in l.* 1. *ff. de ſtat. hom.* Socein. *reg.* 145. *limit.* 2. Sed contrarium quando vrgent coniecturæ, & verba vniuerſalia, firmant Merlin. *deciſ.* 586. *num.* 5. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 390. *num.* 9. *&c.*

Quod ſint ſpecies bonorum, & quid bonorum immobilium, vel mobilium appellatione veniat, Tuſch. *litt. B. concluſ.* 102. 103. *&* 104. *per tot. vide in §. Mobilia*.

Quòd bona non dicantur niſi quæ ſuperſunt deducto ære alieno, *l. ſubſignatum* §. *Bona*, *& l. veniſſe ff. de verb. ſignif.* Leoncil. *deciſ. Ferr.* 2. *num.* 24. *deciſ.* 90. *num.* 2. Ludouiſ. *deciſ.* 241. *num.* 5. vbi Beltram. *num.* 15.

2 Bona emphyteutica poſſunt dari in dotem ſine conſenſu domini, dummodò dentur pro fundo dotali, & inæſtimata, aliàs ſecus, cùm res prohibitæ alienari poſſint in dotem dari, Iaſ. *in auth. res quæ num.* 32. *C. com. de legat.* Specul. *tit. de locat.* §. *nunc aliqua*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 511. *per tot. & cap.* 743. *num.* 95. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *num.* 163. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.* 9. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 73. *num.* 7. *& deciſ.* 359. *per tot.* quæ tamen fuit reuocata, & declarata vt ſequitur, vide in §. *Emphyteuſis num.* 33. *&* 46. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 53. *nu.* 11. vbi quòd nec tunc debetur laudemium.

Intellige hanc concluſionem in præiudicium domini directi; qui ex hac cauſa nec caducitatem, nec laudemium prætendere poteſt, ſecus autem in præiudicium aliorum vocatorum in gradu proximiorum, nam in emphyteuſi ex pacto, & prouidentia alienatio durat tantùm ad vitam emphyteutæ dotantis, illo verò mortuo bona reuertuntur ad comprehenſos in inueſtitura, niſi fortè dotans ex ipſa inueſtitura haberet aliam facultatem, vel alij vocati eſſent hæredes dotantis, vt benè declarat Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 55. *num.* 26. *& ſeqq.* vide Corbul. *de cauſ. priuat. ob alienat. lib.* 1. *limit.* 10. *num.* 4. *&c.* Fulgin. *de iure emphyt. tit. de alienat. quæſt.* 1. *num.* 262. *&c.*

3 Bona regulariter præſumuntur libera, & allodialia, niſi contrarium probetur per inueſtituram, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 657. *num.* 30. *&c. vide in §. Dominium nu.* 9. §. *Emphyteuſis num.* 27. *&* §. *Dominus num.* 14. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 224. *per tot. volum.* 1. plenè Merlin. *deciſ.* 655. *per tot.* vbi quando, & ex quibus coniecturis poſſit ab hac regula recedi.

4 Bona emphyteutica an veniant in inſtitutione hæredis, vide latè Surd. *deciſ.* 93. *per tot.* Vtceol. *Conſult. forenſ. cap.* 45. *num.* 9. *& num.* 16. *&c.* Merlin. *deciſ.* 699. *num.* 19. *& ſeqq.* vbi quòd ſic quando teſtator poteſt de illis diſponere, vt quia ſit primus acquirens ex titulo oneroſo, ſiue acquiſiuerit immediatè à domino directo, ſiue à tertio, vt dixi in §. *Emphyteuſis num.* 34.

An valeat legatum de illis factum, ſaltem quoad æſtimationem, Gratian. *deciſ.* 56.

An

An veniant in fideicommisso, Rot. part. 9. recent. decis. 452. in Appendice, & part. 10. decis. 218. num. 21. & seqq. Caldas de iur. emphyt. lib. 3. cap. 17. Fusar. de substit. quæst. 630. & 631. Fulgin. de iur. emphyt. tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 3. num. 38. &c. Rot. part. 11. recent. decis. 111. vbi quod sic, quando sumus in primo acquirente ex titulo oneroso.

Quòd non veniant sub libello, & petitione immissionis in bonis proprijs, & liberis testatoris, quia non sunt talia, sed obnoxia vocatis in inuestitura, Rot. part. 12. recent. decis. 325. num. 1. &c.

5 Bona emphyteutica prohibita alienari an veniant in confiscatione bonorum propter delictum, latè articulo disputato, Surd. decis. 254. per tot. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 131. & num. 68. &c. Boss. de bonor. public. num. 16. & seqq. Fachin. contr. iur. lib. 9. cap. 53. per tot. Cabal. resolut. crim. cas. 182. num. 7. &c. Farinac. quæst. 25. num. 56. &c. Fulgin. de iur. emphyt. tit. de success. in bon. emphyt. quæst. 4. num. 13. &c. Corbul. de caus. priuat. ob mort. ciuil. num. 38. & seqq. Clar. §. Emphyteusis quæst. 29. Guaz. de confisc. bon. concl. 13. limit. 33. & concl. 27. num. 67. & seqq. vide in §. Emphyteusis num. 5. & num. 61. Paul. Christin. decis. Belgic. 36. vol. 2. vbi in materia hæresis, latè Rot. part. 10. recent. decis. 261. num. 6. & seqq. per tot. vbi pro fisco Ecclesiastico, & part. 12. decis. 213. per tot. vbi quando etiam primus acquirens non possit delinquendo alijs proprio nomine vocatis præiudicare, Rot. part. 15. recent. decis. 267. vbi fuit confirmata præcedens decisio, Fontanell. decis. 474. & 475. Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. Rub. 76. num. 103. & seqq. Antun. Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 22. num. 62. & seqq. per tot. vbi etiam quid dicendum de melioramentis, & bonis censualibus, &c.

6 Bona emphyteutica possunt etiam irrequisito domino inter ipsos comprehensos non tantùm diuidi, sed quocumque alio titulo alienari absque incursu pœnæ, Ias. in l. qui Romæ §. duo Fratres num. 77. vbi etiam Bart. quæst. 10. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 41. num. 84. Gratian. discept. 36. per tot. & cap. 272. num. 11. vbi etiam quòd nec debetur laudemium, de quo dixi in §. Laudemium, & §. Emphyteusis num. 47.

Item etiam cum alijs permutari sine dicto consensu, quia tunc cessat ius prælationis domini, Rot. part. 9. recent. decis. 269. num. 29.

7 Bona emphyteutica veniunt in generali obligatione quoad ius emphyteutæ, non verò quoad ius domini directi, nec in illius præiudicium, Neguf. de pig. part. 2. memb. 2. num. 28. Franch. decis. 226. Sperel. decis. 120. num. 1. &c. Scapuc. de Saluian. lib. 2. quæst. 10. Pacif. eod. tract. inspect. 3. cap. 2. num. 25. & seqq. Gratian. discept. forens. cap. 43. num. 7. & num. 39. cap. 88. num. 39. & cap. 342. n. 13. Surd. decis. 160. Barbos. de appellat. verb. signif. appellat. 35. num. 14. vide in §. Emphyteusis num. 32. & §. Prohibitio, Rot. part. 9. recent. decis. 170. num. 13. & seqq. vbi intelligit de emphyteusi hæreditaria.

An bona emphyteutica possint obligari, & executari, latè Ant. Gob. Consult. 100. per tot.

Qualiter creditor admittatur ad purgandam moram, Rot. part. 18. recent. decis. 52. vbi quod si Emphyteusis Ecclesiastica sit hæreditaria potest ad instantiam creditorum subhastari, non obstante caducitate ab Ecclesia acceptata ob non solutum Canonem, quia possunt creditores illum pro suo debitore soluere ad conseruandum iura sua.

Qualiter creditor emphyteutæ admittatur ad purgandam moram canonis non soluti pro conseruatione iuris sui, etiam post sententiam deuolutionis, & illius executionem saltem per viam restitutionis in integrum, latè Sanfelic. decis. 114. vide in §. Emphyteusis num. 32. & num. 50.

Quòd tamen sit necesse vt de dictis bonis sit facta specialis mentio, Gabriel. de reg. iur. concl. 12. num. 19. Rot. part. 1. diuers. decis. 426. num. 5. Scapuc. vbi supra num. 1. vide §. Feudum, Fulgin. de iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst. 38. per tot.

Quòd creditores possint consequi credita sua super bonis emphyteuticis Ecclesiæ ratione vtilis dominij, Alb. Mondel. cons. 28. num. 6. Menoch. de arbit. cas. 180. num. 15. Corbul. de iur. emphyt. cap. 14. de priuat. ob alienat. limit. 19. per tot. Rodoan. de rebus Eccles. de caducit. ob res alien. num. 32. &c. Caldas Pereir. tract. de extinct. emphyt. cap. 6. Cenc. de cens. quæst. 22. Salgad. Labyrint. credit. part. 3. cap. 3. num. 3. & seqq. vbi loquendo in emphyteusi hæreditaria, qualiter possint huiusmodi bona subhastari pro satisfaciendo creditoribus, saluo iure domini directi, secus asserens in emphyteusi pactionata, vel pro familia, cuius tamen commoditas, & fructus durante vita debitoris debent creditoribus, vt supra assignari: quid si debitor sit primus acquirens ex propria pecunia, & alia plura Anton. Gob. tract. de permiss. feud. & emphyt. alienat. quæst. 12. per tot. vbi pluribus modis distinguit, & vt plurimum etiam hæredes teneri concludit.

Bona emphyteutica prohibita alienari sub pœna, vel obligari non veniunt in obligatione bonorum, & super illis non datur Saluianium, nisi probetur obligantem non habere alia bona, vel nisi per statutum disponatur qualiter possint alienari, Scapuc. de Saluian. lib. 2. quæst. 10. Gratian. discept. forens. cap. 43. num. 39. cap. 855. num. 10. & cap. 881. num. 6. Sperel. decis. 120. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 483. num. 11. & seqq. Salgad. Labyrint. credit. part. 3. cap. 3. & seqq. vbi tamen quòd dicta prohibitione non obstante, durante vita emphyteutæ, potest commoditas dictorum bonorum creditoribus assignari, allegat Cenc. de cens. quæst. 22. num. 10. Milanens. decis. 7. num. 50. lib. 2. Gratian. discept. 916. num. 24. & alios plures, vide Anton. Gob. tract. de permiss. feud. & emphyt. alienat. quæst. 12. vbi qualiter filij, vel agnati succedentes in feudo, & emphyteusi teneantur creditoribus defuncti de dictis bonis satisfacere, facto, vel non facto inuentario. 8

Si dicta bona obligentur cum consensu domini directi expressè, vel tacitè, datur hypothecaria etiam contra illum, ad quem transeunt cum dicto onere, nisi adesset clausula saluis iuribus ipsius domini, & an consensus videatur absolutè, vel in subsidium præstitus, vide Gratian. discept. 996. per tot. Anton. Gob. loc. cit. Sperel. d. decis. 120. num. 20. & Fachin. controu. iur. lib. 7. cap. 56. per tot. Salgad. Labyrint. creditor. part. 3. cap. 3. num. 92. & seqq.

Quòd si sint pluribus obligata, ille præferatur qui prius à domino directo assensum obtinuit, licet sit posterior respectu contractæ obligationis, vide Bardellon. cons. 100. per tot. lib. 1. Franch. decis. 64. 75. & 86. per tot. dixi in §. Prior, & §. Creditor num. 2. Corbul. de emphyt. tit. de priuat. ob alienat. quæst. 5. num. 8. &c. Nouar. in Prag. Reg. Collect. 104. num. 1.

Quòd bona emphyteutica maximè laicalia veniant in hypotheca generali, nisi sint expressè prohibita alienari, quo casu tamen etiam cessante hypotheca conuentionali, potest in illis fieri executio, & tanquam pignus iudiciale capi contra debitorem, vel eius hæredes quoad fructus, & commoditates, vide Caualer. decis. 290. per tot. itaut non sit necessaria citatio domini directi cùm de illius præiudicio non agatur, idem Caualer. decis. 328. vide in §. Feudum, Salgad. Labyrint. creditor. part. 3. cap. 3. per tot. vbi plura, & num. 53. de melioramentis, illa liberè spectare ad creditores, nisi dominus pro eodem pretio voluerit ea emere, dixi in §. Melioramenta num. 2.

Et pendente iudicio moto à creditoribus contra huiusmodi bona, non potest emphyteuta illis præiudicare malè versando, vel non soluendo canonem vt cadant in commissum, nisi sequatur ex causa de præterito, nam si antè motum iudicium emphyteuta cessauerit, potest dominus quandocumque declarare caducitatem, Surd. decis. 29. 102. & 286. per tot. vbi an, & quando emphyteutæ, siue vassalli delictum circa rem, præiudicet creditori, cui res erat obligata, & vide Vrceol. Consult. forens. cap. 33. num. 23. vbi quòd creditores possunt petere restitutionem in integrum, & latè videndus Mastril. decis. 154. per tot. vbi an, & quando creditores pro suo interesse, soluendo canones non solutos, admittantur ad recuperandum bona ad dominum deuoluta, pro conseruatione hypothecæ, adde Giurb. decis. 91. per tot. vbi refert contrarias opiniones, & videtur negatiuè concludere, si res non sit integra, vel possit creditoribus aliter esse consultum, Olea de cess. iur. tit. 4. quæst. 3. num. 17. & seqq. ad 24. vbi quòd antè caducitatem admittuntur ad soluendum, cùm sua intersit, ne debitor incidat in pœnam, vt ex fructibus possint exigere.

Quòd non obstante quauis generali prohibitione alienationis, & hypothecæ, possit immissio ex Saluiano creditoribus concedi super commoditate percipiendi fructus ex bonis emphyteuticis, vel feudalibus, & sic in possessionem

illorum

illorum ad effectum, vt tamdiu fructibus, & commoditatibus fruantur, donec satisfiant ex quo nullum domino directo præiudicium infertur, & durat etiam contra hæredes, & successores, quando emphyteusis est hæreditaria, & sumus in primo acquirente, vt benè probat Rot. *part. 9. recent. decis. 167. per tot. decis. 170. num. 13. & seqq. & decis. 275. nu. 26.* vide latè Anton. Gob. *tract. de permiss. feud. & emphyt. alienat. quæst. 12. per tot.* vbi loquitur in omni specie feudorum, & bonorum emphyteuticorum, ac facto, vel non facto inuentario, & cum pluribus distinctionibus totam materiam resoluit Rot. *part. 17. recent. decis. 77. & decis. 256. in eadem causa.*

9 Bona paraphernalia dicuntur illa, quæ vxor quando ad domum viri traducitur secum defert, & administrationem concedit marito tacitè, vel expressè, *l. hac lege, & l. fin. C. de pact. conuent. & l. si ego §. Dotis ff. de iur. dot.* Tusch. *litt. B. concl. 110.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 8. num. 3.* vbi etiam an in dubio bona dicantur paraphernalia, vel dotalia, siue extradotalia, & de illorum differentia.

Quòd administratio bonorum paraphernalium concessa ab vxore marito censeatur concessa tanquam procuratori, ac ideò possit ad libitum eiusdem vxoris reuocari, *l. hac lege, & l. fin. C. de pact. conuent. l. si ego §. Planè ff. de iur. dot.* Surd. *decis. 192. num. 7. & 8.* cum alijs per Bich. *decis. 352. num. 8.*

Quòd sint idem, quod de consuetudine corredum appellatur, & an aliquid sit dandum de necessitate vltra dotem, corredorum nomine, vide Altograd. *cons. 20. num. 6. & seqq. lib. 2.* dixi in §. *Dos num. 38.* & plenè Bardellon. *cons. 193. per tot.* vbi considerat quinque requisita necessaria ad hoc vt bona paraphernalia debeantur mulieri ex bonis viri, Paul. Christin. *decis. 135. num. 11. & seqq. volum. 3.* vbi de triplici genere bonorum mulieris, & quid iuris maritus in illis habeat, Arismin. Tepat. *var. sentent. tit. 457.*

10 Bona paraphernalia contrita ad vsum communem mariti, & vxoris repetuntur soluto matrimonio talia qualia sunt, nec debetur illorum æstimatio de tempore, quo fuerunt tradita sub mariti custodia, *l. plerumque ff. de iur. dot. l. hac lege in fine C. de pact. conuent.* nisi aliter se habeat consuetudo, vel pactum, vide in §. *Fructus num. 12.* sequitur Bardellon. *d. cons. 193. num. 14. lib. 2.* vbi etiam quòd si non extent, de illorum restitutione non est agendum, Arismin. Tepat. *var. sentent. tit. 457.* Alex. *cons. 36. num. 17. & seqq. lib. 6.* Tusch. *litt. B. conclus. 110. num. 6.* Christin. *d. decis. 135. num. 14. volum. 3.* latè Rot. *part. 9. recent. decis. 44. per tot.* vbi quòd acconcium non debet restitui, nisi quatenus extet, & tale quale reperitur, quia consumptio cedit periculo vxoris; qualiter, & ex quibus præsumatur consumptum; nisi tamen fuerit traditum æstimatum, & cumulatum cum dote, quia tunc cederet periculo mariti, & essent eius bona pro restitutione obligata, an in primo casu possit liquidari per iuramentum in litem, & alia notabilia de hac materia, vide §. *Mobilia n. 5. & §. Periculum.*

11 Bona paraphernalia non habent priuilegia dotis, *glos. in l. si ego §. dotis ff. de iur. dot.* Alex. *cons. 36 lib. 6.* habent tamen tacitam hypothecam in bonis mariti, si ille administrauit concludit Rodriquez *tract. de concur. cred. part. 1. art. 1. num. 20.* Pacif. de Saluian. *inspect. 3. cap. 4. nu. 501. &c.* non tamen ius prælationis, vide Bardellon. *d. cons. 193. n. 3. & seqq.* Gratian. *discept. 671. num. 6. &c.* dixi in §. *Hypotheca num. 11. & § Mulier.*

An autem bona præsumantur paraphernalia, vel dotalia, Mascard. *de probat. conclus. 211. & conclus. 215.* vbi quòd præsumuntur paraphernalia, si non apparet de constitutione dotis, *& conclus. 215.* vbi an, & quando præsumantur data in dotem, vide in §. *Mulier num. 25.*

Quòd non debeantur fructus ex paraphernо promisso vxori in pecunia, & soluti imputentur in sortem, cum in hoc paraphernum non æquiparetur doti, Ludouis. *decis. 80. per tot.* vbi allegat Alex. *cons. 27. num. 11. lib. 5.* Dec. *cons. 521.* & alios Rot. *part. 16. recent. decis. 419. num 16. & 17. per tot.* intelligendo vt dixi in §. *Fructus num. 12. vers. non deberi.*

12 Bona quæ veniant in confiscatione, vel non, vide Clar. cum Addent. *§. fin. quæst. 78.* Addit. ad Pract. Papp. *form. inquisit. glos. vltima verb. reseruantur*, Peregrin. *de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 52. & seqq.* Farinac. *quæst. 25.* Card. Tusch. *litt. C. conclus. 719.* Guaz. *de confisc. bon. conclus. 13. per tot. & conclus. 21. per tot.* & de hoc dixi plura in mea Pract. §. *Beni, & §. Confiscatione*, Paul. Christin. *decis. Belgic. 301. per tot. volum. 1.* vbi de bonis restitutioni subiectis *& decis. 26. & seqq. volum. 2.* vbi in materia hæresis.

De confiscatione bonorum, & quæ comprehendat, vel non, latè videndus Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 22. per totum*, & dixi plura in §. *Confiscatio.*

Eodem in fine plenè videndus de bonis vacantibus ad fiscum spectantibus Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib. 3. cap. 14. cum multis seqq.*

Quòd statim acquirantur fisco vnà cum fructibus absque aliqua apprehensione quoad dominium, licèt quoad possessionem, Gratian. *discept. forens. cap. 309. num. 5. &c.* Peregr. *de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 52. & num. 174. vide in §. Fiscus*, & in d. Pract. §. *Fisco num. 6.*

Quòd hodie bona delinquentium (confiscatione sublata aliquibus casibus exceptis per *auth. bona damnatorum C. de bon. proscript.*) referuentur proximioribus ab intestato venientibus, non vti hæredibus, sed ex beneficio legis, quod est magni effectus, Martha *de success. legal. part. 1. quæst. 8. art. 3. per tot.*

An viuente bannito remanere debeant penes fiscum, dixi in §. *Bannitus.*

Et quòd transeant in fiscum cum onere suo, latè Altograd. *cons. 95. num. 1. &c. lib. 1.* Peregrin. *de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 74.*

Qualiter omnia bona vacantia, & alia huiusmodi quæ dominum non habent spectent ad Principem, & fiscum, idem Peregrin. *de iur. fisc. lib. 4. tit. 3. lib. 7. tit. 3. num. 16.*

Bona patris, vel fratris occisi à filio, vel fratre pertinent in totum ad fiscum, si ipse occidens erat solus in gradu, & ab intestato successurus, nam præiudicat sequentibus in gradu, si verò erat successurus tantùm in parte, vel in nihilo, fiscus partem illam, vel nihil capit, cùm succedat tantùm in locum, & ius delinquentis, non autem aliorum, pulchrè Cabal. *resol. crim. cas. 10. per tot.* vide in §. *Homicidium num. 12.* vbi plures alios citaui, & melius declaraui. 13

Bona illorum, qui sibi mortem consciuerunt postquam fuerunt carcerati, & inquisiti de crimine propter quod bona veniant confiscanda, pertinent ad fiscum, non tamen in pœnam delicti contra se ipsos commissi, sed delicti, de quo inquirebantur, quòd tacitè videntur fassi, si vt dixi erat tale propter quod bona essent confiscanda, quo casu etiam illorum hæredes, vel alij interesse habentes, sunt citandi, & admittendi ad docendum de innocentia, vel quòd ex alia causa, quàm ex conscientia delicti, de quo imputabantur, sibi mortem intulerint, quibus probatis, vel si delictum primarium non importabat confiscationem, fiscus est excludendus, vt latè probat Cabal. *resolut. crim. cas. 137. per tot.* Menoch. *de Arbitr. cas. 284. num. 26. & seqq.* Peregrin. *de iur. fisc. lib. 4. tit. 4.* dixi in mea Pract. §. *Confiscazione num. 4. & §. Omicidio num. 26.* & in hoc opere §. *Homicidium num. 18.* adde latè Paul. Christin. *decis. Belgic. 400. num. 32. & seqq. & num. 143. & seqq. vol. 1. & decis. 208. per tot. vol. 4.* Farinac. *quæst. 128.* Guaz. *de confisc. bon. concl. 13. limit. 43. per tot.* 14

Bona sita extra Territorium iudicis condemnantis non veniunt in confiscatione imposita vigore statuti, sine alterius iuris specialis, & municipalis; si verò confiscatio procedat à iure communi (prout hodie tantum in crimine hæresis, & læsæ maiestatis) comprehendit omnia bona vbique existentia, quæ tamen singula, & respectiuè pertinent ad dominum, & fiscum loci, in quo posita sunt, Boss. *tit. de publicat. bonor. num. 62.* Clar. & Addent. §. *fin. quæst. 78. num. 27.* Cabal. *resol. crim. cas. 138. per tot.* Gratian. *discept. forens. cap. 389. num. 48. & cap. 642. num. 16.* Peregrin. *de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 134. & seqq.* Guaz. *de confisc. bon. conclus. 13. limit. 16. per tot.* Farinac. *quæst. 25. num. 94. & seqq.* Card. Tusch. *litt. C. conclus. 720. per totum, vide in §. Confiscatio num. 1.* Rot. *part. 14. recent. decis. 536.* vbi plenè, & est votum decisiuum Illustrissimi D. Gastaldi. 15

Debet tamen Dominus, vel eius officiales loci, in quo sita sunt bona prætendens illa confiscare, acta coram iudice causæ gesta ad suum Tribunal transportare, vel alium processum instruere, & condemnare, & non simpliciter

alte-

alterius niti ſententiæ, niſi expreſsè de hoc loquatur ad tradita per Merlin. *decis.* 168. *num.* 22. *&c.*

Sed vide dictum votum deciſiuum Illuſtriſſimi D. Gaſtaldi *num.* 29. *& seqq. inter deciſiones*, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 536. vbi multis auctoritatibus, & rationibus firmatur ad dictum effectum ſufficere ſententiam condemnatoriam, quando non fuit lata in contumaciam, ſed ex veris probantibus.

Quòd licet quis deliquerit in territorio exempto, bona tamen poſſint confiſcari in territorio non exempto, & qualiter, Ant. Fabr. *C. de bon. damnat. def.* 1. Paul. Chriſtin. *decis. Belg.* 400. *n.* 120. *vol.* 1. facit contra quod dixi in §. *Stat. general. num.* 21. *& pænale num.* 8.

16 Bona mobilia exiſtentia extra territorium iudicis condemnantis veniunt in confiſcatione, & ſpectant ad fiſcum loci ipſius iudicis condemnantis, cùm ſequantur perſonam, nec territorio circumſcribantur, niſi deſtinatione domini eſſent extra territorium perpetuò permanſura, quia tunc ſpectarent ad fiſcum loci, in quo reperiuntur, ſi pœna imponatur de iure communi, aliàs ſecus iuxtà prædicta, Cabal. *resol. crim. caſ.* 268. vbi refert Clar. diuerſimodè tenentem, & vide Peregr. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 141. *&c.* vbi etiam quid dicendum de nominibus debitorum, & vide in mea Practica §. *Confiſcazione n.* 3.

17 Bona alienata ab hæretico occulto, poſtea detecto, & condemnato poſſunt per fiſcum reuocari, & vendicari à quocumque poſſeſſore, Cabal. *resol. crim. caſ.* 295. *per tot.* Surd. *decis.* 247. *per tot.* Ricc. *Collect.* 368. vbi quòd ipſo iure ſunt confiſcata.

Alia vide in §. *Confiſcatio*, & §. *Fiſcus*, & dixi in mea Pract. §. *Beni*, §. *Confiſcazione*, §. *Fiſco*, & alibi, vbi plura in terminis legum municipalium ſtatus Florentini.

18 Bona mariti ſunt tacitè obligata vxori pro alimentis, quamuis aliàs regulariter pro alimentis non detur hypotheca, vt dixi in §. *Alimenta*, vide Bart. *in l. ſi cum dotem* §. *ſin autem ff. ſolut. matrim.* Afflict. *decis.* 10. *n.* 3.

19 Bona propria hæredis futura non veniunt in generali obligatione bonorum ſiue legali, ſiue conuentionali facta per defunctum, etiam obligando omnia bona ſua, ſe, & hæredes, quia hæc poſterior reſtringitur ad perſonam hæredis, non ad bona: poſſunt tamen expreſsè obligari, & hæres adeundo cenſetur obligationem de ſuis bonis factam ratificare, dummodò ſit facta nomine hæredis, vel defunctus de rato promiſerit ſecundùm multos, vide Neguſ. *de pign. part.* 2. *memb.* 2. *num.* 54. Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 2. *&* 3. *per tot.* Rot. *part.* 3. *diuerſ. decis.* 1166. *num.* 1. Afflict. *decis.* 200. Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæſt.* 12. *per tot.* vbi quòd aduerſus huiuſmodi bona datur Saluianum probando extrema, niſi hæres adiuerit cum beneficio inuentarij, quo caſu ſibi conſeruat omne ius ſuum, ac ſi hæres non fuiſſet, vide Pacif. de Saluian. *Inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 283. Gratian. *discept. forenſ. cap.* 225. *num.* 73. *cap.* 433. *num.* 22. *& cap.* 540. *num.* 56. Magon. *decis. Flor.* 124. *num.* 11. Surd. *decis.* 315. *per tot.* Franch. *decis.* 53. *num.* 6. *& seqq. & decis.* 321. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3510. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 7. *num.* 1. *&c.* Marcian. *disput. forenſ. cap.* 53. *num.* 5. *&c.* vbi concludit non intelligi obligata etiam ſi dictum fuerit obligauerunt ſe, & hæredes ſuos, & bona eorum omnia, cùm illud relatiuum, *eorum*, neceſſariò non referatur ad bona hæredum, ſed poſſit referri, ad principales obligantes, facit Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 211. in principio, vbi fuit denegata executio contra bona hæredum, *& part.* 12. *decis.* 407. plenè Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 222. vbi quòd obligatio bonorum hæredum, ſiue expreſſa, ſiue contenta ſub obligatione camerali ſuſtinetur potiùs de conſuetudine, quàm de iure, ac ideo tanquàm odioſa non comprehendit bona hæredum vltrà primos, ſed ad primos hæredes tantùm reſtringitur ex multis rationibus ibidem adductis, & vide in §. *Obligatio ſub num.* 24.

Qualiter bona hæredis veniant in diſpoſitione facta à teſtatore, & ex quibus cognoſcatur teſtatorem voluiſſe de illis diſponere, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 252. *num.* 1. *& seqq. decis.* 243. *per tot.* vbi quòd non veniunt in hypotheca ad fauorem creditorum defuncti, niſi copulatiuè conſtet de voluntate ipſius defuncti, & quòd hæres ſimpliciter adiuerit hæreditatem, vt latè ibidem declarat ad excluſionem hypothecæ, & Saluiani, & in quibus caſibus ex amplitudine verborum, vel clauſula Camerali poſſit deduci dicta hypotheca.

Quòd nec etiam veniant in reſtitutione fideicommiſſi, etiam ſi diſpoſitio eſſet vniuerſalis, niſi expreſsè id iuſſerit teſtator, vel aliter ex coniecturis appareat, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 648. *per tot. vide in* §. *Teſtator num.* 8.

Licèt autem dicta bona hæredum non veniant ſub hypotheca vt ſupra, tamen puto poſſe in cauſam iudicati capi, & in illis executionem conſumari mediante pignore prætorio, vel iudiciali, quando ſumus in caſibus, in quibus hæredes tenentur de proprio vltra vires hæreditarias, vt quia inuentarium non fecerint, & mediante aditione hæreditatis ex quaſi contractu remanent obligati creditoribus hæreditarijs, vt dixi in §. *Hæres num.* 1. *&c. &* §. *Pignus num.* 5. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 227. *num.* 7. *&c. & part.* 12. *decis.* 7. *num.* 1. *& seqq. decis.* 118. *num.* 20. *& seqq.*

20 Bona futura ideſt poſt obligationem quæſita non venire in tacita hypotheca, tenuit *gloſ. in l.* 3 *C. de hæred. act. & l. fin. C. quæ res pig. oblig. poſ.* Reprobatur tamen dicta gloſ. & communis opinio eſt in contrarium, vt per Capyc. *decis.* 129. *num.* 4. *vide in* §. *Hypotheca num.* 40. *in fine.*

Quæ veniant in hypotheca, vel non, Paul. Chriſtin. *decis.* 152. *num.* 9. *&c. decis.* 158. *per tot. volum* 4. *dixi in* §. *Hypotheca num.* 42. latè Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 5. *&* 7. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 2 *per tot.*

21 Bona ſubiecta fideicommiſſo ab aſcendentibus ordinato poſſunt alienari quandocumque, vel obligari pro dote conſtituenda, vel reſtituenda in ſubſidium omnibus deſcendentibus etiam nondum natis, nec conceptis tempore mortis fideicommittentis, quando non ſufficiunt fructus, nec legitima, vel non adſunt alia bona libera, iuxta vulgatam *Auth. res quæ C. com. de legat.* vbi paſſim DD. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 531. *&* 532. *per tot.* Martha *de ſucceſ. legal. p.* 4. *quæſt.* 21. *art.* 10. *per tot.* Gratian. *discept. forenſ. cap.* 832. *num.* 31. Ludouiſ. *decis.* 266. *num.* 1. Rot. *part.* 3. *recent. decis.* 987. *num.* 6. latè Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 189. *&* 190. *per tot.* Peregrin. *decis.* 62. *per tot. & decis.* 96. *& decis.* 124. *&* 125. Ioſeph. Ludouic. *decis. Luc.* 28. *num.* 76. *& seqq.* Pacif. de Saluian. *inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 98. *& seqq.* Franch. *decis.* 519. Sperel. *decis.* 165. Mart. Medic. *decis. Senenſ. Exam.* 3. *num.* 93. *& seqq.* Tuſch. *litt. F. concl.* 284. *per tot.* Chriſtin. *decis. Belgic.* 78. *volum.* 1. *& decis.* 42. *&c. volum.* 4. *& decis.* 48. *d. volum.* 4. *& decis.* 202. *volum.* 5. plenè Merlin. *decis.* 657. *per tot.* vbi ampliat etiam ſi conuentum fuerit de inueſtimento dotis, & illud non ſit factum, & alijs modis, *& decis.* 671. *num.* 13. *& seqq. & decis.* 683. vbi ampliat etiam ſi extent bona libera quando ſunt litibus inuoluta, & anterioribus affecta, & quòd dos poſſit aſſignari in corpore plus valente, ſi non patitur commodam diuiſionem, & reſiduum inueſtiatur pro fideicommiſſo, vide Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 40. vbi plura notabilia circa *d. Auth. res quæ*, *& decis.* 55. *per tot. d. part.* 9. vbi quòd procedit etiam ſi ad mulierem peruenerint pecuniæ, vel fructus adeo pingues, vt de illis potuerit ſe dotare, ſi tempore matrimonij non reperiantur, vt quia conſumpſit larga manu expendendo, & alia plenè eadem Rot. in eadem cauſa *d. part.* 9. *decis.* 150. cum Annot. Paul. Rub. *& decis.* 271. *per tot. d. part.* 9.

Ad materiam *Auth. res quæ C. commun. de legat.*

Quòd bona fideicommiſſi pro conſtitutione, & reſtitutione dotis alienari poſſint non ſolùm pro primis deſcendentibus, ſed etiam vlterioribus vſque ad milleſimum gradum, quod tamen magis vſu, quàm lege conſtitutum eſt, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 220. *num.* 8.

Quòd dos vigore dictæ Auth. ſumat anterioritatem à die conditi fideicommiſſi, vel potiùs mortis fideicommittentis, Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 162. *&* 243. *per tot.*

Poſſunt etiam dicta bona fideicommiſſi alienari, tam in fideicommiſſo materno, vel à linea materna procedente, quam in collaterali in caſibus in quibus ſi fideicommittentes viuerent tenerentur dotare, aliàs ſecùs, vt latè probat Boſſ. *de dote cap.* 15. *num.* 202. *& seqq.*

Item pro dote augenda iuxtà temporum conſuetudinem, quamuis fuerit à teſtatore taxata in minore quantitate, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 260. *num.* 16. *& seqq.*

An dictum priuilegium tranſeat ad hæredes mulieris, adde Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 220.

An poſſit dos deduci ex fideicommiſſo ſi hæres diſſipauerit detractiones, adde Boſſ. *de dote cap.* 15. *num.* 256. *& seqq. & num.* 265. *& seqq.*

Quid ſi filia dotanda haberet bona materna, vel alia aduentitia? dic tunc non eſſe locum dictæ Auth. vt reprobato

Fuſa-

Fusario, & declaratis alijs decisionibus, cùm remedium prædictum sit subsidiarium quatenus aliundè mulier ex bonis proprijs dotata non fuerit, iuxtà inconcussam Rotæ sententiam probat Rot. *in Roman. residuo dotis 17. Martij 1673. coram Rondinino*, post Vrcool. *de transact. decis. 44. num. 11. & seqq. & part. 17. recent. decis. 331. num. 8. & seqq. & decis.* 389. & 390. vbi quòd dictum remedium est subsidiarium, etiam si in fideicommisso fuerit ordinata dotatio, quia intelligitur sub ista conditione, licèt non expressa deficientiæ bonorum liberorum; & etiam in casu subsidiarios dos debet esse congrua respectu consuetudinis familiarum sponsæ, & sponsi, & si fuerit excessiua reuocatur in excessu, & ad mensuram congruæ dotis reducitur, vt ibi benè explicatur, cùm sufficiat nubere viris paris conditionis, & non honorificentiùs cum ampla dote in præiudicium vocatorum, & *part. 18. decis.* 190. vbi quòd dotatio ordinata à fideicommittente est subsidiaria, & quando secùs.

Plures ampliationes, & limitationes ad dictam Auth. vltrà citatos Boss. *de dote cap. 15. num. 96. & seqq. per tot.*

Quòd dos debeat esse congrua, & non excessiua, Rot. *part. 15. recent. decis. 260. num. 13. & seqq.* vbi pro congruitate præsumenda, *& decis.* 344. vbi quòd plerumque commensuratur ad legitimam *part. 16. decis. 298. nu. 7.* vbi quòd moderatè est agendum quò vsque patitur ratio, & non ad euersionem fideicommissi vltrà solitum domus, & honorificentiùs, ac commodiùs nuptui tradantur, cùm sufficiat nubere paribus conditionis, *& part. 17. decis. 331. 389. &* 390. *in eadem causa.*

Cui incumbat onus probandi non extare alia bona, Cabal. *cons. decis. 11. per tot.* Rot. *part. 17. recent. decis.* 361. *num. 8.* vbi quòd emptor volens se tueri ex causa dotis tenetur ipse probare non extitisse alia bona, licèt possideat, quando bona non fuerunt vendita ad effectum constituendi dotem, sed alia de causa, quia non succedit in locum dotis ex pretio solutæ, quando fuit liberè solutum sine conditione implicandi in dotem, de qua materia Beltramin. ad Ludouis. *decis.* 266. Bich. *decis.* 304. & 310. & Rot. *part. 13. recent. decis.* 260.

An dispositio dictæ Auth. procedat tam in fideicommisso vniuersali, quàm particulari, adde Bich. *decis. 251. n. 20.* Rot. *part. 15. recent. decis. 260. num. 1. & seqq.* vbi quòd procedit etiam in fideicommisso particulari, non existentibus bonis liberis, & non obstante speciali alienationis prohibitione, *& part. 16. decis. 207. num. 13. & 14.* vbi tamen quòd si filia fuerit hæres patris sine beneficio inuentarij censetur de dote, & alijs detractionibus plenè satisfacta, & tenetur integrè soluere legata, & de iure nouo restituere fideicommissa particularia, per text. *in l. final. §. si vero C. de iur. delib. & §. si vero non fecerit, Auth. de hered. falcid.* cum alijs ibi citatis.

Intellige omnia prædicta pro restitutione dotis, dummodò creditum dotis sit omninò liquidum, ac adeò certum, vt nullo modo controuerti possit, etiam in quantitate, Rot. *part. 14. recent. decis. 14. num. 4. & seqq.* & de tota materia *dictæ Auth. res quæ*, plenè Boss. *de dote cap. 13. num. 97. & seqq. per tot.*

Plura de interpretatione *d. Auth. res quæ, C. com. de legat.* & sic quando bona fideicommissaria possint pro dote constituenda, vel restituenda alienari, vel non, & quomodo; Fontanel. *de pact. nup. tom. 2. claus. 5. glos. 1. part. 2. fol. 18. &c*, Anton. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 11. num. 94. & seqq.* Mans. *cons. 234. & 235. per tot. lib. 3.*

Intellige vt dixi quando agitur de fideicommisso facto à patre, vel alijs ascendentibus, secus si ab extraneo, Ias. *in d. Auth. res quæ num. 12. & 32.* vbi etiam Bart. *num. 4.* Menoch. *d. præsumpt. 189. num. 39.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 33. num. 13. & 14.* Merlin. *decis. 657. num. 2.* Rot. *part. 11. recent. decis. 173. num. 1.*

Quòd imò fauore dotis semper possint alienari, quamuis agatur de fideicommisso ordinato à matre, vel transuersalibus, si tales sint, qui si viuerent dotare tenerentur, Gratian. *discept. forens. cap. 65. num. 8. & cap. 331. per tot.* Menoch. *d. præsumpt. 189. num. 26. & seqq.* Franch. *decis.* 241. vbi refert opiniones, & partes concordasse.

Contrarium autem nempè dispositionem *d. Auth. res quæ*, non extendi ad fideicommissa transuersalium (quicquid in matre videatur admittere) latè probat Rot. *part. 9. recent. decis. 432. num. 2. & seqq. per tot.* vbi reprobat contrarium tenentes; licèt vt verum fatear mihi placeat prima opinio cum dicto moderamine, si transuersales tales sint, qui, si viuerent tenerentur dotare, nec in istis terminis fortè Rota dissentiret, imò videtur conuenire *part. 11. recent. decis. 173. & decis.* 252.

Quòd possint vt supra alienari, amplia etiam pro dote descendentis illegitimæ, Fusar. *de substit. quæst. 531. num. 13. &c.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 57.* Rot. *in Romana dotis 11. Decembris 1634. coram Merlino*, penes Zacch. *quæst. Medic. legal. tom. 2. decis. 69. num. 18.* inter impressas eiusdem Merlin. *decis. 658. num. 21. &c.* & idem Merlin. *decis. 671. per tot. part. 14. recent. decis. 39. num. 16.*

Item amplia pro dote augenda iuxta temporum qualitatem, Gratian. *decis. 19. per tot.*

Item amplia vt dictum priuilegium transeat etiam ad heredes mulieris agentes pro restitutione dotis, Rot. *part. 11. recent. decis. 40. num. 10 &c.* vbi tamen intelligit pro prima dotis restitutione, & vide ibidem, *& part. 14. decis. 411. num. 16. & 17.* vbi quòd filius non potest dotem matris defunctæ ex fideicommisso detrahere, quia non est amplius dos, sed eius patrimonium, & dicta Auth. non procedit extincto titulo dotis.

Item amplia etiam pro matrimonio spirituali, idem Gratian. *discept. forens. cap. 533. num. 22.* Merlin. *decis. 658. num. 22. & decis. 671. num. 20. &c.* Et sic pro ingressu religionis, quamuis essent restituenda pio loco, vel expresè prohibita alienari, Bart. & Ias. *in d. Auth. res quæ*, Rot. *in Romana dotis 24. Martij 1635. coram Merlino in Nouiss. part. 7. decis. 30. num. 14. &c.* vbi ampliat quamuis essemus in spuria, & vide Menoch. *d. præsumpt. 189. num. 89. & seqq. & num. 120. & seqq.* Merlin. *decis. 658. num. 22. & seqq.* Rot. *part. 9. recent. decis. 451. num. 16.*

Item amplia quamuis prædicta bona essent specialiter prohibita alienari pro dote, nam adhuc fauore dotis alienari possunt, quia sicuti si fideicommittens ipse viueret cogi posset dotare, ita nec prohibere valuit, Ias. *in d. auth. res quæ. num. 24. & 25.* Peregr. *decis. 96. num. 1. & 2. & tract. de fideicommiss. art. 42. num. 6.* Surd. *decis. 62. per tot.* Michalor. *de fratr. part. 3. cap. 33. num. 11. & 12.* Rot. *in d. Romana dotis 14. Martij 1635. nu. 17.* Mart. Medic. *decis. Senens. Exam. 3. num. 96. & num. 10. & seqq.* Rot. *part. 13. recent. decis. 351. nu. 1.* Sperel. *decis. 165. num. 17. & num. 24. & seqq.* vbi ampliat etiam si agetur de fideicommisso cum dicta expressa prohibitione ordinato in contractu inter viuos, cùm inter contractum, & testamentum nulla in hoc sit considerabilis differentia, quicquid alij eam constituere satagant, idem Sperel. *decis. 62. per tot.* Merlin. *decis. 657. & decis. 671. num. 16. & seqq. & decis. 884.* vbi latè probat, & de veriori testatur posse alienari non obstante quacumque prohibitione, Rot. *part. 6. recent. decis. 312. num. 6. & part. 9. decis. 55. num. 6.* intelligendo vbi alia non adsunt bona sub prohibitione non comprehensa, nam si alia supersint bona, non possunt dotes de prohibitis detrahi, Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 6. num. 10.* Seraph. *decis. 447. num. 1.* Rot. *part. 5. recent. decis. 47. num. 10. & part. 10. decis. 363. num. 35.*

Item nec quando mulier sciens conuenit de pecunijs inuestiendis pro eius cautione, vel si possit satisfieri ex fructibus, Rot. *part. 11. recent. decis. 142. num. 4. & 7. part. 13. decis. 220.* vbi vide *part. 14. decis. 451.*

Contra prædicta videtur verius, quòd pater relinquendo filio legitimam, possit omnia alia sua bona, cui voluerit relinquere, Surd. *decis. 316. num. 13. &c.* quem refert, & sequi videtur Merlin. *decis. 265. num. 10.* facit Rot. *part. 9. recent. decis. 40. num. 54. &c.* vbi quòd aliàs esset in potestate descendentium alienare bona libera, & deindè sub prætextu dotium euertere fideicommissum, loquitur tamen in alijs terminis, & vide DD. ibi citatos.

Quòd stante Principis prohibitione, qui potest legibus derogare non possit dos detrahi ex fideicommisso, Rot. *part. 10. recent. decis. 318. num. 47. &c.*

Cogita in præmissis, & vide supracitatos Doctores, ac decisiones, quibus adde Gratian. *discept. 832. num. 41.* Menoch. *d. præsumpt. 189. num. 96. & seqq. ad* 120. vbi nititur opiniones concordare Fachin. *contr. iur. lib. 4. cap. 48.* Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 4. n. 10.* Paul. Christin. *d. 42. n. 3. vol. 4.* qui omnes primam sequuntur opinionem Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 69. num. 16. &c.*

Quòd dos possit ex fideicommisso deduci etiam si hæres dissipauerit detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, Marescott. *var. resolut. lib. 2. cap. 69. num. 22.* Fusar. *de substitut. quæst. 531. num. 258.* Seraphin. *decis. 68. in fine*. Merlin. *decis. 657. num. 18. vide in §. Mu-*

lier

lier num. 10. Martha de succes. leg. part. 4. quæst. 21. art. 17. num. 18. &c.

Item amplia pro constituenda dote Ecclesiæ, vide Lambert. de iurepatronat. lib. 1. quæst. 5. art. 8. num. 24. Bart. in l. si locus ff. de relig. dom. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 31.

Item amplia etiam si mulier esset sterilis, Ias. in d. Auth. res quæ num. 32. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 69. num. 11. & seqq. Fusar. d. q. 531. num. 29.

Quid si iam esset nupta, vide Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. num. 52. & seqq. Fusar. d. quæst. 531. num. 17. &c.

Quid si filia dotanda haberet bona materna, vel alia aduentitia, vide Fusar. d. quæst. 531. num. 144. & seqq. & cons. 7. per tot. Rot. part. 14. recent. decis. 358. num. 9. & 10. vbi videtur firmare, vt sit locus d. Auth. res quæ.

Plures alias ampliationes, & limitationes, vide per Ias. & alios in d. Auth. res quæ, Fusar. de substit. quæst. 531. & 532. per tot. Soccin. reg. 26. per tot. Tusch. litt. F. concl. 284. per tot.

Quòd dispositio d. Auth. res quæ, procedat non tantum pro dote, sed etiam pro acconcio, donatione propter nuptias, alijsque sumptibus nuptialibus tanquam appendicijs, & connexis dotis, & pro nuptijs spiritualibus, & expensis illarum occasione necessarijs, intelligendo semper in subsidium, Rot. part. 10. recent. decis. 273. per tot. & decis. 311. num. 10. vbi de acconcio, de quo etiam part. 11. decis. 41. num. 8. &c. part. 14. decis. 411. num. 18. Sanfelic. decis. 199.

Debet tamen constare pecuniam cessisse in causam dotium, Rot. part. 10. recent. decis. 363. num. 36. &c. Gratian. discept. forens. cap. 570. num. 14. &c. & decis. 182. num. 5. &c.

Nec sufficit confessio de dote recepta ad effectum illam recuperandi ex bonis fideicommissarijs, vt dixi in §. Confessio num. 11. nisi sit benè coniecturis adminiculata, de quibus ibidem.

Item inter alia præcipuè requiritur, vt dos sit congruè constituta, & non excessiua; præsumptio tamen stat pro congruitate, & qui dicit contrarium tenetur probare, & quibus attentis dicatur congrua, latè Rot. part. 9. recent. decis. 150. per tot. dixi in §. Dos num. 20. Rot. d. part. 9. decis. 438. num. 23. & seqq. vbi contra.

Cui autem incumbat onus probandi non extare alia bona, vide Menoch. lib. 6. præsumpt. 26. Gratian. discept. forens. cap. 331. num. 22. cap. 570. num. 19. & cap. 832. num. 45. plenè Paul. Rub. in Annot. ad d. decis. 150. part. 9. recent. vbi videtur concludere quòd si mulier petat sibi dotem constitui tenetur illa probare; si verò fuit iam dotata, & fideicommissarius asserat alia extitisse bona, tunc ipse probare debet, & sic vnusquisque fundamentum suæ intentionis, & allegationis, & ita distinguit Rot. part. 8. recent. decis. 52. num. 10. & part. 13. decis. 332. num. 11. & decis. 351. num. 3. part. 14. decis. 441. num. 7. vbi quòd incumbit mulieri quando non possidet, Martha vot. Pis. 4. per tot.

Quòd tale onus incumbat alleganti videtur probare Magon. decis. Flor. 19. num. 9. Franch. decis. 241. Merlin. decis. 657. num. 9. &c. decis. 900. num. 1. &c. vbi quòd incumbit fideicommissario, quando hæres fecit inuentarium, aliàs autem ipsi hæredi, vide Rot. part. 13. recent. decis. 351. num. 3. & seqq. vbi etiam quòd si bona libera non adsint ex culpa, & facto petentis, creditor ex causa dotis excluditur à remedio d. Auth. res quæ.

Quòd asserens extare alia bona, ex quibus dos constitui possit probare debeat, Menoch. lib. 4. præsumpt. 189 sub num. 9. Gratian. d. cap. 832. num. 45. Mart. Medic. d. Exam. 3. num. 96. Sperel. decis. 165. num. 153. vbi de veriori Merlin. loc. cit. Rot. part. 9. recent. decis. 55. num. 8. vide latè Paul. Rub. in Annot. ad decis. 150. d. part. 9. recent. vbi distinguit vt supra dixi Rot. part. 9. decis. 438. num. 36. &c. decis. 451. num. 19. vbi quòd præsumitur fauore possidentis, nisi ex aduerso probetur, & part. 10. decis. 33. per tot. vbi quòd si mulier possideat, onus probandi extare alia bona libera spectat ad fideicommissarios excipientes de alijs bonis, & eadem part. 10. decis. 187. num. 22. & decis. 242. per tot. part. 12. decis. 48. num. 8. &c.

An possint alienari pro fructibus, vel interesse dotis, vide Gratian. discept. 43. num. 28. Franch. decis. 613. Seraph. decis. 481. Peregrin. de fideicommis. art. 42. num. 96. Fusar. de substit. quæst. 531. num. 43. Mart. Medic. d. Exam. 2. n. 98. vbi quòd non, Rot. part. 10. recent. decis. 39. vbi quòd mulier potest agere contra bona fideicommissaria non tantùm pro sorte dotis, sed etiam pro fructibus, ita tamen, vt non ex proprietate, sed ex fructibus detrahantur, & eadem part. 10. decis. 130. num. 10. & part. 12. decis. 359. per tot. & part. 13. decis. 25. vbi etiam quòd datur hypotheca, & d. part. 13. decis. 424. num. 1. &c.

An super illis possit census imponi ex causa dotis, Gratian. discept. 43. num. 27. & seqq. Cenc. de Cens. quæst. 19. num. 32. &c. Duard. eod. tract. §. 1. quæst. 7. num. 33. Coccin. decis. 244. num. 3. Rot. part. 10. recent. decis. 187. num. 21. vbi quòd sic, & latiùs d. part. 10. decis. 242 vbi etiam cui incumbat onus probandi non adesse bona libera, quando dos præsumatur congrua, & pecuniæ dicantur versæ in causam dotis.

Quòd dispositio d. Auth. res quæ quæ procedat non tantùm in fideicommissis, sed etiam in Primogenituris, & maioratibus, siue in testamento, siue per contractus inter viuos ordinatis, Marcian. disput. 94. num. 11. &c. Sperel. decis. 165. num. 20. & seqq. per tot. Rot. part. 11. recent. decis. 213. per tot.

Item procedit etiam in fideicommissis particularibus, Bald. Castr. & Ias. in d. Auth. res quæ, Peregrin. de fideicommiss. art. 42. num. 54. Rot. part. 6. recent. decis. 312. num. 30. & part. 9. decis. 399. num. 28. & part. 13. decis. 220. Et quando secus eadem Rot. part. 10. recent. decis. 41. num. 36. &c.

Item procedit in fideicommissis inductis in contractibus, & donationibus, cùm militent eædem rationes, de quibus Fontanel. in 2. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. part. 2. per tot. & decis. 364. num. 10.

Quòd vbi non adsunt bona libera debitoris, dispositio d. Auth. indistinctè procedat tam in fideicommisso vniuersali, quàm particulari, & nulla facta discussione bonorum fideicommissi vniuersalis, Ias. in d. Auth. num. 32. Fusar. de substit. quæst. 471. num. 58. Rot. d. decis. 312. num. 30. & seqq. part. 6. recent. & part. 10. decis. 266. num. 4. & seqq. part. 13. decis. 220. per tot.

Si tamen mulier positiuè consenserit alienationi bonorum liberorum, non potest se voluere ad fideicommissaria, nec quando adsunt libera, etiam mobilia, vel se mouentia, Rot. part. 13. recent. decis. 303. num. 17. & 18. & decis. 304. num. 16. & 17. part. 4. decis. 200.

An autem in dictis alienationibus ex causa dotis requiratur iudicis decretum, & aliæ solemnitates, si agatur de bonis minorum, vide contrarias opiniones relatas per Gratian. decis. 182. num. 3. & 4.

An sit recurrendum ad iudicem pro obtinenda dicta alienatione, vel possit grauatus ex se alienare, & alia, Peregrin. decis. 93. per tot. Rot. part. 9. recent. vbi videtur firmare quòd mulier possit ex se dotem sibi constituere vigore d. Auth. res quæ decis. 55. per tot. & decis. 150. per tot. d. part. 9. & decis. 438. num. 32. &c. ead. part. 9. vide in §. Princeps num. 6.

Quòd stante paupertate etiam probata per famam possint alienari pro dote, & sustentatione, intelligendo de tali paupere, qui aliunde vitam degere non valeat, vide Magon. decis. Flor. 50. num. 23. & seqq. latè Rot. part. 12. recent. decis. 412. inf. num. 22.

Qualiter possint cedi saltem respectu commoditatis, vide in §. Prohibitio.

Quòd mulieri non competat dictum remedium subsidiarium super bonis fideicommissarijs vbi potest aliunde congruam habere dotem, vel est diues per se, quicquid nonnulli contrarium senserint, vide latè Paul. Rub. in Annot. ad decis. 150. part. 9. recent. num. 12. & seqq.

Et idem est si testator in constitutione fideicommissi mandauit fœminas dotari, nam intelligitur iuxta dispositionem iuris, & sic in subsidium quatenus aliunde dotari non possint, Rot. part. 9. recent. decis. 161. num. 10. &c. Addit. ad Gregor. decis. 543. num. 5. Rot. part. 10. recent. decis. 125. per tot. & part. 11. decis. 93. num. 10.

Non tenetur tamen mulier pro recuperatione suæ dotis excutere bona libera, quando sunt debitis, & litibus inuoluta, & intricata, sed potest agere contra bona fideicommissaria, Rot. part. 10. recent. decis. 39. num. 1. &c. Merlin. decis. 683. Rot. d. part. 10. decis. 130. num. 8. & 9. & part. 12. decis. 47. part. 14. decis. 39. num. 17.

Nec tenetur agere contra tertios possessores, Rot. d. part. 10. decis. 292. num. 12.

Quòd

Quòd possint executiuè agere stante obligatione Camerali, Rot. part. 12. recent. decis. 47. num. 5. &c. & decis. 48. per tot. in eadem causa vbi etiam quòd non potest dici adesse alia bona libera, si debitis, vel litibus sint inuoluta, & part. 13. decis. 220. vbi quòd est in sua electione, nec tenetur agere contra fideiussores.

Bona subiecta fideicommisso possunt alienari pro alimentis, & pro redemptione filij capti ab hostibus, vel à latronibus, Bart. in d. Auth. res quæ C. com. de legat. num. 9. vbi dubitat quid dicendum pro redemptione vitæ, vel membri, filij condemnati ex delicto, & cùm sit in culpa videtur sentire quòd non possint alienari, vide Additionem, & Ias. ibidem num. 20. Gratian. discept. forens. cap. 108. num. 18. & 30. & seqq. Menoch. de Arbitr. cas. 182. num. 36. & seqq. ad 66. Fusar. quæst. 534. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 19. per tot. Gizzarel. decis. 4. num. 86. & seqq. & num. 21. in Addit. vbi pro negatiua, Caluin. de æquit. lib. 1. cap. 90. per tot. Rot. part. 17. recent. decis. 317. num. 21. & seqq. vbi pro descendentibus tantùm, & non pro transuersalibus, licèt vocatis, & grauatis.

Quòd possint alienari pro alimentis necessarijs, intellige quando sumus in descendentibus testatoris, non autem in extraneis, Seraphin. decis. 925. num. 2. latè Rot. in Fulginaten. alimentorum 26. Ianuarij 1632. coram Coccino in recent. part. 12. decis. 412. vbi qualiter in subsidium possint ex causa alimentorum, sicut & dotis alienari ad fauorem descendentium non obstante quacumque testatoris prohibitione, & part. 14. decis. 87. per tot.

Quòd si filius malè consumpserit legitimam, & Trebellianicam, vide Menoch. lib. 4. præsumpt. 191. per tot. Surd. d. priuil. 19. num. 7.

De alienatione ex causa alimentorum, latè Gratian. discept. 832. num. 31. &c. Paul. Christin. decis. 47. num. 6. vol. 4. Surd. d. priuileg. 19. per tot. Fusar. quæst. 536. Rot. part. 13. recent. decis. 118. num. 6.

De alienatione ex causa necessitatis multa idem Gratian. discept. 931. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 182. per tot. Mart. Medic. decis. Senens. Exam. 3. num. 79. & seqq. & num. 104. & seqq. per tot. Fusar. de substit. quæst. 535. per tot. cum aliquibus seqq.

Quòd possint alienari pro redemptione capti in bello, siue à Barbaris, siue à Christianis, Gratian. discept. 801. num. 48. Menoch. lib. 4. præsumpt. 192. per tot. vbi etiam quid in carcerato ex causa æris alieni, vel delicti, Soccin. reg. 57. lim. 6. & 7. Fusar. de substit. quæst. 535. per totum.

23 Bona subiecta fideicommisso possunt alienari pro solutione æris alieni contracti à testatore grauante, non verò pro debitis hæredis grauati, Surd. decis. 62. num. 20. &c. Buratt. decis. 946. num. 22. Fusar. de substit. quæst. 541. & sequentibus, Rot. part. 10. recent. decis. 273. num. 8. part. 13. decis. 320. & decis. 426. vbi quòd idem est pro debitis contractis occasione negotij post mortem testatoris de illius ordine continuati, ac si ipse contraxisset, Gratian. discept. 832. num. 28. & 29. & cap. 860. num. 1. &c. vbi extendit pro impensa funeris, & pro legatis Paul. Christin. decis. 42. num. 4. volum. 4. Merlin. decis. 397. & decis. 459. vbi quod possunt alienari etiam in maiori summa, quando id expedit ratione culturæ, vel alia de causa, & tunc residuum pretij debet reinuestiri pro cautione emptoris, & fideicommissi, Rot. part. 17. recent. decis. 169. num. 31. & seqq. vbi quod possint alienari pro debitis contractis in negotiatione inita, vel continuata de ordine testatoris; quod tamen non procedit quando negotiatio fuit diuersa, & de nouo per hæredes contracta, & latè ex quibus arguatur dicta diuersitas, ita vt debita reputentur propria hæredum tamquam nouæ rationis, & non possint pro illis soluendis bona fideicommissaria in euersionem fideicommissi obligari, neque alienari, etiam si per testatorem fuerit ordinata continuatio negotij. Vide in §. Mercator num. 21. & §. Societas num. 41. vers. 1. Rot. part. 18. recent. decis. 375. vbi quando alienatio sit nulla, etiam pro debito testatoris ob non vrgentiam creditorum, si fuerit alienata res magni valoris pro modico debito, & residuum non inuestitum, Bich. decis. 454. vbi quando non sustineatur alienatio, Rot. part. 17. recent. decis. 38. num. 2. & seqq. vbi pro validitate alienationis, etiam si pluris valeant, dummodò illud plus restituatur, & decis. 287. per tot. vbi pro nullitate, ex quo prædium erat diuisibile, & residuum non fuit inuestitum pro fideicommisso.

Quòd stante diuisibilitate bonorum, quæ datur in prædijs rusticis, quicquid sit in Vrbanis, si fuerint alienata pro paruo debito in maiori summa possint à fideicommissario in totum reuocari; & data indiuisibilitate, vt emptor sit securus debeat reliquum inuestiri cum expressa subrogatione pro fideicommisso, Rot. part. 17. recent. decis. 361. in eadem causa.

Quòd bona fideicommissaria possint alienari pro soluendo ære alieno testatoris intellige in subsidium, Bich. decis. 157. num. 6. & seqq. vbi etiam quòd debet probari aliundè quàm ex partium assertione, & creditores vrgere, & decis. 454. Rot. part. 15. recent. decis. 12. vbi quando non possint alienari, & decis. 310. in eadem causa, vbi fuit confirmata prima decisio, vt non possint alienari quando in hæreditate aderant pecuniæ, mobilia, & alia pro solutione sufficientia, & part. 17. decis. 364. vbi quæ requirantur, vt bona fideicommissi particularis, vel etiam vniuersalis alienari possint pro debitis fideicommittentis, & part. 18. decis. 332.

An autem emptor debeat esse solicitus de versione in dictam causam, Rot. part. 9. recent. decis. 465. num. 22. &c. & alibi, vt dixi in §. Emptor num. 48.

An pro necessitate reparandi alia bona, vel pro similibus necessitatibus, & qualis debeat esse necessitas, Menoch. de Arbitr. cas. 182. per tot. Magon. decis. Luc. 33. n. 8. & seqq. Rot. part. 12. recent. decis. 307. num. 9. & seqq. & decis. 310. num. 9.

Quid si essent sterilia, aut talia, quæ seruando seruari non possent, Soccin. reg. 57. limit. 2. Fusar. de substit. quæst. 544. per tot.

Prædictam conclusionem intellige in fideicommisso vniuersali, & quando non extant alia bona libera, ex quibus æs alienum testatoris solui possit, alias autem secus, Peregrin. de fideicommis. art. 40. num. 22. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 10. num. 4. Rot. part. 9. recent. decis. 362. num. 10. & num. 11. & part. 11. decis. 216. & decis. 249. num. 29. &c. & part. 12. decis. 307. num. 3. Fusar. de substit. quæst. 541. num. 19.

Item videtur intelligenda pro debitis hypothecam habentibus, secus autem pro debitis simplicibus chirographarijs stante prohibitione alienandi, ad Seraphin. decis. 504.

Bona subiecta fideicommisso non possunt alienari pro impensis militiæ, studij, vel Doctoratus, quia ad huiusmodi functiones non potuissent cogi fideicommittentes, Ias. in d. Auth. res quæ C. com. de legat. num. 33. Peregr. de fideicom. art. 41. num. 93. 24

Contrarium videtur probare Menoch. lib. 3. præsumpt. 191. num. 12. & sequentibus, facit quod dixi in §. Pater, & in mea Pract. §. Padre num. 10. Fusar. de substitut. quæst. 540.

Quia par est causa studij, imò fauorabilior ipsis dotibus, Bart. in l. 1. ff. solut. matr. Rot. part. 14. recent. decis. 349. vbi tamen loquitur in diuersis terminis.

An, & quando fideicommissum possit alienari, vel non, latissimè Tusch. litt. F. conclus. 283. & seqq. Paul. Christin. decis. 48. per tot. volum. 4. Rot. part. 12. recent. decis. 310. vbi quòd concurrente duplici prohibitione, nempè legis, & hominis, alienatio numquam est permissa etiam in casibus aliàs licitis.

Bona subiecta fideicommisso, quæ in casibus permissis fuerunt alienata, si recuperentur non intelliguntur perpetuò exempta à nexu, & grauamine fideicommissi, sed omne id quod reperitur in hæreditate post mortem grauati venit restituendum fideicommissario, Bart. in d. Auth. res quæ num. 8. vbi etiam Ias. Rip. Castr. & alij C. com. de legat. Crauett. consil. 202. Peregrin. de fideicommiss. art. 42. num. 22. vide latè Menoch. lib. 4. præsumpt. 189. num. 187. & seqq. per tot. Mangil. de imput. quæst. 16. num. 20. & seqq. Mart. Medic. decis. Senens. Exam. 3. num. 100. Vrceol. Consult. forens. cap. 6. num. 8. & seqq. ad 19. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 69. num. 34. &c. vbi intelligit dummodò non viuat filia, nec filij ex ea existant, Boss. de dote cap. 15. num. 248. & seqq. Rot. part. 1. select. per Farinac. decis. 209. & part. 15. recent. decis. 260. n. 3. & seqq. vbi pro totali bonorum 25

norum liberatione pluribus citatis, & de veriori opinione, & part.17. decis.60. num.6. & seqq. vbi pro liberatione, & quando contraria procedunt, & decis.256. vbi quando remaneant fideicommissaria, & part. 18. decis. 382. per tot. & part.19. decis.61. vbi quòd remanent libera, si dos sit congrua; secus si incongrua.

Quòd bona semel pro dote ex fideicommisso distracta ex iuris remedio semper remaneant libera, nec possint recuperari etiam oblata pecunia dotali, Merlin. decis.657. num. 23. & seqq. Rot. part. 9. recent. decis. 461. num. 5. part. 10. decis. 273. num. 7. & part. 13. decis. 351. num. 2. & decis.418. num. 1. & part. 14. decis. 451. num. 1. &c. Peregrin. decis. 96. num. 1. &c. vbi latè an possint à fideicommissario restituto pretio vindicari, & recuperari.

Quando autem huiusmodi bona in dotem data transeant cum sua causa, & onere fideicommissi, ita vt purificato fideicommisso possint per fideicommissarios reuocari, vt quia fuerit assignata extra casum subsidij, d. Auth. & alia latè Rot. part.9. recent. decis.271. per tot. facit quod dixi in §. Lucrum num.7.

Et an superuenientibus postea bonis liberis debeat reintegrari fideicommissum, Peregr. d. art. 42. num. 70. Fusar. de substit. quaest. 531. num. 53. Rot. part. 6. recent. decis. 355. num. 11. &c.

26 Bona subiecta fideicommisso possunt alienari quandocumque in ea portione, quam capit legitima, & trebellianica, ita vt emptor non possit molestari, & quid si essemus in hærede extraneo grauato, in quo cadit consideratio, an perceperit tot fructus, qui adæquent trebellianicam, vide in §. Exceptio, & §. Grauatus, Peregrin. de fideicommis. art.39. Fusar. de substit. quaest. 543. per tot.

Nisi legitima fuerit iam à patre viuente assignata, Duran. decis.271. num.6.

27 Bona subiecta fideicommisso possunt permutari cum alijs vtilioribus, aut magis commodis, nisi præcisè testator prohibuerit alienationem cum verbis prægnantibus, quia tunc non est licita huiusmodi permutatio, vide Peregrin. de fideicommis. art. 40. num.32. &c. Petr. eod. tract. quaest. 8. num.528. Duran. decis.271. num. 3. & 5. dixi in §. Prohibitio, Fusar. de substit. quaest. 530. per tot.

Et quod bona subrogata eidem subijciantur fideicommisso, Caualer. decis. 128. num. 4. latè Merlin. decis.428. per tot. vide in §. Subrogatio.

Quando dicatur facta subrogatio in locum fideicommissi, & quid operetur, latè Tusch. litt. S. concl. 758. per tot. Merlin. d. decis.428. Peregr. de fideicommis. art.44. num. 28. &c. Fusar. de substit. quaest.636. Rot. part. 11. recent. decis.43. num.11. & seqq. & decis.308. vbi de re empta ex pecunia census extincti, & part.13. decis.66. num.2. & seqq. & part. 14. decis.217. num.6. &c.

28 Bona subiecta fideicommisso qualiter possint alienari ab vltimo possessore, quando scilicet non superest alius, cui sint restituenda, Altograd. consil. 96. num. 52. lib. 1. vide in §. Fideicommissum num. 48. Rot. part. 16. recent. decis. 251.

Quid operetur licentia alienandi inter ipsos comprehensos, vide in §. Licentia num.5. &c.

Qualiter possint alienari de consensu vocatorum, & an consentientes sibi præiudicent in re, vel pretio, Fusar. de substit. quaest. 560. per tot. vide in §. Fideicommissum num.42.

29 Bona fideicommissaria quando non sunt expresè prohibita alienari, possunt alienari durante vita grauati, secus autem stante expressa prohibitione, cum ex ea censeatur inductum aliud fideicommissum in casu alienationis, ita vt non expectata morte grauati, possint bona alienata statim vindicari per substitutos, Altograd. cons.69. num.27. & 28. lib.2. Mart. Medic. decis. Sen. Exam. 3. per tot. Paul. Christin. decis.66. vol. 6. Grinell. decis. 77. Fusar. de substit. quaest.554. per tot. Vasq. de success. §. 28. num. 12. Peregrin. de fideicommis. art.14. num.8. &c. & art.40. num. 6. & seqq. Petra eod. tract. quaest.14. num.309. & seqq. Grass. in §. Fideicommissum quaest. 56. num. 6. &c. vide Rot. part. 11. recent. decis. 274. vbi etiam si prohibitio non inducat aliud fideicommissum quando sumus in personis vocatis, & part. 12. decis.310. per tot.

Qualiter bona restitutioni subiecta non possint alienari, & si fuerint alienata possint à substitutis reuocari, vel pro restitutione pretij contrà alienantes, vel eorum hæredes agi, Paul. Christin. decis. Belgic.78. per tot. volum. 1. vbi etiam a quo tempore debeantur fructus, & decis.122. per tot d. volum. 1. Merlin. decis.831. vbi quòd est in electione fideicommissarij agere vel ad bona, vel ad pretium, Vrceol. consult. 100. num. 41. &c. volum. 2. Rot. part. 9. recent. decis.402. per tot. dixi in §. Fideicommissum num.46. Rot. part. 10. recent. decis. 363. num. 47. &c. part. 11. decis.119. per tot. & decis.234. num.4. &c. Fusar. d. quaest. 554. 558. & 559.

Bona subiecta fideicommisso sub aliqua conditione, 30
non veniunt in generali obligatione, illa verò quæ purè sunt subiecta restitutioni nullo modo, nec specialiter, nec generaliter, vel expresè possunt obligari, l. fin. §. sed quia C. com. de legat. vbi DD. Negus. de pign. part.2. memb.2. num.53. Caualer. decis. 433. Scapuc. de Saluian. lib. 2. quaest. 9. num. 1. vide in §. Grauatus, Fusar. de substit. quaest.703. n.8. &c. Seraph. decis. 257. n.2. &c. Buratt. decis. 223. num. 7. Rot. part. 9. recent. decis. 153. num. 1. &c.

Limita respectu fructuum, Gratian. discept. forens. cap. 580. num. 18. & cap. 996. facit quod dixi supra de bonis emphyteuticis.

Item limita in bonis possessis per Barones, quæ vigore constitutionis Clementis VIII. Bullar. nou. tom. 3. in ordine la 41. sunt exempta à vinculis cuiuscumque fideicommissi tam ascendentium, quam transuersalium, & extraneorum, fauore creditorum, illaque redduntur pro debitis obnoxia, perindè ac si essent libera, & allodialia, Spada consil.19. per tot. lib.1. Buratt. decis. 401. num. 3. Rot. part.14. recent. decis.331. per tot. vbi num. 8. quòd Papa expresè derogauit omnibus inuestituris, concessionibus, donationibus, fideicommissis, Primogenituris, alienandi prohibitionibus, & pactis de succedendo, & id eorum fauore creditorum.

An autem veniant in vniuersali institutione hæredis, latè Vrceol. consult. forens. cap.45. num.5. & seqq. per tot. dixi in §. Fideicommissum.

An in confiscatione, dixi in §. Bannitus num. 31. & alibi, Fusar. de substit. quaest. 529. per tot. Marin. quotid. resol. tom. 2. cap.18. per tot.

Bona subiecta fideicommisso siue vniuersali, siue parti- 31
culari stante ignorantia fideicommissi tam in alienante, quam in acquirente, possunt validè quocumque titulo alienari, & emptor non potest molestari, sed solum fideicommissario datur actio ad pretium contra alienantem, vel eius hæredes iuxta dispositionem text. in l. fin. §. vltim. ff. de legat.2. Altograd. cons.68. num. 26. lib.1. Magon. decis. Flor. 102. num. 12. & seqq. per tot. vbi multis modis declarat, & videtur velle quod ad hoc vt emptor teneatur in subsidium ad pretium, requiratur in eo doli participatio, facit quod dixi in §. Pactum, vide Mart. Medic. Exam. 3. num. 10. & seqq. Paul. Christin. decis.227. num.12. &c. vol.1. Merlin. decis.831. & decis.844. Vrceol. consult.100. num.42. &c. volum.2. Rot. part. 11. recent. decis. 199. per tot. Fusar. de substit. quaest. 556. per tot. Cabal. cons. decis. 71. lib. 1. & cons.9. lib.2. Rot part.17. recent. decis.155. num. 6. & decis. 288. num.6. & seqq. vbi quòd grauatus siue ignoranter, siue scienter alienauerit semper tenetur restituere pretium; & licèt fideicommissarius habeat electionem agendi, vel contrà alienantem, vel contra bona possidentem, tamen tutiùs, & honestiùs agit contra alienantem ad pretium, quàm contra possidentem ad bonorum recuperationem, & si agatur de censibus extinctis recuperat tantùm sortem, & non fructus, eùm post extinctionem pecunia facta fuerit sterilis, & in alijs etiam non consequitur fructus nisi à die litis motæ, & facit Rot. part. 15. recent. decis. 202. num.8.

Quòd valeat alienatio facta ab ignorante ignoranti, & solum supersit actio ad pretium quando sumus in tacita prohibitione legis, secus autem stante expressa prohibitione testatoris, idem Altograd. cons. 69. num. 30. lib. 2. Roland. cons.81. num. 17. &c. vol.2. Paul. Christin. d. decis.227. n.13. Ludouic. decis.229. num. 30.

Et qui vindicat rem alienatam per hæredem vti subiectam fideicommisso tenetur probare scientiam alienantis, Alex. consil. 184. num. 6. lib. 2. consil. 3. num. 3. lib. 3. & consil.186. num. 5. lib.5. cum alijs per Seraphin. decis.916. num.8.

Præ-

Prædicta tamen non procedunt in fideicommisso puro, vel in diem certam ordinato, sed tantùm in conditionali, nec quando adesset expressa prohibitio de non alienando, nec quando alienans non esset soluendo quoad pretium, quia tunc in subsidium datur vindicatio rei alienatæ etiam stante ignorantia, quæ tamen semper liberaret ab incursu pœnæ in casu alienationis adiectæ, pulchrè Grattan. discept. forens. cap. 656. num. 24. &c. Rot. part. 2. diuers. decis. 49. num. 54. & seqq. Soccin. reg. 57. limit. 8. quam quinque modis declarat Caualer. decis. 81. per tot. vide Fusar. de substitut. quæst. 556. num. 25. &c. Salgad. Labyrint. credit. part. 2. cap. 22. num. 15. &c. Vrceol. consult. 100. num. 45. volum. 2. vbi etiam quòd ignorantia non suffragatur si agatur de fideicommisso fauore agnationis ordinato, vt bona remaneant in familia, nec stante expressa prohibitione alienandi, sed agi potest directè contra possessores, Rot. part. 11. recent. decis. 199. per totum.

Quòd etiam data ignorantia vtriusque contrahentis, quando sumus in fideicommisso particulari, & non vniuersali, non teneat alienatio facta contra duplicem prohibitionem, vide Magon. decis. Luc. 33. num. 23.

Quòd ignorantia fideicommissi non suffragetur ad validandam alienationem, vbi fuit promissum de euictione, & bona esse libera, Caualer. decis. 536. num. 6.

Et quamuis vt supra videantur posse quandoque bona fideicommissaria stante ignorantia fideicommissi alienari; tamen vbi agitur de expressa prohibitione alienandi, postquam alienans habuit notitiam fideicommissi, non potest velle alienationem sustinere, & emptorem defendere in præiudicium vocatorum, sed tenetur allegando ignorantiam petere restitutionem in integrum aduersus huiusmodi alienationem, & quantum in se est curare illam rescindere, alias ipsi vocati possunt vindicare huiusmodi bona alienata contra emptores, quia habita dicta notitia sustinendo litem, videtur de nouo alienare, & contrauenire, nec potest ignorantiam allegare is, qui cùm sciuit, non desistit, imò non excusatur à delicto, cùm perseuerantia faciat inditium præcedentis animi, pulchrè Caualer. decis. 96. per tot. vbi allegat Rot. part. 1. diuers. decis. 22. per tot.

Quòd ex huiusmodi alienatione contra expressam prohibitionem testatoris, resultent duo effectus, nullitas scilicet alienationis, & incursus pœnæ, ideò posse ex capite nullitatis vindicari bona contra tertios possessores non obstante allegata ignorantia, quæ solum iuuat ad effectum excusandi alienantes à pœna, Caualer. in eadem causa decis. 108. per tot. decis. 151. decis. 176. & decis. 204. per tot. in quibus plenè discusso negotio, fuit resolutum, alienantem non esse excusandum, neque restituendum in integrum, stante præsumpta scientia fideicommissi ex multis coniecturis adductis, vel ignorantia affectata, quæ non excusat à pœna, & quin sit factus locus fideicommisso ad fauorem vocatorum in casu alienationis.

Quòd scienter emens sequuta euictione agat ad pretium, & ignoranter possit ante pretium solutum petere cautionem, ac etiam retinere pro melioramentis, Paul. Christin. decis. 48. num. 6. &c. vol. 4.

32 Bona fideicommisso subiecta, & posteà ab ipso testatore fideicommittente alienata licèt non veniant comprehensa in fideicommisso, ex eo quòd tempore mortis fideicommittentis non reperiantur in illius bonis, ad latè tradita per Rot. cum pluribus citatis part. 9. recent. decis. 387. num. 3. & seqq. & dixi in §. Diuisio num. 11. & 12. Tamen si fuerint alienata cum pacto affrancandi, siue redimendi, & postea vigore huiusmodi pacti redempta etiam ab hærede post mortem fideicommittentis, veniunt sub fideicommisso, & sunt restituenda, cùm post factam recuperationem, dicantur esse penes hæredem ex prima causa, & facto testatoris, maximè si fuerint redempta ex pecunijs hæreditarijs, quamuis idem sit si ex pecunijs hæredum, quibus tantùm hoc casu competeret actio ad pretium, Tiraquel. de retract. conuent. ad finem tit. num. 87. & seqq. & de retract. lignag. §. 19. glos. 2. num. 4. &c. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 25. &c. cum alijs per Caualer. decis. 58. per tot. & decis. 70. per tot. in eadem causa, vbi confirmatur dicta prima decisio, & iterùm idem Caualer. decis. 90. vbi quòd redemptio præsumitur facta de proprijs pecunijs hæredum, & non hæreditarijs, nisi probetur contrarium, & datur repetitio contra fideicommissarios, Cabal. cons. 132. per tot. lib. 2.

An bona inter viuos donata antè testamentum, vel in ipso die testamenti, siue postea, veniant in restitutione fideicommissi, vide Paul. Christin. decis. Belg. 122. num. 6. & seqq. per tot. vol. 1. Rot. part. 9. recent. decis. 387. num. 3. & seqq. facit Rot. part. 13. decis. 320. vbi quòd non obstante fideicommisso, debent solui debita contracta occasione negotij de testatoris ordine continuati, ac si ab eo contracta fuissent.

Bona reperta penes filium, vel nepotem, quando præ- 33
sumantur habita à patre, vel auo fideicommittente, vide Caualer. decis. 338. per tot. dixi in §. Acquisita num. 5. & §. Filius num. 63. §. Diuisio num. 22. Merlin. decis. 383. 396. & 406. Rot. part. 9. recent. decis. 144. dixi in §. Identitas num. 4.

Bona aduentitia, & profectitia quæ dicantur, & in qui- 34
bus differant, Tusch. litt. B. concl. 107. per tot. dixi in §. Peculium.

Bona patrimonialia Clericorum an sint exempta, & li- 35
bera ab oneribus sæcularibus, & gaudeant eodem priuilegio, quo bona Ecclesiæ vt non possint collectari à laicis, & quid si essent prius effecta censualia, vel tributaria communis, Tusch. litt. B. concl. 113. & 114. per tot. Thomat. decis. 86 per tot. Ciarlin. contr. 138. per tot. Ricc. Collect. 314. & 901. Vasq. de success. §. 22. num. 42. &c. vbi contra Gutierez. de Gabell. quæst. 88. per tot. vbi pariter contra Ricc. var. resol. cap. 167. plenè Rot. in Alben. Gabellæ, siue onerum 28. Iunij 1630. contra Merlino inter impressas eiusdem mihi decis. 902. num. 23. & seqq. quæ est magistralis, singularis, & famigerata in hac materia, ac pluries à Rota canonizata, vbi etiam plenè de alijs bonis Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, vide in §. Clericus num. 45.

Quid autem dicendum sit de bonis subrogatis in locum dictorum bonorum, vide in §. Subregatio num. 7. Francis. de Angelis in form. immunit. Eccles. Asylo post tract. de confes. opusc. 3. per tot. Flau. Popei tract. de libert. Eccles. cap. 24. per tot. vbi concludit de iure esse exempta, sed in his seruandam esse locorum consuetudinem, quæ à Pontifice sit approbata.

Bonorum possessio ad effectum succedendi de iure Præ- 36
torio, quid sit, quotuplex, quare introducta, quomodo, & intra quod tempus agnoscenda, an hodie sit sublata, vel vtilis, & necessaria, ac alia plura, Paul. Christin. decis. 1. & seqq. vol. 4. vide in §. Possessio num. 57. & in §. Hereditas num. 1. & seqq. Vasqu. de success. lib. 3. §. 30. & alibi prout in repert. verb. Bon. poss. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 15. per tot. Argel. de acquir. poss. quæst. 7. & alibi prout in repert. verb. Bonor. poss. Bellon. tract. de mand. iurisdict. cap. 8. quæst. 9. per tot. Arismin. Tepat. var. sent. tit. 549. per tot. Mascard. de probat. concl. 237. & 238. vbi qualiter probetur Martha de success. leg. part. 4. quæst. 17. per tot.

Quòd bonorum possessio, vnde liberi, non habeat locum in successione matris, l. fin. C. de suis, & legit. sed bene vnde legitimi, l. 2. §. fin. & l. seq. ff. vnde lib. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 16. num. 4.

Non etiam locum habet ad fauorem eorum, qui sunt exclusi ab intestato, nec habent ius dicendi de nullitate, cùm intelligantur exclusi etiam à quocumque beneficio iuris prætorij, vt benè declarat Michalor. d. tract. part. 3. cap. 11. num. 94. & seqq.

Bona Monasteriorum suppressorum debent reuerti ad 37
vocatos in casu suppressionis, quia non constat Pontificem voluisse derogare, nec immutare, imò præseruare voluntates defunctorum benefactorum, nec inferre præiudicium monasterijs principalibus, quibus de iure debentur bona possessa per Conuentus suppressos, Rot. part. 14. recent. decis. 231. per tot. & latiùs in eadem causa decis. 363. per tot. vbi in aliquibus fuit reformata prima decisio, & quando talia bona fisco Papæ deferantur, & possit cui voluerit illa applicare, quæ decisiones sunt in causa Cortonen. suppressionis Conuentus.

Multas notabiles dubitationes circa diuersa bona resol- 38
uit Thoro Compend. decis. Neap. part. 1. 2. & 3. in verb. Bona, & alias remissiuè indicant Casteion. in Alphabet. iuridic. verb. Bona &c. Com. August. Fontan. in sua Biblioth. legal. part. 4. fol. 116. & Io: Torre infra cit. in Indice verb. Bona.

39 Bona fideicommissaria pro soluendis debitis testatoris, licet possint alienari, tamen alienatio non valet si sit maior debito, & quando adsunt fundi minores debito æquiualentes, qui commodè vendi possunt, & alia, vide per Io: Torre *tract. de succes. in Maiorat. & Primog. Ital. part. 2. quæst. 65. per tot.* vbi etiam de pretio intrinseco aucto, cuius commodo cedat.

40 Bona hæredis, etiam puri non cadunt sub hypotheca à defuncto contracta, nisi fuerint ab ipso defuncto expresse obligata, & hæres adiuerint sine inuentario, & alia ad rem, latè Rot. *Luc. impressa apud Modern. Iacob. Balduc. in Obseru. ad Ramon. decis. 42. per tot.* & ego alibi dixi pluribus citatis.

§. BRAVIVM. XI.

1 Brauium concessum à statuto, vel consuetudine, siue pacto primo equo peruenienti per cursum ad locum destinatum, non debetur quando duo, vel plures equi simul eodem momento peruenerunt, sed iterum currendum est; an autem omnes equi, qui iam currerunt, iterum admittantur ad currendum, vel illi tantùm, qui simul peruenerunt, & rem dubiam fecerunt, ambigua est quæstio, vt per Ceual. *com. contr. com. quæst. 248. per tot.* Cabal. *resol. crim. cas. 294. num. 303. & seqq. ad 312.* Ant. Nigr. *de subhast. p. 1. cap. 7. §. 9. num. 10.* vbi quòd omnes debent currere, & ita sæpè vidisse factum Romæ, & principaliter tractat quid seruandum inter plures licitatores, qui eodem momento, quo expirat tempus idem pretium obtulerunt, & refert diuersas opiniones, concludendo iustius esse nouam fieri licitationem, dixi in §. *Subhastatio num. 12.*

Quòd si præmium sit diuisibile, debeat æqualiter diuidi, si indiuisibile iterum curri, admissis tantùm illis, qui rem dubiam reddiderunt, cæteris exclusis, & idem esse seruandum in similibus casibus probat Rot. *part. 9. recent. decis. 210. num. 47. & 48. ac per tot.* vbi de electione duorum cum paritate votorum; vt illi tantùm, & non omnes, ad nouam electionem admitti debeant.

2 Hunc locum refert, & sequitur nouissimè Romaguer. *in addit. ad Concil. stat. Eugub. lib. 1. rub. 67.* vbi etiam subdit de materia brauij vltra per me citatos videndum Anton. Corsett. inter tractatus variorum, qui de brauio facit tractatum cum quæstionibus iuris conformibus, curiosis, & delectabilibus; alios qui de brauio scripserunt (me etiam citato) Com. Aug. Fontan. *in Biblioth. leg. part. 4. fol. 182.*

§. BRENTATOR. XII.

1 Brentator, vel portitor vini, sine alterius rei, non probat vinum, vel rem peruenisse ad eum, qui negat se recepisse, cùm sit testis in facto proprio, & tractet de se exonerando, Bart. *in l. deferre ff. de iur. fisc.* Pract. Papp. *form. oppos. contr. test. glos. in facto num. 7.* vbi distinguit, Crauett. *cons. 96. num. 2.* Gratian. *discept. forens. cap. 144. 727. 796. & 998. num. 5.* Rot. *in Asculana Societatis 28. Iunij 1628. coram Virili*, Farinac. *quæst. 60. num. 22. &c.* Borgn. *decis. 37. num. 42.* dixi in mea Pract. §. *Veturali num. 11.* vbi quòd probant similes personæ tamquam publicæ ab Arte, & consuetudine approbatæ, si non patiantur alios defectus, vel exceptiones.

De hac conclusione scripsi in §. *Portator num. 10.* & Com. Aug. Font. *Biblioth. legal. p. 4. verb. Fachini fol. 559.* vbi quòd tales electi ad portandum sine custodia probant rem portasse, & allegat Borgn. *decis. 37. num. 42.* & Manent. *cons. 96.*

Finis Libri Secundi.

MARCI ANTONII SABELLI I. V. D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER TERTIVS.

De littera C.

§. CADAVER. I.

1 CAdauera illorum qui sibi mortem consciuerunt in Carceribus, postquam fuerunt confessi, vel conuicti an sint suspendenda, vide Clar. §. *fin. quaest.* 51. vbi refert diuersas opiniones; vnde erit in arbitrio iudicis, qui debebit considerare qualitatem facti, & personarum, & an opus sit exemplo, vide Farinac. *quaest.* 19. *num.* 3. *& seqq.* Guaz. *def.* 33. *cap.* 26. *num.* 6. vbi quòd regulariter non est saeuiendum in Cadauera, licèt aliter in atrocissimis in statu Ecclesiastico de consuetudine seruari testetur Cabal. *resol. crim. cas.* 189. *num.* 2. *& cas.* 265. Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 10. *& tit.* 5. *num.* 2. *& seqq.* Menoch. *de Arbitr. cas.* 285. vbi etiam quid de illis, qui tedio vitae sibi mortem consciuerunt, quorum cadauera ob bonum publicum quandoque ignominia affici permissum est, vt ibidem *num.* 8. *& seqq.* & dixi in §. *Bannitus*, latè Gizzarel. *decis.* 15. *per tot. cum Addit.* vbi de cadauere famosi delinquentis mortui an sit suspendeudum, & alia de cadaueribus sepeliendis, vel non, Francis. de Angelis *de confess. lib.* 3. *quaest.* 26. *per tot.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 14. *per tot.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 41. *num.* 49. *& seqq.* Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 2. *verb. Cadauer.*

2 Cadauera praedicta non sunt tradenda Ecclesiasticae sepulturae, sed caninae, Guaz. *def. vlt. cap. vlt. vide in* §. *Homicidium.*

Quòd quando ex odio propriae vitae sibi mortem consciuerunt, debeant priuari Ecclesiastica sepultura, secus autem si ex mentis alienatione, quòd potius videtur in dubio praesumendum, cùm nemo praesumatur proprias carnes odio habuisse, ita vt in dubio non sint priuanda illorum cadauera sepultura Ecclesiastica, & multos casus, in quibus cadauera illorum, qui sibi mortem consciuerunt, sunt tradenda Ecclesiasticae sepulturae, vide per Barbos. *de offic. Paroch. cap.* 26. *num.* 49. refert Manara. *Interrogat.* 31. *fol.* 231.

Quòd cadauera haereticorum mortuorum sint relinquenda Brachio saeculari ad comburendum, maximè de consuetudide Franciae, Bellamer. *decis.* 688. *num.* 11. *de haeret.*

3 Cadauera bannitorum non possunt sepeliri in loco, à quo sunt banniti sine licentia superioris, Matant. *in l. is potest num.* 121. *ff. de acquir. hared.* Cabal. *resolut. crim. cas.* 84. *num.* 6. *& cas.* 265. *vide in* §. *Bannitus num.* 17. Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 5. *&c.* Guaz. *def.* 38. *cap.* 7. *num.* 6. Caluin. *tract. de aequit. cap.* 21. vbi contrarium probat de aequitate.

4 Cadauera iam sepulta in loco sacro non possunt à Iudice laico sub poena excommunicationis exhumari ad effectum faciendi constare de corpore delicti, sine licentia Episcopi, qui tenetur ex iustitia illam concedere, alias posset ad Metropolitanum appellari, Guaz. *def.* 4. *cap.* 2. *num.* 10. Balard. ad Clar. *quaest.* 4. *num.* 4. Sperel. *decis.* 51. *num.* 4. *&c.* vbi quòd sit in arbitrio Episcopi illam concedere, & semper extra Ecclesiam visitanda cadauera, adde Dian. *part.* 9. *tract.* 7. *resolut.* 64. vbi refert alios tenentes id esse ex se permissum iudici laico, sed illos refellit, Conciol. *resolut. crim. verb. Recognitio resolut.* 2. *per tot.* Cabed. *decis.* 174. *per tot. part.* 1. vbi quòd iudex laicus potest cum licentia solius Vicarij, siue Rectoris Ecclesiae facere ex officio eruere cadauera à sepulchris, quando dubitatur de morte ex vulnere, vel veneno, & sic fuisse iudicatum, non obstante fulminatione censurarum; & ità etiam quandoque seruatum audiui in statu Florentino, licèt vt plurimum Rectores Ecclesiarum non soleant id permittere sine licentia Episcopi, vel eius Vicarij generalis, & melius: vide in §. *Iudex num.* 29. *&* 33. & latè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 11. *num.* 14. *& seqq.* vbi plura notabilia de hac materia, & Cabedum *vbi supra*, refert, & sequitur Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 184.

Cadauera defunctorum morte violenta, non esse per Clericos sepelienda, nisi praeuia inspectione iustitiae, ex Carol. de Mean. *obseruat.* 604. *part.* 5. notat idem Fontan. *loc. cit.* vbi alia etiam remissiuè de cadaueribus.

Quòd cadauera sepulta non possint exhumari, & de loco ad locum transferri etiam per Regulares, & Rectores Ecclesiarum sine Episcopi licentia, nec per consanguineos, Dian. *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 120. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 196. *vol.* 2.

Quòd ex causa possit exhumari, aliàs secus, Ricc. *Collect.* 4098. vide in §. *Attentata num.* 21.

Quod cadauer excommunicati sepultum in loco sacro possit exhumari, Bellamer. *decis.* 688. *de haeret.*

Cadauera damnatorum an sint Ecclesiasticae sepulturae 5 tradenda, vide in §. *Damnatus num.* 3. Ricc. *Collect.* 2875.

Cadauera mortuorum an tempore penuriae magnae pos- 6 sint deseruire pro cibo aliorum, & comedi, contrarias opiniones speculatiuè potius, quàm practicè refert P. Manat. *in Noct. malencon. Interrogat.* 119. vbi tandem videtur inclinare cum Lessio *lib.* 4. *cap.* 3. *de gula*, quòd in casu magnae necessitatis possit humana caro comedi, nullus tamen vmquam ad hunc effectum occidi possit.

Cadauera damnatorum, qui fuerunt suspensi, & non alio 7 genere mortis affecti, possunt, & debent pro publica vtilitate tradi medicis, & chirurgis pro anotomia facienda cum licentia tamen ipsius condemnati, vel semper cum licentia Principis, & Medici, ac scholares assistentes tenentur facere orationes, & [illegible]eemosynas pro anima illorum, & ossa competenti sepulturae tradere, Clar. §. *fin. quaest.* 100. Guaz. *def.* 38. *cap.* 8. Menoch. *de arbitr. cas.* 285. *num.* 10. *&c.* Manat. *Interrog.* 83. *fol.* 139. Boer. *decis.* 287. *n.* 6. Gomez. *de delict. cap.* 14. *in fine*, Ang. ad Gizzarel. *decis.* 15. *num.* 7.

Cadauera debitorum siue priuatorum, siue fiscalium non 8 possunt arrestari, & illorum sepultura impediri per creditores, vel fiscum, licèt aliàs eisdem competeret executio realis, & personalis, & petentes huiusmodi arrestationem, vel ab ea denegata appellantes priuantur credito, & actione, Boer. *decis.* 287. *num.* 2. Petr. Peccb. *de iur. sistend. & manu. iniect. cap.* 5. *num.* 17. Gratian. *discept. forens. cap.* 243. *num.* 19. *&* 20. Farinac. latè *quaest.* 20. *nu.* 139. *& seqq.* Cabal. *resol. crim. cas.* 203. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 197. *n.* 7. *vol.* 2. vbi etiam *n.* 3. an iudex Ecclesiasticus possit sequestrare cadauer vsurarij, donec haeres caueat de vsuris restituendis, & dicit quòd sic, & allegat Pecch. *loc. cit. num.* 23. Conciol. *resol. crim. verb. sequestr. resol.* 2. *per tot.* Marchett. *de sepult. tit.* 40. *num.* 36. *& seqq. & dixi* §. *Sequestrum n.* 17.

Cadauera Clericorum, vel similium priuilegiatorum re- 9 tinent priuilegium, ita vt qui violentas manus in illa iniecerint, eadem maiori excommunicatione Papae reseruata ligentur, Tolet. *in sum. cap.* 32. *num.* 15. Card. Tusch. *litt. M. concl.* 389. Sperel. *decis.* 45. *num.* 56. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 28. *fol.* 517. *vide in* §. *Corpus delicti num.* 10. *&* §. *Excommunicatio num.* 1.

Contrarium tenent plures alij relati per Dian. *par.* 9. *tract.* 4. *resol.* 39. quorum opinionem valde probabilem dicit.

Quòd

Quòd ſpolians cadauer intus Eccleſia, ibique eidem membra mutilans, propter huiuſmodi mutilationem non gaudeat immunitate Eccleſiæ, Nouar. *decif.* 145. Addit. ad Sanfelic. *decif.*402. *obſer.*35.

10 Cadauera quomodo recognoſcantur à teſtibus per ſigna, veluti, cicatrices, & huiuſmodi, Bart. *in l. ſtigmata C. de Fabricen. lib.*11. Corſett. *ſing.*19. *verb. Teſtis*, vbi etiam de modo cognoſcendi mulos, equos, & alia animalia, Ioſeph. Ludouic. *decif. Peruſ.*12. *num.*15. *&c.*

11 Cadauera ſanguinem emittentia an, & quale faciant indicium contra occiſorem, vide Paul. Zacch. *Quæſt. med. legal. lib.*5. *tit.*2. *quæſt.*8. *per tot.* Scipion. Mercur. *in ſua Comari lib.*2. *cap.*40. Coſp. *in indice Criminal. part.* 3. *cap.* 30. *num.*22. *&* 23. Boer. *decif.*166. Menoch. *de arbitr. caſ.* 270. Theſ. *decif.*173. Farinac. *quæſt.*52. *num.* 154. *& ſeqq.* Mart. Delrio *diſquiſit. Mag. lib.* 1. *cap.*3. *quæſt.* 4. *verſ. ſextò cadauer*, *& lib.*5. *ſect.*4. *num.*20. *fol. mihi* 689. dixi in §. *Vulnus num.*18. vbi quòd nullum, vel leue admodum faciunt indicium, cùm ex pluribus cauſis, etiam coram innocentibus poſſint huiuſmodi ſanguis emanare; iunctis tamen alijs indicijs ſufficere ad torturam, aliàs ſecus concludit Farinac. *d. quæſt.*52. *num.*156. intelligendo etiam dummodò ſanguis in cadauere emittatur infra ſeptem horas poſt mortem occiſi, & an idem ſit è contra ſi conſpicientes cadauera ſanguinem emittant è naribus, & affirmare videtur.

Vbi quale indicium faciant contra occiſorem cadauera ſanguinem emittentia, Caren. *de Offic. S. Inquiſit. part.* 2. *tit.*12. §. 22. *fol.*190.

12 Cadauera, vel eorum oſſa, & reliquiæ non poſſunt extrahi à ſepulchris ſub pœna violati ſepulchri, quæ in humilioribus eſt vltimi ſupplicij, in honeſtioribus verò extrahentibus relegationis, vel deportationis; nec etiam dicta cadauera poſſunt ſpoliari, ita vt ſpoliantes armata manu more latronorum morte naturali plectantur, ſine armis verò pœna arbitraria mitiori, *l. fin. & tot. tit. ff. de ſepulchr. viol.* Anchar. *Reg. quæſt.* 54. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 387. Clar. §. *fin. quæſt.* 68. *verſ. fin.* Iodoc. *in pract. rub. de viol. ſepulchr. cap.* 109. & latè explicat Farinac. *quæſt.*20. *num.*114. *& ſeqq. ad* 145. *vbi num.*125. *&c.* intelligit ſi dolo id fiat, ſecus ſi abſque dolo, cauſa refectionis, vel mundationis ſepulchri, vel alia iuſta cauſa, & permiſſione, vide in §. *Sepultura num.*8. *&c.*

Quòd cadauera non ſint exhumanda, nec de loco ad locum tranſportanda, ne mortui quodammodò inquietentur, & turbentur, ita vt nec attentata ſint reuocanda de æquitate vbi agitur de exhumatione cadaueris, Rot. *in Piſana ſepultura* 1. *Iunij* 1650. *coram Bichio part.* 11. *recent. decif.*76. *num.*4. *& ſeqq. & dixi in* §. *Attentata num.* 21. latè Caluin. *de aquit. lib.*1. *cap.*93. vbi quòd in hoc limitatur regula quòd ſpoliatus antè omnia ſit reſtituendus, Rot. *part.* 18. *recent. decif.*429. *per tot.* vbi quando debeat exhumari cadauer ab alieno Parocho ſepultum, vel ſaltem debeant reſtitui expenſæ, & alia funus ſpectantia.

13 Cadauer repertum in domo alicuius ſcelere interemptum, vel etiam in via prope domum, facit indicium non ſolum ad inquirendum, ſed etiam ad torturam contra dominum, & habitatorem illius domus, vt poſſit torqueri tanquam teſtis veriſimiliter informatus, vel etiam tanquam principalis delinquens, ſi aliàs ſit homo malæ conditionis, & famæ, & ſolitus talia committere, vel alia concurrant indicia, vel adminicula, habita etiam conſideratione, an homicidium potuerit ab aliquo alio committi, & conſideratis alijs omnibus circumſtantijs arbitrio prudentis iudicis, vt latè explicat Farinac. *quæſt.* 52. *num.* 98. *& ſeqq. ad* 127. *vbi num.*111. recenſet caſum ſatis miſeratione dignum de quodam magiſtro puerorum, qui audito rumore domini ſui vulnerati à quodam fure abſcondito, & egreſſo per foramen camini, primus acclamauit, & nullo malefactore reperto, fuit ipſe imputatus, tortus, & confeſſus (quod non fecerat) vltimo ſupplicio affectus, prout poſtea fuit à dicto fure carcerato ſponte reuelatum, & ideò multum benè aduertant iudices in huiuſmodi caſibus, vide in §. *Mors num.*11. Conciol. *reſol. crim. verb. Homicidium reſol.* 13. *&* 14. *per tot.*

14 Cadauera antiquitus intra Ciuitates ex lege 12. Tabularum, vel arte Diaboli, vt puto ad arcendam a viuentibus mortis memoriam, non ſepeliebantur, hodiè autem ſatis piè, vt notum eſt omnibus ſepeliuntur, in qua parochia ſint ſepelienda, & alia tradunt Barboſ. *de offic. Paroch. c.*26. Petr. Gregor. Tholoſ. *Sintag. iur. vniuer. lib.*33. *cap.*21. Fragoſ. *de Regim. Reip. Chriſt. part.*3. *lib.* 5. *diſput.* 8. *num.* 512. *&c.* Samuel. *de Sepultur.* & alij relati per Conciol. & Romaguer. *ad ſtatut. Eugub. lib.*5. *rubr.*38. & dixi in §. *Sepultura per tot.*

Cadauera damnatorum, vel aliorum mortuorum dum tranſportantur ſuper equis, vel per boues, & currus, debet ſolui merces, vel ſalarium, Ripa *de peſte cap.* 4. *num.* 127. Muta *ad Capitula Regn. Siciliæ tom.*1. *cap.* 12. Pariſ. de Put. *de Sindicat. verb. Captura verſ. An ſi officiales*, Boer. *decif.* 303. *num.*5. *in fine*, quos refert Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*2. §. 3. *ſub num.*7. *in fine.* 15

De cadaueribus abſque tributo transferendis, Perez. relat. à Fontana *vbi ſup.* de quo etiam Afflict. *conſtit. Neap. lib.* 3. *rub.*56. *num.*4. relatus à Parlador. *rer. quotid. lib.*1. *cap.*3. §. 1. *num.*30. Lara *lib.*1. *Anniuerſ. cap.*25. relata à Caſteio. *in alphabet. iuridic. verb. Mors, Mortuus num.* 37. vbi plura de morte, mortuis, & cadaueribus remiſſiuè. 16

Cadauera mortuorum ex peſte, vel tempore peſtis, quibus cautelis adhibitis ſint ſepelienda, qualiter inſepulta aerem contaminent, peſtem inducant, & alia, ac de cadaueribus hebræorum, & equorum, Card. Gaſtald. *tract. de auert. & proflig. peſt. Polit. legal. in pluribus locis indicatis in Reper. verb. Cadauera.* 17

§. CALVMNIA. II.

CAlumnia præſumitur quando accuſator non probat aliquo modo delictum, vel ſi longo tempore poſt acceptam iniuriam porrigit querelam, *c.* 2. *vbi gloſ. de calum.* & ibi Felin. benè declarans Farinac. *quæſt.*16. *per tot. & conſ.* 24. *num.*13. *lib.* 3. Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 21. *num.*143. *&* 144. *fol.*431. Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.* 6. *Rub.*13. & Romaguer. vbi citat hunc locum Fermoſin. *tom.* 1. *crim. tit. de Calumniatoribus fol. mihi* 125. *&c.* vbi plura de calumnia, calumniatoribus, & eorum pœnis, an, & quando poſſint excuſari, vel non, & alia ad rem, & Manſ. *Conſult.*279. *lib.*3. 1

Quid ſit calumnia, & calumniator, quomodo probetur, puniatur, vel excuſetur, latè Tuſch. *litt. C. concluſ.* 9. *&* 10. *per tot.* Paul. Chriſtin. *decif.* 205. *vol.*4. vide in §. *Accuſatio num.*6. *&c.* DD. *in l.* 1. *ff. ad Turpill.* Ricc. *Collect.* 1218. Clar. & Baiard. §. *fin. quæſt.*62. Capel. Tholoſ. *quæſt.* 6. Benintend. *decif. Bonon.* 46. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 285. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 254. *per tot.* Guaz. *def.* 3. *cap.*13. *per tot.* Bertach. *in repert. verb. Calumnia*, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 205. *per tot.* Conciol. *verb. Accuſatio reſ.* 1. *num.*15. *&c.* Sanfelic. *decif.*374. *cum Addit. per tot.*

An autem, & quando delinquens ex eo quia credidit viro fide digno poſſit excuſari à dolo, & pœna, vide Farinac. *quæſt.*90. *Inſpect.*3. *num.*109. *& ſeqq. per tot.*

Calumnia, vel calumnioſa lis non ſufficit quòd talis appareat ex proceſſu cauſæ, ſed debet ab initio apparere cum ſuſpicione fraudis, & malitiæ, & excluditur ex cauſa probabili, & colorata, nec dicitur calumnioſa ex quo adſit vna ſententia contra aliquem, cùm poſſit ſe iuſtificare, & non dicatur conſtare de non iure donec de illo poteſt doceri, Caualer. *decif.*126. *per tot.* 2

Calumniæ ſuſpicio impedit remiſſoriæ conceſſionem, niſi ſit valdè leuis, & quando ceſſet, ac alia ad effectum denegandæ, vel concedendæ remiſſoriæ pro examinandis teſtibus, Rot. *part.*6. *recent. decif.* 70. *num.* 9. *decif.* 111. *num.* 3. *& decif.*142. *num.*9. ac alibi ſæpè, vt dixi in §. *Remiſſoria*, vbi plures alios citaui. 3

Calumnia ſi detegatur in petente reſtitutionem in integrum, poteſt procedi ad executionem ſententiæ etiam nolla data cautionem, & quando ſecus, Lancell. *de attent. part.*2. *cap.*18. *num.*55. *& ſeqq.* vide in §. *Executio*, *&* §. *Reſtitutio*, latè Odd. *de reſtit. in integr. part.*1. *quæſt.*43. *art.*5. *per tot.* 4

Calumniæ iuramentum qualiter ſit præſtandum parte petente ſub pœna nullitatis proceſſus, & ſententiæ in quocumque iudicio, ac etiam in cauſa appellationis, & non tantùm per ipſas partes, ſed etiam per procuratores, & Aduocatos, nec detur appellatio ab huiuſmodi decreto, & non obſtante prætenſa contraria conſuetudine, niſi verſemur in caſu, quo omnis ſuſpicio calumniæ ceſſaret, vel eſſet plenè probata intentio, ac omninò conſtaret de bono iure, *c.* 1. *de iuram. calum. in* 6. *l.* 2. *C. de iureiur. prop. calumn.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*208. *n.*15. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 1. *cap.*47. *nu.*1. *& ſeqq.* Seraphin. *decif.* 1355. *nu.* 1. Gregor. *decif.*209. *num.*3. Scacc. *de iud. lib.*2. *cap.* 1. *nu.* 178. 5

& ſeqq.

& seqq. Thomat. decis. 31. per tot. & decis. 180. num. 19. & seqq. dixi in §. Iuramentum num. 19. vbi plures allegaui, & quid seruetur in Rota Romana, nempè non attendi huiusmodi nullitatem, cùm non sit de tribus seruari solitis, nempè iurisdictionis, mandati, & citationis, vt testatur Merlin. decis. 38. num. 21. &c. decis. 874. num. 1. Rot. part. 11. recent. decis. 154. num. 1.

Quòd vbi constat de iustitia agentis, cesset suspicio calumniæ, & tunc iuramentum calumnię non sit necessarium, Thomat. decis. 263. num. 5.

6 Alia de calumnia, & calumniatoribus, ac de iuramento calumniæ, &c. Solorzan. de iur. indiar. lib. 4. cap. 8. Castil. lib. 3. controu. cap. 21. & alij plures citati per Casteion. in Alphabet. iurid. verb. Calumnia, & Com. August. Fontan. in sua Biblioth. legal. eod. verb. fol. 187. &c.

7 Quòd calumnia siue vera, siue præsumpta, vt quia appareat de iure proprietatis, operetur ne fiat suspensio petitorij, sed simul petitorium, & possessorium terminetur, sicut quando super vtroque fuerunt admissæ probationes, vel agitur in supremo Magistratu, vel sola facti veritate inspecta, Cyriac. controu. 642. Et quòd calumnia dicatur quando non probatur quod petitur, idem Cyriac. controu. 662. num. 50. & seqq.

§. CANONICATVS. III.

1 CAnonicus Ecclesiæ Collegiatæ (quicquid aliqui contrarium tenuerint) non potest constitui iudex synodalis, quid siesset Prothonotarius Apostolicus, & alia, quomodo differat à Canonico Cathedralis Ecclesiæ, vide per Sperel. decis. 167. per tot. Ciarlin. controuers. 220. num. 130. &c.

Quid sit Canonicatus, & quid eius appellatione veniat, & alia, Tusch. litt. C. conclus. 29. & seqq. Ricc. Collect. 2444. vbi plura de Canonicis.

Canonicus absens an, & quando lucretur distributiones quotidianas, vel non, dixi in §. Absentia num. 9. & seqq. inf. num. 4.

2 Quod Canonici absentes propter timorem belli debeant habere distributiones quotidianas, Rot. part. 15. recent. decis. 100. per tot. vide in §. Absentia num. 12. in fine cum Addit.

Qualiter descendens ante factam diuisionem, distributiones etiam inexactas transmittat ad hæredes, & possit de eis disponere tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, Rot. part. 13. recent. decis. 233. per tot. facit quod dixi in §. Pensio num. 12. eadem Rot. d. part. 13. decis. 329. in eadem causa, vbi fuit confirmata prima decisio.

3 Canonicus maiori ordine insignitus, an præferatur Canonico prius admisso, sed minorem ordinem habenti, & an qui præuenit in possessione, præcedat alios primò prouisos, & electos, vide Gratian. decis. 16. cum Addit. Sanfelic. decis. 269. & 333. per tot. cum additione Mastril. decis. 130. per tot. vbi quòd Canonicus Doctor præfertur alteri Canonico non Doctori, licèt prius Sacerdoti.

Quòd Canonicus Ecclesiæ Cathedralis sit dignior Canonico alterius Ecclesiæ Collegiatæ, quamuis vterque in redditibus sit æqualis, & alia plura de præcedentijs inter Magistratus, & Cancellarios, Gamm. decis. Lusit. 1. num. 36. & per tot. Boer. tract. de auctorit. Magn. Consil. num. 15. 78. 83. &c.

Qualiter Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ præcedant Archipresbyteros, & alios Rectores, vel Clericos Diœcesis, Seraph. decis. 1223. Plura de Canonicis Ecclesiæ Cathedralis præferendis in omni functione Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ, Rot. part. 13. recent. decis. 120. per tot.

Plura alia de præcedentijs inter Canonicos, vide per Sperel. decis. 76. per tot. Rot. part. 10. recent. decis. 254. per tot. vbi de præcedentia Beneficiatorum post Canonicos contrà Parochus aliarum Ecclesiarum.

De præcedentijs Cleri cum Monacis in processionibus, alijsque functionibus non obstante quauis consuetudine, vel transactione tamquam irrationabili, & contra ius, latè idem Sperel. decis. 179. per tot. Tusch. litt. C. concl. 31.

Quòd imò in materia præcedentiarum totum efficiat consuetudo, etiam iuri repugnans, Merlin. decis. 70. & decis. 593. per tot. Rot. part. 10. recent. decis. 102. nu. 16. &c. Seraph. decis. 716. 402. 404. & 964. Mastril. decis. 130. n. 16. vide in §. Consuetudo num. 25.

Multa alia de processionibus, & ordine in illis incedendi per Pac. Iordan. Lucub. vol. 2. lib. 11. tit. 2. per tot.

De præcedentia inter Canonistas, & Theologos, Pac. Iordan. vol. 1. Prælud. 13. per tot. fol. 38. &c. Dian. part. 7. tract. 12. resol. 1.

De præcedentia inter Episcopos ipsos, & Archiepiscopos, idem Pac. Iordan. d. vol. 1. Prælud. 10. per tot. fol. 42. Mastril. decis. 130.

Alia de præcedentijs dixi in §. Abbas num. 1. §. Arma n. 6. §. Doctor, §. Nobilitas, & §. Præcedentia.

Si in Collegiata præter Canonicos adsint alij præpositi eumdem habitum induentes, an possint occupare sedes vacuas Canonicorum in choro non interessentium, vide Merlin. decis. 507. & 637. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 199. per tot.

Canonici confabulantes in choro, vel dum chorus cantet, & ipsi nec in choro, nec priuatim recitantes horas Canonicas, sed tantùm ipsi choro assistentes, an lucrentur distributiones quotidianas, contrarias opiniones refert Dian. part. 4. tract. 4. resol. 149. vbi affirmatiuam sequitur, quia huiusmodi distributiones dantur pro assistentia in choro, & sunt stipendium illius assistentiæ; & non assistentes choro, nec recipientes distributiones quotidianas non peccant mortaliter, nisi sequatur detrimentum cultus diuini, quod ex illorum absentia sine aliqua causa mihi semper subesse videtur, de hoc vltimo, idem Dian. part. 4. tract. 4. resol. 217. vbi an Præbendarius absens à choro peccet mortaliter, & Aloys. Ricc. Prax. var. resol. cap. 363. per tot. 4

An Canonicus, siue Præbendatus assistens choro confabulando, lucretur distributiones quotidianas, latè iterùm Dian. part. 10. tract. 13. resol. 10. per tot. vbi etiam an teneatur illas restituere, & alia referendo diuersas opiniones, & rationes.

Alia plura notabilia quando Canonicus lucretur distributiones, vel non, si absit à choro ex aliqua causa, Dian. part. 10. tract. 16. resol. 54. per tot. vide in §. Absentia num. 9. Rot. part. 9. recent. decis. 117. per tot. & part. 10. decis. 135. vbi an, & quomodo possit de illis disponere, Aloys. Ricc. Prax. var. resol. cap. 362. per tot. vbi an sufficiat sola præsentia in choro ad lucrandum dictas distributiones.

An Canonicus excommunicatus ob non solutionem pensionis, si postea absoluatur recuperet distributiones quotidianas, Aloys. Ricc. Prax. var. resol. cap. 385. per tot. & cap. 397. num. 2. vbi quòd sic, si non sit in mora petendi absolutionem.

Quæ autem attentio requiratur in horis Canonicis recitandis, vide Comitol. & quos allegat respons. moral. lib. 1. quæst. 63. per tot.

Canonicatus possessio qualiter sit capienda, vide Caualer. decis. 359. num. 3. &c. Merlin. decis. 299. & 599. Rot. part. 9. recent. decis. 78. per tot. dixi in §. Possessio num. 14. 5

Quod statim ac Canonicus est in possessione Canonicatus, consecutiuè etiam dicatur in quasi possessione iuris eligendi, & votandi etiam si numquam venerit casus, Garz. de benef. part. 5. cap. 5. num. 25. & seqq. Post. de manutent. obseru. 40. num. 20. Rot. part. 10. recent. decis. 295. num. 4. vide in §. Episcopus num. 9. in fine.

Quomodo quis probetur, vel præsumatur Canonicus, & an possit esse testis in iudicio sine licentia Prælati, Mascard. de probat. concl. 260. & 261.

Canonici stante insufficientia redditwum non possunt compelli ad aliquem recipiendum in locum antiquorum Canonicorum præmortuorum, Abb. in cap. ex parte num. 4. vbi etiam Imol. num. 10. de conceß. præbend. Mantic. decis. 226. num. 3. Rot. part. 10. recent. decis. 317. num. 9. &c. 6

Quòd auctis facultatibus Ecclesiæ possit augeri numerus Canonicorum, etiam si ab initio aliter sit statutum, Boer. decis. 62. num. 7. per text. in c. Marcus Ferrariensis, vbi Bald. de constit.

Canonici tenentur comitari Episcopum suum in processionibus publicis, non obstante quacumque contraria consuetudine, quæ tamquam sacris canonibus contraria, est reijcienda c. nimis praua, vbi latè Panormit. de exceß. Prælat. & in c. dilectus de off. ordin. c. contra 11. distinct. Aloys. Ricc. Prax. var. resol. cap. 51. per tot. 7

Quòd sicuti Canonici Ecclesiæ Cathedralis tenentur assistere suo Episcopo tamquam Capiti pro Diacono, & Subdiacono quando solemniter celebrat, ita etiam Canonici aliarum Ecclesiarum Collegiatarum debeant suis Præpositis, vel Archipresbyteris solemniter celebrantibus assistere pro Diaconis, & Subdiaconis, & alia ad hunc propositum,

Ciar-

Ciarlin. *controu.* 204. *per tot. lib.* 2. vbi plures rationes, & auctoritates hincindè allegat, & declarat.

8 Canonicus ſupernumerarius auctoritate Apoſtolica creatus an habeat ſtallum, ſiue locum in Choro, & vocem in Capitulo, ita vt expulſus reintegrari debeat, Aloyſ. Ricc. *Prax. var. reſol. cap.* 263. *per tot.* vbi arguit pro, & contra, & videtur cum affirmatiua tranſire.

Alia plura de Canonicis ponit Bertachin. *in ſuo repert. verb. Canonic.* Card. Tuſch. *litt. C. concl.* 29. *& ſeqq.*

9 Multa de Canonicatibus, & Canonicis Regularibus, & non Regularibus, eorum obligatione, iuribus, & officio tradunt remiſſiuè Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Canonicatus*, & Com. Auguſt. Fontana *in Biblioth. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 197. *&c.*

10 Canonicatus deſtinati pro nobilibus viris ex vtroque parente nobilibus natis, poſſunt conferri etiam ignobilibus, & plebeis, ſi habeant priuilegium nobilitatis à Rege, vel alio ſupremo Principe obtentum per quod declarentur nobiles, ac ſi ex vtriſque parentibus ignobilibus eſſent nati, maximè ſi ſint etiam Doctores, & tale priuilegium per Sedem Apoſtolicam ſit approbatum, vel confirmatum, Mohed. *de priuil. & indult. deciſ.* 2. *aliàs* 34. *per tot. fol. mihi* 404. ſequitur Cyriac. *controu.* 21. *num.* 47. *& per tot.* vbi plura quomodo Princeps poſſit aliquem nobilitare ad omnes effectus ciuiles, & de forma in hoc ſeruata à Sereniſſimo Duce Mantuæ, vide in §. *Nobilitas num.* 7. *&* 10. *in Addit.*

§. CAPTVRA. VI.

1 CAptura debitori in ciuilibus non poteſt regulariter committi, niſi ſeruato ordine tradito in *l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de iudic.* vt ſcilicet primò fiat excuſſio in bonis, antequam deueniatur ad perſonam, Alex. *conſ.* 159. *lib.* 2. *gloſ.* & Bart. *in l.* 3. *§. tutor. ff. de ſuſpect. tut.* Marant. *part.* 6. *de citat. num.* 58. Roman. *conſil.* 12. *& conſil.* 224. Addit. ad Pract. Papp. *form. inquiſ. gloſ.* 1. *verb. promiſit ſiſtere*, Aſin. *in Prax. §.* 31. *cap.* 5. *&* 6. *per tot.* dixi in meis reſol. *cap.* 71. *num.* 10. *& num.* 11. vbi tamen quòd omiſſio dicti ordinis non inducit nullitatem, ſed opus eſt appellatione ab illius omiſſione iuxta veriorem opinionem, de qua teſtatur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 7. *num.* 25. *&c. cap.* 353. *per tot. & cap.* 479. *num.* 40. Tuſch. *litt. C. concl.* 70. *&* 71. *per tot. vide in §. Debitor num.* 24. *&* 42. *§. Executio num.* 1.

Qualiter poſſit concedi captura pro non facto, Tuſch. *litt. C. concl.* 67.

An poſſit pro debito fieri in domo debitoris, vide in §. *Debitor num.* 26.

2 Capti in bello iuſto peccant fugiendo à domino ſuo ſecundùm *gloſ. in c. inſgentium diſtinct.* 1. Molin. *tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 37. *concl.* 1. latè Diana *part.* 7. *tract.* 7. *reſol.* 10. vbi tamen ipſe contrarium firmat cum aliquibus limitationibus, quas vide penes eum.

Quòd capti in bello licito, poſtquam fuerunt capti, non poſſint occidi, Caſtr. *conſ.* 192. quem ſequitur Sanfelic. *deciſ.* 249. *num.* 17.

3 Capti in bello quando ſumus in caſu, quo non efficiantur ſerui poſſunt facere teſtamentum, ac omnem aliam diſpoſitionem, & ſunt capaces omnium acquiſitionum, ſucceſſionum, & maioratuum, pulchrè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 801. *num.* 31. *&c.*

An capti in bello inter Chriſtianos poſſint licitè redimi, & teneantur ſoluere pretium ſuæ redemptionis promiſſum, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 6. *tract.* 7. *reſol.* 16. vbi affirmatiuam ſequitur: Plura an hodie inter Chriſtianos procedat ius captiuitatis, & an hæretici in bello capti efficiantur ſerui capientium, Diana *part.* 11. *tract.* 3. *reſol.* 1. *per tot.*

Quòd capti à Turcis ex hora captiuitatis habeantur pro mortuis; iſta tamen mors ciuilis non faciat vacare beneficium, nec poſſit impetrari, cùm ad hunc effectum ſola mors naturalis attendatur, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 453. *num.* 2. *&c.*

4 Capta in bello ſiue inter Chriſtianos, ſiue inter fideles, vel inter diuerſas ſectas, & nationes quomodo fiant capientium ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia, vel perſonæ, & qualiter ſint diuidenda, ac alia plura in materia belli, vide per Cabal. *reſol. crim. caſ.* 140. *& caſ.* 220. Gratian. *diſcept. forenſ. d. cap.* 801. *per tot.* Tuſch. *litt. B. concluſ.* 39. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 412. *&* 1614. Gomez. Leon. *deciſ. Hiſpalen.* 12. *per tot.* plenè P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtit. cap.* 17. *per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 546. vbi plura de bello, & geſtis in eo, Maſtrill. *deciſ.* 180. *per tot.* vbi de Turcis captis à triremibus Sereniſſimi Magni Ducis Hetruriæ, vide in §. *Animalia num.* 14.

Plura de iuſtitia, & iniuſtitia belli, & quando capta in bello efficiantur capientium, & quid de bonis Eccleſiæ, Caren. *reſol.* 1. *per tot.*

An bellum licitum ſit inter Chriſtianos, & alia plura de bello, ac eius iuſtitia, vel iniuſtitia, & ad quid teneantur bellatores in bello iniuſto, Candid. *diſquiſit. moral. tom.* 1. *diſquiſ.* 17. *per tot. fol. mihi* 126. vbi de rebus captis in bello, Cabed. *deciſ.* 44. *num.* 14. *& ſeqq. part.* 2. *& deciſ.* 88. *per tot. d. part.* 2. & plenè de omnibus prædictis de iure indicendi bellum, & alijs in materia bellorum videndus Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 26. *per tot. vbi num.* 34. *& ſeqq.* quærit etiam an res noſtræ, quæ fuerunt ab hoſtibus captæ, ſi poſtea fuerint recuperatæ ad primos dominos pertineant, & affirmatiuè reſoluit, quando nondum ad præſidia hoſtium fuerunt aſportatæ, quia nondum hoſtium factæ ſunt.

Quòd quamuis capta in bello efficiantur capientium, tamen ſi fuerint redempta à Mercatoribus, ſint veris dominis reſtituenda, ſoluto tantùm pretio redemptionis, expenſis, & intereſſe, cùm ab illis numquam dominium fuerit abdicatum, & alia, vide per Valer. *de different. vtriuſq. fori verb. Acquiſitio differ.* 6. *per tot.*

De captis à Turcis, vel Saracenis, an reuerſi poſſint iure poſtliminij agere ad officia, ad quæ tempore captiuitatis fuerunt extracti, ſaltem per reſtitutionem in integrum, quid ſi iam fuerant extracti alij, & alia de materia iuris poſtliminij, Ramon. *conſ.* 6. *per tot.* cum Annot. Balduc.

Multa de captis in bello, ac de diuerſis capturis tam pro debito, quàm pro delicto remiſſiuè Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Captus, & verb. Carcer, & Captura*, Com. Auguſt. Fontana *in Biblioth. leg. part.* 4. *fol.* 202. *&c.*

An autem liceat cuilibet Chriſtiano ſibi vſurpare, & capere bona à Turcis poſſeſſa, latè in vtramque partem Dian. *part.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 98. Gamm. *deciſ. Luſit.* 335.

Quòd ſi iuſtum ſit bellum efficiantur capientium, & quando bellum præſumatur iuſtum, vel iniuſtum, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 96. *per tot.* Tuſch. *litt. B. concl.* 34. *& ſeqq.* Dian. *part.* 6. *tract.* 4. *per tot.* vbi plura de bello quæ in eo ſint licita, vel non, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 85. *num.* 17. *&c. vol.* 5. P. Stephan. de Neapol. *d. tract. de reſtit. d. cap.* 17. *per tot.* vbi plenè quid ſit bellum, quas conditiones requirat vt poſſit dici iuſtum, & quæ in eo ſint licita, vel non in foro conſcientiæ, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 459. vbi an, & quando Clericus in conflictu belli dimicans efficiatur irregularis, vel non, & dixi in §. *Irregularitas num.* 5.

Licèt capta in bello efficiantur capientium, illa tamen ſunt Capitaneo conſignanda vt diuidat ſecundùm merita cuiuſque, Diaz. *reg.* 60. vide Silueſter *in ſum. verb. Bellum*, Franch. *deciſ.* 268. *per tot.*

Qualiter in bello iuſto ſint licitæ fraudes, ſtratagemata, & inſidiæ, Aluarez. de Velaſc. *tract. de Iud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 4. *num.* 10. *&* 44.

Intellige prædicta de bello iuſto, & publico, ac de captis in ipſo belli conflictu vulgò *bottino*, nam capta extra dictum conflictum per ſcorerias in alieno territorio, efficiuntur capientium, nec poteſt dux belli illa vindicare, item intellige de mobilibus, & ſe mouentibus, nam immobilia ſpectant ad Principem, vel Rempublicam bellum gerentem, Gramm. *deciſ.* 71. *num.* 18. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *nu.* 303. *fol.* 185. Cacheran. *conſ.* 5. *num.* 23. *&c.*

An Chriſtiani remigantes, & captiui apud Turcas peccent, & poſſint inuadere bona Chriſtianorum, Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 36. *& part.* 5. *tract.* 7. *reſol.* 30.

5 Captus exiſtens in manibus Curiæ, licèt aliàs tamquam bannitus poſſet ab omnibus offendi, non poteſt ab aliquo moleſtari, nec offendi ſub pœna criminis læſæ maieſtatis, niſi adeſſet periculum euaſionis, Guaz. *def.* 5. *cap.* 6. *per tot. & def.* 6. *cap.* 1. *num.* 26. *dixi in §. Bannitus.*

6 Captus extra territorium ſui Iudicis, & per vim ductus ad illum non poteſt puniri, ſed debet relaxari, latè Cabal. *reſol. crim. caſ.* 291. *per tot.* Tuſch. *litt. C. concl.* 72.

Etiam quòd familia cœpiſſet inſequi delinquentem in ſuo territorio, & iuriſdictione, quia non principium,

sed finis debet attendi, quicquid aliqui hoc casu contrarium asserere videantur, Clar. §. *fin. quæst.* 29. Guaz. *def.* 5. *cap.* 1. *num.* 27. dixi in mea Pract. §. *Carcerati num.* 31. Tusch. *d. concl.* 72.

7 Captura delinquentium, an, quando, & quomodo possit fieri in Ecclesia, dixi in §. *Assassinium*, §. *Ecclesia*, *&* §. *Immunitas*.

8 Captura facta per manus ipsiusmet Iudicis est nulla, Caualcan. *de Brach. Reg. part.* 2. *num.* 45. refert Guaz. *def.* 5. *cap.* 1. *num.* 6.

9 Captura in criminalibus potest fieri qualibet die etiam feriata in honorem Dei, Clar. §. *fin. quæst.* 64. *vers. quæro an*, Guaz. *def.* 5. *cap.* 1. *num.* 22. Cabal. *resol. crim. cap.* 227. *n.* 11. Farinac. *quæst.* 27. *num.* 109. *& seqq.* Conciol. *resolut. crimin. verb. Captura resol.* 4. vbi plura de captura *cum resolutionibus præcedent, & seqq.* & Maioran. *in Opoprax. lib.* 1. *cap.* 7. *fol.* 17. *& seqq.*

Secus autem in ciuilibus, quia captura esset nulla, ita vt dies feriatus incipiat à media nocte præcedente, & duret vsque ad aliam mediam noctem sequentem, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 972. *per tot.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. §. 10. *cap.* 11. *per tot.* Rot. *part.* 2. *Nouiss. decis.* 244. *num.* 2. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 12. *nu.* 43. *& seqq. ad* 54. *fol.* 351. Altograd. *cons.* 86. *num.* 2. *&c. lib.* 2. iuxta text. *in l. more ff. de ferijs*, dixi in mea Pract. §. *Feriæ num.* 6. *&* §. *Nocte num.* 2. *in fine*, Farinac. *d. quæst.* 27. *n.* 106. *& seqq.*

Nisi tamen sit concessa vigore suspicionis fugæ, vt dixi in §. *Debitor*.

In criminalibus potest etiam fieri de nocte, secus in ciuilibus, Scanarol. *loc. cit. cap.* 12. *fol.* 578. dixi in mea Pract. §. *Debitori num.* 29. *&* §. *Nocte num.* 2.

In criminalibus est permissa etiam in propria domo, secus in ciuilibus, vide Gabriel. *com. conclus. lib.* 7. *de malef. conclus.* 10. *per tot.* & plures alios citatos in dicta mea Pract. §. *Debitori num.* 4. *& num.* 28. vbi benè declaraui, & in hoc opere §. *Debitor*.

Quando, & ex quibus sit licita captura in criminalibus, & de pœna resistentium, Tusch. *litt. C. concl.* 68. *&* 69. *per tot.* Clar. & Baiard. §. *fin. quæst.* 28. *&c.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 289. *per tot. & tit.* 280. Bertachin. *in repert. verb. Captura*, vbi plura.

10 Captura potest comitti etiam contra eum, cui fuit transmissa inquisitio, & datus terminus ad comparendum, quia adhuc non est certus iudex quòd citatus sit compariturus, ac ideò potest omissa dicta via ordinaria deuenire ad extraordinariam, si magis expedire cognoscat, Boss. *tit. de capt. num.* 10. Clar. §. *fin. quæst.* 31. Guaz. *def.* 5. *cap.* 1. *num.* 29.

11 Captura potest comitti ad solam partis instantiam, & querelam, si accusatus sit suspectus de fuga, vilis, agatur de graui crimine, & accusator promittat reficere expensas quatenus captura detegatur iniusta, Farinac. *quæst.* 27. *num.* 120. Boss. *de captur. num.* 3. Guaz. *def.* 5. *cap.* 3. *num.* 23. Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 2. §. 5. *per tot.* vide Paul. Rub. *in discurs. ad* 2. *vol. part.* 9. *decis. Rot. recent. num.* 80. *& seqq.* vbi plura in contrarium adducit, cessantibus prædictis conditionibus.

Non tamen est concedenda pro causis leuibus, vt declarat idem Scanarol. *loc. cit.* §. 35. *per tot.* dixi in mea Pract. §. *Carcerati num.* 45. vide Paul. Rub. *loc. cit.* quia est magni præiudicij, vt dixi in §. *Carcer num.* 1.

Qualiter sit iudici arbitraria (arbitrio tamen regulato) quando possit, vel debeat concedi, siue non, latè Addit. ad Sanfelic. *decis.* 363.

12 Captura vt possit dici iusta, requiritur quòd iudex habeat facultatem carcerandi, persona capta non sit priuilegiata, delictum sit tale, pro quo veniat imponenda pœna corporis afflictiua, nisi essemus in persona suspecta, quæ potest capi etiam pro causa pecuniaria, debent præcedere legitima indicia contra imputatum, quod tamen aliquibus casibus fallit, debet prius constare de corpore delicti, & præcedere commissio iudicis, nisi agatur de reperto in fragranti, qui potest absque alia iudicis commissione carcerari, vt declarat Guaz. *def.* 5. *cap.* 3. *per tot.* & meliùs Farinac. *quæst.* 27. *per tot.* Arisinin. Tepat. *var. sent. tit.* 289.

Qui possint carcerari, vel non, Ricc. *Collect.* 2215. mulier, senex, frater, socer, Doctor &c.

Quando autem captura dicatur facta in fragranti crimine, an in hoc sit credendum birruarijs, & quinam effectus resultent ex huiusmodi captura in fragranti, Guaz. *def.* 5. *cap.* 8. *&* 9. *per tot. vide in* §. *Furtum num...*

Captura in dubio præsumitur iusta pro facto iudicis, & ad excludendum delictum, cessat, tamen huiusmodi præsumptio, & est nulla quando non constabat de corpore delicti eo modo, quo constare potest, nec de legitimis indicijs, & quando carceratus fuit relaxatus sine vllo examine, Rot. *in Nouiss. part.* 6. *decis.* 26. *num.* 9. *&c.* vide Farinac. *d. quæst.* 27. 13

Qualiter captura reddatur nulla ex multis, & qualiter possit conualidari, Tusch. *litt. C. concl.* 73. *& concl.* 74. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 289. *per tot.* Farinac. *d. quæst.* 27. *per tot.*

Quando captura sustineatur, etiam non constito prius de corpore delicti, Conciol. *verb. Captura in resol.* 6.

Quòd captura possit concedi non solum vbi pro delicto intrat pœna corporalis, sed etiam sola pecuniaria, si sit grauis, & delinquens non sit diues, grauis, vel in dignitate positus, secus autem si pœna sit leuis, & persona grauis, vel diues, debet tamen sub fideiussore dimitti, Conciol. *d. verb. Captura resol.* 2.

De captura facta pro maiori summa, quàm sit debitum, an vti excessiua sit in totum nulla, vel possit sustineri pro summa verè debita, Andreol. *contr.* 159. *per tot.* & dixi in §. *Executio*, *&* §. *Sententia*.

§. CARCER, ET CARCERATVS. V.

Carcer dicitur mala mansio, sepultura viuorum, species seruitutis, domus diaboli, nescio quid infamiæ impingit, & alia de huiusmodi mala mansione, vide per Rimin. iun. *cons.* 554. *num.* 66. *&c.* Scanarol. *de visit. Carc.* §. 2. *cap.* 1. *per tot.* Altograd. *cons.* 39. *num.* 20. *& seqq. lib.* 1. vbi propterea infert inhumanum esse, quòd frater contra fratrem capturam pro debito obtineat, & ideò illam non esse concedendam, latè sustinet *per tot. d. cons.* 1

Quòd carcer dicatur etiam Thesaurus Principis, & quare Camil. Borell. *de præstan. Reg. Cathol. cap.* 2. *num.* 2. Villosa *de fugitiuis cap.* 18. §. 2. *num.* 15. *& seqq.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 2. *ad* 6. *num.* 2. *& seqq. & num.* 135. *& seqq.*

Quid sit carcer, & de mala eius mansione, Tusch. *litt. C. concl.* 79. *& seqq.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 43. Ricc. *Collect.* 2215. *&* 3404. *&c.* Paul. Rub. *in discurs. ad* 2. *vol. decis. Rot. part.* 9. *recent. num.* 94. *& seqq.* vbi vltra prædicta est consumptio bonorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum, Farinac. *quæst.* 27. *num.* 1. *&* 2. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 335. vbi alia plura de mala mansione, & incommodis carceris, *& decis.* 363. vbi plenè in Addit. de mala carceris mansione.

Quòd carceratio veniat inter grauamina reparationem non admittentia, ac ideò ab ea detur appellatio, retento tamen carcerato donec à superiore cognitum sit de grauamine, Ricc. *in Praxi for. Eccles. resol.* 405. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 404. *obser.* 17.

Et cùm sit inuenta pro simplici custodia debet esse talis, vt aliam pœnam non inferat, & quando attenta delicti, & personarum qualitate possit esse durior, vel leuior arbitrio iudicis; licet quandoque maximè de iure canonico, & in aliis casibus de consuetudine aliquorum locorum, & Tribunalium detur etiam ad pœnam, vide Menoch. *de Arbit. cas.* 305. *per tot.* & in mea Pract. §. *Carcerati num.* 10. *&* 11. Paul. Christin. *decis.* 195. *n.* 1. *&c. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 2215. vbi plura Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 290. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *d. decis.* 335.

Carceratio longa solet multum prodesse reis ad diminutionem pœnæ ordinariæ, & quandoque ad totalem illius extinctionem iuxta *l. omnes C. de pœnis*, ita vt semper de pœna sit detrahendum quantum reus passus est per longam carcerationem, intelligendo tamen post sententiam condemnatoriam, & quando stetit per Iudicem, secus si ex culpa propria, puta pro interesse partis, vel debito, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 142. *per tot.* Franch. *decis.* 317. quem sequitur Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 23. *num.* 12. Martha *de success. leg. part.* 3. *quæst.* 14. *art.* 2. *nu.* 11. Bonif. *de furt.* §. 12. *num.* 75. Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 2. §. 2. *cap.* 14. *num.* 26. *&c. & in Appendice* §. 3. *n.* 32. licèt pluries indistinctè viderim carcerationem longam haberi in consideratione ad minuendam pœnam, maximè in delictis leuibus, Conciol. *resol. crim. verb. Carc. resol.* 3. *per tot.* Marthæu. 2

thæu Sanz. *de re crim. controu. 67.* vbi de Officiali suspenso ab officio antè sententiam, & posteà condemnato ad suspensionem, vel priuationem per aliquod tempus, vt ei computari debeat tempus decursum antè condemnationem, licèt non steterit in carceribus, sed alibi cum priuatione libertatis de mandato superioris, quæ etiam dicitur carceratio ad dictum effectum diminutionis pœnæ, vel imputationis in eam.

Quòd tempus carcerationis computetur ex exilio, vel confinio, sequitur Conciol. *resol. crim. verb. damnatus resol. 1.* vbi intelligit quando stat per iudicem, secus si ex alia causa iusta, putà propter debita, vel interesse partis, quia tunc non procedit dispositio *d. l. omnes C. de pœn. iuxta hic notata*, nouissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 1. ad 7. num. 172. & seqq.* vbi benè materiam istam declarat.

Et quando carcer fit ad pœnam, vel ad custodiam, idem Raynald. *d. cap. 1. §. 11. num. 105.*

Quòd condemnatus in exilium, vel confinium ad tem-
2 pus, si carcere detineatur, imputetur illud tempus in exilio, ita vt si tempus in carcere sit lapsum, liberè sit dimittendus, ac si impleuisset exilium, *l. omnes quibus C. de pœn.* Paul. Christin. *decis. 52. num. 29. & seqq. vol. 5.* vbi testatur sic iudicatum in Consilio Barbantiæ.

Florentiæ tamen numquam ita seruatum vidi, nisi ex gratia Principis, quæ iustissima est, vt concedatur per prædicta.

3 Carcer priuatus quibus modis committatur, & quòd detinens aliquem vltrà 20. horas comittat priuatum carcerem, cuius pœna est vltimi supplicij, vide Guaz. *def. 5. cap. 7. per tot.* vbi multa pro excusatione dicti criminis, & *in tract. de pace &c. part. 2. quæst. 60. per tot.* vbi an rumpat pacem, vel cautionem de non offendendo, Bonifac. *de furt. §. 3. num. 91.* Boer. *decis. 275.* Menoch. *cas. 536. & cas. 567. per tot.* Farinac. *quæst. 27. num. 8. & seqq.* Scanarol. *d. tract. §. 3. quæst. 2. num. 17. & seqq.* Tusch. *litt. C. concl. 94. per tot.* Paul. Christin. *decis. 195. num. 8. &c. vol. 4.* Gizzarel. & Addent. *decis. 75.* Conciol. *resol. crim. verb. Carcer, resol. 4. & ad stat. Eugub. lib. 4. Rub. 41.* vbi Romaguer. *in Addit.* citat, & sequitur hunc locum, subdens quo ad pœnam in practica non seruari, sed alia mitiori arbitrio iudicis puniri, & ita verum esse affirmo etiam ego, & non nimis graui, puta pecuniaria, vel confinij iuxta facti, & personarum qualitatem in statu Florentino.

De excusationibus à pœna priuati carceris cessante dolo, & causa, vel animo vsurpandæ, vel exercendæ iurisdictionis, sed ad simplicem coercitionem, vel correctionem inter coniunctos, Andreol. *controu. 299.*

De carcere priuato, Conciol. *resol. crim. verb. Carc. resol. 4. per tot.*

Quòd carceratio vxoris sine magna causa, & cum cibi subtractione sit marito prohibita, & reputetur magna sæuitia, Rot. *part. 6. recent. decis. 239. num. 12. &c.*

4 Carceratus dicitur quicumque sub custodia detinetur in Arce, vel Camera, ita vt liberè discedere non valeat, vel habet domum, siue palatium iusdicentis pro carcere, vel detinetur sub arresto, ne de domo propria, vel Ciuitate exeat, adeò vt si aufugiat carceris effractor dicatur, & tamquam carceratus non possit contrahere iuxta inferius dicenda, Guid. Pap. *decis. 253.* Menoch. *de arbitr. cas. 301. num. 9. & seqq.* Rot. *part. 6. Nouiss. decis. 26. num. 40. & 41.* quæ est in Romana mutui, seu pecuniaria 14. Martij 1631. coram Merlino, & inter impressas eiusdem Merlin. *decis. 507.* Nouar. *in Pragm. Collect. 156. num. 10.* vbi infert posse officialem iuridicè sub fideiussione, vt supra, tenere eum, quem iussus est sub tuta custodia habere, Scanarol. *d. tract. §. 3. cap. 2. num. 1. & seqq.* Farinac. *quæst. 30. num. 5. &c.* vide in meis resol. *cap. 70. num. 7. & seqq.* & in Pract. *§. Carcerati num. 21.* Tusch. *litt. C. conclus. 82.* Ricc. *Collect. 3403.* vbi etiam si extet statutum vt quis debeat carcerari, Raynald. *rer. crim. cap. 3. §. 2. ad 6. num. 154. & seqq.* vbi etiam qualiter sic detentus possit ab alio Iudice, & pro alia causa capi, vel arrestari, & an sit primo Iudici restituendus, & alia plura ad rem.

Quòd carceratus dicatur qui sub fideiussione detinetur, etiam stante statuto, vel Principis iussu; quòd nobilis pro delicto carceretur, Maioran. *in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 1. num. 16. 17. & 18. cum ibi citatis*; Sed stante iussu Principis ego non fiderem his doctrinis, nisi ipso Principe consulto.

Quòd dimissus sub fideiussore, non dicatur carceratus, nisi dedisset filium pro obside, Boss. *tit. de Carcer. num. 28.* vbi infert ad bannitum, qui captus non potest occidi, sed benè si fuerit sub fideiussore dimissus.

Quòd detentus in domo Curiæ non dicatur carceratus, & veritas carcerationis consistat in facto, & non in ficto, Amendol. in addit. ad Franch. *decis. 415.*

Quando autem carceratio est a lege imposita, in pœnam delicti, an sufficiat vt supra, vel debeat esse in loco publico, vel secreto consuetarum carcerum, quid si agatur de persona nobili, vel litterata, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 1. ad 7. num. 162. fol. 98.* vbi videtur pro nobilibus concludere, data custodia illorum expensis &c. licèt etiam cogitandum relinquat.

An autem, & quando fideiussor teneatur illum præsentare pro eadem causa, vel alia diuersa, vel non, dixi in *§. Fideiussor num. 60. &c.*

Carceratus iniustè non solum ex eo quòd non sit reus, 5
nec debitor, sed etiam licèt sit talis, ex eo quòd non ritè, vel non seruato iuris ordine; siue etiam data iustitia carcerationis ad extorquendum alium contractum separatum à causa huiusmodi carcerationis ad fauorem illius, qui eam procurauit, adeò contrahere prohibetur cum illo, qui fecit carcerare, vt omnis obligatio sit ipso iure nulla propter metum, qui ex dicta iniusta, vel nulla carceratione dicitur sufficienter probatus, *l. qui in Carcerem ff. quod met. caus. l. si quis Sempronium ff. de hered. instit.* Martha *vot. Pis. 120. per tot.* Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 2. quæst. 80. per tot.* latè Farinac. *quæst. 35. per tot.* Olea *de cess. iur. tit. 8. quæst. 1. num. 7. &c.* Menoch. *de arbitr. cas. 136. num. 3. &c.* Rot. *part. 6. diuers. decis. 26. per tot.* & inter impressas Merlin. *decis. 507.* quæ est in Romana mutui 14. Martij 1631. & iterum eadem Rot. *in Neapolitana Domorum* 13. *Maij* 1641. *coram Verospio part. 9. recent. volum. 1. decis. 20. & decis. 208. per tot. d. part. 9. & decis. 322. num. 25. &c. volum. 2. eadem part. 9. & part. 10. decis. 288. per tot. decis. 132. & 341. d. part. 10. & post Merlin. de pign. decis. 108. & decis. 43. 92. 96. 73. & 121. &c.* Scanarol. *de visit. Carc. lib. 1. §. 5. cap. 3. sect. 1. 2. 3. & 4. per tot. & in Appendice decis. 5. 6. 7. & 11. per tot.* Duran. *decis. 373. num. 5. & seqq.* vbi etiam quòd est nulla obligatio fideiussoris accedentis pro huiusmodi carcerato ad fauorem illius, qui iniustè fecit carcerare, maximè si simus in patre, vel matre carcerati, in quibus viget eadem ratio metus, etiam si se obligauerint cum iuramento principaliter, & in solidum, quicquid forsan posset dubitari in alijs fideiussoribus principaliter, & in solidum obligatis, de quo latiùs, & distinctè alijs etiam citatis, dixi in meis resol. *cap. 70. num. 12. & num. 13.* & in Practica *§. Carcerati num. 22. vide inf. num. 8.* Farinac. latè *quæst. 35. per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis. 404. obseru. 6.* vbi pro nullitate fideiussionis.

Quando carceratus possit contrahere, vel non, Tusch. *litt. C. concl. 89. per tot.* Merlin. *decis. 507. per tot.* Capell. Tholos. *quæst. 400. per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 180. cap. 10.* vbi quòd iustè carceratus potest testari, & contrahere efficaciter cum quocumque, & etiam cum detinente, Rot. *part. 13. recent. decis. 288. num. 1.* vbi reddit rationem, quia qui carcerationi causam dedit, allegare non potest se fuisse coactum, & metus dici reliquit iniustus, dum intuitu iustitiæ aliquid actum est, *& decis. 350. num. 2. d. part. 13.* Vrceol. *tract. de transact. quæst. 33. per tot.* Rot. *part. 16. recent. decis. 172. & 212. per tot.* vbi de nullitate permutationis, siue resignationis beneficij facta ab iniustè carcerato, etiam extracto à septris carcerum, & in Aula, siue cubiculo Episcopi constituto, sed non in plena libertate, vt ad libitum discedere posset, posito adde Francis. de Angel. *tract. de confess. lib. 3. quæst. 14. per tot.* vbi de nullitate confessionis delicti, vel contractus a carcerato gesti ob metum præsumptum stante iniusta carceratione, etiam si esset habilitatus per palatium sub fideiussione, quia adhuc dicitur carceratus, Ricc. *Collect. 1571. vers. amplia secundò*, *vide in §. Metus num. 6.*

Carcerati possunt contrahere cum custodibus carcerum, 6
iudicibus, ac alijs, qui fecerunt carcerare, *l. qui carceres ff. quod met. caus.* adde Ant. Gob. *Consul. 137. per tot.*

Posset tamen contrahere inter ipsos carceratos, ac etiam cum alijs prædictis ad proprium fauorem, Decian. *cons. 102. lib. 3.* Felic. *de societ. cap. 8. num. 26.* hoc de consuetudine non seruari, & alia ad rem, vide per Guaz. *def. 6. cap. 1. n. 9. &c.* Sanfelic. *decis. 404. cum Addit.* vbi latè pro validitate contractus ad fauorem custodis cessante metu.

Quòd stante iusta carceratione possint contrahere cum omnibus etiam se obligando, Gratian. *discept. forens. cap.* 479. *num.* 30. Petr. Pech. *de iure sisten. & manu. iniect. cap.* 29. *per tot.* Afflict. *decis.* 149. Rot. *in Nouiss. d. decis.* 26. *num.* 1. *& seqq.* vbi benè distinguit, *& decis.* 122. *num.* 12. *d. part.* 6. quamuis aliàs Rot. *part.* 1. *decis.* 490. *in recent.* latè tennerit pro nullitate obligationis factæ à carcerato, vide Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 126. *num.* 26. Fenzon. *ad stat. Vrb. cap.* 98. *num.* 30. Merlin. *decis.* 507. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 30. *decis.* 208. *decis.* 322. *num.* 26. *& part.* 10. *decis.* 288. *per tot.* vbi etiam de cautela ducendi carceratos extra carcerem, sed benè custoditos, quæ non est bona, nisi sint in plena libertate positi, vt liberè possint abire, quò velint, de qua dixi in meis *resol. cap.* 70. *num.* 9. *&* 10. Capell. Tholos. *quæst.* 400. *num.* 4. vbi quòd dicta cautela nihil valet, Thomat. *decis.* 3. *num.* 13. *& seqq. decis.* 88. *num.* 79. *decis.* 132. *num.* 1. Martha *vot. Pis.* 120. *num.* 15. *&c.* Farinac. *quæst.* 33. *num.* 5. *& seqq.* Sanfelic. *decis.* 404. *cum Addit.* vbi plura de hac materia.

7 Carceratus siue iustè, siue iniustè non potest obligari ad fauorem iudicis, vel officialis; imò officialis prohibetur obligationem recipere à subditis etiam non carceratis, cùm semper præsumatur terrorem, & metum inferre; ita vt non possit obligatio iuramento formari; fortiusque hoc procedere in Barone, cùm ipse maiorem iurisdictionem habeat, & in specioso nomine mutui, sub quo multa solent illicita comitti, & quod iura ideò multum abhorrent: Cessante tamen perhorrescentia subditi valeret contractus, dummodò sit in libertate, Rot. *in Nouiss. part.* 6. *decis.* 26. *num.* 12. *& seqq. ad* 28. & inter impressos Merlin. *decis.* 507. vide in §. *Officialis, &* §. *Iuramentum,* & alios allegaui in mea Practica §. *Rettori num.* 64. latè Sanfelic. *decis.* 404. *cum Addit.* vbi pro validitate contractus, maximè in Ciuitatibus supremis, & vbi adest præsentia alterius superioris in loco, quæ facit cessare præsumptionem oppressionis.

8 Carceratus etiam iniustè licèt contrahere possit cum tertio, qui illum carcerare non fecit, nec fuit particeps carcerationis, tamen si ille tertius non contrahit cum carcerato ad proprium commodum principaliter, & ex proprio motu, sed ex instantia, aut ad commodum illius, qui carceratum iniustè detinet, contractus non valet, vt ad propositum releuationis promissæ per carceratum fideiussori, qui pro illo accessit apud creditorem iniustè detinentem, quòd sit nulla, concludit Duran. *decis.* 373. *num.* 14. vbi citat Vrsil. ad Afflict. *decis.* 149. & alios vide Farinac. *quæst.* 35. *n.* 24. *& seqq.*

De quo tamen valdè dubito quando talis fideiussor non fuit particeps iniustæ carcerationis, & fecit quicquid potuit, ne solueret, per ea quæ dixi in meis *resol. cap.* 70. *num.* 15. *&* 16. vbi vide, & dixi *supra num.* 5. *& in* §. *Metus num.* 2. & latè declarat Farinac. *d. quæst.* 35. *num.* 36. *&* 37. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 404. *obseru.* 9. *& seqq.* vbi alia plura notabilia de dicta materia, & præcipuè de stupratore cocto ducere in vxorem virginem ab eo vitiatam, vel dotem illi constituere, de quo se remittit ad Sanchez *de matrimonio lib.* 4. *disp.* 12. *num.* 3. *& seqq. tom.* 1.

9 Carceratus iuris ordine non seruato debet ante omnia relaxari, nisi tamen notoriè per confessionem constaret de debito, Roland. *cons.* 6. *num* 24. *lib.* 3. Addit. ad Pract. Papp. *form. inquis. glos.* 1. *verb. promisi sistere,* Crauett. *cons.* 46. *num.* 7. Fenzon. *ad stat. Vrb. cap.* 98. *num.* 34. *&* 79. Magon. *decis. Flor.* 126. *per tot.* Franch. *decis.* 415. Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 151. *num.* 5. vide in meis *resolut. cap.* 52. *num.* 1. *& seqq.* & in hoc opere §. *Debitor num.* 24. *&* 42. *&* §. *Retentio,* Tusch. *litt. C. concl.* 71. *num.* 15. *& seqq.* Leoncill. *decis. Ferr.* 184. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 79. *per tot.* vbi quòd nulliter carceratus potest arrestari pro eodem, vel diuerso debito; de quo constat.

Quòd indebitè captus, iustè detineatur si post capturam superueniat debiti probatio. Farinac. *quæst.* 27. *nu.* 151. Fachin. *controu. iur. lib.* 13. *cap.* 27. *in fine,* Menoch. *de adipis. remed.* 4. *num.* 67. Giurb. *decis.* 17. *num.* 7.

Intellige si debitum sit omninò certum ex confessione partis, vel re iudicata, vel alio modo habente executionem paratam, aliàs secus vt dixi in locis citatis, & probat Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 140. *per tot.*

Sed quòd stante nullitate primæ capturæ non possit in carceribus retineri etiam si debitum esset verum, Franch. *decis.* 415. *n.* 3. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 396. *num.* 15. *&* 16.

Carcerati possunt liberè testari, & sibi benè visos insti- 10
tuere, exceptis tamen custodibus carcerum, vel alijs, sub quorum custodia detinentur, quos instituere prohibentur propter præsumptum metum, Boss. *tit. de Carcer. num.* 23. Guaz. *def.* 6. *cap.* 1. *num.* 15. Altograd. *consil.* 55. *num.* 56. *lib.* 1. Farinac. & Vulpin. *in suco quæst.* 35. vbi notant quo ad hoc non esse differentiam inter contractus, & vltimas voluntates, & ideò attendendas esse distinctiones supra de contractibus positas, vide in §. *Testamentum num.* 14. Sanfelic. *decis.* 404. *num.* 9. *& sequentibus cum Addit.*

Quòd possint testari, intellige, nisi essent ad mortem damnati, quia tunc tamquam serui pœnæ effecti, non solum testari non possunt, sed etiam omne aliud testamentum antea factum annullatur; licèt hoc non procedat de consuetudine, vbi bona non confiscantur, vt dixi in §. *Damnatus,* & in mea Practica §. *Condemnati num.* 11. 12. *&* 13. facit quod dixi in §. *Bannitus.*

Carceratus pro debito priuato, vel etiam fiscali, po- 11
test ad instantiam alterius creditoris in carceribus recomendari, si prima carceratio fuit iusta, & non peccauit in forma, Ias. *in l.* 1. §. *quod Prætor num.* 10. *ff. ne quis eum &c.* Addit. ad Pract. Papp. *form. inquis. glos.* 1. *verb. recomendari,* Petr. Cabal. *resolut. crim. cas.* 299. *num.* 31. *&c.* vbi quod hoc Florentiæ non seruatur quo ad debitum fiscale, vide Petr. Pecch. *de iur. sisten. & manu. iniect. cap.* 33. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 195. *num.* 5. *&c. volum.* 4. Ricc. *Collect.* 4125. Borgn. Caualcan. *decis.* 1. *num.* 42. *&c.*

Quòd arrestari pro alio debito non possit, qui fuit nulliter captus, sed debeat relaxari, Giurb. *decis.* 17. *num.* 4. Farinac. *quæst.* 27. *num.* 152. cum alijs per Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 401. *num.* 14. Conciol. *resol. crim. verb. Captura resolut.* 7. vbi quando carceratus pro vno debito, vel pro delicto possit, vel non retineri pro alio.

Si verò prima carceratio fuit iniusta non potest pro alio debito recomendari, & quando secus, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 151. *num.* 3. *&c.* Peguer. *decis.* 133. Franch. *decis.* 415. vbi Amend. Martha *vot. Pis.* 79. vbi quòd si constet de veritate debiti, potest recomendari non obstante nullitate primæ capturæ, sequitur alijs etiam citatis Addit. ad Sanfelic. *decis.* 404. *obseru. vlt.*

Quòd carceratus ad instantiam vnius tamquam suspectus, possit recomendari per fideiussorem in diem, ad effectum vt caueat de soluendo adueniente die, Bardellon. *cons.* 178. *per tot. lib.* 2. *vide in* §. *Debitor.*

Quòd carceratus pro vno debito, possit pro alio recomendari, intellige dummodò recomendare volens habeat iam executionem relaxatam, vel saltem paratam vigore statuti, vt dixi in meis *resol. cap.* 71. *num.* 6. *&c.* Franch. *decis.* 415. Crauet. *cons.* 46. Arisinin. Tepat. *var. sent. tit.* 280. *cap.* 6. Farinac. *quæst.* 27. *num.* 156. Thomat. *decis.* 296. *num.* 1. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 404. *obseru. vlt.*

Quamuis ad effectum satisdandi videatur posse arrestari etiam non relaxata executionem, secundum Bardellon. *d. cons.* 178. *num.* 7. quem ego intelligo dummodò sit aliàs de fuga suspectus.

Et plura de hac materia an, quando, & quibus concurrentibus, carceratus pro vno debito possit recomendari pro alio debito, vel pro delicto, an carceratus pro delicto, possit arrestari pro debito, vel pro alio delicto, siue pro expensis alimentorum, dixi latè, & distinctè in meis resol. *cap.* 71. *per tot.* & optimè comprobat posteà visus Scanarol. *de visitat. Carcer. lib.* 3. *cap.* 9. 10. *&* 11. *per tot.* & vide in mea Practica §. *Carcerati num.* 27. *num.* 46. *& num.* 51. Tusch. *litt. C. concl.* 83. Paul. Christin. *decis.* 195. *num.* 5. *&c. vol.* 4. *& ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 40. *&c.* Ricc. *Collect.* 4125.

Carceratus pro delicto non potest in carceribus reco- 12
mendari pro debito ciuili, Guaz. *def.* 5. *cap.* 2. *num.* 10. *& def.* 6. *cap.* 1. *num.* 85. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 70. *per tot.* Cabal. *resol. crim. cas.* 146. *per tot. & cas.* 299. *num.* 18. *& num.* 29. vbi dicit hanc esse opinionem Florentiæ receptam, & condemnatos transmitti ad exequendas pœnas corporales non obstante contradictione creditorum, etiam ex eadem sententia ius prætendentium, & quòd si ageretur tantùm de confinio, vel exilio, & alia Addit. ad Sanfelic. *decis.* 404. *obseru.* 18. vbi quòd possit retineri pro debito si agatur de exilio, cùm illius executio sit potius solatium quàm pœna debitori iuxta decisionem Peguer. 69. Possent.

singul.

ſingul.69. vbi quòd carceratus pro delicto, ſi ſit relaxatus ſub fideiuſſione de habendo Ciuitatem pro carcere, poteſt pro debito ciuili capi, & recomendari, quia poteſt ſibi præcauere à captura, ſecus autem ſi in loco certo reſtricto, vt in cubiculo, domo, vel palatio ſit ſub fideiuſſore detentus, quia tunc non poteſt ſibi præcauere à debitis, Buccaron. *de different. inter ius ciuil. & crim. differ.*148. *num.*11. Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*3. §. 2. *ad* 6. *num.* 164. vbi de ratione.

Ita vt etiam relaxatus ſub fideiuſsione pro delicto, non poſſit moleſtari pro debito, Guid. Pap. *deciſ.* 253. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.*301. *num.* 9. *&c.* Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.*1. §.3 *cap.*2. *num.*14. *&* 15.

Quòd ego intelligo ſi fiat præiudicium cauſæ vel pœnæ criminali, aliàs ſecus per ea, quæ dixi in meis reſol. *d. cap.* 71. *num.*16. *& ſeqq. per tot.* vide Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.*70. *per tot.* vbi quid ſeruetur in ſtatu Eccleſiaſtico, Scanarol. *de viſit. carcer. l.*2. §.2. *cap.*14. *num.*28. *&c. lib.*3. *cap.* 9. *num.*32. *&c. cap.*11. *per tot.*

De furibus confeſſis obtenta impunitate, vt non poſſint relaxari à carceribus, niſi facta reſtitutione, vel aliter concordato cum derubato, vel ad inſtantiam fiſci iniuncto exilio, dixi in §. *Indultum num.*12.

13 Carceratus, qui iuſtè, & legitimè fuit captus, poteſt per Commentarienſem retineri pro expenſis, & alimentis illi ſubminiſtratis, & niſi aliud appareat, alimenta præſumuntur à Commentarienſe, vel Bariſello iuxta conſuetudinem tribunalium præſtita, Petr. Peech. *de iur. ſiſten. & manu. iniect. cap.*34. *per tot.* Guid. Pap. *quæſt.* 448. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*25. *num.*19. *& cap.*80. *num.* 14. & in meis reſol. *d. cap.*71. *num.*21. *&* 22. Surd. *de alim. tit.*1. *quæſt.* 71. *num.*5. *&c.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.*292.

Intellige pro captura, & alimentis præſtitis in carceribus ſecretis, vel Infermeria, Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.*2. §.2. *cap.*17. *num.*23. *&c.* vide in mea Practica §. *Carcerati n.* 23. *&* 51. Rynald. *Syntax. rer. crim. cap.*3. §.2. *ad* 6. *n.*273. *&c.* vbi etiam an teſtes poſſint expenſis grauari.

14 Carceratus in vno loco, ſi citetur ad aliud tribunal, non tenetur comparere per procuratorem, ſed eſt ſuperſedendum, donec exierit è carceribus, niſi eſſet carceratio affectata; ſi verò citetur in eodem loco, vbi eſt carceratus, poteſt retineri, ſi criminis qualitas hoc patiatur, aliàs relaxandus eſt ſub fideiuſſore expedita prima cauſa, Clar. §. *fin. vbi Addent. quæſt.*34. *verſ. vlt.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.*14. *tit.*25. *num.*213. *fol.* 521. Card. Tuſch. *litt. C. concl.* 92. *per tot.* Farinac. *quæſt.*11. *num.*54. *&* 59. vbi latè declarat, vide in meis reſol. *cap.*71. *num.* 23. *&* 24. vbi etiam quid dicendum in cauſis ciuilibus.

Quòd carceratus in carcere publico, in quo vnuſquiſque poteſt illum videre, poſſit citare, Bart. *in l. is qui reus n.* 14. *ff. de pub. iud.* Afflict. *deciſ.*82. *num.* 7. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 414. *num.* 15. Borgn. Caualc. *deciſ.* 14. *num.* 40. vbi quòd tenetur comparere per procuratorem, aliàs dicitur contumax, & poteſt condemnari, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*358. *num* 15. vbi quòd in ciuilibus ſuſtinetur proceſſus, & ſententia contra carceratum, iuxta dictam Bart. theoricam.

15 Carceratus iniuſtè, & relaxatus ſub iuramento de redeundo, tenetur redire, aliàs peccat, niſi ſibi immineret periculum vitæ, Euerard. *loc. à vi, & energ. iurament. n.*62. P. Manar. *Noſt. malencon. Interrog.* 174. Dian. *p.*9. *tract.* 8. *reſol.*57. vbi refert contrarias opiniones, & quid ſi carceratio eſſet iuſta.

Quòd iniuſtè carceratus poſſit etiam in foro conſcientiæ quocumque modo euadere, & impunè aufugere, etiam ſi ex tali fuga damnum contingat cuſtodi, imò & illum interficere, ſi aliter mortem euadere non poſſit, Menoch. *de arbitr. caſ.*301. *num.* 15. *& num.* 16. Guaz. *def.* 5. *cap.*4. *num.*10. Farinac. & Vulpin. *in ſuco quæſt.* 30. Diana *part.* 11. *tract.*6. *reſol.*52. *verſ. Colligitur*, P. Manar. *loc. ſupra cit. Interrog.*176. *&* 177. vbi quòd ad euadendam mortem, poſſit aufugere etiam iuſtè carceratus, dummodò violentiam magnam non faciat, & ad hunc effectum corrumpere etiam cuſtodes cum datione pecuniæ, vel ſimilibus artibus *inf. num.*25. *in fine.*

Quibus tamen contradicit Cabal. *reſol. crim. caſ.*42. *n.*2. dum vult talem fugientem pœna arbitraria pro fuga eſſe puniendum, quod verum eſſe poteſt vigore bannimentorum Status Etruriæ, vt dixi in mea Practica §. *Carcerati num.*2. *& ſeqq. &* §. *Reſiſtenza*, & quando poteſt carceratus liberari per viam iuſtitiæ, & recurſus ad ſuperiorem, nam ſi eſſet in manibus tiranni, & non poſſet aliter euadere indiſtinctè procedit, & veriſſima eſt concluſio ſuprapoſita in vtroque foro, iuxta declarationes Farinac. & aliorum ſupra citatorum, vide in §. *Damnatus num.*5. & in Practica §. *Condemnati num.*13. *& ſeqq.*

Quòd licèt poſſit, non tamen teneatur fugere, etiam ad vitandam mortem, Diana *part.*11. *tract.*6. *reſol.*46. *in fine*, vide in §. *Aggreſſio num.*6.

An autem in foro conſcientiæ ſit licitum alijs cooperari cum reo ad frangendum carcerem; dic quòd non, niſi ſint adeò coniuncti, vt poſsint eadem perſona cum reo reputari, vel tales, qui certiſſimè timerent reuelandos fore à reo carcerato, tunc enim perinde eſt, ac ſi ſe ipſos liberarent, ſeruatis tamen omnibus, quæ tenetur ſeruare ipſe reus, Diana *part.*9. *tract.*9. *reſol.*43. *per tot.* vbi etiam an innocens, qui re ipſa iniuſtè damnatur ad mortem, iuſtè tamen ſecundùm allegata, & probata, poſſit vi, & armis euadere, & refert contrarias opiniones.

Carceratus iniuſtè, & indebitè, ac detentus cum fideiuſſione de tuto carcere, ſi aufugerit non dicitur rumpere fideiuſſionem, nec fideiuſſor poteſt moleſtari, Farinac. *q.* 30. Guaz. *def.*5. *cap.* 4. *num.* 16. vbi tamen refert Baiard. atteſtantem quòd hoc eſſet difficilè in practica obtinere; ſed ſi notoriè conſtaret de iniuſta carceratione, eſſet admittenda dicta concluſio ex traditis per Menoch. *de arbitr. caſ.* 301. *num.*29. *&c.* 16

Carcerati qualiter dicantur pati ſucceſſiuum grauamen, & poſſint appellare etiam poſt decem dies, & quando ſecus, vide Scacc. *de appellat. quæſt.*12. *num.*145. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.*3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 626. *&c. fol.* 580. Ricc. *Collect.*3426. *&* 3474. Leoncil. *deciſ. Ferr.* 182. *nu.* 1. *& ſeqq.* Magon. *deciſ. Luc.* 49. *num.* 21. Bich. *deciſ.*217. *num.* 14. *& num.*15. vbi quo ad ſucceſſiuum grauamen intelligit ſi fuerint carcerati ad inſtantiam aduerſarij colligantis, ſecus ſi ex propria culpa, quia tunc impedimentum carcerationis non ſuffragatur, cùm poſſint appellare per procuratorem. 17

Quòd illis regulariter non currat tempus, & inter ſuas miſerias gaudeant multis priuilegijs, & quibus vide latè Guaz. *def.*6. *cap.*2. *per tot.* vbi vltrà 30. illorum priuilegia refert, & Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.*1. §.5. *per tot.* dixi in mea Practica §. *Carcerati num.* 48. Tuſch. *litt. C. concl.* 90. *&c.* Sanfelic. *deciſ.*52. vbi plura contra.

Sed quòd dicta priuilegia ſint intelligenda de iniuſtè carceratis videtur ſupponere Pac. Iordan. *Lucub. vol.*2. *lib.* 10. *tit.*7. *num.*349. *fol.*256.

Qualiter poſſint in integrum reſtitui ex capite abſentiæ; quid in captis ab hoſtibus, vel à latrunculis, Odd. *de reſtit. in integr. part.* 1. *quæſt.*7. *art.*5. *&* 6. *&c. per tot.*

Carcerati ſi ſint aliàs idonei, non ſuſpecti, & poſſideant bona in territorio iudicis, poſſunt ad inuicem fideiubere vnus pro alio, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & talis fideiuſſio vicaria appellatur, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.*72. *per tot.* Guaz. *def.* 26. *cap.*2. *num.*14. Marſil. *in repert. Rub. ff. de fideiuſſ. num.*368. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*230. *num.*16. *&c.* 18

Intellige pro diuerſis cauſis, vt dixi in mea Practica §. *Carcerati num.*25.

Carceratus pro crimine, pro quo ſit ſolum impoſita pœna pecuniaria poteſt ſub fideiuſſore relaxari, niſi fuerit carceratus non pro ſimplici cuſtodia, ſed tamquam iam condemnatus vt ſoluat, vel niſi ſit confeſſus, vel conuictus, & de proximo condemnandus, vel niſi aliàs de carcere aufugerit, vel niſi fuerit repertus in fragranti crimine, vel niſi crimen ſit publicum, & notorium, vel niſi aliter iure municipali ſit cautum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 303. *num.*1. *& ſeqq. ad* 15. vbi multum tribuit arbitrio iudicis in dictis caſibus, & certè ego ſemper vidi, vbi agitur de pœna pecuniaria relaxari ſub fideiuſſione, excepta prima limitatione, & quandoque etiam in dicto caſu, vide Farinac. & Vulpin. *in ſuco quæſt.*33. *per tot.* Tuſch. *litt. C. concluſ.*87. *per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 43. *num.*4. *& ſeqq. per tot.* 19

Si verò agatur de crimine, pro quo pœna corporalis ſit imponenda, non debet iuxta communem ferè omnium ſententiam vſu receptam relaxari ſub fideiuſſione, quicquid in puncto iuris, hoc totum eſſet in iudicis arbitrio, quem poſſe hunc carceratum ſub fideiuſſore dimittere pro-

probat Menoch. *d. cas.* 303. *num.* 15. *& seqq. ad* 23. vbi tamen non recedit à dicta communi, & practicata opinione, quam quinque modis ampliat, & extendit vsque ad n. 34. & huiusmodi distinctionem amplectitur etiam Farinac. *loc. cit.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 1. §. 11. *cap.* 2. *num.* 1. *& seqq.* Tusch. *d. cons* 87. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 293. Nouar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 156.

Vbi tamen delictum non esset probatum, vel adessent tantùm leuia indicia contra carceratum, vel si pœna corporalis esset imposita non principaliter, sed in defectum pecuniariæ, posset relaxari sub fideiussore, maximè si se obliget non tanquam simplex fideiussor, sed vti Commentariensis, & custos carcerati illum præsentare toties quoties, & ad omne mandatum, vt per Menoch. *d. cas.* 303. *n.* 34. *& seqq.* Farinac. & Scanarol. *in loc. cit.* & vide in mea Pract. §. *Carcerati num.* 16. vbi quando sit locus prædictis, vel non, *& num.* 17. ad quid teneatur fideiussor, vt supra in forma Commentariensis obligatus, de quo etiam Menoch. & Farinac. *loc. cit.* Paul. Christio. *ad leg. municip.* Mechlin. *tit.* 1. *art.* 5. vbi latè an fideiussor possit se obligare ad pœnam corporalem, & post multa pro affirmatiua per viam disputationis, negatiuè omninò tenendum concludit cum communi opinione, & idem Christin. *d. tract. tit.* 2. *art.* 43. *num.* 5. Farinac. *d. quæst.* 33. *num.* 76 vbi quòd dictam cautelam faciendi obligare fideiussores tamquam Commentarienses numquam vidit seruari, nec esse admissibilem, dicit Clar. *quæst.* 46. *vers. sed numquid in fine*.

Ego autem pluries (sed fortè erroneè) illam seruatam vidi à DD. Octo Balliæ Florentiæ, licèt postea ab vsu recesserit, tamquam inutilis per prædicta.

Et si agatur de delicto, pro quo veniat imponenda pœna arbitraria, si illa consueuit esse pecuniaria, potest carceratus sub fideiussore dimitti, secus si consueuit esse corporalis iuxta prædicta, vbi vero non constat de aliqua consuetudine, est in iudicis arbitrio illum sub fideiossore dimittere, vel non, Menoch. *d. cas.* 303. *num.* 39. *& seqq.* Farinac. vbi supra, & in mea Practica §. *Carcerati num.* 18. vbi etiam quid seruandum vigore legum municipalium Status Etruriæ.

Qualiter carceratus, qui spontè comparuit possit arbitrio iudicis admitti ad fideiussionem, & relaxari, Foller. *in prax. crim. part.* 2. 1. *par. verb. ipsisque examinatis*, Menoch. *de arbitr. quæst.* 88. Sanfelic. *decis.* 363. *cum Addit.* vbi plura ad rem.

30 Carceratus dimittendus sub fideiussore, si illum non inueniat, constito in actis, vel etiam per extraiudicialem informationem de impossibilitate debet relaxari sub iuratoria cautione, Clar. §. *fin. quæst.* 46. *vers. sed quid agendum*, de quo tamen vide Bart. *in l.* 1. *ff. qui satisd. cog.* Guaz. *def.* 26, *cap.* 2. *num.* 13. Marsil. *de fideiuss. num.* 166. *& seqq.* Maur. *eod. tract. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 26. *per tot.* Farinac. & Vulpin. *in suo quæst.* 33. Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. §. 1. *cap.* 8. *& 9. per tot.* in meis *resol. cap.* 39. *num.* 29. & 30. in Practica §. *Carcerati num.* 20. vbi quòd de consuetudine in criminalibus non admittitur cautio iuratoria, nisi agatur de leui crimine, vel cum consensu superioris, & dixi in §. *Cautio num.* 4. *& seqq.*

21 Carceratus linguam sibi abscindens, ne cogatur per tormenta confiteri delictum, habetur pro confesso, & potest de delicto condemnari, Cabal. *resolut. crim. cas.* 213. *per tot.*

Cùm enim per abscissionem linguæ efficiatur mutus, non potest tormentis subijci pro habenda veritate, Paul. Zacch. *quæst. Medic. legal. tom.* 2. *cons.* 50. Ambrosin. *process. informat. lib. cap.* 6. Guaz. *def.* 30. *cap.* 23. vide in §. *Tortura*.

22 Carceratus pro delicto capitali, & graui infamante, non est idoneus testis, sed aliqualem tantùm facit probationem, & indicium, vide Mascard. *de probat. concl.* 268. Farinac. *quæst.* 56. *art.* 4. Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 376. *&c. fol.* 323. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 335. *vers. sed oritur dubium*, *&c.*

23 Carceratus, qui effractum carcerem, vel apertum reperit, si fugiat non habetur pro confesso, punitur tamen pro fuga arbitrio iudicis, si verò fracto hostio, vel pariete fugit habetur pro confesso de crimine, pro quo detinebatur, nisi posteà reuertatur, vel fuerit iniustè carceratus, vel fugerit ad Principem, vel fugerit metu ignis, vel aquæ, Menoch. *de arbitr. cas.* 301. *num.* 1. *& seqq. ad* 20. Clar. §. *fin. quæst.* 21. *vers. tertio autem*, Cabal. *resol. crim. cas.* 8. *nu.* 30. Farinac. *quæst.* 30. *per tot.* vbi plenè Tusch. *lit. C. concl.* 88. Boer. *decis.* 215. 216. *&* 217. *per tot.* vbi plura Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 291. Mascard. *de probat. concl.* 266. Martha *var.* 138. Conciol. *resol. crim. verb. Carcer. resol.* 1. *per tot.* vbi cum Farinac. & alijs videtur tenere non haberi pro confesso, sed fugam magnum facere indicium, quod iunctum alijs, cum quibus fuerat carceratus, & eo citato, ac contumace operatur, vt possit condemnari in pœnam ordinariam delicti principalis, pro quo detinebatur, & ita pluries ego seruatum vidi, ac ipse seruaui, signanter in causa graui de mense Iunij 1678. contra Ioannem Aotonium de Monte Merculo, & alios quicquid non benè degustato articulo leuiter senserit Dominus Auditor Bandarum, qui prius votum suum in eadem causa dixerat, & mea sententia, siue Magistratus DD. Octo, cui tamquam à secretis consulebam fuit de more approbata à Serenissimo Magno Duce, & dixi in §. *Tortura num.* 25. Francis. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 24. *per tot.* vbi cumulat 22. requisita, vt carceratus fugiens à carcere eo effracto possit haberi pro confesso, & conuicto de crimine, pro quo detinebatur, & quando possit excusari à fuga, Conciol. cum Romaguet. *in Addit. ad statut. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 60. *per tot.* & nouissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 2. *ad* 6. vbi plenè materiam pertractat, *& num.* 18. *& seqq. per tot.* distinguendo multos casus, nempè simplicis cogitationis, & conspirationis inter carceratos (qui tamquam consistentes in solo animo, & discursu non sunt punibiles) attentatæ fracturæ, fugæ sine fractura, fracturæ, & fugæ simul eius, qui iniustè captus fregit carceres, & fugit, condemnati ad carcerem fugientis, vel tentantis, fugientis à triremibus, vel à domo Capitanei, fugientis à loco relegationis, vel confinij, vel a loco pro carcere assignato, ostendit in omnibus ferè casibus pœnam esse arbitrariam, & non capitalem, de qua in *l. eos ff. de custod. reor. & in l.* 1. *ff. de effract. & n.* 239. esse attendendam præeminentiam carceris, & Tribunalis, ac etiam causam detentionis, vt grauiùs puniatur, qui aufugit à carcere Tribunalis supremi, vel si detinebatur pro causa criminali, quam alius, qui fugit à carcere Tribunalis inferioris, vel si detinebatur pro causa ciuili, & alia plura ad rem.

An autem carcerati, siue iustè, siue iniustè possint tuta conscientia fugere, fractis etiam carceribus, latè Valer. *de different. vtriusque fori verb. Defensio*, *different.* 8. 9. *&* 10. *per tot.* vbi in omni casu affirmatiuam multis rationibus comprobat, & præcipuè ob ius, quod natura cuique indidit ad conseruationem sui, & amorem libertatis, vide in §. *Damnati sub num.* 5.

Et ideò nec peccare coadiuuantes carceratos ad fugam, concludit idem Valer. *d. tract. verb. Peccatum differ.* 17. vbi tamen referi alios contrarium tenentes, rem esse dubiam, & posse vtramque partem defendi.

Antequam tamen possit condemnari, vel pro fuga, vel pro delicto principali, pro quo detinebatur, debet iterùm in forma citari, vt dixi in mea Practica §. *Carcerati num.* 43. & probat Farinac. *loc. cit. num.* 40. *& seqq. ad* 46. Raynald. *loc. cit. num.* 192. *&c.* vbi plura de modo procedendi, & probandi fugam prædictam.

Quòd carceratus pro hæresi si fugiat etiam fracto carcere non habeatur pro confesso, neque conuicto, sed resultet contrà eum inditium ad torturam, & si citatus non compareat possit condemnari, Dian. *part.* 4. *tract.* 7. *resol.* 15.

Quòd pœna frangentis carceres, vel etiam solum tentantis aufugere à carceribus sit iudici arbitria, Ricc. *Collect.* 543. vide in §. *Tentans num.* 2. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 335.

Quòd carceratus recedens causa visitandi patrem, præsumatur animo redeundi, & non fugiendi, cesset contemptus, & pœna, Farinac. *quæst.* 30. *num.* 155. *& seqq.* Sanfelic. *decis.* 343. *num.* 6. *& seqq.*

Carceris effractor, vel instigator, fautor, & consultor, 24
vt carcerati fugiant, punitur eadem pœna, qua puniendi erant, qui aufugerunt iuxtà imputationes, quas habebant, non attento an iustè, vel iniustò detinerentur, & si detinebantur pro debito, tenetur pro illis soluere, ita vt nec admittatur ad probandum, illos verè non fuisse debitores, nec liberetur, etiam si debitores, qui fugerunt iterùm capiantur, & ad carceres reducantur, nisi notoriè constaret de iniusta carceratione, nam tunc effractor puniretur solùm iudicis arbitrio, Menoch. *de Arbitr. d. cas.* 301. *num.* 20. *& seqq. & cas.* 302. *num.* 2. *& seqq.* Boer. *decis.* 217. *per tot.* Cabal. *resol. crim. cas.* 8. *per tot.* Farinac. *qu.* 30. *num.* 92.

num. 92. *&c.* vide in mea Practica §. *Carcerati num.* 8. §. *Creditori num.* 16. *&* §. *Reſiſtenza num.* 5. *& ſeqq.* vbi quòd idem eſt in eximente debitorem à manibus birruariorum, vel aliter capturam impediente, etiam ſimpliciter admonendo, vt fugiat, quia remanet, vt ſupra obligatus ad fauorem creditoris, adde Paul. Chriſt. *deciſ. Belgic.* 179. *vol.* 1. *& deciſ.* 195. *num.* 14. *&c. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 586. Farinac. *quaeſt.* 32. *num.* 15. *&* 16. Sanfelic. *deciſ.* 44. *&* 47. & in Praxi *ſect.* 27. *num.* 17. *&* 18. vbi plurimos allegat ad oſtendendum quòd ſi perſona exempta ſit indebitè carcerata, nec eximens, nec eius fideiuſſor aliqua pœna teneantur, vide in §. *Eximens*, Conciol. *reſol.* 2. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. controu.* 17. *per tot.* vbi de pœna effractoris carcerum per tumultum, quæ fuit furcarum, & executa, Conciol. & Romaguer. *ad ſtatut. Eugub. lib.* 4. *Rub.* 60. *per tot.* Raynald. *loc. ſup. cit. nu.* 209. *& ſeqq. & d. cap.* 3. §. 10. *&* 11. vbi plura de eximentibus aliquem à manibus birruariorum, qua pœna puniantur.

Quoad Conſultorem, vide in §. *Conſilium num.* 6. & Chriſtin. *d. deciſ.* 179. *vol.* 1. *& ad leg. municip. tit.* 3. *art.* 3.

25 Carcerati ſi fugiant ex negligentia, vel culpa Cuſtodis, ſiue eius familiæ, tenetur ipſe cuſtos eadem pœna, qua puniendi erant aufugientes, & ſi erant detenti pro debito, tenetur creditoribus ſatisfacere, nec poteſt allegare illos non fuiſſe debitores, niſi de hoc notoriè conſtaret, poterit tamen reportata ceſſione repetere à fugitiuis, vel eorum fideiuſſoribus, & poſſet excuſari à dictis pœnis ſi ſolitam adhibuit diligentiam, vel ſi fugerunt opera ſocij a Magiſtratu deputari, & in alijs caſibus, vt per Boer. *deciſ.* 217. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 404. *obſeruat.* 16. Nouar. *Collect.* 161. vbi quòd tenetur de culpa ſubſtituti, & non poteſt liberare aliquem ſine licentia iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 302. *per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 39. *& ſeqq.* vbi plura de officio Commentarienſis, Sanfelic. *deciſ.* 46. *per tot.* vbi notat plura ſpecialia, Farinac. *quaeſt.* 31. vbi etiam quòd ſi debitor, qui fugam arripuit non ſit ſoluendo, vel ſi reduceretur ad carceres, non tenetur cuſtos, & ita ſeruari in practica, quicquid ſit de rigore iuris, vide Tuſch. *litt. C. concl.* 121. *&c.* vbi etiam an, & quando teneatur de morte carcerati, latè Matthæu. Sanz. *de re crim. controu.* 18. *&* 19. vbi alia plura, quando cuſtos teneatur de negligentia, vel omiſſione circa cuſtodiam, vel non.

Quamuis autem cuſtos carcerum, qui carceratum permiſerit fugere per dolum teneatur eadem pœna, qua carceratus, tamen illius caſus reputatur gratiabilis, etſi non eſſet gratiabilis caſus carcerati, qui aufugit ob grauitatem delicti, de quo imputabatur, Calu. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 100. *per tot.*

Vbi de carceratis fugientibus ex negligentia, vel culpa cuſtodis, qualiter teneatur ipſe cuſtos, adde Romaguer. nouiſſimè in addit. ad Conciol. *ſtat. Eugub. lib.* 1. *Rub.* 16. *per tot.* & Raynald. *vbi ſupra num.* 251. *& ſeqq. per tot.*

Qualiter autem iniuſtè carceratus, & ad mortem damnatus, ſi alia via non poſſit euadere, poſſit vt fugiat cuſtodem carceris occidere, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 43. *per tot. vide in* §. *Damnatus num.* 5. *ſupra num.* 15.

26 Carcerati plures pro debito facta ſimul conſpiratione frangentes oſtium, vel carceres, & fugientes, remanent ſimul omnes obligati in ſolidum pro debitis omnium reſpectiuè, Plot. *de in lit. iurand.* §. 25. *num.* 7. Menoch. *de arbit. caſ.* 301. *num.* 27. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 8. *num.* 24. vide Farinac. & Vulpin. *in ſuco quaeſt.* 30. *num.* .. Panimol. *in ſua Idea conſtit.* 18. *num.* 21. *& ſeqq.*

In ſtatibus tamen Etruriæ, & per Magiſtratum Dominorum Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, pluries vidi, dictos carceratos pro debitis fugientes, condemnari ad ſoluendum ſuis creditoribus non in ſolidum, ſed vnumquemque pro rata ſui debiti tantùm, vel ex eo quòd vt plurimum non conſtet in actis de dicta conſpiratione, & deliberatione fugiendi ſimul facta, vel quia ſic ſeruari ſit ſolitum ex inueterata conſuetudine, & ſtylo, qui facit ius, vt dixi in §. *Conſuetudo*.

Quamuis poſteà de anno 1666. quo tempore (mortuo D. Bartolomeo Caballo Rauennatenſi Auditore Fiſcali S. C. S.) cœperunt negotia criminalia videri per Dominos tres Auditores Rotæ Deputatos, fuerit pluries reſcriptum condemnari in ſolidum, prout in filcia negotiorum dicti anni ſub num. 569.

Sed quia fuit dubitatum an eſſet de mente Principis ad relationem dictorum Auditorum de huiuſmodi ſtylo forſan non informatorum, recedere ab illo, fuit de hoc factum particulare negotium ipſi Principi ſub die 15. Nouembris 1666. in cauſa cuiuſdam Franciſci del Vegna, & aliorum, vt in Giornali 618. à c. 76. cuius dum hæc ſcriberem nondum erat habita reſolutio, quæ poſteà fuit, vt tenerentur in ſolidum: ſed vide aliud negotium ſub die 7. Septembris 1666. contra Chriſtoforum Giuntinum in filcia negotiorum dicti Magiſtratus ſub num. 767. in quo plures pro fractura carceris condemnabantur in ſolidum contrà ſententiam, & ſolitum ſtylum dicti Magiſtratus, qui ideò facto de hoc nouo negotio S. C. S. obtinuit illius ſententiam confirmari, & ita in poſterum debere ſeruari, vt ſcilicet vnuſquiſque condemnetur tantùm pro rata ſui debiti, pro quo detinebatur, & non in ſolidum, nec pro debitis aliorum, licèt quoad expenſam refectionis carceris omnes condemnentur, & ſemper fuerint condemnati in ſolidum, prout patet in filcia dictorum negotiorum de anno 1667. ſub num. 1263. & apud me inter *alleg. crim. diuerſ. fol.* 61. *&c.*

Carceratus mortuus repertus in carcere qualiter præſumatur culpa cuſtodis mortuus, niſi aliud probetur, vide Maſcard. *de probat. concl.* 267. *per tot.* Farinac. *quaeſt.* 31. *num.* 44. *& ſeqq.* vbi benè declarat, & pluribus citatis probat, vide Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 335. vbi plura de officio dicti cuſtodis, & an occidens carceratum intus carceres teneatur crimine læſæ Maieſtatis, & negatiuè concludit Matthæu. Sanz. *de re crim. controu.* 18. *&* 19. vbi an Commentarienſes teneantur de homicidio in carcere patrato. 27

Carceratus fracto carcere ad Eccleſiam confugiens an illius immunitate gaudeat, dic quòd ſi detinebatur pro delicto excepto, & pro quo non gaudebat immunitate, non etiam gaudebit poſt fugam, ne ſit melioris conditionis qui fugit a carcere, quàm qui recto tramite ante capturam ad Eccleſiam recurrit, dummodò tamen de delicto, & qualitate immunitatem auferente legitimè conſtet, ac ita declaretur à Iudice Eccleſiaſtico, qui de hoc non tenetur ſtare proceſſui iudicis ſæcularis, & ideò non ſufficit tacita confeſſio ipſius delicti ex fuga reſultans, cùm etiam fugiens fracto carcere non puniatur pœna confeſſati criminis, ſed alia arbitraria non propter delictum, ſed propter fracturam, & fugam (licèt ſi remaneat contumax condemnetur etiam pro delicto principali in pœnam illius tamquam contumax, & fictè confeſſus; vt ſæpiſſimè ſeruatum vidi.) 28

Si verò detinebatur pro delicto non excepto, & pro quo aliàs immunitate gauderet, illa non priuatur propter fracturam, vel fugam, quia caſus non eſt exceptus à Bulla Gregoriana, Ambroſin. *de immunitat. Eccleſ. cap.* 10. *num.* 11. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 28. Farinac. *quaeſt.* 28. *num.* 42. *& ſeqq. quaeſt.* 30. *num.* 42. *& in Append. de immunit. cap.* 15. *num.* 193 Ciarlin. *controu. forenſ. cap.* 14. *per tot. vide in* §. *Immunitas num.* 13. *&c. num.* 22.

Carceratus, indebitè extractus ab Eccleſia, ſi fugiat, & deindè extrà Eccleſiam apprehendatur, an gaudeat immunitate, negatiuè Sanfelic. *deciſ.* 242. & Farinac. *de immunit. Eccleſ. quaeſt.* 19. *num.* 306.

Carceratus delinquens in carceribus debet puniri per iudicem, cuius nomine detinebatur, & non per iudicem loci, qui nudum præſtitit auxilium facti in detinendo carceratum, prout deciſum refert Sanfelic. *deciſ.* 63. *num.* 13. per doctrinam Bart. *in l. à Diuo Pio* §. *Sententiam Romæ verſ. vero præſtet auxilium ff. de re iud.* facit quod dixi in §. *Bannitus num.* 36. *in fine*, *& in* §. *Iudex num.* 10. 29

Si tamen ageretur inter Iudices diuerſorum Statuum, vel diuerſæ iuriſdictionis, aliæ caderent inſpectiones, de quibus forſan alibi, & facit quod dixi in §. *Immunitas num.* 15.

Vbi quòd carceratus delinquens in carceribus debet puniri per Iudicem cuius nomine detinetur, & non per Iudicem loci, qui nudum præſtitit auxilium facti in detinendo, ſecundùm Sanfelic. add. quem ſequitur etiam Quæſada, & Pilo *Diſſert.* 25. *num.* 26. *& ſeqq.* Tondut. *de præuent. tom.* 2. *cap.* 46. *num.* 11. *& num.* 12. Guid. Fulcod. *quaeſt.* 23. *impreſſ. per Caren. poſt tract. de S. Offic.* Emeric. *Direct. Inquiſ. quaeſt.* 97. & Pegna *ibidem Coment.* 146. *verſ. & quantum &c.*

Contrarium tamen, nempè pro attentata fuga, vel alio delicto in carceribus commiſſo, cognitionem, & punitionem ſpectare ad ſuperiorem, & Dominum loci, vel carceris, in quo carceratus delinquit, cùm eius iuriſdictio dicatur offenſa; & hoc ſaltem cum præuentione, per text.

in

in l. nullum C. de test. Franch. decis. 679. Farinac. quæst. 30. num. 1. & seqq. Capiblanc. de Baron. pragm. 8. part. 1. nu. 225. Carena de S. Offic. part. 2. tit. 17. §. 21. num. 78. & nouissimè, ac strenuè tuetur, alios etiam allegans, & contrarijs respondens, ac benè declarans Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 3. §. 2. ad 6. à num. 41. & seqq. ad 59. fol. 253. &c.

Alia plura notabilia de carceribus, & carceratis tradit Thoro Compend. decis. Neap. part. 1. 2. & 3. verb. Captus, & Carceratus, Casteion. remissiuè in Alphabet. iurid. verb. Carcer, & Com. August. Fontana in Biblioth. leg. part. 4. fol. 204. &c.

§. CASVS. VI.

1 CAsus fortuitus numquam præstatur, nisi de illo sit facta expressa mentio, Boss. tit. de remiss. merced. n. 58. vbi plura, vel nisi adesset iuramentum, quod habet vim expressi, Euerard. loc. à vi, & energ. iuram. num. 34. Michalor. de fratr. part. 2. cap. 46. num. 18. latè Gratian. discept. forens. cap. 195. vbi quo ad iuramentum tenet contrarium, & in cap. 534. num. 38. & cap. 557. num. 69. Magon. decis. Flor. 67. per tot. vbi pariter de iuramento contrarium firmat Pacion. de locat. & conduct. cap. 49. num. 78. & seqq. vbi benè distinguit, vt prima opinio procedat, quando exclusio casus fortuiti resultat ex sola non expressione, secunda autem si ex defectu consensus, & voluntatis, quia deficiente consensu iuramentum nihil operatur, & alia plura de susceptione casus fortuiti.

Quòd suscipiens in se casus fortuitos etiam cum iuramento non teneatur de insolitis, & verisimiliter non cogitatis, Boss. vbi supra num. 66. &c. Euerard. loc. cit. Petr. Santer. Lusit. tract. de Assecurat. & sponsion. part. 4. per tot. Menoch. de arbitr. cas. 80. per tot. Gratian. & Magon. loc. cit. Gayl. lib. 2. obser. cap. 23. num. 18. Garzia Millin. decis. 139.

Quòd suscipiens casus fortuitos intelligatur etiam suscepisse insolitos, non tamen ita insolitos, quin à viro prudenti præuideri possint, valdè verò insolitos, qui verisimiliter à quouis viro prudente excogitari non potuissent, non intelligitur suscepisse, Corn. cons. 12. lib. 4. quem sequitur Menoch. d. cas. 80. num. 6. & seqq. vbi etiam quis dicatur casus ita insolitus, vt cogitatus minimè dicatur, & post relatas quinque opiniones, remittit arbitrio iudicis, qui consideratis qualitatibus, & circumstantijs casus, eum solitum, vel insolitum iudicabit, vide in §. Conductor num. 35. & seqq.

Quòd suscipiens in se casus fortuitos, vel eis generaliter renuncians, de insolitis etiam sensisse intelligatur, Fachin. lib. 1. controu. 86. Diana part. 8. tract. 7. resol. 31. vbi adducit rationes, & contrarijs respondet. Verum ego prædictæ distinctioni adhæreo, quam etiam sequi videtur Paul. Christ. decis. 111. num. 7. vol. 3. vbi se remittit ad Io. de Castillo. Soto maior. tract. quotid. controu. cap. 3. quem dicit omnia doctè declarasse, & ponderasse, vt inde quid sentiendum sit in hac controuersia dilucidè constet.

In huiusmodi susceptione casuum fortuitorum numquam veniunt illi, qui ex culpa partis occurrunt, Gratian. discept. forens. cap. 806. num. 8.

Item non veniunt illi casus, qui ex facto Principis proueniunt, idem Gratian. discept. 884. num. 13. vide in §. Factum.

Quando autem, & ex quibus dicatur quis in se suscepisse fortuitos casus, latè Tusch. litt. F. concl. 431. per tot.

Quis dicatur casus fortuitus text. & DD. in l. 2. ff. de administrat. rer. ad Ciuit. pertin. Ricc. Collect. 478.

Quòd si aliqui casus fuerint expressi, vel exceptuati, reliqui omnes comprehendantur ob vim exceptionis, Rot. part. 6. recent. decis. 24. num. 2. & 3.

2 Casus insolitus dicitur ille, qui rarissimè contingere solet, adeò vt vix in mille annis semel eueniat, & nihilominus ex verbis vniuersalibus negatiuis, & geminatis dicitur saltem in genere de illo cogitatum, Rol. cons. 5. nu. 44. lib. 1. Natt. cons. 397. num. 3. Arismin. Tepat. var. sent. tit. 94. per tot. Crauet. cons. 294. num. 3. &c. cum alijs per Altograd. cons. 70. num. 33. & 34. lib. 2. Garzia Millin. decis. 139. vbi quòd probatur per testes asserentes quòd similis casus numquam fuit visus, Bich. decis. 191. num. 22. & seqq. vbi quòd susceptio omnis periculi est illicita, & vsuraria, cùm sit contrà ius, vt dans pecunias habeat caput saluum, & recipiens habeat caput fractum perdendo oleum, & operam, nisi adsit iusta recompensatio periculi suscepti, dimittendo assecuranti certam partem lucri ex pecunijs percipiendis, & facit Pacion. de locat. d. cap. 49. num. 60. & seqq. & vide in §. Periculum.

Quòd casus insolitus dicatur ille, qui non potest probari per memoriam hominum, & sic qui spatio 60. annorum numquam euenit, Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 12. & 13.

Quòd casus fortuiti appellatione vbi quis illum in se suscepit, vel ei renunciauit non veniant insoliti, qui accidunt præter omnem verisimilitudinem, & prudentis viri cogitationem, licèt fortè à prudentissimo excogitari potuerint, Barbos. de appellat. verb. signif. appellat. 42. num. 7. &c. Garzia Millin. d. decis. 139. Gamm. decis. Lusit. 349. num. 10. & 11. Arismin. Tepat. d. tit. 94. cap. 5.

Casus fortuitus non venit appellatione periculi, & ideò suscipiens omne risicum, & periculum, non tenetur de casu fortuito, Duen. reg. 380. & dixi in §. Periculum num. 1. Arismin. Tepat. var. sent. tit. 94. Sebast. Medic. de cas. fort. p. 2. quæst. 15. per tot. 3

An, & quando casus fortuitus noceat, vel non suscipienti in se periculum, vel è contra, latè Tusch. litt. F. concl. 430. per tot. Diana part. 8. tract. 7. resol. 32. vbi latè probat, quòd suscipiens in se periculum tenetur etiam ad casum fortuitum, sed posteà relinquit lectori cogitandum.

Casus fortuitus dicitur factum Principis non speratum, 4 incendium, pestis, carestia immodica, bellum, siue incursus hostium, & demum omnis casus, qui prouidentia humana præuideri non potest, licèt vt plurimum contingere soleat, Barbos. de appellat. verb. signif. appellat. 42. per tot. Ciarlin. controu. 133. num. 32. &c. vbi de bello, quòd sit casus fortuitus, sed tamen non insolitus, Tusch. litt. F. conclus. 427. vbi enumerat plures alios casus, qui dicuntur fortuiti, & Arismin. Tepat. var. sent. tit. 94. per tot.

Quòd casus fortuitus, vel impossibilis reputetur gratia pendens à voluntate Principis, Ludouis. decis. 371. num. 5. vbi tamen Beltram. in Annot. dicit non procedere in ijs, quæ de facili, & indistinctè concedi solent.

Casus fortuitus, licèt imputetur illi, cuius culpa præcessit, & ei causam dedit, non tamen imputatur, vbi etiam 5 citra dictam culpam omnino contigisset, prout dicimus de mora debitoris, quæ illi non nocet, quando res eodem modo fuisset peritura penes creditorem, Bart. in l. si vt certo §. Sed interdum ff. comodat. Bald. cons. 145. col. 4. lib. 3. glos. Bart. & alij in l. quod te ff. si cert. pet. cum alijs per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 11. vide in §. Debitor, Tusch. litt. F. concl. 428. & seqq. vbi ad quem spectet casus fortuitus, quando liberet à pœna, & obligatione, vel non, & quid operetur, Thomat. decis. 233. vbi an, & quando præstetur casus fortuitus inter socios, vel non.

An præstet iustam causam restitutionis in integrum, vide Odd. de restit. in integ. quæst. 14. art. 1. per tot. & quæst. 16. num. 29.

Casus fortuitus probari debet ab allegante, Mascard. de 6 probat. concl. 272. & 273. per tot. quando sumus in casibus, qui regulariter sine culpa euenire solent, vt vis hostium, impetus acquarum, & similes, probato facto censetur probatum illud fuisse fortuitum, & afferenti culpam præcessisse incumbit probatio; quando autem sumus in casibus, qui regulariter euenire non solent sine culpa, vt furtum, incendium, & similes, allegans casum esse fortuitum, tenetur probare culpam abfuisse, cùm tunc præsumatur culpa licet leuissima, Bart. in l. si quis §. an vero ff. de edend. Michalor. de fratr. part. 2. cap 46. num. 13. & cap. 47. per tot. Menoch. lib. 5. præsumpt. 13. num. 128. & seqq. & lib. 6. præsumpt. 61. num. 30. & seqq. Mascard. d. concl. 272. & 273. Ludouis. decis. 278. & 528. Sebast. Medic. de cas. fort. part. 1. quæst. 14. per tot. vbi etiam qualiter possit probari iuramento, testibus, fama, coniecturis, & huiusmodi legitimis probationibus.

Quòd asserens casum euenisse culpa alterius, debeat probare culpam ipsam fuisse ad casum ordinatam, & ob id quòd si culpa illa commissa non fuisset, casus non euenisset, Menoch. lib. 5. præsumpt. 3. num. 138. vide in §. Culpa num. 6. & §. Interesse num. 35.

Casus contingens in itinere in longinquis partibus, po- 7 test probari absque solemnitatibus citationum, & similium, vide Gratian. discept. forens. cap. 677. num. 20. & seqq. Paul. Christin. decis. 60. num. 13. &c. vol. 5. & decis. 65. num. 2. &c. d. vol. 5.

d. vol.5. Rot. *in Rom. Aſſecuration is Lunæ 26. Iunij* 1673. coram Matthæio poſt Vrceol. *de tr anſact. deciſ.* 13. *num.4. & 5.* vbi intelligit, quando caſus na ufragij accidit in loco, à quo pars longè diſtat, ſecùs verò ſi pars ſit præſens in illo loco, nam tunc iudicium ſine illius citatione eſſet nullum, & alia plura de probatione caſus naufragij, vel depredationis, ad hoc vt ſit locus promiſſæ aſſecurationi, & eadem Rot. *in Romana aſſecurationis* 13. *Iunij* 1674. coram Taya poſt Vrceol. *d. tract. deciſ.66. num.2.* vbi quòd debet probari intra annum, & pro locorum interuallo intra biennium, & coram iudicibus loci caſus ſecuti.

8 Caſus genitiuus quando importet ius, dominium, poſſeſſionem, vel vtrumque, latè Tuſch. *litt. G. concl* .37. *per tot.* vide in §. *Dominium num.*10. Rot. *part.*12. *recent. deciſ.* 157. *num.*14. vbi quòd ſignificat dominium rei, cui proximè adijcitur, cùm relatio ſit facienda ad proxima, & non ad remota.

9 Caſus mortis ex coniecturata mente teſtatoris trahitur ad caſum non natiuitatis in inſtitutionibus, in quibus ſit lata interpretatio, ſecus autem in ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis, Marcian. *diſput. for. cap.* 68. *num.* 10. facit quod dixi in §. *Linea num.*3. §. *Subſtitutio num.*49. *&* §. *Verbum num.*34.

10 Caſus omiſſus à ſtatuto, vel alia conſtitutione remanet ſub diſpoſitione iuris communis, *l. commodiſſime ff. de lib. & poſth. l. ſi cum dotem ff. ſolut. matrim.* Rot. per Farinac. *deciſ.*491. *num.*7. 662. *num.*3. *& deciſ.*675. *num.*2. & alibi ſæpè vide in §. *Statutum*.

Quòd etiam caſus mixtus non comprehendatur ſub ſtatuto loquente de ſimplici, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 770. *num.* 19. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 170. *num.* 17. Ludouiſ. *deciſ.*87. *num.*8. *in* §. *Statutum circa generalia num.* 15. vbi quid ſi vigeret eadem ratio, & alia plura, vide in §. *Affinitas num.*15.

Quòd caſus ſimplex in fauorabilibus veniat appellatione mixti, & in diſpoſitione de mixto loquente, Rot. poſt Merlin. *de legit. deciſ.*57. *num.*28.

Caſus etiam ſimilis, & in quo militet eadem ratio, non extenſiuè, ſed comprehenſiuè venit ſub eadem diſpoſitione, Rimin. iun. *conſ.*4. *num.*9. *&c. lib.*1. Rot. per Farinac. *deciſ.* 182. *num.*2. Seraphin. *deciſ.*266. *num.* 7. Ludouiſ. *deciſ.* 293. *num.*14. vbi quòd in quacumque diſpoſitione etiam odioſa, & correctoria dicitur comprehenſus caſus, qui venit ſub ratione expreſſa, licèt verba deficiant.

Qualiter caſus omiſſus à ſtatuto, vel à teſtatore remaneat in diſpoſitione iuris communis, niſi habeat ſimilitudinem cum caſu expreſſo, quia tunc diſpoſitio expreſſi trahitur ad caſum omiſſum, vide inter conſilia *vlt. vol. diuerſ. collecta* per Zilett. *vol.* 1. *conſ.* 64. *num.* 3. *&c. conſ.* 65. *num.* 11. *&c. conſ.*68. *conſ.*74. *conſ.*75. *conſ.*163. *&c.*

Quòd vbi caſus verus, & fictus æquiparantur, diſpoſitio facta in caſu vero, locum habeat etiam in ficto, Seraphin. *deciſ.*1251. *num.*17. Mareſcott. *var. reſol. lib.*2. *cap.*80. *num.*17.

11 Caſus fortuitus licèt in contractibus poſſit regulariter per vnam ex partibus ſuſcipi, & in pactum deduci, etiam præter, vel contra naturam contractus, *l. contractus* 24. *ff. de reg. iur. l.*7. §. *ſed & ſi ff. de pact. cum ſimilibus*, Santern. *tract. de Aſſecurat. part.*1. *nu.*5. Gayl. *obſeru.*23. *nu.*17. *lib.*1. Surd. *conſ.*61. *num.*7. Galeræt. *cent.*2. *renunciat.* 101. *num.* 6. *& ſeqq.* Tamen ſecus eſt in cenſibus, in quibus vigore Bullæ Pij V. prohibentur omnia pacta, quæ caſus fortuitos directè, vel indirectè in eum reijciunt, qui aliàs ex natura contractus, & iuris diſpoſitione ad illos non tenetur, Nauar. *de vſur. num.*90. Vgolin. *de vſur. cap.* 5. §. 12. *num.* 1. latè Leotard. *de vſur. quæſt.*64 *per tot.* vbi intelligit de caſibus, qui in ipſa re, & ſubſtantia rei contingunt, vitiari pacta, & non contractum, ceſſante culpa debitoris, & alijs modis materiam iſtam declarat, vide in §. *Pactum num.*27. *&* §. *Cenſus num.*30. *&c.*

12 Caſus fortuitus dicitur ille, qui nullo hominum conſilio præuideri poteſt, vel inopinatæ rei euentus, qui præuideri non poteſt, vel eſt accidens, quòd per cuſtodiam, curam, vel diligentiam mentis humanæ non poteſt euitari ab eo qui patitur; quotuplex ſit caſus fortuitus, quomodo probari debeat, quos obliget, vel non, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, ac etiam in iudicijs, & alia plura de hac materia, & in ſpecie de pluribus caſibus fortuitis, nempè bello, ſterilitate, paupertate, infirmitate, incendio, ruina, naufragio, & huiuſmodi, latè Sebaſt. Medic. *tract. de caſ. fortuit. part.* 1. *quæſt.* 12. *& ſeqq. per tot. & part.* 2. *per tot.* Martha *vot. Piſ.*58. *per tot.* vbi de naufragio, & furto eius occaſione commiſſo, Pacion. *de locat. & conduct. cap.*40. *num.*82. *& ſeqq.* Hermoſill. *ad leg. Partit. tom.*1. *tit.*2. *leg.*3. *gloſſ.*1. *& ſeqq. fol.*180. vbi quid ſit caſus fortuitus, à quo probandus, de incendio, furto, & alijs caſibus fortuitis, occurrentibus circa rem commodatam; & alia plura de diuerſis caſibus fortuitis, quando obligent, vel non, Aluarez Pegaſ. *reſol. for. cap.*3. *num.*1. *& ſeqq.* & nonnulla remiſſiuè Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. part.*4. *fol.*210.

Caſus fortuitus ſuperueniens, per quem impeditur aduentus temporis adiecti per viam modi non vitiat diſpoſitionem, ſed facit vt habeatur, ac ſi tempus aduenisset, & modus fuiſſet adimpletus, *l. quæ ſub conditione* §. *Quoties ff. de condit. inſtit. & l. Titio ff. de leg.* 1. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.*13. *num.*25. Surd. *de aliment. tit.*8. *priuileg.*24. *num.*9. Menoch. *de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*146. *num.*48. cum alijs per Bich. *deciſ.*196. *num.*6. *&* 7. vbi de extimatione bonorum facienda in tempus nuptiarum, vt debeat fieri de tempore mortis, quæ ſuperuenit ante nuptias, vide in §. *Modus num.*6. *&* §. *Conditio num.*3. Velam. *Differt.*4. *num.* 37. *Differt.*5. *num.*8. & alibi, vt in Indice *verb. Caſus*, vbi qualiter caſus omiſſus in quacumque diſpoſitione, ſiue legis, ſiue hominis remaneat ſub regula, & diſpoſitione iuris communis. In lege tamen vbi eamdem rationem habet cum expreſſo, etſi verbis non comprehendatur, veniat tamen ſub mente, idem Vela. *Differt.*7. *num.*20. *Differt.*11. *num.*95. *&* 96. *& Differt.*21. *num.*18. 13

Quòd caſus dicatur omiſſus vbi non concordat cum ſcriptura teſtamenti, vel talis ſcriptura non concordat cum illo, etiam ſi aliorum expreſſorum ratio in eo concurreret, Rot. *Lucen. in Lucana Saluiani pro fideicommiſſo particulari* 3. *Ianuarij* 1688. *coram Illuſtriſſimo D. Bernardino Auguſtino*, apud Modern. Iacob. Balduc. *in obſeru. ad conſ. Ramon. deciſ.*44. *num.*7. *& ſeqq. & num.*90. *&* 91.

§. CAVPONES. VII.

Caupones, Nautæ, & Stabularij qualiter teneantur de commiſſis in hoſpitio, naui, vel ſtabulo, Cabal. *reſol. crim. caſ.*70. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 191. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*203. *num.*12. *& ſeqq. vol.*2. vbi etiam ſi res non fuerint oſtenſæ, nec expreſsè conſignatæ, *& deciſ.*65. *per tot. vol.* 5. *& ad leg. municip. tit.* 8. *art.*15. *& tit.*13. *art.*13. vbi qualiter etiam è contra ſint priuilegiati pro mercede, vel alimentis ſibi debitis, Peguer. *deciſ.*45. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*677. *nu.*27. *&c.* Menoch. *de arbitr. caſ.*208. *num.*26. *& ſeqq.* dixi latè, & diſtinctè in meis reſol. *cap.*37. *per tot.* & iuxta ibi dicta fuit me proponente reſolutum per Magiſtratum Dominorum Octo Virorum Balliæ Ciuitatis Florentiæ de menſe Octobris 1665. in cauſa contra quemdam Petrum de Veſaris cauponem nuncupatum *il Duca*, & approbatum prout in filcia negotiorum dicti anni ſub *num.* 369. quod ſequitur, me, & alijs pluribus citatis Romaguer. ad Conciol. *ſtatut. Eugub. lib.*5. *rub.*12. *num.*11. Et de hac materia cauponum, & ſimilium, ad quid teneantur, Creſp. de Valdaur. *obſeru.* 67. *per tot.* Papon. de Areſt. *lib.*23. *tit.*6. *art.*4. Bobadil. *lib.*3. *Politic. cap.*13. Pichard. *in* §. *vlt. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſc.* Caſteion. *in Alphabet. iuridic. verb. Caupones*, Com. Aug. Font. *in Biblioth. leg. part.*4. *fol.*214. 1

Licèt prædicti in foro teneantur de omni culpa etiam leuiſſima, tamen in foro conſcientiæ teneatur ſolum de dolo, & leui culpa, Dian. *part.*3. *tract.*6. *reſol.*21. vide in §. *Depoſitum num.*17.

Quòd ſimiles perſonæ habeant præſumptionem iuris contra ſe, & vix à furto abſtinere valeant, *l.* 1. §. 1. *ff. de naut. caup. & ſtab.* & cadant ſub Rubrica trium latronum, dixit Magon. *deciſ. Flor.*25. *num.* 14. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*65. *num.* 17. *&c. vol.*5.

Qualiter teneantur de culpa, & negligentia, ſiue de facto ſuæ familiæ, Magon. *deciſ. Flor.*111 *num.*12. *&* 57. & in dictis meis reſol. *cap.*37. Tuſch. *litt. N. concl.*16. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.*201. *&* 202. *vol.*2. vbi plura de nautis, ad quæ teneantur, vel non, *& deciſ.*58. *& ſeqq. vol.*5.

Caupones, & familia an, & quando poſſint torqueri ſine alijs indicijs ob furtum in caupona factum, vide Farinac. *quæſt.*37. *num.*158. *& ſeqq.* 2

Quòd dominus nauis facto naufragio non teneatur de fur-

furto in naui hac de causa commisso, cùm sit casus fortuitus quomodo probetur, Martha *vot. Pis.58. per tot.*

Caupones postquam inceperunt tenere apertas tabernas ad hospitandum viatores, & semel id officium susceperunt possunt cogi hospites recipere, Bart. *in l.1. §. cura ff. de off. Præfect. Vrb. & in l.1. num.1. ff. naut. caup. & stabul.* Cabal. *resol. crim. cas.187. num.1. & cas. 287. num. 70. & seqq.* latè Caroc. *de locat. & conduct. part.3. qu.8. per tot. fol. mihi* 152. Prosper. Rendel. *tract. de vinea, vindem. & vino fol. 78. col. 1. vers. verum caue*, vbi limitat nisi locus esset iam præoccupatus, & alios non caperet, vel ex alia iusta causa daretur excusatio, fortè quia hospites essent rixosi, vel banniti, quos etiam debent denunciare si illos nouerint.

Non tamen possunt recipere ciues, & oppidanos loci voluptatis causa tabernam frequentare volentes, & qualiter puniantur tam ipsi caupones, quàm ciues ganeas præter necessitatem frequentantes maximè de iure canonico, vide Menoch. *de Arbitr. cas. 533. per tot.* Peguer. *decis. 44. per tot.* Petr. Gregor. *Syntagm. iur. lib.39. cap.7.* Id quod cauetur etiam lege municipali Florentiæ, vt dixi in mea Pract. §. *Osti num.14.* licèt de facto non seruetur.

Non itaque doleant (prout pluries exclamantes audiui de suis Superioribus, & Episcopis) personæ Ecclesiasticæ, dum per Constitutiones sinodales, vel bannimenta particularia sub certis pœnis pecuniarijs, vel alijs, prohibentur tabernas in loco frequentare, eùm sit de iure maximè canonico vt dixi, quod Clerici omninò seruare tenentur, & in specie benè probat Peguer. *d. decis.44. num.* 13. per text. *in cap. non oportet. distinct. 44. cap. nullus de consecrat. distinct. 5. cap. à crapula de vit. & honest. Cler.* vbi quòd possunt ab officio, & beneficio suspendi, si committi non abstineant, vide in §. *Clericus num.* 31.

3 Caupones cum teneantur recipere omnes viatores, & forenses, si ignoranter (prout præsumitur non constito de scientia saltem præsumpta, vel per coniecturas) receptauerint bannitum non tenentur statuti, vel banni pœna contra receptatores bannitorum, sed possunt illis dare quod comedant, & bibant absque pœna, imò etiam si scirent esse bannitum, vbi per violentiam sint coacti, Cabal. *resol. crim. cas.287. num.71. & seqq. per tot.* Menoch. *de Arbitr. cas.348. num.15. & seqq vide in §. Statutum puniens.*

Vbi de Cauponibus receptantibus bannitos, quando teneantur &c. Adde quod me citato, sequitur Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Engub. lib.4. rub.54. in fine.*

Alia de Cauponibus, vide in §. *Hospes in meis resol. cap. 37. per tot.* & in Pract. §. *Osti per tot.* vbi plura de iure municipali status Florentini.

4 Caupona, siue caupones qualiter differant à taberna, vel tabernarijs, & an caupona possit aperiri, & exerceri in loco honesto, vbi antea non fuit; inuitis vicinis, vide Menoch. *cons.798.* vbi concludit non impediri dominum locare domum suam ad hospitium, siue cauponam pro recipiendis aduenis, stabulumque habere, etiam inuitis, & repugnantibus vicinis, cùm non sit res inhonesta.

An autem Reipublicæ expediat statuto limitare, & taxare numerum Cauponarum, stabulariorum, & huiusmodi vilium artium, vide Griuel. *decis. Dolan.74. per tot.*

Contrarium tamen tenet Parid. *de reinteg. feud. quæst. 14. num. 20. &c.* Prosper. Rendel. *tract. de vinea, vindem. & vino fol.77. col.2. vers. Tabernam &c.* ex eo quòd sit negotiatio inhonesta, & vilissimæ reputationis quo ad eos, qui ministrant, secus quoad dominum, vel dominam, sed debet attendi locus, in quo inhonestates, & intemperantiæ solent exerceri, & ideò concludendum pro vicinis.

Non tamen possunt Vassalli prohiberi à Baronibus, vel Dominis suis tabernas, & cauponas in ipsorum Vassallorum domibus exercere, nisi Barones tale ius haberent ex particulari priuilegio, consuetudine, vel legitima præscriptione, Parid. *d. tract. tit. Quod nemo possit facere tabernam fol.* 11. Prosper. Rendel. *d. tract. fol.78. col.1. vers. illud maxime &c.*

5 Caupones, Beccarij, & similes possunt de consuetudine illorum credita probare per tales, quas facere, & tenere solent cum debitis recontris, retinere pignora, & personas propria auctoritate, quando recusant pretium vini ebibiti, vel cibi soluere, imò vltimum epulantium, qui remansit in taberna pro omnibus retinere, Prosper. Rendel. *d. tract. de vinea, vindem. & vino fol.78. col.2. vers. aduerte quoque &c.* vbi etiam notat tabernarios grauiter peccare dum perpendunt aliquos ex nimio vino inebriari, & non curant propter auaritiam, ad Tabien. *in summa verb. Ebrietas num.2.* Ang. & alios Summistas.

Excusari tamen à peccato ministrando cibos soluturis ieiunium, pluribus similibus adductis, & Doctoribus citatis probat Dian. *resol. moral. par.3. tract. 5. resol. 36. vers. item licitum erit*, licèt alij contra.

Prædicta omnia me pluries citato sequitur Romaguet. ad Conciol. *stat. Engub. lib.5. rub.12. per tot. & lib.4. rub.54. in fine*, vbi quòd si receptauerint bannitos, vel illis dederint comedere, & bibere, & transit cum hic per me notatis *num.3.*

De Cauponibus tempore pestis quid seruare debeant, Card. Gastald. *tract. de auert. & proflig. pest. Polit. legal. in Repert. verb. Caupones, & verb. Hospites.*

§. CAVSA. VIII.

CAusa censetur ciuilis quotiescumque agitur ad priuatum commodum, siue descendat actio ex contractu, 1
vel quasi contractu, siue ex delicto, vel quasi delicto, Clar. §. *fin. quæst.1.* Marant. *part. 4. dist. 1. num.2.* Asin. *in prax. §.1. cap.5. num.14. per tot.* Farinac. *quæst.* 100. Tusch. *litt. C. concl.1083. & seqq.* Ridolphin. *in Prax. part.3. cap.1. nu.91. &c.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.2. in princip.*

Item quando agitur vt quis priuetur officio, beneficio, vel dignitate, nisi huiusmodi priuatio esset pœna ordinaria à lege imposita, quia tunc diceretur criminalis, & ad vindictam publicam, Marant. Clar. & Asin. *loc. cit.* Farinac. *d. quæst.100. num.21. & seqq.* vbi etiam Vulpin. *in suco num. 8.* Tusch. *vbi supra*, Ridolphin. *loc. cit.*

Item dicitur ciuilis quando proponit crimen in iudicio per viam exceptionis, & non ad alium effectum quàm vt testis repellatur à testimonio, Clar. & Marant. *vbi supra*, Farinac. *d. quæst.100. num.16. &c.* Tusch. *loc. cit.*

Quid sit causa, & vnde dicta intelligendo de causa iudiciali, Tusch. *litt.C. concl.155. &c.* Marant. *de ord. iud. part. 2. num.1. &c.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 1. num. 3. & seqq. & part.3. cap.1. num.1. & seqq.*

Causa reputatur criminalis quotiescumque agitur ad pu- 2
blicum commodum, siue imponatur pœna corporalis ad publicam vindictam, siue pecuniaria fisco applicanda, Clar. §. *fin. quæst.1. vers. ex quorum, &c.* Vulpin. *in suco*, Farinac. *quæst.100. num.5.* Ridolphin. *in prax. part.3. cap.1. num. 93. &c.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. 2. in princ.* Hieron. Cala *resp.1. post tract. de restit. in integ. deneg.* vbi quòd causæ damni dati & defensæ, siue vt nos appellamus banditarum sunt criminales, non solùm ob damnum, sed etiam ob contemptum, etiam si damnum non sit illatum, & licèt pœnæ sint pecuniariæ cum fisco applicantur.

Quamuis quòd dicantur potius ciuiles vbi agitur de crimine ad pœnam pecuniariam fisco applicandam videatur tenere Rot. *in practicabil.bus post part.2. diuers. tit. de causis num.4.* Menoch. *de arbitr. quæst.82. num.4. & 5. & cas. 265. per tot.* vbi quando dicatur criminalis, vel capitalis causa.

Sed veritas est in praxi, quòd vbicumque agitur de pœna fisco applicanda, etiam simplici pecuniaria, causa habetur pro criminali, & cognoscitur per iudices criminales, Farinac. *d. quæst.100. num. 54.* vbi etiam *num. 37. & seqq.* idem tenet quo ad causas damni dati, vel possessionis turbatæ vt sint criminales, licèt pro his, & similibus imponantur tantùm pœnæ pecuniariæ, Mascard. *de probat. concl.463.*

Imò quotidie per Magistratum Dominorum Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ practicatum vidi, quòd quamuis sub pœna periurij, & alijs non possint se ingerere in causis ciuilibus, tamen non solùm cognoscere de dictis causis pecuniarijs ad fauorem fisci, sed quotiescumque actio oritur ex delicto, vel quasi, siue quoquomodo potest considerari dolus, vel fraus, prout in trufferijs, & similibus fraudibus, semper se ingerere, & cognoscere possunt, licèt agatur tantùm ad priuatum commodum, & interesse, facere carcerare, & postea concordata parte sine alio processu, vel pœna dimittere; de quo modo procedendi quandoque ego dubitaui, sed cùm sint in quasi possessione sciente, & patiente Principe, ac alijs Magistratibus, & iudicibus ciuilibus, omnis cessat difficultas.

Quando causa dicatur criminalis, vel ciuilis, Tusch. *litt. C. concl.1083. & seqq.* Christin. *ad leg. municip. tit.2. in princ.* Marcian. *disput. for. cap.64.* Marcel. Cala *de mod. art.*

& prob.

& prob. §. 1. glos. 2. per tot. fol. 35. &c. vbi etiam quando dicatur mixta, Cabed. *decis.* 14. vbi quando causa sit Ciuilis, vel Criminalis, vel mixta ad effectum sciendi à quibus iudicibus sit cognoscenda.

3 Causæ criminales an, & quando possint delegari, vide Clar. §. *fin. quæst.* 41. vbi quòd de consuetudine omnes etiam meri, & mixti imperij sunt delegabiles etiam vsque ad vltimum supplicium, Cagnol. *in l. nemo potest in fine ff. reg. iur.* Vant. *de nullit. tit. qualiter sent. pos. à null. def. num.* 50. vbi quòd tantò magis procedit de iure canonico, secundùm quod omnia cognoscibilia sunt delegabilia; Paul. Christin. *decis. Belg.* 151. *per tot. vol.* 2. vide latè Bellon. *tract. de mand. iurisd. cap.* 8. *quæst.* 2. *per tot.*

Causæ tamen delegatæ præcipuè meri, & mixti imperij, & quando fuit electa industria personæ iudicis, non possunt regulariter subdelegari, Ias. *in l. 1. ff. de off. eius. &c.* Magon. *decis. Luc.* 9. Menoch. *lib. 2. præsumpt.* 21. *& de arbitr. lib. 1. quæst.* 54. Rot. *part. 2. diuers. decis.* 130. *num.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 738. *num. 1. &c.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. delegat. num. 21. &c.* Christin. *d. decis.* 151. *per tot. vol.* 2. vide Bellon. *loc. cit.*

4 Causa delegata Canonico postea assumpto in Vicarium Episcopi, an possit etiam per Episcopum cognosci, & quid quando est delegata respectu dignitatis, vel personæ, & alia vide per Gratian. *discept. forens. cap.* 92. *num.* 1. *& seqq.*

5 Causa commissa iudici ordinario cum clausula *summariè, & non obstantibus*, efficitur delegata, ac habet omnia priuilegia causæ delegatæ, tam quoad expensas, siue sportulas iudici debitas, quàm quoad alia, cùm non videatur simpliciter excitata, sed immutata iurisdictio, Gratian. *discept. forens. cap.* 55. *num.* 12. *& cap.* 525. *num.* 44. Achil. *decis. 2. de rescript. alias decis.* 18. Barbos. *de Claus. claus.* 176. *num.* 18. Leoncil. *decis. Ferr.* 57. *num. 1. & seqq* Triuisan. *decis. 1. per tot.* Ioseph. de Rosa *Consul.* 48.

Quòd iudex ordinarius per commissionem efficiatur delegatus quando in rescripto adsunt verba augentia, vel minuentia iurisdictionem ordinariam, vt clausula *summariè*, vel quando fuit limitatum tempus, vel data facultas procedendi diebus feriatis, vel vna sola causa fuit commissa specialiter, probat Altograd. *cons. 2. num. 30. lib.* 1. vbi etiam quòd causa censetur delegata quando Princeps in rescripto vsus fuit verbis, *commisit, & delegauit*, Ricc. *Collect.* 413.

Ex quibus alijs efficiatur causa delegata, vel non, Gratian. *decis.* 44. *per tot.* & benè Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 6. n. 162. &c. fol.* 60. vbi septem conclusiones in hac materia ponit, & duodecim differentias inter causas ordinarias, & delegatas, quas latius vsque ad 40. prosequitur Marant. *part. 4. distinct. 5. per tot.*

6 Causa commissa iudici ordinario vt procedat de bono, & æquo, vel sola facti veritate inspecta, vel cum similibus clausulis efficitur delegata, vt dicunt omnes in *l. ius ciuile ff. de iust. & iur.* Viui. *com. opin. verb. Iud.* cum alijs quos refert, & sequitur D. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect. 1. num.* 757. Triuisan. *decis. 1. per tot.* Ioseph. de Rosa *Consul.* 48.

Quòd iurisdictio ordinarij ampliata, & aucta efficiatur delegata, & omnia gesta reputentur ipsius delegantis, Gratian. *discept. forens. cap.* 992. *num.* 13. *&c.* Pac. Iordan. *vbi supra num.* 166. Menoch. *lib. 2. præsumpt. 16. num.* 23. *& seqq.*

Quando arbitrium censeatur datum per modum ordinariæ, vel delegatæ iurisdictionis, & sic quando iurisdictio sit ordinaria, vel delegata, & quid hoc importet, Menoch. *de Arbitr. lib. 1. quæst.* 12.

Et qua iurisdictione intelligatur vsus qui vtramque habet ordinariam scilicet, & delegatam, Menoch. *lib. 2. præsumpt.* 17. & dixi in §. *Iudex*.

Intellige omnia prædicta, quando aliàs vigore iuris, vel statuti, & iuxta naturam causæ non potest procedi summariè, de plano, vel sola facti veritate inspecta, sed ordinariè procedendum erat, nam his casibus obtento rescripto à Principe cum dictis clausulis, censetur ampliata iurisdictio, & causa effecta delegata; secus autem si committatur causa de sui natura summaria, vel executiua iudici ordinario sine datione adiuncti, & sub nomine dignitatis, non personæ, nam tunc non efficitur delegata, sed remanet ordinaria, non obstante clausula *summariè*, vel similibus excitatiuis iurisdictionis, & in his terminis puto intelligendum Ciarlin. *controu. forens. cap. 13. num. 20. & seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 698. *num.* 25. aliosque tenentes, causam non effici delegatam, licèt Princeps aliquid addat in rescripto, mandet summariè procedi, vel alias solemnitates relaxet, cùm ob id non videatur causam delegare, sed obstaculum de medio tollere, & in dubio semper potius excitare iurisdictionem ordinariam, quàm delegare, quando rescribit iudici ordinario sine adiuncto, & vide Altograd. *consil. 2. num. 18. & seqq. & num. 30. &c. lib.* 1. Sanfelic. *decis. 350. & decis. 368. in Addit. vers. sed aduertendum*, vbi quòd non dicitur delegatio, sed excitatio iurisdictionis, quando nihil additur, vel minuitur &c. *& decis.* 411.

An autem adiunctus ordinario dicatur ordinarius, vel delegatus, & an eo defuncto possit ordinarius ex se procedere, Bart. *in l. duo iudices ff. de re iud.* Ant. Fab. *in C. de iurisd. om. iud. def.* 3. Ricc. *Collect.* 1365.

Quando causa cõmissa Rotæ Romanæ cum facultatibus A. C. vel cum subrogatione in locum illius, siue alijs similibus modis, efficiatur executiua, vel ordinaria, ita vt Rota possit procedere via executiua, vel ordinaria, benè declarat eadem Rot. *part. 13. recent. decis. 242. per tot.*

7 Causæ summariæ quænam sint de iure communi, vide Asin. *in Prax. §. 3. cap. 31. & in §. 4. cap. 2. num.* 5. loquendo de statuto Florentino volente omnes causas esse summarias, seruata tamen forma in eo tradita, dicit non intelligi de causis summarijs attento iure communi, quæ omnia sua priuilegia retinent, nec coercentur huiusmodi forma, sed procedere in causis ordinarijs, quas vult esse summarias, vide Marant. *distinct. 9. num. 41. & seqq. ad* 201. Card. Tusch. *concl. 887. per tot. & concl. 888. litt. S.* Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 1. num. 59. & seqq. ad 87. vbi* 46. & vltrà causas summariè tractandas de iure communi refert, & Marant. *de ord. iud. part. 4. dist. 9. per tot.* Ariminin. Tepat. *var. sent. tit. 178. &c.*

De modo procedendi in causis summarijs de iure communi vide *Clem. sæpe de verb. signif.* vbi glos. & latè Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 1. num 79. & seqq. fol.* 7. latè Tusch. *litt. S. concl. 887. & seqq ad* 894. vbi quando causa dicatur summaria, vel ordinaria, & alia plura Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 1. num. 53. & seqq.*

Quòd causæ omnes ciuiles, vel sint summariæ, vel executiuæ, vel ordinariæ, & de modo procedendi in vnaquaque maximè secundùm stylum Romanæ Curiæ, latè Ridolphin. *in Prax. per tot.* Conciol. cum Romaguet. *ad statut. Eugub. lib. 2. rub. 3. & 4. per tot.*

8 Causa quæ dicatur magna, siue parua, & leuis vbi non est à iure, vel statuto definitum remittitur arbitrio iudicis iuxta rerum, & personarum qualitatem, Menoch. *de Arbitr. cas. 72. per tot.*

Quòd causa dicatur magna, & ardua vbi agitur de toto patrimonio, vel maiore illius partes, aliàs secus, vide Altograd. *cons. 72. num. 9. lib.* 1. Odd. *de restit. in integr. quæst.* 16. *num. 86. & 87.* vbi quando dicatur ardua.

Quæ causæ sint, & dicantur beneficiales, vel non, vbi, & quomodo tractandæ, Ridolphin. *in prax. part. 3. cap. 1. num. 46. & seqq.* Coccin. *decis. 42. & decis.* 20.

9 Causa ciuilis intentata quando præiudicet criminali, vt intentari non possit, vide Guaz. *def. 1. cap.* 24. Carleual. *de iudic. lib. 2. tit. 2. disp. 6. per tot.* Marcell. Marcian. *oper. legal. tractat. de præiud. per tot.* Tondut. *de præuent. part. 1. cap.* 15. vbi de causis præiudicialibus, *& part. 3. cap. seu resol.* 4. vbi de causa attentatorum, an, & quando sit præiudicialis quo ad negotium principale, &c. vbi quòd quando omnes tendunt ad eumdem finem, vna intentata silet altera quo ad partes, quo verò ad fiscum potest iudex quandocunque inquirere ex officio super crimine, Battandier. *tract. crim. reg.* 135. Thesaur. *decis. 18. per tot.* Coccin. *decis. 123. per tot.* Caualer. *decis. 98. num. 10. & 11. & decis. 530. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belg. 154. num. 5. &c. vol.* 2. vbi quod est in arbitrio iudicis actionem, vel causam ciuilem criminali anteponere, vel cumolare, & refert exempla, & quando teneatur ciuilem anteponere, *l. quoniam C. ad l. Iul. de adult.* Merlin. *decis. 155. per tot.* Ricc. *Collect.* 409. 1806. 1954. Zuff. *de legit. process. lib. 1. quæst. 59. per tot.* Michael Ferro Manrique. *quæst. Vicar. 15. per tot. part.* 2. Rot. *part. 19. recent. decis. 270. per tot. vide in §. Attentata num. 25. in Addit. & in §. Vsura num. 4. in fine.*

De causa verò criminali quando præiudicet ciuili, & faciet illam quiescere donec super crimine fuerit iudicatum, vide

vide Gratian. discept. forens. cap. 531. num. 54. & num. 78. Afflict. decis. 219. Rol. cons. 13. lib. 2. Rot. part. 2. diuers. decis. 206. per tot. Tusch. litt. C. concl. 1077. per tot. Ricc. Collect. 3033. & alibi vt supra, & Collect. 3450. Martha vot. Pis. 52. per tot. vbi quòd ordo naturalis iudiciorum est, vt prius expediatur causa criminalis, quæ ob præeminentiam suspendit ciuilem, & loquitur in materia vsurarum, Nouar. in Prag. Regn. Neapol. Collect. 90. per tot.

Multa de causis præiudicialibus, quando vna faciat alteram silere, & sit supersedendum, vide per Gratian. discept. forens. cap. 394. per tot. cap. 468. num. 64. cap. 559. n. 4. Rot. part. 2. diuers. decis. 200. 201. & 275. per tot. benè Peguer. decis. 9. per tot. Caualer. decis. 443. per tot. & decis. 475. num. 3. & 4. Farinac. quæst. 100. cap. 2. per tot. Veral. decis. 274. part. 2. Rot. in Romana pecuniaria 28. Iunij 1604. coram Mellino inter impressas eiusdem decis. 444. & penes Scanarol. de visit. Carcer. in Appendic. decis. 10. per tot. Tondut. de præuent. part. 1. cap. 15. per tot. tradit magistraliter Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 9. per tot. fol. 158. & dixi in mea Pract. §. Causæ num. 27. & 28. Tusch. litt. P. concl. 492. per tot. Ridolphin. in prax. part. 3. cap. 1. num. 96. & seqq. ad 114. Coccin. decis. 123. decis. 308. & decis. 465. Merlin. decis. 155. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 274. per tot. vbi quòd causa ciuilis, maximè prius intentata, quando est præiudicialis criminali, vt quia sententia in ea lata pariat exceptionem in criminali, debet prius cognosci, & supersederi in criminali, etiam si prius porrecta fuerit querela criminalis, cùm sit solùm attendenda præiuditialitas, nec possint vnico contextu cognosci quando oriuntur ex eodem facto, & in dicta decisione agebatur de testamento prætenso falso, & de expilata hæreditate, cumque cœptum fuerit agi ciuiliter, & criminaliter, fuit decisum ratione præiuditialitatis, causam prius ciuiliter cognosci, & interim iudici criminali inhiberi.

10 Causa semel auocata, & Aulam Principis ingressa, non amplius egreditur, nec redit ad iudicem ordinarium (nisi ab eodem Principe remittatur) etiam de consensu partium, maximè sequuta intimatione auocationis, vel etiam si esset per partes deserta, vel à Iudice delegato nulliter iudicata, Magon. decis. Flor. 90. num. 1. & seqq. Duen. reg. 85. per tot. Gamm. decis. Lusit. 87. Rot. in Practicab. post part. 2. diuers. tit. de caus. num. 1. Ricc. Collect. 1805. vbi quando causa dicatur ad Curiam deuoluta, Mastril. decis. 19. num. 5. & num. 20. vbi videtur secus tenere in Concistorio Principis, sed in eo decis. 176. num. 5. &c.

De stylo Romanæ Curiæ non remittendi causas semel ad illam deuolutas, & quare, vide Vant. de nullit. ex defect. iurisd. num. 66. &c. ad 72. fol. 91. Vestr. in prax. lib. 3. cap. 9. num. 12. Marchesan. de Commiss. part. 3. tit. de commiss. deuol. caus. ad Rom. Cur. cap. 1. §. 1. num. 17. &c. Rot. part. 10. recent. decis. 226. num. 12. & seqq. dixi in §. Index num. 41. eadem Rot. d. part. 10. decis. 264. num. 2. vbi quando sint deuoluta ad Curiam per viam appellationis.

Multa de auocatione causæ, & illius effectibus, maximè suspensionis iurisdictionis, ita vt gesta post auocationem dicantur attentata, vide per Lancellot. de attent. part. 2. cap. 10. per tot. cuius, & aliorum dicta cum ampliationibus, & limitationibus epilogat Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. num. 160. & seqq. fol. 227. dixi in §. Acta, & §. Commissio num. 1. Paul. Christin. decis. Belgic. 259. volum. 1. & decis. 224. num. 6. & seqq. volum. 5. vbi an, & quando de iure possint causæ auocari, vel non, Ricc. Collect. 2593. Rot. part. 11. recent. decis. 98. per tot. vbi de attentatis reuocandis, non obstante allegata ignorantia, & part. 12. decis. 123. num. 3. & seqq.

Imò petita relatione status Causæ à Magistratu superiore, & illa facta, dicitur finita, vel saltem suspensa iurisdictio inferioris, & non potest procedi in causa, donec habeatur responsio, etiam si in litteris non fuerit mandatum supersederi, aliàs omnia sunt nulla, Gratian. decis. 144. num. 35. &c.

Plura quòd pendente relatione causæ facta superiori, nihil possit innouari, & iurisdictio sit suspensa, vide per Lancellot. de attent. part. 2. cap. 8. per tot. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 14. num. 151. &c. fol. 226.

Quòd vbi Iudex superior manum apposuit in aliqua causa, non possit inferior in ea se intromittere, Surd. decis. 175. num. 5. Gratian. discept. 40. num. 33. Rot. part. 12. recent. decis. 367. num. 8.

In quibus autem casibus possint causæ in prima instantia auocari per superiorem Magistratum, vel Principem; nempè ob negligentiam Baronum, vel officialium, ob iustam suspicionem, ob priuilegium, personarum, quæ vellent supremum Tribunal eligere, ob non probationem delicti in curia inferiori, ob exemplaritatem, & atrocitatem delicti, & huiusmodi ad tradita per Capiblanc. de Baron. Pragmat. 8. num. 176. & Pragm. 3. num. 178. part. 1. Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 16. num. 214. & seqq. per tot. vbi 40. casus ponit Borell. de Reg. Catol. præstan. cap. 64. per tot. & alios citatos per modernum Raynald. Syntax. rer. crim. Proœm. §. 11. num. 4. & seqq. vbi alia plura ad rem notabilia de more doctè annectit; & quòd auocata causa non potest variari modus procedendi, sed debet terminari modo ordinario, quo fuit incœpta ad Nouar. decis. 9. per tot.

Causa semel effecta appellabilis per vulnerationem obligationis Cameralis, semper remanet appellabilis, c. non debet actori de reg. iur. in 6. Rot. part. 2. diuers. decis. 132. num. 1. & part. 3. lib. 2. decis. 201. num. 1. Tusch. litt. C. conclus. 160. Rot. part. 6. recent. decis. 305. nu. 8. vide in §. Obligatio num. . . 11

Causæ cognitio est necessaria etiam vbi proceditur ex arbitrio, & versatur huiusmodi cognitio in citatione, in audiendo iura partium in tempore, & seruatione ordinis, & alijs similibus, de quibus Menoch. lib. 1. de arbit. quæst. 19. per tot. Tusch. litt. C. concl. 153. & seqq. Benintend. decis. Bonon. 2. vbi quòd est de iure diuino, nec omitti potest, & an probetur ex eo quòd Notarius dixit decretum interpositum cum causæ cognitione, Mascard. de probat. conclus. 276. 12

Causa tamen consistens in mero iuris articulo potest, & debet absque assignatione alicuius termini expediri, nisi agatur de articulo iuris intricati, qui æquiparatur quæstioni facti, Sanfelic. decis. 17.

Causæ continentia, quæ dicantur, qualiter diuidi non possint, aliàs diuidens puniatur arbitrio iudicis iuxta l. nulli, vbi Ias. & alij C. de iud. quòd tamen cessat parte non opponente, quando actor, & reus sunt diuersi fori, quando reus esset contumax, quando iudex non haberet cognitionem super tota lite, quando iuramentum intercessisset, quando essemus in executiuis, & quando ex alijs iustis rationibus causa diuisionem reciperet, Ias. vbi supra, Menoch. de arbitr. cas. 371. Mastril. decis. 138. Arismin. Tepat. var. sentent. tit. 116. Thomat. decis. 21. num. 8. vbi quòd continentia causæ non attenditur in personis diuersi fori, Ciarlin. controu. 34. num. 13. & seqq. per tot. vbi plura, & Sanfelic. decis. 273. & in Praxi sect. 23. num. 5. Gratian. discept. forens. cap. 641. Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. 4. num. 43. & seqq. Tondut. de præuent. part. 1. cap. 13. per tot. & part. 2. cap. 14. & 15. per tot. Menoch. cons. 130. num. 2. &c. Gayl. obseru. 32. lib. 1. Franc. Viui. decis. Neapol. 136. Paul. Christin. decis. Belg. 160. num. 8. &c. vol. 2. Ricc. Collect. 1511. & 368.

Quòd causæ continentia diuidi non debeant, nisi essemus in diuiduis simpliciter probat Barbos. de Axiom. iur. Axiom. 40. num. 38. latè Ger. Spin. cons. 91. per tot. Sperel. decis. 19. per tot. vbi de laico delinquente simul cum Clerico, vide in §. Frater, §. Laicus num. 3. Tusch. litt. C. concl. 159. Paul. Christin. decis. Belg. 186. & 187. vol. 2. vbi de pluribus consortibus eiusdem litis.

Quòd conuentis pluribus simul in causa diuidua, prout est hypothecaria, inter quos adsit aliquis foro priuilegiatus teneantur non priuilegiati omissis alijs in foro suo comparere, Capyc. decis. 173. per tot. quicquid aliter videatur tenere Bart. & alij ibidem allegati, vide Ciarlin. contr. 34. per tot.

Imò hypothecariam esse indiuiduam, & qualiter diuiduum, vel indiuiduum aliquid dicatur diuersis respectibus, & secundùm subiectam materiam, vide Ger. Spin. d. cons. 91. per tot.

Quòd ratione connexitatis non diuidatur iurisdictio, sed magis dignus trahat ad se minus dignum, & cognitio non tantùm quo ad Clericos, sed etiam quo ad laicos litis consortes spectet ad iudicem Ecclesiasticum, Seraphin. decis. 957. num. 11. cum alijs per Rot. part. 11. recent. decis. 196. num. 4. &c. part. 14. decis. 472. num. 1. &c. vide in §. Egidiana.

Sed contrarium seruari, & verius esse pluribus citatis dixi in §. Laicus num. 3. vbi vide, & Ciarlin. controu. 34. num. 29. & seqq. per tot. Carleual. de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 11.

tit. 11. *disput.* 11. Sanfelic. *decis.* 273. Caldas Pereyra *de empt. & vendit. cap.* 10. *num.* 45. *&c.* Griuel. *decis.* 30. *per tot.*

De continentijs causarum non diuidendis, & quando huiusmodi diuisio possit fieri, plura Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 13. *per tot. & part.* 2. *cap.* 14. *&* 15. *per tot.*

14 Causæ, seu articuli incidentes merè spirituales coram iudice sæculari vertentes in causis profanis, qualiter sint remittendi ad iudicem Ecclesiasticum, & ab alio exspectanda decisio, & quid agendum pro expeditione causæ principalis profanæ, si Ecclesiasticus differat articulum spiritualem præiuditialem definire, vide Franch. *decis.* 551. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 11. *per tot. & decis.* 15. *num.* 19. *& seqq.* Fontanel. *decis.* 335. *per tot.*

Et lata sententia per iudicem Ecclesiasticum in spiritualibus trahit secum executionem, nec suspenditur per appellationem, sed illa non obstante potest per iudicem laicum procedi ad vlteriora in causa principali profana, idem Franch. *decis.* 602. *per tot.* vide in §. *Absolutio*.

15 Causa iusta litigandi excusat à condemnatione expensarum, dicitur autem iusta, vel iniusta arbitrio iudicis, & iusta reputatur quando litigans habuit aliquam opinionem probabilem pro parte sua, vel antequam iudicium inciperet habuit consilia plurium Doctorum peritorum, vel vbi adest varietas opinionum, nec apparet quæ sit communis, vel quando succumbens semiplenè probauit, & in similibus casibus Menoch. *de arbitr. cas.* 177. *per tot.* latè Asin. *in prax.* §. 32. *limit.* 1. *& seqq. per tot.* vide in §. *Expensa*, & in mea Pract. §. *Spese num.* 16. *& sequentibus*, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 346. vbi latè refert causas iustas litigandi excusantes ab expensis.

Quòd quælibet iusta causa, imò etiam iniusta, grossa, bestialis, & temeraria excuset à pœna, à dolo, & à mora, probat Barbos. *de Axiom. iur. Axiom.* 40. *num.* 36. *&* 37. quo ad pœnam intellige de ordinaria, vide plenè Tusch. *litt. C. concl.* 152. Gamma *decis.* 268. *&* 292. Thomat. *decis.* 201. *num.* 15. *& seqq.*

Qualiter autem causa iniusta, & erronea rescindat actum, vel contractum, Tusch. *litt. C. concl.* 140. *per tot.*

Quamlibet causam, etiam fatuam, bestialem, temerariam, ac iniustam excusare delinquentem à dolo; intellige in delictis extraiudicialibus, secus autem in iudicialibus, prout est delictum calumniæ, Menoch. *de arbitr. cas.* 321. *num.* 6. Tiraquel. *de pœn. temper. caus.* 43. *num.* 11. Farinac. *quæst.* 16. *num.* 64. *&* 65. vide in §. *Dolus num.* 3. *inf. num.* 28.

16 Causa finalis dicitur illa, quæ principaliter ab agente fuit considerata, & quæ illum præcipuè mouit, vel in quam mens fuit directa, adeo vt sit prima quoad intentionem, licèt vltima quoad executionem, cùm finis sit primus in intentione, & vltimus in executione, Bart. *in l. ambitiosa num.* 19. *ff. de decret. ab ord. fact.* Couat. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. Salic. *in l. cum te fundum num.* 2. *C. de pact. inter empt. & vend.* Alex. *in l. vlt. num.* 8. *C. de condit. caus. dat.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 3. *lib.* 13. *tit.* 1. *num.* 62. *&c. fol.* 5. Altograd. *consil.* 1. *num.* 7. *& seqq. lib.* 1. vbi optimè, & subtiliter docet quænam sit causa finalis emptionis, & venditionis, vt ea non seruata locus sit rescissioni contractus.

Quid sit causa, & quotuplex, de materiali, formali, efficiente, finali, substantiali, naturali, & accidentali, Tusch. *litt. C. concl.* 134. *& seqq.*

17 Causa finalis est probanda ab allegante, cum aliàs potius præsumatur impulsiua tantùm, nec ex eo, quòd quis non fuisset aliter contracturus probatur finalis, si adsit aliquid aliud magis principali, quod potuerit animum contrahentis mouere, quia adhuc non finalis, sed impulsiua dicitur, licèt præter finem vltimum mouerit agentem, dederit causam actui, & sine ea idem actus non fuisset gestus, si vt dixi fuerit etiam consideratus alius finis principaliter, Couat. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 2. cum alijs per Altograd. *d. cons.* 1. *num.* 10. *& seqq.*

Quando causa dicatur finalis, vel impulsiua, & quid operetur, Tusch. *litt. C. concl.* 141. *&c.*

Multa quæ sit causa finalis, vel impulsiua loquendo in testamento, tradit idem Altograd. *cons.* 52. *num.* 67. *&c. lib.* 1. Duran. *tract. de condit. & mod. impos. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 4. *& seqq.* Tusch. *d. concl.* 134. *& seqq.* vide in §. *Testamentum num.* 42. *&* 56.

Qualiter causa finalis, vel etiam impulsiua colligatur ex procemio, & ex quibus cognoscatur an causa sit finalis, vel impulsiua, idem Altograd. *cons.* 36. *num.* 14. *& seqq. lib.* 2. *& cons.* 44. *num.* 22. *d. lib.* 2. Gramat. *decis.* 33. Batt. *in l. demonstratio §. quod autem ff. de condit. & demonstrat.* Mart. *de Claus. lib.* 1. *claus.* 30. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 24. *per tot.* Tusch. *litt. P. concl.* 892. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 534. *num.* 7. *&c.*

An in dubio præsumatur causa finalis, vel impulsiua, & ex quibus vnaquæque dignoscatur, latè ad plura de more inferens Tiraquel. *in tract. Cessante causa limit.* 1. *num.* 21. *& seqq. ad* 88. *fol. mihi* 165. *& seqq. inter reg. diuers.* Dian. *p.* 4. *tract.* 3. *resol.* 64. vbi quòd præsumitur impulsiua pro validitate actus dixi in §. *Dispensatio num.* 4.

Quòd causa, & ratio finalis alicuius dispositionis inducatur per dictiones *vt*, *pro*, & per verba posita in procemio illius, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 924. *num.* 20. *& seqq. vbi etiam num.* 35. quod huiusmodi causa finalis debet adimpleri, & si contrauenitur est concedenda repetitio, vide in §. *Legatum*.

Item per dictiones, *eò quia*, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 126. *num.* 3.

De causa finali ducta ex procemio idem Gratian. *discept.* 947. *num.* 13. Magon. *decis. Flor.* 4. *num.* 18. *&c.* vbi etiam de dictionibus, *propter*, & *ideo*, quæ huiusmodi causam finalem inducunt, vide in §. *Dictio*, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 213. *num.* 1. Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 2. *per tot.* Barbos. *de Axiom. iur. Axiom.* 192. *per tot.* Tusch. *litt. P. concl.* 892. *per tot.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 125. *num.* 6. *& seqq. & part.* 14. *decis.* 221. *num.* 9. vbi tamen quòd dispositiua verba instrumenti non restringuntur à procemio.

Quòd ratio respiciens totam dispositionem dicatur causa finalis, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 139. *num.* 14.

Causa cessante, vel ratione, cessat effectus, *l. adigere §. quamuis ff. de iurepatr. l. si pater ff. de hered. instit. l. generaliter C. de Episc. & Cler.* cum similibus per Barbos. *de Axiom. iur. Axiom.* 40. *num.* 4. vbi intelligit, & declarat id verum esse in quacumque dispositione, & numeris seqq. multis modis ampliat, & exemplificat, intelligendo semper de causa finali, ac etiam vbi plures causæ simul concurrere debent, quia vna cessante, cessat effectus num. 19. nisi causa iam produxerit effectum suum perfectum, & consummatum, vel nisi simus in iure iam radicato, vel nisi causa esset requisita certo aliquo tempore tantùm, quia si tunc extitit licèt posteà cesset, non extinguitur effectus, vel nisi plures causæ concurrerent ad dispositionem, nam vna cessante, & alijs durantibus, non cessat effectus quando omnium concursus simul non esset necessarius, vt benè declarant allegati per Barbos. *loc. cit.* Thomat. *decis.* 35. *num.* 58. *& seqq.* Merend. *contr. lib.* 18. *cap.* 28. Ludouic. de Vecchijs *in Senen. Cessionis* 11. *Iunij* 1661. post Oleam *de cess. iur. decis. vlt. per tot.* & præ omnibus videndus latè Tiraquel. *in tract. cessante causa per tot.* vbi de more ad plurima notabilia ordine alphabetico infert, & postea subiungit quadraginta pulchras limitationes ad dictam regulam, *& in tract. de iure primogen. quæst.* 40. *num.* 170. *& seqq.* Duen. *reg.* 82. Surd. *decis.* 104. *num.* 31. *&c.* Cardinal. Tusch. *litt. C. concl.* 137. *& concl.* 202. *per tot.* Ricc. *Collect.* 443. Paul. Christin. *decis.* 69. *per tot. vol.* 6. vbi an, & quando cessantibus causis priuilegij cesset priuilegium, vel non, vide in §. *Priuilegium num.* 13.

Quòd cessante causa, non cesset effectus consumatus in materia suspicionis iudicis, Franch. *decis.* 719. Mangil. *de imput. quæst.* 101. *num.* 14. *& quæst.* 166. *num.* 5. vbi in alijs terminis.

Et quòd limitata causa, limitatum producat effectum, benè probat Tiraquel. *d. tract. Cessante causa num.* 147. dixi in §. *Dispositio*.

Cessante causa, cessare effectum, licèt regulariter intelligatur de causa finali, & non simpliciter impulsiua, nisi esset talis impulsiua, ex qua disponens aliàs non disposuisset, tamen id non est verum in rescriptis ad beneficia; nec in alijs gratiosis, & priuilegiis, in quibus subreptio vitiat non solum quando causa fuit finalis rescripti, sed etiam si fuit tantùm impulsiua, vt quia aliàs Princeps sine ea idem rescripsisset, licèt non adeò faciliter, & sic in gratiis, & priuilegiis, eodem modo cessat illorum effectus cessante causa impulsiua, ac cessaret cessante causa finali, intelligendo si ipsa causa impulsiua ab initio fuit falsa, secus si tunc fuisset vera, & postea cessasset, quia gratia iam cum fundamento veritatis obtenta non vitiaretur, & saluo semper arbitrio iudicis circa subreptionem, an

talis sit, quæ gratiam vitiare possit, latè Tiraquel. *d. tract. cessant. caus. limit.* 1. *num.* 11. *& seqq. ad* 20. *fol. mihi* 165. *inter regulas Diversorum*, vbi subiungit alias 39. limit. vide in §. *Regula num.* 12.

19 Causa causans est causa causati, & regulariter attenditur, & quando secus, *l. manumissione ff. de inst. & iur.* Ias. *in l. si pecuniam num.* 21. *ff. de condit. caus. dat.* Tusch. *lit. C. concl.* 138. *per tot.*

Qualiter sententia lata super causa operetur etiam super causato, Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap* 15. *n.* 48. *& seqq.*

Quòd autem regulariter attendatur causa proxima, & non remota, & quando secus, idem Tusch. *lit. C. concl.* 145. Tiraquel, *tract. cessante causa limit.* 20. *per tot.* latè Aluarez. de Velasch, *tract. de iud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 5. *num.* 5. *& seqq.* vbi plura de causa proxima, & immediata damni, non autem remota, & mediata attendenda ad effectum restitutionis, & quòd causa causæ non est verè, & propriè causa causati.

20 Causa pia quæ dicatur, vel non, quæ priuilegia, & specialia habeat, vel non, quòd in concursu magis pia prævaleat, & alia, latè Tusch. *lit. P. conclus.* 332. *& seqq.* Tiraquel. *tract. de priuil. piæ causæ per tot.* vide in §. *Priuilegium num.* 14. *&* §. *Ecclesia*, Arimin. Tepat. *var. sent. tit.* 32. *per tot.*

Concurrente tamen causa pia, veluti paupertatis, & causa consanguinitatis, prævalet affectus naturalis, & præsumitur potius factum ex causa cognationis, quam paupertatis, & sic cessat fauor piæ causæ, Cæphal. *cons* 216. *num.* 17. *&c. lib.* 2. Ger. Spin. *cons.* 28. *num.* 30. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 93. *num.* 6 *& decis.* 314. *num.* 11. *&c.*

21 Causa, siue lites non possunt Florentiæ ab aliquo recommendari, etiam pro simplici expeditione, nec per Iudices suscipi, vel recipi recommendationes, idest preces potentiorum, exceptis Eleemosinarijs Sancti Bonauenturæ, vel alijs, quibus ex officio spectat procurare causarum expeditiones, sub pœna priuationis officiorum, & indignationis suæ Celsitudinis Serenissimæ, vigore legum municipalium dicti Status Serenissimi, de quibus in mea Pract. §. *Causæ num.* 6.

Idque iuri communi etiam satis conforme videtur, vt patet *ex tit. C. ne liceat potent. patrocin. litigant. præst. &c. & tit. seq. de his qui potent. nom. titul. præd. affig. vel eorum nomin. in lit. prætend.* vbi disponitur, quòd recipiens patrocinium potentioris, vel eius nomen prætendens in lite, amittat causam, & in metallum damnetur, patrocinium verò illicitum præstans puniatur arbitrio Rectoris Prouinciæ, vel si potentior consenserit suum nomen expendi notetur infamia, vt tradunt ibidem interpretes, & glos. Paul. Christin, *decis. Belg.* 110. *num.* 1. *&c. vol.* 2. vbi etiam quinam dicantur potentes ad hunc effectum, & facit quod dixi in §. *Cessio num.* 22. *& seqq.* Seraphin. *decis.* 825. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de postulando resol.* 2. *per tot.* vbi latè declarat Olca *de cess. iur. tit. quæst.* 4. facit Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 411. vbi quòd est curandum ne homines viliores à Potentioribus contumelia afficiantur, & iusto Principe dominante nihil timendum.

Prædicta tamen malè vbique seruantur, & iustitia numquam locum habebit, nisi per Principes, ad quos spectat (& hæc sunt inter alia propria illorum peccata) eligantur Iudices in primis Deum timentes, & qui sciant respondere de Paragraphis, de Codice, & de Digestis, non de lenocinijs, adulterijs, stupris, de Cœmedijs, & similibus à munere iudicandi alienissimis, & faciant seruare leges, munera, ac comendationes causarum, ne dicam redemptiones litium, & venditiones fumi prohibentes; animaduerti enim ex huiusmodi causis magnas sæpè fieri iniustitias, pauperes deprimi, subijceri veritates, subornationes confoueri, malos bonis præferri, ac confidenter recipi (cum facilior sit cum habentibus simbolum transitus) sæpè dari veniam coruis, vexarique columbas, & hæc non solum ad requisitionem Magnatum, sed quandoque, & fortè frequentiùs lenonum, & lenarum, meretricum, & huiusmodi generis personarum (tractant enim fabrilia fabri) facit quod dixi in §. *Lenocinium num.* 4. §. *Iudex num.* 2. *&* §. *Sindicatus num.* 1.

Et his modis iniustissimis decipiuntur etiam optimi, & iustissimi Principes, qui non possunt omnia ex se agere, nec videre, & numquam ad eos veritas integra peruenit ex culpa huiusmodi Ministrorum si aliqui reperiantur, qui solent alios in populo, & aulis præcellere, atque pro optimis acclamari, & non mirum quia sicuti Mundus decipit, ità vult decipi, & qui nescit decipere nescit regnare in hoc Mundo, secus autem in futuro, in quo veh duplici corde; & ità verificari videmus sententiam D. Augustini: Caro clamat ego inficio, Mundus clamat ego deficio, Dæmon clamat ego decipio, Christus clamat ego reficio, & tamen stulti homines potius sequuntur carnem inficientem, Mundum deficientem, & Dæmonem decipientem, quam Christum reficientem, vtinam, si qui tales sint, resipiscant, dum tempus habent.

Iudices enim tanquam iustitia animata debent omnes in se virtutes habere, & præcipuè esse casti, & pudici, non ambientes, sed perquisiti, & rogati, taciturni, & secreti, habitu, & cultu modesti, in incessu impositi, solitarij, aspectu vehementi, & formidabili, oculari Argi, humiles, & non superbi, reuerendæ tristitiæ, graues sine fastu, Sancti, seueri, incorrupti, inadulabiles, immisericordes contra improbos foris, & intus charitate pleni, inexorabiles, erecti, & ardui, vi & maiestate potentes, æquitate, & veritate terrifici, librorum cumulo circumdati, & studentes, vt latiùs dixi in Compendio de qualitatibus iudicis perfecti, vbi vide.

Causæ duæ lucratiuæ non possunt in eodem subiecto respectu eiusdem rei concurrere, iuxtà text. *in §. si res aliena Instit. de legat.* Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 14. *num.* 40. *&c.* Boer. *cons.* 38. *num.* 10. *&c.* cum alijs per me citatis in §. *Legatum num.* 73. 22

Quòd verum est origine, & effectu, nam effectu admittuntur quando originem à diuersis personis capiunt, Cuman. *cons.* 33. *in fine*, Cabalin. *de euict.* § 5. *num.* 53. *cas.* 22. cum alijs per Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 283. *num.* 14. *& seqq.* vbi quòd ideò legatarius potest ab vno rem consequi, & ab alio æstimationem; quamuis Piccard. *in d. §. si res aliena*, Donell. *Comment. iur. lib.* 16. *cap.* 5. distinguant vt, si ex primo testamento non rem, sed æstimationem consecutus fuit, possit ex alio rem petere, secus autem si ex primo rem ipsam consecutus fuerit, quos sequi videtur Rot. *d. decis.* 281. *num.* 16. vbi tamen quòd sufficit prius ex primo petitam fuisse iudicialiter æstimationem, vt possit ex alio res ipsa obtineri, cùm contestatio, & sententia retrotrahatur ad diem petitionis, & pro facto habeatur quod fieri debuit.

Quòd duæ causæ lucratiuæ possint concurrere vbi concurrit etiam duplex causa onerosa, sicut etiam vbi proueniunt ex diuerso fonte, item si diuerso tempore adueniant, & si non agatur de specie ad oculum demonstrabili, sed de quantitate, Bart. *in l. Mauius §. Duobus ff. de leg.* 2. *num.* 1. *&* 13. *& seqq.* Soc. *reg.* 42. Leoncil. *decis. Ferr.* 87. *num.* 17.

Quòd duæ causæ lucratiuæ circa eamdem rem concurrere possint in diuersis temporibus, *l. existimo ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. Mauius §. duobus ff. de leg.* 2. Martha *de success. legal. part.* 1. *quæst.* 25. *art.* 4. *num.* 39.

Causa expressa in contractibus minorum si sit partim vera, & partim falsa, totus contractus, & decretum corruit, Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 190. *num.* 11. *&c.* dixi in §. *Alienatio num.* 23. *&* §. *Decretum num.* 6. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 50. *num.* 8. *& decis.* 521. *num.* 3. *& seqq.* vbi quod debet esse in scriptis expressa, certa, & determinata, non vaga, neque generalis, quæ non sufficit, *& part.* 14. *decis.* 31. *per tot.* vbi quòd idem est in contractibus mulierum, stante statuto causam requirente, *decis.* 163. *num.* 6. *&c.* vbi quòd licèt non requiratur, vt causa sit vtilis mulieri contrahenti non tamen debet esse damnosa, & læsiua; & ideò fuit declarata nulla fideiussio pro fratre facta, *& decis.* 265. *nu.* 12. *&c.* in eadem causa, vide in §. *Decretum num.* 7. 23

Quando autem plures causæ referuntur ad celebrationem actus, qualiter possit actus ex vna, quæ sit vera, sustineri, nempè si illa alioquin sit de per se sufficiens, aliàs secus, Rot. *d. part.* 6. *decis.* 271. *num.* 10. *&c. part.* 14. *decis.* 221. *num.* 3.

Quòd falsa causa in alienatione rerum minoris, reddat omnia nulla, Rot. *d. part.* 6. *decis.* 98. *num.* 6. *&c.* vide in §. *Alienatio num.* 23. *& seqq.*

Qualiter falsa causa vitiet contractus, & vltimas voluntates, Gizzarel. *decis.* 81. *num.* 9. *& seqq.* vide in §. *Legatum num.* 4.

Quòd causa expressa cessare faciat quamcumque aliam causam tacitam, & præsumptam, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 126. *num.* 5.

Causa iusta an præsumatur in Principe rescribente in præiudicium tertij, vel dominium alterius auferente, latè 24

Gabriel.

Gabriel. comm. concl. tit. de iure quesit. non toll. conclus. 6. per tot. vide in §. Princeps, & alibi Mascard. de probat. concl. 276. per tot.

25 Causa legitima requiritur in alienatione rerum Ecclesiæ, & qualiter sit probanda, Mascard. de probat. concl. 277. ac idem est in alienatione rerum pupilli, vel minoris, vt dixi in §. Alienatio.

26 Causa delicti, siue delinquendi, etiam si vera non esset, sed putatiua, & cogitata facit indicium contra eum, qui huiusmodi causam delinquendi habebat, vel se habere putabat, maximè si sit ad illam inclinatus, sicut è contra cessante causa, cessat omnis delicti præsumptio, cùm nemo sine causa deliquisse præsumatur, & causa delinquendi tunc magis afficit, quando constat neminem alium similem causam habuisse, & nullus alius imputatur, intelligendo tamen dummodò dicta causa sit in specie probata, grauis, & non leuis, & in omnem casum tamquam à delicto remota non sufficit ad torturam, nisi alia concurrant adminicula, vt benè declarat Farinac. quæst. 52. num. 144. & seqq. vide in §. Delictum num. 2. Conciol. resolut. crim. verb. Delictum resol. 5. per tot. Fulu. Maioran. in Opoprax. crim. lib. 2. cap. 8. num. 157. & seqq. fol. 233.

27 Causa, vel appellatio quando possit dici deserta, vel non per taciturnitatem, Rot. part. 14. recent. decis. 452. num. 7. &c. vbi quòd dicitur deserta, quando ex actis constat de claro non iure tacentis, vel super desertione fuit lata sententia, vide in §. Appellatio num. 12. & 13. & in §. Instantia per tot.

28 Causa quælibet etiam fatua, & iniusta regulariter excusat à dolo, l. igitur §. 1. ff. de liber. cas. l. 1. in fine, vbi Bart. ff. de abig.

Sed ista regula non procedit in officio publico, in quo ad excusandum dolum iustissima causa requiritur, & qui non vult facere, vel non facit id, ad quod scit se teneri, & potest, est in dolo, l. dolus est ff. mand. Bald. consil. 32. lib. 3. Cabal. de omn. gener. homicid. num. 317. Sanfelic. decis. 46. num. 10. & num. 11. vide supra num. 15. & in §. Dolus num. 5.

Regulam, quòd quælibet causa etiam iniusta, siue bestialis excusat à pœna saltem ordinaria, quam probat Farinac. quæst. 9. num. 1. & seqq. Cabal. cas. 101. num. 18. de homicid. num. 110. procedere in leuioribus criminibus, non in grauioribus, prout homicidium, nisi cessante dolo, nam constito de dolo locus est pœnæ ordinariæ, Matth. Sanz. de re crim. contr. 33. num. 31.

Quòd quælibet causa excusat à dolo, procedit quando est colorata, & fallit pluribus casibus, nempè si contineat errorem iuris notorij, si agatur de pœna extraordinaria, & pecuniaria, vel de pœna debita ex contemptu Magistratus, vel iudicis, Farinac. d. quæst. 90. num. 51. & seqq. Matthæu. Sanz. d. tract. contr. 63. num. 44. & seqq. per tot.

29 Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, in prima instantia coram ordinarijs locorum dumtaxat sunt cognoscendæ, & infra biennium à die motæ litis terminandæ, quo elapso liberum est partibus, vel alteri earum Iudices superiores competentes adire, exceptis causis, quæ iuxta Canones ad Sedem Apostolicam spectarent, vel quas ex vrgenti causa Summus Pontifex per suum speciale rescriptum auocandas, aut committendas iudicauerit. Ita vt Legati etiam de Latere, Nuncij, Gubernatores Ecclesiastici, aut alij quarumcumque facultatum vigore, non solum Episcopos in prædictis causis impedire, aut iurisdictionem præripere, aut turbare non valeant, sed nec etiam contrà Clericos, vel alias personas Ecclesiasticas, nisi Episcopo priùs requisito, & negligente procedere possint, sub pœna nullitatis actorum, & refectionis damni partibus illati, vt clarè disponitur à Sacr. Conc. Trident. sess. 24. de reform. cap. 20. incip. Causæ omnes, & notant Barbos. in Collect. ad d. cap. 20. Concil. Trident. Olisa de foro Eccles. part. 3. quæst. 6. num. 13. alijque ab istis relati, & ab Ægid. Casteion. Alphab. iurid. verb. Instantia prima &c.

Legati autem de Latere prætendunt sustinere ex vi verborum in Breuibus eorum Legationum, & consuetudinis præscriptæ, posse causas Clericorum, aliarumque personarum Ecclesiasticarum, etiam in prima instantia cognoscere, vt nouissimè, & latè in terminis Legationis Rauennæ, siue Romandiolæ Papalis, & Bononiæ scripserunt pro illis videndi DD. Peregrin. Misset. apud Carol. Ant. de Luca in Prax. crim. cap. 1. & Io. Dominic. Raynald. in Syntax. rer. crim. Proœm. §. 10. num. 12. & seqq. per tot. vbi etiam alia plura ad rem tradunt, ac multis rationibus, & auctoritatibus eorum intentionem comprobant.

Multa de diuersis causis, & ad diuersos effectus notat Thoro compend. decis. Neapol. part. 1. 2. & 3. verb. Causa, & alia remissiuè Ægid. de Casteion. in Alphab. iurid. verb. Causa, & Com. August. Fontan. in Biblioth. leg. part. 4. eod. verb. fol. 214. &c. Io. Torre tract. de success. in Maior. & Primog. Ital. part. 3. in Indice generali verb. Causa. 30

De causa pestis soli Deo notis, ex pluribus tamen arguendis Card. Gastald. in Indice tract. de auert. & proflig. pest. verb. Causa. 31

Causæ plures in omni dispositione præsumuntur interuenisse, & qui dicit vnicam fuisse tenetur probare, impulsiuæ, licèt non verificatæ dispositionem non annullant; & ex pluribus causis, siue impulsiuis, siue finalibus, si aliqua reperiatur falsa, cæteris subsistentibus non vitiatur dispositio in omni materia, vt probat Ant. Gob. consult. 21. per tot. 32

Causa quælibet etiam iniusta, & bestialis an, & quando excuset à dolo, & delicto, saltem à pœna ordinaria, licèt non ab extraordinaria, Tiraquel. de pœn. tempor. caus. 43. num. 10. Farinac. quæst. 90. num. 50. & seqq. Cyriac. contr. 578. num. 5. & seqq. per tot.

§. CAVTELA. X.

CAutela abundans non nocet, & in casibus dubijs bonorum est, imò necesse abundare in cautelis, & quando est abundans non nocet etiam si sit nulliter adhibita, nisi per abundantem cautelam deueniatur ad actum prohibitũ, vel nisi id, quod abundat sit tamquam necessarium requisitum per errorem appositum, quia tunc vitiatur tota dispositio, prout etiam nocet in contractibus suspectis, in quibus auget suspicionem, Barbos. de Axiom. iur. Axiom. 3. per tot. Tusch. litt. C. concl. 162. per tot. Ricc. Collect. 3270. Rot. part. 10. recent. decis. 305. num. 13. &c. vbi quòd in rebus suspectis nocet. 1

Et qualiter clausulæ, & cautelæ insolitæ augeant suspicionem, dixi §. Clausula num. 52.

Quòd ea, quæ fiunt ad maiorem cautelam non immutent naturam dispositionis, nec præiudicent, Rot. part. 6. recent. decis. 212. num. 12. & decis. 320 num. 47.

Cautelas multas apponendas in transactione propter recessum à lite ad hoc vt numquam possit rescindi, vide penes Gratian. discept. forens. cap. 767. num. 68. 2

Cautela est pro contrahente cum minore, vt non solùm faciat illum iurare de non contraueniendo contractui, sed etiam de non petenda absolutione, licèt hoc non obstante interdum concedatur, vt dixi in §. Absolutio, Pract. Papp. form. iuram. quod præst. à par. glos. 3. in fine, vbi Additio. 3

Cautela pro parte volente relinquere filio spurio vltra id quod permittitur à lege, est, vt faciat illum contrahere societatem vniuersalem omnium bonorum cum aliquo amico, cui postea relinquat omnia bona sua, quæ iure societatis erunt communicanda cum dicto spurio, Bart. in l. si is ff. de liber. leg. Cæpol. caut. 38. vbi plura, Felic. de societ. cap. 12. num 3. 4

Plures alias similes cautelas pro spurijs instituendis, docent Tusch. litt. C. conclus. 163. Ludouic. de Sard. tract. de nat. lib. Bertach in Repert. verb. pater naturalis.

Cautela ad probandum creditum, est quòd creditor mittat literas debitori, in quibus illum roget vt soluat, quibus receptis, & lectis non contradicendo erit statim probatum debitum, maximè si testes deponentes de huiusmodi receptione literarum, & non oppositione habeant notitiam de contentis in illis, quod imo est necessarium, Gratian. discept. forens. cap. 699. num. 35. &c. vbi dat aliquas limitationes, Magon. decis. Flor. 95. num. 7. & seqq. Menoch. de Arbitr. cas. 21. per tot. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 65. per tot. & lib. 6. præsumpt. 99. num. 25. Mascard. de probat. conclus. 327. num. 4. concl. 480. per tot. & concl. 510. num. 5. & 6. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 1. quæst. 8. limit. 9. num. 13. & seqq. per tot. vbi ponit plura requisita, vt dicta cautela procedat, & citat meas resol. cap. 26. vbi de hac materia Hermosil. ad leg. Partit. tom. 1. tit. 1. leg. 6. glos. 2. fol. 67. 5

Intellige quando literæ perueniunt ad recipientem viuo adhuc mittente, aliàs secus, & limita in calculo dati, &

accepti, quem recipiens non dicitur approbare, sed vt videat an sit rectè confectus, Menoch. *d. præsumpt.* 65. vbi dat etiam alias declarationes, & latè Genua *de script. priuat. lib. 3. quæst. 1. num.* 118. *& seqq. ad* 178. *fol.* 113. *& seqq.* vide Mascard. *de probat. concl.* 457. dixi in §. *Littera num.* 11. *&c.*

6 Cautela similis ad probandum creditum, est quòd habeantur testes post parietem, vel aliàs absconditi, qui audiant debitorem coofitentem debitum creditori de solutione requirenti; an autem procedat in criminalibus, vel plenè probet in ciuilibus, cùm agatur de confessione extraiudiciali, vide Cæpol. *caut.* 203. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 849. *num.* 51. Bonifac. *de furtis* §. 3. *n.* 45. *& seqq.* dixi in §. *Confessio*, & §. *Testes*, & in mea Pract. §. *Creditori num.* 15. *& num.* 16. vbi de alia cautela ad consequendum creditum à debitore fallito, & non soluente, Mascard. *de probat. concl.* 457. *per tot.* vbi docet prædictam, & aliam curiosam cautelam ad probandum creditum, de quo non appareant scripturæ, nec testes, & fuisse inuentam, & feliciter practicatam à quodam Proposito Rubino Placentino cum quodam suo Compatre, cui magnam pecuniæ quantitatem ad negotiandum mutuauerat, nec vllas probationes receperat, & Compater ipse vafer debitum confiteri nolebat, sed gratiosè fuit delusus, vt ibidem narratur.

7 Cautelas plures circa diuersa negotia tam ciuilia, quàm criminalia vsque ad 258. docet Cæpol. *in tract. de cautel. per tot.*

Alias cautelas vsque ad 60. ponit, & examinat Thom. Ferrar. *in suo tract. cautel. per tot.*

Alias similes enumerat Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 163. 164. *&* 165. *per tot.*

Centuria cautelarum criminalium suasu Hieronymi Bordoni à varijs auctoribus selectarum habetur inter opera Farinac. *mihi post quæst.* 111.

Sed quia omnes cautelæ sunt periculosæ, multæ insulsæ, plures fallaces, aliæ impracticabiles nostris maximè temporibus, aliquæ impertinentes, & Doctorum litteratorum lectione indignæ, illas nullatenus prosequor, & qui vult tempus, & operam perdere legat prædictos, & alios, qui cautelas, & singularia collegerunt.

8 De cautelis, cautionibus, & animaduersionibus pluribus habendis in contractibus, negotijs, & iudicijs, non ad aliquem decipiendum, vel circumueniendum, sed ad præcauendum ne quis decipiatur ab alijs, cùm nomquam defuerint, nec desinit personæ callidæ, & malignæ, scripserunt Bartholomæus Cæpol. Thomas Ferrarius, Io. de Amono, Io. Dilectus, Marcus Antonius Blaneus, Io. de Deo, Nepos à Monte Albano, Baldus Perusinus, Raymundus Pius, quorum tractatus simul recollecti habentur in vno tomo Lugduni impresso sumptibus Philippi Tingi Florentini anno 1577. cui titulus est, *Tractatus cautelarum omnium, siue cautionum ex Diuersis, &c.* cum præfatione, De recto, atque vero cautelarum vsu, & earumdem vtilitate; alios Auctores qui de cautelis tractarunt, refert Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 216.

9 De cautelis, & cautionibus adhibendis circa plura tempore pestis, vel suspicionis de peste, plura Card. Gastald. *tract. de auert. & proflig. pest. vt in Repert. verb. Cautela, Cautiones, & alibi.*

10 Cautelæ quando plures adhibentur in actu suspecto, tantò plus fraudis, & calliditatis adesse præsumitur, Vela *Differt. iur. contr.* 12. *num.* 55. *& Differt.* 38. *num.* 62. Rot. Genuen. *decis.* 172. *num.* 4. Carol. de Graff. *de except. except.* 14. *n.* 46. Farinac. *de falsit. & simulat. quæst.* 162. *num.* 154.

§. CAVTIO. X.

1 CAutionis vox simpliciter prolata intelligitur de simplici promissione absque fideiussore, vel pignore, Bart. & Ias. *in l. Sancimus C. de verb. signif.* si verò aliud sit adiectum, nempè quòd sit idonea, sufficiens, competens, plena, vel similis, vel si versemur in iudiciarijs, vel vbi lex mandaret caueri causa cognita, vel de indemnitate, vel persona sit suspecta, vel agatur de dote, vel de actu, de cuius natura sit præstandus fideiussor, vel de cautione, quæ legatorum, vel fideicommissorum nomine præstatur, non sufficit simplex promissio, sed intelligitur cum datione fideiussoris, vel pignoris, Maur. *de fideiussor. part.* 1. *sect.* 1. *cap.* 8. *num.* 19. Gratian. *discept. forens. cap.* 147. *num.* 19. Duen. *reg.* 86. *per tot.* Tusch. *litt. C. conclus.* 167. Merlin. *de pign. lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 2. 3. *&* 4. *per tot.* Barbos. *de appell. verb. signif. appell.* 45. *per tot.* Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 281. *num.* 40. vbi quòd euidenter idoneus arbitrio iudicis, non tenetur dare fideiussorem, sed tantùm simpliciter cauere sub hypotheca bonorum suorum, de quo dixi in §. *Fideiussor euictionis*. In iudicijs tamen, maximè criminalibus, semper vidi, vbi opus fuerit cautione, illam præstari cum fideiussoribus, etiam à personis ditissimis, & omni penitus suspicione carentibus, imò articulo disputato à quodam Domino Aretino de anno 1666. coram magistratu Dominorum Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, fuit ita decisum cum solitis participationibus, & approbatione S. C. S. & ita seruari de consuetudine, Clar. §. *fin. quæst.* 47. *num.* 5. Vulpel. *de pace, &c. quæst.* 76. *num.* 2. Guaz. *eod. tract. part.* 2. §. 3. *quæst.* 15. *num.* 6. qui loquuntur in terminis cautionis de non offendendo.

Et in quibus casibus cautio fideiussoria sit præcisè ab omnibus præstanda, Tusch. *litt. C. concl.* 174. *per tot.*

2 Cautio idonea quænam dicatur, remittitur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. cas.* 142. *per tot.* Rot. *d. decis.* 281. *num* 40. *in fine*.

Quotuplex sit cautio fideiussoria, & in quibus casibus præstanda, Tusch. *litt. C. concl.* 16. *& seqq.*

3 Cautio idonea est cum fideiussoribus præstanda ab eo, qui petit executionem sententiæ pro se à supremo Magistratu latæ, si ab ea fuerit per partem reclamatum, vt possit non obstante reclamatione illam exequi facere, cauendo scilicet de restituendo toto eo, quod receperit, si aduersarius ex reclamatione victoriam reportabit, Marant. *part.* 6. *de appellat. num.* 15. *& memb.* 8. *num.* 26. Afflict. *decis.* 356. *n.* 2. Afin. *in prax.* §. 31. *cap.* 2. *ampliat.* 9. Maur. *de fideiuss. par.* 1. *sect.* 3. *cap.* 4.

Quòd cautio non sit necessaria quando debitor est diues, Pacif. de Saluian. *inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 255. vbi in terminis refectionis melioramentorum, Seraph. *decis.* 1243. *num.* 3. vide latè Merlin. *de pign. lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 4. *per tot.* Afflict. *decis.* 171.

4 Cautio iuratoria admittitur propter impotentiam inueniendi fideiussores, vel quando quis esset forensis, & aduena, quamuis extaret statutum requirens fideiussores, ita vt talis impotentia possit probari per iuramentum, Marsil. *repert. Rub. ff. de fideiuss. num.* 166. Maur. *de fideiuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 25. *per tot.* Surd. *decis.* 141. *num.* 7. *&* 11. dixi in §. *Carceratus num.* 20. Tusch. *litt. C. concl.* 175. *per tot.* Ricc. *Collect.* 318. Guaz. *de pace &c. part.* 2. §. 3. *quæst.* 16. *&c.* Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 96. *num.* 6. *& seqq.* vbi quòd admittitur etiam in matre, vel auia suscipientibus tutelam, ad Thes. *quæst. forens.* 21. *lib.* 1.

De huiusmodi cautione iuratoria quando sit admittenda in visitatione carceratorum, vide Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. §. 1. *cap.* 8. *&* 9. *per tot. fol.* 431. *& in Appendice cap.* 38. *per tot. fol.* 78.

5 Cautio iuratoria non admittitur in debitore, qui accepit dilationem quinquennalem, vel moratoriam à Principe, nam tenetur cum effectu præstare fideiussores de soluendo adueniente termino; sicut nec de consuetudine illa cautio admittitur in criminalibus, nisi essemus in delictis leuibus, Clar. §. *fin. quæst.* 46. *vers. sed quid*, Maur. *de fideiuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 25. *num.* 22. Farinac. *quæst.* 33. *num.* 46. Nouar. *in Pragm. Collect.* 153. Marsil. *d. tit. num.* 182. vide Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 30. vbi latè de moratoria, & an, & quando illam impetrans teneatur cauere, & quomodo dixi §. *Debitor num.* 43. vbi qualiter cautio non sit necessaria, vel admittatur iuratoria.

6 Cautio iuratoria non admittitur quando agitur ad instantiam partis, vel quando fideiussio est de forma actus, vt in vsufructuario, vel debitor est de fuga suspectus, vel malæ conditionis, & famæ, vel alias periurus, & contumax, vel bona dissipauerit, & ex culpa factus pauper, vel si sit debitor in magna summa, vel se obligauerit ad satisdandum, & idoneam cautionem cum fideiussoribus præstandum, Maur. *d. tract. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 25. *per tot.* vbi plura Marsil. *d. tit. num.* 167. Caccialup. *de debit. suspect. & fugit. quæst.* 11. *per tot.* plenè Fontanel. *decis.* 226. 237. *& decis.* 238. *per tot.* vbi arguit ad partes dixi in §. *Carceratus num.* 20. & in meis *resol. cap.* 39. *n* 29. *&* 30. vide Tusch. *litt. C. concl.* 175. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 62. *per tot.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap. fin. num.* 3. *& seqq. per tot.* vbi latè an, & quando pauper secundam supplicationem proponens,

possit

possit reseruari à fideiussione, pro pœna temerè supplicantium à lege municipali imposita, mediante iuratoria cautione, & hic quando ad illam sit admittendus, vel non, Giurb. decis. 4. per tot.

Qualiter admittatur cautio iuratoria cum hypotheca, suorum bonorum de stando iuri, & iudicatum soluendo, etiam in suspecto de fuga, si aliam cautionem idoneam inuenire non possit, quod maximè procedit fauore Clericorum ex speciali priuilegio, Rot. part. 16. recent. decis. 362. vbi num. 2. idem firmat in laicis, vide in §. Clericus num. 19. in Addit.

Quòd in criminalibus non admittatur iuratoria cautio, Boet. decis. 349. nec in debitore suspecto de fuga, neque in aliis petitoris, Nouar. in Pragm. Regn. Neap. Collect. 96. num. 8. & Collect. 153. num. 15. & seqq.

7 Cautio de damno infecto præstatur à vicino, cuius ædificium minatur ruinam, & iudicis officio mediante vbicumque damnum timetur, etiam si agatur de diuite, qui potest adhuc cogi ad reficiendam domum, vel vendendam propter periculum vitæ iminens vicino, & eius familiæ, l. malum §. 1. ff. de verb. signif. & tot. tit. ff. de damn. infect. vbi Castr. & alij Maur. de fideiuss. part. 1. sect. 3. cap. 14. per tot. Atrisnin. Tepat. var. sent. tit. 99. vbi plura notabilia de ista cautione, quando, & pro quibus damnis competat.

Quòd cautio de damno infecto habeat locum tantùm quando timetur damnum ex ædificio vicini, secus autem si non ex ædificio, sed aliunde positiuè proueniat damnum qualecumque illud sit, quia tunc est remouendum, Rot. part. 18. recent. decis. 819. num. 18. & seqq.

In huiusmodi cautione, & illius petitione non considerantur picturæ, nec ex ea veniunt reficiendæ, Gratian. discept. forens. cap. 437. in fine.

8 Cautio de rato est iudicialis, & præstatur ab eo, qui comparet ad agendum pro alio cum mandato, de cuius validitate, & viribus dubitatur, & alia de hac cautione, vide per Manr. de fideiuss. part. 1. sect. 2. cap. 9. per tot. l. 1. & l. Pomponius §. rati ff. de procurat. l. illud §. quod si ff. de minor. tot. tit. ff. rem rat. hab. Bart. in l. si fine §. cum autem ff. rem rat. habi & in l. vulgò ff. de administ. tut.

9 Cautio Mutiana est realiter cum fideiussoribus præstanda ab eo, cui fuit aliquid relictum sub conditione potestatiua negatiuè concepta, vel affirmatiuè, quæ tamen ante mortem impleri non possit, & habet vim implementi conditionis, ita vt illa præstita de restituendo relicto vnà cum fructibus, si contrafecerit, possit statim legatarius in vita sua legatum consequi, Maur. de fideiuss. part. 1. sect. 3. cap. 24. alias cap. 33. per tot. Get. Spin. cons. 98. per tot. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 13. num. 12. &c. Sperel. decis. 143. n. 46. & decis. 159. num. 1. & seqq. vbi num. 31. &c. quòd debet præstari etiam in dispositione modali, de quo in meis resol. cap. 72. num. 5. &c. Martha de success. leg. part. 4. quæst. 12. art. 7. num. 53. & seqq. Cabal. cons. 137. lib. 1. Vrceol. de transact. quæst. 66. per tot. vbi benè declarat, & me in hoc loco citat, vide in §. Modus.

Quid sit cautio Mutiana, quando, & qualiter præstanda, Tusch. litt. C. concl. 177. per tot. Coccin. decis. 67. nu. 25. & seqq. Rot. per Farinac. decis. 430.

10 Cautio Mutiana est præstanda ab vxore, cui à marito relicta sunt alimenta si cum filio habitauerit, Ruin. cons. 34. num. 4. lib. 2. Maur. d. cap. 24. num. 7.

Et quòd sit præstanda non tantùm ab vxore, sed etiam à concubina, cui conditio castitatis, & continentiæ sit apposita, & quando secus, vide Sperel. d. decis. 159. num. 6. & seqq. per tot.

11 Cautio Mutiana est præstanda ab vxore hærede instituta à marito donec vitam vidualem seruauerit, quam si non præstiterit, non erit hæres, & transeundo ad secunda vota illa non præstita perindè est ac si numquam fuisset hæres instituta, Bart. in l. Mutiana num. 3. ff. de condit. & demonstrat. Maur. vbi supra num. 8. Rot. per Farinac. decis. 430. per tot. vide hincinde Gratian. discept. forens. cap. 563. num. 9. &c. dixi in §. Vxor num. 25. sequitur Rot. part. 2. diuers. decis. 225. num. 6. &c. vbi quòd tunc licèt fuerit hæres, definit esse hæres ex iuris dispositione quoad omnes effectus, Gratian. decis. 3. per tot. vbi num. 17. & 18. distinguit inter legata, & institutiones, vt contraria procedant in legatis & decis. 187. num. 5. & seqq. vide Rot. decis. 258. part. 7. recent. Merlin. Pignatel. controu. forens. lib. 2. cap. 40. per tot. Leoncil. decis. Ferr. 188.

Contrarium stante dictione distributiua, & non conditionali, vide per Menoch. cons. 494. num. 9. & 11. quem sequitur Get. Spin. cons. 98. n. 16. vide in §. Conditio num. 69. Marth. de success. leg. part. 4. q. 18. art. 2. num. 78. & seqq.

Intellige vt prædixi in legatis per dictiones, donec, & quousque, quæ faciunt dispositionem resolui in plura legata annua, & illa deberi quousque conditio seruatur, secus autem in institutionibus, & quare, latè Sperel. decis. 159. num. 18. & seqq. per tot. dixi in meis resol. cap. 38. num. 11. & seqq. Ricc. Collect. 3112.

Quòd huiusmodi cautio sit tantùm præstanda quando vxor instituitur sub conditione, non autem, quando illi relinquitur solus vsusfructus, videtur tenere Gratian. discept. forens. 696. num. 11. sed facit contra in cap. 901. num. 9. & seqq. vbi etiam quid stante impossibilitate cauendi, & an admittatur cautio iuratoria, Sperel. d. decis. 159. num. 8. & seqq.

Quòd cautio Mutiana non sit præstanda ab vxore legataria vsusfructus temporaliter duraturi, donec scilicet viduitatem seruauerit, relato Gratian. d. cap. 696. num. 11. Natt. cons. 457. num. 17. Thomat. decis. 103. nu. 7. & 8. Barz. decis. Bonon. 73. num. 29. &c. sequitur Rot. part. 10. recent. decis. 329. num. 17.

Cautio Mutiana habet locum tantùm in relictis vltimarum voluntatum, & donationibus causa mortis, non autem in contractibus inter viuos, Castr. & Ias. in l. dedi nu. 7. ff. de condit. caus. dat. Maur. de fideiuss. part. 1. sect. 3. cap. 24. num. 12. Oinot. in §. si quis ita num. 2. & 3. Instit. de verb. oblig. Capel. Tholos. quæst. 327. num. 3. & 4. vbi etiam quòd nec habet locum in vltimis voluntatibus quando verba testatoris referuntur ad ius, & de iure, cùm tunc impleatur conditio per acceptilationem, secus si referantur ad factum, & de facto, nam tunc non sufficit acceptilatio, sed requiritur cautio, Vrceol. d. quæst. 66. num. 14. & seqq. vbi quòd ista cautio Mutiana non procedit in transactione, nec in alijs contractibus inter viuos, & quare citando meas resolutiones cap. 48. num. 7. 12

Cautio Mutiana non habet locum in relictis ad pias causas, nisi aliter constet de voluntate testatoris, Tiraquel. tract. de pia caus. priuil. 48. Maur. vbi supra, & plura de hac cautione vide per Card. Tusch. part. 1. concl. 177. Sperel. d. 159. num. 12. & seqq. vbi quòd fauore piæ causæ, & libertatis debetur legatum dicta cautione non præstita, nisi constet aliter de voluntate testatoris, & ad pias causas dicitur legatum factum concubinæ, vel meretrici olim suæ, vt se emendet, & caste viuat. 13

Quòd cautio Mutiana non habet locum in legatis pijs, nec in modo, nec in conditione pendente à casu, & facto tertij, Rot. per Farinac. part. 1. decis. 258. num. 4. & seqq.

Est etiam reiecta cautio Mutiana, & reprobata in conditionibus viduitatem inducentibus, l. 1. & 2. C. de indict. viduit. at, intelligendo vbi reijcitur conditio; vt quando est adiecta virgini, secus si non reijcitur, vt quando apponitur viduæ, nam tunc debet impleri per cautionem Mutianam, vide cons. 68. vol. 1. inter cons. diuers. vlt. volunt. collect. per Zilett. & dixi in §. Conditio num. 34. & seqq.

Cautio Mutiana non est præstanda, nisi petatur, sicut si non fuerit actum durante vita legatarij, non poterit agi contra illius hæredes ob huiusmodi cautionem non præstitam, Riminald. iun. cons. 279. & 532. lib. 3. & lib. 5. quem tamen reprehendit Michalor. de fratr. part. 3. cap. 13. num. 22. 14

De cautione Mutiana Tondut. q. ciuil. 157. per tot.

Et quòd etiam non petita sit præstanda, pulchrè Gratian. discept. forens. cap. 901. num. 10. &c. & decis. 3. num. 21. & seqq. Get. Spin. cons. 98. per tot.

An autem sustineatur consumptio fructuum bona fide facta, non præstita dicta cautione, vide Seraph. decis. 1406. Sperel. d. decis. 159. num. 34. & seqq. vbi etiam quòd si constaret de voluntate testatoris expressa, vel tacita, non essent restituendi fructus percepti. Amitteretur tamen legatum sub conditione castitatis factum per quoscumque actus impudicos, vt sæpè loquendo cum iuuenibus, permittendo deosculari, vel sibi mamillas tangi, & similes, vt ibi per eum, vide in §. Vxor, & facit quod de vsufructuario dixi in §. Vsusfructus.

Cautio de benè viuendo præstatur iudicis officio ab eo, qui est valdè rixosus, scandalosus, malæ vitæ, exempli, conditionis, & famæ, vt autem ad illam præstandam quis adstringi possit grauiores causæ requiruntur quam in simplici cautione de non offendendo, Herculan. tract. de caut. de non offen. cap. 22. Eugen. consil. 68. Guaz. de pace &c. part. 2. 15

part. 2. §. 3. quæst. 14. per tot. Maur. de fideiuss. part. 1. sect. 2. cap. 5. per tot. Aloys. Ricc. prax. var. resol. cap. 395. per tot. vbi in quibus conueniat, & differat à cautione de non offendendo, & quomodo committatur, & tollatur, Conciol. resol. crim. verb. Cautio de benè viuendo resol. 1. 2. 3. 4. & 5. per tot. Borgn. decis. 19. per tot. part. 5. Costa tract. de re intog. distinct. 105. per tot.

Dicta cautio de benè viuendo versatur circa tria præcipua iuris præcepta, nempè honestè viuere, alterum non lædere, & ius suum vnicuique tribuere, quibus seruatis dicitur quis benè viuere, vt declarant relati Doctores; multa tamen continet, & formulam dictæ cautionis (licèt mutilatam) aliàs per me in casu occurrenti extensam, vide in libro Contractuum Cancellariæ Dominorum Octo Balliç virorum Ciuitatis Florentiæ signato Q. 3. à c. 198. sub die 4. Augusti 1664.

Quòd dicatur incursa pœna dictæ cautionis de benè viuendo per delationem sclopororum rotatorum prohibitorum sub graui pœna corporali, & sic contrafactum promissioni, vide Cyriac. controu. 149. per tot. lib. 1. sed contrarium probat Guaz. de pace &c. part. 2. §. 3. q. 14. quia ista cautio est odiosa, & non committitur, nisi aliquis simul offendatur, cùm possit stare, vt incidat in pœnam delationis armorum, & non in pœnam conuentionalem.

De cautione de aliquem benè tractando quid operetur, Rot. part. 11. recent. decis. 132. num. 18. & seqq.

Quòd iudex possit prohibere alicui ne ante domum alterius vadat, Aloys. Ricc. prax. var. resolut. cap. 395. in fine. Sanfelic. decis. 142. num. 7. & ità sæpè ex causa seruatum vidi Florentiæ per Magistratum DD. Octo Balliæ.

16 Cautio de non offendendo est præstanda cum fideiussoribus ad instantiam partis, vel officio iudicis ex iusta causa, etiam si petens dederit ipse causam inimicitiæ, propter timorem futuri scandali, pacem ciuium, & ne Respublica turbetur, Clar. §. fin. quæst. 47. vers. 3. Maur. de fideiuss. p. 1. sect. 2. cap. 4. per tot. Farinac. quæst. 107. part. 1. art. 2. Card. Tusch. litt. C. concl. 169. Sanfelic. decis. 142. Paul. Christin. decis. Belg. 50. vol. 2. & ad leg. municip. tit. 4. per tot. vbi plura de securitate huiusmodi, vel pace.

Vbi qualiter sit præstanda cautio de non offendendo cum fideiussoribus ad instantiam partis, vel officio Iudicis. Adde quòd hunc locum allegat, & sequitur Romaguer. ad Conciol. stat. Eugub. lib. 4. rub. 29. num. 14. & rub. 36.

Qualiter, & quando sit præstanda à viro de non offendenda vxore, Ricc. Collect. 3382. vide in §. Maritus num. 4. Thom. Triuul. decis. 45. n. 35. lib. 1. Guaz. de pace &c. p. 2. §. 3. quæst. 8. per tot.

Quid sit cautio de non offendendo, quotuplex, quo iure inuentata, an sit odiosa, vel fauorabilis, ac alia plura de natura, & effectibus istius cautionis, Herculan. tract. de caut. cap. 1. & seqq. Guaz. de pace &c. part. 2. §. 3. q. 1. cum multis seqq. per tot. Maur. Farinac. & alij.

Non tamen debet sine causa extorqueri cautio, vel peti, sed causa cognita, quæ dicitur iusta, vel iniusta arbitrio iudicis, Menoch. de arbitr. cas. 140. per tot. & Franch. decis. 359. Christin. decis. 50. num. 3. vbi quòd temere, & quolibet prętextu non est concedenda, Sanfelic. decis. 142.

De modo autem cogendi partes ad dictam cautionem præstanda, tam inspecto iure communi, quàm municipali Status Florentini, vide in mea Pract. §. Offese num. 6. Paul. Christ. ad leg. municip. tit. 4. vbi plura iuxtà consuetudines illarum partium.

An sit præstanda à Clerico in foro sæculari saltem quando ille eam petit à laico in eodem foro, Imbert. Instit. for. lib. 1. cap. 24. Aufrer. decis. Tholos. 439. Paul. Christin. d. decis. 50. num. 4. vbi concludunt quòd sic, & d. tit. 4. art. 1. nu. 7. &c. Guaz. de pace &c. part. 2. §. 3. quæst. 14. num. 12. & quæst. 17. num 11. & quæst. 27. num. 3. & seqq.

Quomodo autem seruetur in Statu Florentino, dixi in Pract. §. Offese num. 17.

17 Cautio de non offendendo secundùm aliquos durat tantùm 30. diebus, sed secundùm veriorem opinionem est in arbitrio iudicis quantum durare debeat, cùm plerumque præfigatur tempus à iudice, quo transacto si non cessauerit suspicio, coguntur partes ad illam renouandam, Clar. §. fin. quæst. 47. vers. item quæro, Maur. de fideiuss. part. 1. sect. 2. cap. 4. num. 42. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 141. per tot. Cabal. resol. crim. cas. 101. nu. 44. Farinac. quæst. 107. num. 45. & seqq. dixi in mea Pract. §. Offese num. 7. &c. vbi quomodo hæc conclusio sit intelligenda, & latè Guaz. de pace &c. part. 2. §. 3. quæst. 24. per tot. Herculan. de caut. cap. 9. Vulpel. de promiss. quæst. 78.

Cautio de non offendendo cessat, & pœna, quando vna 18
pars iam contrafecit, nam altera pars non tenetur amplius eam seruare, etiam si adesset clausula quòd pœna toties committatur, quoties contrauentum fuerit, Alex. in l. cum proponas num. 6. C. de pact. Clar. d. quæst. 47. vers. sed quoniam, Maur. d. sect. 2. cap. 4. num. 66. Cabal. resolut. crim. cas. 101. num. 2. & seqq. Farinac. d. quæst. 107. art. 9. num. 95. & art. 32. num. 404. & seqq. ad 432. & in meis resol. cap. 93. nu. 10. Guaz. de pace &c. part. 2. §. 3. quæst. 42. num. 27.

Qualiter cautio de non offendendo arguat inimicitiam inter partes, & faciat inditium ad torturam super delicto posteà sequuto, concurrentibus tamen alijs adminiculis, & dummodò sit fundata super causa graui, & non leui, Herculan. de caut. cap. 38. num. 19. & seqq. & cap. 50. num. 14. & seqq. Guaz. de pace &c. part. 2. §. 3. quæst. 25. per tot. vbi plures alios allegat.

Cautio de non offendendo vbi subest iusta causa est ad 19
inuicem, & reciprocè præstanda ab vtraque parte, aliàs præstita ex vna parte tantùm, non valet, sed stat in suspenso donec ab altera parte præstetur, Maur. d. cap. 4. num. 20. & seqq. Cyriac. controu. 101. num. 1. & seqq. Franch. decis. 359. 418. & 423. vbi quòd etiam pater tenetur cauere de non offendendo filium si adsit causa, Card. Tusch. litt. C. conclus. 169. num. 1. &c. in meis resol. d. cap. 93. num. 2. Guaz. de pace, &c. part. 2. §. 3. q. 9. vbi qualiter sit præstanda etiam inter patrem, & filium, inter frater, & inter alios, quibus reuerentia debetur, si subsit iusta causa, Conciol. verb. Cautio de non offendendo resol. 6. & 7. vbi quòd est validum præceptum cum clausula vt interim cautio habeatur pro præstita cum aliquibus declarationibus, vt ibi per eum.

Contrarium tamen quòd cautio præstita ab vna parte, licèt nondum fuerit præstita ab alia parte, imo præcepta de non offendendo statim obligare ambas partes, licèt nulla fuerit præstita cautio, vide Cabal. resol. crim. cas. 219. per tot. Batard. ad Clar. quæst. 47. num. 20. &c. Farinac. quæst. 107. part. 1. art. 2. num. 23. vbi etiam Vulpin. in fuce num. 4. & ita seruatur in statu Florentino per rationes tactas in dd. meis resol. cap. 93. num. 2. vide Guaz. tract. de pace &c. part. 2. §. 3. quæst. 3. per tot. vbi licet videatur firmare primam opinionem, vt æqualitas seruetur etiam respectu summæ, illam tamen pluribus modis limitat, nempè vt valeat etiam ex vna tantùm parte præstita, & pro maiori summa, quando intercessit iussus iudicis causa cognita, vel quando in præceptis continetur vt interim habeatur pro præstita, & alijs modis, vt ibidem benè declarat, & seruandum dicit Guaz. loc. cit. num. 21. & num. 22.

Quòd valeat statutum, vt præsentato præcepto, cautiones habeantur pro præstitis, & eo magis si in præcepto adsit dicta clausula, Conciol. resol. crim. verb. Cautio resol. 7. nu. 1. & ad stat. Eugub. lib. 4. rub. 36. num. 8.

Cautio de non offendendo est nulla vbi non interuenit 20
stipulatio pro fisco, & nullus pro illo acceptauerit, Cyriac. contr. 101. num. 6. & seqq. allegans l. blanditus, vbi Salic. C. de fideiuss. cum multis alijs, & respondet ad verbum, fideiussit, quod solet importare stipulationem, sicut verbum, promisit, Menoch. lib. 3. præsumpt. 41. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 7. num. 2. Gratian. discept. forens. cap. 842. n. 29. & 30. vide in §. Stipulatio, §. Notarius, & §. Verba, & in meis resol. cap. 93. num. 8. & 9.

Cautio de non offendendo est præstanda ab ipsis auctori- 21
bus principalibus rixæ non tantùm pro illorum personis, sed etiam pro filijs, absque descendentibus, vel familiaribus, quòd scilicet nec per se, nec per huiusmodi personas offendent, imò tenetur adhuc cauere arbitrio iudicis pro alijs consanguineis, affinibus, complicibus, & sequacibus, vide Maur. de fideiuss. part. 1. sect. 2. cap. 4. num. 24. vbi sex modis limitat, & latè Guaz. de pace, &c. part. 2. §. 3. quæst. 10. & seqq. Sanfelic. decis. 142.

Non teneri patrem cauere pro filijs spurijs, vel naturalibus, nisi aliter videatur arbitrio iudicis, vt quia illos domi alat, vel sub sua custodia retineat, benè Conciol. verb. Cautio de non offendendo resol. 10. per tot. vbi idem è contra, & inter se pro alijs fratribus spurijs.

Qua ratione possint cogi coniuncti ad cauendum pro coniunctis, Conciol. verb. Cautio de non offendendo resolut. 4. per tot. & in verb. Cautio de non ingrediendo resolut. vnica.

Quòd in huiusmodi cautione comprehendantur etiam

filii

filij ſpurij, vel naturales tantùm, & pro illis ſit præſtanda cautio, videtur tenere Cabal. *reſol. crim. caſ.* 210. *per totum*, Guaz. *de pace &c. part.* 2. §. 3. *quæſt.* 11. *&* 12. *per tot.* vbi refert contrarias opiniones, & arbitrio iudicis remittit.

Non tamen comprehendi filios in Religione profeſſos, & ſic monachos, & quare, vide Vrceol. *conſul. forenſ. cap.* 41. *per tot.* & in mea Pract. §. *Offeſe num.* 13. vbi plures alios allegaui circa principalem concluſionem, quinam comprehendantur in dicta cautione.

Qua ratione poſſit ſuſtineri ſtylus Tribunalium Status Eccleſiaſtici, & aliorum locorum cogendi coniunctos ad cauendum pro coniunctis, & alia, vide Sanfelic. *deciſ.* 142. *num.* 9. *& ſeqq. per tot.* Ant. Merend. *inter Conſult. forenſ.* Vrceol. *cap.* 41. *num.* 35. *&c.* vbi facit maximam differentiam, an quis cogatur cauere pro illis, qui habent occaſionem offendendi dependentem à perſona coacti, vel an cogatur pro illis, in quorum perſona conſiſtit principaliter occaſio offendendi, vt primo caſu ſit quid congruum, ſecundo autem incongruum, & inconſulto Principe, vel niſi ex magna, & vrgenti cauſa non practicandum, vt ibidem optimè declarat.

Qualiter conſanguinei, affines, & attinentes bannitorum poſſint pro bono publico cogi ad præſtandum cautionem, quòd dicti banniti non offendent, nec ingredientur Statum Eccleſiaſticum, vide latè Guaz. *tract. de pace, &c. part.* 2. §. 3. *quæſt.* 57. 58. *&* 59. *per tot.* vbi tamen refert plures rationes, & auctoritates in contrarium; & certè hanc cautionem Florentiæ vbi optimi Principis regnant, numquam practicatam vidi, non eſſet tamen iniuſta quandoque, ſed adhibenda cum moderamine, de quo ſupra, & dixi in §. *Conſanguinitas num.* 6. vide Cabal. *reſol. crim. caſ.* 149. *per tot.* vbi meminit de pluribus Statutis Florentinis ad rem facientibus.

Non tamen quis cogi poteſt ad cauendum pro inimicis, diſcolis, & rixoſis, Conciol. *reſolut. crim. verb. Cautio reſolut.* 4. *num.* 4. *& ad ſtatut. Eugub. lib.* 4. *rub.* 36. *num.* 6. *& num.* 7. vbi quod neque pro pauperibus non volentibus releuare.

An autem pax, ſeù cautio de non offendendo facta cum principali, intelligatur etiam facta cum eius adhærentibus, & ſic an per offenſam factam à coniuncto vnius principalis alteri coniuncto alterius principalis, incurratur pœna, vide latè Mart. Medic. *exam.* 40. *& d.* 65. *per tot. cum Addit.*

22 Cautione de non offendendo præſtita pro ſe, & conſanguineis, ſi vnus ex illis contraueniat, propter quam contrauentionem auctor principalis, qui cautionem præſtitit cogatur aliquid ſoluere, poteſt ſolutum ab illo repetere, niſi qui contrauenit fuerit ignorans cautionis interpoſitæ, vel qui promiſit fuerit adſtrictus à lege, vel ſtatuto ad ita cauendum, Maur. *de fideiuſſ. ſeſſ.* 2. *cap.* 4. *num.* 59. *& ſeqq.* latè hanc concluſionem examinat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 499. *per tot.* vbi allegat Farinac. & alios diuerſimodè ſentientes vide Farinac. *quæſt.* 107. *art.* 3. *num.* 25. vbi Vulpin. *in ſuco num.* 9. Guaz. *de pace &c. part.* 2. §. 3. *quæſt.* 51. *per tot.* Herculan. *tract. de caut. cap.* 33. *n.* 23. *cap.* 42. *n.* 20. Moron. *de treg. & pace quæſt.* 151. *& ſeqq.* dixi in mea Pract. §. *Pace num.* 12. vbi quid ſuper hoc ſit cautum de iure municipali Florentiæ.

An autem auxiliatores teneantur pœna pacis, vel cautionis de non offendendo ruptæ, vide Guaz. *de pace &c. part.* 1. *quæſt.* 79. *per tot.* vbi refert contrarias opiniones, & videtur tranſire cum diſtinctione an ſciuerint, vel ignorauerint huiuſmodi qualitatem, facit quod dixi in §. *Auxilium num.* 2.

23 Cautio de non offendendo dicitur ſublata, & expirat pace ſequuta inter partes, quæ illam præſtiterunt, Maur. *de fideiuſſ. part.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 4. *num.* 63. Guaz. *de pace &c. part.* 2. §. 3. *quæſt.* 28. *num.* 41. *&c.*

Quod eſt verum quando fuit præſtita ex voluntate tantùm ipſarum partium, nam ſi eſſet præſtita de mandato iudicis, non cenſetur ſublata, niſi pax etiam ſequatur cum auctoritate iudicis ex rationibus adductis per Cabal. *reſol. crim. caſ.* 272. *per tot.* vide Farinac. *quæſt.* 107. *art.* 12. *n.* 117. *& ſeqq.* vbi Vulpin. *in ſuco num.* 22. & in meis *reſol. cap.* 93. *num.* 31. *&c.*

Quibus alijs modis extinguatur cautio de non offendendo, & fideiuſſores remaneant liberati, an, & quando ſecunda cautio tollat primam, vel non, & alia latè Guaz. *de pace, &c. part.* 2. *&* §. 3. *quæſt.* 28. *per tot.*

24 Cautio de non offendendo non dicitur rupta, nec pœna debetur propter incertitudinem primi offendentis, quando applicatur partibus, ſi verò applicetur fiſco debetur ab vtroque in ſolidum vnica ſolutione ſufficiente, Petr. Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 102. *per tot.* Clar. §. *fin. quæſt.* 47. *verſ. ſed hic quæro*, Maur. *de fideiuſſ. part.* 1. *ſect.* 2. *cap.* 4. *num.* 70.

Contrarium quoad ſecundam partem concluſionis, imò indiſtinctè non deberi pœnam ratione incertitudinis primi offendentis, probat Farinac. *quæſt.* 107. *art.* 33. *num.* 456. *& ſeqq.* hancque partem alijs citatis tenui in meis *reſol. cap.* 93. *num.* 25. *&c.* in Pract. §. *Offeſe num.* 11. & ſequitur nouiſſimè Ioſeph. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 41. *num.* 28. Guazz. *de pace &c. part.* 1. *quæſt.* 53. *& part.* 2. §. 3. *quæſt.* 42. *num.* 28. *& ſeqq.* Herculan. *de caut. cap.* 30.

Non etiam rumpitur pax, vel cautio ante ratificationem, quando fuit inita cum abſente, mediante ſtipulatione patris, vel notarij, vt dixi in §. *Abſentia num.* 22. vide Guaz. *de pace &c. part.* 1. *quæſt.* 81. *&* 82. *per tot. vbi de pace, & part.* 2. §. 3. *quæſt.* 45. *per tot.* vbi de cautione de non offendendo.

25 Cautio de non offendendo verbis generalibus concepta rumpitur per inſultum factum cum armis, vel ſine, etiam quòd inſultatus non fuerit vulneratus, item per conſpuentem in faciem alterius, item per exonerationem archibuſi contra perſonam etiam abſque vulnere, item per metus illationem, & ſimplicem, ac verbalem iniuriam quando verba ſunt grauia, & pœnam merentia, intelligendo vt dixi quando promiſſio eſt generalis, ſecus autem ſi in perſonam tantùm, prout ita communiter cauetur in Cancellaria Dominorum Octo Baliæ vitorum Ciuitatis Florentiæ, nam per dictos actus non dicitur rupta cautio, niſi etiam perſona ſit tacta, & offenſa, Maur. *de fideiuſſ. d. c.* 4. *num.* 73. *& ſeqq.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 231. *num* 4. *&c.* Sperel. *deciſ.* 60. *n.* 10. idem Cabal. *caſ.* 152. *per tot.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 4. *art.* 7. *&* 8. vbi plura quando, & ex quibus actibus rumpatur, vel non dicta cautio, vel ſecuritas, Guaz. *tract. de pace &c. part.* 1. *quæſt.* 50. cum pluribus antecedentibus, & ſequentibus.

Quomodo rumpatur cautio de non offendendo, & alia plura de hac materia idem Conciol. *loc. cit. reſol.* 5. vbi qualiter rumpatur etiam per offenſionem ſecutam extra territorium iudicis, coram quo fuit præſtita cautio, *& reſol.* 8. vbi de exoneratione Archibuſij, *& in verb. Pax reſol.* 14. *&* 24. *per tot.*

26 Cautio de non offendendo, & pax dicitur rupta per falſum teſtimonium perhibitum in iudicio contra eum cum quo dicta cautio, vel pax fuerat ſequuta, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 247. *per tot.* Surd. *deciſ.* 79. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 107. *num.* 246. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 178. *fol.* 314. vbi tamen quòd ſecus eſt ſi deponatur veritas, etiam ſpontè, & in cauſa criminali.

27 Cautio de non offendendo dicitur fracta per offenſionem vnius de familia illius, quem quis non offendere promiſit, qua autem pœna puniatur talis non obſeruans, Menoch. *de arbitr. caſ.* 335. *per tot.*

De cautione per ſaluaguardiam concedenda, vide in §. *Saluus conductus*, *&* §. *Princeps*.

28 Cautio de non offendendo poteſt euitari, & non præſtari, quando ex parte recuſantis non adeſt timor ſcandali, puta quia ſit bonæ conditionis, & famæ, vel qui illam petit ex aduerſo ipſe non cauit, vel ſit pauper, ſiue forenſis, & illam non inueniat, vel quia ſui conſanguinei, & affinis ſint inimici partis aduerſæ, pro quibus non vult cauere, vel quia illam petens ſit bannitus, excommunicatus, vel ſimilis, latè Guaz. *deſ.* 11. *cap.* 1. *& in tract. de pac. & treg. part.* 2. §. 3. *quæſt.* 18. *per tot.*

Quòd pro inimicis non ſit præſtanda, & quare, ac quomodo probetur inimicitia, Gratian. *deciſ.* 133. *per tot.* Guaz. *de pace, &c. part.* 2. §. 3. *quæſt.* 57. *num.* 6.

In practica tamen numquam vidi admitti dictas excuſationes, quòd quis ſit bonæ conditionis, & famæ, quòd altera pars non cauerit, & quòd cauere debens ſit pauper, vel forenſis, nam omnes præcipuè inſtante parte compelluntur remedijs opportunis ad cauendum iuxta vires, facit quod dixi ſupra *num.* 1. *in fine*, *& num.* 19. & benè in Pract. §. *Offeſe per tot.* vbi de modis compellendi, & an, & quomodo poſſit cautio claudicare tam reſpectu perſonarum, quam reſpectu ſummæ, & alia.

Quibus remedijs vti poſſit iudex ad ſedanda ſcandala quando cautio non ſufficit, vel recuſatur præſtari, vel non

inueniuntur fideiussores, vide Guaz. *de pace &c. part. 2. quæst. 15. 16. & 17. per tot.* vbi quando possit admittere cautionem iuratoriam, vel procedere ad alias pœnas relegationis, exilij, banni, carceris, & triremium iuxta facti, & personarum qualitates, & circumstantias, de quibus etiam Herculan. *tract. de caut. quæst. 5.* & alibi Clar. *§. fin. quæst. 47. num. 5.* Vulpel. *de promiss. quæst. 76.* Farinac. *quæst. 107. n. 41. &c.* Sanfelic. *decis. 142.*

De verbo dato alicui nobili, vel Principi de non offendendo alium, Nouar. *Collect. 185.*

29 Cautio de non offendendo non rumpitur per offensionem banniti, qui poterat impunè offendi, & ideò offensa non consideratur, cùm non fiat per actum punibilem, etiam quòd fiat odio particulari, & non zelo iustitiæ, nam banniti non continentur in huiusmodi cautione, nec actiuè, nec passiuè nisi exprimantur, Maur. *de fideiuss. part. 1. sect. 2. cap. 4. num. 160. & seqq.* Cabal. *resol. crim. cas. 273.* Vrceol. *consult. forens. cap. 41. num. 5. & seqq.* Guaz. *de pace &c. p. 1. quæst. 23. & quæst. 61. & part. 2. §. 2. quæst. 5. & §. 3. quæst. 56. per tot.*

Imò non obstante cautione expressa, vel pace posse offendi, vide in §. *Bannitus num. 16.*

Quòd non rumpatur stante ebrietate offendentis, Conciol. *verb. Ebrietas resol. 3. & verb. Prax. resol. 8.*

Et ex quibus cautio de non offendendo rupta probetur, vel non, latè Mascard. *de probat. volum. 3. concl. 1131.*

Non etiam rumpitur dicta cautio per vulnera cadaueri illata, Carol. Ant. de Luca ad Franch. *obseruat. 418. num. 3.* Romaguer. ad Conciol. *stat. Engub. lib. 4. rub. 35. num. 13.*

30 Cautio de non offendendo non rumpitur cessante animo nocendi, & iniuriandi, sicut nec per iniuriam cadaueri illatam, Maur. *d. tract. cap. 4. num. 171. &c.* Conciol. & Romaguer. *ad statut. Engub. lib. 4. rub. 20. num. 1. & seqq.* Sed quoad iniuriam cadaueri illatam vide Guaz. *de pace &c. part. 1. quæst. 68. per tot.* vbi refert contrarias opiniones, & rationes hincinde, & concludit vt supra, salua hæredibus actione iniuriarum, *& part. 2 §. 3. quæst. 37. per tot.* vbi quod non rumpitur sine dolo, & animo nocendi.

Item non rumpitur per furtum, cùm illud fiat potius animo lucrandi, quam offendendi, nisi esset generalis de non offendendo nec in rem, nec in personam, Bart. *in l. verum num. 5. ff. de furt.* Maur. *d. cap. 4. num. 151.* Cabal. *resolut. crim. cas. 101. num. 31.* Guaz. *de pace &c. part. 2. §. 3. quæst. 42. num. 6.* vbi nec etiam per accusationem, nec per testificationem, nec per patrocinium præstitum, & huiusmodi.

Item non rumpitur per adulterium, vel stuprum in vxorem, vel filiam illius, quem quis non offendere promisit, nam videtur commissum potius causa libidinis, quàm animo iniuriandi, nisi esset cum muliere vetula, & sic animo vindicandi, & iniuriandi, Clar. *§. fin. quæst. 47. vers. sed quid,* Maur. *d. cap. 4. num. 147.* & vide Cabal. *d. cas. 101 num. 12. & num. 28.* dixi in §. *Adulterium num. 16.* Guaz. *de pace &c. part. 2. §. 3. quæst. 42. num. 1. &c.*

Quòd etiam cum muliere vetula, & deformi dicatur factum causa libidinis, & non offensionis, Bertaz. *cons. 262. per tot.* Baiard. ad Clar. *d. quæst. 47. num. 66.*

Item non rumpitur per fœminas, nec actiuè, nec passiuè quia istæ, neque coniuncti ex linea materna non comprehenduntur in dicta cautione, vide Farinac. *quæst. 107. n. 380. & seqq.* Maur. *d. cap. 4. num. 159.* Mart. Medic. *decis. 65. num. 10. & 11.* Guaz. *de pace &c. part. 2. §. 3. quæst. 35.* vbi firmat mulieres non comprehendi in dicta cautione, nisi fuerunt expressæ, vel nisi fuerit dictum pro se, & affinibus, quia veniunt sub nomine affinium.

Quid autem dicendum sit de minoribus impuberibus, & an isti, vel mulieres, & huiusmodi possint aduersus cautionem in integrum restitui, & alia idem Guaz. *loc. cit. qu. 33. & seqq.*

Item non rumpitur per insultum factum super vestibus, quando corpus non est læsum, licèt tacta sint vestimenta, vide Farinac. *d. quæst. 107. num. 181.* Maur. *d. cap. 4. nu. 130.* intellige vt supra num. 25.

Plura an, & quando ex leui offensione frangatur, vel non cautio de non offendendo, Guaz. *de pace &c. part. 2. §. 3. quæst. 41. per tot. & seqq.*

Item non rumpitur, nec pœna debetur propter offensam factam ex iracundia, vel noua causa superueniente, licèt sit causa leuis, & iniusta, ac impunibilis de iure, quæ noua causa semper præsumitur potius, quàm antiqua, & potest coniecturis probari, Maur. *d. cap. 4. num. 118. &c.* Cabal. *cas. 101. num. 11. &c.* Magon. *decis. Luc. 100. per tot.* Mart. Medic. *decis. 65. num. 12. &c. cum Addit.* Farinac. *quæst. 107. art. 32. & seqq. per tot.* Mascard. *de probat. conclus. 1157. num. 66. & seqq.* latè Guaz. *de pace &c. part. 1. quæst. 43. cum pluribus seqq. & part. 2. §. 3. quæst. 38. & quæst. 40. per tot.* Sanfelic. *decis. 142. num. 5.* Tusch. *lit. P. concl. 183. per tot.* Clar. *§. fin. quæst. 47. vers. quæro nunc.*

Qui quidem Doctores agunt etiam de validitate, & interpretatione Statutorum, siue pactorum, quòd non possit noua causa allegari; similemque Reformationem, siue Statutum quòd in treguis non possit allegari noua causa, vigere in Statutibus Etruriæ, & quomodo intelligendum, vide Mart. Medic. *d. decis. 65. num. 21. & seqq.* & idem seruari in Statuto Ecclesiastico vigore Bullarum Pij IV. & Pij V. & plura ad illarum interpretationem quando locum habeant, vel non, Guaz. *de pace &c. part. 1. quæst. 46. & part. 2. quæst. 46. per tot.* Farinac. *loc. cit.* Adde nouissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap. 8. §. 3. num. 1. & seqq. vbi alia plura ad rem per tot.*

Quòd de iure in treguis tamquam efficacioribus non excuset noua causa, probat Gratian. *discept. forens. cap. 840. num. 33. &c.*

Sed contrarium cessante iure municipali, vide per Clar. *§. fin. quæst. 47. num. ,.* Magon. *d. decis. Luc. 100. num. 6.* Farinac. *d. quæst. 107. art. 32. num. 406. & seqq.* & in mea Pract. §. *Treguæ num. 4. & 5.* & benè videndus Mart. Medic. *d. decis. 65. num. 21. & seqq. per tot.* Ciarlin. *contr. 151. n. 28. & seqq.*

An autem dato verbo alicui Nobili, vel Principi de non offendendo alium, possit noua causa allegari, & alia de datione, & forma dicti verbi, Nouar. *Pragm. Reg. Collect. 185.*

Noua tamen causa non debet esse affectata, nec procurata, Cabal. *resol. crim. cas. 101. num. 19.* Antald. *cons. 126. num. 7. & seqq. vbi etiam num. 17. & seqq.* quòd præceptum de non offendendo habet diuersam originem, & fundamentum a pace, tregua, & cautione de non offendendo, quia promissio à partibus facta, antiquas, & præteritas respicit causas, præceptum verò ad præteritas causas non se restringit, sed generaliter omnem prohibet offensam, & ideò ne contemnatur imperium, fiscus habet intentionem fundatam contra auctorem rixæ, qui debet attendi potius quam noua causa, ad tradita per Cabal. *cas. 231. per tot.* dixi in §. *Pax num. 13.* Sed quòd etiam in terminis dicti præcepti noua causa excuset, cùm sit intelligendum rebus sic stantibus, Beninten. *decis. 65.* cum alijs per Mart. Medic. *decis. 65. num. 12. & seqq.*

Cautio de tuto carcere præstatur à carcerato, qui petit se mitti in leuiorem carcerem, vel ab eo, qui petit domum propriam, Palatium, Ciuitatem, vel alium locum pro carcere, quæ tamen vltima non admittitur regulariter nisi in personis graduatis, & nobilibus, Maur. *de verb. fideiuss. part. 1. sect. 2. cap. 6. per tot.* Farinac. *de Carc. quæst. 30.* facit quod dixi in §. *Carceratus*, Conciol. *de fideiussor. resol. 3. per tot.* vbi pro fideiussore, *& verb. Cautio de repræsentando resol. 13. num. 2.* vbi quòd liberatur fideiussor, quando reus fuit ad arctiores carceres reuocatus. 31

Quòd in huiusmodi cautione, & similibus sit necessaria stipulatio pro fisco, dixi supra num. 20.

An autem dicatur commissa dicta cautio, & debeatur pœna, si sub illa detentus recesserit paululum animo redeundi, & statim reuertatur, hincinde tenentes refert Cabal. *resol. crim. cas. 212.* vbi videtur tenere, quòd pœna sit incursa, maximè si fuerit cum iuramento promissa, quia tunc non potest mora purgari, esse tamen mitigandam, cùm ex tali recessu nullum damnum emanauerit, vide Farinac. & Maur. *vbi supra*, Gratian. *discept. forens. cap. 708. nu. 18. &c.* Galuan. *cons. 15. per tot.*

Et an si mutetur carcer, liberetur fideiussor, vide Afflict. *decis. 130.* Farinac. *quæst. 34. nu. 92. &c.* Vulpin. *in suco quæst. 30. num. 6. & 7.* Scanarol. *de visit. carcer. §. 3. cap. 3. num. 3. lib. 1.* vide in §. *Fideiussor.*

Quid si carceratus cum dicta cautione, vel dimissus cum fideiussore facto iudicis ponatur in fugam, an liberetur fideiussor, vide Franch. *decis. 344.* Galuan. *cons. 15. num. 14. & seqq.* Farinac. & Vulpin. *d. quæst. 34. num. 21. & seqq.*

De materia cautionum, vide alia plurima in §. *Fideiussio per tot.*

Cautio de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, siue de 32
expen-

expensis reficiendis in casu succumbentiæ est regulariter præstanda ab eo, qui immobilia non possidet iuxtà *l. sciendum ff. qui satisd. cog.* sicut etiam à filiofam. fœmina, forense procuratore, & generaliter quando iudex videt iustam subesse causam arbitrio suo discreto æstimandam, Castr. *consil.* 408. *lib.* 1. Soccin. *reg.* 6. Tusch. *litt. C. conclus.* 168. vide in §. *Fideiussor num.* … Gizzarel. & Addent. *decis.* 82. *per tot.*

Qualiter cautio, vel assecuratio fructuum sit præstanda à reo, & possessore conuento si adsit timor dilapidationis, vel consumptionis in vsus proprios, ipso possessore, non existente soluendo, Bich. *decis.* 121. *per tot.* vide in §. *Sequestrum.*

33 Cautio de restituendo prioribus, & potioribus operatur vt debitor non sit liberatus, nec creditum extinctum, Coccin. *decis.* 365. *num.* 4.

Alia de ista cautione, vide in §. *Emptor num.* 23. Rot. post Pacif. de Saluian. *decis.* 276. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 34. *per tot.* & *lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 5. *nu.* 61. vbi quòd non est necessaria in eo, qui esset creditor ex causa priuilegiata, quæ alijs esset præferenda.

Quid operetur cautio de restituendo in euentum succumbentiæ pecunias, quæ soluuntur, idem Coccin. *decis.* 498. *num.* 4. & *seqq.* Rota *part.* 13. *recent. decis.* 153. *num.* 4. & *seqq.* vbi quòd operatur liberationem soluentis, & præseruat iura contra recipientes.

34 Cautio qualiter sit medicina sequestri, vide in §. *Sequestrum*, vbi plura quando possit reuocari per cautionem, vel non.

35 Cautio de restituendis vsuris an, & quando sit necessaria, & quomodo ad sustinendum testamentum vsurarij manifesti, & alia vide inter consilia *vltim. volunt. diuers.* per Zilett. *recollecta volum.* 1. *cons.* 15. *num.* 5. & *seqq.* & dixi in §. *Vsura num.* 12. vbi plura de hac cautione, & materia.

36 Cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & restituendo, vsufructu finito in rebus, quæ vsu consumuntur est de substantia, secus autem in rebus, quæ vsu non consumuntur, an possit remitti à testatore, qualis esse debeat, an sufficiat iuratoria, & alia vide *cons.* 79. 80. & *cons.* 112. inter consilia prædicta *Diuers. de vltim. volunt. vol.* 1. & dixi in §. *Vsusfructus num.* 3. & 4. vbi plenè de huiusmodi cautione Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 13. vbi quòd dicta cautio est petenda per viam ordinariam, & non executiuam, quia competit ex condictione legis, per text. *in l. vsufructus* 16. *ff. de vsufruct. l. si vsufructus* 7. *ff. vsusfruct. quemad. cau.* & non ex contractu, vel quasi, vel alio pacto executiuo.

37 Cautio de restituendo fideicommisso eueniente conditione, vel die qualiter sit præstanda ab hærede grauato, aliàs fideicommissarius sit mittendus in possessionem bonorum, latè Fusar. *de substit. quæst.* 515. *per tot.* dixi in §. *Grauatus num.* 12. vbi pluries alios allegaui, & quòd ista cautio non præstatur de consuetudine.

38 Cautio de euictione, & quando sit præstanda à venditore, vel non, vide Mangil. *de euict. quæst.* 200. *num.* 7. & *seqq.* ac alibi vt in eius repert. *verb. cautio*, & dixi ego in §. *Emptor num.* 6. & *seqq.* §. *Fideiussor num.* 73. &c.

39 Cautio de restituendo, quando sit præstanda ab vno ex pluribus vocatis, si velit ad totum agere, non expectatis alijs, Mangil. *de euict. quæst.* 166. *num.* 13. & *seqq.* dixi in §. *Proximus* [?] *num.* 4. & §. *Creditor.*

40 De modo autem procedendi pro ruptura pacis, & cautionis de non offendendo, tam contrà principales delinquentes, vel contrauenientes, quàm contra illorum fideiussores, quomodo constare debeat de delicto, vel contrauentione, & alia, Muscatel. *de fideiuss. mod.* 15. *num.* 17. &c. *part.* 1. Massin. *de confiscat. bon. quæst.* 15. *num.* 24. & *sequentib.* Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 8. §. 3. *num.* 147. & *seqq.*

41 Multa de diuersis cautionibus tradit Thoro *Compend. decis. Neap. part.* 1. 2. & 3. *in verb. Cautio*, & alia remissiuè Castelon. *in Alphabet. iurid. verb. Cautio*, & Com. August. Fontana *in sua Bibliot. leg. part.* 4. *eodem verb. fol.* 217. &c.

42 Cautio de damno infecto qualiter peti possit contra exercentes autem pulueris tormentarij, pellipariam, aut candelas, & huiusmodi artes sordidas, & fœtidas, imò possint de vicinia expelli, & alia ad rem, Tondut. *quæst. ciuil.* 140. *part.* 2. vbi etiam quid de damnis illatis, vel inferendis per gallinas, cuniculos, columbos, & similia animalia, quomodo possit implorari iudicis officium ad illa impedienda. Alia vide in hoc §. *num.* 7. & §. *Damnum num.* 21.

§. CÆCVS. XI.

1 CÆcus potest per se ipsum in iudicio stare, & litigare, quia aures ipsius, & loquela supplent defectum oculorum, Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. seu mandat. n.* 27. *fol. mihi* 152.

An autem possit torqueri, & puniri pœna ordinaria delicti, Gizzarel. *decis.* 26. *per tot.* vbi plura Diana *part.* 5. *tract.* 6. *resolut.* 37. vbi negatiuè concludunt Ricc. *Collect.* 3354. facit Michalor. *tract. de cæc. mut. & surd. cap.* 25. *per tot.* vbi quid agendum si cæco in pœnam esset oculus erundus.

2 Cæcus potest iurisdictionem prius quæsitam retinere, & exercere, non autem ad nouam aspirare, retinet tamen feudum paternum, & succedit in Baronia, ac iurisdictione paterna, Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. delegat. num.* 42. & 43. *fol.* 132. vide in §. *Iudex num.* 3. Tusch. *litt. C. concl.* 178. *per tot.* Diana *resol. moral. part.* 5. *tract.* 6. *resolut.* 36. Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 34. &c. Bellon. *tract. de mand. iurisdict. cap.* 6. *quæst.* 3. *num.* 1. & *seqq.* Leoncil. *decis. Ferr.* 159. *num.* 5. Boer. *decis.* 204. *num.* 35. Michalor. *tract. de cæc. mut.* &c. *cap.* 15. *per tot.* & *cap.* 16. vbi etiam an possit esse arbiter, vel arbitrator.

An cæcus Regularis possit eligi vt interueniat alicui Capitulo Generali; item an teneatur recitare horas Canonicas cum socio, Diana *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 45. *per tot.* & *part.* 5. *tract.* 6. *resol.* 14. vide Michalor. *tract. de cæc. mut. & surd. cap.* 24. *num.* 4. & *seqq.*

Quid lucretur distributiones quotidianas, si dum erat sanus, erat solitus interesse officijs Diuinis in Choro, aliàs autem secus, Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 397. *per tot.* vide Michalor. *d. tract. cap.* 24. *per tot.*

3 Cæcus regulariter non admittitur ad testificandum, nisi deponeret de visis, vel auditis ante cæcitatem, vel de alijs, quæ non visu, sed auditu percipiuntur, si habeat adeò notas voces contrahentium, vel loquentium, vt falli non possit, & tamen numquam reputatur omni exceptione maior, nec plenam fidem facit, vt latè explicat Farinac. *quæst.* 61. *opposit.* 10. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 278. Menoch. *de arbitr. cas.* 475. *num.* 16. &c. Diana *part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 68. *vers. Ad id*, Ricc. *Collect.* 3353. vbi etiam de muto, & surdo, late Michalor. *tract. de cæc. mut.* &c. *cap.* 17. 18. & 19. *per tot.*

Quicquid sit in actibus inter viuos, in quibus cæcus potest esse testis, tamen secus est in testamento, in quo cæcus non potest adhiberi testis, cùm non possit videre testatorem, vt requiritur Vasq. *de success.* §. 14. *num.* 29. & §. 30. *num.* 55. Sebast. Med. *de cas. fort. part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 556. Michalor. *d. tract. cap.* 17. *num.* 17. &c.

4 Cæcus qualiter possit condere testamentum, & quibus solemnitatibus adhibitis, vide in *l. hac consultissima*, (vbi passim Interpretes) *C. qui testam. fac. poss.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 6. *per tot.* Tusch. *litt. C. concl.* 179. vbi quòd requiruntur septem testes, & notarius, vel loco notarij si haberi non possit octauus testis, quod hæres instituatur cum nomine, cognomine, & demonstrationibus claris, & quòd tam notarius, quam testes subscribant, & idem esse in codicillis, iuxta *d. l. hac consultissima*, secus tamen in contractibus, in quibus potest cæcus contrahere prout quilibet alius, etiam donando tam inter viuos, quam causa mortis, licèt quo ad donationem causa mortis sit dubia opinio Alex. *cons.* 12. *lib.* 1. Bald. *cons.* 248. & 249. *lib.* 5. & alij relati per Tusch. *d. concl.* 179. *per tot.* Seraph. *decis.* 966. Boer. *cons.* 34. *num.* 5. &c. Diana *resol. moral. part.* 5. *tract.* 6. *resol.* 25. & 26. & *part.* 11. *tract.* 7. *resol.* 41. *per tot.* Michalor. *tract. de cæco, muto, & surdo cap.* 6. vbi etiam quòd cessante fraudis suspicione valeret cæci testamentum absque dictis solemnitatibus, Seraphin. *decis.* 966. vbi quando est inter liberos, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 375. *per tot.* & *part.* 17. *decis.* 395. in eadem causa vbi fuit confirmata prima decisio, & dixi in §. *Testamentum num.* 25.

An cæcus possit donare causa mortis absque solemnitate *d. l. hac consultissima*, contrarias opiniones (negatiuam amplectendo) refert Diana *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 75. Seraphin. *decis.* 966. *num.* 5. vbi videtur affirmatiuam approbare si præ-

præsens sit donatarius, vel alius, qui pro eo stipuletur, quam opinionem affirmatiuam, comprobat etiam Michalor. *d. tract. cap. 8. per tot.* & Diana sibi contrarius *part. 5. tract.6. resol 25.*

5 Cæci qualiter excusentur à muneribus publicis, & personalibus, sint impotentes ad munera Ecclesiastica, an possint esse Papæ, an exercere iurisdictionem, Baroniam, feudum, vel alium Magistratum, an esse curatores, an delinquere, an torqueri, quomodo puniri, an dicantur miserabiles personæ, vt habeant electionem fori, an possint fideiubere, societatem contrahere, mortis causa donare, & alia de cæcis, mutis, & surdis, Gizzarel. & Addent. *d. 26. per tot.* & latiùs Michalor. *in tract. de caeco, muto, & surdo per tot.* Diana *resol. moral. part. 5. tract.6. per tot.* Bertachin. *in repert. verb. cæcus.*

6 Cæcus an possit transigere super dependentibus à testamento, cùm non possit videre, & legere verba testamenti, prout videtur de substantia in huiusmodi transactionibus iuxta dispositionem *l. de his ff. de transact.* Ang. *cons.*198. Boer. *decis.*1. *num.*60. *& decis.*240. *num.*21. vbi affirmatiuè concludit, cùm sufficiat intelligere vim verborum testamenti per alium habentem iuris peritiam, ac idem esse in idiota, & litteratum ignaro, facit quod dixi in §. *Transactio num.6.*

Quòd possit fideiubere, sponsalia, & matrimonium contrahere, sicut etiam societatem, Maur. *de fideiuss. sect.* 8. *cap.*10. *num.*15. *& num.* 16. *fol.* 446. *vide in* §. *Mutus n.* 1.

7 Cæcitas qualiter possit probari per testes dicentes vidisse cæcum habere oculos a capite auolsos, & omninò clausos, vel si haberet oculos cum obstaculis, vel membranis facultatem videndi auferentibus, vidisse illum semper ire cum duce, aliàs sæpè muro caput illidere, vel ire per loca insolita, per quæ si vidisset numquam iuisset; olim autem cæcus, nunc cæcus non præsumitur, cùm per multi cæci fuerint, qui posteà Dei gratia visum receperunt, Bart. *in l.* 2. *ff. de bon. poss. num.* 6. *&c.* Ang. *in* §. *Cæcus autem Inst. quibus non est permis. fac. test.* Natt. *consil.* 210. Mascard. *de probat. conclus.* 278. *num.*1. *& seqq.* Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *glos. vn. num.* 1522. Sebast. Medic. *de cas. fort. part.* 2. *quæst.* 6. *num.*57. Michalor. *de caeco, muto, & surdo cap.* 4. *num.*6. *&c.*

8 Cæci quamuis careant excellentiori sensu, tamen sunt prudentiores mutis, & surdis, ac omnium scientiarum capaces, exceptis ijs, quæ ex contemplatione visibilium nascuntur, ac plures insignes antiqui, & moderni in varijs scientijs claruerunt; qui propriè dicantur cæci, & quomodo cæcitas probetur; qualiter, & cum quibus solemnitatibus possint testari, codicillari, legata, & fideicommissa facere, mortis causa donare, inter liberos testari, vel ad pias causas, etiam non seruatis solemnitatibus, *l. hac consultissima C. qui test. fac. possint*, quæ in his tribus vltimis casibus iuxta veriores opiniones non sunt necessariæ, nec generaliter etiam in alijs in quibus cesset omnis suspicio fraudis, nec si essent à statutu sublatæ, vel si testarentur iure militari; non autem potest illis exemplariter substitui, cùm possint per se testari, vt supra, sicuti latè hæc omnia, & alia comprobat Michalor. *tract. de caeco, muto, & surd. cap.* 1. *& seqq. ad cap.* 14. *per tot.* & alij supracitati.

9 Cæci contrahere non prohibentur, & ideò possunt donare, matrimonium contrahere, emere, vendere, mandare, societatem contrahere, adoptare, & adoptari, fideiubere pro alijs, per se stare in iudicio, non autem pro alijs postulare, sed benè in scriptis consulere, tutelam etiam exercere, & sic pupillis contrahentibus auctoritatem suam impertiri, & huiusmodi, vt probat Michalor. *d. tract. de cæc. mut. &c. cap.*14. *per tot.*

Sed quo ad tutelam contrarium probat idem Michalor. *d. tract. cap.*23. *num.* 13. *&c.* per text. *in l.* 1. §. 1. *ff. de tut.* vbi etiam quòd tutelam iam susceptam, superueniente cæcitate dimittere possunt; ille tamen text. loquitur de mutis, & surdis, non de cæcis; vel dic quòd cæci non possunt dari tutores, sed benè retinere tutelam antea susceptam, vel se excusare, per text. & glos. *in l. etiam si* 16. *ff. de auct. & consen. tut.*

An possint admitti ad dignitatem Doctoratus, an ad feuda, an ad ordines sacros, & ad alias dignitates Ecclesiasticas promoueri saltem ex dispensatione Papæ, an promoti ministrare possint, quid si cæcitas superuenerit, à quibus possint excusari, vel non, an consequi debeant fructus beneficiorum, distributiones quotidianas, & huiusmodi, vide Michalor. *d. tract. cap.*20. 21. 22. 23. *&* 24. *per tot.* Dian. *resol. moral. part.* 5. *tract.* 6. *per tot.* vbi plura de mutis, surdis, & cæcis, & vtinam ad mala loquenda, audienda, & videnda nos muti, surdi, & cæci efficiamur.

Reliqua, vide in §. *Mutus.*

Cæcus an possit succedere in Maioratu, vide Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.*13. *num.* 66. *&* 67. vbi quòd si maioratus consistat in bonis patrimonialibus, succedit absque dubio; si verò in dignitate, ac iurisdictione, quamuis videatur repelli ab exercitio iurisdictionis, tamen adhuc succedit, cùm dignitas, & iurisdictio veniat in consequentiam, & plures allegat, sicut & Castelon. *in Alphabet. iurid. verb. Cæcus*, latiùs Io. Torre *tract. de success. in Maiorat. & Primog. Ital. part.*1. *cap.*28. vbi plura de cæcis, mutis, & surdis, an, & quando excludantur, vel non à beneficijs Ecclesiasticis, à Maioratibus, primogenituris, feudis, iurisdictionalibus, fideicommissis pro conseruatione familiarum ordinatis, à Commendis requirentibus seruitium personale, & huiusmodi.

§. CÆDVLA. XII.

CÆdula bancaria vim habet solutionis, & potest interuenire loco pretij in emptione, & venditione census quamuis aliàs requiratur pecunia numerata, Cenc. *de Cens. quæst.*50. *nu.*14. vbi ponit aliqua requisita Rot. *post d. tract. decis.*291. *num.*2. Maur. *de solut.* §. 8. Beltram. ad Ludouis. *decis.*347. *num.*19. Gratian. *discept. forens. cap.* 387. *in fine*, Rot. post Farinac. *decis.*285. *num.*4. Genu. *de scripr. priuat. lib.*5. *tit. de sched. num.* 17. *fol.*289. Gait. *de credit. cap.*2. *tit.* 2. *num.*82. & Mangil. *de euict. quæst.*84. *num.*24. *& seqq.* Altograd. *cons.*6. *num.*49. *&c. lib.* 1. Sperel. *decis.* 40. *num.* 26. Ricc. *Collect.* 3524. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 256. *per tot.* vbi latè declarat in terminis cædulæ, siue ordinis directi Monti Pietatis, & à creditore acceptati, Rot. *part.*12. *recent. decis.*11. *per tot.* vbi quòd potest seruire loco pretij census, quando verè est cædula bancarias, secus si sit simplex ordo ad exigendum, & quare, ita vt tunc census sit nullus ex defectu formæ, nec etiam debeantur fructus conuenti loco damnorum, & interesse, vide in §. *Census num.* 28. Rot. *part.*14. *recent. decis.* 495. *per tot.* Ludouis. *part.* 17. *recent. decis.*311. vbi de ordine æquipollente cædulæ banchariæ ad sustinendum censum, vide in §. *Census num.*4. *cum Addit. ibi facta.* 1

Quòd si venditor census accepta cædula bancaria idonea ab initio loco pretij census, fuerit negligens in ea exigenda, & inter moras campsor cui erat directa efficiatur fallitus, census adhuc subsistat, tametsi nulla solutio sequatur, Leocard. *de vsur. quæst.*59. *num.* 37. *& seqq.* Olea *de cess. iur. tit.*7. *quæst.*3. *num.*41.

Cædula bancaria vt habeat vim solutionis, necesse est quòd per illius traditionem inducatur nouatio, aut per modum delegationis, aut per viam extinctionis debiti, vt benè declarat Seraphin. *decis.*1419. *per tot.* vide alios supracitatos Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 228. *num.* 11. *& seqq.* vbi quando habeat vim solutionis, siue simplicis mandati ad exigendum, quod per alium, vel præuentiua exactione possit reuocari. 2

Cædula bancaria habet executionem paratam, habetur pro publico instrumento, & sententia transacta in iudicatum, nec admittit appellationem, Gratian. *discept. forens. cap.* 454. *in princ. vide in* §. *Littera cambij*, & plura per Gait. *de credit. cap.*2. *tit.*8. *num.*3095. *& seqq.* vbi quòd ideò præfertur cuilibet instrumento posteriori, & sic concurrit cum publicis instrumentis quoad hypothecam, & prælationem, quando tamen continet bonorum obligationem, vt ibidem *num.*3193. quod est commune in qualibet scriptura priuata solemniter facta. 3

Cædula bancaria, in qua ordinatur solutio, acceptata, habet vim mandati ad exigendum, & potest differri exactio, ita vt non imputetur ei, qui distulit, si mercator, cui erat directa interim efficiatur fallitus, Caualer. *decis.* 155. *num.*2. vbi aliæ duæ decisiones concordantes allegantur, vide in §. *Littera cambij*, latè Olea *de cess. iur. tit.* 7. *quæst.* 3. *num.*25. *& seqq.* 4

Cædula priuata vt dicatur benè recognita non sufficit quòd testes dicant habere notam manum scribentis, sed requiritur fuisse præsentes, & vidisse scribere, Garzia Millin. *decis.* 5

decif. 103. *num.* 2. de quo tamen vide quæ latiùs adnotaui in §. *Scriptura num.* 14. *&* §. *Teſtis num.* 45.

Alia plura notabilia de cædulis, vide in §. *Scriptura per totum*.

6 De cædula ſententiæ, & an ſententia ferri poſſit, vt in cædula, Io. Ant. ab Eccleſ. *part.* 1. *obſeruat.* 27. & alia Com. Auguſt. Fontan. *Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Cædula, fol.* 218. dixi in §. *Concluſio num.* 3.

7 De cædula bancaria quando habeat vim ſolutionis, vel fideiuſſionis, vel delegationis in materia penſionum, & ſic quid operetur, latè Tondut. *tract. de penſ. cap.* 59. *per tot.*

§. CENSVS. XIII.

1 CEnſus vitalitius eſt contractus iuſtus, nec in eo conſideratur læſio propter incertitudinem lucri, & damni prouenturi ex incertitudine vitæ, vnde valebit etiam cum muliere, vel minore ſine ſolemnitatibus ſtatuti, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 756. *per tot. vbi num.* 20. quòd inter immobilia computatur, & quòd in illo debent multa tolerari, quæ in alijs non ſunt permiſſa *num.* 55. *&c.* vide Tuſch. *litt. V. concl.* 362. *per tot.* Dian. *reſol. moral. part.* 7. *tract.* 9. *reſol.* 70. Leotard. *de vſur. quæſt.* 49. *per tot.* Salgad. *Labyr. creditor. part.* 1. *cap.* 20. *&* 21. *per tot.* vbi plura de cenſu vitalitio, & qualiter ſit conſiderandus in concurſu creditorum.

De cenſu vitalitio, Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 39. *num.* 40. *& ſeqq.*

Cenſum vitalitium ſuper ſola perſona conſtitutum, prohibitum non eſſe lege humana, naturali, nec diuina, imò nec ex Pij V. aut aliorum Pontificum Conſtitutionibus, quicquid Cenc. & alij tenuerint, latè multorum auctoritatibus comprobat Altograd. *conſ.* 18. *per tot. lib.* 1. vbi tamen explicat qualiter hoc intelligatur, & quæ concurrere debeant, vide alios ſupracitatos, & Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 49.

Quòd in cenſu vitalitio non ſit neceſſaria numeratio pecuniæ in actu inſtrumenti, ſed ſufficiat fuiſſe antea numeratam, vel verè debitam, ita vt ſufficiat confeſſio debitoris de recepto concurrentibus adminiculis exceptionem non numeratæ pecuniæ excludentibus, idem Altograd. *conſ.* 19. *per tot. lib.* 1.

Quòd cenſus poſſit licitè emi ad vitam ementis, & quando ſecus, Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 11. *num.* 2. 8. *&* 19. *&c.*

Quòd cenſus vitalitius ſit de iure licitus in tribus præcipuè caſibus; primò quando vltra obligationem perſonalem eſt etiam appoſita hypotheca omnium bonorum ad ſecuritatem ſolutionis, intelligendo tamen circumſcriptis nouiſſimis Pontificum Conſtitutionibus; ſecundò quando perſona, in qua conſtituitur cenſus habet bona vnde ſoluere poſſit, aut eſt habilis ad aliquid acquirendum ex ſua opera, & induſtria; tertiò quando non conſtituitur mediante emptione, & venditione, ſed alio titulo, vt per contractum ſortis, & fortunæ, vel per donationem ſub modo celebratam, vel per contractum innominatum do, vt des, & hic vltimus non eſt comprehenſus ſub Bullis cenſuum, & non requirit pecuniam numeratam, ſed ſufficit illam eſſe verè debitam, & fuiſſe ſolutam antè contractum, quod probari poteſt per confeſſionem de recepto iunctis adminiculis, latè probat videndus Altograd. *conſ.* 18. *&* 19. *per tot. lib.* 1. ſed tu videas etiam Leotard. *de vſur. quæſt.* 49. *per tot.* & alios ab eo citatos.

Quòd fructus cenſus vitalitij nulliter initi cum Eccleſia, debeantur ante oppoſitam nullitatem, ſecus autem poſtea, & quare, Merlin. *decif.* 267.

Imò ſtante nullitate, cenſum reſolui in purum mutuum, & fructus imputari in ſortem, & alia de cenſu vitalitio inito à Religioſo profeſſo, vt ſit nullus propter defectum dominij in tradente, & votum paupertatis, & pecunias eſſe reſtituendas Monaſterio, Rot. *part.* 11. *recent. decif.* 253. *per tot.*

Plura de cenſu vitalitio, an admittat pacta reſolutiua, & an poſſit reſcindi, ac ſors repeti ob defectum corporis ſuper quo fuit conſtitutus, & alia ad rem, Carol. Tepat. *decif.* 25. *&* 26. *per tot.* vbi etiam an quantitas reſtricta ad vitam hominis comprehendat venditionem factam ad vitam nauis, iuxtà Pragmaticam Neapolitanam.

An autem poſt Conſtitutionem Sancti Pontificis Pij V. ſuper Cenſibus, ſit validus cenſus vitalitius ſuper ſola perſona, non ſuper ſtabilibus conſtitutus, plenè hincindè pro inualiditate concludens videndus Manſ. *conſult.* 287. *per tot. lib.* 3. Sed de validitate multos allegans Vela *Differt.* 36. *n.* 40. *& ſeqq.*

Cenſus perpetuus, & irredimibilis antiquis temporibus erat ſatis in vſu, & ante Conſtitutionem Pij V. de iure validus, nec poterat redimi, de quo Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 985. *num.* 10. *& ſeqq.* Couar. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 10. Boccac. *de cenſ. part.* 1. *num.* 36. Duard. *de cenſ. in proœm. quæſt.* 28. *num.* 31. Rebell. *de inſt. lib.* 10. *quæſt.* 7. *num.* 3. Card. de Lugo *tom.* 2. *diſput.* 27. *ſect.* 7. *num.* 112. Rot. *part.* 9. *recent. decif.* 8. *& decif.* 51. *per tot.* vbi quòd non poteſt redimi, vide in §. *Emphyteuſis num.* 28. Thomat. *decif.* 101. Rot. *part.* 13. *recent. decif.* 194. *num.* 15. *& ſeqq.* vbi benè declarat, *& part.* 14. *decif.* 365. *num.* 5. 2

Hodie autem erroneè loquuntur multi Notarij dum conficiendo inſtrumenta cenſuum iuxta dictam Bullam Pij V. ſcribunt (prout pluries ego vidi) quòd talis vendidit annuum, & perpetuum cenſuum, cùm hodie cenſus non ſit perpetuus, ſed redimibilis, iuxta dictam Bullam, & alia inferius notanda *num.* 38. intelligendo prout ibi.

Quòd cenſus quoad emptorem ſit perpetuus, quia non poteſt agere ad retrouenditionem, quo verò ad venditorem ſit temporalis, quia poteſt quandocumque redimere, Rot. poſt Cenc. *decif.* 25. *&* 26. apud Caualer. *decif.* 534. *& part.* 12. *recent. decif.* 355. *num.* 19. & hoc modo ſuſtineri poſſunt verba dictorum Notariorum.

Quòd imò etiam hodie non obſtante dicta Bulla, ſit licitus cenſus perpetuus, & irredimibilis, ſi iuſto pretio, ac aliis requiſitis iuxta illius naturam concurrentibus conſtituatur, tenent plures alij communiter, ſiue magis, quos refert, & ſequitur rationibus contrariis reſpondendo Dian. *part.* 10. *tract.* 11. *reſol.* 3. *per tot.* facit Rot. *d. decif.* 8. *&* 51. *part.* 9. *recent. & part.* 13. *decif.* 194. *num.* 15. *& ſeqq.*

Cenſus iuxta Bullam Pij V. debet conſtitui ſuper re immobili, vel pro immobili habita, de ſui natura fructifera, & nominatim certis finibus deſignata, aliàs non valet, vt expreſsè diſponit dicta Bulla, de qua Cenc. *de cenſ. in princ. & quæſt.* 19. vbi prædicta requiſita benè declarat, de quibus latè etiam Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 5. *n.* 294. *& ſeqq. ad* 334. Leotard. *de vſur. qu.* 45. *& ſeqq.* Mareſcott. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 10. *per tot.* vbi latè declarat ſuper quibus rebus poſſit cenſus conſtitui, vel non, & quando ſtante nullitate poſſit ſors repeti ratione damnorum, & intereſſe, etiam contra fideiuſſores, Carol. Maranta *contr. part.* 4. *reſponſ.* 82. *per tot.* vbi quid ſi conſtituens cenſum, fundum non poſſideat, ſed decipiat imponentem, ad quid teneatur, Bich. *decif.* 598. vbi pro validitate cenſus ſuper pluribus corporibus, in genere tantùm confinibus expreſſis. 3

Sufficeret tamen expreſſio generalis confinium, videlicet ſuper domo, vel fundo imponentis, vbi imponens non habet niſi vnam domum, vel fundum, & ſi plures habeat intelligitur de exiſtente in loco contractus, ſufficit enim conſtare de re certa in caſu peremptionis, Garzia, Card. Millin. *decif.* 146. *per tot.* Leotard. *de vſur. quæſt.* 58. *num.* 9. *& ſeqq.* Ludouiſ. *decif.* 355. *cum Annot. Beltram.* vbi quòd ſuſtineatur cenſus ſuper aliquibus terraturis prædii multò maioris, etiam ſi non ſit dictum à quo latere, quia intelligitur de adiacentibus domui dicti prædii.

Item debet vendi iuſto pretio in pecunia numerata coram teſtibus, & Notario, ita vt non ſufficiat anticipata ſolutio, poſſet tamen loco pecuniæ dari cædula bancaria idonea, quæ habet vim ſolutionis veræ, vt fuit declaratum in Addit. dictæ Bullæ, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 50. *num.* 13. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 387. *num.* 46. Altograd. *conſil.* 6. *num.* 50. *lib.* 1. Sperel. *decif.* 40. *num.* 26. vide in §. *Pretium*, *&* §. *Cædula num.* 1. latè Ridolphin. *d. cap.* 5. *num.* 334. *& ſeqq. ad* 357. Rot. *part.* 9. *recent. vol.* 1. *decif.* 20. *num.* 11. *& ſeqq. per tot. & decif.* 253. *per tot. d. part.* 9. vbi de cædula Monti directa, Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 48. vbi plura de requiſitis ad iuſtitiam cenſus.

An autem poſſit conſtitui cenſus, vt ſoluatur in frumento, vel alia ſpecie fructuum præter pecuniam, vel in certa ſpecie pecuniæ, quid ſi mutetur valor ſpeciei an poſſit pro ſpecie ſolui quantitas, & alia ad hoc propoſitum, Paul. Chriſtin. *decif. Belgic.* 214. *&* 215. *vol.* 1. *& decif.* 217. *d. vol.* 1. vbi an ſint reducibiles ad pecuniam, *& decif.* 261. *d. vol.* 1. *& decif.* 303. *vol.* 1. *d.* 42. *&* 43. *vol.* 3.

Quòd

Quòd census possit constitui etiam in frumento, vino, & alijs rebus, Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 11. num. 3.* Cenc. *de cens. quæst. 3. num. 5. &c.*

4 Census pro cuius pretio datur venditori alia quæuis res, & non pecunia numerata est nullus, cùm pro forma requirat numerationem pecuniæ coram Notario, & testibus, Cenc. *de cens. quæst. 48. num. 14.* Caualer. *decis. 406. n. 3. &c. vide inf. num. 6. in fine.*

De cædula bancaria, Rot. *part. 19. recent. decis. 137. & decis.* 138. vbi pro nullitate census creati cum simplici ordine Monti directo, cùm possit reuocari, vel præuentiua exactione eludi, & non sit impleta forma Bullæ requirentis pecuniam numeratam, licèt sustineatur per cædulam bancariam, ac de differentia inter dictum ordinem Monti directum, & cædulam bancariam, quæ habet vim pecuniæ numeratæ ad dictum effectum validitatis census.

Quòd sustineatur census cum pecunia numerata, etiam si in eodem actu ipsa pecunia de voluntate impotentis fuerit suo creditori soluta, Rot. *part. 15. recent. decis.* 116.

Nisi detur cædula bancaria, vel nisi agatur de assignatione dotis, vt dixi in §. *Cædula, & in §. Pretium,* vide Thomat. *decis. 242. per tot.* vbi quòd dicitur census constitutus in pecunia numerata, etiam si venditor statim illam restituat emptori, ex aliqua alia iusta causa, & quando loco pecuniæ possit dari creditum verum, & tunc sustineatur census saltem in foro conscientiæ, & quid in foro fori, &c. *vide* latè Leotard. *de vsur. quæst. 59. & 60. per tot.* Gait. *de credit. cap. 2. tit. 7. num. 2202. cum pluribus seqq.* Rot. post Merlin. *de pign. decis. 43. num. 7. & seqq.* Rot. *part. 14. recent. decis.* 528. vbi qualiter possit sustineri census absque pecunia numerata.

Quod non sufficiat fuisse dictum in instrumento venditorem habuisse scuta centum in auro, & argento, cum possit intelligi de auro, & argento non monetato, putà annullis, collanis, & similibus, Gratian. *decis. 224. num.* 5.

Quomodo autem possit dici constare de numeratione vera per confessionem se habuisse actualiter etiam si addita fuerint verba antè præsentem contractum, pulchrè idem Gratian. *decis. 228. per tot. vide in §. Notarius, & §. Numeratio,* Rot. *part. 14. recent. decis. 80. & decis.* 113. vbi plura ad substinendum censum, etiam absque pecunia numerata, dummodò fuerit præsens, & partes habuerint illam pro numerata, quod sufficit ad validitatem census.

Potest etiam dicta nullitas sanari per Papam, Merlin. *decis. 615. num. 8.*

5 Census cùm requirat numerationem pecuniæ est nullus si loco pretij delegentur nomina debitorum, vel dentur in solutum fructus aliorum censuum decursi, quia vsuræ non possunt facere vsuras, & quia non seruata forma contractus est nullus in foro fori, & in foro poli, & quicquid fuerit perceptum est restituendum, vel computandum in extinctionem sortis principalis, Cenc. *de cens. quæst. 48. num. 15. & seqq. inf. num. seqq. & in §. Pretium num. 7. & seqq.* Fontanel. *decis. 130. & 131.*

An autem census possit constitui ex pecunia credita, alij affirmant, alij negant, sed stante Bulla vbi est vsu recepta cessat difficultas, cùm in ea sit expresè vetitum, Diana *part. 1. tract. 8. resol. 44. in fine*, vide latè Leotard. *de vsur. quæst. 59. & 60. per tot.* Gait. *de credit. cap. 2. tit. 7. num. 2202. & seqq.* Rot. post Merlin. *de pign. decis. 43. num. 7. & seqq. per tot.* Rot. *part. 14. recent. decis.* 528.

6 Census de sui natura potest licitè emi dando in solutum venditori aliquod creditum verum cum illo antea per numerationem contractum ex legitima causa, si ipse venditor fuerit etiam sagax, pecuniam in proprios vsus vtiliter conuerterit, & non dissipando consumpserit, intelligendo ante Bullam Pij V. vel in foro conscientiæ, nam in foro fori, hodie non valeret census dicto modo constitutus, Cenc. *de cens. d. quæst. 48. num. 26. &c.* Rot. *in Neapolitana domorum* 13. *Maij* 1641. coram Verospio penes Scanarol. *de visit. Carcer. in Appendic. decis. 6. per tot.* Gratian. *decis. 224. per tot. cum Addit. vbi num.* 1. ait ex Surd. *cons.* 421. & 318. hoc adeò verum esse, vt tota pecunia danda sit ei, qui censum super fundo suo constituit, quia si daretur alijs, census esset nullus, vide in §. *Pretium, & §. Debitum num.* 5. Gratian. *discept. forens. cap. 321. num. 17. & cap. 652. num. 13. & seqq vbi num.* 17. quòd posset huiusmodi nullitas sanari in Signatura Sanctissimi, *& in cap. 853. num. 35. &c.* Leotard. *de vsur. quæst. 59. & 60. per tot.* Sperel. *decis.* 171. *num. 24. & seqq. & decis.* 163. *num. 28. & seqq.* Fontanel. *decis. 130. &* 131.

Quòd sanatio nullitatis census retrotrahatur ad initium, & diem celebrati instrumenti, etiam in præiudicium aliorum, quibus interim fuisset ius quæsitum, Bich. *decis.* 614. Rot. *parua & recent. decis. 356. & 601. num. 3. & seqq.*

Quòd hypotheca competens pro credito in censum transfuso non extinguatur per huiusmodi transfusionem, quando census fuit nullus, maximè stante reseruatione, quæ etsi aliàs reputetur incompatibilis, non est talis, quando census esset nullus, & ob æquitatem suadentem, ne creditor amittat hypothecam antiquam reseruatam, & nouam census exercere non valeat ob eius nullitatem, Bich. *decis. 614. n. 17. & sequentibus in eadem causa*, de qua Rot. *part. 11. recent. decis.* 243.

An in foro conscientiæ sustineatur census ex pecunia antea debita, & non numerata constitutus, adde Bich. *d. decis. 614. num. 4. & seqq.* vbi inclinat pro validitate etiam in foro fori, & stante Bulla, licèt non firmet, latè Roderic. *de annu. reddit. lib. 1. quæst. 13. per tot.* Noguerol. *allegat. 22. num. 2. & seqq.* Vrceol. *tract. de transact. quæst. 41. per tot.* vbi inserit motiuum, siue decisionem Rotæ Florentiæ emanatam 13. Nouembris 1675.

Quod ex gratia Principis possit census ex credito creari, vel creatus conualidari, quo casu tamen creditum illud remanet extinctum, & ideò census exindè creatus non sumit antioritatem à die ipsius crediti, sed à die creationis census, ita vt nec reseruatio iurium crediti possit operari tamquam incompatibilis cum extinctione, Rot. *part. 11. recent. decis. 243. num. 10. &c.*

Qualiter nullitas proueniens ex defectu numerationis pecuniæ possit sanari per Papam, Rot. *part. 12. recent. decis.* 111.

An possit constitui census pro rebus emptis, & non apparente eiusdem origine, sed continuata solutione debeatur in futurum, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 218. *vol.* 1. vbi affirmare videtur, & Rot. *part. 14. recent. decis.* 528. vbi quòd census sustinetur de æquitate etiam absque pecunia numerata iuxta taxam legalem, & æquitatem, *l. curabit C. de act. empt.*

Quòd circumscripta dicta Bulla, & in locis vbi non fuit vsu recepta, possit de iure naturali, Pontificio, & diuino constitui census ex pecunia confessionata, aut alio modo verè debita, & non effectualiter numerata, probat Altograd. *cons. 18. num. 32. &c. lib.* 1. Rot. *part. 14. recent. decis. 365. num. 4. & decis.* 528. Sperel. *d. decis. 163. num. 28. & seqq.* sed quòd dicta Bulla sit in toto orbe seruanda, & quare, Comitol. *respons. moral. lib. 2. quæst.* 27. Merlin. *decis. 626. num. 3. &c.*

Quòd in foro conscientiæ possit census constitui de pecunia antea debita, etiam augendo censum antiquum, vel nouum constituendo ex pensionibus non solutis, non obstante dicta Bulla, & exigi etiam post latam sententiam nullitatis in foro exteriori, vel alias merces tradendo tempore contractus in pretium census, probat Diana *part. 1. tract. 8. resol.* 44.

Quòd ex annuis præstationibus principaliter, & non accessoriè debitis (vt sunt census) possit nouus redditus constitui, vide Grivel. *decis. Dolan.* 103. Fabr. *de Error. Pragm. decis. 20. Error.* 1. Paul. Christin. *decis. Belgic. 49. per tot. vol* 1. vbi quòd contraria procedunt in præstationibus accessoriè, & non principaliter debitis, loquitur tamen in terminis iuris communis, & non meminit de Bulla, *& decis. 43. vol.* 3. De prædictis dubito, cùm lex humana obliget etiam in conscientia.

Census, cuius pretium, & pecunia fuit solum ostensa, 7
& non numerata, neque tradita coram Notario, & testibus dicitur simulatus, & nullus, cùm debeat pecunia verè numerari, nec sufficiat peruenisse ad venditorem antea, vel postea, cùm requiratur in actu venditionis, licèt hoc vltimo casu possit census sustineri saltem in foro conscientiæ, in quo attenditur veritas, ac æquitas, Cenc. *de cens. quæst. 50. num. 10. & seqq.* vbi vide.

Quòd licèt iuxta Constitutionem Pij V. sit necessaria pecunia numerata, nihilominus si probetur, verè fuisse antea numeratam, vel debitam, possit sustineri census, etiam in terminis dictæ Bullæ non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro fori, ita vt probetur pecuniam fuisse

verè

verè ſolutam per confeſſionem de recepto concurrentibus alijs adminiculis, pulchrè oſtendit Altograd. *conſ.* 19. *num.* 1. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum à Rot. Luc. contra opinionem Cencij, per eius Motiua, & ſcripta, loquitur tamen in cenſu vitalitio, quem vult non eſſe comprehenſum in dicta Bulla prout in conſ. antecedente, aliàs hæc opinio Altogradi in foro fori magnas pateretur difficultates; & non eſſe vetitam in terminis dictæ Bullæ conſtat ex traditis per Rot. *part.* 9. *recent. volum.* 1. *deciſ.* 20. *num.* 17. *& ſeqq.* Ricc. *Prax. var. reſol. cap.* 409. vbi de cenſu impoſito ab emptore prædij ſuper ipſo prædio, & loco pretij conſignato venditori, Leotard. *de vſur. quæſt.* 41. *num.* 26. *&c. & quæſt.* 80. *num.* 46. *&c.* vbi tamen quòd deberentur vſuræ pretij pro modo, & ratione fructuum ex re perceptorum, ne emptor rem, & pretium habeat, iuxta *l. curabit C. de act. empt.* facit latè Salgad. *Labyrint. credit. cap.* 35. *part.* 1. vbi an poſſit cenſus conſtitui ſuper pretio rei venditæ, vide in §. *Emptio num.* 50. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 528. vbi quòd debentur fructus ſaltem iuxta taxam legalem, & æquitatem *d. l.*

Qualiter autem admittatur præſumptiua probatio, quando, & qualis eſſe debeat ad docendum, pecuniam in conſtitutione cenſus fuiſſe ſimulatè, vel nullo modo numeratam, latè tradit videndus Sperel. *deciſ.* 27. *&* 28. *per tot.* vbi etiam quando ex reportatione pecuniæ, cenſus reddatur nullus, & fæneratitius ad declarationem Bullæ, *& num.* 73. concludit, quòd facta numeratione, licèt poſteà reſtituatur pecunia, etiam in continenti, ſed ex noua cauſa, quæ cedat ad commodum, & vtilitatem venditoris cenſus, puta in extinctionem veri debiti, dicitur ſatisfactum Bullæ, Rot. poſt Cenc. *de cenſ. deciſ.* 130. *num.* 9. *& num.* 10. Maſtril. *deciſ.* 262. *num.* 43. *& num.* 44. Duard. *de cenſ.* §. 2. *quæſt.* 3. *num.* 15. *tom.* 1. *&* §. 3. *quæſt.* 2. *num.* 15. licèt aliter tenuerit *in* §. 2. *quæſt.* 4. *per tot.* prout refert Sperel. *d. deciſ.* 28. *num.* 24. *& num.* 74. *&* 75. vbi benè probat, vide in §. *Pretium*, Leotard. *de vſur. quæſt.* 59. *&* 60. *& ſeqq.* vbi plura notabilia de hac materia.

8 Cenſus non poteſt conſtitui ſuper rebus, quæ non ſunt in commercio hominum, vt ſunt res Sacræ, religioſæ, vel ſimiles, quæ dicuntur eſſe in nullius dominio, & hypothecari non poſſunt, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 28.

An ſuſtineatur cenſus ſuper fundo fideicommiſſario, adde Bich. *deciſ.* 310. vbi quòd ſuſtinetur pro ſoluenda dote in ſubſidium vigore *Auth. res quæ C. commun. de legat.* & dixi in §. *Bona ſub num.* 21. Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 370. vbi qualiter ſuſtineatur cenſus pro ſoluendo ære alieno fideicommittentis, quid ſi agatur de fideicommiſſo particulari, cui incumbat onus probandi alia non extitiſſe bona; & alia ad rem, idem Bich. *deciſ.* 144. *&* 183. Rot. poſt Vrceol. *de tranſact. deciſ.* 14. *&* 15.

Item conſtitui non poteſt ſuper rebus mobilibus, vel ſe mouentibus cuiuſcumque ſint generis, vt ſuper lapillis, gemmis, pecudibus, & ſimilibus animalibus, quæ licèt afferant fructus, plurimum tamen induſtriæ humanæ requirunt, & illorum vita non eſt perpetua, nec diù durabilis, vide Cenc. *de cenſ. quæſt.* 32. *per tot.* Leotard. *de vſur. qu.* 45. vbi de molendinis, & ſimilibus ædificijs, *& quæſt.* 46. *& ſeqq.* vbi latè ſuper quibus rebus poſſit cenſus conſtitui, vel non. De molendinis Seraph. *deciſ.* 1418. *n.* 4. *& deciſ.* 894. Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 5.

Item nec ſuper fundo non libero, ſed reſtitutioni fideicommiſſi ſubiecto, alienari prohibito, ſeu alijs obligato, ne aperiatur via vſuris, niſi fundus eſſet vtriuſque oneris capax, vel aſſertus a venditore liber, quia tunc durante bona fide emptoris, ſuſtinetur cenſus; & facit fructus ſuos, imò ſufficit malam fidem abeſſe, intelligendo quoad præiudicium ipſius imponentis, & venditoris, non autem aliorum, & nullitate detecta poteſt emptor repetere pretium, tamquam purum creditum effectum, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 42. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 4. *per tot. deciſ.* 96. *& part.* 14. *deciſ.* 86. *& deciſ.* 508. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 43. *num.* 20. *cap.* 138. *num.* 16. *& cap.* 420. *num.* 18. *&c. & deciſ.* 13. *per tot.* Mareſcott. *var. reſol. lib.* 3. *cap.* 10. *per tot.* vbi plenè Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 706. *per tot.* Mangil. *de euict. quæſt.* 84. *per tot. & quæſt.* 82. *&* 83. Rot. poſt Merlin. *de legit. deciſ.* 12. *cum pluribus ſeqq.* Marr. Medic. *deciſ.* 30. *per tot.* vbi quòd imponens tenetur non ſolùm reſtituere pretium, ſed etiam ſoluere intereſſe ad rationem cenſus, vide Ibidem *in Addit. & deciſ.* 31. *per tot.* vbi quòd ad hæc omnia tenetur etiam fideiuſſor *inf. num.* 18. 33. *&* 41. vbi plenè Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 53. *per tot.* vbi qualiter emptor cenſus ſuper fundo fideicommiſſario aſſerto libero à venditore poſſit ad ſui electionem agere ad reſtitutionem pretij loco damnorum, & intereſſe, vel ad liberandum fundum, etiam ſi adhuc euictio non ſit ſecuta, & alia plura eleganter de hac materia Rota *part.* 9. *recent. deciſ.* 72. *& deciſ.* 75. *num.* 4. *deciſ.* 394. *per tot.* vbi quòd licèt non poſſit cenſus in bonis fideicommiſſarijs imponi, ſuſtinetur tamen ſi imponens habeat ius detrahendi legitimam, vide in §. *Grauatus num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 4. *per tot. & deciſ.* 216. *per tot.* vbi an poſſit ſuſtineri pro ſoluendis debitis fideicommittentis, &c.

Quòd ſuper re prohibita alienari non poſſit cenſus imponi, & per impoſitionem fiat locus fideicommiſſo ex huiuſmodi prohibitione reſultante, dixit Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 121. *num.* 5. *& part.* 9. *recent. deciſ.* 299. *num.* 6. *&c.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 706. *per tot.* vbi pluribus modis declarat, vide Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 50. *per tot.*

Quòd tamen cenſus non extinguatur per decoctionem debitoris, aut ſententiam graduatoriam non ſequuta traditione, Caualer. *deciſ.* 528. *per tot.* vide Salgad. *Labyr. creditor. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 32. *cap.* 18. *num.* 10. *& ſeqq. per tot.*

Licèt creditor cenſus in concurſu poſſit inſtè petere, & conſequi non ſolum fructus, ſed etiam capitale, & quare, quicquid videatur contra naturam contractus petere ſortem, latè idem Salgad. *d. tract. part.* 1. *cap.* 19. *per tot.*

Quid dicendum in bonis feudalibus, vel emphyteuticis, vide in §. *Emphyteuta num.* 31. *& inf. n.* 43. vbi agitur quando poſſit debitor compelli ad extinctionem cenſus, & plenè Mareſcott. *var. reſol.* 3. *cap.* 10. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 227. *num.* 22.

An autem poſſit cenſus conſtitui ſuper melioramentis, dic quòd ſi ille, qui fecit melioramenta ſit interim dominus rei melioratæ, veluti grauatus ex fideicommiſſo, feudatarius, emphyteuta, poteſt ſuper illis cenſum imponere: ſecus autem ſi nullum habeat dominium, ſed tantum quamdam poſſeſſionem vt vſusfructuarius, & huiuſmodi; qui licèt ſit creditor melioratorum non poteſt ſuper iſto iure, & credito cenſum imponere, ad latè tradita per Merlin. *deciſ.* 546. *per tot. & deciſ.* 748. *num.* 8. *&c.*

Quod ſuſtineatur cenſus ſuper ſata libera, vel meliorамentis in domo fideicommiſſaria, & debeantur fructus ſaltem loco intereſſe, Rota *part.* 13. *recent. deciſ.* 464.

9 Cenſus debet conſtitui ſuper certo fundo, nec ſuſtinetur ſuper vniuerſitate bonorum, quia emptor nullum ſubiret periculum, ſed eſſet omninò tutus, & ideò impoſitio cenſus eſſet valdè ſuſpecta de vſura, cum contrahentes viderentur habere potius reſpectum ad lucrum pecuniarium certum, quàm ad fructus ex fundo percipiendos, latè Cenc. *de cenſ. quæſt.* 40.

Ex quo etiam multi dubitant, an cenſus paruus, & modicus, poſſit conſtitui ſuper re magni redditus, & licèt magis communis opinio affirmet, tamen limitat niſi maximus appareret exceſſus, & ſic quòd emptor velit eſſe omninò ſecurus de perpetuitate cenſus, idem Cenc. *d. tract. quæſt.* 38. *num.* 3. *&c.*

10 Cenſus non poteſt imponi ſuper certo fundo, & generaliter ſuper omnibus alijs bonis imponentis, quia omnia bona dicerentur ſubiugata pro fundo ad magis perpetuandum cenſum; poſſunt tamen generaliter omnia bona hypothecari pro faciliori cenſus exactione, quo caſu perempto illo certo fundo deſignato, remanet cenſus extinctus, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 41. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 22. *num.* 31. *&c.* vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 141. *n.* 10. *& ſeqq.* Leotard. *de vſur. quæſt.* 28. *num.* 43. *& ſeqq.*

An autem poſſit agi contra huiuſmodi bona generaliter obligata, non probata inſufficientia fundi particulariter ſubiugati, vide Buratt. *deciſ.* 151. *per tot.* & dixi in §. *Poſſeſſor.*

11 Cenſus poteſt conſtitui ſuper pluribus fundis certis tamen, limitatis, & expreſſis quoad omnes illorum vocabulis, & confinibus, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 41. *num.* 12. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 777. *num.* 7. *& cap.* 141. *in princ.* vbi quòd poterit quilibet poſſeſſor conueniri in ſolidum abſque vlla excuſſione, vide in §. *Poſſeſſor*, Bich. *deciſ.* 598. vbi etiam ſi confines fuerit expreſſi tantùm in genere, & relatiuè, *& deciſ.* 183. vbi quid ſi fundus liber non ſit capax totius cenſus,

sus, an tunc debeantur fructus loco damnorum, & interesse, & negatiuè concludit cum declarationibus ibi adductis, *& inf. num.* 28.

Et tunc si vnus fundus pereat, remanet integer census super alio fundo capace, Cenc. *d. quæst.* 41. *quæst.* 99. *& quæst.* 100. Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 12. *&c.*

12 Census impositus super re communi sustinetur dumtaxat quatenus portio imponentis sit sufficiens, & capax, & non vltrà, cùm socius, vel frater non possit partem alterius obligare, Cenc. *de cens. quæst.* 20. *num.* 7. *& seqq. per tot.* vbi reprobat Petr. Cabal. *cons. decis.* 94. *lib.* 1. quatenus vult censum sustineri in totum super portione socij, vbi portio imponentis non sit sufficiens, quod tantùm procedere posset quando census esset impositus super re prorsus aliena, in præiudicium imponentis, & propter illius dolum, secus in re communi vbi cessat dolus, & animus fraudandi, cùm imponens intendat illum constituere super sua portione, vt benè declarat Cenc. *loc. cit.* Rot. post illum *decis.* 39. *n.* 3. *&c. decis.* 107. *num.* 7. Gregor. & Addit. *decis.* 225. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 373. *num.* 17. *&* 18. *& part.* 10. *decis.* 95. *per tot.* vbi quòd si fuerit impositus etiam nomine alterius fratris, qui posteà tacitè ratificauerit sustinetur, & potest vterque adstringi, vide in §. *Frater num.* 22. Cabal. *cons. decis.* 118. *lib.* 2. vbi quòd census potest imponi etiam super bonis alienis, quæ putabantur imponentis, & ab eo possidebantur; non tamen nocet vero domino, sed tantùm imponenti, vt teneatur ad pretij restitutionem, damna, & interesse, etiam antè secutam euictionem, & licèt dati sint fideiussores, Carol. Marant. *controu. part.* 4. *respons.* 82. *per tot.* Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *glos.* 1. *num.* 11. *&c. leg.* 18. *tit.* 5. *fol.* 511.

Quòd census possit imponi super re aliena de consensu Domini, Caualer. *decis.* 244. *num.* 1.

Et qualiter ille, ad quem pecunia peruenit possit agnoscere bonam fidem, & habeatur pro debitore principali, Rot. *part.* 12 *recent. decis.* 388. *per tot.*

13 Census, cùm de sui natura sit diuiduus, impositus super fundo in totum non capace, est nullus tantùm pro ea parte, in qua fundus redditur incapax ad similitudinem donationis non insinuatæ, quæ vitiatur solùm in excessu, cùm in diuiduis, & separabilibus, vtile non debeat vitiari per inutile, Cenc. *de cens. quæst.* 36. *per tot.*

Nec propter generalem hypothecam, cui subiacent alia bona venditoris census, debet suppleri aliundè ex fructibus aliorum bonorum, idem Cenc. *q.* 37. *n.* 2. quicquid pro affirmatiua tenuerit Cabal. *d. cons. decis.* 94. *num.* 11. *lib.* 1. quem cum alijs reprobat Cenc. *loc. cit.*

Quòd cùm census sit de sui natura diuisibilis ratione rei, & voluntatis, à pluribus acquisitus, & emptus vnicuique pro rata acquiratur, ita vt tot videantur census, quot sunt personæ acquirentes pro rata, & vnusquisque præsumatur ratam pecuniæ erogasse, quid si essemus in patre, & filio, & alia, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 403. *per tot.*

14 Census simpliciter à pluribus simul impositus exigitur ab vnoquoque tantùm pro rata, vbi non adest obligatio in solidum, Gratian. *discept. forens. cap.* 682. *per tot.* Vrceol. *Consult. forens. cap.* 40. *num.* 32. *&c.* vbi an stante obligatione in solidum, cuius vigore potest vnus in totum conueniri, possit correum cogere ad extinguendum pro rata, & negatiuè concludit, nisi vnus in totum extinxerit censum, quod facere potest, & repetere ratam à correo, vide in §. *Correus*, *&* §. *Hæres*, vbi qualiter possit extingui ab vno ex cohæredibus, vel omi conrta alios cohæredes.

Quòd hæres vnus volens redimere partem census sibi tangentem possit compellere cohæredem ad alteram partem eius redimendam, Thomat. *decis.* 145. *num.* 12.

Quòd census constitutus per plures in solidum super vnico fundo sit validus, & de rationibus dubitandi in contrarium, Mastril. *decis.* 141. *per tot.*

15 Census potest imponi super alio censu, cùm census habeatur pro re immobili, intelligendo super illo iure formali exigendi, non autem super censu materiali, & si primus census, super quo fuit alius constitutus, alienetur, transit cum suo onere, nec potest fundus primus liberari, nisi etiam extinguatur secundus census, super primo impositus secundùm Lud. Mulin. quem refert Cenc. *de cens. quæst.* 31. *num.* 1. *& seqq.* vide Gutierez. *de Gabell. quæst.* 57. *num.* 2. *&* 12. *&c.* vbi an census possit super alio censu constitui.

Sed quòd imò census super alio censu impositus finiatur, & extinguatur finito primo illo censu, vel peremptione fundi, vel redemptione, cùm tunc remaneat sine fundo, nec emptor noui census potest impedire redemptionem primi per pactum, quod esset illicitum, tamquam auferens liberam facultatem redimendi, nec per intimationem, cùm non possit ius redimendi quæsitum primo impositori auferre; quapropter redditur parum tuta huiusmodi impositio census super alio censu, sed cautius est censum antiquum, vel partem illius emere, Cenc. *de cens. d. quæst.* 31. *per tot. quæst.* 60. *num.* 48. *& quæst.* 72. *num.* 6. facit Gratian. *discept.* 44. *per tot.* Leotard. *de vsur. quæst.* 46. *num.* 31. *& seqq.* facit benè Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 36. *num.* 22. *& per tot.* vbi quòd non potest imponi nouum onus, conditio, vel modus.

Sed in contrarium quòd creditor secundi census, cui fuit primus hypothecatus, possit inhibere debitori primi census, ne redimat, nec soluat, & tunc eo non citato redemptio sit nulla, reprobato Cencio notat idem Salgad. *d. tract. part.* 1. *cap.* 27. *num.* 44. vbi authores laudat Rodrig. *de ann. red. lib.* 1. *quæst.* 18. *num.* 53. Fontanel. *decis.* 166. & alios.

Mihi tamen magis arridet in hoc opinio Cencij, & videtur conuenire idem Salgad. *d. cap.* 36. *num.* 22. *&c.* per prædictas rationes vide Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 336. Laream *allegat.* 22.

Census potest hypothecari, quæ tamen hypotheca cessat illo resoluto per redemptionem, quæ non potest impediri per creditorem, Cenc. *quæst.* 72. *num.* 3. *& seqq.* Gratian. *discept.* 45. *per tot.* vide Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 336. *per tot.* & dixi in §. *Hypotheca num.* 47. Merlin. *decis.* 21. vbi etiam quòd datur Saluianum contra tertium possessorem census, etiam si fuerit prohibitus alienari, cùm talis prohibitio intelligatur quoad ipsum censum, & non quoad fructus, qui ideò veniunt in hypotheca, possunt per Saluianum auocari. 16

Census potest constitui super locis montium non vacabilium, quæ consistunt in iuribus percipiendi annuum redditum perpetuum ex publicis redditibus Montistis assignatis, & pro immobilibus reputantur, Cenc. *de cens. quæst.* 29. *num.* 13. *&c.* 17

Item super iure gabellarum, vel alijs iuribus perpetuis in Ciuitate aliqua existentibus, Cenc. *d. quæst.* 29. *in fine*, latè Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 298. *& seqq.* Leotard. *de vsur. quæst.* 46. *per tot.*

Census plures super eodem fundo omnium capace possunt imponi, imò quamuis fundus non esset omnium capax, valeret impositio in præiudicium imponentis, si fundus credebatur capax, vltimi tamen census durabunt quousque vigore primæ hypothecæ fundus irreuocabiliter euincatur, Cenc. *de cens. quæst.* 39. *vide supra num* 8. *infra num.* 33. *&* 48. Merlin. *decis.* 696. Leotard. *de vsur. quæst.* 36. *num.* 29. *&c.* 18

Census impositus per Ecclesiam absque solemnitatibus valet quamdiu non datur de nullitate, quæ etiam detecta non retrotrahitur adhoc vt fructus soluti possint repeti, Gratian. *discept. forens. cap.* 559. *num.* 64. vide in §. *Clericus*, latè Speteł. *decis.* 154. *per tot. & decis.* 155. 19

Pro nullitate census impositi per Ecclesiam sine solemnitatibus, vide Bich. *decis.* 502.

De censu imposito à minore sine solemnitatibus, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 443. *per tot.* vbi de nullitate, Gratian. *discept.* 691. *num.* 23. *& per tot.* Ciarlin. *contr.* 196. Merlin. *decis.* 540. *per tot.* vbi latè pro nullitate census impositi super bonis pupilli absque solemnitatibus, tam vigore iuris communis, quàm statutorum necessarijs in cæteris alienationibus, & iterùm in eadem causa idem Merlin. *decis.* 575. *per tot.* vbi fuit confirmata prima decisio.

Nisi probetur versio pecuniæ in vtilitatem Ecclesiæ, vel minoris, nam tunc debet restitui, vnà cum fructibus ad rationem conuentam loco damnorum, & interesse absque alia taxatione, vel probatione, Cenc. *de cens. quæst.* 24. *num.* 15. *quæst.* 88. *num.* 14. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 63. & vide Rot. post Cenc. *de cens decis.* 34. *& part.* 13. *recent. decis.* 443. *num.* 9. *& seqq. & part.* 14. *decis.* 162. *per tot. & decis.* 407. vbi pro nullitate.

Sustinetur etiam census impositus à minore, vel muliere sine solemnitatibus, quando fuit celebratus cum alio

pari-

pariter priuilegiato, ad euitandum eius damnum, vel vbi fuit poſtea ratificatus per ſolutionem fructuum, vel accolationem in diuiſione, vel extinctionem, vel ſi fuerit impoſitus à tutore ex cauſa neceſſaria, Rot. poſt Cenc. *de cenſ. deciſ.*19.

Intelligendo quoad ratificationem data certa ſcientia nullitatis tam in facto, quàm in iure, aliàs ſecus, vt benè declarat Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*217. *per tot.* ſed contra prædicta pro nullitate cenſus, latè Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.*98. *per tot.* vbi reſpondet obiectis, & dixi in §. *Statutum requirens num.*17.

Quòd cenſus conſtitutus à muliere pro extinguendo alio cenſu nullo, ſit pariter nullus ex defectu, & falſitate cauſæ, Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*383. *per tot.* vide in §. *Decretum num.*6. *&* §. *Obligatio num.*4. Salgad. *Labyrint. part.* 2. *cap.* 9. *num.* 44. *& cap.* 10. *num.* 138. *&c.* vbi facit in contrarium.

Cenſus non venit in legato pecuniarum, vel rerum mobilium, adeo vt neque legatario debeatur pecunia pro redemptione reſtituta, benè venit in legato immobilium, cùm inter immobilia reputetur etiam in materia ſtatutaria, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 30. *num.* 7. latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 545. *num.* 1. *& ſeqq. cap.* 585. *num.* 6. *&c. & cap.* 696. *num.*14.

Cenſu legato venit tantùm ius illud exigendi annuas reſponſiones, ad quas exigendas tenetur hæres cedere legatario actiones; non autem pecunia, & pretium illius, idest ſors principalis, quæ in caſu redemptionis erit hæredis, & non legatarij, cùm cenſus, & illius pretium ſint inter ſe diuerſa, & ob id vno legato, alterum non venit, Cenc. *de cenſ. quæſt.*72. *num.*24. *& ſeqq. vbi num.* 28. quærit etiam ad quem ſpectent fructus non exacti, & tenet ſpectare ad hæredem, dummodò illorum dies venerit tempore mortis teſtatoris, ſequitur Sperel. *deciſ.* 177. *num.* 66. & vide in §. *Legatum num.* 60. *& infra num.* 45. facit Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 280. Olea *de ceſſ. iur. tit.* 6. *quæſt.* 6. *num.* 13. *& ſeqq.* vbi idem concludit in ceſſionario, vt ad eum non ſpectent redditus ante ceſſionem decurſi, quicquid contrarium innuat ſi ageretur de alijs vſuris acceſſorijs, iuxtà Surd. *deciſ.*88.

Qualiter cenſus dicatur exiſtere in loco fundi, & veniat in legato bonorum exiſtentium in illo loco, licèt facta fuerit tantùm mentio de Ciuitate, & reperiatur in Comitatu, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.* 58. *per tot.* vide in §. *Ciuitas num.* 10.

22 Cenſus redimibilis inter immobilia reputatur, & pro re immobili habetur, intelligendo de cenſu formali, & perpetuo, ideſt de illo iure percipiendi, non autem de materiali, ideſt de illa pecunia pro cenſu ſoluta, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 30. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 981. *num.* 37. *& cap.*545. *num.* 1. *&c.* Magon. *deciſ. Flor.* 107. *num.* 9. *&c.* Surd. *deciſ.* 204. *per tot.* vbi quòd ideò pro illo eſt ſoluenda gabella prout de alijs rebus immobilibus, Tuſch. *litt. C. concluſ.* 194. *&c.* Rot. poſt Cenc. *de cenſ. deciſ.* 432. *num.* 8. *deciſ.* 441. *num.* 2. *& part.* 11. *recent. deciſ.* 324. *num.* 15. Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 13. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 213. *volum.* 1. *& deciſ.* 61. *volum.* 2. vbi quando reputetur inter mobilia, & in quo loco dicatur exiſtere.

Quando veniat in legato vſusfructus omnium bonorum immobilium, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 585. *per tot.*

Quòd cenſus conſtituat potius tertiam quamdam ſpeciem bonorum in abſtracto, quæ numeratur inter immobilia, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 29. *per tot. & cap.*885. *in princ.* vbi ampliat quoad omnia de illo iudicandum eſſe prout de re immobili, *& cap.* 585. *num.* 6. *&c.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.*7. *art.* 8. *num.*6. vbi quòd perpetuus inter immobilia, temporalis verò inter mobilia computatur.

Quòd tamen cenſus redimibilis attento futuro euentu, & redemptionis tempore inter mobilia reputetur, vide Barboſ. *de appellat. verb. ſignif. appell.* 117. *num.*2.

Sicut quando annuus redditus percipitur ex re modico tempore duratura, non eſt inter immobilia inferendus; quæ autem dicatur res modico tempore duratura, eſt in arbitrio iudicis, vt conſuluit Barbat. *conſ.*22. *lib.* 3. quem ſequitur Menoch. *de Arbitr. caſ.*233. *num.*2. *& num.*3. vide ad prædicta Peregrin. *deciſ.* 70. *per tot.* & dixi in §. *Annus num.*11.

Cenſus eſt ſoluendus, quamuis fundus vno, vel pluribus annis non ferat fructus ſufficientes, ex æquitate tamen debitor eſt expectandus donec annis ſequentibus percipiat tot fructus, quibus creditori ſatisfaciat, niſi ſterilitas proueniat ex culpa debitoris, nam tunc ex alijs bonis ſupplere debet, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 37. *num.* 4. *&c. per tot.* 23

Quòd cenſus poſſit reduci ad minorem ſummam, veluti ſi erat ad rationem decem pro centenario reduci ad octo, vel minus, & per receptionem plurium annorum in minori quantitate cenſeatur receſſum à præſtatione maioris intereſſe in eius creatione conſtituti, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.* 194. vbi etiam ſi exactio facta fuerit à miniſtro.

Cenſus poteſt de vno fundo ad alium licitè transferri abſque aliqua nouatione, & liberatione fideiuſſorum, maximè ſi apponatur clauſula, *citra nouationem, & præiudicium quoad alios obligatos*; non enim in aliquo mutatur prima obligatio, ſed ſolùm res; ſiue fundus, Cenc. *de cenſ.* q.41. *num.*24. Rot. coram Ludouiſ. *deciſ.* 60. *&* 445. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*113. *num.*81. *& cap.*454. *num.* 16. Ridolphin. *in prax. part.*3. *cap.*5. *num.*364. 24

Intellige dummodò dicta translatio fiat in alium fructiferum, & capacem, aliàs cenſus remaneret extinctus, Duran. *deciſ.* 449. *num.* 12. *&c.* vel ſuper primum fundum ad tradita per Ludouiſ. & Ridolphin. *loc. cit.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.*178. *num.* 14. *& ſeqq. per tot.* dixi in §. *Creditor num.*38.

Cenſus probari poteſt non tantùm per publicum inſtrumentum, ſed etiam per quælibet alia genera probationum, vt per teſtes, confeſſionem, & alios modos ſimiles, de quibus Cenc. *de cenſ. quæſt.* 43. *num.* 7. Maſcard. *de probat. concluſ.*279. *& ſeqq.* vbi qualiter per annuam ſolutionem, &c. 25

Quòd diuturna ſolutio ſub nomine cenſus inducat præſumptionem fuiſſe ab initio ſeruatis ſeruandis cenſum impoſitum, quamuis inſtrumentum non appareat, Cenc. *de cenſ. quæſt.*43. *num.*15. *&* 19. Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*391. *num.* 14. *& ſeqq.*

Probatio tamen per inſtrumentum facit rem notoriam, & manifeſtam etiam quoad numerationem pecuniæ, pulchrè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*796. *num.* 1. *&c.*

Imò poſt motum proprium, ſiue Bullam Pij V. pro ſui validitate, & forma requirere ſcripturam, idem Gratian. *cap.* 208. *num.*6. & eſſe de iure per *Clem.*1. *de cenſ.* vide Menoch. *lib.*3. *præſumpt.*148. *num.*2. & dixi in §. *Dominus*.

Sed primam opinionem etiam in terminis dictæ Bullæ probat, & veriſſimam dicit Leotard. *de vſur. quæſt.*58. *n.*18. *&c.* Cenc. *d. quæſt.*43. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 142. vbi tamen quòd debitor poteſt cogi ad ſcripturam faciendam prout in alijs contractibus.

An cenſus per ſcripturam priuatam non regiſtratam, vel notificatam ad Gabellam contractuum iuxta ordinamenta Florentiæ, ſit nullus ipſo iure, dic quòd ſic, prout fuit iudicatum per DD. Tres ſub die 11. Februarij 1612. lib. Mot. 93. à c. 260.

Et qualiter ex conſtitutione cenſus debeatur ſtatim gabella, cùm ſit vera emptio, & venditio, latè Gutierez. *de Gabell. quæſt.*54. *per tot. cum pluribus ſeqq.* vbi etiam quid in cenſu vitalitio, & cui Gabellario ſit debita quando cenſus conſtituitur ſuper bonis in alieno territorio ſitis.

Cenſus iam legitimè creatus, & conſtitutus poteſt quocumque titulo habili ad transferendum dominium alienari, & in alium transferri, & ſic quot ſunt modi acquirendi, tot ſunt modi alienandi cenſum, Cenc. *de cenſ. quæſt.*44. *&* 45. *per tot.* Maſtril. *deciſ.*143. vbi an tunc redimi debeat à primo, vel à ſecundo emptore. 26

Poteſt igitur vendi, & non eſt neceſſaria pecunia numerata, ſicut in illius impoſitione, Gratian. *deciſ.* 224. *in Addit. num.*12. *&* 13. Cenc. *quæſt.*72. *num.* 16. vbi etiam an ſit vendendus pro eodem pretio, quo fuit impoſitus, vel poſſit augeri, ſiue diminui, vide in §. *Pretium num.* 6. Giurb. *deciſ.*117. *per tot.*

Quòd poſſit pretium diminui, Diana *part.* 1. *tract.* 8. *reſolut.* 36. latè Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 36. *& ſeqq. per tot.* vbi etiam plura an creditores vendentis poſſint aliquod ius prætendere contra emptorem pro huiuſmodi minori pretio, & id quod deficit ad iuſtum pretium cuius commodo cedat, & alia notabilia.

Plura

Plura de censu empto minori pretio, an emptor in concursu possit integram sortem, qua ab initio fuit creatus repetere, vel tantum pretium quod ipse exbursauit, & alia latè Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 20. *& cap.* 27. *n.* 78. *& seqq.* Olea *de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 10. *per tot.* vbi an, & quando cessio census, vel alterius nominis minori pretio facta subsistat, vel non, & an debitor cessus possit opponere de iustitia cessionis, & satisfaciat soluendo pretium, quod cessionarius numerauit; cuius commodo cedat residuum, & alia plura notabilia ad hoc propositum.

An autem, & quando census dicatur extinctus, venditus, vel translatus, ita vt in acquirentem transeat extinctiuè, vel translatiuè, & quid importet, Sperel. *decis.* 177. *per tot.* Merlin. *decis.* 650. *per tot.* vbi quando cessio iurium census dicatur facta extinctiuè, vel translatiuè, *& decis.* 666. *per tot. inf. num.* 53. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 48. *num.* 22. *& latius decis.* 273. *per tot. d. part.* 9. *& part.* 10. *decis.* 114. *per tot. & decis.* 232. *& part.* 11. *decis.* 144. *per tot. vbi vide inf. num.* 48. Rot. post Oleam *de cess. iur. decis.* 17. *& decis.* 19. *& part.* 13. *recent. decis.* 327. *num.* 10. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 278. *& 280. & part.* 17. *decis.* 398.

27 Census impositus super bonis existentibus in alieno territorio, venit in confiscatione bonorum quando bona publicantur ex dispositione iuris communis, & si præstetur ratione fructuum applicatur fisco loci, vbi situs est fundus; si verò soluatur in recognitionem directi dominij, & superioritatis applicatur fisco loci creditoris condemnati, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 268. *num.* 7. *& seqq.*

Sed aduersari videtur Tiraquel. *de iur. primog. quæst.* 49. *num.* 9. Gratian. *discept. forens. cap.* 29. *per tot.*

Quòd census dicatur extare in loco, vbi est fundus censitus, Gabriel. *consil.* 141. *num.* 15. *lib.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 586. *num.* 6. Rot. *part.* 8. *recent. decis.* 144. *num.* 13. *&* 14. *& decis.* 290. *num.* 8. *& seqq. & part.* 13. *decis.* 342. *num.* 1. vbi ad effectum ne veniat sub statuto fœminarum exclusiuo.

28 Census si sit nullus ex quocumque capite resultet nullitas, ne emptor sit in damno consequitur damna, & interesse loco illius, vel ex pacto, vel eo cessante ex dispositione legis, & non indigent alia liquidatione, vel taxatione, sed censentur taxata in ea quantitate, quæ conuenta fuerat pro annuo censu, *l. Lutius ff. qui pot. in pign. hab.* Ludouis. *decis.* 564. *num.* 4. *&* 5. Cenc. *de cens. part.* 1. *cap.* 2. *quæst.* 1. *art.* 6. *num.* 43. *quæst.* 19. *num.* 39. *& seqq. quæst.* 88. *num.* 14. *& seqq. per tot.* Rot. post illum *decis.* 58. *num.* 1. *&c. & in Vrbeuetana census* 21. *Maij* 1635. *coram Dunozetto in Nouissimo part.* 7. *decis.* 46. *num.* 2. *& per tot.* Caualer. *decis.* 323. *num.* 4. *&c.* Mart. Medic. *decis.* 31. *num.* 16. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 63. *&c.* Rot. post Oleam *de cess. iur. decis.* 40. vbi loquitur in cessionario infra num. 59. Rot. *part.* 13. *decis.* 464. *num.* 9. vbi ex defectu materiæ Leotard. *de vsur. quæst.* 80. *per tot.* vbi in aliquibus recedit ab opinione Cencij, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 29. *num.* 6. *&c.* vbi qualiter teneatur etiam fideiussor infra num. 33. & eadem Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 72. *per tot. & decis.* 75. *num.* 4. *& part.* 11. *decis.* 4. *num.* 12. *decis.* 127. *num.* 16. *& seqq.* vbi intelligit quando nullitas prouenit ex defectu materiæ, & non formæ, *& d. part.* 11. *decis.* 175. *num.* 5. *& part.* 53. *decis.* 267. *& n.* 17. Carol. Matant. *contr. part.* 4. *respons.* 82. *per tot.* & Bich. *decis.* 183.

Intellige etiam quousque emptor ignorauit nullitatem, aliàs imponens est liber in totum à fructibus, licèt non à sorte, & quòd tunc solùm competat actio personalis, Duran. *decis.* 449. *num.* 14. *&c.* Sed vide alias præcitatas decisiones.

Quòd data nullitate census, fructus non debeantur, & soluti imputentur in sortem, quia sors remanet purum mutuum, ex quo non possunt percipi fructus, Merlin. *decis.* 541.

Quòd vbi census est nullus ex defectu materiæ, veluti fundi liberi, & capacis, debeantur damna, & interesse vt supra, secus autem si ex defectu formæ ob non seruatam Bullæ formam, nam tunc non debentur, etiam stante pacto, nec possunt recipi.

Etiam à sponte soluente, & quare, benè distinguit, & comprobat Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 11. *num.* 12. *& nu.* 23. *& seqq. per tot.*

Qualiter autem possit dicta nullitas per Papam sanari, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 111. *per tot. supra num.* 6.

29 Census præscribitur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, nisi adsit obligatio cum clausula constituti, cuius vigore triginta anni requiruntur concurrentibus etiam omni casu alijs requisitis præscriptionis, de quibus in §. *Præscriptio.*

An autem præscribatur tantùm pro vno anno à quo lapsum fuit huiusmodi tempus, & sic an tot requirantur præscriptiones quot sunt anni, vel etiam pro futuris annis, ità vt remaneat in totum extinctus, vide latè Cenc. *de cens. quæst.* 117. *&* 118. *per tot.* Mohed. *decis.* 226. Pacif. de Saluian. *inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 245. *& seqq.* Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 241. *& seqq. fol.* 502. dixi in §. *Obligatio num.* 8. *& §. Præscriptio num.* 15. Tusch. *litt. C. conclus.* 295. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 211. Ciarlin. *controu.* 196. *num.* 37. *& seqq. per tot.* vbi plura ad exclusionem præscriptionis statutariæ, Rot. post Merlin. *de pign. decis.* 35. *num.* 15. *& seqq.* facit Martha *vot. Pis.* 125. *per tot.*

Intellige hìc dicta quoad actionem realem, nam quoad personalem semper triginta anni requiruntur, *l.* 2. *C. de constit. pec.* Rot. post Cenc. *decis.* 230. *num.* 8. Gratian. *discept. forens. cap.* 490. *in princ.* Ridolphin. *loc. cit.* vbi quòd non sufficit vna præscriptio, & ideò possunt peti fructus censuum per spatium 30. annorum antè litem motam, quia in illis non est completa præscriptio, Paul. Christin. *decis.* 74. *num.* 3. *&c. volum.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 373. *num.* 8. *& seqq.* vbi quòd stante iuramento requiruntur 40. anni, & tot præscriptiones quot anni, nec currunt stante mala fide, quæ oritur ex scientia debiti, & nocet etiam hæredibus vniuersalibus, ità vt nec ex propria persona possint præscriptionem incipere infra num. 58. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 47. *per tot.*

30 Census perit in totum, vel pro rata, si res censita, siue fundus absque debitoris culpa pereat in totum, vel pro parte, & idem est si per multos annos factus sit infructuosus, quibus casibus notat Lessius *de cens. num.* 91. Censualistam posse repetere pretium cum interesse lucri cessantis, & damni emergentis: quod tamen procedere tantùm vbi fundus sit peremptus culpa debitoris aliàs secùs, firmat ex pluribus Cenc. *de cens. quæst.* 99. *&* 101. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 654. *per tot. & in Add. ad cap.* 432. *in fine tom.* 3. Mart. Medic. *exam.* 18. *per tot. & in Add.* facit quod dixi in §. *Emphyteuta num. . . inf. num.* 36. vide Leotard. *de vsur. quæst.* 57. *per tot.* vbi etiam quid si fundus fuerit inundatus, & posteà aqua recesserit, & alia plura notabilia, facit Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 129. *per tot.*

Quod non fiat diminutio si pars salua sit capax pro toto censu, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 323. *num.* 15. *& seqq. & part.* 19. *decis.* 383. in eadem causa, vbi etiam quòd census super domo impositus, ea diruta non sustinetur super nouo ædificio, quamuis in illius area, & solo constructo, sed benè sustinetur super reliquijs ipsius domus.

Quòd census extinguatur per interitum rei censitæ, ita vt fructus postea soluti repeti possint, & veniant restituendi, Duran. *decis.* 279. *num.* 1. *&c. per tot.*

Nulla tamen fit diminutio pro rata, si pars quæ salua remansit sit capax, & sufficiens pro toto censu, Rot. post Cenc. *decis.* 1. *per tot.* Mart. Med. *d. exam.* 18. *num.* 3. *& seqq.* Merlin. *decis.* 305. *num.* 5. *& decis.* 696. *num.* 8. & Pacif. de Saluian. *inspect.* 5. *cap.* 1. *num.* 147. *& seqq.* Rot. post illum *decis.* 187. *num.* 8. *& decis.* 279.

Et lata culpa dicitur non arare, nec serere fundum, & non percipere fructus ex re fructifera, qui per diligentes homines percipi consueuerunt, Natt. *cons.* 494. *num.* 6. Mart. Medic. *d. exam.* 18. *num.* 7. *&c.* vbi in terminis census, Leotard. *de vsur. quæst.* 57. *num.* 15. vbi pariter in censu, & quòd debitor census cogi potest, vt fundum colat, aliàs soluat ex alijs bonis, Seraph. *decis.* 418. *num.* 14.

31 Census reuiuiscit, si res censita, quæ sine culpa censuarij perierat reædificetur pro parte, quia censetur eademmet res, super qua creatus fuerat census, *arg. l. quod tamen §. in nauis ff. quibus mod. vsusfr. &c.* Si verò reædificetur in totum, & quia tota perierit, etiam ex eadem materia, non tenetur amplius Censuarius soluere censum cùm dicatur res diuersa, Azor. Molin. Less. & alij apud Reginal. *de cens.* Rot. *in Nouiss. part.* 7. *decis.* 234. *num.* 10. Mart. Medic. *d. exam.* 18. *num.* 10. Pacif. de Saluian. *inspect.* 5. *cap.* 1. *num.* 153. *&c.* vide Leotard. *de vsur. quæst.* 57. *num.* 44. *&c.* vbi etiam de censu super vnica si vites pereant, &c.

Et prædicta sunt vera siue peremptio sequatur casu fortuito, siue etiam facto Domini, cum differentia tamen de

qua

qua supra *num.*30. circa peremptionem, vel repetitionem capitalis, & interesse, Cenc. *de cens. quæst.*101. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.*654. *num.*6. *&c.* Leotard. *d. quæst.*57. *num.*56. *& seqq.*

32 Census (creditore consentiente) potest in quacumque summa extingui, & eo inuito pro summa considerabili, etiã mediante compensatione, quæ admittitur ad extinctionem census, cùm non requiratur pecunia numerata, Rot. *in nouiss. part.*6. *decis.*148. *per tot.* dixi in meis resol. *cap.*56. *num.* 10. *&c.* vide in §. *Compensatio num.*10. *&* §. *Dominus*, Rot. *part.*9. *recent. decis.*3. *num.*15. *& decis.* 29. *num.* 11. *& seqq.* vbi benè declarat, *& part.* 13. *decis.* 144. *num.* 13. *& decis.* 435. *per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 123. *num.* 11. 12. *& part.*17. *decis.*398. *num.*4. vbi quòd retrouenditio census vti actus necessarius potest fieri à tutore, & pupillis, non autem cessio, quæ tanquam alienatio voluntaria non sustinetur sine solemnitatibus, vtilitate, & causa.

Quòd census constitutus super bonis suis pro dote Ecclesiæ, possit præcedente disdicta redimi pro pretio ab initio conuento, & inuestimentum spectet ad Rectorem, etiam si minuatur redditus, cùm periculum diminutionis, sicut & commodum augumenti spectet ad ipsam Ecclesiam, & non ad illius fundatorem, latè Rot. *part.* 11. *recen. decis.*62. *per tot.*

Quòd in extinctione, vel retrouenditione census, necessariæ solemnitates non exigantur, Cenc. *de cens. part.*3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.*7. *num.* 10. Buratt. *decis.*526. Rot. *part.* 13. *recent. decis.*19. *num.*15. *& decis.*194. *num.*14. vbi quòd cum actus retrouenditionis sit necessarius non requirit beneplacitum Apostolicum aliàs in distractione rerum Ecclesiæ omninò necessarium, Marta *vot. Pis.* 51. *num.* 12.

An possit pro parte, vel in partes cedi, vide in §. *Cessio*, *num.*50.

Quòd census possit extingui mediante assignatione tot creditorum, dummodò verè fuerint exacta, & pro rata exactionis, & nisi fuerint euicta, Cavaler. *decis.* 71. *per tot.*

Item per quamcumque assignationem bonorum in solutum facta de consensu domini census, etiam si non sit pro integra summa, quando fuit inter partes conuentum, vt residuum possit ad libitum exigi, vel fuit promissum solui; ita vt quicquid postea fuerit exactum pro fructibus possit repeti, & debeat restitui, latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.*291. *per tot.* & rursus in eadem causa *decis.* 353. *dict. part.*9.

Quòd debeat extingui per actum retrosimilem, & sic cum pecunia numerata, nisi tamen partes aliter consentiant dando scilicet, vel recipiendo aliquid aliud in solutum loco pecuniæ, Rot. post Cenc. *de cens. decis.* 129. *n.*1. *&c. & part.*10. *recent. decis.*355. *per tot.* latè Ridolphin. *in prax. part.*3. *cap.*5. *num.*376. *cum pluribus antecedentibus*, *& seqq.* Merlin. *decis.* 822. vbi etiam qualiter possit extingui pro parte, & per receptionem partis pretij non censeatur extinctus in totum, iterùm in eadem causa idem Merlin. *decis.*840. *per tot.*

33 Census extinguitur euicto fundo censuato, nec amplius fructus posteà decursi debentur, etiam si non fuerit expectata sententia euictionis, sed agnita bona fide fuerit dimissus, Cenc. *de cens. part.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 7. *alias quæst.*116. cum alijs per Duran. *decis.*449. *num.* 1. *& per tot.* vide supra *num.*8. *& num.* 18. *infr. num.* 40. Merlin. *decis.* 696. *& decis.*856. vbi quòd auocato fundo à creditoribus anterioribus imponentis, extinguitur census, & potest agi ad pretium, quia remanet sine causa penes venditorem, latè Rot. *d. part.*9. *recent. decis.* 29. vbi limitat quando remanerent alij fundi sufficientes, eo quia esset impositus super pluribus, ac stante bona fide, & ignorante creditore, nam his casibus eidem adhuc debentur fructus saltem ratione damnorum, & interesse vsque ad integram sortis restitutionem, pro quibus tenetur etiam fideiussor supra *num.* 28. & eadem Rot. *d. part.*9. *recent. decis.*72. *& part.*11. *decis.*127. *num.*13. *& seqq. per tot.* vbi qualiter sustineatur super melioramentis, & debeantur fructus saltem ratione damnorum, & interesse, Thomat. *decis.* 61.

Quòd etiam euicto fundo censuali, debeantur fructus creditori census, & soluti non possint in sortem imputari, vel quia census remanet super melioramentis, vel quia fructus adhuc debentur loco damnorum, & interesse donec sors fuerit restituta, vel quia etiam sequuta euictione non extinguitur census, nec cessant fructus, nisi præcedat declaratio debitoris, vel fideiussoris, & seruetur forma in casu extinctionis conuenta, vel de iure seruanda, pulchrè Rot. *p.*11. *recent. dec.*175. *per tot p.*2. *dec.*386.

Quòd si fundus censualis fuit euictus extinguatur census, & hypotheca pro illo competens, ac ideò sententiæ concedentes immissionem pro fructibus super dicto fundo, sint nullæ, & competat reintegratio spoliato, pulchrè Rot. *part.*12. *recent. decis.* 22. *& part.* 16. *recent. decis.* 336. vbi quòd post euictionem non debentur amplius fructus, nec damna, & interesse stante scientia creditoris, qui potest repetere sortem, cùm census remanserit extinctus, & quatenus fuerint soluti imputantur in sortem.

34 Census regulatur secundum naturam vsusfructus, vnde sicuti vsusfructuarius consentiens alienationi rei illum amittit, ita censetur remissus census per similem consensum, Duran. *decis.*449. *num.*4. 5. *&* 6. vide in §. *Creditor*.

35 Census remanet extinctus per legatum fundi factum à creditore census ipsi debitori, sed potest legatarius vtrumque consequi, nempè ipsum fundum legatum, & exigere censum ab hærede, vel saltem repetere pretium dicti census, de quo Ger. Spin. *cons.*19. *per tot.* vbi cùm agatur de debito voluntario, ostendit non intrare compensationem, & ob aliàs rationes per eum adductas, facit quod dixi supra *num.*20. *&* 21. & in §. *Debitor*, *&* §. *Legatum*.

36 Census an, & quando possit exigi quoad fructus, vel repetitionem sortis contra impositorem illius, qui posteà desijt fundum censitum possidere, eo quia fuerit peremptus, vel alienatus, siue euictus, pulchrè Mart. Medic. *Exam.*18. *per tot. cum duabus decisionibus seqq. & Addit.* vide supra *num.*30. Merlin. *decis.*696.

37 Census dotalis an possit extingui, siue retrouendi à marito, siue potiùs ab vxore, vel ab vtroque simul, vide Gratian. *discept. forens. cap.*985. vbi refert contrarias opiniones, & tutius esse adhibere consensum vtriusque, facit Cavaler. *decis.* 353. *num.* 1. *&c.* vide Rot. *part.* 12. *recent. decis.*21. *num.*44. *& seqq.* Cenc. *de cens. quæst.* 19. *num.* 42. Seraphin. *decis.*1332.

An à proprietario, vel ab vsufructuario, siue ab vtroque, vide in §. *Vsusfructuarius nu.*6. & Cenc. *d. quæst.*109. *n.* 64. *&c.* Olea *de cess. iur. tit.*6. *quæst.*6. *num.* 19. *& seqq.* vbi refert ad alia notabilia.

An à grauato alijs restituere, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 144. *num.*19. *& seqq.* vbi quòd sic cùm sit actus necessarius, vide in §. *Grauatus num.*1. §. *Debitor num.*18.

38 Census cùm ex sui natura sit perpetuus iuxta superiùs dicta *num.*2. & iuxta constitutionem Pij V. non potest debitor illius compelli ad redemptionem, & extinctionem, vt pro regula firmat Rot. post Cenc. *de cens. decis.*283. *n.*4. & ipse Cenc. *quæst.*106. *in princ.* quæ tamen regula fallit in pluribus casibus, &

39 Primò quando debitor denunciauit creditori futuram redemptionem intra bimestre, nam illo transacto non sequuta redemptione, potest intra annum compelli ad redimendum, vel etiam post annum donec lis agitur, Rot. post Cenc. *decis.*277. *num.*8. & Cenc. *d. quæst.* 106. *nu.*3. vide in §. *Debitor num.*21. *&c.*

Sed cùm intra dictum annum sit in facultate creditoris cogere debitorem ad extinctionem, non potest fructus illius anni percipere si sequatur vera census extinctio, Cenc. *de cens. quæst.* 107. *num.* 10. facit Gratian. *discept. forens. cap.*301. *num.*2. Vrceol. *consult. forens. cap.*13. *num.*25. vbi auctoritate Cenc. *quæst.*77. *num.*14. videtur annuere, quòd liberetur fideiussor.

Potest tamen census extingui etiam sine præcedente disdicta, si dominus, & creditor census, vel illius procurator consentiat, & quare, Rot. *p.*12. *recent. decis.*202. *n.*25. *& seqq.*

40 Secundò, quando census fuisset impositus super re aliena ignorante, & non consentiente domino, etiam quòd adhuc non sit sequuta euictio, potest debitor cogi ad restituendũ pretium, vel fundum proprium subiugandum, Pet. Cabal. *cons. decis.* 94. *num.* 5. cum alijs per Cenc. *q.* 106. *num.*4. *&* 5. Mart. Medic. *decis.* 30. *&* 31. *per tot.* Vrceol. *d. cap.*13. *num.*23. *& seqq.* vide supra *num.*8. 18. *&* 33.

41 Tertiò, quando census est impositus super re subiecta fideicommisso, illo purificato potest debitor compelli ad redimendum, Cenc. *d. q.*106. *nu.* 6. Rot. post illum *decis.* 46. *n.*2. Mart. Medic. & Vrceol. *loc. cit.*

42 Quartò, si venditor census in illius impositione asserit fundum liberum, sciens hoc esse falsum, potest cogi ad restitutio-

tutionem pretij etiam executiuè, Seraph. *decis.*161. *nu.* 19. *part.*1. Cenc. *d. quæst.*106. *num.* 9. *&* 21. Gratian. *discept. forens. cap.* 175. *num.* 16. *& cap.*258. *num.*23.

Sicut etiam qui emit rem assertam liberam, si detegatur censui obnoxia, potest contra venditorem agere pro extinctione, Cenc. *quæst.*63. *num.*12. Vrceol. *Consult. forens. cap.* 26. *num.* 17. *&* 18.

43 Quintò, si census fuerit impositus super re feudali, vel emphyteutica, finito feudo, vel emphyteusi, potest debitor cogi ad restituendum pretium, non tamquam pretium census, sed tamquam damnum, & interesse creditoris, Cenc. *d. q.*106. *n.*7. *&c.* plenè Marescot. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 10. Bich. *decis.*144. vbi quando census nullatenus sustineatur, nec quoad damna, & interesse super dicto fundo, quicquid sit contrà impositorem, & eius hæredes.

Et quòd census impositus super re emphyteutica reseruato domini consensu, vti conditionalis resoluatur non accedente dicto consensu, perindè ac si nihil esset actum, ita vt non debeantur fructus, & possit dicta exceptio licèt de iure tertij tamquam defensio, & exclusiua iuris agentis ad fructus, allegari ab ipso census debitore, pulchrè Caualer. *decis.*253. *per tot.*

Si verò census fuerit impositus cum domini directi consensu, debet ab eo in deuolutione rei censitæ agnosci, & accollari, cum onere solutionis fructuum, non obstante quauis iurium suorum præseruatiua, quæ non potest referri ad censum, cui assensum expressum præbuit, & pro quo ius exigendi in emptorem transtulit, Fachin. *controu. lib.* 7. *cap.* 56. Cenc. *de cens. quæst.* 22. *nu.* 9. Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de alienat. quæst.* 1. *num.* 112. Rota post Cenc. *d.*402. *num.* 1. *&c. part.* 11. *recent. decis.*257. *num.* 1. *&c.*

44 Sextò, quando in contractu censuali sunt obligatæ Communitates Status Ecclesiastici, potest debitor cogi ad redimendum iuxta constitutionem Sixti V. Rot. post Cenc. *decis.*284. *num.*2. Cenc. *d. quæst.*106. *num.* 10.

45 Septimò, quando debitor dolo, & fraude fundum censitum destruxit, vel reddidit penitus infructuosum, potest cogi ad restituendum pretium, Cenc. *d. quæst.*106. *num.* 11. *& quæst.*101.

46 Octauò, quando debitor non adimpleuit, ea quæ promisit circa dationem fideiussorum, vel similia, potest cogi ad implementum, & loco illius ad damna, & interesse, quod reputatur ipsum pretium census, Gratian. *discept. for. cap.*301. *n.*6. *& cap.*717. *n.*2. Cenc. *d. q.*106. *n.*12. *&c.*

47 Nonò, quando inter emptorem, & venditorem census fuit initum pactum iurarum, quòd propter moram debitoris in soluendo possit repeti sors principalis, nam virtute iuramenti potest rescindi contractus, & resolui per text. in *l. si quis maior C. de transact.* Rota post Cenc. *decis.*10. *n.*10. Cenc. *d. q.*106. *num.* 13. vide in §. *Pactum*.

Quòd censuarius contumax in soluendo possit cogi ad restitutionem sortis, latè Caluin. *de æquitate lib.* 1. *cap.* 33. vbi quòd ita quotidie seruatur per Senatum Mediolani.

48 Decimò, si inter venditorem census, & illius fideiussorem initum sit pactum, quòd intra aliquod tempus extinguatur census, nam adueniente, & transacto illo tempore, potest venditor ab ipso fideiussore compelli ad redimendum, Cenc. *d. q.* 106. *num.*14. *& q.*60. *num.*52. Vrceol. *consult. forens. cap.*13 *num.*7. *&c.* vide in §. *Pactum*.

Et quòd etiam cessante pacto, possit fideiussor vigore obligationis Cameralis ad damna, & interesse petere eximitionem, & liberatiooem à fideiussione pro sorte, & capitali, Vrceol. *consult. for. cap.*26. *n.*18. vide in §. *Fideiussor*.

Et quòd creditor census teneatur cedere iura viua, & sic translatiuè, & non extinctiuè fideiussori, correo, tertio possessori, & creditori posteriori offerentibus sortem cum fructibus, Cenc. *de cens. q.*71. Olea *de cess. iur. tit.* 5. *q.* 2. *nu.* 1. *& seqq.*

49 Vndecimò, quando aliquis in se accollauit censum, & promisit illum extinguere, potest compelli ad extinguendum, non quidem à domino census, sed ab eo, cui est facta promissio, Cenc. *d. quæst.*106. *num.*15. *&c.*

50 Duodecimò, si census fuerit nullus ab initio, vel declaratus nullus per iudicis sententiam, potest debitor compelli ad restituendam sortem principalem, Cenc. *d. q.*106. *n.*16. *&c.*

51 Decimotertiò, si census fuerit impositus super re subiecta retractui propter pactum de retrouendendo, sequuta retrouenditione, cùm fundus redeat liber ab omni onere, potest repeti sors principalis, Cenc. *d. quæst.* 106. *num.* 22. *& quæst.*18. *num.*5.

Decimoquartò, si creditor census vocetur ad concursum bonorum debitoris, potest non solùm fructus decursos, sed etiam sortem, & capitale petere, & consequi, vt latè probat Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 19. *per tot.* vide supra *num.*8. *vers. Quod tamen*. 52

Decimoquintò, si dominus census, & sic creditor acquirat dominium rei censitæ, census remanet extinctus, & potest repeti sors principalis, Cenc. *d. quæst.* 106. *num.* 23. Gratian. *discept. forens. cap.*876. *num.*9. 10. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 276. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 526. *num.* 6. *& seqq.* latè Gaspar. Roderic. *de Annuis reddit. lib.* 2. *quæst.*19. *per tot.* vbi an, & quando obligatio personalis, & hypotheca extinguantur, sic debitor census creditori, vel creditor debitori succedat. 53

Quòd fructus non debeantur pro tempore, quo dominus census fuit etiam dominus fundi censiti, Duran. *decis.* 404. *num.*3.

Noo tamen extingueretur census quando acquisitio fieret translatiuè tantùm, & non extinctiuè, nec quando dominium esset reuocabile, Gratian. *discept. forens. cap.* 885. *num.*25. vide Vrceol. *Consult. forens. cap.*4. *num.* 24. *&* 49. & dixi in §. *Hypotheca num.*48. *supra num.*26. *in fine*.

Quòd census remaneat extinctus per acquisitionem fundi irreuocabiliter a domino factam, secus autem si reuocabiliter, & ideò euicto fundo possit creditor census agere ex contractu censuali, ac si fundum numquam acquisiuisset, maximè si sibi iura anterioritatis reseruauit, intelligendo vt census reuiuiscat quando illius extinctio processit vel ministerio legis per solam confusionem dominij, & hypothecæ, vel facto hominis per dationem in solutum, secus autem si titulo puræ emptionis dominus census fundum censitum acquisiuerit, licèt partem pretij retinuerit, & compensauerit in extinctionem census, nam tunc extinctio non habet formalem dependentiam ab acquisitione dominij, sed consideratur de per se, & euicto fundo non potest reuiuiscere census, etiam si omnia fiant eodem instrumento, optimè declarat Rot. *part.*11. *recent. decis.*6. *num.* 9. *& seqq. & num.*23. *& seqq.* vbi etiam quid operetur reseruatio iurium, & alia notabilia, rursus Rot. in alia causa *d. p.* 11. *decis.*307. *per tot.* vbi qualiter census remaneat extinctus per emptionem fundi, nec possit reuiuiscere, si idem fundus fuerit vigore iuris congrui retractus, siue reuocatus, nisi de nouo seruatis seruandis constituatur.

Quando reuiuiscat annullata datione in solutum, vide Thomat. *decis.*185.

Census quid sit, quotuplex, qualis esset debeat, an sit contractus nominatus, vel innominatus, à quibus personis imponi possit, vel non, super quibus bonis, quomodo probari, quo titulo alienari, & in alium transferri, quale debeat esse illius pretium vt dicatur iustum, quomodo solui in pecunia numerata, quæ pacta in eo admittantur, vel non, qualiter finiatur, vel extinguatur, & alia plurima de hac materia habentur in tractatibus particularibus editis per Censualistas, & præcipuè per Cenc. cum decisionibus Sacræ Rot. Rom. Duard. Boccac. Brunor. à Sole, Ludou. Molin. Rodrig. *de ann. reddit.* & alios, ad quos in facti contingentia recurrendum consulo, vltrà superiùs per me summatim notata, & alibi opportunè, Ricc. *Collect.*3089. & alibi vt in eius *Repert. verb. Census*, P. Steph. de Neap. *tract. de restitut. lib.* 2. *cap.* 62. 63. *&* 64. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.*375. *per tot.* Leorard. *de vsur. quæst.* 41. *cum pluribus seqq.* Salgad. *Labyr. credit.* in multis locis prout in *Repert. verb. Census*, Fontanel. *de pact. nuptiar. tom.*1. *decis.*4. *glos.*18. *part.*1. 2. 3. 4. *&* 5. *à fol.*371. *ad* 447. 54

Census reseruatiuus, quando scilicet quis dominium rei suæ in alium transfert reseruando sibi certam quantitatem annuatim soluendam est omninò licitus, & permissus, nec comprehenditur sub formula Bullæ Pij Quinti de censibus, quæ non loquitur de huiusmodi censibus reseruatis, sed de alijs, qui mediante pecunia emuntur, & venduntur, Couar. *var. resol. lib.*3. *cap.*7. *nu.* 1. *&c.* cum alijs per Coccin. *decis.*205. *per tot.* Cenc. *de cens. q.*1. *nu.*4. *& seqq.* Leotard. *de vsur. q.* 41. *per tot.* vbi plura de iustitia, & validitate huiusmodi census reseruatiui, *& q.*89. *n.*2. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part.*3. *cap.*3. *num.*55. *& seqq. per tot.* vbi plura de huiusmodi census reseruatiuo, & bonis oneratis, qualiter veniant in concursu creditorum, Fontanel. *loc. cit.* D. Greg. Rosign. *in Nouiss. Prax. Theol. legal. tom.* 1. *contract.*4. *per tot.* vbi multa de emphyteusi, & censibus, & quomodo fraternizent inter se. 55

Cen-

56 Cenſus non poteſt extingui à procuratore habente ſimplex mandatum ad exigendum, etiam cum libera, &c. quia reſtringitur per præcedentia verba, & agitur de retrouenditione, & ſic de venditione, quæ mandatum ſpeciale requirit, Rot. per Farinac. *deciſ.* 295. *per tot.* & plenè *par.* 13. *recent. deciſ.* 27. *& deciſ.* 226. *per tot.* vbi etiam ſi agatur de procuratore, qui pro alio cenſum emit, nam adhuc non poteſt retrouendere ſine ſpeciali mandato, vide in §. *Mandatum num.* 13. *&* 14. vbi contrà §. *Procurator num.* 6. *&* §. *Solutio num.* 35. *&* 36. vbi plura.

An poſſit creditor compelli ad accipiendum fundum, vel alia bona debitoris pro extinctione cenſus, vide in §. *Debitor num.* 44.

Item an cenſus conſtitutus cum moneta aurea poſſit redimi, & extingui cum argentea, latè Maſtril. *deciſ.* 7. *per tot.*

Qualiter ex reſtitutione pretij reſoltet extinctio cenſus, etiam abſque alia retrouenditione expreſſa, vide in §. *Confeſſio num.* 65.

57 Cenſus an, & quando (non obſtantibus aliquibus pactis, & conditionibus illicitis) poſſit ſuſtineri per proteſtationem de contrahendo in omnibus, & per omnia, iuxtà Bullam Pij V. de forma creandi cenſus, vide latè Thomat. *deciſ.* 101. *per tot.* Cenc. *de cenſ. quæſt.* 61. & alios, quos allegaui in §. *Proteſtatio num.* 8.

58 Cenſus iniuſtè creatus, & ſic habens iniuſtum principium, nullo temporis curſus, etiam immemorabili poteſt conualidari, neque præſcribi, & idem in qualibet alia materia periculoſa, & de vſuris ſuſpecta, ſed quandocumque appareat de iniuſto principio creationis cenſus redditur nullus, quacumque præſcriptione exploſa, latè Gaſpar. Rodriguez. *tract. de annu. reddit. lib.* 1. *cap.* 17. quem refert, & ſequitur, ac iudicatum fuiſſe teſtatur Salgad. *Labyrint. cred. p.* 1. *cap.* 40. *in fin.* facit ſupra *num.* 29.

Qualiter autem creditor cenſus poſſit manuteneri in quaſi poſſeſſione exigendi, dixi in §. *Dominus num.* 15.

59 Cenſus alteri ceſſus, vel aſſignatus cum promiſſione exigibilitatis, & illius manutentione, aliàs ad damna, & intereſſe, ſi efficiatur inexigibilis dicitur purificata ſtipulatio in eum caſum concepta, & loco damnorum, & intereſſe venit ſors principalis, vna cum fructibus, ad rationem pro fructibus cenſus conuentam; & quidem inexigibilitas remanet ſatis iuſtificata ex diligentijs per executores contra debitorem factis, iuncta citatione ad iudicandum bona debitoris, ſuper quibus executio conſummari poſſit, & non obſtante carceratione ipſius debitoris, quando non eſt ſoluendo, vt benè probat Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 143. *per tot.* facit ſupra *num.* 28. & in §. *Ceſſio num.* 30. *&* 33.

60 Cenſus qualiter poſſit exigi contra quoslibet tertios poſſeſſores fundi cenſuati per viam aſſociationis ad poſſeſſionem eiuſdem fundi vigore clauſulæ conſtituti, & creditor ſit manutenendus donec fuerit integrè ſatisfactus, Cenc. *de cenſ. quæſt.* 94. *num.* 13. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 508. *per tot.* vide in §. *Conſtitutum num.* 18.

61 De cenſibus varia indicat Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Cenſus*, & Com. Auguſt. Fontana *eod. verb. in ſua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 219. *&c.* Manſ. *Conſult.* 113. *lib.* 2. vbi an ſub prohibitione alienationis veniat conſtitutio cenſus, *& Conſul.* 319. *lib.* 4. vbi qualiter reperto fundo cenſuali pro alijs debitis anterioribus obligato, vel alieno, ſiue fideicommiſſo grauato, poſſit repeti ſors principalis, vel pretium cenſus, & qualiter poſt habitam de iſtis notitiam non poſſint annui cenſus exigi, & exacti computentur in ſortem, ceſſionarius euicto fundo cenſito poſſit agere contra cedentem, & alia ad rem cum deciſione *Rotæ Romanæ in Vitea* 2. *Aprilis* 1666. coram Carpineo poſt *conſult.* 354. *d. lib.* 4. & Ego dixi in hoc §. *num.* 28. *cum alijs antecedentibus, & ſeqq.*

62 De cenſu ſuper alio cenſu conſtituto, an valeat, & cum pacto, vt primo redempto, in quo alter fundatur, ſit & alter redimendus, & alia de cenſibus, Vela *Differ.* 28. *&* 29. *vol.* 1. *& Differ.* 33. 34. *&* 35. vbi plura an perempta re extinguatur cenſus, *& Differt.* 36. *&* 37. vbi an poſſit ſubſiſtere ſine reali pecuniæ numeratione ſtante Bulla Pij V. &c.

63 Cenſus an conſtitui poſſit ſuper redditibus Regalibus, vel iuriſdictionalibus; Ant. Gob. *Conſul.* 126. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi quòd quatenus ſuſtineatur durat tantùm durante iure impoſitoris, & ſic non obligat ſucceſſorem in Principatu; quid ſi pretium fuit vtiliter impeoſum in conſeruationem, & augmentum ſtatus, &c.

§. CESSIO XIV.

1 CEſſio bonorum, eſt beneficium, ſiue remedium miſerabile, & flebile debitori pro euitandis carceribus conceſſum, *l.* 1. *pen. & fin. de ceſſ. bon.* Brun. *tract. de ceſſ. bon. quæſt.* 1. vbi declarat, & alias etiam aliorum definitiones adducit Tuſch. *litt. C. concl.* 217. *& ſeqq.* Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *reſol.* 1. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 21. *per tot.* vbi quòd ſit impetranda à Principe, iuxtà *l. fin. C. qui bon. ced. poſſ.* & alia plura de hac materia Ricc. *Collect.* 121. Scanarol. *in pragm. Regni fol. mihi* 223. *& ſeqq.* vbi plures allegat in Addit. Honuf. Cigal. *de act.* §. 29. *num.* 1 r. *& ſeqq.* vbi duodecim modis limitat.

Non tamen debitor audiendus eſt in ceſſione bonorum extra Carceres, ſed prius in carceribus ſe conſtituere debet, vt latè probat Giurb. *deciſ.* 41. *per tot.*

2 Ceſſio bonorum, quæ requirat ad illius validitatem, quid operetur, quinam poſſint cedere bonis, vel non, an cedens teneatur omnia indicare, quomodo, & qualiter fieri debeat ceſſio, an cedens teneatur præſtare cautionem de ſoluendo ſi ad pinguiorem deuenerit fortunam, an facta à principali proſit fideiuſſoribus, an ſit neceſſaria omnium creditorum ceſſio, an poſteriores creditores præferantur anterioribus in bonis poſt ceſſionem quæſitis, an ſuffragetur contra creditorem conditionalem, an pendente iudicio ceſſionis poſſit relaxari executio contra debitorem, an poſſit fieri non obſtantibus ferijs, an ſit locus pœnitentiæ antequam bona vendantur, an ſit neceſſaria litis conteſtatio, an impediat litis ingreſſum, an cedens poſſit poſtea agere, vel conueniri, an creditores propria auctoritate bona cedentis occupare poſſint, an cedens remaneat à debito liberatus, an huiuſmodi beneficio renunciari poſſit, an impediri per creditores concedendo dilationem quinquennalem, an maior pars creditorum poſſit alijs præiudicare remittendo partem debiti, quis præferri debeat in licitatione bonorum, an creditores anteriores poſſint à poſterioribus auocare pecuniam illis ſolutam, an paupertas ſit probanda a volente cedere bonis, & alia huiuſmodi de hac ceſſionis bonorum materia, vide latè, & pulchrè Brun. *d. tract. per tot.* Socin. *reg.* 65. *& ſeqq.* Trentac. *var. reſolut. lib.* 3. *tit. de ſolut. reſolut.* 27. *per tot.* Iaſ. & alij *in* §. *fin. Inſtit. de act.* vbi etiam Cigala, Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 3. §. 9. *per tot.* & dixi in §. *Debitor num.* 46. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 218. *&* 219. Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 123. *volum.* 4. *& ad leg. municip. tit.* 21. *per tot.* latè Scaglion. cum pluribus citatis in Addit. *d. Pragmat. Regni fol. mihi* 223. *& ſeqq.* Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 281. *per tot.* Salgad. *Labyrint. cred. in pluribus locis*, de quibus *in repert. verb. Ceſſio bonorum*, Conciol. cum Romaguer. *ad ſtatut. Eugub. lib.* 2. *Rub.* 73. *per tot.*

3 Ceſſio bonorum fieri poteſt ſimplici verbo per nuntium, vel per epiſtolam tam in iudicio, quàm extra, licèt hodie ex conſuetudine fieri ſoleat modo quodam vituperabili, quam non valere tenet, Iaſ. *in d.* §. *fin. num.* 28. *&* 29. *Inſtit. de act.* vide Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *quæſt.* 35. *per tot. fol.* 151. vbi refert varia diuerſorum locorum ſtatuta circa formam ceſſionis, & an valeant, relatis opinionibus, relinquit cogitandum, & quòd de iure cedens bonis non efficiatur infamis, Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *reſol.* 21.

In partibus Italiæ inoleuit conſuetudo, vt bonis cedens vadat nudus in loco publico, & poſteriora percutiat ad lapidem, vel columnam, ter gridando cedo bonis, Cin. *in l. fin. de ceſſ. bon.* Pract. Papp. *in Addit. for. inquiſit. gloſ.* 1. *verb. Ceſſerit litt. G. in fine*, vide in meis reſol. *cap.* 54. *n.* 22. Dian. *loc. cit.*

In ſtatu Eccleſiaſtico eſt deferendum biretum viride, & ſeruanda forma Conſtitutionis Pij IV. de qua meminit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 486. *num.* 4. & pluries ego practicaui prout in meis reſol. *cap.* 54. *n.* 25. *& per tot.*

In ſtatu Florentino nullo modo practicatur, quia eſt prohibita, vt dixi in mea Pract. §. *Debitori num.* 20. *in fine*, *&* §. *Fallit num.* 31.

Neque in Gallijs quoad exteros, Paul. Chriſt. *deciſ.* 123. *num.* 16. *vol.* 4.

Quid ſeruetur in Regno Neapolitano contra quos, & in quibus caſibus procedat, vel non, Nouar. *in Pragm. d. Reg. Collect.* 51. *& ſeqq.*

In Cathalonia non liberat debitorem à carceribus, Canc.

var.1, cap.17. num.58. & var. 2. cap. 9. num. 9. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.2. rub.73. num.21.*

4 Cessio bonorum, cùm sit a iure ciuili inducta, potest per statutum tolli expressè, vel tacitè, veluti disponendo quòd debitor possit carcerari, nec liberari nisi soluat, nam hoc modo censetur reiecta cessio, Brun. *de cess. bon. quaest.3. prin. num.5.* Gratian. *discept. forens. cap. 222. num. 23. 24. & 43.* Menoch. *de arbitr. cas.183. num. 9. &c.* vbi etiam quòd tale statutum recipit strictam interpretationem prout alia iura correctoria.

Sed quòd non possit absque iusta causa, & speciali derogatione in vniuersum tolli per Principem, Giurb. *decis.41. num.15. &c.* vbi quòd statuta illam tollentia non ad alios, quam ad decoctores, & dilapidatores pertinent.

5 Cedens bonis non remanet à debito liberatus nec naturaliter, nec ciuiliter, sed deueniens ad pinguiorem fortunam de nouo conuenitur, paratur tamen sibi exceptio, vt non exigatur vltra id quod facere possit, Ias. *in §. fin. nu. 2. & 3.* vbi etiam Plat. Fab. Ang. & alij *Instit. de act.* Dian. *part.7. tract.8. resol.8. & seqq. & resol. 20.* Paul. Christin. *decis. Belgic.228. volum.1.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.52.*

Imò tenetur praestare fideiussores de concordando creditores adueniente pinguiori fortuna, & si illos non inueniat admittitur iuratoria cautio, Maur. *de fideiuss. part.1. sect.3. cap.25. num.10. & seqq.* Dian. *part.7. tract.8. resol. 16.* Menoch. *de arbitr. cas.183. num.20. & seqq.* vbi tamen quòd si cessio fiat ignominiosa forma à statuto sancita, debitor remanet in totum liberatus, cùm tunc huiusmodi ignominia loco debiti pecuniarij succedat, & solutionis vicem obtineat, Salgad. *Labyr. cred. part. 3. cap. 16. num. 66. & seqq.* Guid. Pap. q.343. Socin. *reg. 7.* Tusch. *litt. C. conclus. 180.* Dian. *part.4. tract.4. resol.78.* vbi refert contrarias opiniones, an deueniens ad pinguiorem fortunam teneatur soluere, & ipse affirmatiuam amplectitur, & vide eum *part.7. tract.8. resol.9. & resol. 20. & 21.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib.1. cap.6. n.25. &c.* vbi quòd remanet liberatus saltem in foro conscientiae, & ante iudicis sententiam.

6 Cedens bonis non potitur beneficio, ne conueniatur vltra id quod facere possit, pro debitis post cessionem contractis, sicut nec quando alienauit in fraudem, Ias. *vbi supra n.4.* Brun. *de cess. bon. q.2. prin. n.8. vbi n.9.* quòd potest de nouo cedere bonis quoad nouos creditores, vide Salgad. *Labyr. cred. part.1. cap.26. n.22. & seqq.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.52. & seqq.* vbi plures casus, in quibus non suffragatur cessio bonorum.

7 Cedens bonis, tenetur omnia indicare, aliàs non prodest cessio, vnde haeres non conficiens inuentarium cùm praesumatur in dolo, & bona occultasse, non potest cedere bonis, Ias. *vbi supra n.8.* Dian. *p.4. tr.4. resol.78. vers. Notandum*, vbi quòd in conscientia potest sibi, & familiae necessaria retinere, licet alij contra, & latius *p.7. tr. 8. resol. 4. per tot. resol.6 per tot. & resol.14. per tot.* P. Steph. de Neap. *tr. de rest. lib.1. cap.6. n.24. &c.* vbi quòd potest necessaria pro se, familia, & arte retinere, facit quod dixi in §. *Debitor n.81.*

Quòd cedenti bonis, omnia sint auferenda praeter vnicam vestem vilem ad nuditatem tegendam, sicuti damnatis ad mortem, Ias. *loc. cit. n.26.* vbi etiam Ang. Plat. & Fab. adeo quod si sibi vnicum denarium reseruasset non valeret cessio, Bart. *in l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Ias. *vbi supra n. 93. & 94.* Gait. *de credit. cap.4. nu. 115. & 116.* vbi quòd non auferuntur vtensilia necessaria, Dian. *p.7. tr.8. resol. 4.* vbi an sit aliquid relinquendum pro alimentis, & refert contrarias opiniones, sed in foro exteriori non recedendum à praedictis.

Et facta cessione datur curator bonis, vt illius auctoritate, hastae subijciantur, & plus offerenti liberentur, Crauet. *cons.213. n.1.* Menoch. *de Arbitr. cas.183. num.19.*

8 Cessio bonorum fieri non potest, nisi instetur per creditores ad consequutionem illorum crediti, Ias. *loc. cit. n. 17.*

Sufficit tamen fuisse factam cessionem ad petitionem vnius creditoris, vt afficiat alios omnes non instantes, nec vocatos, Brun. *de cess. bon. q.2. prin. n. 7.* latè Gratian. *discept. forens. cap.486. n.13. &c.*

9 Cessio bonorum allegata per debitorem, qui aliter nolit respondere, sed dicat tantum cessi bonis, an impediat litis contestationem, vide Bart. *in l. pen. ff. de cess. bon. & l.3. C. de bon. auct. iud. poss.* Gratian. *d. cap.486. n.11.*

Et quòd facta per debitorem principalem non suffragetur illius fideiussoribus, Ias. *in §. fin. num.25. Instit. de act.* Brun. *de cess. bon. q.8. prin.* & vide in meis resol. *cap. 54. num.26.* Grass. *de except.25. num.34. & except. 32. num.40.* Salgad. *Labyrint. cred. part.2. cap.30. n.37. & 38.*

Cedens bonis retinet prohibita alienari, vsumfructum, 10
feudum, emphyteusim, sed non tamen illorum commoditates, & fructus, Bart. *in l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Ias. *§. fin. num.27. Instit. de act.*

An autem possit retinere turrim, vel domum sibi relictam pro habitatione post factam cessionem, cum tunc non exigatur vltra id, quod facere possit, vel teneatur illam vendere, siue locare ad commodum creditorum, & ipse anguftiorem domum ad meram necessitatem habitare, vide Menoch. *de Arbitr. cas.183. num. 24. & seqq.* Brun. *de cess. bon. quaest.29. & 30. prin.*

Cessioni bonorum an possit per debitorem renunciari 11
simplici pacto, vel cum iuramento, vide Aret. Fab. Plat. & alios *in §. fin. vers. vlt. Inst. de act.* Bart. *in l. alia §. eleganter ff. solut. matr.* Thessaur. *dec.36. per tot.* Menoch. *d. cas. 183. n.18.* Christin. *decis.228. n.5. & seqq. vol. 1.* latè Brun. *d. tract. q.20. prin. per tot.* Dian. *part.7. tract.8. resolut. 15.* vbi refert contrarias opiniones, & affirmatiuam amplectitur, vide in §. *Debitor n.46.* Marcian. *disput. for. cap.81.*

Quòd non possit renunciari expressè, sed tacitè per acceptationem dilationis quinquennalis, quae tollit beneficium cessionis bonorum, Gratian. *discept. forens. cap. 222. num.17. &c.* Genu. *de script. priuat. lib. 3. tit. de annal. & quinquen. dilat. num.34. & 40. fol.177.* vide Brun. *d. qu. 20. & 21. per tot.* Dian. *par.7. tract.8. resol.17.*

Cessio bonorum non prodest ei, qui in fraudem aliena- 12
nit, & sub spe illius debita contraxit, quando cesset, quae sit illius forma, & alia, vide Addit. ad Pract. Papp. *for. inquis. glos.1. verb. Cesserit*, Ias. Brun. & alios supracitatos, Dian. *part.7. tract.8. resol.11. & seqq.* Rot. *in Romana cessionis bonorum 19. Aprilis 1652.* coram Rojas post Oleam *de cess. iur. decis.26.* vbi quòd non competit doloso.

Cedere bonis non potest mercator fallitus, Bald. *in l. fin.* 13
C. qui bon. ced. poss. Addit. ad Pract. Papp. *vbi supra*, Farin. *q.26. n.26.* Cabal. *resol. crim. cas.105.* & vide in mea Pract. §. *Falliti in fine, & per tot.*

Nec qui per tres sententias fuit condemnatus qui nec gaudet priuilegio *cap. Odoardus*, secundùm aliquos, sed contrarium verius in vtroque ostendit Brun. *d. tract. q. 2. prin. num.10. & seqq.*

Alios casus in quibus non prodest cessio bonorum, vide in §. *Debitor*, & in meis resol. *cap.54. num. 27. & seqq. per tot.* Thess. *decis.36. num.5.* vbi de eo, qui luxuriosè viuendo omnia consumpsit, Tusch. *litt. C. concl. 219.* Nouar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.52. & seqq.*

Cedens bonis repellitur ab agendo, & contra eum oppo- 14
ni potest exceptio illegitimitatis personae, quamuis cessio esset facta contemplatione aliquorum tantùm creditorum, nam extenditur ad omnes etiam non nominatos, & non citatos, latè Gratian. *discept. forens. cap. 486. per tot.* vide in §. *Debitor num.77.*

An autem introducto concursu possit debitor vendere bona, vel exigere credita, an soluens illi liberetur siue sciuerit, siue ignorauerit decoctionem, & alia latè idem Salgad. *Labyrint. credit. part.4. cap.12. per tot.* vide in §. *Solutio num.41. & §. Contractus num. 33.* Item an pendente concursus iudicio, debitor liberetur ab interesse lucri cessantis, vel aliter debito ob moram debitoris, siue ab interesse conuento, latè explicat varias sententias referendo, & benè distinguendo idem Salgad. *d. tract. part. 4. cap. 17. & vlt. per tot.* facit Gob. *Consult.34. per tot.*

Reliqua de hac materia, vide in §. *Debitor n.46. & seqq.* in meis resolut. *cap.54. per tot.* & penes Brun. Scanarol. & alios supracitatos *num.2. in fine*, latè Dian. *resol. moral. p.7. tract.8. per tot.* vbi multa dubia resoluit Paul. Christin. *decis.228. vol.1. & decis.123. vol.4. & ad leg. municip. tit. 21. per tot.* Ricc. *Collect.121.*

Simile remedium, quo mediante debitor ipse ad euitandum carceres conuocat suos creditores, per dimissionem suorum bonorum, vt quisque iuxta sui crediti praelationem, & gradus praerogatiuam, de illis satisfiat, de eius requisitis, forma, modo practicandi, effectibus, qualiter differat à simplici cessione bonorum, & alia, docet egregiè Franc. Salgad. *in suo Labyrint. credit. part.1. cap. 1. per tot.* & de cessione passim in pluribus locis dicti tractatus, prout in eius repertorio *verb. Cessio bonorum.*

Cessio

15 Cesio iurium, & actionom qualiter fiat, quis cedere, & cui cedi possint, vel debeant, quæ actiones cedi possint, qualiter competant cessionario, quæ sit differentia inter cedere, & mandare, & alia, vide Ioan. de Grass. Iacob. de Aren. & Auct. incert. *in suis tract. de cess. iur. per tot. fol. mihi 497. & seqq.* Tusch. *litt. C. conclus.* 181. *& seqq. & conclus.* 203. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 118. Carleual. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 3. *disput.* 5. *per tot.* vbi plura de materia cessionis, & *Collect.* 2426. Arismin. *var. sent. tit.* 411. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæst.* 69. 70. *&c.* ac alibi sæpè, prout in eius repertorio *verb. Cessio*, & plenè Olea *de cess. iur. tit.* 1. *q.* 1. *& per tot.*

An valeat pendente lite facta, idem Tusch. *litt. C. conclus.* 206.

Ao cessio iurium requirat scripturam, dic quòd sic ad affectum probationis, non autem pro substantia, Olea *de cess. iur. tit.* 1. *q.* 5. *per tot.*

16 Cesio iurium vt prosit est obtinenda in ipso actu solutionis, quando quis soluit non tantùm vt propriam tollat obligationem, sed etiam alienam soluendo nomine principalis debitoris; si verò soluat vt fideiussor ad propriam obligationem tollendam, quod in dubio præsumitur, potest fieri, & reportari cesio etiam ex interuallo, quia principalis obligatio adhuc viua remanet, nec soluens censetur dare in solutum pecuniam pro extinctione obligationis, sed potius velle emere nomen debitoris, Bart. *in l. Modestinus ff. de solut.* Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 153. Caualer. *decis.* 568. *num.* 3. *&c.* Surd. *decis.* 308. *per tot.* Rot. *in Romana Census* 16. *Maij* 1631. coram Merlin. *in Nouiss. part.* 6. *decis.* 41. *per tot.* inter impressas eiusdem Merlin. *decis.* 516. Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 140. *& seqq. fol.* 206. Cenc. *de cens. q.* 71. *num.* 16. Maur. *de fideiuss. part.* 2. *sect.* 6. *cap.* 5. *num.* 8. *&c.* Felic. *de societ. cap.* 29. *num.* 62. Negusin. *de pign. part.* 6. *memb.* 1. *num.* 42. Gratian. *discept. forens. cap.* 286. *num.* 4. *cap.* 793. *num.* 23. *& cap.* 962. *num.* 40. Merlin. *decis.* 233. *n.* 4. Thomat. *decis.* 200. *per tot.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 25. *& seqq.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 75. *per tot.* latè Olea *de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 4. *per tot.*

Quòd cesio non sit necessaria, quando quis soluit vti fideiussor, maximè si coactè soluat, Caualer. *decis.* 4. *num.* 5. & dixi in meis resol. *cap.* 44. *num.* 2.

Quòd præsumatur soluisse ad propriam obligationem tollendam, idem Caualer. *decis.* 460. *num.* 3.

An soluens præsumatur soluisse vt sibi cedantur actiones, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 143. *per tot.*

Quòd cesio non posit reportari à soluente proprium debitum, Duran. *decis.* 253. *num.* 2. Caualer. *decis.* 568. *n.* 2. nisi illud verè spectet ad alium, quia licèt dicatur proprium respectu creditoris, tamen respectu illius, pro quo soluit dicitur fideiossor, & potest reportare cessionem contra illum, cuius vigore est præferendus cuicumque alteri posteriori, Duran. *loc. cit. per tot.* Tusch. *litt. C. conclus.* 207. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 272. *num.* 12. *& seqq.* vbi quòd tunc operatur tantùm iurium quietationem, & liberationem, non autem illorum translationem, *& decis.* 273. *n.* 8. *& part.* 13. *decis.* 137. *num.* 18. vbi quòd satisfaciens propriæ obligationi, non potest contra alios, quos ipse indemnes seruare tenetur, cesionem iurium reportare, *& decis.* 251. *num.* 13. *d. part.* 13. *& decis.* 262.

17 Cesio iurium facta ex interuallo post solotionem non valet, quia iam iura sunt extincta, & non possunt cedi, nisi cesio fiat incontinenti, vel præcedat pactum de cedendis iuribus, ooia tunc per solotionem non remanent extincta, *l. Modestimus*, vbi DD. *ff. de solut.* Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 148. *num.* 8. *&c. & decis.* 153. *num.* 2. *& seqq.* vbi quòd fideiussori potest fieri cesio etiam ex interuallo, præcipuè quando soloit pro se, & nomine proprio, & latè probat Merlin. *decis.* 512. *per tot.* Thomat. *decis.* 51. *nu.* 22. *& seqq. decis.* 200. *per tot.* Olea *de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 4. *per tot.*

Quando aotem ageretur de pluribus correis debendi, vel obligatis ex mera liberalitate, si vnus totum soluat, vel in totum exigatur, non potest ab alijs repetere per cesionem impetratam à creditore post solutionem, Surd. *decis.* 308. *per tot.* quem declarat Merlin. *d. decis.* 512. *num.* 10. *&c.* Ricc. *Collect.* 3596.

Si tamen agatur de pluribus correis obligatis ex causa onerosa, & vnus soloat totum, potest à correis repetere pro rata etiam absque vlla cesione, vel actione taciti mandati, vel negotiorum gestorum, vel condictione ex lege, per text. *in l.* 1. *&* 2. *C. de duobus reis*, pulchrè Mart. Medic. *decis.* 44. *per tot. exam.* 27. *num.* 16. *& seqq. cum Addit.* vbi ostendit dictam distinctionem inter causam lucratiuam, & onerosam, quam plerique DD. faciunt, freti aoctoritate Bart. *in dict. l. Modestinus num.* 8. procedere tantùm quando correi separatim intercesserunt, quia quando simul in eodem instrumento obligantur, dicuntur socij obligationis, inter quos æquale damnum esse debet, & si vnus soluit totum, potest ab alijs repetere pro rata, etiam si ex mera liberalitate, & causa lucratiua respectu alterius intercesserint, & hæc certè est receptior, & æquior opinio, vt per Thes. *decis.* 191. Ferentil. ad Butatt. *decis.* 751. Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 487. *num.* 8. Olea *de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 4. *per tot.* Mart. Medic. *in Addit. ad dict. exam.* 27. *num.* 8. *& num.* 9. vide infra *num.* 47. *& in §. Correus.*

Cesio quando posit prætendi à creditore etiam inuito per soluentem de proprijs pecunijs, Gratian. *discept. foren. cap.* 686. *num.* 8. *&c.* latè Tusch. *litt. C. conclus.* 211. vbi ponit multos casus, io quibus de necessitate est facienda iurium cessio, & plenius Olea *de Cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 1. *& seqq. per totum titulum.* 18

Quòd cessio sit facienda cuicumque soluenti, siue sit fideiussor, correus, tertius possessor, negotiorum gestor, vel procurator, aliàs repellatur creditor ab agendo etiam in executione sententiæ, si facto ipsius non posit efficax cessio fieri, pulchrè idem Gratian. *discept. forens. cap.* 701. *per tot. & decis.* 215. *per tot.* vbi plura Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 70. *per tot.* latè Olea *de cess. iur. d. tit.* 5. *per tot.* Carleual. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 3. *disp.* 35. *per tot.*

Nisi tamen fuisset renunciatum beneficio cedendarum, idem Gratian. *d. cap.* 701. *num.* 9. vide Mart. Medic. *Exam.* 27. *& decis.* 44. *per tot.* plenè Olea *d. tit.* 5. *quæst.* 2. *num.* 25. *& seqq. & quæst.* 3. *per tot.* & dixi in §. *Exceptio*, §. *Fideiussor*, & §. *Renunciatio.*

Quòd cessio iurium non sit facienda de necessitate tertio soluenti debitum alienum, Merlin. *decis.* 744. *num.* 9. vide in §. *Solutio num.* 47. & benè declarantem Oleam *d. tit.* 5. *quæst.* 1. *num.* 3. *& seqq.*

An autem cessio possit retorqueri contra cedentem, & an sit facienda contra se ipsum, Franch. *decis.* 205. *per tot.* Merlin *decis.* 478. *num.* 22. *&c. decis.* 510. *per tot. decis.* 834. Thomat *decis.* 100. *num.* 27. *&c. decis.* 285. *num.* 17. *&c.* latè Olea *de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 2. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 69. *per tot.* Tusch. *litt. C conclus.* 182. *per tot. & conclus.* 215. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 74. *num.* 1. *& part.* 17. *recent. decis.* 344. *num.* 2. *& seqq.* vbi plura quando cessio dicatur retorqueri contra cedentem, vel non, stante pacto non retorquendi, Arias de Mesa *var. resol. lib.* 1. *cap.* 23. *per tot.*

Cesio est facienda per emptorem, qui passus fuit euictionem, venditori soluenti, & releuanti eum iuxta conuentionem, Gratian. *discept. forens. cap.* 793. *num.* 12. vbi etiam *num.* 18. quòd cessio non potest prætendi ab extraneo soluente pro alio, vide in §. *Solutio num.* 47. 19

Cessio non est necessaria inter primum, & secundum creditorem, siue emptorem, quoad effectum excipiendi, & retinendi, vt dixi in §. *Emptor num.* 22. *&c.* 20

Cesio iurium reportata per emptorem soluentem de pretio rei emptæ, cùm dicatur soluere ex pecunijs debitoris, qui vendidit, est nulla, nec illi suffragatur si ab alijs molestetur, quando non præcesit pactum cum debitore, & sic cum venditore succedendi in locum anteriorum creditorum, quibus soluit, vt videtur tenere Gratian. *discept. foren. cap.* 363. *nu.* 19. *&* 20. & clarius firmat Thomat. *decis.* 285. *num.* 4. Ludouis. *decis.* 68. *num.* 5. *& decis.* 75. *num.* 3. vide tamen eumdem Gratiao. *discept.* 269. *nu.* 33. *cap.* 734. *n.* 18. *& cap.* 772. *num.* 2. Rot. penes Pacif. de Saluian. *decis.* 164. *& decis.* 290. & penes Cenc. *de cens. decis.* 559. *per tot.* vbi dictam conclosionem intelligunt quoad effectum agendi, nam quo ad effectum retinendi, & excipiendi non est necessaria aliqua cessio, sed sufficit fuisse dimissom creditorem anteriorem cum pecunia emptoris, ad hoc vt in illius locum succedat quo ad ius retentionis, & dixi in §. *Emptor num.* 22. latè videndus Olea *de cess. iur. tit.* 4. *quæst.* 2. *per tot.* Vrceol. *de transact. quæst.* 83. Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 280. *num.* 8. *& part.* 17. *decis.* 32. *num.* 1. *& seqq.* vbi quòd operatur retentionem quousque somma soluta soluenti restituatur per ius offerendi, Arias de Mesa *var. resol. lib.* 1. *per tot.* Carleual. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 3. *disp.* 35. *per tot.* 21

Quando cessio iurium censualium dicatur extinctiua, vel translatiua, Rot. part.15. recent. decis.278. & 280. & part. 17. decis.330. num. 5. & seqq. in alijs terminis Bich. decis.631.

Quòd licèt non detur actio in casu prædicto, tamen semper competat retentio, idem Gratian. decis. 66. num. 8. & seqq. plenè videndus Vrceol. consult. forens. cap. 4. 24. & 49. per tot. Franch. decis.134. per tot. vbi quid dicendum quando emptor non soluit creditoribus, sed ipsi venditori, qui postea cum ipsa pecunia emptoris satisfacit creditoribus, vide in meis resol. cap.19. num. 27. per tot. vbi plura de hac materia, de qua etiam Merlin. de pign. lib. 4. quæst. 44. per tot. Neguf. de pign. part. 5. memb. 4. num. 4. Mantic. decis.69. Benintend. decis. Bonon. 50. per tot. Paul. Christin. decis. 161. & 162. vol.4. Vrceol. in Append. ad cap.4. vol.4. fol.8. Rot. part.14. recent. decis.259. per tot. vide in §. Emptor, num. 22.

Quando cessio iurium censualium dicatur facta extinctiuè, vel translatiuè, Merlin. decis.650. Sperel. decis. 177. per tot. idem Merlin. decis.666. per tot. vide in §. Census num.26. & 48. Rot. part.13. recent. decis. 327. num. 10. vbi quòd facta solutione de pretio rei emptæ, cessio non operatur translationem iurium, sed habet vim quietationis, & extinctionis, Rot. part.14. recent. decis.429. num. 3.

Et quòd creditor census teneatur cedere translatiuè, & non extinctiuè, vide in §. Census num.48. in fine.

22 Cessio facta non interueniente pecunia, sed sola confessione cedenti de recepto, quando dicatur calumniosa, & ob redemptionem litium prohibita, iuxta l. per diuersas 22. l. ab Anastasio, & l. seqq. vbi DD. C. mandat. & quando non sit talis, nec attendatur dictarum legum dispositio, vide Gabriel. comm. concl. tit. de act. concl.5. Menoch. lib.3. præsumpt.129. per tot. Gratian. discept. forens. cap.286. num. 9. cap.459. num.16. & cap.826. per tot. Marta vot. Pis. 72. Olea de cess. iur. tit. 6. quæst. 10. Magon. decis. Florent. 64. num.60. Tusch. litt. C. concl. 204. vbi quòd requirit titulum, & causam, & concl. 290. per tot. latè Paul. Christin. decis. Belgic.110. per tot. vol.2. Vrceol. Consult. for. cap.51. per tot. vol.2. Peregrin. decis.115. num.14. Thomat. dec.51. num.17. &c. Leotard. de vsur. quæst.39. num.20. & seqq. Vrceol. de transact. quæst.83. per tot.

Quòd d. l. per diuersas, C. mandat. duas in ventre habeat limitationes, nempè quando ius cedentis est indubitatum, & quando cessio fit possidenti pro suæ possessionis maiori tuitione, quia vtrobique cessat præsumptio simulationis, & redemptionis litium, ad quam coercendam dicta lex emanauit, vt ibi notant Angel. Salyc. & alijs per Bich. decis.10. num.12.

Et quod in Regno Franciæ, Mediolani, Bononiæ, & alibi non seruetur dispositio dictarum legum, & de iure procedat tantùm in maligno, sordido, ac doloso litis redemptore, qui auaritia ductus, animoque vexandi debitorem, acquirit cessionem iuris incerti, & dubij viliori, & infimo pretio, secùs autem cessante dolo, & stante iure certo, & indubitato, latè probat Vrceol. de trans. d. quæst.83. per tot. & Rot. post illum decis.37. n.6. & seqq.

Quòd cessio facta ex causa transactionis, de iure certo, & non reclamante eo, contra quem est facta, sit omninò valida, etiam vltra concurrentem quantitatem pretij numerati, Rot. part.13. recent. decis. 208. & 227. per tot. in eadem causa Sanfelic. decis.120. per tot. vbi quòd in actionibus certis, & indubitatis, in transactione, ac cessante dolo, fraude, & malitia non obtinet dictarum legum dispositio, sed valida, & efficax est cessio.

Quando debitor cedit creditori suo, cessio dicitur simulata, nisi aliundè constet de debito cedentis, Rot. part. 3. diuers. decis.68. lib.1. Rot. part.11. recent. decis.44. num. 10. vbi quòd cessio facta vero creditori non subiacet dispositioni dictarum legum, sed est valida, Rot. d. part.11. decis.147. num.31. &c. vbi limitat si creditum esset præscriptum.

Facta sine causa est nulla, & inefficax, Menoch. d. præsumpt.129. num.29. quem sequitur Rot. in Senogallien. societatis 22. Iunij 1639. coram Royas penes Scanarol. de visit. Carcer. in Appendice decis.15. num.10. & seqq. latè Olea de cess. iur. tit. 1. quæst. 4. per tot.

Redditur etiam nulla ex falsa causa, idem Olea d. tract. tit. 8. quæst.1. num.6.

Valeret tamen inter coniunctos sine expressione alterius tituli, ad tradita per Tiraquel. de retract. in Præf. num. 54. vide Oleam de cess. loc. cit.

Cessionem præsumi simulatam ob pretij tenuitatem, quæ arbitrio iudicis æstimatur, Menoch. de arbitr. cas.248. & d. præsumpt.129. num. 2. Christin. d. decis. 110. num. 8. latè Gabriel. comm. concl. lib.2. tit. de act. conclus.5. per tot. Leotard. de vsur. quæst.39. num.20. &c.

Quòd cessio regulariter sit permissa, & quando secus, vide Socin. reg.67. per tot. vbi nouem adducit fallentias, & optimè Paul. Christin. d. decis. 110. per tot. vol. 2. Vrceol. d. cap.51. per tot. vol.2. vbi pluribus citatis materiam dictarum legum examinat Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. 13. num.27. & seqq. per tot. Olea de cess. iur. tit. 6. quæst. 10. num.51. & seqq. per tot. Rot. post eum decis.46. vbi quando cessio præsumatur simulata, vel non, & decis.47. in eadem causa Rot. part.13. recent. decis.208. & 288. per tot.

Quòd possit fieri, & probari inter absentes per epistolam, Genu. de script. priu. lib.3. q.10. fol.131.

An autem debitor cessus possit opponere de iniustitia cessionis contra cessionarium, affirmat Grat. discept. 826. num.1. &c.

Sed negatiuè, & de veriori concludit Salgad. Labyrint. credit. part.1. cap.27. num.80. vbi quòd, doctrina Gratiani posset procedere tantùm in redemptore litis, iuxtà præcitatas leges, vide Oleam de cess. d. quæst.10. per tot. & in §. Census num.26.

Cessio facta Clerico, tanquam proueniens ex fonte cupiditatis, & auaritiæ, & tanquam facta in potentiorem saltem ratione fori est nulla, vt latè probat Gratian. discept. forens. cap.826. num.6. & seqq. vide Menoch. lib.3. præsump. 129. num.36. & 37. Christin decis. Belgic. 110. num. 8. &c. per tot. vol.2. vbi quisnam dicatur potentior ad hunc effectum inualidandæ cessionis, & qualiter cedens amittat ius suum, Peregrin. decis.115. num.10. & seqq. latè Olea de cess. iur. tit.2. quæst. 4. num.44. & seqq. per tot. vbi plura in contrarium. 23

An autem remaneat ius, & actio apud cedentem, si cessio sit nulla ex alia causa idem Olea loc. cit. quæst.5. vbi quòd sic, & quando incurratur pœna amissionis, facit quod dixi in §. Causa num. 21.

Quòd cessio facta in potentiorem regulariter sit nulla, & quando secus latè Duen. reg. 88. per tot. vbi sex modis ampliat, & decem limitat, & quoad Clericum intelligit dummodò sit talis, qui habeat iurisdictionem in laicos, vide Tusch. litt. C. concl.208. & litt. P. concl.462. & 463. per tot. Christin. d. decis.110. per tot. vol.2. Rot. par.11. recent. decis.294. num.7. & seqq. Corbol. de emphyt. tit. de priuat. ob alienat. ampliat.12. num.10. &c. Salgad. Labyrint. cred. part.1. cap.7. num. 94. & seqq. vbi plura in terminis legis Regiæ, & Trentacinq. var. resol. lib.2. tit de pactul. resol.2. per tot. Olea de cess. iur. tit.2. quæst.4. per tot. & quæst. 5. per tot.

Valet facta in potentiorem consanguineum, etiam nullo expresso titulo, Tiraquell. de retract. lignag. in præfat. n.53. Menoch. d. præsumpt. 129. n.39. &c. vide Oleam loc. cit. & tit.2. quæst.12. n.3. vbi etiam valet in testamento, cùm tunc cesset omnis fraudis suspicio.

Valet etiam facta in potentiorem, quando cedens non potest aliter rem suam recuperare, cùm tunc sit licitum furari rem æquiualentem debitoris, sicut quando fieret bona fide, & non malitiosè ad opprimendum aduersarium, vt benè probat Duen. d. reg.88. limit.5. & 9. Rot. d. decis. 294. p.11. recent.

Quòd cessio, vel alienatio facta in potentiorem non sit considerabilis in Statu Ecclesiastico, nec alibi propter vigilantiam Summi Pontificis, vel alterius Principis facientis cessare omnem suspicionem metus, & concussionis dixit Rot. in Bonon. transactionis 25. Februarij 1639. coram Merlino inter impressas eiusdem decis.799. num.9. vbi in terminis D. Marchionis Fachinetti Bononiæ Senatoris, & facit Rot. part.14. recent. decis.412. vbi quòd Principe iusto dominante nihil potest timeri.

Cessio facta minori, vel viduæ tamquam in potentiores propter multa priuilegia illis competentia dicitur nulla, Duen. d. reg.88. ampliat.5. & 6. vide in §. Alienatio nu.37. Olea de cess. iur. d. tit.2. quæst.4. num... 24

Cessio facta tutori, vel Curatori contra pupillum est ipso iure nulla, Duen. reg.88. ampliat. 6. dixi in §. Tutor nu.64. & est text. in Auth. minoris debitor C. qui tut. dar. poss. sumpta ex Nouell.72. cap.5. idem est si sit facta per pupillum suo tutori, vel consanguineo tutoris, siue curatoris, ne fiat fraus de persona ad personam, Montan. de tut. cap. 30. num.79. 25

*num.79. fol.*90. Gutierez. *eodem tract. part. 1. cap.* 20. Olea *de cess. iur. tit.2. quæst. 6. per tot.* vbi ampliat in omni alio curatore, vel administratore, ita vt ius, vel actio cessa ipso iure minoribus acquiratur, & à debito liberentur, & procedat etiam quoad eos, qui tutores, vel curatores esse desierunt, ne cessionis quæsito colore fraudes machinentur, & non possunt quantitatem cessam reputare in rationibus; limitat tamen vbi debitum cessum esset omninò clarum, & liquidum, nam tunc iniquum esset, tutorem, vel curatorem eius iacturam pati, & alterum cum alterius damno locupletari, & lucrifacere quod verè debebat, nam cessante fraude, cessat prohibitio prædicta. Sed limitationem istam latè refellit eques Ludouic. de Vecchijs in *Senen. cessionis* 11. *Iunij* 1661. ostendendo (cum approbatione Academiæ Louaniensis) omnem cessionem licèt aliàs veram, & iustam, debitique etiam clari, & indubitati tutori, vel Curatori esse prohibitam, vel contra legem expressam factam, minorumque lucro statim cedere in pœnam quasi delicti ipsius tutoris, vel curatoris, nulla ei suffragante excusatione, vel Epicheia, quicquid aliàs possit soluere ex iusta causa, & repetere, vel palam, & bona fide contrahere, sed numquam cessionem reportare contra expressam legis dispositionem, ad obuiandum non solùm fraudibus, sed cuicumque fraudum periculo, & suspicioni inductam; & dicta decisio Senensis habetur post Oleam *dict. tract. in fin.* Andreol. *controu.*419. *per tot.*

26 Cessio facta lite pendente etiam in casibus permissis qualiter non mutet iudicium, vide in §. *Iudicium, &* §. *Res litigiosa*, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 110. *num.6. volum.* 2. Olea *de cess. iur. tit.3. quæst.*11. vbi de actionibus litigiosis, & instantia an cedi possint.

27 Cessio in incorporalibus idem operatur quod traditio in corporalibus, & sic habet vim traditionis veræ ad effectum translationis dominij, Rot. *part.14. recent. decis.* 52. *nu.* 5. *& decis.*377. *num.*14. *&* 15. Sanfelic. *decis.* 112. *num.* 9. intelligendo de cessione pura, nam conditionalis non habet vim traditionis, nisi post conditionem purificatam, & quando cessioni accedit vsus cessionarij, & patientia cedentis, sicque obseruantia, aliàs secus, Gratian. *discept. forens. cap.*318. *num.*23. cum alijs per Altograd. *cons.* 13. *num.*9. 36. *& seqq. per tot. lib.* 1. Tusch. *litt. C. conclus.* 205. Paul. Christin. *decis.*228. *num.*9. *&c. vol.* 1. vbi quòd ideò cedens post cessionem factam non potest præiudicare cessionario etiam solutionem recipiendo, si debitor sciuit, an verò compensando, & alia vide *inf. & in* §. *Compensatio num.*14. idem Christin. *decis.*110. *vol.*2. Caualer. *decis.*319. *num.*5. Rot *part.*12. *recent. decis.*155. *nu.* 8. *&* 9. Gutierez. *de Gabell. quæst.*7. *num.*9. *&c.*

An, & quando cessiones subiaceant Gabellæ, vel non, idem Gutierez. *d. tract. quæst.*54. 57. 60. 62. *&c.*

28 Cedens potest à debitore cesso recipere solutionem, & illum liberare, vbi per cessionarium non fuit intimatum huiusmodi debitori cesso, ne soluat cedenti, vel nisi fuerit per cessionarium cum eo lis contestata, vel aliàs debitor cessus ei partem soluerit, siue aliter de cessione notitiam habuerit quomodocumque, iuxta *l.* 3. *C. de nouat. l. nomen C. quæ res pig.* Pract. Papp. *causa vendit. glos. cessit, & mandauit num.*9. Negus. *de pign. part.* 2. *memb.* 3. *num.* 26. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.*20. *num.*28. *& cap.*356. *num.*16. Cenc. *de cens. quæst.*67. *nu.*6. *&c.* Vrsil. ad Afflict. *decis.* 335. *nu.*16. *&c.* latè Christin. *decis. Belgic.*137. *vol.*1. Rot. *part.*10. *recent. decis.*239. *num.*1. *&c.* vbi in terminis dotis cessæ secundo viro, *& part.*11. *decis.*44. *num.* 15. vbi quòd cedens potest re integra exigere, *& part.* 11. *decis.*245. *num.*3. *&c.* vbi etiam qualiter possit transigere plenè videndus Olea *de cess. iur. tit.*8. *quæst.*2. *per tot. inf. nu.*37. *& seqq.* Vrceol. *de transact. quæst.*31. *per tot.* Rot. *part.* 15. *recent. decis.*351. *vbi num.* 17. quoad scientiam intelligit per denunciationem, & Bich. *decis.*514.

Quando cedens post cessionem factam possit liberare debitorem ei soluentem, vel non, adde Merlin. Pignatel. *contr. cent.*2. *cap.*31. & Aloys. Mans. *Consul.* 1. *per tot. lib.* 1. *consul.*318. *num.*17. *& seqq. & consul.*319. *num.*17. *lib.* 4.

Qualis autem debeat esse huiusmodi denunciatio cessionis, vide Gratian. *d. cap.*356. *num.*39. & dixi in §. *Denunciatio num.*6.

Quòd sufficiat notitia cessionis, Rot. *part.*2. *diuers.* 151. *num.*6. vide Negus. *d. part.*2. *memb.* 3. *num.* 27. vbi distinguit, & cum eo concordat Vrsil. *d. decis.* 335. *num.* 18. pro quo facit eadem Rot. *part.*2. *diuers. decis.* 283. *num.* 1. vbi in alijs terminis dat doctrinam quòd quando notitia nullum affert præiudicium, tunc sufficiat vndequaque habita, vide in §. *Denunciatio*, & plenè de omnibus prædictis, & alijs videndus Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.*27. *n.*46. *& seqq. per tot.* vbi optimè omnia declarat, & comprobat Gait. *de credit. cap.*2. *tit.*3. *num.* 420. *& seqq. ad* 504. Olea *loc. cit.*

Et quòd debitor cessus soluens cessionario, perinde sit, ac si solueret ipsi creditori cedenti, Duran. *decis.*402. *n.* 25.

In dictis tamen casibus, in quibus cedens potest liberare debitorem ei soluentem, intellige, dummodò verè constet de solutione aliter quàm per simplicem confessionem ipsius cedentis, quia illa non potest præiudicare cessionario, Salgad. *loc. cit. num.*63. & dixi in §. *Confessio num.* 31. vbi contra quando cessio est ad commodum cedentis, vel cedens tenetur de euictione, cùm tunc redundet in damnum cedentis.

Cedens, & cessionarius, si simul concurrant ad exactio- 29
nem debiti contra debitorem, præfertur cessionarius, Pract. Papp. *in caus. vendit. glos. cessit, & mandauit n.* 14. *cum Addit. not.* Olea *de cess. iur. tit.*6. *quæst.* 8. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 137. *vol.* 1. & latè declarat Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.*27. *num.*66. *& seqq. vbi nu.* 77. quòd si concurrant cedens, cessionarius, & creditores cedentis, isti præferuntur cedenti, atque cessionario, quia illis per cessionem non potuit aliquo modo præiudicari.

Quòd cedens creditum exactum, vel alij præcedenter cessum teneatur illud supplere, & pretium refundere, non obstante clausula, *tale quale è*, Rot. *part.* 19. *recent. dec.*263. *per tot.*

Et qualiter cedens, & cessionarius simul admittantur per æs, & libram, vel concurrente quantitate eorum crediti, quando simul ad bona communis debitoris concurrunt, Rot. *part.*17. *recent. decis.*344. *num.* 1. *& seqq.*

Et quòd creditor anterior possit impedire cessionario exactionem crediti cessi, ne periclitetur suum creditum, Giurb. *decis.*61. *num.* 21. Salgad. *d. tract. part.* 1. *cap.* 10. *num.*54. *& num.*79. vide latè Oleam *d. tit.*5. *quæst.*8.

Et quando cedens exigit debitum cessum, & non liberatur à debito, pro quo fecit cessionem ad fauorem cessionarij, Gratian. *discept. forens. cap.*726. *num.*11.

Qualiter cedens possit agere non obstante cessione, Ricc. *Collect.*3196. *&* 3392.

Si tamen quis cesserit partem crediti, & concurrant cedens, & cessionarius ad bona debitoris, quoad alios creditores, eumdem gradum, & locum obtinent, nisi cedens promiserit de euictione iuris, & facti, quia tunc esset præferendus cessionarius cedenti; & si plures cessionarij ab eodem creditore cedente causam habentes, licèt diuersis temporibus, simul concurrant, eumdem pariter locum obtinent, & in tributum pro rata veniunt, quia origo debiti, & principium attendi debet, non cessiones, Franch. *decis.* 260 *num.*4. Gait. *de credit. cap.*4. *quæst.*11. *n.* 1835. *& seqq.* Salgad. *Labyrin. cred. part.*3. *cap.*13. *num.*81. *& seqq.* Quæ ego intelligo quando concurrunt ad bona debitoris cessi, nam si plures cessionarij concurrerent ad bona cedentis, tunc vtique esset præferendus, qui primò cessionem (nisi aliud obstet) obtinuisset, & tempus esset metiendum à die cessionis, & probat idem Salgad. *part.* 1. *cap.* 10. *num.* 46. *&c. part.*2. *cap.*4. *num.*41. Giurb. *decis.* 104. *per tot.* & latè videndus Olea *d. tit.*6. *quæst.* 8. *per tot.* Carleual. *de iudic. part.*2. *tit.*3. *disp.*33. *per tot.* vbi quando sunt plures cessionarij annui redditus, vnus prioris anni, alter sequentis anni, quomodo & quis sit præferendus.

Cedens aut vendens simpliciter nomen debitoris, & iu- 30
ra contra eum, non tenetur præstare debitorem locupletem, & soluentem, sed verum, & effectualiter obligatum etiam si adesset clausula defensionis, Becc. *cons.*105. *nu.* 13. *lib.*1. Cenc. *de Cens. quæst.*72. *num.*23. vbi latè ampliat, & limitat, vide Gratian. *discept. forens. cap.*501. *num.* 22. *& cap.*527. *nu.*13. *&c.* Thomat. *decis.*29. Ludouis. *decis.* 579. latè Olea *de cess. iur. tit.* 7. *quæst.* 3. *num.* 3. *& seqq. per tot.* Franch. *decis.*108. Vrceol. *cons. forens. cap.*2. *per tot.* Tusch. *litt. C. concl.* 181. *per tot.* Merlin. *decis.*508. Galerat. *de renunc. lib.* 1. *cap.*4. *num.* 95. Olea *de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 10. *num.*10. Andreol. *contr.* 115. *num.* 2. latè Rot. *part.* 11. *recent. decis.*287. vbi è contra si promissa fuerit exigibilitas, & ex quibus probetur inexigibilitas, vt sit locus promissioni, Rot. *part.*15. *recent. decis.*224. vbi de censu cesso in permutatione bonorum fructiferorum, qui si fuerit nul-

lus tenetur cedens ad restitutionem pecuniarum vnà cum interesse, & part. 16. decis. 393. in eadem causa, vbi quòd stante nullitate census, dicitur factus locus pacto reuersiuo in casu molestiarum ad rem permutatam, & alia, Quesad. Pilo contr. forens. cap. 48. per tot.

Tenetur tamen cedens cessionario, quando ex culpa, & facto suo, debitor cessus redderetur non soluendo, vel cessionarius probabiliter ignorauit debitorem cessum non esse soluendo, vide Cenc. d. quæst. 72. vbi plura Olea d. tit. 7. quæst. 3. num. 10. & seqq. & dixi in §. Vendens num. . . . §. Periculum num. 14.

Sicut etiam tenetur, si cessit debitorem, qui statim decoxit, nam præsumitur sciuisse, vide Oleam dict. tit. 7. quæst. 3. num. 6. & seqq. Magon. decis. Flor. 39. num. 10. vbi etiam num. 4. &c. an possit per huiusmodi debitorem cessum reuocari promissio antequam sit acceptata à cessionario.

Item tenetur quandu nomen debitoris fuisset assignatum pro dote, nam tunc debet illud præstare exigibile, etiam si de hoc non fuerit conuentum, & hoc ex priuilegio dotis, in qua nulla captio admittitur, vel tolleratur, etiamsi culposa ignorantia recipienti posset imputari, Castr. in l. Mænia 50. num. 4. ff. solut. matrim. Staiban. iun. resol. 96. num. 27. &c. tom. 1. resolut. 67. num. 16. &c. d. tom. 1. & resol. 190. num. 160. tom. 2. cum alijs per Vrceol. in Append. ad cap. 2. sed vide Oleam de cess. iur. tit. 5. quæst. 12. per tot. vbi latè distinguit an fuerit datum æstimatum, vel inæstimatum, & tit. 7. quæst. 3. num. 9. vbi conuenit vt supra Rot. part. 13. recent. decis. 143. vbi de censu promisso exigibili, vt purificata stipulatione debeantur damna, & interesse ad rationem census, vide in §. Census num. 28. & num. 59.

Quòd licèt cedens teneatur tantùm præstare numen cessum esse verum, & reale de iure, non autem bonum, & exigibile de facto, & quatenus promiserit esse exigibile teneatur solùm illud præstare de tempore cessionis, & non postea, tamen istud procedat in terminis simplicis cessionis, vel dationis in solutum, secus autem si fuerit euictio promissa, nam tunc illa quandocumque sequuta potest agi contra cedentem, Merlin. decis. 639. Rot. part. 10. recent. decis. 47. num. 18. &c. vbi quando mora in exigendo non possit imputari cessionario, & part. 11. decis. 287. per tot. vbi plura, & part. 12. decis. 49. vbi quando cedens teneatur manutenere exigibile de iure, & de facto, & omni tempore, & decis. 155. per tot. vbi plura latè Olea de cess. tit. 7. quæst. 3. per tot.

31 Cedens iura crediti sibi competentia super bonis venditis, & promittens illa esse penes se salua, integra, & illæsa, non tenetur de euictione dictorum bonorum, etiamsi iura cessa non fuerint talia, sed tantummodò ad resumendum quod deficit, vide Ger. Spin. cons. 35. per tot.

Quando cedens teneatur ad expensas litis, vel non, vide inf. num. 58.

32 Cedens nomen debitoris, promittendo illud esse idoneum, & bonum, vt pactum aliquid operetur, tenetur illud præstare exigibile, quæ exigibilitas est præstanda tantùm de tempore cessionis, vel solutionis destinatæ, & nil refert si postea efficiatur inexigibile, ac sufficit bis, vel ter fuisse exactum, ne promissio trahatur ad perpetuitatem, vide Cenc. de cens. quæst. 72. num. 23. &c. Maur. de solut. §. 6. Gratian. discept. forens. cap. 527. per tot. Leotard. de vsur. quæst. 80. num. 40. & seqq. Vrceol. consult. forens. cap. 2. num. 9. & seqq. Merlin. decis. 639. num. 4. &c. vbi limitat nisi fuerit promissa euictio, latè Olea de cess. iur. titul. 7. quæst. 3. num. 17. & num. 28. & seqq. Rot. in Tudertina census 28. Martij 1653. coram Meltio post Oleam dict. tract. decis. 35. vbi quòd si promissio sit concepta per verba perpetuitatem denotantia, tenetur cedens continuò, & effectiuè præstare veritatem, & exigibilitatem crediti, nec cessionarius tenetur facere diligentias contra tertios possessores, vel bona intricata, sed tantùm contra debitorem, & bona ab eo possessa, & Rot. post dictum tract. Olea decis. 36. num. 5. Bich. decis. 518. Rot. part. 16. recent. decis. 393. & post Vrceol. de transact. decis. 83. vbi etiam si dictum sit nolle teneri de euictione, & cedere tale quale, Cabal. cons. 143. lib. 2. vbi quandu cedens nomen debitoris teneatur de euictione, vel non, & cons. 100. lib. 1. vbi de validitate pacti, vt cedens ad nihil teneatur, vide in §. Nomen num. 9. in fine, & Ioseph de Rosa consult. 7. per totam.

Quòd de iure cedens teneatur præstare verum creditum cessum, Duran. decis. 404. num. 1. &c. vide latè Mangil. de euict. quæst. 78. 79. & 80. per tot. Olea dict. quæst. 3. per totam.

Et quòd licèt cedens noluerit teneri de euictione nominis cessi, sed cesserit iura talia qualia, & se obligauerit tantùm pro suo dato, & facto, non aliter, nec aliu modo, teneatur nihilominus ad pretij restitutionem, quando agitur de iure certo cesso ex causa onerosa, & pro iusto pretio, pulchrè ostendit videndus Vrceol. dict. cap. 2. per tot. infra num 34. dixi in §. Euictio num. 24. facit Rot. part. 12. recent. decis. 155. per tot. & decis. 215. per tot. vbi quando cessio habeat vim solutionis.

Intellige si nomen cessum non est verum, nam tunc licèt cedens sibi cauerit vt supra, tenetur ad restitutionem pretij accepti, ad Giurb. decis. 87. num. 12. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 14. num. 13. Olea de cess. iur. t. t. 7. quæst. 3. num. 4.

Et hodie ad tullendas difficultates inoleuit practica, quòd cedens accedat etiam tamquam fideiussor principaliter, & in solidum cum ipso debitore cessu, non tantùm pro sorte, sed etiam pro fructibus decurrendis, Felician. de Cens. lib. 2. cap. 1. num. 14. & Cenc. d. quæst. 72. num. . .

Cedens censum, vel aliud nomen debitoris, quamuis promiserit præstare soluendo, & exigibile, non potest à cessionario ex abrupto conueniri, nisi prius contra debitorem cessum adhibita fuerit omnis diligentia, vide Cenc. de Cens. quæst. 72. num. 23. &c. Thomat. decis. 29. num. 18. & seqq. decis. 61. & decis. 137. Gratian. discept. forens. cap. 64. num. 30. & cap. 527. num. 8. & 37. Rot. part. 11. recent. decis. 44. num. 12. Altograd. cons. 37. num. 23. & seqq. ad 31. lib. 1. Leotard. de vsur. quæst. 39. num. 53. &c. Vrceol consul. forens. cap. 2. num. 15. & seqq. Mangil. de euict. quæst. 78. per tot. Merlin. decis. 508. num. 3. & decis. 639. num. 7. &c. vbi tamen quòd si fuit promissa euictio, & intentetur actio de euictione, illa sequuta non est agendum de dictis diligentijs, quæ tunc solùm ubtinent, & sunt adhibendæ, quando nomen cessum fuit simpliciter promissum exigibile, non tamen vbi promissa est euictio, Bich. decis. 518. & decis. 619. vbi quòd cedens censum tenetur ad restitutionem sortis, & fructuum, si census cessus non sit verus, bonus, & exigibilis, prout fuit promissus. 33

Quòd sit necessaria excussiu in bonis, & persona, etiam si ei fuisset renunciatum, & debeat citari cedens in huiusmodi excussione, Prat. discept. 21. num. 74. &c. quem sequitur Baron. tract. de cit. tom. 2. sing. 7. Olea de cess. tit. 8. quæst. 3. num. 37. &c.

Sufficiunt autem diligentiæ executorum vnà cum citatione contra cedentem ad indicandum bona debitoris, Rot. part. 9. recent. decis. 36. num. 52. &c. part. 11. decis. 287. vbi plura, & part. 13. decis. 143.

Non tamen dicitur constare de sufficienti excussione ad prædictum effectum, si fuerit executuribus præsentata inhibitio dotalis, quando fuit ubtenta vigore hypothecæ generalis, & non assecurationis per sententiam, nisi fuerint factæ diligentiæ pro reuocanda dicta iohibitione, vel illa intimata cedenti, vt eam reuocare faciat, Rot. in Nouar. pecuniaria 26. Iunij 1652. coram Bichio in part. 11. recent. decis. 287. num. 5. Vrceol. in Append. ad d. cap. 2. num. 18. in vol. 2. fol. 8.

Quando cessionarius non teneatur excutere bona debitoris cessi, Thomat. decis. 61. num. 12. & Olea de cess. iur. tit. 7. quæst. 3. num. 38.

Qnandu dicatur nomen cessum, vel potius ubligatum, & quid inde sequatur pulchrè Altograd. d. cons. 37. nu. 39. & seqq. lib. 1.

Quòd cedens censum cum promissione exigibilitatis, teneatur ad damna, & interesse, si postea detegatur inexigibilis, ex peremptione fundi ante cessionem secuta, Rot. part. 14. recent. decis. 129. per tot.

Quod si cedens promiserit debitorem cessum exigibilem, non teneatur cessionarius facere excussionem, nec probare eum non esse bonum, sed ipse cedens bonum facere, ac talem reddere teneatur, ita vt quoquomodo sit dilata solutio resultet inexigibilitas, & cessionarius possit agere contra cedentem, Sanfelic. decis. 360. num. 10. & 11.

Et multa quando cedens possit conueniri eò quia deceperit cessionarium, vide per Gratian. decis. 13. num. 25.

num.25. & sequent. per tot. Olea de cess. iur. tit. 7. quæst. 3. num.6. &c.

Qualiter cedens debitum iam exactum, vel actionem, siue ius, quod non habebat, vel prius alteri cesserat, teneatur de stellionatu, & plura de hoc crimine, & illius pœna, Olea de cess. iur. tit.7. quæst.2. per tot.

34 Cedens iura talia qualia, tenetur nihilominus præstare creditum verum, & sine exceptione quo ad sui substantiam, maximè vbi cessio non fuit generalis, sed specialis de aliquo credito, Duran. decis.404. num.5. & seqq. vbi citat Alex. cons.103. lib. 6. Ludouis. decis. 579. & alios vide Vrceol. consul. forens. cap. 2. per tot. supra num. 32. in fine, Rot. part.12. recent. decis.85. num.13. & seqq. & decis. 155. per tot. in eadem causa, & decis.215. per tot.

Quando cessio comprehendat tantùm ius cedenti competens donec viueret, vel etiam proprietatem, Surd. cons. 13. num. 29. & seqq. Cenc. de cens. quæst. 20. num. 6. Bich. decis.514. num.17. & 18.

Quòd cessio iurium, si quæ cedens habet, non obliget ad aliquid cedentem, Tusch. litt. C. concl.216. Rot. part.9. recent. decis.287. vbi quòd vendens iura talia qualia, ad aliud non tenetur quàm ad ius suum transferendum, & si nullum ius habeat ad nihil potest adstringi, de quo tamen dubito per ea, quæ dixi supra num.32. vide Rot. part. 9. recent. decis.453. num.22. vbi idem firmat, sed intellige vt ibi num.16. & dixi in §. Euictio num.24.

Quando cessio iurium licèt verbis generalibus concepta restringatur ad iura talia qualia cedentis, vide Rot. part.11. recent. decis.323. per tot.

Quòd cedens iura talia qualia, si tractu temporis euincantur, vel fiant inexigibilia ad nil aliud teneatur, Rot. part.13. recent. decis.509. num.17.

35 Cedens creditum tenetur consignare instrumenta, & scripturas pro illo exigendo, nec sufficit indicare notarium, aliàs tenetur de sua culpa, & idem est in legato nominis, Gratian. discept. forens. cap. 286. num. 17. &c. vbi etiam cuius expensis sint leuanda instrumenta, & vide Vrceol. Consult. forens. d. cap. 2. num.6. & seqq. Seraphin. dec.1477. num. 8. cum alijs per Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 20. num.400. fol.416. vbi quòd sufficit indicare cum cautione de exibendo quoties opus fuerit, nisi agatur de scriptura priuata, quæ statim est tradenda, Olea de cess. iur. tit. 7. quæst.1. per tot. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 2. quæst.9. num. 10. & seqq. vbi etiam plura de recognitione huiusmodi scripturarum quomodo facienda, & quibus præiudicet, vel non, Mangil. de euict. quæst.81. nu. 13. Olea de cess. iur. tit.7. quæst.1. num.2. cum alijs per Rot. part. 16. recent. decis.87. num.2. & part.18. decis. 510. num. 4. & decis.625. num.7. & seqq.

Intellige hanc conclusionem de reali consignatione instrumenti creditum cessum continentis, & non sufficere nudam indicationem illius penes Notarium, quando agitur de credito, cuius originale instrumentum reperitur in longinquis, & remotissimis partibus stipulatum, ita vt de facili extrahi non possit a creditore; secus autem si instrumentum a cedente indicatum facillimè possit haberi, nam tunc cedens non dicitur in culpa, nec ad interesse tenetur, vt benè distinguunt Seraphin. d. decis.1477. Cenc. de Cens. quæst.72. num.24. & Rot. part.11. recent. decis.123. num.15. & seqq. per tot.

Quòd cessionarius teneatur iustificare creditum cedentis, nec sufficiat producere instrumentum cessionis, Ludouis. decis.579. inf. num.44.

36 Cedens, vel tradens chirographum sui debitoris alteri, cui ipse creditor cedens solui mandat, si ille cui consignatur chiroptaphum recipiat, dicitur facta nouatio, & vera liberatio, maximè inter mercatores, inter quos accipitur cædula pro pecunia numerata, & vt plurimum solutio fit per accomodationem scripturarum, & librorum, vt benè, ac latè ostendit Altograd. cons.6. nu.49. lib.1. vide in §. Delegatio, & §. Nouatio.

37 Cedens omnes actiones, & iura, ita vt nihil penes eum remaneat, non potest aliquid agere in præiuditium cessionarij, Ias. in l. si cum emptore num. 11. ff. de pact. Cæpol. caut. 190. Thess. decis. 201. num. 7. latè Tusch. litt. C. conclus.183. & seqq. Rot. part. 11. recent. decis. 44. num. 1. 16. &c. Salgad. Labyrint. credit. part.2. cap.27. num. 62. & seqq. Gait. de credit. cap. 2. tit.3. num. 429. & seqq. ad 504. vide Oleam de cess. iur. tit.8. quæst. 2. per tot. Rot. part. 15. recent. decis.351. num.80. & seqq. vbi concludit soluentem liberari cedendo illam conditionem indebiti sibi competentem ex doctrina Bart. in l. facta §. si hæres ff. ad S. C. Trebell. in fine, Carleual. de iudic. lib.2. tit.3. disput.26. per tot. Merlin. Pignatel. & Mans. vbi sup.

Neque obstat, quod soluens illi ignoranter remaneret in damno, quia habet condictionem indebiti contra cedentem si quid ei soluerit, Surd. cons.22. num. 36. cum alijs per Cenc. de Cens. quæst.67. num. 6. Maur. de solut. cap. 5. num.55. & seqq. ad 68. Bardellon. cons.2. lib. 1. & cons.186. num.13. lib.2. vide supra num.28. & 29. dixi in meis resol. cap.8. num.33. &c. vide Rot. part. 11. recent. decis. 44. n. 1. 16. &c. Salgad. d. cap.27. num.62. in fine.

38 Cedens creditum cum ampla positione in locum suum per clausulam ponens &c. facit quòd actiones directè remaneant penes eum inefficaces, ita ut nec cessantibus requisitis in l. 3. C. de nouat. agere, vel exigere posset, nec debitorem liberare, Crot. cons.1. num.12. cum alijs per Cenc. de cens. quæst.67. num.6. Gratian. discept. forens. cap.20. n.20. &c. Bardellon. d. cons.186. num.1. & seqq. Tondut. de præuent. part.2. cap.33. per tot. & in meis resol. d. cap.8. nu.30. & seqq. vide Rot. part.11. recent. decis. 44. num. 1. 16. &c. Salgad. d. cap. 27. num. 62. &c. Olasch. decis.45. 62. & 63. Addit. ad Sanfelic. decis. 360. vers. & tandem, Vrceol. de transact. quæst.31. Rot. part.15. recent. decis. 351. num. 18. & seqq. vbi quòd actiones remaneut inefficaces quidem cedenti ad agendum, non autem ignoranti ad soluendum, & semetipsum liberandum, & alia pro liberatione soluentis, & part.16. decis.37. vbi facit plures distinctiones, quamuis obscuras, & laconicas de more, & subtilitate Auditoris, & part.17. decis.34. num.20. & seqq. vbi quòd soluens creditori, cum quo contraxit benè soluit, & liberatur, non obstante cessione, dum est in bona fide, & cessionem ignorat, vide in §. Confessio num.65. fol.410. vers. si igitur in fine, Carleual. de iudic. lib.2. tit.3. Disput.26. per tot. Merlin. Pignatel. & Mans. vbi sup.

Requiri tamen, quòd debitor cessus habeat saltem simplicem notitiam de cessione, vide Maur. de solut. cap. 5. num.64. Bardellon. d. cons. 186. num. 12. & d. meam resol. num.34.

De clausula ponens &c. quid importet, vide Gratian. discept. forens. cap.682. num.9.

Nouem limitationes ad d. l. 3. C. de nouat. vide per Ias. in l. si cum emptore ff. de pact. prout refert Vrsil. ad Afflict. decis.335. num. 18. & septem adducit Cenc. in Addit. ad tract. de cens. ad cap.2. quæst.2. art. 1. num.4. & seqq. & est responsum Paul. Ranut. Aduocati Romani.

Quòd dispositio d. l.3. non procedat quando cessio fuit facta ad commodum cedentis, vel ob certam causam, illa cessante, Merlin. decis.25. num 4. & seqq. vide Salgad. Labyrint. credit. d. cap.27. num.50. &c. Rot. post Merlin. de pign. decis.8. quæ est supracitata coram Merlino.

39 Cedens post ius quæsitum cessionario, non potest in aliquo illi præiudicare, de quo latè Cenc. de Cens. quæst.67. num.6. vbi inserit dictum responsum Paul. Ranut. circa hoc, quòd non possit cedens præiudicare cessionario, vbi vide, & Maur. de solut. cap.5. num.68. plenè Oleam de cess. iur. tit.8. quæst.2. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 873. num.15. 16. & 26. Alciat. respons.376. quem citat Menoch. de arbitr. cas.473. in fine, vbi videtur firmare, quòd confessio cedentis noceat cessionario, si sit in iudicio emanata, vide in §. Confessio, & supra num.28. &c. Tusch. litt.C. concl.183. & seqq. Rot. part.9. recent. decis.322. num.4. &c. & part.12. decis.397. vbi de pensionario, qui pensione alteri cessa, non potest postea illam in alium transferre in præiudicium cessionarij, Rot. in select. per Farinac. p.1. tom. 1. dec.443. vbi quando cessio resoluatur in mandatum ad exigendum, non transferat vtiles actiones, sed solùm exercitium directarum nomine cedentis, ac ideò possit reuocari, & per cessionem validè alteri factam remaneat reuocata, siue reuocatum, sicut & per mortem, ac alia ad rem, Rot. part.15. recent. decis.343. per tot.

Quòd nomen debitoris cessum, sed tantùm acceptatum sub conditione, se mi pergerá, stet periculo cedentis, & cessionarius non teneatur aliquas facere diligentias, benè Rot. part.17. recent. decis.231. Carleual. de iudic. lib. 2. titul. 3. Disp.26. per tot. Merl. Pignat. & Mans. vbi sup.

Quid autem si cessio iurium, & confessio, aut liberatio à cedente eodem die confecta appareat, an præsumatur prius facta cessio, vt liberatio, & quænam sit præferenda, & quid de cessione eiusdem rei, vel actionis duo-

bus

bus eadem die facta, latè Olea *de cess. iur. tit.* 8. *quæst.* 3. *per tot.*

Quòd cedens teneatur respondere positionibus debitoris cessi conuenti à cessionario, & cessionarius teneatur huiusmodi responsionem procorare quando in aliquo cedentis deposito iuuare potest, Merlin. *decis.* 21. & Sanfel. *decis.* 169.

Quando cedens possit agere non obstante cessione, vide Guid. Pap. *decis.* 576. *num.* 3. Osasch. *decis.* 62. *per tot.* cum alijs per Duran. *decis.* 34. *num.* 33. *&c.* Tusch. *litt. C. conclus.* 185. vbi latè Paul. Christin. *decis. Belgic.* 137. *vol.* 1. vbi plura de actione directa remanente penes cedentem, cuius vigore potest agere, & quando secus, & de actione vtili in cessionarium translata, cuius vigore potest, & ipse agere, quis præferatur, & alia.

Quòd vbi cessio fuit simplex, cessionarius non absolutè acceptauit, sed prima iura retinere voluit, & non interuenit saltem vnum ex requisitis, *l.* 3. *C. de nouat.* dicatur importare simplex mandatum, nec extinguat actiones directas cedentis, qui propterea poterit cum illis experiri non obstante cessione, Duran. *d. decis.* 34. *num.* 33. 34. *&* 35. vide supra *num.* 28.

Quando cessio non liberet cedentem, sed importet simplex mandatum ad exigendum, ita vt solutione non sequuta possit cessionarius agere contra cedentem primæuis iuribus pro consecutione sui crediti, latè Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 47. *per tot. & part.* 11. *decis.* 147. *num.* 12. *&c.* Thomat. *decis.* 137. *num.* 1. *&c. decis.* 260. *num.* 7. *&c.* Olea *de cess. iur. tit.* 7. *quæst.* 3. *num.* 18. *& seqq.* vbi etiam de litteris cambij.

40 Cedens non potest esse testis pro cessionario, maximè quando tenetur de euictione; cessante autem huiusmodi interesse, posset arbitrio iudicis admitti, latè Farinac. *q.* 60. *illat.* 12. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 569. *fol.* 333.

41 Cessibilia sunt omnia iura, & actiones, quæ ad extraneos hæredes possunt transmitti, Rol. *cons.* 28. *num.* 27. *lib.* 2. cum alijs per Altograd. *cons.* 58. *num.* 8. *lib.* 1. Thomat. *decis.* 46. *num.* 11. *& seqq.* Olea *de cess. iur. tit.* 3. *quæst.* 6. *per tot.*

De quibus possit fieri cessio, & de quibus non, latè Tusch. *litt. C. concl.* 212. & plenè de more Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 26. *glos.* 1. *num.* 43. *& seqq. per tot. & glos.* 2. *&* 3. *per tot.* Olea *de cess. iur. tit.* 3. *per tot.* vbi de iuribus personalibus, vt non possint cedi, &c. de iuribus passiuis, de iuribus futuris in spe, & potentia consistentibus, de litigiosis, & huiusmodi.

42 Cessionarius personam cedentis repræsentat, succedit in omne ius, prærogatiuam, & priuilegium illius, Cenc. *de cens. quæst.* 67. *num.* 4. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 531. *num.* 38. *& cap.* 936. *num.* 21. *& cap.* 586. *num.* 18. 43. *&* 51. vbi loquitur de cessionario Cameræ qui omnia illius priuilegia, & prærogatiuas habet, *& cap.* 733. *num.* 22. *& cap.* 903. *num.* 10. Altograd. *cons.* 16. *num.* 2. *lib.* 1. vbi propterea infert quòd possit se tueri ex anterioritate hypothecæ cedentis, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 440. latè Tusch. *lit. C. concl.* 213. *per tot.* Thomat. *decis.* 13. *decis.* 51. *& decis* 55. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 26. §. *vn. nu.* 4. *& seqq.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæst.* 132. Olea *de cess. iur. tit.* 6. *per tot.* vbi plenè per vndecim quæstiones.

Quòd cessionarius clerici non vtatur priuilegijs personalibus ipsius clerici cedentis, quia priuilegium clericale est personale, ac ideò non transit in cessionarium, Galerat. *de renunciat. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 52. Noal. *de transmiss. cas.* 23. *num.* 2. *& seqq.* Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 76. *num.* 13. *&c.* Sed postea eadem Rot. *d. part.* 15. *decis.* 371. in eadem causa contrarium firmauit, quia cessionarius erat etiam procurator, & agebat nomine cedentis cum hypotheca in eum translata, & attento effectu statim iam consumato ante cessionem, quibus casibus actio cessa transfertur in cessionarium cum eodem priuilegio, vt ibidem meliùs declarat, *& part.* 18. *decis.* 673. *num.* 3. *& seqq.*

Quòd Cessionarius succedat cedenti etiam in priuilegio guarantigiæ, & obligationis Cameralis, Gratian. *decis.* 13. *in Addit. num.* 7. Olea *de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 4. *num.* 5. *&c.* Sperel. *decis.* 177. *num.* 30. Merlin. *decis.* 309. *num.* 2. *&c.*

De cessionario fisci, vt consequatur omnia illius priuilegia, etiam personalia intelligendo de cessione ex causa necessaria, Olea *d. tit.* 6. *quæst.* 3. *num.* 25. *& seqq.*

Quòd sit eadem persona cum cedente, non possit plus iuris consequi, & illi obstent omnia, quæ obstarent ipsi cedenti, Gratian. *discept. forens. cap.* 906. *n.* 8. *& cap.* 955. *num.* 21. *&c.* Peregrin. *decis.* 115. *num.* 13. *&c.* Olea *de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 11. *per tot.* vbi intelligit de exceptionibus realibus ipsam rem cessam, & actionem afficientibus, secus autem de exceptionibus personalibus, quæ licèt obstarent cedenti, non obstant cessionario, quando cessio processit ex causa onerosa, sed benè obstarent si processisset ex causa lucratiua: vt latè ibidem explicat inferendo ad plures particulares exceptiones, & varias opiniones, atque distinctiones referendo, & conciliando.

Et si non apparet de dominio, ac iuribus cedentis, cessio nihil operatur, idem Gratian. *discept.* 730. *num.* 30.

Quòd Cessionarius dicatur subrogatus in locum cedentis quoad commoda, & incommoda, & alia prædicta, pluribus de more exornans Sperel. *decis.* 177. *num.* 46. *& seqq. per tot. inf. num.* 44. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 173. *num.* 3. *&c. decis.* 440. vbi quod agit etiam ad fructus post cessionem decursos quando cessio fuit translatiuè facta.

Cessionario tamen non competere beneficia, & priuilegia personalia ipsius cedentis, Gratian. *discept.* 117. *num.* 16. *& seqq.* vide latè Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1669. *& seq.* plenè Olea *de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 2. 3. *&* 4. *per tot.* vbi qualiter actiones, & iura cedentis cum suis priuilegijs transeant in cessionarium quoad priuilegia realia, imò etiam quoad personalia, si aliàs damnum sequeretur cedenti qui illa per obliquum amitteret, quod benè explicat inferendo ad plures casus speciales, & notabiles.

An autem competat manutentio ex possessione cedentis, vide in §. *Possessio*.

Qualiter possessio cedentis, & omnia remedia possessoria transeant in cessionarium, & quid si cessio sit nulla, Olea *d. tit.* 6. *quæst.* 5. Rot. *in Bononien. quinta, seu associationis* 5. *Iunij* 1660. coram Taia post Oleam *d. tract. decis.* 48. vbi de associatione competente cedenti, vt competat etiam cessionario, & habetur in *recent. p.* 13. *decis.* 250.

43 Cessionarius vt afficiat, & sibi obliget debitorem cessum, qualiter debeat illi denunciare cessionem, vide Gratian. *discept.* 356. *num.* 39. *&* 40. dixi in §. *Renuntiatio*, & supra per discursum Thomat. *decis.* 100. *num.* 7. vbi quòd cessionarius non potest debitorem cessum conuenire, nisi ei prius intimata cessione, vide Oleam *de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 4. vbi contra, *vt inf. num.* 45. *in fine*.

44 Cessionarius beneficij, tenetur iustificare ius cedentis, vel probare cedentem esse triennalem pacificum possessorem, & etiam tenetur probare publicationem dictæ cessionis, Duran. *decis.* 440. *num.* 3. *&* 4. Ludouis. *decis.* 579. vbi quòd cessionarius debet iustificare creditum cedentis, nec sufficit si producat instrumentum cessionis, Rot. in *Perusina Census* 27. *Iunij* 1653. coram Zarate post Oleam *de cess. iur. decis.* 38. *num.* 7. *&c.*

45 Cessionarius debet agere vti cessionarius, & non tanquam principalis, aliàs iudicium est nullum, Pen. *dec.* 1371. *num.* 5. Possh. *de manuten. obser.* 82. *num.* 1. Tusch. *litt. C. concl.* 214. Paul. Christin. *decis. Belg.* 110. *num.* 12. *volum.* 2. Thomat. *decis.* 100. *num.* 2. *&c.*

Quòd imò sufficiat, si agat tanquam creditor, maximè in executiuis, & stantibus clausulis salutaribus libelli, vel vbi agitur sola facti veritate inspecta, vide in meis resol. *cap.* 22. *num.* 32. quem locum refert, & sequitur Vrceol. *cons. forens. cap.* 43. *n.* 8. *& seqq. cum Addit. in fine* 2. *vol.*

Quòd cessionarius propriè creditor dicatur, & possit contra debitorem executiuè agere, illumque carcerari facere, si ius executiuum cohæreat obligationi, & non personæ cedentis, etiam dicto debitore non citato, nec ei cessione intimata (licèt in hoc multi contrarium, & fortè melius sentiant) latè Olea *de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 4. *per tot.* vide in §. *Debitor num.* 41.

Et qualiter cessionarius agens via ordinaria, vel executiua contra debitorem cessum, teneatur in ipso litis exordio instrumentum cessionis exhibere, & an ex cessione superueniente possit conualidari iudicium, vel executio, latè videndus Olea *d. tract. tit.* 6. *quæst.* 9. *per tot. & d. quæst.* 4. *num.* 10. *&c.*

46 Cessionarius si sit priuilegiatus in electione fori, trahit ad forum suum tam cedentem, quàm debitorem cessum, quia exceptio declinatoria, quæ obstabat cedenti non obstabat cessionario ex causa onerosa (quicquid secus in causa lucratiua) cùm sit personalis respectu cedentis, & ideò

noo

non afficit cessionarium, qui propterea si habeat priuilegium trahendi alios ad forum suum, prout Neapolitani, & etiam Ciues Florentini, potest trahere, non obstante, quòd cedens tale priuilegium non habeat, Afflict. *decis.* 74. *per tot.* vbi etiam Vrsil. *in Addit.* benè declarat, facit quod dixi in §. *Actor num.*4. *& §. Ciuis*, Alex. Trentacinq. *lib.* 1. *var. tit. de rescript. resol.*2. *num.*8. Ant. Faber. *in C. lib.* 3. *tit.*12. *definit.*22. Olea *de Ceß. iur. tit.* 2. *quæst.* 4. *num.* 55. *& seqq.* vbi indistinctè firmat quando cessio bona fide, & sine fraude facta fuit.

E contra autem si cedens habeat priuilegium fori, an illud transferat in cessionarium, dic quòd si tale priuilegium competat rei, vel actioni cessæ ex natura obligationis, & ita sit reale transit in cessionarium; si verò competat ratione personæ, & ob eius fauorem, veluti in miserabilibus personis, & huiusmodi, tunc non transit in cessionarium, vt benè distinguunt, Surd. *cons.* 280. *num.* 4. *&c.* Carpan. *ad stat. Mediolan. tom.*1. *cap.*47. *num.* 143. Larrea *decis.*31. *num.*24. & alij relati ab Olea *de ceß. iur. tit.*6. *q.* 3. *num.*13. *& seqq. ad* 24.

47 Cessio facta à creditore recipiente solutionem vni correo totum debitum soluenti, contra alium correum, vel fideiussorem pariter obligatum, nihil operatur contra dictum correum, vel confideiussorem, quando principalis obligatio non fuit facta contemplatione dicti correi, sed principalis debitoris, etiamsi tales confideiussores essent obligati tamquam principales, & in solidum, quia in hoc non stat vis repetitionis pro rata, sed in eo an se obligauerint vnus contemplatione alterius, & sic mutui periculi; ita vt cessante dicta contemplatione mutui periculi, veluti quia diuersis temporibus vnus post alium intercesserint, neq; possint cessio sustineri vti nominis debitoris emptio facta ab extraneo, nisi fuerit hoc nomine expressè solutum etiam si per talem solutionem sequatur etiam liberatio alterius correi, quia attenditur id quod principaliter agitur; nempè propria liberatio, & non quod venit in consequentiam, nempè alterius liberatio, maximè quando quis coactè soluit, & non voluntariè, & in dubio præsumitur factum potius ex necessitate, quàm ex mera voluntate, Bart. Ang. Castr. & Imol. *in l. stipulatus esset §. si ex duobus ff. de fideiuss.* Rot. *in Romana fideiussionis* 1. *Iunij* 1598. coram Litta post Pacif. de Saluian. *decis.* 163. *per tot. vide supra num.*17. *in §. Correus, & §. Fideiussor.*

48 Cessio facta à decocto non est valida, vide Cost. *de ration. ratæ q.*70. *n.*6. Thor. *Compend. decis. part.*3. *verb. Cessio*, Olea *de ceß. iur. tit.*1. *in exord. in fin.*

49 Cessio iurium, & actionum facta à minore, vel Ecclesia sine debitis solemnitatibus est nulla, vbi agitur de iuribus, & actionibus ad res immobiles competentibus: si verò ad res mobiles ita demum si sint pretiosæ, & seruando seruari possint, aliàs autem secus: quid si dictæ actiones alternatiuè competerent ad res mobiles, vel immobiles, & quid si cessio fieret in ipso acquisitionis actu, & alia ad hoc propositum, Simoncel. *de decret. tit.* 3. *de alienat. act. cas.*1. *& cas.*2. Alex. Trentac. *lib.*2. *var. tit. de minor. resol.*9. latè Olea cum pluribus ab eo citatis *tract. de ceß. iur. tit.*2. *q.*1. *&* 2. *per tot.* dixi in §. *Actio n.*8.

50 Cessio census, vel alterius nominis debitoris, an possit fieri pro parte, vel in partes inuito debitore cesso, variæ sunt opiniones, vt constat ex traditis per Rebuff. *tom* 2. *ad leg. Gall. tit. de ceß. act. art.*2. *gloß.*9. Cenc. *de cens. qu.* 72. *num.*12. Olea *de ceß. iur. tit.*3. *quæst.*12. *per tot.* vbi affirmatiuè resoluit post plura hincinde adducta, & sine dubio procedere ait quando fieret in vltima voluntate, vel etiam inter viuos ex causa necessaria; si verò ex causa voluntaria tunc vrgere dubium, quod vt dixi affirmatiuè decidit, licèt plures rationes, & auctoritates in contrarium adducat.

51 Cessio iurium, & actionum non potest prætendi in delictis ab vno socio contra alium, & si fuerit facta est inefficax, intelligendo propriè in delictis; secus autem in quasi delictis, in quibus potest cessio peti, & suffragatur ad repetendum, vt inferendo ad plures notabiles casus, benè explicat videndus Olea *de ceß. iur. tit.*5. *quæst.*6. *per tot.* dixi in §. *Correus num.*8. *& §. Delinquens num.*9.

52 Cessio iurium est facienda tutori in solidum conuento contra alios contutores, & vtilior est quàm simplex vtilis actio, vt latè probat Olea *de ceß. iur. tit.*5. *q.*7. *per tot.* & dixi in §. *Tutela n.*55. *& §. Pupillus n.*12.

53 Cedere iura obligatus, & ad id condemnatus, si cessionem facere recuset, debet per iudicem executorem, vel compulsorem moneri cum termino competenti ad cedendum, & si adhuc non obtemperet transacto dicto termino, potest, ac debet per pignorum captionem, vel carcerationem compelli, & retineri donec cedat, maximè quando vltra consensum requiritur aliquis actus extrinsecus veluti traditio scripturarum, & huiusmodi, quod procedit etiam si esset priuilegiatus ne posset pro debito carcerari, quia non pro debito, sed pro delicto, & inobedientia carceratur, & detinetur; si verò requiratur solus consensus in cessione, monitus vt supra, ac requisitus cum protestatione, quòd aliàs cessio habeatur pro facta, cedere nolens, iuris interpretatione, & eius potestate habetur pro cedente, & cessio pro facta, perindè ac si expressè cessisset, accedente iudicis declaratione, Franch. *decis.*310. Carleual. *de iud. tit.* 3. *disput.*3. *num.*31. Fontanell. *decis.*252. Olea *de ceß. iur. tit.* 5. *quæst.*8. *num.*14. *& seqq. per tot.* vbi infert ad plura singularia de modis compellendi obligatos ad aliquid faciendum, si facere recusent, & remissiuè an condemnatus ad factum soluendo interesse liberetur.

Cessio iurium, & actionum liberat cedentem, quando non tenetur ex alio, quàm quòd actionem contra alium habeat, nam si illam cedat suo creditori liberatur; an autem isto casu ratione circuitus vitandi possit etiam agi sine cessione, & alia ad hoc propositum, Olea *de ceß. iur. tit.* 5. *quæst.*14. *per tot. quæst.*9. 11. 12. *&* 13. *eod. tit.* 5. facit quod dixi in §. *Vxor n.*37. *& in §. Mulier n.*11. 54

Cessio iurium est stricti iuris, & ideò non extenditur vltra expressa, sed tantùm ad ea, quæ ab expressis consecutiuè veniunt, & sic per comprehensionem, non per extensionem, vnde facta contra debitorem (nisi contineat dictionem aliquam taxatiuam) porrigitur etiam ad fideiussorem, non autem ad correum nisi sit realis, & quare; an contineat facultatem reuocandi alienata in fraudem, vel auocandi pecuniam solutam posteriori creditori, fructus, vel vsuras antea decursas, & alia ad hoc propositum, Olea *de ceß. iur. tit.*6. *quæst.*6. *per tot.* 55

Quòd cessio sortis principalis societatis, officij, vel censûs non comprehendat fructus ante cessionem decursos, cùm sint à sorte separati, etiam addita clausula generali, nisi sint expressè cessi, Bich. *decis.*562. *num.*1. *& seqq.*

Cessio nominis, vel census facta minori pretio quàm fuerint ab initio regulariter est valida, & tunc per debitorem cessum non potest obiici cessionatio de iniustitia cessionis; secus autem si cessio non subsisteret; cuius commodo cedat residuum quando cessionarius non potest exigere nisi quod verè soluit; an constare debeat de numeratione, vel sufficiat confessio cedentis de recepto, & alia, latè Olea *de ceß. iur. tit.*6. *quæst.* 10. *per tot.* alios allegaui supra *num.*22. *& in §. Census num.*26. 56

Cessionarius potest compensare debitum sibi cessum contra creditorem suum, *l. in rem suam ff. de compensat.* Olea *de ceß. iur. tit.*6. *quæst.*11. *num.* 33. 57

Numquid verò è contra cessio, quæ obstaret cedenti, si ipse ageret, obstet etiam cessionario, idem Olea *loc. cit. num.*22. *& seqq.* vbi ponit regulam affirmatiuam, ea ratione quia compensatio sit exceptio realis, & non personalis, quam ampliat procedere etiam in debito iurato, quod tamen pendet ab alia inspectione, an compensatio admittatur in debito iurato, de qua vide in §. *Compensatio num.*16. Limitat autem in cessionario ex causa onerosa, cui non obstat compensatio, quæ cedenti obijci posset secundùm Anton. Fabr. *in C. ad tit. de compensat. deff.* 3. sed ab eo recedit inquiens limitationem istam lege, & ratione destitutam esse; limitat etiam quando cessionarius haberet bona cedentis obligata antequam debitor cessus acquireret obligationem, & creditum, quod compensare intendit: quod verum est in omni cessionario, cui non obstat compensatio orta ex contractu post cessionem facto, & post ius quæsitum cessionario, & alijs modis, vt dixi in §. *Compensatio num.*14. Quas limitationes veras non esse contendit Olea *d. quæst.*11. *num.*27. *& seqq.* videas ipsum, & alios per me vbi supra citatos.

Admittit tamen, & benè probat idem Olea *loc. cit. num.* 34. *& seqq.* tunc compensationem non obstare cessionario, nec alias exceptiones, etiam reales, quando debitor cessus præsens fuit cessioni, & promisit soluere cessionario absq; vlla protestatione, quia ita simpliciter promittendo, videtur omnes exceptiones, quas sibi competere sciebat, remisisse, ad Thesaur. *decis.*221. *num.*3. *&c.*

58 Cessionarius an teneatur iurare in litem, vel de calumnia, an respondere positionibus, an incurrat pœnas, vel sit condemnandus in expensis si agar pro credito à cedente exacto; quid si sit creditor iure proprio, & iure cesso petar, vel recipiat pro residuo, an excludatur ab vtroque, & alia vide per Oleam *de cess. tit. 6. quæst. 11. in Miscelanea per tot.*

59 Cessionarius an repetat à cedente expensas factas in exactione debitoris cessi, vel in lite, in qua succubuit, quia nomen cessum non erat verum, vel non idoneum; dic quòd si vincat litem, non potest à cedente expensas repetere, quia tenebatur ipse suis expensis agere, siue ex causa lucratiua, siue onerosa cessionem habuerit; si verò succumbat in lite, quia debitor cessus nihil debebat cedenti, tunc cedens tenetur ad expensas; sed si ex eo quia debitor soluendo non esse appareat, tunc si cedens iuris, & facti euictionem præstare debeat, ad interesse, & expensas litis tenetur; sin autem ad iuris euictionem tantùm, hoc est ad veritatem nominis obligatus solùm existat, ad expensas non potest condemnari; quid si cessionarius post exactum nomen cessum fuit conuentus ab alio ad restituendam pecuniam, & alia ad hoc propositum, Olea *de cess. iur. tit. 7. quæst. 4. per tot.* vbi etiam an cessionatius agens contra debitorem cessum, & reconuentus teneatur cedentem defendere in causa reconuentionis.

60 Cessio potest ex pluribus causis annullari, & generaliter ex omni causa, ex qua titulus, quo facta fuit, annullatur, vel ex simulatione, ex falsa causa, ex metu, ex defectu insinuationis, & huiusmodi; an cedens ipse possit nullam dicere cessionem à se factam, factoque suo contrauenire, an ex capite non implementi, enormis læsionis, an ad libitum illam reuocare, & alia, Olea *d. tract. tit. 8. quæst. 1. per tot.*

61 Cedens non potest amplius iuribus cessis, & ad commodum cessionarij effectum suum sortitis, vti, neque de illis excipere, ne videatur bis exigere, etiam si sibi reseruauerit facultatem vtendi ad effectum retentionis aliorum bonorum, quia huiusmodi reseruatio tamquam incompatibilis habetur pro non facta, & nihil operatur, ad *l. 3. C. de nouat.* Paris. *cons. 19. num. 64. lib. 3.* Crauett. *cons. 144. n. 15.* Natt. *cons. 472. num. 4.* Merlin. *de pign. lib. 2. quæst. 32. n. 29.* Rot. *part. 13. recent. decis. 230. num. 6. &c. facit supra n. 28. & num. 37. &c.*

62 Cessio facta pluribus intelligitur pro virili portione, nisi sit dictum in solidum, *l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis*, Decian. *cons. 326. num. 1.* Cabal. *cons. 177. num. 28. & 29. lib. 1.*

De cessione bonorum pro se liberando à carceribus, item de varijs cessionibus iurium, & actionum, ac de illarum effectibus, multa remissiuè tradunt Ægid. de Casteion. *in alphabet. iurid. verb. Cessio bonorum, & Cessio*, Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part. 4. fol. 225. & seqq.* & alia decisiuè Io. Bapt. Thoro *Compend. decis. Neap. par. 1. 2. & 3. in verb. Cessio*. De cessione bonorum Cancer. *var. part. 2. cap. 9. per tot.*

63 Cessio facta pluries, vel pluribus diuersis temporibus, præfertur prima, maximè si contineat obligationem Cameralem clausulam constituti, & aliàs traditionem importantes, Rot. *part. 17. recent. decis. 34. num. 18. & seqq.*

Cessio bonorum habet multa priuilegia, & multa operatur in foro exteriori, vt latè fuit dedectum in hoc §. in foro autem animæ nihil operatur, quia debitor non minus remanet obligatus ad restitutionem post cessionem, quàm antea esset, & sic non excusatur, nisi quatenus exigat necessitas; multò tamen benigniùs agitur in foro animæ, quia in foro exteriori multi sunt casus, in quibus non prodest cessio bonorum, vt dixi in hoc §. & in §. *Debitor num. 49. &c.* in foro autem animæ, si non ex vi cessionis, ex vi necessitatis excusatur omnis debitor, & iam ex quacumque causa delicti, & sic in hoc foro non tenetur cedere bonis, & adhuc gaudet priuilegio ne teneatur vltra id, quod facere potest, & sic deductis alimentis necessarijs, vt colligitur ex latè traditis per Valer. *de different. vtriusq; fori verb. Cessio bonorum per tot. fol. 55. &c.* dixi in §. *Debitor num. 81. & 83. & in Addit. num. 88.*

§. CITATIO XV.

Citatio secundùm aliquos debet continere tenorem libelli, sed magis communiter hoc non est necessarium, & licèt Statutum Florentinum velit transmittendam esse copiam libelli, non seruatur in practica, cùm fuerit in hac parte emendatum per legem de anno 1477. secundùm quam sufficit parua cædula, quæ breuiter in effectu contineat id propter quod quis citatur, vt per Asin. *in Prax. §. 5. cap. 1. per tot. & cap. 3. in fine*, Nouar. *in Pragm. Reg. collect. 55.* 1

De duplici citatione, reali scilicet, & verbali, Ias. & alij *in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud.* Sanfelic. *in Praxi sect. 27. num. 1. & seqq.*

Quid debeat continere citatio de iure communi vide Card. Tusch. *litt. C. concl. 231. & seqq.* plenè Baron. *tract. de citat. quæst. 28. & seqq. Addit. ad dd. quæst. tom. 2.* Ridolph. *in prax. part. 1. cap. 2. num. 44. & seqq.* vbi plura de citatione, Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. 1. art. 18.* vbi quid sit citatio, quotuplex, quo iure introducta, quomodo facienda, & alia, Arismin. Tepat. *var. resolut. tit. 129. per tot.* Bettachin. *in repert. verb. citatio*, vbi plura de materia citationum, Addit. ad Sanfelic. *decis. 364.* idem Sanfelic. *in Praxi sect. 2.* Nouar. *in Pragm. Reg. Collect. 55. & collect. 176.*

Quòd debeat esse talis, vt per eam plenè instruatur citatus de actu conficiendo, aliàs si esset æquiuoca, vel obscura non arctaret citatum, nec illum redderet contumacem, & ideò continere debet nomen iudicis, & iurisdictionis, nomen, & cognomen litigaotium, titulum causæ, vel actus, ad quem citatur, locum, seu tribunal, ac terminum comparendi, & in summa debet esse in forma solita, & consueta iuxta consuetudinem, & practicam fori, Vant. *de nullit. ex defect. citat. num. 30. & seqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 1. num. 44. & seqq. per tot. fol. 101.* Baron. *de cit. d. quæst. 28. & seqq.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. 1. art. 18. per tot.* Rot. *part. 2. diuers. decis. 151. nu. 1. &c.* vbi quòd incerta, vaga, & nimis generalis non valet, nec arctat citatum, Sanfelic. *in Praxi sect. 2. 4. 5. & 6.* vbi quòd si careat termino valet, & tacitè subintelligitur de iusto, & alia, licèt ego ob carentiam termini sæpè viderim citationes annullari, consule Boer. *decis. 235. per tot.* Nouar. *collect. 55.*

Licèt autem citatio continere debeat nomen citati, tamen si sit aliàs legitima, & vnicus inquisitus, & in calce ipsius inquisitionis sit simpliciter dictum citatus, intelligatur de inquisito, & sit valida, fuit me proponente resolutum de mense Maij 1676. in causa Francisci Tognaccini, vt in filcia negotiorum Magistratus DD. Octo sub numero 1529. & rursus de mense Octobris 1676. in causa Anglaris contra Io. Fiordi Bataglint.

Et quando citatio sit nulla propter conculcationem, & breuitatem terminorum, impossibilitatem comparendi, & similes defectus, plenè Card. Tusch. *litt. C. conclus. 234. & seqq.* & Baron. *d. tract. per tot.* Merlin. *decis. 436. num. 12. &c.*

Namque citatio cum termino nimis breui respectu distantiæ locorum tamquam temeraria non afficit, nec arctat citatum ad comparendum etiam post terminum, Cassador. *decis. 6. num. 3.*

Quòd sit valida, & teneatur iudex parti læsæ, Sanfelic. *decis. 225. in fine.*

Quòd debeat fieri de commissione iudicis, aliàs sit nulla, & quando secus, vel præsumatur, Tusch. *litt. C. concl. 230. per tot.*

Quòd in ciuilibus fiant passim citationes absque iudicis commissione, & sint validæ, Clar. *in §. fin. quæst. 31. nu. 4.* Ridolphin. *prax. part. 1. cap. 5. num. 14. & 15.* vide in §. *Nuncius*.

Citatio semper fieri debet iuxta stylum Curiæ procedentis, aliàs est nulla, & citatus non tenetur comparere, nec efficitur contumax, Marsil. *sing. 118.* Folier. ad Marant. *tit. de cit. sub num. 50.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 1. num. 44. fol. 101. & num. 133. fol. 109.* Rot. per Farinac. *decis. 72. num. 1.* vbi quòd facta iuxta stylum Curiæ est valida, Rot. *part. 15. recent. decis. 276. num. 8.* vbi quòd attestationes Notariorum in hac materia habentur pro lege. 2

Quòd citatio de iure requirat tria extrema, nempè commissionem iudicis, executionem nuntij, illiusque relationem,

nem, Minſing. *obſeru.* 10. *cent.* 6. Gail. *lib.* 1. *obſeru.* 54. Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 13. *art.* 8. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 2. 4. 5 *&* 6. vbi plura.

3 Citatio licèt fieri ſoleat per Curſores, ſiue nuncios, tamen fieri poteſt etiam per ipſummet Iudicem, vel eius Actuarium Notarium, imò vnicum præceptum iudicis, vel monitio habet vim trinæ citationis, & monitorij, Peregr. *deciſ.* 122. *num.* 10. *&c.* Pac. Iordan. *d. lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 96. *fol.* 105. vbi etiam quòd iudex poteſt eligere vnum priuatum ad faciendam citationem, & erit valida, ſi conſtet de commiſſione, nec aliter ſeruetur de ſtylo, *inf. num.* 19. Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 300. *num.* 7. vbi quòd creditur Notario quoad executionem citationis de ſtylo Ciuitatis Rauennæ.

Et valere citationes viua voce ad bancum iuris factas fuit deciſum a Magiſtratu DD. Octo die 24. Ianuarij 1679. in cauſa contra Dominicum Nicolai Lupi in filcia Negociorum *ſub num.* 5079.

Quòd ſi vni ſit commiſſa executio citationis poſſit per alium expediri actus citanti abſque nullitate, Sanfelic. *in Praxi ſect.* 35. *num.* 3. *&c.*

Et quamuis credatur Notario de actu coram ſe geſto, alias teſtes requirantur, tamen in iſto caſu citationis vbi vigeat huiuſmodi ſtylus, prout in Hiſpania, & alibi ſicuti creditur nuntio referenti aliquem citaſſe abſque teſtibus, ita pari modo ſit credendum Notario licèt teſtes non adhibuerit, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 74. *num.* 20. *& ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ.* 71. *num.* 2. *deciſ.* 426. *nu.* 4. *& ſeqq. & deciſ.* 453. *num.* 4. in quibus locis ſe fundat in ſtylo, ſecus ſentiens illo ceſſante, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 506. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi quòd poſſit fieri etiam à Clerico, & ſtante ſtylo illi etiam credatur ſine teſtibus.

4 Citatio debet fieri perſonaliter, ideſt in perſonam citandi, & in ſubſidium, ſi facta diligenti perquiſitione non reperiatur perſona citanda, poteſt fieri ad domum, ac etiam in Eccleſia ſi ibi reperiatur, Aſin. *in prax.* §. 6. *cap.* 1. *& cap.* 2. vbi ponit decem limitationes, in quibus citatio fieri poteſt ad domum etiam nulla præcedente perquiſitione, latè Vant. *de nullit. ex defect. cit. num.* 83. *& ſeqq.* Card. Tuſch. *litt. C. concluſ.* 248. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 18. *num.* 12. *&c.* Baron. *de citat. tom.* 1. *q.* 11. *&* 12. *& in Addit. ad dd. qq. tom.* 2. Dian. *part.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 4. *verſ. his poſitis*, vbi quando ſit nulla domi facta citatio, Ricc. *collect.* 2104. *&* 2299. Peregrin. *deciſ.* 122. *per tot.*

Quoad citationes in Eccleſia faciendas, Conciol. *reſol. crim. verb. Index reſol.* 4. *num.* 8. *cum Addit.* vbi tamen in cauſis criminalibus refert contrarium tenentes, niſi fiat de licentia Iudicis Eccleſiaſtici, Zuff. *ad Conſtit. Barber. num.* 58. *& ſeqq. & nu.* 92. *& ſeqq.* vbi refert contrarias opiniones, & videtur diſtinguere, vt procedat in cauſis Eccleſiaſticis, & à curia Eccleſiaſtica emanatis citationibus, ſecus in prophanis, & à Curia Seculari emanatis, habetur poſt *tract. de legit. proceſſ. fol.* 389. Fulu. Maioran. *in Opoprax. lib.* 1 *cap.* 8. *num* 7. *&c. fol.* 21.

Quoad conſuetudinem condemnandi exiſtentes in Eccleſia, illam teſtatur, & approbat Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 16. *dub.* 31. *num.* 11. *&* 12. *fol.* 96.

De modo, & forma exequendi citationes, & alia de citationibus latè Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 9. *per tot.* Conciol. cum Addit. Romaguer *ad ſtat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 1. *per tot. & rub.* 2. vbi an, & quando poſſit fieri citatio, vel non in perſonam procuratoris. Vide in §. *Procurator*, *&* §. *Mandatum*.

Quoad Eccleſiam intelligendo de citatione verbali, ſequitur Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 3. §. 10. *cap.* 9. *in fine fol.* 572. Sperel. *deciſ.* 51. *num.* 26. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 6. *&c. fol.* 99. Sanfelic. *dec.* 141. *per tot.* Et generaliter vbi ſit facienda citatio, vel fieri poſſit, idem Iordan. *loc. cit. n.* 84. *& ſeqq.* Et pro dicta opinione facit, quia citatio verbalis (quicquid ſecus ſit in reali) poteſt fieri etiam in alieno territorio de perſona ſibi ſubiecta, cùm non deficiat iuriſdictio in ciuitate, nec turbetur iuriſdictio alterius territorij, quæ ſunt rationes impedientes citationem in alieno, vt in terminis cuiuſdam Piſani citati Lucæ ad Sententiam coram Commiſſario Piſarum probat Mart. *vot. Piſ.* 116. Sanfelic. *deciſ.* 141. *num.* 3. vbi quòd poteſt fieri propria auctoritate, nulla iudicis loci expectata licentia, vel implorato auxilio, & ita omnes DD. tenuiſſe vide *inf. num.* 18. *verſ. Quod regulariter*, Sanfelic. *in Praxi ſect.* 30. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi benè diſtinguit.

Sed circa Eccleſiam videtur innuere contrarium idem Iordan. *vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 265. *fol.* 540. dum vult reos immunitate Eccleſiæ gaudentes, dum exiſtunt in Eccleſia, non poſſe interrogari, aut cogi ad reſpondendum, nec condemnari, vide in §. *Delinquens n.* 1. Sanfelic. *deciſ.* 141. *per tot.*

An quoad condemnandum hoc verum ſit, dicant alij, nam pluries ego vidi, eos citari ad Domum, vel alijs modis conſuetis, & poſtea non comparendo, tamquam contumaces condemnari, nulla habita conſideratione, an exiſtant in Eccleſia, vel extra, & an gaudeant immunitate, necne, & benè quidem iudicio meo, cùm immunitas ſaluet perſonam, ſed non impediat proceſſum, nec ſententiam, quòd ibi dicta benè comprobant Cortiad. *deciſ.* 72. *num.* 21. *& ſeqq.* Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 41. *num.* 15. *&* 16. vt melius Raynald. *loco inf. cit. num.* 60. *& ſeqq.* vbi pro maiori dilucidatione quatuor caſus diſtinguit.

Quòd quis non poſſit citari in Eccleſia, Valaſch. *dec.* 81. Ricc. *collect.* 628. intellige quando citatus eſſet affligendus aliqua pœna ſanguinis, & vide Sanfelic. *deciſ.* 141. *num.* 4 *& per tot.*

De quæſtione an citatio verbalis poſſit fieri in Eccleſia contra refugientes in eam, ſiue ſint laici, ſiue Eccleſiaſtici, & ſiue citatio proueniat à Curia ſeculari, ſiue à Curia Eccleſiaſtica; ac etiam de citatione reali, an à Curia Eccleſiaſtica fieri poſſit contra religioſos in Eccleſia Refugiatos, ad quem effectum, & alia, nouiſſimè pluribus hincindè citatis, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 11. *n.* 46. *& ſeqq.* Quoad citationem realem Eccleſiaſticorum, vide in §. *Immunitas num.* 20.

Citatio facta domi vt valeat debet eſſe in ſcriptis, & cum 5 dimiſſione litterarum, ſiue cædulæ domi affixæ, & maximè quando nullus domi reperitur, vide Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 9. *gloſ.* 2. *num.* 8. *& ſeqq. ad* 15. cum alijs per Gratian. *deciſ.* 62. *num.* 2. *&* 3. *& diſcept. forenſ. cap.* 60. *n.* 1. *& ſeqq.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 26. Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.* 130. *num.* 27. *&c.* Vant. *de nullit. ex defec. cit. num.* 88. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 131. *& ſeqq. & cap.* 2. *num.* 60. *& ſeqq.* vbi plura de citationibus.

Quòd citatio ad domum habitationis facta non reddatur incerta, nec nulla ex eo quòd appareat citatum habere plures domus habitationis, ſed ſit valida, Zuf. *de legit. proceſ. lib.* 3. *quæſt.* 209. *& in Annot. ad Conſtit. Barber. n.* 162. *fol.* 395. vbi etiam *num.* 154. *& ſeqq.* an ſit neceſſaria clauſula ſolitæ habitationis, & dicit quòd ſic vigore dictæ Conſtitutionis, in qua ſtat pro forma.

Quòd citatio facta domi, in qua citatus amplius non habitabat ſit nulla, cùm de ea non potuerit habere notitiam, Vbert. *de citat. cap.* 11. *n.* 357. *lib.* 3. *& cap.* 12. *n.* 184. *lib.* 3. Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 721. *num* 12.

Quòd ſufficiat citatio facta domi vltimæ habitationis, quando ignoratur vbi reperiatur citandus, etiam non præcedentibus diligentijs de reperiendo perſonam, quia vbi non eſt neceſſaria citatio perſonalis, ſed ſufficit domi facta prout in Tribunali Auditoris Cameræ, (& Florentiæ) non etiam ſunt neceſſariæ dictæ diligentiæ, ſed ſufficit, quòd recta via citatio fiat domi, Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.* 330. *num.* 2. *& ſeqq.*

Debet etiam dicere nuncius in relatione, ſe citaſſe domi ſolitæ habitationis, ita vt iſta clauſula, ſolitæ habitationis, ſit ſubſtantialis, nec ſufficiat dicere ſimpliciter citaſſe domi, Vant. *de nullit. ex defect. cit. num.* 90. Franch. *deciſ.* 332. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 41. Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 88. *fol.* 105. Card. Tuſch. *litt. C. concl.* 249. *per tot.* Baron. *de citat. tom.* 1. *quæſt.* 12. *per tot. & quæſt.* 43. *num.* 21. *& ſeqq. cum Add. tom.* 2. quos vide quia benè declarant Sanfelic. *deciſ.* 225. *num.* 8. *& ſeqq. vbi num.* 10. quòd nulla lege cautum eſt, quòd in relatione exprimatur clauſula ſolitæ habitationis, ſed benè domi in qua degit fieri citationem, & præſumitur pro nuncio domi ſolitæ habitationis citaſſe, ac in dubio pro validitate actus, idem Sanfel. *in Prax. ſect.* 32. vbi quòd intelligitur de domo in qua degit citandus tempore citationis, & Nouar. *in Pragm. collect.* 176. *num.* 3. *inf. num.* 7.

Florentiæ eſt valida citatio etiam ſine dicta expreſſione ſolitæ, vel propriæ habitationis, cùm ſufficiat ſimpliciter dicere domi citaſſe cum dimiſſione cædulæ, & credatur nuncio circa dictas qualitates, & perquiſitiones, vt dixi in mea Pract. §. *Citationi num.* 11.

Quan-

Quando non fuit adiecta clausula solitæ habitationis, licèt possit sustineri citatio, si citatus vnam tantùm habeat domum, tamen si probet ipse citatus plures habere domos, erit nulla citatio, Bart. *in l. si in rem ff. de rei vindic. & in l. si quis §. inter duos ff. de leg.* 2. Sanfelic. *in Praxi sect.* 3. *num.* 8. *& num.* 9.

6 Citatio facta cum dimissione copiæ, siue cedulæ valuis domus, hora congrua, & non nocturna, nec posita sub angulo, vel rimula hostij, est valida, si præcessetint diligentiæ de reperiendo illum, qui debeat citari, etiam non facta alia affixione ad valuas Ecclesiæ, & de huiusmodi diligentijs creditur nuncio, Gratian. *discept. forens. cap.* 60. *num.* 1. *&c.* Menoch. *lib.* 1. *præsumpt.* 26. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 84. *& seqq. fol.* 104.

Quòd cedula citationis sit dimittenda domi in manibus alicuius ex familia illius, qui citatur, intelligendo quando aliquis ex illis domi reperitur, nam si nullus adsit, potest affigi in loco patente domus, & est valida citatio, cum citandus debeat sibi imputare, si aliquem domi non reliquit ad recipiendam citationem, aliàs facilè esset subterfugijs euitare citationes, Franch. *decis.* 515. *num.* 16. *&c.* Baron. *de citat. quæst.* 12. *num* 80. *& num.* 105. *& in Addit. ad d. quæst. tom.* 2. *num.* 29. *& seqq.* & in mea Practica §. *Citazioni num.* 55.

Extra autem domum non potest fieri citatio alicuius in personam alterius etiam coniuncti.

8 Citatio ad quam domum sit facienda quando persona citanda habet plures habitationes, an possit fieri ad apothecam, vel ad domum condocticiam, vel ad quas ianuas, quando domus habet plures portas, & alia ad saturitatem, vide per Asin. *in Prax.* §. 6. *cap.* 4. *& seqq.* Baron. *de citat. quæst.* 12. *num.* 78. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 249. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 18. *nu.* 18. *& seqq.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 9. *glos.* 2. *per tot.* vbi plura de hac materia, & Sanfelic. *in Praxi sect.* 32. *&* 35. Nouar. *in Prag. Regn. Neap. Collect.* 55. *per tot. & Collect.* 176. vbi quòd debet fieri in loco solitæ habitationis, non autem in Apotheca, vel alibi.

Quòd filius possit citari in domo patris, in qua præsumitur habitare, Bald. *cons.* 207. *num.* 1. *lib.* 1. Ludouis. *decis.* 279. *num.* 18. Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 55. *num.* 3. & post Vrceol. *de transact. decis.* 42. *n.* 2. Sanfelic. *in Prax. sect.* 32. vbi plura de loco, in quo est facienda citatio, & quòd licèt ratione Officij, Artis, vel exercitij habeat aliud domicilium, valet citatio facta ad domicilium originis per doctrinam Bart. *in l.* 4. §. *Ait Prætor. ff. de domo infect.* Boer. *decis.* 11. *num.* 1.

Non valere citationem factam domi conductæ, si conductor citatus, vel familia amplius in ea non habitent, sed alibi, vide Franch. *decis.* 514. *per tot.*

Quid si post delictum, citatus se, & suam familiam aliò transtulerit, dic quòd potest citari in domo, in qua consueuit habitare, vel per edictum, aliàs quilibet de facili posset euadere iudicium, idem Franch. *decis.* 516. *nu.* 16. *& seqq.*

Si fiat citatio ad hospitium non valet, quia non dicitur facta ad domum habitationis, sed debet fieri personaliter, vel per edictum, Alexan. *in l. Prætor ait ff. de damn. infect.* Ofasch. *decis.* 71. *num.* 2. Sanfelic. *in Praxi sect.* 32. *num.* 9.

Posse virum citari ad domum vxoris, & è contra, cùm simul habitare præsumantur, dummodò non sint inter se odiosi, vel inimici, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 27. *per totum*, Tiraquel. *de retract. consang.* §. 9. *glos.* 1. *num.* 7. Baron. *de citat. quæst.* 12. *num.* 66. *& num.* 84. *& seqq.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 32. *num.* 6.

Sed quòd imò huiusmodi citatio sit nulla, si non concurrat habitatio simul, Surd. *cons.* 88. *num.* 6. Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 238. *nu.* 4. *&* 6. Baron. *in Addit. ad d. quæst.* 12. *num.* 23. *tom.* 2. Altimar. *de nullit. lib.* 12. *quæst.* 12. *num.* 120. *& seqq.* vbi quòd licèt citatio viri facta in domo vxoris regulariter sit valida, quia ob mutuum amorem præsumitur illum certiorem facturam de citatione, tamen limitatur non procedere si vxor odio virum prosequatur, & adsit coniectura cessare inter eos coniugalem affectionem, vnde præsumendum sit quòd vnus alteri citationem non denunciabit, & ita pro nullitate cuiusdam notificationis sententiæ confinij executæ domi contra virum in personam vxoris offensæ, ac ob id condemnatum, indicauit me Relatore Rota Criminalis Florentiæ sub die 26. Aprilis 1688. in causa contra Ioseph Christophori Bruni.

Quòd sit valida citatio facta ad domicilium originis, licèt citatus habeat aliud domicilium ratione officij, in quo resideat, benè probat Boer. *decis.* 11. *num.* 1. *&c.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 32. *num.* 7.

8 Citatio fieri potest ad domum communis habitationis, præcedente legitima indagatione citandi, debet tamen relinqui copia affixa domi, vel publicè, & palam coram seruis, & vicinis, illosque certiorare vt ad notitiam citati deueniat, Rot. *in Nouiss. part.* 6. *decis.* 130. *num.* 27. *&* 28.

9 Citatio facta domi, in qua quis habitat immissus ex primo decreto, est nulla, cùm non possit dici sua habitatio, ex quo potest à debitore volente moram porgare expelli, vide Alex. *cons.* 141. *num.* 12. *lib.* 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 258. *num.* 13. Baron. *de cit. quæst.* 12. *num.* 4.

10 Citatio secundùm statutum Florentinum, quòd alternatiuè loquitur, potest fieri differenter, siue ad domum, siue in personam citandi, maximè cùm iuxta idem statutum procedatur summariè in causis, Asin. *in Prax.* §. 6. *cap.* 3. vbi refutat opinionem aliorum existimantium huiusmodi statutum esse interpretandum secundùm ius commune, & nihil operari, sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 946. *num.* 18. *&c.* Card. Tosch. *litt. C. concl.* 248. *num.* 2. *&* 249. *num.* 15. *& litt. S. concl.* 483. *per tot.* In Regno Neapolitano etiam sufficit citari personaliter, vel domi, vt per Nouar. *in Pragm. Collect.* 176.

Plura pro validitate citationis domi factæ, subsequuta maximè notitia citat Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 390. vbi de consuetudine, & statutis Romæ, Florentiæ, Senatum, Mediolani, & huiusmodi.

11 Citatio non obstante statuto alternatiuè loquente vt supra, in causis grauibus requirit perquisitionem personæ, vt sustineatur facta domi, Gratian. *discept. forens. cap.* 531. *num.* 76. vbi etiam de nullitate citationis ob non seruatam formam in monitorio præscriptam, & multa alia pro nullitate citationis, tradit idem Gratian. *discept.* 541. *num.* 18. *& seqq. & cap.* 697. *num.* 25. *&c.* Multa etiam ad illam sustinendam, vide per eumdem Gratian. *discept.* 156. *per tot.* Tusch. *lit. S. concl.* 483. *per tot.*

Quòd imò etiam in criminalibus de generali consuetudine sit valida citatio domi facta absque vlla præcedente perquisitione pluribus citatis probat Cartar. *de execut. forens. capt. Bannit. cap. fin. num.* 182. *& seqq.* facit Rot. *par.* 16. *recent. decis.* 390. *per tot.*

12 Citatio prima in principio causæ est personaliter exequenda sub pœna nullitatis, *Clem. de re iud.* Asin. *in Prax.* §. 6. *num.* 1. Ricc. *Collect.* 3806. Francisc. Boreil. *in consilio pro D. Alexandra Summaia vers. tertia nullitas, &c. Imola impresso de anno* 1653. vbi allegant Vant. *de nullit. ex defect. cit. num.* 83. *in fine*, Caputaq. *decis.* 117. *part.* 1. Seraph. *decis.* 1226. *num.* 4. Tusch. *litt. C. conclus.* 248. *num.* 4. *& seqq.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 133. *& cap.* 2. *num.* 60. *&c.*

Cessat tamen huiusmodi necessitas personaliter citandi in principio causæ, stante obligatione camerali, Zacch. *tract. de obligat. Camer. ad Gales. quæst.* 27. *nu.* 13. nisi agatur contra hæredes, quibus prius est notificanda dicta obligatio, vt contra illos possit executiuè procedi, ad tradita per Zacch. *d. tract. ad Gales. q.* 4. *num.* 16. & Borell. *loc. cit.* Rot. post Merlin. *de pign. decis.* 109. *num.* 15.

Item cessat vigore Statuti Florentini, quod alternatiuè loquitur personaliter, vel ad domum, Asin. *in Prax.* §. 6. *cap.* 3. *per tot.* Card. Tusch. *lit. C. concl.* 248. *num.* 2. *&* 249. *num.* 15. *&* 245. *num.* 6. Baron. *de citat. quæst.* 11. *num.* 17. & dixi in mea Practica §. *Citazioni num.* 10.

Et quando possit citatio fieri ad domum, vide Soccin. *reg.* 71. *per tot.* cum alijs supracitatis Tusch. *litt. C. concl.* 249. *per tot.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 533. *& seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 134. *num.* 1. *&c.*

13 Citatio personalis requiritur, nec sufficit domi facta ad constituendum aliquem in mora, & vera contumacia, ex qua sibi causetur graue præiudicium, & pœnæ incursus, vel constituatur in culpa, Gratian. *discept. forens. cap.* 708. *num.* 8. *& cap.* 715. *num.* 14. vide in §. *Denunciatio*, *&* §. *Mora*.

Limita stante statuto alternatiuè loquente, vt supra, & in mea Practica §. *Citazioni num.* 10.

14 Citatio, si non inueniatur persona, nec domus, vel habitatio citandi, vt quia sit vagabundus, si sit laicus, & agatur

tur de re immobili, potest fieri per affixionem cædulæ illi rei, de qua agitur, si de re mobili in loco vbi contraxit, vel quasi contraxit, & forum sortitus fuit per præconem, siue edicta, prout moris fuerit contra absentes, qui domum non habent, nec illorum persona factis diligentijs reperitur, Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 122. Si verò citandus sit Clericus, debet citari ad Ecclesiam suæ Residentiæ, vel ad Cathedralem, si Ecclesiam, vel Residentiam non habebat, Vant. *loc. cit. num.* 118. *&c.* Card. Tusch. *litt. C. concl.* 250. Rot. *part.* 6. *diuers. decis.* 130. *num.* 29. *& seqq. & part.* 10. *decis.* 314. *num.* 10. *& seqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 89. *fol.* 105. vbi quòd citatio debet fieri ad valuas Ecclesiæ Cathedralis, vel eius, in qua citandus beneficium habet, quando latitat: facta ad domum non afficit existentem extra ciuitatem, cùm *non præsumatur* deuenisse ad notitiam, nisi quando latitat, & solum in casu latitationis in subsidium permittitur, ita vt debeat latitatio probari, vt per Rot. *loc. cit.* Paul. Christin. *decision. Belgic.* 256. *vol.* 1. *& decis.* 39. *& seqq. vol.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 506. *num.* 1. *&c.* vbi quòd requiritur citatio personalis, nec sufficit per edictum quando potest haberi persona, & *decis.* 507. *num.* 12. vbi quòd solum fit per affixionem ad valuas quando persona haberi non potest præmissa diligentia.

15 Citatio quando fieri non potest in persona, nec domi, nec in Ecclesijs, nec rebus immobilibus, nec in alio loco publico domicilij, vel contractus personæ citandæ iuxta prædicta, propter non tutum accessum ad huiusmodi loca ex nimia illius potentia, metu, seu alijs impedimentis à citando causatis, constito summariè de huiusmodi impedimentis, poterit ex commissione iudicis, etiam in principio causæ fieri citatio per publicum edictum cum illius publicatione, & affixione in aliquo loco publico, siue locis publicis conuicinis à iudice declarandis, vt verisimiliter ad suam, vel suorum notitiam peruenire possit, ex traditis per Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 124. *& seqq. ad* 144. vbi plura de stylo, & forma similis citationis, de relatione nuncij super ea facienda, & quando afficiat citatum, vel non, & vide latè Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 395. *per tot.* vbi quòd debet fieri cum auctoritate Principis, Baron. *tract. de citat. quæst.* 9. *per tot. cum Addit. tom.* 2. Christin. *dict. decis.* 256. *& decis.* 89. 90. *volum.* 2. vbi plura de citationibus.

Quòd impediens se citari, in odium impedientis habeatur pro legitimè citato, Seraph. *decis.* 1094. *nu.* 1. *&c.* Addit. ad Gregor. *decis.* 584. *n.* 6. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 250. *n.* 9. *&c.* vbi plura de modo procedendi per contradictas, *& part.* 14. *dec.* 7. *nu.* 2. 3. vbi quòd ob non tutum accessum valet citatio facta in loco vbi contumax moratur, tamquam si esset personaliter executa.

An, & quando valeat citatio extra territorium, vel non, Tusch. *litt. C. concl.* 241. *per tot. infrà n.* 18. *suprà n.* 4. Christin. *d. decis.* 256. *vol.* 1. Ricc. *Collect.* 2105. Sanfel. *in Praxi sect.* 30. *per tot.*

16 Citatio semper fieri debet de illo, qui habet, vel prætendit interesse super actu, de quo agitur, & vbi ex eo lædi potest, aliàs actus non valet, *l. de vnoquoque ff. de iud.* Marant. *par.* 6. *vers. quintus modus*, vbi dat 31. limitationes, in quibus non requiritur citatio, & latiùs cum 145. limitationibus prosequitur, Asin. *in Prax.* §. 7. *cap.* 5. *per tot.* Duen. *reg.* 92. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 100. *& seqq. ad* 161. *fol.* 106. *&c.* Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 268. *per tot.* Baron. *de citat. quæst.* 15. *&* 16. *per tot. cum Addit. tom.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 192. Nouar. *Pragm. Collect.* 55. Sanfelic. *decis.* 326. *per tot. cum addit.* vbi ampliat tam in actibus iudicialibus, quàm in actibus extraiudicialibus, licèt etiam alleget plures tenentes in extraiudicialibus non requiri citationem, nec vbi adest consuetudo non citandi.

Intellige de illo, ad quem principaliter negotium spectat, non autem secundariò, vel in consequentiam, quia is de necessitate non est citandus, Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 19. Caualer. *decis.* 162. *num.* 1. *& decis.* 328. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 326. *vers.* 2. Pac. Iordan. *dict. lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 146. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 219. *nu.* 6. vbi quòd debet citari qui habet principaliter interesse in causa, alias ei non nocent acta, neque sententia, *& part.* 14. *decis.* 115. *num.* 27. *&c. decis.* 156. *num.* 1. *& seqq.* vbi quòd acta facta contra principalem causæ defensorem nocent etiam alijs ius secundarium habentibus licèt non citatis, & maximè si scientiam litis habuerint, & ex quibus dicta scientia arguatur, *& decis.* 192.

Quòd defectus citationis sit maximus, & quare, vide Vant. *d. tit. num.* 1. *& seqq.*

Quòd citatio nulla, annullet omnia inde sequuta, Tusch. *litt. C. conclus.* 237. *&c. & conclus.* 245. vbi quando in criminalibus sit nulla, & annullet omnia acta, Paul. Christ. *decis. Belgic.* 89. *num.* 4. *volum.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 192. vbi quòd stante nullitate primæ sententiæ ex defectu citationis, redditur etiam nulla alia sententia illam confirmans.

Citatio regulariter ad omnes actus est necessaria, posset 17
tamen hoc vnica citatione expediri, si fiat ad totam causam, & ad loca remota, aliàs secus, vt docet Asin. *in Prax.* §. 7. *cap.* 2. *&* 3. *per tot.* vbi etiam dat formulas huiusmodi citationis ad totam causam, vide Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 102. *& seqq.* Franch. *decis.* 457. Card. Tusch. *litt. C. concl.* 254. *per tot.* Ricc. *Collect.* 203. 3995. Nouar. *Collect.* 55. Gabriel. *com. concl. lib.* 2. *tit. de citat. concl.* 1. *per tot.* vbi ponit regulam, citationem in quolibet actu esse necessariam, quam tamen 130. modis limitat.

Quòd citatio requiratur in vnoquoque actu præiudiciali, & quando secus, vide Socin. *reg.* 74. *per tot.* vbi duodecim modis limitat, Tusch. *litt. C. concl.* 268. *per tot.* Asin. *loc. cit.* Mynsing. *obser.* 91. *cent.* 2. Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 18. *num.* 4 *& seqq.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 129. *per tot.*

Quòd citatio generalis ad totam causam suppleat defectum citationis aliàs particulariter requisitæ in quolibet actu, *l. si prætor ff. de iud.* Rot. *in Nouis. part.* 6. *decis.* 20. *num.* 31. *& part.* 2. *diuers. decis.* 259. *num.* 8. Vant. *de nullit. tit. qualiter sent. poss. à nullit. def. num.* 111.

Quòd sanetur nullitas citationis per seruationem terminorum substantialium, Duran. *decis.* 457. *n.* 1.

Citatio vnica ad totam causam etiam quòd sit facienda 18
ad loca remota, non admittitur secundùm statutum Florentinum, sed dantur litteræ officiali loci, qui citare faciat, & rescribat vigore legis de anno 1560. Quid seruetur in foro mercantiæ, & in Curia Archiepiscopali, & in Rota, vide Asin. *in Prax.* §. 7. *cap.* 3. *per tot.* Tusch. *litt. C. conclus.* 254. Ricc. *Collect.* 3895.

Quòd regulariter de iure citatio nec realis, nec personalis, nec verbalis possit fieri in alieno territorio, etiam si loca sint sub eodem Principe, sed requirendus sit Rector loci vbi degit citandus, Marant. *de citat. num.* 40. Nouar. *in Prag. Regn. Neap. Collect.* 55. *num.* 18. Clar. §. *fin. qu.* 31. Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 92. *fol.* 105. *vide suprà num.* 4. *vers. Et pro dicta opinione*, & de vnica citatione ad totam causam quid operetur, idem Pac. Iordan. *loc. cit. num.* 151. *&c.* Tusch. *d. concl.* 254. *per tot.*

Citatio fieri potest tribus modis, nempè verbo, litteris 19
& edictis, & de vnoquoque modo, ac etiam de citatione per sonum campanæ, vel tubæ, vide Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 1. *num.* 4. *& seqq. per tot. fol.* 99. Borgn. Caualcan. *decis.* 17. *num.* 26. Nouar. *in Prag. Collect.* 55. plenè Baron. *de citat. per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 18. *num.* 5. *&c.* vbi quod fit viua voce, per litteras, & per violentiam, & quòd viua voce fieri potest non tantùm per nuncium, sed etiam per ipsummet iudicem, vel notarium, & hoc modo facta valet, & arctat citatum, dixi *suprà num.* 3. & latè Sanfelic. *in Praxi sect.* 28. vbi de verbali citatione per viuam vocem, & per epistolam, per monitionem, & intimationem factam partibus præsentibus, vel per præceptum pœnale cum clausula iustificatiua, *si senseris te grauatum*.

Citatio est necessaria ad interessendum æstimationi, vel 20
mensuræ faciendæ per peritum, vel ad audiendam illius relationem, Gratian. *discept. forens. cap.* 874. *nu.* 33. *& seqq.* Et quando possit omitti, vel non, idem Gratian. *cap.* 929. *num.* 14. Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 277. *nu.* 1. *&* 7. Ludouis. cum Annot. Beltram. *decis.* 545. Baron. *de citat. quæst.* 16. *num.* 166. *& seqq. inf. num.* 24. *in fin.*

Qualiter sit necessaria in productione positionum, illarum admissione, quot citationes, vel monitiones requirantur ad respondendum, item illas pronunciandum pro confessis, latè Michalor. *de posit. cap.* 21. *per tot. cap.* 48. *& cap.* 61.

Citatio specifica, & nominatim ad sententiam est ne- 21
cessaria, alias sententia ex defectu citationis non subsistit, ita vt non sufficiat dicere ad videndum causam expediri

ad

ad fauorem eum victoria expensarum, nec monitio ad secundam, cùm monitio eodem vitio laboret, nec aliud sit quàm prorogatio dictæ citationis nullæ, nec releuat stylus nisi sit vniformis, & tanti temporis, quòd inducat consuetudinem, ac in contradictorio iudicio obtentus, & seruatus, & excluditur per vnicum actum contrarium, latè Rot. part. 6. Nouiss. decis. 141. per tot. Caualer. decis. 376. Franch. decis. 457. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 1. num. 119. & seqq. fol. 108. vbi num. 117. quòd est necessaria etiam in absolutione ab obseruatione iudicij, Baron. de citat. quæst 16. num. 138. & seqq. Card. Tusch. litt. C. concl. 269. per tot. Ridolphin. in prax. part. 3. cap. 2. n. 70. &c. Merlin. decis. 436. per tot. & decis. 553. per tot. Rot. p. 9. recent. decis. 51. num. 1. inf. num. 46. in fine. Rot. part. 10. recent. decis. 3. num. 1. & seqq. part. 13. decis. 192. & decis. 219. num. 5. & seqq. Rot. part. 17. recent. decis. 205. num. 32. & seqq. Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 70. vbi plura de nullitate sententiæ, & processus ex defectu citationis legitimæ.

22 Citatio ad sententiam pro prima die iuridica, & postea singulis diebus, & horis, tamquam nimis vaga, & speciem seruitutis imponens, sustinetur solùm pro prima, & secunda die, & sententia postea lata est nulla ex defectu citationis, nec aliquid operabitur antiquitas temporis, cùm ex illius inspectione semper appareat de nullitate, Gratian. discept. forens. cap. 208. & cap. 156. num. 31. Caualer. decis. 376. num. 5. & 6. Pae. Iordan. Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 1. num. 61. & seqq. fol. 103. vbi plura de tempore in citatione exprimendo, & an valeat sine termino, Tusch. litt. C. conclus. 233. & 254. num. 9. &c. Rot. part. 2. recent. decis. 86. num. 1. &c. vbi quòd per biduum sustinetur dicta citatio, Thomat. decis. 261. num. 3. Merlin. decis. 700. num. 2. &c.

Quòd citatio incerta, vaga, generalis, obscura, & indeterminata non valeat, sed requirat exactam specificationem, Rot. part. 2. diuers. decis. 151. num. 1. Tusch. litt. C. concl. 232. &c. Merlin. decis. 436. num. 8. &c.

Quòd de iure canonico possit ferri sententia in die sequenti post citationem absque alia noua citatione, secus autem de iure ciuili, nisi iudex habeat arbitrium, Felin. in cap. consuluit de off. deleg. cum alijs per Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 62. per tot. vide Baron. de citat. quæst. 16. num. 144. & seqq. Card. Tusch. litt. C. concl. 231. & seqq. & concl. 269. num. 18. & 19. Rot. part. 9. recent. decis. 208. n. 6. &c. vbi plura pro nullitate sententiæ latæ sub die, in qua non cadebat citatio, non obstante stylo contrario, & decis. 348. num. 3. & seqq. d. part. 9.

Quid si iudex pronunciet in termino pro seruato, vel prout in cedula, vide inf. num. 45. in §. Conclusio, & in §. Sententia.

Qualiter citatio facta cum clausula, & deinde in antea cum continuatione, sustineatur pro duobus, vel tribus diebus iuridicis, Burat. decis. 327. num. 3. Rot. part. 9. recent. decis. 427. num. 4. &c. part. 12. decis. 227. num. 6. &c.

23 Citatio quando continet horam, vel locum, si actus fiat extra horam, vel locum est nullus, nisi fuerit legitimè prorogata, Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 73. Gratian. discept. forens. cap. 333. num. 18. cap. 156. num. 33. & cap. 510. num. 9. Card. Tusch. litt. C. concl. 243. per tot. Baron. de cit. quæst. 16. num. 145. & seqq. Thomat. decis. 23. num. 91. vide in §. Sententia num...

Qualiter autem actus præsumatur factus in termino citationis, Rot. part. 6. recent. decis. 76. num. 28.

Quòd citatus, sit à citante expectandus vsque ad vltimum momentum, & donec iudex sedet ad Tribunal cùm semper possit comparere, Alex. in l. si finita §. Iulianus num. 25. ff. de damn. infect. Tusch. litt. C. conclus. 265. Merlin. decis. 436. num. 10. &c. Rot. part. 10. recent. decis. 67. num. 4. vbi quòd citatio, vel monitio intelligitur pro hora solita Audientiæ.

24 Citatio est necessaria in executione sententiæ, idest quando relaxatur executio, cùm adhuc multa contra sententiam opponi possint, siue petatur in actione reali, siue personali, siue in eadem re, in qua quis fuit condemnatus, siue in diuersa, ac etiam si petatur coram eodem iudice, qui protulit sententiam, vel contra eumdem condemnatum, & etiam post desertionem appellationis: nisi notorium esset nullam competere defensionem, vel nisi præcessisset cognitio, etiam super ipsa executione facienda, vt quando versamur in executiuis, & simul cum ipsa sententia relaxatur executio, ita vt nil aliud restet, quàm simplex factum exequendi, vel nisi iam esset sententia pro parte, citato reo, executioni demandata, vel nisi procedatur cum brachio regio, quia his casibus alia citatio in executione non est necessaria, Duen. reg. 94. per tot. Asin. in Prax. §. 7. cap. 5. limit. 9. & §. 31. cap. 4. per tot. Magon. decis. Flor. 120. num. 4. 7. &c. Gratian. discept. forens. cap. 502. Cartar. de execut. sentent. cap. bannit. cap. fin. num. 115. & per tot. Ridolphin. in prax. part. 1. cap. 13. num. 117. Ricc. Collect. 4043. Marescott. var. resol. cap. 31. per tot. lib. 1. Mangil. de euict. quæst. 177. num. 23. & seqq. Baron. de citat. q. 16. num. 252. & seqq. ad 289. vide Vrceol. Consult. forens. cap. 46. num. 24. vbi ex doctrina Bart. in l. meminerint num. 6. C. vnde vi, probat citationem non esse necessariam, quando executio fit in eadem re, secus si in diuersa, Paul. Christin. decis. Belgic. 265. num. 9. &c. volum. 1. & decis. 101. num. 2. volum. 4. Rot. part. 9. recent. decis. 295. num. 23. & seqq. vbi plurimis citatis sequitur, & de magis communi testatur, citationem non esse necessariam, quando executio fit in eadem re petita, & fuit cum ipsa sententia relaxata, quamuis referat Rotam aliàs contrarium tenuisse de æquitate.

Quòd sit necessaria citatio vbi agitur de executione sententiæ contra tertium, qui pendente lite rem acquisiuit, Sperel. decis. 7. num. 17. &c. Christin. loc. cit. vbi quòd idem si executio sit facienda contra hæredem victi, vide in §. Executio num. 9. &c.

Item quòd requiratur citatio in executione quando fuit mutata persona iudicis, sicut etiam ad interessendum electioni peritorum, vt possit pars interuenire super examinatione negotij, aliàs relatio sit nulla, & quando plures fuissent electi, & vnus tantùm retulisset, iuxta notata in l. si in tres ff. de arbitr. Ludouis. decis. 545. num. 6. & seqq. cum Annot. Beltram. supra num. 20.

Quòd coram nouo Commissario requiratur noua citatio, etiam si citandus esset contumax, Minad. decis. 78. Franch. decis. 457. Sanfelic. in Prax. sect. 59. num. 5.

Citatio mariti an sit necessaria in iudicio contra bona 25
dotalia, vel sufficiat citatio vxoris, dixi in §. Maritus num...

Minor autem an, & quando debeat citari, vide in §. Minor num. 1.

Citatio partis est necessaria quando examinantur testes 26
ad perpetuam rei memoriam, nisi ex aliqua iusta causa fuerit omissa, Pract. Papp. for. capit. quando test. exam. ad ætern. rei mem. glos. 2. num. 2. Asin. in Prax. §. 7. cap. 5. limit. 29. Socin. reg. 74. limit. 1. & reg. 502. per tot. Baron. de citat. quæst. 16. num. 68. vide in §. Testis num. 22. & num. 44.

Sicut etiam regulariter est necessaria citatio in examine aliorum testium ad videndum illos iurare, exceptis aliquibus casibus, vt in meis resol. cap. 92. nu. 15. & seqq. ad 28. Ricc. Collect. 2491. Sanfelic. in Praxi sect. 50. & latius Baron. de citat. d. quæst. 16. num. 13. & seqq. ad 126. vbi 49. limitationes adducit Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 11. num. 33. & seqq. vbi etiam per quot dies sustineatur, & concludit per duos dies, vel durante termino probatorio, etiam prorogato, quando certus terminus probatorius fuit assignatus, idem Ridolphin. d. part. 1. cap. 12. num. 64. & seqq. Rot. part. 6. recent. decis. 277. num. 8. & seqq. Ludouis. decis. 429. & 466. vbi quòd durat pro toto termino etiam prorogato, non autem pro nouo termino, Conciol. cum Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 8. per tot. & vide in §. Nullitas.

Quòd dicta citatio ad videndum iurare testes non seruetur in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, Vulpin. in suco, Farinac. quæst. 72. num. 15. fol. 164. cui & ego accedo, sed loco illius, vt & ipse testatur semper vidi productis articulis citari partem eum termino ad dandum interrogatoria quatenus alias &c. sub qua formula puto contineri etiam citationem ad videndum iurare testes, licèt specificè non exprimatur, aliàs huiusmodi stylum non valere, nec excusare, Gratian. discept. forens. cap. 694. num. 48. & seqq. Didac. de Mari in Addit. ad Gizzarel. decis. 27. num. 13. vide in §. Nullitas num. 21. & §. Testes num. 22.

Citatio populi, siue communitatis qualiter sit facienda, 27
vide glos. in cap. fin. cap. in verb. factam de concess. preb. Bart. in extrauag. ad reprimendum verb. citatum in fine, Caualer. decis. 408. num. 1. vbi quòd quando non solet congregari in certo loco, sufficit citari per proclama, & affixionem

ad

ad valuas, quando autem solet in certo loco congregari, debet in eo loco citari, idem Caualer. *decis.*410. *numer.*1. sequitur Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*1. *numer.*53. *in fine*, & *num.*90. *fol.*105. vbi quòd fieri potest etiam in persona Syndici, vel aliorum officialium vniuersitatis illam repræsentantibus, Borell. *in sum. decis. tit. de citat. numer.*36. & 37. Seraphin. *decis.*857. Tusch. *litt. C. concl.* 251. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belg.*89. *numer.*7. & *seqq. vol.*2. & *decis.*79. *numer.*26. &c. *vol.*5. Ricc. *collect.*3040. Rota *part.*9. *recent. decis.*275. *numer.*16. & *seqq.* vbi quòd debet fieri instantia vt congregetur, & si recuset congregari, valet citatio etiam non collegialiter facta, & loquitur in Monasterio, vide *in §. monasterium num.*16. Caldas Pereyra *cons.*11. *per tot.* Conciol. cum Addit. Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.*1. *rubr.*25. *n.*7. & *seqq.* vbi quòd non sufficit citare Syndicum Vniuersitatis, sed est citanda ipsa Vniuersitas collegialiter congregata, vel eius iurati, siue deputati.

Quòd vniuersitas citari debeat in loco vbi solet congregari quam citaturus ad hunc effectum congregari curabit cum Superiore, & si nolit congregari habetur pro citata per affixionem citationis, vbi solet congregari, vel potest citari in persona Syndicorum, vel Repræsentantium, si constet illos esse tales, Bart. *in Extrauag. ad reprimendum vers. citatum*, Vbert. *de citat. tom.*1. *c.*7. *n.*227. Addit. ad Sanfelic. *decis.*326. *vers.*3. & in Praxi *sect.*31. vbi idem in Capitulo, & Monasterio, vt sufficiat citari Oeconomum, Guardianum, vel Procuratorem, Consules, vel aliud caput vniuersitatis.

28 Citatio generalis sufficit quo ad ignotos, & incertos, sicuti specialis quo ad certos, & notos, & non solùm ad hoc vt sententia sit valida, sed etiam vt generaliter citationis præiudicet in vim rei iudicatæ, ac inducit præuentionem iurisdictionis, Ger. Spin. *cons.*85. *per tot.* Card. Tusch. *litt. C. concl.*240. *per tot.* & *concl.*255. & *seqq.* latè Salgad. *Labyrint. credit. p.*1. *c.*1. *n.*27. & *seqq.* & alibi sæpè, qualiter in concursu creditorum sit necessaria citatio specialis quo ad certos, & generalis quo ad incertos, & præcipuè *in c.*8. vbi etiam qualiter sint citandi creditores in diem vel sub conditione adhuc illa pendente, & an non comparentes amittant hypothecam, & iura sua, ac alia plura.

29 Citatio generalis facta alicui quatenus sua putet interesse, nullum ius illi tribuit, nec inducit obligationem, vel incertæ obligationis declarationem, sed fieri solet ad cautelam pro excludendis diffamationibus, & perpetuo silentio imponendo, Magon. *decis. Flor.*57. *n.*64. Rota *p.*2. *diuers. decis.*329. *n.*2. Vant. *de nullit. ex defect. cit. n.*142. Capyc. *decis.* 8. Baron. *de cit. q.*24. & 25.

Quòd citatio, siue requisitio, vel protestatio facta contra aliquem, quatenus ipse sit hæres, tamquam conditionalis non afficiat, nisi probato illum esse hæredem, Cabal. *cons.*113. *lib.*1.

De huiusmodi citatione generali an, & quando arctet citatum, vide Rota *p.*2. *diuers. decis.*329. *n.*2. Vant. *de nullit. ex defect. citat. numer.*142. Tusch. *litt. C. conclus.*240. & *conclus.*253.

Quòd citatus cum clausula, si sua putet interesse, dicatur reus voluntarius, & accessoriè, non principaliter vocatus, nisi sit addita alia clausula, quòd aliàs procedetur in eius contumaciam, vel nisi possideat, quia his casibus efficeretur reus necessarius, & si haberet priuilegium fori, posset illud allegare, Capyc. *decis.*8. *per tot.*

Quòd citatus qui notoriè non est de iurisdictione citantis non arctetur ad comparendum, *l. fin. ff. de iurisd. omn. iud.* Bart. *in l.*2. *ff. de in ius vocan.* Sanfelic. *decis.*419. *n.*49. & 50. vbi tamen quòd in casu dubio, debet comparere ad allegandum suum priuilegium, iuxta *l. si quis ff. de iudic.* & in Praxi *sect.*2. *per tot.*

An prædicta citatio arctet Clericos, vide in §. *Clericus n.*53. §. *Inuentarium n.*2. & in Pract. §. *Citazioni n.*63. vbi adde Farinac. & Vulpin. *in suco de inquisit. q.*8. *n.*29. & 87. Mastril. *decis.*79. *per tot.* Sanfelic. *decis.*90. *n.*23. &c. Tusch. *litt. C. conclus.*239. & 253. Rota *part.*10. *recent. decis.*313. *numer.*23. vbi quòd saltem non inficit processum quo ad alios.

An, & quando citatio contra exemptum afficiat, vel non, idem Tusch. *litt. C. concl.*244. Salgad. *Labyrint. credit. part.*1. *c.*2. *n.*26. & *cap.*6. *per tot.* vbi latè an Ecclesia, Clerici, vel alij priuilegiati creditores citati ad concursum bonorum debitoris per iudicem sæcularem teneantur coram eo comparere, & iura sua deducere, vel possint forum declinare, & concludit arctari, nec posse forum declinare inuincibili ratione, quia debitor laicus est verè, & originaliter reus, creditores verò actores, & ideò forum rei sequi debent ex vulgatis iuris principijs.

Si tamen concursus esset faciendus super bonis Clerici, etiam si promoueatur ab ipso Clerico, tunc ex eadem ratione, quòd sit originaliter reus, debet fieri coram iudice Ecclesiastico, vt concludit idem Salgad. *d. cap.*2. *num.* 26. &c.

Citatio generalis, vel specialis, quæ fit per proclama, 30
vel edictum, quamdiu affixa manere debeat in loco publico, remittitur arbitrio iudicis, & ter fieri debet interpollatis temporibus 30. dierum ab vna ad aliam, quæ tamen tempora possunt arbitrio iudicis minui, Menoch. *de arbitr. cas.* 463. *per tot.* Baron. *de citat. q.*8. & 9. Et quid seruetur in statibus Etruriæ, dixi in Pract. §. *Citazioni n.*7.

Quæ requirantur in citatione per edictum, vel proclama, vt sit valida, de stylo Curiæ Romanæ citandi per contradictas, & alia, vide Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*1. *n.*23. & *seqq. ad* 41. *fol.*100. Sanfelic. *in Praxi sect.*3. *n.*5. & *seqq.* Card. Tusch. *litt. C. concl.*255. & *seqq. per tot.* vbi plura de citatione per edictum per quos fieri possit, quid operetur, contra quos, quando sufficiat, in quo loco, & qualiter facienda, & de citatione per audientiam contradictarum, de qua etiam Rota *p.*9. *recent. decis.*250. *per tot.* & *par.*10. *decis.* 112. vbi quando possit procedi per contradictas, & *p.*11. *decis.*371. *n.*1. & *seqq.* Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. collect.*55. *n.*80. & *seqq.*

Citatio ter fieri debet absenti, vt contra illum possit pro- 31
cedi in contumaciam de iure communi, vel vna peremptoria, Thes. *decis.*11. *n.*2. Soccin. *reg.*75. vide *in* §. *Contumacia n.*6. & §. *Iuramentum*, Tusch. *litt. C. concl.*247. Paul. Christin. *decis. Belg.*139. *vol.*1. vbi etiam quales esse debeant huiusmodi citationes, Boer. *decis.*255. *n.*11.

An autem, & quando citatio non continens clausulam peremptoriè sit nulla, Bart. *in l. cessante C. quomodo & quando Iudex*, Sanfelic. *decis.*235. *per tot.*

Citatio an sit necessaria in laudo, dixi in §. *Arbiter n.*9. 32
latè Sanfelic. *in Praxi sect.*41. *n.*23. & *seqq.*

Item an sit necessaria quando agitur contra administratores ærarij publici, dixi in §. *administrator n.*12.

Quòd non sit necessaria in concessionibus priuilegiorum, & gratiarum, cùm sint dona superiorum, Peregrin. *de iur. fisc. lib.*1. *tit.*3. *n.*22.

Citatus simpliciter ad comparendum si sit persona inha- 33
bilis, censetur per huiusmodi citationem à parte citante approbatus, & habilitatus, vide Vant. *de nullit. ex defect. inhab. seu mand. sub n.*58. *vers. ad vnum tamen aduertas.*

Quomodo autem sit facienda citatio contra impuberem, infantem, vel filiumfamilias, vt sit valida, Tusch. *litt. C. concl.*252. vide *in* §. *Pupillus*, Alex. *in l. si ex legato in fine, ff. de verb. oblig.* Carauit. *Ritu* 291. Osasch. *decis.*89.

Citationis solemnitas adeò est pars substantialis iudicij, 34
vt sine illa sententia lata etiam in fauorem absentis non citati, sit ipso iure nulla, ad rigorem iuris conseruandum, etiamsi à partibus fuisset data potestas, illis absentibus, pronunciandi, Vant. *de nullit. ex defect. citat. n.*10. *infr. n.*62. Baron. *de cit. q.*15. *n.*138. Tusch. *litt. C. conclus.*269. *num.*12. vbi contra.

Valet tamen sententia lata contra eum, ad cuius instantiam emanauit citatio, quia citando aduersarium videtur multò magis citasse se ipsum, Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.* 14. *tit.*144. *fol.*109. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. collect.*55. *n.*52. vbi quòd valet sententia ad fauorem absentis lata etiam sine citatione.

Citatio cùm sit de iure diuino, non potest per Princi- 35
pem tolli, nisi agatur de iure quærendo ex lege ciuili, quòd Princeps potest etiam sine causa, & inuito subdito auferre, parte non citata, Gratian. *discept. forens. cap.*673. *numer.*13. & *seqq.* Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæst.*17. *numer.*5. & *seqq.* Baron. *de citat. quæst.*15. *num.*60. & *seqq.* & *quæst.*18. *num.*82. & *seqq.* Card. Tusch. *litt. C. concl.*270. & 271. *per tot.* vbi etiam an possit remitti vigore legis, statuti, aut consuetudinis, Pac. Iord. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*1. *num.*2. & *seqq.* vbi quòd dicitur de iure naturali propter defensionem, quam in se continet, & potest variari modus, dummodò non auferatur defensio, & dixi *in* §. *Princeps num.*.. Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. collect.*55. *n.*26. vbi quòd si Princeps procedat de plenitudine potestatis valet sen-

tenria etiam sine citatione, vt voluit Gramat. *decis.*65. & vide Capyc. *decis.*69.

136 Citatio cùm dicatur de actis, debet in illa scripta apparere, nec per testes probari potest, Borgn. *decis.*11.*n.*9. vide in §. *Acta num.*....

Si apparet de reali productione, non debet producenti obesse omissio Notarij, Rota *p.*13. *recent. decis.*15.*n.*3.*&c. decis.*19.*n.*11. *&c.*

Quòd citatio, & intimatio sit reproducenda in termino cum relatione facta iudici, vel Notario in actis, aliàs nihil operetur, Gratian.*discept.forens.c.*715. *num.*1.*& seqq.* Rota *p.*11.*recent.decis.*43.*n.*7.*&c.* vbi quòd reproductio non est necessaria si pars citata comparuit.

Quòd de iure possit reproduci quandocumque intra annum, Vant.*de nullit.ex defect.citat.n.*111.cum alijs per Rota *in Nouiss.p.*7.*decis.*7.*n.*2.Tusch.*litt.R.concl.*122. vbi plura de relatione citationis vt sit valida.

Quòd citationis relatio debeat in actis scripta apparere, antequam iudex procedat ad actum super quo emanauit, vt certus sit de sua potestate, aliàs actus sit nullus, nec conualidari possit per relationem postea subsequutam, nisi partes essent præsentes, vel periculum in mora, vel iudex probabiliter crederet partem fuisse citatam, Crauet. *cons.*134. Vant. *d.tit.n.*146.Pac.Iordan.*Lucub.vol.*3.*lib.*14.*tit.*1.*n.*17.*& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 159. *numer.*35. *&c. vol.*5. *& decis.* 166.*n.*10.*&c.d.vol.*5. vbi ponit septem requisita, vt relatio subsistat, *& ad leg. Municip. tit.*13. *art.*8. vide *in* §.*Executio n.*28. Addit.ad Sanfelic.*decis.*364. Fenzon.*ad stat. Vrb.c.*54. *n.*4.Scacc.*de iud.lib.*1.*c.*49.*n.*1.

Ita vt citatio non probetur ex verbis enunciatiuis in sententia positis, *visa citatione &c.* Sed debeat aliter de illa apparere in actis, cùm sit solemnitas extrinseca, nisi versemur in antiquis saltem vltra decennium, Vant. *loc. sup. cit. n.*147.Genu.*de verb.enunciat.lib.*2.*qu.*14. *per tot.fol.mihi* 41. Baron.*de citat.q.*22. *n.*17. vbi citat Maceraten. *var. resolut. c.*32.*n.*11.tenent probari per dicta verba enunciatiua, de quo vide Genu.*d.q.*14.Baron.*d.qu.*22.*n.*8. *& seqq.* Card.Tusch.*litt.C.concl.*267.*n.*2.*&c.* Mascard.*de probat.concl.*290.*& seqq.*

Quòd imò citatio possit probari per testes, & fidem nuncij id attestantis, sicut è conuerso per testes probari potest, aliquem non fuisse citatum, latè Gratian. *discept.forens.cap.* 503.*n.*13 *& seqq.* vbi reprobat Borgn. supra citatum, & facit optimè in *c.*658.*n.*11.*& c.*715. *n.*4. vide Mascard. *de probat. concl.* 291.

Qualiter autem ex lapsu 30.annorum præsumatur, etiam in grauibus, & contra tertium, vide Rota *p.*2.*diuers. decis.* 193.*n.*5.*& seqq.* Vant. *de nullit. tit. qualiter sent.poss.à nullit. def.n.*117.Baron.*de cit.q.*22.*n.*5. *& seqq.* Tusch. *d.concl.*267. Leoncil.*decis.Ferr.*15. *n.*12. Rota *part.*13.*recent. decis.*227. *num.*4.

Quòd negatiua citationis non factæ probetur per simplicem abnegationem, & actorum reuolutionem, Vant. *de nullit.ex defect.citat.n.*12.13.*&* 14.Caualer.*decis.*35.*num.*2. Gratian.*discept.forens.c.*704.*n.*14.*& c.*725.*n.*35. Magon.*decis.Luc.*22.*num.*19.Baron.*de citat.q.*22.*num.*2.*& seqq.* vide in §.*Negatiua n.*...

Quàndo cursor, vel nuncius retulit se aliquem citasse, & est legitima citatio, illi creditur, nec potest elidi citatio per fidem alterius, vel etiam ipsius nuncij postea emanatam, quia præsumitur extorta in fraudem, & non attenditur in concursu præcedentis publicæ relationis in actis factæ, & cùm sit fides de actu præterito, de quo non creditur nuncio, Gregor.*decis.*131.*n.*2. Buratt. *decis.*270.*n.*3.Rota *part.*9.*recent.decis.*134.*num.*2.*& seqq.* Si tamen res esset dubia posset attendi declaratio postea facta, quæ diceretur in esse, Rota *p.*10. *recent. decis.*237. *num.*19. vide in §. *Nuncius num.*4.

Quid autem si per scripturam Notarij appareat citationem fuisse factam, & nuncius asserat se nunquam illum citasse, Marta *vot. Pis.*131.*per tot.* vbi concludit standum esse scripturæ, quia dicta negatiua Nuncij non est de pertinentibus ad eius officium, potest esse corruptus, vel obliuioni tradidisse, &c. Conciol. cum Addit. Romaguer. *stat. Eugub. lib.*1.*rubr.*59.*per tot.* vbi plura de officio Plazzariorum, & nunciorum publicorum, an, & quando illis credatur in concernentibus eorum officium, vel non, de quo etiam dixi in §.*Nuncius*.

37 Citatio non potest fieri die feriata, sicut nec illius relatio, Guaz.*def.*10.*c.*3.*n.*8.*& seqq.per tot.* vbi multa de citatione, Pac.Iordan.*Lucub.vol.*2.*lib.*11.*tit.*1. *numer.*181.*& seqq. fol.* 503. vbi tamen loquitur de diebus feriatis in honorem Dei, & Sanfelic.*decis.*141.*n.*5.*&c.decis.*387.*n.*12. Zuff. *ad Const. Barber.num.*28. *fol.*387. Fagundez. *de precept. Eccles. lib.*1. *cap.*13.*per tot.fol.mihi* 51. Cala *tract. de ferijs quæst.*4.*n.*5.*& seqq.*

Contrarium quòd imò citatio possit committi, & exequi etiam diebus feriatis pro die iuridica, Guid.Pap. *qu.*215.*n.*2. Tiraquel.*de retract.lignag.n.*79.Fenzon.*ad stat.vrb.cap.*58. *n.*20.Vant.*de nullit.ex defect.cit.num.*46.*& tit. qualiter sent. poss.à nullit.def.n.*119. Baron. *de cit.q.*43. *n.*30. Card.Tusch. *litt.C.concl.*242. *per tot.*

Concorda has opiniones, vt prima procedat prout DD. allegati loquuntur de diebus feriatis in honorem Dei; secunda verò de diebus feriatis hominum, vel seruata consuetudinem fori, vt dixi in mea *Pract.* §.*Citazioni n.*45. *in fine*, & hanc distinctionem probat, & sequitur Rota *p.*11.*recent. decis.*350.*n.*11. *& seqq.* Scaglion. *in Pragmat. Regni fol.*20. *n.*10. *& seqq.*

Vbi de citatione an possit fieri die feriata. De hac materia vide Altimar.*de nullit. p.*2. *rub.*12. *q.*36. *num.*2.*& seqq.* Conciol.cum Addit.Romaguer.*ad stat.Eugub. lib.*2. *rubr.*1. *n.*15.*&* 16.*& n.*43. *& seqq.* vbi pluries me citat, & latè tractat hunc punctum nouissimè Rainald. *Syntax. rer. crim. c.*1.§.9.*n.*29.*& seqq.ad* 39.

Citatio cadens in diem feriatam non valet, nec arctat citatum ad comparendum die sequenti iuridica secundùm 38
Legistas, quicquid Canonistæ teneant obligare citatum pro die sequente, prout etiam non valet, si nimis breuem terminum contineat, ita vt impossibile sit in illo comparere, cùm dicatur impossibilis, & temeraria, nec arctat pro tempore habili, & cùm primùm possit, & si nullum contineat terminum tanquam incerta, & obscura pariter secundùm aliquos non sustinetur, quamuis secundùm alios teneat, & intelligatur de tempore congruo, & quam citiùs fieri possit, & ideò ad tollendas huiusmodi difficultates, solet fieri citatio pro prima, vel secunda die iuridica, & cum termino iuxta distantiam locorum, Vant. *de nullit. ex defect.cit.n.*65. *& seqq.*Card.Tusch.*litt.C.concl.*234.*& seqq. & concl.*242. Pac. Iordan.*Lucub.vol.*2.*lib.*11.*tit.*1.*n.*182.*&c.fol.*503. vbi de prima parte huius conclusionis.

Citatis pluribus debitoribus pro eadem summa, si vnus 39
compareat, euitatur contumacia quo ad alios, & quomodo, vide Franch.*decis.*685.*n.*2.*&c.*Bich. *decis.*262.*num.*2.*& seqq.* vbi quòd si plures sunt hæredes, debent omnes citari, aliàs actus est nullus, etiam quoad citatos ratione connexionis, & quia vnusquisque repræsentat personam defuncti tantùm pro rata, qua est hæres, & *decis.*648.*n.*13. vbi quando sunt plures possessores pro indiuiso, Rota *p.*17. *recent.decis.*371. *n.*1. *& seqq.* vbi quando plures sunt fratres æquale interesse habentes, debent omnes citari, aliàs actus est nullus ratione connexitatis, & coæqualis interesse, etiam quoad citatum.

Quòd non possit impediri executio super portionibus citatorum, Coccin.*decis.*449. *n.*5. Beltramin.ad Ludouis.*decis.*319.*n.*7. Rota post Vrceol. *de transact. decis.*42. *num.*4. Cabal.*cons.*31.*n.*1.*lib.*1.

Qualiter ratione connexionis, & indiuiduitatis sententia sit nulla, etiam respectu citati, ob omissionem aliorum non citatorum, Rota *p.*13.*recent.decis.*88. *n.*10. *& decis.*89. *num.*7.*decis.*114. *num.*6. vbi quòd nec excusat ignorantia iuris non citati, *& decis.* 192. *numer.*11. *& decis.*418. *num.* 10. *&* 11. Si tamen diuersa sit causa defensionis, vel clarè constet de bono iure illius, qui sententiam obtinuit, non attenditur dicta nullitas ex latè congestis per Rota *part.*14. *recent. decis.*104. *&* 341. *per tot.* facit *decis.*115. *num.*28.

Citatio contra procuratorem reuocatum sustinetur, 40
quando reuocatio non fuit parti intimata, Rota *in Tiburtina hæreditatis* 22. *Iunij* 1637. *num.*9. coram Carillo penes Zacch. *quæst. Med.legal. tom.*2. *decis.*77. vbi allegantur Gratian. *discept.*28. *num.*37. Vant.*de nullit.ex defect mand. & alij*.

Quòd ante litem contestatam citandus sit principalis, posteà verò procurator tanquam litis dominus effectus, aliàs actus sit nullus si fuerit citatus principalis, & non procurator, Rota *in Nouiss.p.*2. *decis.*486.*n.*3. Pac. Iordan. *Lucub.vol.*3. *lib.*14. *tit.*1. *n.*54. *fol.*102. vbi tamen dicit hoc esse magis subtile, quàm æquum, & vide Card.Tusch.*litt.C. concl.*238. *per tot.*

Cita-

41 Citationis defectus non potest allegari ab eo, qui appellauit à sententia, quia appellans à sententia contra alium (ipso appellante non citato) lata, facit omnia acta sua, perinde ac si eo citato facta fuissent, quia aliter ius appellandi, vel de nullitate dicendi sibi non competeret, licèt secus sit si nouam causam instituat, Addit. ad Gregor. *decis.* 259. cum alijs per Rota *in Senogallien. bonorum* 30. *Maij* 1644. *coram Cerro, &* 15. *Maij* 1645. in eadem causa coram eodem penes Zacch. *qu. medic. legal. tom. 2. decis.* 85. & 86. vide *in §. Appellatio n.* 18.

42 Citatus, & impeditus comparere propter odia, & partialitates, non efficitur contumax, nec tenetur reficere expensas, nisi sit in culpa, nec mittere procuratorem ad allegandum impedimentum, Alex. *in l. 2. §. si quis ff. si quis caut & in l. recusare §. fin. ff. ad Trebell.* Afflict. *decis.* 29. vide in §. *Contumacia n*... Boer. *decis.* 40. *n.* 4. *& seqq.* Bich. *decis.* 648. *num.* 11. vbi quòd citatio est ipso iure nulla ob locum non tutum.

Alia plura de loco tuto à iudice, partibus, & testibus præstando, vide penes Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 5. n. 2. & seqq. fol. 43. & lib. 14. tit. 1. num. 59. & n. 78. fol. 104. vbi etiam n.* 83. quot modis dicatur locus non tutus, Tusch. *litt. C. concl.* 236. *&c.* Boer. *d. decis.* 40.

43 Citatus semel in vna causa, vel actu, si dixerit nolle comparere, nec respondere, non est amplius citandus ad alios actus sequentes, Vant. *de nullit. ex defect. cit. num.* 98. Aloys. Ricc. *prax. var. resol. c.* 418. Pac. Iordan. *d. lib. 14. tit. 1. n.* 15. Caualer. *decis.* 548. *per tot.* vbi etiam quid si appellauit ab vlteriore processu.

Intellige quando fuit citatus ad totam causam, secus si ad vnum articulum tantùm, Ludouis. *decis.* 518. *n.* 9.

Item intellige si de tali responsione constet per relationem nuncij, & non per testes, Seraph. *decis.* 290. *n.* 7. *& decis.* 972. *n.* 12.

44 Citatio qualis esse debeat ad interrumpendam præscriptionem, & ad constituendum aliquem in mala fide, vide Surd. *decis.* 5. *per tot.* & dixi in §. *mala fides n*...

45 Citatio euanescit, & per eam non dicitur initiatus processus, quando per citantem non reproducitur legitimè executa in termino, Gratian. *discept. forens. c.* 66. *num.* 40. *& cap.* 535. *num.* 13. Rota *part. 7. recent. decis.* 205. *n.* 35. vbi ex lapsu temporis duorum mensium declaratur circumducta citatio.

Sufficit tamen reproductio verbalis sub spe futuræ comparitionis citati, quæ si contingat releuat actorem à reali productione, & expensa registri, sicut seruatur in praxi idem Gratian. *discept.* 639. *n.* 3. *& seqq.*

Circumducitur etiam citatio si ante vltimum peremptorium moriatur conuentus, & tunc nihil operatur, Sanfelic. *in Praxi sect.* 35. *n.* 13. *& seqq.*

Item euanescit, ac remanet circumducta per non comparitionem citantis, & per admissionem nouorum iurium, Gratian. *dict. cap.* 66. *num.* 43. *ac alibi*, Menoch. *lib. 2. præsumpt.* 63. *num.* 4. Card. Tosch. *litt. C. conclus.* 233. *num.* 4. *& seqq. & conclus.* 266. *per tot.* Baron. *de cit. quæst.* 46. *per tot.* cum Addit. Ludouis. *decis.* 339. 437. & alibi sæpè, Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 1. num.* 121. *&c. fol.* 108. vbi dat cautelam quòd admissio fiat sine præiuditio, &c. Sed non esse bonam cautelam, Rot. *p. 13. recent. decis.* 3. *n.* 1. *& decis.* 149. *n.* 7. *& seqq. & decis.* 238. *n.* 8. vide in §. *Conclusio n.* 3. *&* §. *Contumacia n*.... Ridolphin. *in prax. p. 1. c. 8 n.* 148. *& seqq.* Rota *p. 9. recent. decis.* 283. *n.* 31. *&c.* vbi quòd remanet circumducta per intimationem examinis, & petitionem termini ad dandum interrogatoria, non obstante clausula *sine præiudicio &c.*

Non tamen remanet circumducta per contrariam citationem ad dicendum contra, & productionem scripturarum, quando vel non faciunt ad fabricationem processus, vel non fuerunt simpliciter admissæ, sed cum clausula, *sic & in quantum*, quæ demoustrat iudicem noluisse admittere nisi absque retardatione, Rota *part. 14. recent. decis.* 480. *n.* 5. *&* 6.

An autem per aliquod tempus sit expectandus actor non comparens, est in arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. cas.* 45. Baron. *de citat. q.* 47. *per tot. cum Addit.*

Quòd non remaneat circumducta per solam protestationem partis, sed requiratur iudicis decretum, Merlin. *decis.* 530.

Nec etiam per citationem ad reuocandum pro die sequente, quia actus personæ priuatæ non suspendit iurisdictionem ex publico iure competentem, Peregrin. *decis.* 115. *num.* 15. *&c.* Rota *part. 9. recent. decis.* 427. *num.* 7. *&c.* vbi reddit rationem, quia circumductio citationis non pendet à voluntate partium, sed iudicis, *& p. 12. decis.* 118. *n.* 8. *&c.*

Citatio illegitima cum notitia citati subsequuta, ita ligat, sicuti si fuisset legitima, & perfecta, non præsumitur tamen scientia nisi probetur, cùm consistat in facto, & debet esse expressa, ac indubitata in præiudicialibus, Rota *in Nouiss. part. 6. decis.* 130. *numer.* 22. 25. *&* 26. Rota *part. 2. diuers. decis.* 151. *numer.* 6. vbi etiam ex quibus arguatur huiusmodi notitia, Vant. *de nullit. tit. qualiter sent. poss. a nullit. def. n.* 122. *& seqq.* Franc. *decis.* 514. & vide Baron. *de citat. q. 44. per tot. cum Addit.* Rota *p. 9. recent. decis.* 134. *num.* 6. vbi quòd ex scientia citationis ad sententiam, conualidatur citatio, & sustinetur sententia, vide *inf. n.* 60. 46

Citatio legitimè exequuta plures parit effectus, nam dicitur iudicij fundamentum, inducit præuentionem, firmat iurisdictionem delegatam, facit rem litigiosam, rumpit præscriptionem, nisi sit calumniosè emanata, arctat ad comparendum non legitimè impeditos, facit citatum legitimum contradictorem, suspendit potestatem iudicis durante termino, inducit contumaciam, & fictam confessionem, remissionem caducitatis, inhibitionem, moram, quod citatus sit expectandus vsque ad vltimum momentum, & similes effectus, de quibus latè Baron. *de citat. qu.* 45. *per tot.* cum Addit. Card. Tusch. *litt. C. concl.* 262. *& seqq. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 1 num.* 162. *& seqq. fol.* 111. Tondut. *de præuent. part. 1. cap. 9. per tot.* vbi de effectu præuentionis. 47

Citatio potest reddi nulla, & inefficax, nec arctare citatum, pluribus modis, nempè vel ratione iudicis citantis, vel ratione personæ citatæ, vel respectu loci, in quo, vel ad quem citatur, vel ratione temporis, vel formæ, siue executionis eiusdem citationis, vt latè declarat Io. Andr. in Addit. ad Specul. *tit. de citat.* Vant. *de nullit. ex defectu citat. num.* 26. *& seqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 1. de citat. per tot.* 48

Quòd citatio nulla, vel contestatio litis nulla, non interrumpat præscriptionem, Bald. *in l. cum notissimi §. imo C. de præscript.* Sanfelic. *decis.* 387. *n.* 12. *& seqq.*

Citationis nullitas sanatur pluribus modis, nempè per comparitionem, vel præsentiam citati, vel citandi, quando citatus habet se pro legitimè citato, item per notitiam citationis, item per Principis rescriptum, quando non adest totalis defectus, & pars aliquam citationis notitiam habuit, aliàs defectus esset insanabilis, Pac. Iordan. *loc. sup. cit. n.* 177. *& seqq. fol.* 112. Franch. *decis.* 514. Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 246. *per tot.* Rota *part. 12. recent. decis.* 60. *num.* 3. vbi quòd sanatur per notitiam habita, vide Baron. *de citat. quæst.* 44. *per tot. cum Addit.* vbi benè declarat, dixi in §. *Nullitas num.* 20. Rota *part. 16. recent. decis.* 390. *num.* 14. vbi quòd certa notitia citationis habita a citato tollit defectum citationis, Conciol. & Romaguer. *in addit. ad stat. Eugub. lib. 2. rub. 1. num. 17. & seqq. & num.* 52. vbi hæc omnia me citato comprobant. 49

An possit allegari à contumace per procuratorem, vide Franch. *decis.* 232. *& decis.* 688. dixi in §. *Bannitus.*

Qualiter comparitio citati, vel eius procuratoris conualidet acta, & citationem, etiam si quis compareat ad effectum excipiendi de nullitate, vel post terminum, & alia, Ridolphin. *in Prax. part. 1. cap. 4. num.* 32. *&c. & cap.* 13. *num.* 354. Ripol. *var. resolut. cap. 3. num.* 118. Posth. *de manutent. obseru.* 84. *n.* 46. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 365. *in fine*, vbi quòd omnis citationis defectus siue in materia, siue in forma sanatur per comparitionem citati, etiam si compareat animo dicendi de nullitate ipsius citationis, vel deficiat relatio.

Citatio non est necessaria quando citandus est præsens in iudicio, quod procedit etiam in testibus, vt latè per Asin. *in Prax. §. 7. cap. 5. limit. 90. per tot.* Vant. *de nullit. ex defect. cit. num.* 17. *&* 18. *& tit. qualiter sent. poss. à nullit. def. n.* 118. Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 1. n.* 332. *fol.* 108. *& n.* 141. *fol.* 109. Baron. *de cit. q.* 21. *& qu.* 11. *& seqq.* Rota *part. 11. recent. decis.* 64. *n.* 17. *p. 4. decis.* 274. *num.* 7. *part. 12. decis.* 166. *num.* 10. Nouar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 55. *num.* 56. 50

Quòd citatio ad faciendum inuentarium suppleatur per præsentiam, intimationem, notorium, & scientiam, Gratian. *discept. forens. c.* 797. *n.* 1. *& seqq.* Baron. *d. q.* 21. *n.* 5.

Item per comparitionem citati, Gratian. discept. c.156. in princip. c.639. n.4. c.738. n.20. & c.946. n.12. Pac. Iordan. loc. supr. cit. n.177. fol.112.

51 Citatio non est necessaria contra confessum, Paris. cons. 111. n.9. & 10. lib.4. Duran. decis.345. n.14. Mastril. decis.245. n.4. &c. Baron. de cit. tom.2. sing.80. per tot. dixi in Pract. §. Citationi n.60.

52 Citatio an sit necessaria in eo, qui habet scientiam actus faciendi, vide in §. Denunciatio n....

53 Citatio non est necessaria quando quis habet instrumentum pro se cum pacto de capiendo &c. & constitutione precarij, cuius vigore etiam nondum liquidato negotio potest fieri captura bonorum contra tertium possessorem non citatum, Asin. in Prax. §.7. cap.5. limit.106. & §.31. limit.25. num.4.

Contrarium vide in §. Possessor n... & in §. Executio n...

Et quòd vbi certum est nullam absenti competere defensionem, & iudex habet liberam procedendi facultatem, non sit necessaria citatio, Menoch. lib.1. de arbitr. q.17. num.15. Vant. de nullit. ex defect. cit. n.20. & tit. qualiter sent. poss. à nullit. def. num.113. Baron. de cit. quæst.18. num.41. & seqq. Merlin. decis.682. num.6. vbi quòd non est necessaria si notoriè constet de non iure, etiam ad effectum sustinendi sententiam.

54 Citatio partis non est necessaria, prout neque nouum iuramentum, in declaratione, quam faciunt, & facere possunt testes super illorum depositionibus obscuris, quando iam semel citata parte iurauerunt, & deposuerunt, Gabriel. comm. concl. cum multis ab eo allegatis tit. de citat. concl.1. n.184. & 185. Baron. de cit. q.16. n.85.

55 Citatio licèt sit adhibenda etiam in sententijs interloquutorijs vim definitiuæ non habentibus, tamen si fuerit omissa, & agatur de modico præiuditio, ipso iure tenent, & absente parte indistinctè ferri possunt, vt probat Vant. de nullit. tit. qualiter sent. poss. à nullit. def. n.105. vers. ratione sui, vide Baron. de cit. q.16. n.218. Marant. in Praxi p.6. vers. demum fertur sententia n.2. Sanfelic. in Praxi sect. 59. num.4.

56 Citatio ad sententiam si fuerit omissa postquam causa partibus præsentibus, vel citatis, fuit plenè instructa, & cognita, ita vt nil aliud supersit quàm definitiuæ sententiæ prolatio, non vitiatur ipsa sententia absque alia citatione prolata, & ex hoc solo, si aliàs iusta sit, non debet irritari, cùm isto casu talis omissio citationis non grauet, & sit de iure positiuo, dicaturque menti, & rationi legis in effectu satisfactum, quinimò non est audiendus ille, qui nil aliud allegat, nisi quòd non fuit citatus, nec deducit aliquid releuans, quod dixisset si citatus fuisset, pulchrè Vant. de nullit. tit. qualiter sent. poss. à nullit. def. n.106. & seqq. sequitur Ciarlin. controu.49. num.56. &c. Pac. Iordan. Lucubr. vol.3. lib.14. tit.1. numer.131. fol.108. vbi allegat Afflict. decis.283. modificat tamen, dummodo sit formiter conclusum in causa, quasi dicta conclusio vim habeat citationis ad sententiam, Paul. Christin. decis.88. numer.5. vol.4. & ad leg. municip. tit.1. art.30. num.3. Baron. de citat. cap.1. num.6. vers. de stylo tamen, Rota pluribus alijs citatis part.12. recent. decis.227. num.7. & seqq. vbi fuit conclusum pro validitate sententiarum, stante conclusione in causa, quæ vim citationis obtinet, etiam per plures annos, loquitur tamen de stylo Hispaniarum, & de stylo Toletano, idem firmauit Rota per Farinac. decis.753. numer.1. Ludouis. decis.140. & 576. vide in §. Conclusio, Rota part.17. recent. decis.205. num.36. & seqq. vbi quòd posset attendi stylus si sententia feratur ab eodem iudice, secus si à successore, Matthæu Sanz. de re crim. controu.70. num.9. & 10. vbi tamen ex alijs rationibus concludit pro nullitate sententiæ, & processus ex defectu citationis.

Contrarium cessante stylo tenet Castr. cons.412. lib.2. quem sequitur Card. Tusch. litt. C. concl.269. n.11. dixi in Pract. §. Citationi num.32. & 42. intellige prout ibi, & infra n.59. facit Rota part.9. recent. decis.348. n.8. &c. & part.10. decis.353. n.13. vbi quòd citatio ad terminos substantiales supplet defectum citationum malè executarum, non autem illarum, quæ penitus omissæ fuerunt.

57 Citatio iuxta magis communem opinionem non est necessaria in concedendo absolutionem à iuramento exceptis quibusdam casibus, vt dixi in §. Absolutio num.... latè Asin. in Prax. §.7. cap.5. limit.103. Baron. de citat. quæst.19. num. 106. & seqq. & in meis resol. cap.75. numer.2. Ricc. Collect. 686.

Citatio an sit necessaria in declaratione caducitatis facta à domino directo, vide Sperel. decis.71. numer.12. &c. & num.43. &c. vbi quòd non, secundùm magis communem opinionem. 58

An sit necessaria in legitimatione, Marescott. var. resolut. lib.3. c.20. n.92. & seqq. vide in §. Legitimatio.

Citatio si fuerit omissa non vitiatur actus quando ex eo non oritur aliquod præiuditium ei, qui non fuit citatus, & an sit necessaria in reuocatione actus gesti sine illa, Gratian. discept. forens. cap.914. num.7. &c. Baron. de cit. quæst. 18. num.1. & seqq. & quæst.19. num.60. &c. numer.126. supra num.56. 59

Citatio, & aliæ solemnitates non requiruntur in probatione casus naufragij, & similium occurrentium in itinere in longinquis partibus, Gratian. discept. forens. c.677. n.20. &c. vide in §. Casus n.7. 60

Non etiam est necessaria citatio illius, qui appellauit ab interlocutoria, vel alias friuolè, vel appellationem deseruit, cùm ex istis dicatur satis constare de animo non comparendi, & de contumacia, etiam si succubuerit, Thomat. decis. 276. n.15. & seqq. Thom. Triuis. decis.6. lib.1. vbi etiam quòd quatenus esset nulla sententia posset confirmari constito de bono iure, vide §. Sententia n.4.

Citatio non est necessaria quando fertur sententia in vltima die instantiæ, Bart. in l. si quis arbitratu, ff. de verb. oblig. Vant. de nullit. tit. vlt. n.107. Altograd. cons.86. n.24. lib.2. Baron. de cit. q.18. n.30. 61

Sed contrarium firmat idem Baron. de citat. tom.2. sing. 66. cum Scacc. ab illo citato, vide latè pro & contra, Tusch. litt. T. concl.69. per tot. vbi plura permittuntur sine citatione in vltima die termini.

Citatio non est necessaria si inter partes sit conuentum, quòd iudex possit sententiare partibus non citatis, Pac. Iordan. Lucub. vol.3. lib.14. tit.1. n.127. fol.108. vbi ponit nouem casus, & plures alios remissiuè, in quibus non est necessaria citatio ad sententiam, vide Gabriel. comm. concl. tit. de citat. concl.1. n.114. & seqq. Tiraquel. tract. res inter alios acta n. 38. & seqq. Asin. in Prax. §.7. c.5. per tot. Card. Tusch. litt. C. conclus.272. & 273. per tot. Baron. de citat. qu.18. cum tribus seqq. per tot. cum Addit. in mea Pract. §. Citazioni per tot. in quibus respectiuè locis habentur plurimi casus citationem non requirentes. 62

Citandus non est de necessitate ille, quo etiam inuito potest actus expediri, l.4. §. illud ff. de fideicomm. libert. Ias. in l. si quando num.24. C. vnde vi, Asin. in Prax. §.6. cap.5. limit.43. Gratian. discept.874. n.41. & 42. Baron. de citat. q.18. n.37. & seqq. 63

Quòd in extraiudicialibus non requiratur citatio, Felin. in c. cum olim de re iud. Rota p.1. recent. decis.210. n.7. Bich. decis.589. n.11.

Neque vbi standum est simplici dicto, & assertioni alicuius, quem iam partes approbassent, vel esset data facultas proferendi sententiam etiam partibus absentibus, vel iudex deberet secundùm conscientiam iudicare, vel certum esset nullam competere defensionem, Menoch. de arbitr. lib.1. q.17. n.12. & seqq. Baron. d. q.18. n.56. & per tot.

Plures casus, in quibus non est necessaria citatio ponit Tusch. litt. C. concl.272. & 273. per tot. vbi n.29. & seqq. de stylo Neapolis, Mediolani, Florentiæ, ac totius Italiæ procedendi ad sententias criminales contra contumaces, vel carceratos absque alia citatione ad sententiam, dummodò quoad contumaces fuerint prius legitimè citati ad respondendum inquisitioni, vel in banno positi iuxta fori consuetudinem, & quoad præsentes, vel carceratos fuerit eis lis contestata, & assignatæ defensiones.

Quòd post bannum, non sit necessaria citatio ad sententiam, Clar. q.44. vers. item quæro, Ambrosin. Proces. informat. lib.5. cap.3. num.10. sed standum est consuetudini locorum.

Centum quadraginta tres fallentias, siue casus, in quibus non est necessaria citatio, vide per Asin. d. §.7. c.5. per tot. Gabriel. comm. concl. lib.2. tit. de citat. concl.1. per tot. vbi 130. adducit, alios vide per Nouar. in Prag. Regn. Collect.55. n.56. & seqq. per tot. & Collect.170. Franch. decis.457.

Citari, siue in ius vocari qualiter non possint parentes à liberis, & alijs similes priuilegiati, sine venia, vide l. quinque vbi DD. §. parentes ff. de in ius voc. Duen. reg.351. Paul. Christin. decis. Belg.90. n.7. vol.2. vbi quòd ista exceptio debet opponi in primo actu, aliàs posteà non suffragatur, & dixi in §. Filiatio n.50. 64

Cita-

65 Citatio potest fieri sub pœna confessi, & conuicti, captis tamen prius informationibus de delicto, & delinquente, Abb. *cons.* 56. *num.* 22. Baiard. §. *fin. quæst.* 44. *num.* 14. vbi quòd ita seruatur in vrbe in tribunali A. C. & ita etiam pluries ego seruatum vidi, & seruaui Florentiæ, quæ citatio fit cum expressione causæ, vt dixi in *Pract. in præfat. num.* 89. *& in §. Citazioni num.* 66. intelligendo tamen captis prius informationibus vt supra, ex quibus legitima resultent inditia, aliàs esset practica diabolica, & non seruanda à iudicibus Deum timentibus, cùm ex ea multi innocentes possent in laqueum incidere, vide Boss. *in prax. tit. quomod. proced. per præcept. per tot.*

66 Citatio ad comparendum coram Deo Iudice, Caren. *de offic. S. Inquisit. part.* 2. *tit.* 1. §. 10. *per tot. fol.* 51. Torreblanc. *de Magia lib.* 3. *cap.* 28. *per tot.* & sic prouocatio ad Deum facta quandoque ab iniustè oppressis citra odium, & sic absque vindictæ cupiditate, impatientia, ira, desperatione, vanitate, vel alia vitiosa affectione, qualiter sit permissa, & metuenda pluribus exemplis exornat, & declarat Martin. Delrio *disquis. mag. lib.* 4. *quæst.* 4. *sect.* 1. *per tot. fol. mihi* 604. *&c.* vbi tamen quòd periculosa est, & læthaliter peccaminosa si iniustè fiat, potest contemni, si iudex sciat iustitiam facere, si verò dubitet, omnia melius examinet.

67 Citatus, qui comparuit, non potest recedere, nisi petita, & obtenta licentia à iudice, aliàs dicitur contumax, quia venisse non dicitur qui non stetit, nisi tamen citatio fuisset nulla, vel ex iusto impedimento, siue ex iusta causa recesserit cum animo redeundi, qui animus præsumitur, maximè si iterùm vocatus statim comparuerit, Bart. *in l. consentaneum C. quomodo, & quando iud.* Ang. & Imol. *in l. quæsitum ff. de re iud.* Alex. & Ias. *in l. qui ante Calendas ff. de verb. oblig.* cum alijs per Card. Tusch. *litt. V. concl.* 75. *per tot.* vbi infert ad plura notabilia.

Et in omnem casum citatus comparens antequam ad pœnam contumaciæ sit condemnatus, non debet, nec potest condemnari, licèt post terminum comparuerit, quia per comparitionem omnis præcedens contumacia remanet purgata, Baiard. ad Clar. §. *fin. q.* 44. *n.* 82. & ita verè quotidie seruatur Florentiæ in Magistratu Dominorum Octo Balliæ Virorum, & rectè quidem per prædicta.

68 Citatio non afficit quando actus geritur aliter, quàm in ea sit expressum, Bart. *in l. aut qui aliter in princip. ff. Quod vi, aut clam*, Dec. *cons.* 449. *n.* 1. & 2. Carpan. *ad Stat. Mediolan. c.* 1. *n.* 128. Bich. *decis.* 239. *n.* 2.

De citationibus ad diuersos actus, & illarum effectibus multa decisiuè, Io: Bapt. Thoro *compend. decis. Neap. part.* 1. 2. & 3. *in verb. Citatio*, Altimar. *de nullit. Rubr.* 12. *per tot.* plura remissiuè Castejon. *in alphabet. iurid. verb. Citatio*, & Com. Aug. Fontana *eod. verb. in sua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 232. *&c.*

Citatio est nulla si commissio fuerit de citando ad instantiam fisci, & relatio sit facta ad instantiam adhærentis, vel partis offensæ, quia variatur effectus defensionis; quicquid aliàs quando citatio concernit fauorem plurium sustineatur facta ad instantiam vnius tantùm, etiam quo ad alios, quando vnica est causa defensionis, & illius, qui institit principaliter interest, vel cæteros comprehendit nomine collectiuo, veluti & litis consortium, Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *qu.* 208. *per tot.*

§. CIVIS, ET CIVITAS. XVI.

1 Ciuis quomodo varijs modis quis efficiatur, & quid probare debeat, vt possit gaudere priuilegijs ciuibus concessis, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 559. *num.* 18. *cap.* 592. *num.* 5. *cap.* 623. *num.* 24. & *cap.* 709. *num.* 9. & *number.* 16. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 583. *per tot.* Thomat. *decis.* 7. Tusch. *litt. C. conclus.* 274. & *seqq.* Boer. *decis.* 260. Sanfelic. *decis.* 74. *per tot.* & *decis.* 400. Paul. Christ. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 42. & *tit.* 5. *per tot.* vbi plura de ciuibus, Merlin. *decis.* 63. *n.* 15. *&c.* & *decis.* 832. vbi an filius naturalis possit dici verus ciuis originatius, vide *in §. Filius n.* 10. & latiùs apud eumdem Merlin. *decis.* 882.

Quæ tamen decisiones coram Merlino emanatæ, fuerunt postea in eadem causa iterùm reuisa reuocatæ, vt constat in *part.* 9. *recent. decis.* 180. *per tot.* & *dixi in §. Vniuersitas num.* 16.

Quòd Clericus per assecutionem beneficij, residentialis efficiatur loci, & gaudeat priuilegijs alijs ciuibus concessis, Rota *part.* 9. *recent. decis.* 127. *num.* 7.

2 Ciuis efficitur ille, qui in Ciuitate, vel Comitatu, siue suburbijs nascitur, Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 29. *n.* 12. & *seqq. per tot.* Altograd. *cons.* 27. *n.* 9. *lib.* 2. & *cons.* 28. *n.* 21. & *seqq. per tot. lib.* 2. dixi in §. *Appellatiua significatio num.* 35. vbi vide & *in §. Natus num.* 1. *inf. num.* 10. Tusch. *d. conclus.* 274. *&c.* Merlin. *d. decis.* 63. *num.* 19. vbi quòd natus in Castro alicuius Ciuitatis dicitur ciuis illius Ciuitatis, cui subijcitur Castrum, latè Ciarlin. *controu.* 149. Rota *p.* 13. *recent. decis.* 364. *n.* 3. vbi quòd ratione natiuitatis quis dicitur ciuis loci, in quo nascitur, Sanfelic. *decis.* 74. vbi an Ciuis origine sua, vel paterna desinat esse Ciuis si alibi domicilium transferat, & negatiuè concludit in Ciue ex origine propria, secus autem in Ciue ex origine tantùm paterna, Nouar. *in Pragm. Collect.* 115.

De omnibus hoc numero contentis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *c.* 15. *per tot.* vbi etiam qualiter soli Principi competat ius concedendi naturalitatem, & ciuilitatem exteris, ita vt ciues allecti, & ex priuilegio Principis naturalizati habeantur, ac si verè essent ciues originarij, vt ibidem probat *n.* 34. & *seqq.* facit Ant. Gob. *consult.* 113.

3 Ciuis ex priuilegio non probata habitatione cum onerum sustentatione, non iuuatur beneficio statuti ad effectum succedendi exclusis fœminis, Afflict. *decis.* 384. *num.* 8. Rota *in Nouiss. part.* 6. *decis.* 160. *num.* 28. vide in §. *Statutum excludens num.* 23. & latè Rota post Merlin. *de legit. decis.* 24. *per tot.*

Quod in fauorabilibus ciuis ex priuilegio, & incola gaudeat beneficijs veris ciuibus ex natiuitate, & origine concessis, Rot. *p.* 9. *recent. dec.* 127. vbi concordantes habentur.

4 Ciuis ex priuilegio dicitur verè, & propriè ciuis præsertim ad effectum, vt beneficio statutorum gaudere possit, Rota *in Nouiss. part.* 6. *decis.* 292. *num.* 8. Magon. *decis. Flor.* 60. *num.* 4. & 5. Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 376. *per tot.* Leoncil. *decis.* 27. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 42. vbi etiam qualiter ciues cogi possint ad subeundum munera Reipublicæ, ad quæ eliguntur, Raynald. *Syntax. rer. crim. Proœm.* §. 15. *num.* 15. vbi plura de nobilitate Ciuitatis Bononiæ, de qua etiam Marsil. *in tract. de bannit. in princip.* Monterent. *in præfat. ad stat. Ciuil. Bonon.* & alij ab ipsis citati.

Si tamen quis fuerit factus ciuis eo pacto, vt collectas, & munera non subeat, est in suo priuilegio manutenendus, *l.* 1. *C. de his qui spont. mun. sub.* Capell. Tholosan. *quæst.* 349. *num.* 10.

An autem ciuis ex priuilegio alibi habitans teneatur seruare statuta illius Ciuitatis, ad quam fuit admissus ex priuilegio, vel potius Ciuitatis, in qua habitat, & disponit, vide latè Surd. *decis.* 329. *per tot. lib.* 2.

Et quomodo quis possit esse ciuis plurium Ciuitatum, vel non, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 584. *n.* 5. & *seqq.* Surd. *d. decis.* 329. Rota *part.* 13. *recent. decis.* 364. *n.* 6. & 7. Altograd. *cons.* 27. *n.* 31. *&c. lib.* 2. Marta *vot. Pis.* 27. *per tot.* vbi in qua Ciuitate debeat subire onera, & soluere gabellam de suis contractibus in terminis statutorum Gabellæ Florentiæ, vt si emat in loco exempto, & ibi contrahat, maioremque partem bonorum ibidem habeat, non teneatur soluere gabellam Florentiæ, licèt habitet in loco gabellæ supposito, & ita fuisse iudicatum in Ciue Petræ Sanctæ oriundo, & Pisis orto, & commorante.

Qualiter autem admissus ad ciuilitatem cum certis modis, & conditionibus, non gaudeat commodis, & priuilegijs ciuilitatis, nisi modis, & conditionibus adimpletis, & seruatis, vide Bardellon. *cons.* 199. *per tot. lib.* 2.

Quòd aggregatus gaudeat eisdem priuilegijs quibus gaudet originarius, Ricc. *Collect.* 3290. Sanfelic. *decis.* 75. & 76. vbi de iure pascendi, & adducat etiam rationes, & auctoritates contrarias.

A quibus possit ciuilitas concedi, quomodo probetur, qualiter amittatur, & alia, Tusch. *litt. C. concl.* 277. & *seqq.* Thomat. *decis.* 7. vbi qualiter possit concedi à consilio generali Ciuitatis, quod populum repræsentat, & extendatur ad filios, etiam si de illis non sit facta mentio.

5 Ciuis Ciuitatis supremæ præfertur primario Ciuitatis mediocris, Gratian. *decis.* 96. *num.* 14. Sperel. plures citans *decis.* 167. *num.* 20. Io. de Amic. *cons.* 25. *num.* 11. vbi benè declarat.

Quòd Ciuitates inferiores debeant regi, & gubernari secundum stylum Ciuitatum superiorum, in Ecclesijs

præcedentias in sedendo non esse permittendas, & alia, Marta *vot. Pis. 39. n. 14. & vot. 88. n. 10. &c.* vide in §. *Statutum n. 22.* §. *Arma n. 6.*

6 Ciues Florentini habent facultatem, & priuilegium trahendi quemcumque de districtu, & Comitatu Florentiæ coram Rectoribus, & Magistratibus dictæ Ciuitatis vigore statuti Florentini *lib. 4. Rub. 34.* Magon. *decis. Flor. 60. num. 3.* de quo plura vide in mea Practica §. *Cittadini numer. 6. 10. 13. & seqq. per tot. & in* §. *Statuti num. 74.* & dixi in §. *Actor num. 4.* Sanfelic. *decis. 73. num. 10. &c.* vbi de Ciuibus Neapolitanis potientibus eodem priuilegio, quod tamen non habet locum inter ipsos ciues pariter priuilegiatos, sed inter eos seruatur ius commune, idem Sanfelic. *decis. 400.* cum plena Addit. vbi plura de dicto priuilegio Neapolitanorum Ciuium.

An priuilegio electionis, & variationis fori, siue tractationis possit renunciari, & alia plura de illo, latè Donade. *tract. de renunc. c. 16. per tot.*

An autem hoc procedat respectu viduarum, & aliarum miserabilium personarum, vide Franch. *decis. 517.* vbi in simili tenet quòd non, quia maius est priuilegium miserabilium personarum, quàm huiusmodi ciuium, nisi in specie sit illi derogatum.

Sed contrarium videtur firmare Marcel. Cala *de mod. art. & prob. §. 1. glos. 1. n. 93.* Sanfelic. *decis. 73. num. 13.* Addit. ad eumdem Sanfelic. *decis. 400.* vbi citat Carleual. *de for. compet. disp. 2. n. 678. & seqq.*

Item an mulieres Florentinæ alibi nuptæ retineant dictum priuilegium, idem Franch. *decis. 416.* vbi loquendo in Neapolitanis, quæ idem habent priuilegium, videtur negatiuè concludere, ex eo quòd alibi nuptæ transeant ad forum, & domicilium mariti, Addit. ad Sanfelic. *decis. 400. vers. Eamdem &c.* facit quod dixi in §. *Vxor n. 3.* Ricc. *Collect. 38* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. 5. art. 5.* vbi concludit quòd mulier extero nubens non amittat suæ Ciuitatis priuilegia, & splendorem.

Alia de Ciuibus Florentinis, & similibus vide in mea Practica §. *Cittadini per tot.* ad ibi dicta me remitto.

Et de Ciuibus Neapolitanis quoad electionem, & variationem, siue tractionem fori, latè Carleual. *de for. compet. disput. 2. n. 652.* & Sanfelic. *decis. 400. cum plena Addit.* vbi quòd habent electionem fori, sed illa semel facta non possunt variare, nec priuilegio renunciare, illud retinent etiam si aliò domicilium transtulerint, vel agant iure cesso, vel sint auctores laudati, & in pluribus alijs casibus ibi relatis; cessat autem si ciuilitas sit acquisita lite pendente, si conueniantur pro collectis in loco vbi possident bona, & in pluribus alijs casibus à dictis Auctoribus recensitis.

Quod auctores laudati trahant causam ad eorum tribunal saltem quoad sententiam, Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect. 71. n. 6. & 7. & Collect. 225. per tot.* vbi plura notabilia de dicto priuilegio Ciuium Neapolitanorum, etiam in criminalibus, quòd extendatur ad eorum negotiorum gestores, ad homines Casalium ipsius Ciuitatis, ad causas lucratiuas, contra miserabiles personas, & alia.

7 Ciuitas potest de iure dici, & esse etiam sine Episcopo, & cathedra Episcopali, quinimmò fuerunt Ciuitates, priusquam crearentur Episcopi; De consuetudine tamen Italiæ, ac totius orbis Christiani, non dicitur Ciuitas, nisi habeat, vel habuerit Episcopum, Pac. Iordan. *Lucub. vol. 1. Prælud. 9. n. 10. & seqq. fol. 41.* vbi etiam in quibus Ciuitatibus, & locis sint constituendi Episcopi, vel non, Tusch. *litt. C. conclus. 280. num. 15.* Bart. *in Extrauag. Qui sint rebelles, verb. Lombardia n. 5.*

8 Ciuitas quælibet præsumitur libera, & non alteri subordinata, vnde Ciuitas Pistorij dicitur socia, & non subdita Florentinis, nec comprehenditur sub legibus, & prouisionibus Florentinorum, nisi de illa sit facta specialis mentio, cùm etiam in festiuitate S. Ioannis non vocetur inter alias Ciuitates subditas, Magon. *decis. Flor. 60. per tot.*

Non etiam vocatur Terra Mutilianæ patria mea, quia habet multa priuilegia cum Florentinis, cùm olim se commiserit, & recomendauerit protectioni Reipublicæ Florentinæ per pacta, & conuentiones, ex quibus erat valdè priuilegiata, nec simpliciter de districtu Florentino dici poterat, ita vt Mutilianenses non possent citari per Tribunalia Vrbis Florentiæ, sicuti in puncto consuluit Corn. *cons. 187. lib. 4.* quem pluries sequuta fuit Rota Flor. & signanter sub die 21. Octobris 1572. & in alia causa D. Catherinæ de Baldis de Mutiliana cum Antonio de Gagliardis à Portico, de qua in *lib. Mott. 80. fol. 543.* vbi tamen fuit tentum priuilegia Mutilianensium non extendi ad illorum bona alibi sita.

Intellige prædicta de tempore, quo vigebat Respublica Florentina, nam hodie omnes de statu Florentino se profitentur, & sunt verè subditi, deuoti, ac fideles Serenis. nostro Magno Duci Etruriæ, (reseruatis solùm aliquibus priuilegijs S. C. S. benè visis, & opportunis) & summa quidem ratione, cùm nulla ampliora priuilegia, nulla maior libertas, ac animi tranquillitas haberi possint, quàm sub isto Potente, ac iustissimo Principe regi, & gubernari; tunc enim Ciuitates, & Respublicæ ad optimum felicitatis statum peruenisse dicuntur, cùm vnum solum caput, & Principem, ac talem sibi constituerunt, qui diu, tutoque imperare possit, non metum ex crudelitate, sed amorem ex benignitate sibi concilians, quia nil deterius Republica, in qua negotia ad numerum popularium voluntatum, & non ad pondus sapientiæ, quæ in paucioribus residet, expediuntur; optima enim bonitas in vnitate consistit, auctoritate D. Thom. *opusc. 20. c. 2.* Plin. *in Panegyr.* Tacit. *annal. lib. 1. & lib. 12.* Michael. Eanin. *tr. de vnit. ouil. & pastor. in vol. tract. tom. 12. p. 2. cap. 2.* Sanfelic. *decis. 322. n. 7.* sed de his satis.

Adhuc tamen S. C. S. iure, & ratione, dictam Terram Mutilianæ, ac totam Romandiolam Florentinam, seruat immunem, & priuilegiatam à Gabella contractuum, & nonnullis alijs, vt dixi in mea Practica §. *Romana per tot.*

Ciuitas vna potest tribus modis cum alia fœdus, & amicitiam inire, vel socia effici, primo mediante æquo fœdere, quo casu vera vtraque ex parte æqualitas seruatur, & vnaqueque suos Magistratus, & potestatem æqualiter retinet, nec bannitus ab vna, censetur bannitus ab alia, nisi expressè actum esset, vt bannitus vnius non posset in aliam recipi; secundo minus æquo, & impari fœdere, & vt vna alterius maiestatem comiter conseruet, & obseruet, quo fit vt vna sit alteri superior, & bannitus ab vna non possit in aliam ita confœderatam ciuitatem se recipere, non tamen Ciuitas hoc modo fœderata amittit suam iurisdictionem, & magistratum, sed libera permanet, nec altera superior cuius protectioni se comisit, acquirit in ea aliquam potestatem ius dicendi, & collectandi, vel arbitrium exercendi; Tertio modo initur fœdus deditirium, quod improprium omninò est, & iniquum, cùm eo mediante Ciuitas dedititia efficiatur omnino subiecta legibus, & Magistratibus superioris Ciuitatis, Soc. sen. *cons. 74. col. 2. lib. 1.* cum alijs per Menoch. *de arbitr. q. 100. per tot.* vbi latiùs hæc omnia declarat, vide in §. *Bannitus n. 33.* 9

Quòd quando vna Ciuitas, Regnum, vel Prouincia alteri vnitur debeat regulari secundum statuta, & leges alterius, cui fuit vnita, & incorporata, Bart. *in l. Conuenerit 2. §. si nuda ff. de pign. act.* Rom. *cons. 275.* Alex. *cons. 151. n. 5. vol. 2. cons. 114. vol. 4. cons. 46. vol. 6.* Natta *cons. 636. n. 88. vol. 3.* cum alijs per Vant. *comm. opin. 685.* & vide *in* §. *Statutum circa generalia num. 58.*

Ciuitatis appellatione qualiter veniant etiam continentia, & suburbia, ita vt legatis omnibus quæ in vrbe sunt, veniant non solùm quæ intra muros reperiuntur, sed etiam in suburbijs, & qui tenetur habitare in Ciuitate, satisfaciat habitando in suburbijs, & in similibus quando factum in suburbijs, dicatur factum in Ciuitate, vide pulchrè Menoch. *de arbitr. cas. 155. per tot. vide supra n. 2. & in* §. *Appellatiua significatio n. 35.* §. *Legatum n. 21. &* §. *Statutum n. ....* Tusch. *litt. C. conclus. 280.* Leoncil. *decis. Ferr. 163. n. 5. &c.* Sanfelic. *decis. 50.* Ricc. *Collect. 2680.* vbi quòd verum est in fauorabilibus, secus autem in odiosis, & pœnalibus, *& Collect. 1387.* Rot. *p. 9. recent. decis. 58.* vbi quòd sub legato de rebus existentibus in aliqua Ciuitate venit etiam census, & alia existentia in Comitatu, maximè si dictum fuerit *in Tiuoli, o in Fiorenza, e non nella Città di Tiuoli, ò nella Città di Fiorenza*, & sic non addito nomine Ciuitatis, licèt huiusmodi distinctio mihi potius verbalis, quàm substantialis videatur, adde Rot. *d. p. 9. decis. 489. n. 3. & seqq.* vbi contrariam firmat stante dictione *in*, quæ intrinsicitatem significat, & territorium excludit. 10

Ciuitas non obligatur ex mutuo eius nomine per procuratorem, vel sindicum recepto, nisi probetur versum in ipsius Ciuitatis vtilitatem, & ideò mutuans antequam agat contra Ciuitatem, vel sindicum, debet liquidare in cuius vtilitatem sit versa pecunia, exceptis nonnullis casibus, de quibus Card. Tusch. *litt. C. concl. 282. per tot.* vbi etiam quid 11

in

in alijs contractibus, vide in §. *Versio*, §. *Vniuersitas*, & §. *Abbas num.* 19. Odd. *de restitut. in integr. quæst.* 51. *n.* 60. & *seqq.* vbi quomodo probetur versio, & an detur in integrum restitutio.

12 Ciues qualiter non sint idonei testes in causa pascuorum, quia habent interesse singuli, vt singuli, Marcian. *disp. forens. c.* 24. *n.* 15. Farinac. *q.* 60. *illat.* 17. Marta *vot. Pis.* 199. vbi quòd admittuntur, si non tractetur de interesse singulorum, & si factum ab alijs haberi non potest.

Alia an, & quando testes de vniuersitate admittantur, vel non pro ipsa vniuersitate, dixi in §. *Vniuersitas n.* 14.

13 Ciuis quis præsumitur esse illius Ciuitatis, in qua reperitur, nisi probetur alienigena, cùm quis non præsumatur mutare locum, sed patriam suam colere, Bart. *in l. is potest num.* 17. *ff. de acquir. heredit.* Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 15. Mascard. *de probat. concl.* 295. *per tot.* vbi insert ad plura.

14 Ciuitates subiectæ sedi Apostolicæ (& idem est de alijs Ciuitatibus alijs Principibus subiectis) non possunt condere statuta sine Summi Pontificis, vel alterius sui Principis auctoritate, ita vt si non appareat de illorum confirmatione in forma specifica nullius sint momenti, Bald. *in l. omnes populi num.* 6. *ff. de iust. & iur.* Gratian. *discept.* 245. *n.* 37. Buratt. *decis.* 6. *n.* 1. Rota *part.* 14. *recent. decis.* 323. *n.* 7. & *seqq.* vbi latè pro nullitate, & dixi in §. *Statutum circa generalia n.* 23. & 49.

Plura de Ciuitate, oppido, castro, & villis, quid sint, quomodo differant inter se, & alia, Cabed. *decis.* 16. *p.* 2.

Quòd appellatione Ciuitatis veniant etiam suburbia, & territorium in fauorabilibus, secus autem in odiosis, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. p.* 3. *cap.* 43. *n.* 10. & *seqq.* Pacichel. *de distant. c.* 12. & *fin. n.* 38. Scoppa ad Gratian. *decis.* 96. Caml. Anton. de Luca ad Gratian. *discept.* 217. & nouissimè Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 49. *n.* 11. & 12. vbi me citat in hoc loco.

Statuta tamen longissimo tempore obseruata præsumi confirmata, & approbata, Rota *par.* 7. *recent. decis.* 103. *n.* 24. *p.* 10. *decis.* 329. *n.* 10. *p.* 14. *decis.* 438. *n.* 6.

15 Ciues allecti, vel aggregati non liberantur à muneribus, quæ imponuntur ratione originis, sic etiam ciues populares allecti inter nobiles alterius Ciuitatis subiacent oneribus ratione originis impositis, nec possunt excusari, an præcedant, & alia, Sanfelic. *decis.* 324. *per tot.*

Plura de ciuibus Neapolitanis, & eorum priuilegijs, tam si sint originarij, vel allecti, quibus modis acquiritur ciuilitas, natiuitate, allectione, priuilegio, baptismo, expositione, matrimonio, & huiusmodi, Nouar. *in Pragm. Reg. Neapol. Collect.* 115. *per tot.*

16 Ciuitates, & illarum portæ cum clauibus custodiri debent per illarum administratores, & de iure custodia clauium portarum Ciuitatum spectat ad illum Magistratum, qui successit in locum Tribuni plebis, & alia de hac materia latè Boet. *tract. de custod. clauium*, Marta *vot. Pis.* 62. Nouar. *de grauam. Vassallor. grauam.* 343. *tom.* 1. Fontanel. *de pact. claus.* 4. *gloss.* 10. *p.* 2. *n.* 18. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 1. *rub.* 58. vbi me, & alios citat.

17 De ciuitate, ciuibus, & ciuilitate iuxtà Pragmaticas Neapolitanas multa notat Thoro *compend. decis. Neap. verb. Ciuitas, & Ciuis*, & alia generaliter Com. August. Fontan. *in Bibliothec. legal. p.* 4. *eodem verb. fol.* 235. &c.

18 Ciuitas potest esse etiam sine Episcopo, quia ad constituendam Ciuitatem non est necessarius Episcopus, vt ex Bart. & alijs probat Card. Tusch. *litt. C. concl.* 280. *num.* 15. & latè Hieron. August. *inter consil.* Bart. Gatt. *cons.* 28. *n.* 101. & *seqq.* vbi in terminis statutorum Sacræ, & Illustrissimæ Religionis D. Stephani, probat Corrigium in Lombardia, licèt sine Episcopo esse Ciuitatem, vt nati in ea dicantur de Ciuitate, ad effectum sumendi habitum, prout de natis in Ciuitate, ac ita fuisse iudicatum ab Illustrissimo Consilio eiusdem Religionis.

§. CLAVSVLA. XVII.

1 Clausula codicillaris qualiter sit concipienda, Bart. *in l.* 1. *ff. de iur. codicill.* Pract. Papp. *libel. pro leg. rei sing. in princ. cum Addit.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 596. *per tot.* vbi plura de eius effectibus, Marta *de claus. p.* 3. *claus.* 11. *per tot.*

Quòd debeat concipi per verba præsentis, & futuri temporis, Ias. *in l. plenè* §. *si duobus n.* 6. *ff. de leg.* 1. Pract. Papp. *loc. cit. glos. Nec valet, nec valebit*, & *glos. seqq. in Addit.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 32. *n.* 3. & *seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 536. *num.* 67. & *cap.* 774. *num.* 38. &c. Marta *de claus. part.* 3. *claus.* 11.

Quòd concepta per verba temporis præteriti imperfecti subiunctiui modi, trahatur ad futurum, & an dicatur continere conditionem mortis, vide Altograd. *cons.* 75. *n.* 8. 9. 56. & 57. *lib.* 2. Vrceol. *consult. forens. c.* 6. *n.* 21. & *seqq.* vbi quid importet, an sit concepta per verba præsentis temporis, vel futuri, & quomodo dignoscatur; nam si sit concepta per verba præsentis temporis sola legitima detrahitur, & non trebellianica, si verò per verba futuri temporis, tam legitima, quàm trebellianica detrahitur, quia primo casu grauamen censetur purum, secundo verò in diem, & conditionale, vt probat Vrceol. *loc. cit.*

Quòd concepta per verba futuri temporis non operetur vbi sunt præteriti filij ignoranter ab eo, qui tunc de illis non cogitauit, vel habere ignorauit, vide Altograd. *cons.* 78. *num.* 35. *lib.* 1.

Sed siue sit concepta per verba futuri, siue præsentis temporis sustineat testamentum, si aliud non obstet, Rota *p.* 14. *recent. decis.* 303. *n.* 19. & *n.* 20.

Clausula codicillaris subintelligitur in testamento inter liberos, quamuis non sit expressa, & maximè de iure canonico, & multa de illius virtute, Gratian. *discept. forens. cap.* 369. *per tot.* Rota *p.* 11. *recent. decis.* 79. *n.* 8. 2

An autem generaliter in alijs testamentis subintelligatur, vide Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 9. *per tot.* Addit. ad Magon. *decis. Luc.* 32. *litt. H.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 31. *per tot.* Vrceol. *consult. forens. cap.* 31. *num.* 19. & *seqq.* vbi relatis contrarijs opinionibus, illam denique amplectitur, quòd subintelligatur vti executiua, & accessoria ad confirmandum, & sustinendum testamentum, non autem ad ampliandum, neque ad aliquam dispositionem inducendam.

Sed contrarium vide *inf. n.* 19. *in fine*, ex Rota *part.* 12. *recent. decis.* 342. *n.* 14. & *seqq.*

Quòd minus operetur hæc clausula subintellecta, quàm expressa, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 32. *n.* 19.

Non subintelligi in testamento, in quo sit institutus extraneus, Altograd. *cons.* 96. *n.* 3. *lib.* 2.

Subintelligi in testamento ad pias causas, non tamen operari, si adsit defectus voluntatis testatoris, Rota *p.* 13. *recent. decis.* 16. *n.* 11. &c.

Clausula codicillaris, vel omni meliori modo, & similes appositæ in testamento solemni, & in scriptis condito, illud sustinet, quamuis testator nesciens scribere, non apposuerit signum crucis, vel loco illius non adhibuerit octauum testem, Gratian. *discept. forens. c.* 843. *n.* 31. & 32. 3

Quòd clausula, *omni meliori modo*, comprehendat quoscumque casus, quibus actus possit sustineri, etiam non expressos, si sit concepta cum dictione coniunctiua, & *omni meliori modo*, aliàs non operetur nisi circa casus expressos, Rota *p.* 2. *diuers. decis.* 108. *n.* 5. Sperel. *decis.* 144. *per tot.* Nec etiam operatur vbi adest imperfectio voluntatis, vel est posita in actu limitato, nec potest variare sensum disponentis, & contrarietatem inducere, Gratian. *discept. forens. c.* 764. *num.* 14.

Quòd operetur tantùm circa defectus solemnitatum, non autem circa defectus in substantia, idem Gratian. *cap.* 973. *num.* 58.

Et multa de virtute huiusmodi clausulæ, vide per Ger. Spin. *cons.* 70. *per tot.* Cyriac. *controu.* 205. *n.* 118. & *seqq.* Sperel. *decis.* 73. *n.* 61. vbi quòd apposita in legato facit illud valere iure, & titulo institutionis *infr. n.* 15.

Quòd clausula codicillaris operetur multa, & quando secus, latissimè Card. Tusch. *litt. C. concl.* 292. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 9. 18. & *seqq. decis.* 32. &c. *vol.* 4. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 596. *per tot.* Fusar. *de substit. q.* 569. *per tot.* & alibi sæpè, vt in *repert. verb. Clausula*, Marta *de claus. part.* 3. *claus.* 11. *per tot. infr. n.* 17.

Clausula codicillaris concepta per verba futuri temporis non operatur vbi testamentum est nullum ratione præteritionis secundùm *glos. in Auth. ex causa C. de lib. prætor.* & alios plures citatos per Altograd. *cons.* 80. *n.* 1. & 16. *lib.* 1. 4

Contrarium tamen verius, & receptius est quando res reducitur ad causam intestati, ita vt venientes ab intestato censeantur rogati restituere hæredibus scriptis in testamento, secus autem si res non reducatur ad causam intestati, vt

quia prius conditum fuerit vnum testamentum validum, & solemne, & postea condatur aliud nullum, & inualidum ex causa præteritionis, in quo sit apposita clausula codicillaris, quia isto casu quicquid tenuerint aliqui, nihil operatur, cùm istud vltimum testamentum nullum non reuocet primum validum, nec virtute huius clausulæ censeantur rogati venientes ab intestato, vel instituti in primo, de restituendo hæredibus scriptis in secundo, ad tradita per Altograd. cons. 80. num. 2. &c. lib. 1. Card. Tusch. litt. C. concl. 492. num. 168. Barbos. de Claus. claus. 21. num. 51. Marcian. disput. for. cap. 66. num. 3. & seqq. vide Gabriel. comm. concl. lib. 6. tit. de Claus. concl. 7. & 8. per tot. Fusar. de substit. quæst. 569. per tot. latè Rota part. 14. recentiorum decis. 303. per tot. vbi quòd vigore dictæ clausulæ sustinetur testamentum, quando præteritio fuit scienter facta, & alia plura notabilia.

Sex casus in quibus clausula codicillaris non operatur, vide per Bardellon. cons. 139. n. 13. & seqq. lib. 2. facit Sperel. decis. 146. num. 59. & seqq. & infra per discursum.

An operetur in testamento fratris, instituta turpi persona, & fratre præterito, Ludouis. decis. 271. n. 20. dixi in §. Frater n. 2. vide Fusar. de substitut. q. 570. per tot. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. q. 13. n. 14. & lib. 5. tit. 3. quæst. 4. Marta vot. Pis. 211. num. 12.

5 Clausula codicillaris operatur, vt succedentes ab intestato, teneantur detracta trebellianica restituere hæredi scripto id, in quo fuerat directè institutus, Pract. Papp. libel. pro leg. rei sing. glos. valere num. 16. &c. Gratian. discept. forens. cap. 448. num. 9. cap. 583. num. 29. cap. 48. num. 4. c. 398. per tot. & cap. 902. per tot. Rota in Ariminen. Iurispatronatus 27. Iunij 1636. coram Pirouano in Nouiss. part. 7. decis. 169. num. 2. &c. eadem part. 7. in eadem causa decis. 205. numer. 4. Vrceol. consult. forens. cap. 6. numer. 19. & seqq. Sperel. decis. 146. numer. 59. &c. vide in §. Hæreditas numer.... & §. Testamentum num. 27. Mart. de claus. part. 3. claus. 11. & de success. legal. part. 1. quæst. 26. art. 4. vbi quando filius præteritus, qui propter clausulam codicillarem censetur rogatus restituere hæreditatem possit detrahere non solum legitimam, sed etiam trebellianicam, quod pendet ab inspectione an dicatur purè, vel sub conditione grauatus, vt alibi dixi, & vide Merlin. de legit. lib. 1. tit. 3. qu. 1. n. 21. & seqq. Rota p. 14. recent. dec. 303. n. 20. vbi quod trebellianica non potest detrahi.

6 Clausula codicillaris confirmat substitutionem pupillarem, ad hoc, vt succedentes ab intestato ipsi pupillo, teneantur illius hæreditatem substituto restituere, Pract. Papp. loc. cit. n. 16. dixi in §. Substitutio num....

Intellige omnia de clausula codicillari nisi adsit defectus voluntatis testatoris, quia tunc nihil operatur, Rota par. 13. recent. decis. 16. n. 11. & seqq. inf. n. 9.

7 Clausula codicillaris sustinet testamentum nullum ex causa præteritionis in vim fideicommissi, Addit. ad Pract. Papp. libel. hæred. ex testam. glos. Ac etiam realiter, Gratian. discept. forens. cap. 48. num. 2. cap. 398. per tot. & cap. 448. n. 9. & seqq. Rota in supra allegata decis. num. 3. & part. 9. recent. decis. 391. num. 20. & seqq. Fusar. de substitut. quæst. 569. vbi latè hincinde Sperel. decis. 32. num. 14. Menoch. lib. 4. præsumpt. 32. num. 2. &c. Gabriel. com. conclus. lib. 6. tit. de claus. conclus. 7. & 8. per tot. Diaz reg. 90. Vrceol. consult. forens. cap. 6. numer. 19. & seqq. Peregrin. decis. 104. numer. 1. &c. vbi etiam numer. 11. quòd tunc filius per dictam clausulam censetur purè grauatus, & ideò legitimam tantùm, vel Trebellianicam tantùm, & sic vnicam portionem detrahit, Rota part. 14. recent. decis. 303. per tot. Rota part. 16. recent. decis. 44. vbi quòd sustinetur testamentum matris, etiam si non fuerit certiorata de virtute clausulæ codicillaris, quando apparet fuisse de matris voluntate appositam, non attento an per verba de præsenti, vel de futuro, ac legitima tantùm detrahitur, non autem Trebellianica, vide in §. Præteritio.

An autem possit repudiare successionem ab intestato, & capere ex fideicommisso, vide Peregrin. dict. decis. 104. num. 12.

De huiusmodi clausola, *non aliter, nec alias, nec alio modo*, latè Barb. *de Claus. claus.* 81. *per tot.* Tusch. *litt. C. concl.* 311. Ricc. *Collect.* 526. *&* 879. Rot. *par.* 9. *rec. d. dec.* 11. *& par.* 11. *dec.* 313. *n.* 1. vbi quòd consensum ab actu remouet, *& par.* 14. *dec.* 50. *n.* 7. *& n.* 9.

Quòd sit limitatiua voluntatis, inducat formam, & faciat contractum indiuiduum, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 587. *num.* 10. *cap.* 748. *num.* 12. *& cap.* 949. *n.* 11. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 49. *num.* 1. *& per tot.* Marta *vot. Pis.* 196. vbi qualiter excuset emphyteutam à caducitate, si alienauerit, & tradiderit, saluo assensu domini directi, & non aliàs, aliter, nec alio modo, dixi *in §. Emphyteusis num.* 46.

Quòd sit præcisæ significationis, & omnes alias, præterquam verba sonent, interpretationes excludat, Altograd. *conf.* 9. *n.* 42. *&* 48. *lib.* 1.

Quòd remoueat consensum ab actu perinde ac si non esset actus gestus, Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 169. *nu.* 17. *& decis.* 263. *num.* 12. Marta *de Claus. claus.* 17. *n.* 9. *&c.* Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 146. *num.* 9. *&* 10. vbi quòd etiam inducit formam, latè Carol. Tap. *decis.* 3. vbi plura hinc inde.

60 Clausula, *pro quorum omnium obseruatione, vel pro quibus omnibus, & singulis*, posita in instrumento, habet vim specialis expressionis, virtutem diuisiuam, tamquam si essent omnia specialiter, & diuisim promissa, & referetur ad omnia etiam enunciatiuè, & incidenter prolata, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 627. *num.* 29. *& cap.* 739. *num.* 31. vide *in §. Iuramentum num.* ... *& §. Verba num.* ..

61 Clausula, *singula singulis referendo*, posita in statuto exclusiuo fœminarum quid, & quantum operetur, latè Grat. *discept. forens. cap.* 651. *num.* 16. *&c. ad* 27. Tusch. *litt. C. concl.* 324.

62 Clausula, *ac etiam*, implicat, ac repetit qualitates præcedentes, aliquando tamen stat etiam ampliatiuè, & augmentatiuè, ac includit diuersas species ab expressis, vide Grat. *discept. forens. c.* 659. *n.* 20. *&c.*

63 Clausula, *ponens &c.* quid significet, & operetur, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 682. *num.* 9. & dixi *in §. Cessio num.* 38. Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. *& seqq.*

64 Clausula, *in solidum*, quid importet, latè Gratian. *discept. forens. c.* 682. *n.* 3. *&c.* & dixi *in §. fideiussor num.* ... *& §. obligatio n.* 11.

Quòd numquam subintelligatur vbi non est expressa, nec etiam veniat sub obligatione Camerali, vel iurata, Gratian. *loc. citat.* quem alijs citatis sequitur Leoncil. *decis. Ferr.* 82. *numer.* 11. *&c.*

65 Clausula, *rato manente pacto*, quid operetur, vide Grat. *discept.* 770. *num.* 14. *&* 15. & pulchrè Barbos. *de Claus. claus.* 128. *per tot.* Tusch. *litt. C. concl.* 300. Ricc. *Collect.* 973.

66 Clausula, *ordine successiuo*, & similes, quid significent, latè Gratian. *discept.* 836. *per tot.* & dixi *in §. Representatio num.* ... *Salua gradus prærogatiua*, quid importet, Tusch. *litt. C. concl.* 335. *inf. n.* 70.

67 Clausula *renunciantes*, *&c.* extenditur iuxta Formularium Florentinum, vt contineat renunciationem omni legum fauori, & auxilio, & sic etiam excussionis, Magon. *decis. Flor.* 38. *num.* 18. vide *in §. Dictio num.* ... *& §. Renunciatio num.* ... *supra num.* 46. Tusch. *litt. C. concl.* 307.

An contineat renunciationem insinuationis, multi affirmant, sed cùm requiratur de illa fieri expressam mentionem, videtur negare, Magon. *decis. Flor.* 64. *n.* 25. vide *in §. Insinuatio n.* ... *& supra n.* 42.

68 Clausula, *non solum &c. sed &c.* respicit augmentum, & ampliat dispositionem indistinctè, & sine aliqua exceptione, Magon. *dec. Flor.* 57. *n.* 6. 14. *&* 32.

69 Clausula, *à patti vecchi, e modi vsati*, apposita in venditione gabellæ, vel alterius iuris, intelligitur de licitis, & honestis, vt dixi *in §. Gabella num.* 23. Corn. *conf.* 184. *vol.* 3. Cost. *de claus. comment. claus.* 99. *n.* 1. Mart. *de Claus. claus.* 38. *n.* 1. Rot. *par.* 12. *rec. in Append. dec.* 414. *n.* 66. *& seqq.*

70 Clausula, *salua gradus prærogatiua, vel prioritate*, in statuto posita, an, & quando faciat esse locum computationi graduum secundum ius ciuile, vel an possit verificari etiam in computatione secundùm ius canonicum, latè Altograd. *conf.* 47. *num.* 61. *& seqq. lib.* 2. Ricc. *Collect.* 1197.

Quòd faciat cessare representationem, dixi *in §. Representatio n.* ...

72 Clausula, *simul, & coniunctim*, affirmatiuè concepta, an æquipolleat clausulæ negatiuæ, ita quod vnus sine alio nihil facere possit, Altograd. *conf.* 100. *n.* 9. *& seqq. lib.* 2. & vide *in §. Tutor n.* ..

De clausula, *coniunctim, vel diuisim*, Tusch. *litt. C. concl.* 322.

72 Clausula, *casu quo*, facit actum conditionalem, & in institutionibus, fideicommissis, vel legatis expressam importat conditionem, Barbos. *de Claus. claus.* 15. *per tot.*

73 Clausula, *toties quoties &c.* licet videatur infinitatem denotare, vt plurimum tamen in binis actibus verificatur, vt videmus in compromissis, in pacto retrouendendi, & obligatione de præsentando, Barbos. *de Claus. claus.* 160. *per tot.* vide *in §. Fideiussor. n.* ... *& §. Verba n.* ... Tusch. *litt. C. concl.* 553.

74 Clausola, *hac tamen lege, & conditione*, non importat conditionem, sed modum, *l. Meuia ff. de manumiss. test.* Natt. *conf.* 373. *n.* 26. Crauett. *conf.* 59. *n.* 1. cum alijs per Barbos. *claus.* 64.

Modus tamen, & conditio in exitu sunt similes, & quid inter se differant, Altograd. *conf.* 26. *num.* 20. *lib.* 1. *& conf.* 101. *n.* 20. *lib.* 2. Bardellon. *conf.* 199. *n.* 4. Genu. *de verb. enunciat. lib.* 3. *q.* 6. *n.* 8. *& seqq. ad* 35. *fol. mihi* 68. *&c.* dixi *in resol. c.* 72. *n.* 3. *&c.* vide *in §. Conditio n.* ... *& §. Modus num.* ..

75 Clausula, *ex nunc prout ex tunc*, Fontanell. *de pact. nup. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 4. *fol.* 71. vbi etiam quod non operatur post decennium numerandum à die, quo constitutarius potuit apprehendere possessionem, & neglexit, de quo Fabr. *in C. lib.* 7. *de acquir. possess. definit.* 10. 27. *&* 35. Thesaur. *decis.* 105. *num.* 8. vide *in §. Constitutum num.* 23. *&* 27. denotat inchoationem temporis, si tamen sit adiecta actui conditionali sumit robur tantum à die purificatæ conditionis, nec retrotractio fieri potest in præiudicium alterius, cui medio tempore esset ius quæsitum, vel vbi res deuenit ad casum, à quo incipere non posset, cum requirantur extrema habilia, Cost. *de retract. cap.* 27. cum alijs per Rot. *in Valentina Coadiutoriæ* 12. *Ianuarij* 1637. coram Coccino *num.* 22. *& seqq.* penes Zacch. *Quæst. medic. legal. tom.* 2. *decis.* 75. vide in §. *Dictio num.* 13. latè Merlin. *decis.* 568. *num.* 27. *& seqq.* vbi benè distinguit quando inducat retrotractionem, vel non etiam in præiudicium tertij, Ricc. *Collect.* 71. *&* 753. Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 330. *num* 28. *&c.*

&c. deciſ. 371. *n.* 45. *&c. & par.* 12. *dec.* 137. *n.* 12. *& ſeqq. par.* 13. *dec.* 291. *per tot. & dec.* 283. *n.* 8. vbi quòd operatur vt adueniente conditione fiat retrotractio ad tempus celebrati contractus, & latè Sanfelic. *dec.* 192. *n.* 11. cum allegationibus ſequentibus.

76 Clauſula, *actum &c.* in fine inſtrumenti, vel ſcripturæ appoſita indicat illius perfectionem, & publicationem, ita vt etiam mortuo Notario, poſſit in publicam formam leuari, illa verò deficiente, actus habetur pro imperfecto, Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 2. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 325. *& ſeqq. fol.* 410. & vide *in* §. *Inſtrumentum n.* .. Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 284. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi quòd ſecus eſt ſi fuerit appoſita in principio, vel medio.

De diuerſis clauſulis contractuum, & illarum importantia, Tuſch. *litt. C. concl.* 294.

77 Clauſula, *in omnibus, & per omnia*, habet vim ſpecialis intentionis, ac ſi de verbo ad verbum eſſet expreſſum id, ad quod refertur, vt latè explicat Tuſch. *litt. C. concl.* 354.

78 Clauſula, *ſi ſeaſeris te grauatum &c.* facit præceptum reſolui in ſimplicem citationem comparente ipſo citato, & quomodo, ac alia de huiuſmodi clauſula, Tuſch. *litt. C. concl.* 360. *per tot.* vbi etiam refert contrarium tenentes quando præceptum eſt iuſtum, quia tunc debet ſaltem confirmari, vide Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 46. *& ſeqq.* Leoncil. *deciſ. Ferr.* 46. *num.* 1. *&c.* Coccin. *deciſ.* 373. *num.* 9. *& deciſ.* 492. *num.* 8. Marta *vot. Piſ.* 78. vbi quòd excommunicans cum dicta clauſula, etiam in cauſa propria nemini facit iniuriam, nec aliquam pœnam incurrit.

79 Clauſula, *gratis vbique*, quid operetur in litteta Diſpenſationum Sacræ Pœnitentiariæ, Dian. *reſol. moral. par.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 111. *per tot.*

80 Clauſula, *quam, & quas*, in commiſſione appellationis poſita quid operetur, Mart. *de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 120. Ridolphin. *in prax. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 370. *& ſeqq.* vbi plures deciſiones allegat Merlin. *dec.* 374. *per tot.* Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 20. *per tot.* Rot. *par.* 13. *recent. dec.* 125. *num.* 10. vbi etiam de clauſula, *cum omnibus &c.* qualiter extendat iuriſdictionem ad totam cauſam, & negotium principale, *& part.* 14. *deciſ.* 406. vbi quòd clauſula, *quam, & quas*, comprehendit cauſas motas, & mouendas circa idem negotium.

81 Clauſulæ, *conſtituens &c. ponens &c. dans &c.* qualiter extendantur, & quid ſignificent, vel importent, latè Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 5. *per tot.* vbi ponit octo notabiles effectus conſtituti poſſeſſorij, & alios 36. non minus notabiles caſus, in quibus conſtitutum nihil operatur, & alia de hac materia, de qua plenè etiam Tiraquel. *in tract. de iur. conſtit. poſſ. per tot.* & ego dixi in §. *Conſtitutum per tot.* Gizzarel. *deciſ.* 1. *nu.* 10. *&c.*

82 Clauſula, *vt aſſeritur*, item clauſula, *vocatis vocandis*, vel *ſeruatis ſeruandis*, & huiuſmodi ſolitæ poni in litteris Apoſtolicis quid operentur, Ridolphin. *in prax. par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 64. *& ſeqq.*

De clauſula, *amoto illicito detentore*, Ridolphin. *loc. cit. n.* 94. *& ſeqq.* Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 267.

De clauſula, *vocatis vocandis*, & alijs pluribus; Ricc. *Collect.* 3946. & alibi prout in eius *Repert. verb. Clauſula.*

Quòd clauſula, *vt aſſeritur*, nihil affirmet, dum aliunde non probatur enunciatum, & ſtatum beneficij ſemper præſeruet, Rot. *par.* 14. *recent. deciſ.* 423. *n.* 18.

83 Clauſula, *quia voluit bona ſua omnia in perpetuum deuenire ad ſuos deſcendentes &c.* in fideicommiſſo adiecta an, & quando importet ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum ad fauorem familiæ, vel potius ſtet dependenter, & conſequutiuè ad præcedentem, vel ſubſequentem ſubſtitutionem, ita vt illam non amplict, ſed ab ea reſtringatur, benè Peregrin. *conſ.* 57. *lib.* 5. *& deciſ.* 134. *per tot.* cum tribus deciſionibus Rotæ Romanæ ibidem inſertis, & dixi alios allegando in §. *Fideicommiſſum n.* 12. vide in §. *Verba n.* 28.

84 Clauſula, *& quod plus valet, donat*, an faciat ceſſare remedium, *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* Gizzarel. *deciſ.* 63. *nu.* 6. *& ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 144. *per tot.* Barboſ. *clauſ.* 56. dixi in §. *Venditio n.* 24.

85 Clauſula, *rebus ſic ſtantibus*, ſemper intelligitur in contractibus, *l. quod ſenſu cum ibi not. de condit. ob cauſ. dat.* Rot. per Farinac. *deciſ.* 686. *num.* 4. *& deciſ.* 606. *num.* 3. *&c.* vbi quòd procedit etiam in promiſſione iurata, intelligitur tamen reſpectu cauſæ finalis, & non habet locum in contractibus vltrò citroque obligatorijs.

An autem, & quando dicta clauſula ſit apponenda, vel ſubintelligatur in ſententijs criminalibus, quid operetur, & ſeruetur de conſuetudine, Menoch. *lib.* 1. *quæſt.* 93. Guazz. *def.* 30. *cap.* 40. *&* 44. vide in §. *Abſolutio nu.* 30. *&* §. *Tortura n.* 18.

Clauſula Cameralis, ideſt obligationis in forma Cameræ continet, & probat conſtitutionem expreſſæ hypothecæ, ac attenditur etiam ad bona hæredum, continet etiam ſtipulationem pro omnibus intereſſe habentibus, & alia ad tradita per Merlin. cum pluribus ab eo citatis *tract. de pign. lib.* 2. *tit.* 3. *quæſt.* 89. *per tot.* Rot. poſt illum *deciſ.* 27. 33. 42. 50. 52. *&c.* 86

De hac clauſula vide latè in §. *Obligatio num.* 24. *& ſeqq.*

Quòd eius vigore competat via executiua contra obligatum, illiuſque bona, & hæredes, ac illorum bona, ſi beneficio inuentarij deſtituti ſint, Galeſ *de oblig. Camer. quæſt.* 4. *num.* 8. Rot. *par.* 13. *rec. deciſ.* 509. *num.* 5.

Clauſula, *ad faciendam vtilia, & opportuna*, etiam cum promiſſione de habendo ratum, & gratum quicquid legitimè factum fuerit, in mandatis, eſt captioſa, & non admittenda, ex traditis per Rom. *conſ.* 60. Tuſch. *litt. M. concl.* 68. Vant. *de nullit. ex defect. inhabilit. ſeu mand. n.* 112. *&c.* dixi *in* §. *Mandatum n.* 10. 87

Alia plurima de diuerſis clauſulis contractuum, teſtamentorum, reſcriptorum, iudiciorum, & huiuſmodi tradunt latè Bertachin. *in ſuo Repert. verb. Clauſula*, Card. Tuſch. *eod. verb.* Vital. Camban. Celſ. Vgon. Marta, Bertazol. Barb. & alij qui de clauſulis multa ſcripſerunt, & plura notaui in §. *Dictiones per tot.* 88

Clauſula, *quatenus de iure*, ita conceſſionem reſtringit, vt ſi de iure non ſit, nihil cenſeatur conceſſum, & ac ſi non emanaſſet conceſſio, Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 471. *num.* 1. vbi in terminis reſcripti vide in §. *Dictio n.* 71. 89

Clauſula, *vt Banchus*, habet vim depoſiti, & paratam executionem, Rot. *par.* 14. *rec. deciſ.* 356. *n.* 4. *& ſeqq.* vbi idem quando quis promiſit ſoluere abſque vlla exceptione, vel defenſione, & dixi in §. *Executio n.* 30. De clauſula, *conſcientiæ tuæ*, latè Rot. poſt Vrceol. *dec.* 52. *n.* 6. *& ſeqq. per tot.* 90

De diuerſis clauſulis, eorum effectibus, & importantia deciſiuè agit Thoro *compend. deciſ. Neap. par.* 1. 2. *&* 3. *in verb. Clauſula, & remiſſiue* Caſteion. *in alphabet. iurid. verb. Clauſula*, & Cons. Auguſt. Fontan. *eod. verb. Bibliothec. legal. par.* 4. *fol.* 241. *&c.* Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in multis locis*, vt in Indice generali *verb. Clauſula in fine par.* 3. 91

§. CLERICVS XVIII.

Clerici ordinandi qualiter debeant eſſe ſubiecti Epiſcopo ordinanti, quot modis dicantur tales, debent prius eſſe baptizati, & criſmati, non neophiti, ætatis legitimæ, & quæ ſufficiat in vnoquoque ordine ſuſcipiendo, litterati, præuio examine, & ſcrutinio, habere titulum vel beneficij, vel penſionis, vel patrimonij, vel profeſſionis in Religione approbata, ne cum dedecore mendicare cogantur, non Eccleſiaſtica cenſura irretiti, non irregulares ſiue ex defectu, ſiue ex delicto, non extra tempora, ſeruatis debitis temporum interſtitijs, quæ omnia ſingillatim, & alia plura circa ordinum collationes ab Epiſcopis ſeruanda, latè explicat Pac. Iordan. *lucub. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *de Sacram. Ordin. per tot. fol.* 189. *& ſeqq. ad* 280. vide *in* §. *Epiſcopus.* 1

Quòd Clerici alij ſint ſæculares, alij regulares, & qui præferantur, Tuſch. *litt. C. concl.* 377.

Quòd vt quis Clericus creari poſſit, requiratur ætas, habilitas, & forma, quoad ætatem debeat ſaltem habere ſeptem annos completos ad primam tonſuram ſuſcipiendam, niſi diſpenſetur à Papa, qui poteſt in ſexto anno completo diſpenſare etiam ad beneficia ſimplicia obtinenda, & in ſeptimo ad quæcumque, Rebuff. *in prax. benef.*

part.

part. 1. *tit. de Cler. num.* 5. *& seqq.* vbi etiam de habilitate tam ex parte dantis, quàm recipientis, & de forma.

De ætate, vide *in* §. *Ætas num.* 9. *&* §. *Beneficium num.* 14.

Cuius prudentiæ, & experientiæ, ac ætatis in quolibet ordine suscipiendo debeat esse Clericus tam inspecto iure Canonico, quàm Concilio Tridentino, singillatim declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 426. *&* 427. *per tot.*

2 Clerici an debeant esse sacris ordinibus initiati ad obtinendum Canonicatum in Ecclesia collegiata, vel in Cathedrali, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 482. *per tot.*

Cuius eruditionis, & litteraturæ esse debeant, qui Ecclesijs præficiuntur iuxta personarum, & dignitatum qualitates, late Menoch. *de arbitr. cas.* 425. *per tot.*

3 Clerici propter quas deformitates, & vitia corporis, impediantur ad Sacros ordines promoueri, quid olim in hoc fuerit seruatum, & quando hodie possit Episcopus pro suo arbitrio dispensare circa huiusmodi corporis vitia, & deformitates, & alia curiosa ad hoc propositum, vide per Menoch. *de arbitr. cas.* 226. *per tot.*

Qnaliter Clerici in conflictu dimicantes efficiantur irregulares, siue bellum sit instum, siue iniustum, Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 459. & dixi *in* §. *Irregularitas n.* 5.

4 Clerici, qui reperiuntur promoti sine titulo possunt agere coram Episcopo, vt illis prouideat de beneficio iuxta dispositionem Concilij Tridentini, de quo Gratian. *discept. forens. cap.* 57. *num.* 29. *& cap.* 159. *num.* 30. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 169. *num.* 14. vbi quòd debentur eis alimenta ab Episcopo iudicis arbitrio iuxta qualitatem, & redditus Ecclesiæ, vide Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 363. *& seqq. fol.* 220. vbi benè declarat, *& vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 37. *num.* 40. *fol.* 457. vide latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.*..... *& tit.* 7. *quæst.* 37. Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 302. *num.* 20. *&* 21.

Quòd Episcopns non debeat aliquem ad ordines promouere, nisi habeat vnde viuere possit, & si ordines sacros contulerit panperi, teneatur illi prouidere, *cap. cum secundum de Prebend. cap. si Episcopus eod. tit.* & in hac materia dicitur pauper, qui commodè viuere non potest; qualiter etiam possint impetrari litteræ à Papa directæ ordinatori, vt illi prouideat pro qualitate personæ, si sit laudabilis vitæ, & honestæ conuersationis, & aliud impedimentum canonicum illi non obstet, vide Rebuff. *in Prax. benef. part.* 1. *tit. de rescript. in for. com. & in for. pauper. per tot.* & dixi *in* §. *Episcopus num.*... *inf. n.* 11.

5 Clerici possunt exercere munus aduocationis etiam coram iudicibus sæcularibus, quando sunt pauperes, & in Curia Romana ex tolerantia admittuntur indifferenter, imò persona graduata, & Doctor quamuis sit pauper, & patrimonium non habeat, potest legitimè ordinari non obstante Concilio Tridentino *sess.* 21. *cap.* 22. *de reform.* vt probat Gratian. *discept. forens. cap.* 57. *n.* 22. *& seqq.* An, & quando possint aduocare Grass. *de effect. Cler. effect.* 11. Squillant. *de oblig. Cler. part.* 2. *dub.* 21. Dian. *par.* 10. *tract.* 1. *resolut.* 69. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2640. *&* 3035. Sanfelic. *decis.* 12. vbi quòd est necessaria licentia summi Pontificis, & etiam Regis in Regno Neapolitano, quæ an videatur concessa per regium *exequatur* sine speciali derogatione Regiæ Pragmaticæ contrariæ, Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 158. vbi quòd possunt procurare in causis proprijs, & coniunctorum.

Quòd etiam possint ordinari ad titulum paupertatis, & Religionis, si in Religione approbata professionem emittant Sperel. *dec.* 80. *n.* 2. *&c.*

Contrarium tamen quoad titulum litteraturæ, vt nemo possit ordinari, nisi ex priuilegio Papæ, vide per Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 320. *fol.* 216. Dian. *par.* 5. *tract.* 10. *resol.* 50. *vers. an verò.*

Quando autem, & in quibus casibus possint procurare, & aduocare, idem Pac. Iordan. *vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 2. *n.* 59. *& seqq. fol.* 118.

An autem possint medicinam exercere sine dispensatione Ciarlin. *contr.* 20. *n.* 76. *&* 77. Dian. *par.* 6. *tract.* 7. *resol.* 50. vbi quòd sic dum sint in minoribus, secus verò si sint in sacris, vel beneficiati, & alia, *& par.* 10. *tract.* 11. *resol.* 49. vbi an Sacerdos exercendo medicinam peccet mortaliter, refert contrarias opiniones, & affirmatiuam sequitur, nisi faciat ex causa pietatis, vel cum dispensatione Papæ.

An exercendo chirurgiam incidant in irregularitatem, Dian. *part.* 4. *tract.* 2. *resol.* 23. *& part.* 11. *tract.* 7. *resol.* 9.

An possint exercere officium Notarij dixi *in* §. *Notarius n.* 20. *in fine*, Ricc. *Collect.* 1613. Ciarlin. *contr.* 63. *n.* 15 *&* 16. Mastril. *dec.* 159.

6 Clerici siue sæculares, siue Regulares, non possunt exercere mercaturam, nisi necessitate victus rem aliquam emerent, vt in ea operarentur mutando formam, & postea vendant, quo casu dicuntur quærere ex artificio, & non mercaturam exercere; An autem quæsita ex mercatura sint eroganda pauperibus, vel vti spolia pertineant ad Cameram Apostolicam, Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.* 1. *de reform.* Felic *de societ. cap.* 8. *n.* 11. *& per tot.* latè D. Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.* 6. *per tot.* Tusch. *litt. C. concl.* 381. latè Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *n.* 2132. *& seqq. ad* 2154. Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 479. *n.* 21. vbi quòd Sacerdotes non possunt girare pecunias sub cambijs, *& par.* 14. *dec.* 173. *n.* 6. *&c.* vbi etiam an per interpositam personam, Rot. *par.* 15. *rec. dec.* 209. *n.* 18. *& seqq.* vbi de cambijs Valasc. *alleg.* 26. 27. *&* 28. vbi an possint exercere officium Tabellionis, Aduocati, vel Procuratoris.

Intellige de Clericis beneficiatis, & in sacris ordinibus constitutis, nam simplices Clerici, possunt sine peccato omnia exercere, prout laici, Felic. *loc. cit.* facit Gratian. *discept. forens. cap.* 57. *n.* 22. *&c.* vide Sperel. *decis.* 35. *n.* 45. *& dec.* 94. *per tot.* Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 72. *&* 73. vbi quòd in sacris constituti, vel beneficiati non possunt negotiari per se ipsos sine peccato mortali, sed benè mediante aliorum ministerio, maximè si negotiatio non sit turpis, nec continua, & sit sine scandalo.

An beneficiatus, vel Nouitius sacris ordinibus nondum initiatus possit negotiari sine peccato, Dian. *par.* 7. *tract.* 10. *resol.* 20. *&* 21. vbi refert diuersas opiniones.

Quando Clerici dicantur negotiatores, vel non, Dian. *par.* 8. *tract.* 7. *resol.* 62. *inf. n.* 46.

An negotiando per alium peccent mortaliter, Dian. *par.* 9. *tr.* 7. *resol.* 69. vbi refert contrarias opiniones, & residet in negatiua, aliàs vt supra per eum firmata. Plura notabilia de hac materia idem Dian. *par.* 11. *tract.* 3. *resol.* 10. *per tot.* Ricc. *Collect.* 4196. Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 130.

Qualiter Clerici exercendo artes sordidas, sæculares, & illis interdictas, amittant priuilegium fori, vide Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 86. *& seqq. fol.* 80. *inf. n.* 77. Fontanell. *dec.* 518. *per tot.* Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccl. verb. Negotiatio fol.* 246.

Et quòd Clerici proxenetæ, vel mediatores contractuum illicitorum, siue tabernam, vel macellariam, siue alia officia vilia, & mecanica exercentes, puniri debeant illorum iudicis arbitrio, nisi per alium, & aliena manu exerceant, Menoch. *de arbitr. cas.* 411. *&* 412.

Et de Clerico vsurario, qua pœna sit puniendus, latè Sperel. *decis.* 116. *per tot.* Leotard. *de vsur. q.* 109. *n.* 30. *&c.*

Plura de habitu, vita, & honestate Clericorum, Ricc. *Collect.* 2427.

7 Clericis prohibita est venatio licet alijs non tantum sit permissa, sed laude digna cùm sit clamoris plena, & præstet occasionem alendi canes, accipitres, & similia, quæ sunt omninò Clericis prohibita: Illis tamen esset permissa quandoque recreationis causa, & tempore congruo, & etiam in casibus prohibitis, non tenentur clerici capta restituere, sed illa sibi acquirunt. Piscatio autem est eis permissa exemplo Apostolorum, extra tamen magnas festiuitates, Menoch. *de Arbitr. cas.* 413. *per tot.* vbi quod idem est in Episcopis, quod triplex est venatio, & qua pœna sint puniendi isti venatores, quibus prohibita est venatio, Grat. *discept. forens. cap.* 139. *n.* 23. *& seqq.* latè D. Carol. de Grass. *de effec. Cler. effect.* 33. *per tot.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de vestit. lib.* 11. *cap.* 7. *num.* 10. Bonifac. *de furt.* §. 6. *num.* 13. *& seqq.* dixi *in Pract.* §. *Caccia num.* 13. *&* §. *Pescare num.* 21. Paul. Christio. *decis.* 84. *vol.* 5. vbi plura de venatione, Dian. *par.* 3. *tract.* 6. *resol.* 18. *&* 19.

& 19. & part. 9. tract. 9. resol. 39. & 40. per tot. vbi an quis venando vel piscando in locis alteri pecunia locatis, & ob id prohibitis teneatur ad restitutionem, refert contrarias opiniones, & videtur negatiuè concludere, etiam quoad Clericos, quos etiam rarò ex hac causa mortaliter peccare asserit, vide eum, & alios citatos per eumdem Dian. *par. 10. tract. 13. resol. 29. vers. Nota etiam &c.* vide *in §. Dominus n. 33. & §. Princeps n. 42.* Cæpol. *de seruit. rustic. præd. cap. 21. per tot.*

Quòd Clerici non possint per Curiam Sæcularem spoliari canibus, auibus, retibus, & similibus, prout nec armis secundùm opinionem, quàm validè tuetur Sperel. *decis. 124. n. 28. & seqq. cum alijs*, quos refert, & sequitur Conciol. *resol. crim. 2. & n. 3. & per tot.* vbi tamen adducit alios contrarium tenentes, à quibus non omninò dissentit stante consuetudine vetustissima id faciendi, Valasc. *allegat. 31. in fine*, vbi quòd possunt prædictis instrumentis tamquam Reipublicæ nociuis spoliari, & comprehenduntur sub legibus sæcularibus, venationem certis anni temporibus prohibentibus, tamquam fauore publico emanatis, licet puniendi sint per suos iudices Ecclesiasticos, vide infra *n. 65.*

8 Clerici non possunt suscipere, nec gerere tutelam maximè testamentariam, de quo vide latè D. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect. 16. per tot.* Gratian. *discept. forens. cap. 57. num. 32. & cap. 830. num. 15. & seqq.* Montan. *de tut. cap. 23. num. 37. & cap. 35. reg. 1. num. 190. & seqq.* Surd. *decis. 207. num. 7. & seqq. & n. 22. & 23.* Rot. *in Romana tutelæ Lunæ 18. Maij* 1609. coram Manzanedo penes Posth. *de manutent. decis. 118. num. 7. &c.* Rot. *par. 14. recent. decis. 176. n. 5. & 6.* Marta *vot. Pis. 239.* vbi quòd stante nullitate tutelæ præfertur mater, cui statim quæsitum fuit ius, nec ei præiudicat confirmatio tutelæ à Papa per Sacerdotem tutorem datum, in forma communi obtenta.

Clericos in sacris constitutos posse, si velint, suscipere tutelam legitimam, vel etiam testamentariam agnatorum, vel cognatorum suorum; testamentariam verò, vel datiuam extraneorum non posse gerere etiam si vellent, Constant. Cafar. *specul. Peregrinar. q. 19. per tot.* Rot. *part. 17. recent. decis. 377. n. 50. & seqq.* vbi quòd etiam Episcopus, sicut alius Clericus potest esse tutor etiam testamentarius in causa miserabilis pupilli, vel si dispensationem habuerit, quæ concessa pro tutela suffragatur etiam pro cura.

Tenentur tamen Clerici, sicut laici sub pœna ammissionis successionis, petere dari tutorem pupillis, quorum successionem sperant, Montan. *de tut. cap. 18. num. 20.*

Quòd sint exempti à tutelis, sed volentes possint suscipere tutelas legitimas, & miserabilium personarum, cùm sint opera pia, Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 11. tit. 3. num. 113. fol. 524.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit. 19. art. 4. num. 6. &c.* vbi etiam an requiratur consensus Episcopi, Fontanell. *decis. 190. & seqq. & vers. vltimo*, Rouit. *decis. 20. per tot.* Vela *Dissert. 40. 43. & seqq.*

Quòd possint esse executores testamentorum non solùm ad pias causas, sed etiam ad profanas, Dian. *par. 8. tract. 5. resol. 7.* Rot. *par. 10. recent. dec. 231. per tot.* vbi etiam si id esset prohibitum à statuto laicali, debent tamen ad reddendam rationem conueniri coram iudice Ecclesiastico, Dian. *d. tract. resol. 43. & 44.*

9 Clerici non possunt censum imponere super bonis sui beneficij, nisi ex iusta causa, & cum solemnitatibus requisitis in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, sicut etiam nec super patrimonio, ad cuius titulum fuerint ordinati, nisi seruata forma tradita per Concilium Tridentinum *sess. 21. cap. 2. de reform.* Quæ omnia sunt intelligenda respectu præiuditij ipsius Ecclesiæ, & successorum in ea, nam quoad præiuditium ipsius Clerici, eius vita durante valeret impositio etiam absque solemnitatibus, vide Cenc. *de Cens. q. 24. per tot.* & dixi *in §. Census n. ..*

10 Clerici non possunt aliquo modo alienare, vel permutare bona, ad quorum titulum fuerunt ordinati, sine licentia Episcopi sub pœna nullitatis, & alijs arbitrio iudicis secundùm aliquos, vide Gratian. *discept. forens. c. 159. per tot.* vbi refert ad plura notatu digna, *& c. 750. n. 28.* Conc. Trid. *sess. 21. c. 2.* Sperel. *dec. 184. n. 19. &c.*

Si tamen adsint creditores anteriores, & hypothecarij, possunt ipsi auocare bona donata Clericis pro titulo patrimonij, vel pro suscipiendis sacris ordinibus, vt benè probat Aloys. Ricc. *in Prax. var. resol. cap. 123. per tot.*

Quòd bona ad quorum titulum fuit ordinatus Clericus veniant sub hypotheca generali ad fauorem creditorum ipsius Clerici, etiam sine Episcopi licentia, non autem sub hypotheca speciali, per quam ius in re acquiritur, Rot. *part. 14. rec. dec. 439.* vbi tamen quòd in executione erit seruanda Clerico congrua portio arbitrio Episcopi taxanda iuxta personarum, locorum, & Constitutionum synodalium dispositionem, & qualitatem.

An dicta bona possint capi in causam iudicati, vide rationes hinc inde allatas per Paul. Christin. *dec. Belgic. 219. vol. 1.* dixi *in §. Patrimonium n. 1.*

Quòd non possint remittere, vel retrodonare patrimonium, nec Episcopo renunciationem facere, cùm hoc concernat fauorem totius Cleri, & honorem, ne mendicare cogantur in opprobrium Clericatus, non computetur in legitimam, nec sit cum fratribus conferendum, sit immune pro collectis, vel alijs oneribus, & non possit vendi, nec donari, vel aliter transferri, Rebuff. *in Prax. benef. par. 1. tit. de rescript. in for. com. & for. pauper. n. 24. & 25.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 1. lib. 3. tit. 6. n. 290. & seqq. ad 382. fol. 214.*

Quoad imputationem in legitimam, & collationem, vide in §. *Donatio n. 24. & §. Legitima n. ..*

An autem Clerici postquam aliunde acquisiuerint beneficium, vel alia bona sufficientia pro victu, possint sine dicta licentia alienare bona, ad quorum titulum fuerunt promoti, Dian. *part. 9. tr. 8. resol. 23. per tot.* vbi refert diuersas opiniones, & facit ibidem *resol. 25. vers. sed hic*, vbi an possint ordinari cum patrimonio ab alio donato sub conditione, vt cesset statim ac prouisi fuerint, & videtur affirmare.

Quòd Clerici non possint remittere, nec retrodonare patrimonium sibi ab aliquo constitutum, pro adipiscendo Sacerdotio, propter interesse Episcopi, & totius ordinis Clericalis, Gratian. *discept. forens. cap. 924. n. 6.* Thomat. *dec. 86. n. 9. &c.* Rot. *par. 14. rec. dec. 224. n. 13. &c.* Sperel. *dec. 184. n. 19. & seqq.* Dian. *part. 8. tract. 6. resol. 135.* vbi an saltem in foro conscientiæ teneantur retrodonare donatori, stante pacto de retrodonando, refert contrarias opiniones, & firmat non teneri nec in foro conscientiæ, nec in foro externo imò si retrodonauerint, posset in foro externo rescindi retrodonatio in pœnam donatoris, qui voluit Ecclesiam, & Episcopum decipere, & tantò magis ipsi donatori denegatur repetitio.

Quòd bona donata pro sacris ordinibus suscipiendis efficiantur propria donatarij, & eo defuncto ad illius hæredes transmittantur, nec ad donantem reuertantur licet videatur causa alimentorum cessare, nisi pater, vel alius donator pactum reuersiuum ad sui fauorem apposuisset, vel in causam alimentorum simpliciter donasset, Rot. *par. 13. recen. dec. 382. n. 13. & seqq. per tot. & par. 14. dec. 224. n. 12. &c.*

Non etiam possunt resignare beneficium, nisi habeant aliunde commodè viuere, vide in §. *Resignatio n. ..* & latè de omnibus prædictis Pac. Iordan. *d. tit. 6. n. 290. & seqq. ad 382. fol. 314.*

Quòd possint ordinari cum patrimonio consistente in censu redimibili, quicquid aliqui contrarium sentiant probat Dian. *part. 9. tract. 8. resol. 25.*

Clerici alienantes bona, ad quorum titulum fuerunt or- 11
dinati, incurrunt suspensionem postea celebrando, Medin. *in sum. §. 8. tit. de suspens.* Sed hoc non esse tutum, imò contrarium verius testatur Gratian. *discept. forens. c. 159. num. 16.* vbi tamen quòd absque dubio, pœna suspensionis intraret, quando sine titulo, dolosè, & cum fraude ordines recepissent, cum pacto expresso, vel tacito de restituendo rem, ad cuius titulum fuerunt ordinati post ordines susceptos, vide Ricc. *Collect. 4180.* & in Prax. *variar. resol. cap. 272.* Sperel. *decis. 184. num. 21. & seqq. & num. 29. & seqq.* Pac. Iordan. *loc. sup. cit. num. 363.* vbi quòd non incurrunt suspensionem, sed pœna extraordinaria sunt puniendi, & tunc forsan Episcopus potest illis denegare necessaria, cùm ipse non fuerit in culpa, sed deceptus, & hanc opinionem probat etiam Dian. *par. 2. tract. 16. resol. 5. & part. 3. tract. 4. resol. 184. & part. 5.*

tract. 10. *resol.* 50. vbi an recipiendo ordines cum patrimonio ficto incidant in suspensionem, & plores affirmantes refert, sed ipse cum alijs negatiuam opinionem probat, & ibidem *resol.* 57. idem concludit, si postea renonciet patrimonio, de quo idem Dian. *part.* 8. *tr.* 6. *resol.* 135. *per tot.* & dixi supra 10. Alia vide in §. *Donatio n.* 24.

Quòd Clerici carentes patrimonio, & beneficio, ne mendicare cogantur possint agere contra Episcopum ordinatorem, vt illis necessaria alimenta præstet donec fuerint prouisi, *c. Episcopus, & c. cum secundum de Præbend.* Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 302. *num.* 20. *&* 21. *supra num.* 4.

12 Clerici pro laicis fideiubere non possunt, maximè data fideiussionum frequentia, & receptione mercedis, cùm debeant ab externarum rerum molestijs, & negotijs se abstinere, nisi pro multum indigente fideiuberent, & in omnem casum promittere tantùm possunt de suo patrimonio, vel de redditibus ad illorum vsum destinatis, & non in præiudicium Ecclesiæ, ac intelligendo in iudicialibus, nam in conuentionalibus rectè fideiubent, Marsil. *in repet. Rub. ff. de fideiuss. n.* 309. Maur. *de fideiuss. part.* 4. *sect.* 8. *c.* 12. latè D. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 44. *per tot.* Dian. *par.* 11. *tr.* 4. *resol.* 31. *per tot.* Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 483. *per tot.*

13 Clerici pro Ecclesia, & illius vtilitate, ac pro alijs Clericis fideiubere possunt, quòd procedit etiam in Monachis, vt in §. *Monachos num.* 7. maximè si non opponatur, vel si faciant cum licentia superioris, vel Capituli, vel huiusmodi Clerici sint Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, vel similes administrationem rerum temporalium habentes, Maur. *de fideiuss. d. cap.* 12. *per tot.* cum alijs supracitatis, Molin. *de iust. disp.* 540. Card. de Lugo *de iust. tit.* 2. *disp.* 32. *sect.* 1. §. 2. *n.* 10. Dian. *par.* 11. *tr.* 4. *resol.* 31. *per tot.*

14 Clerici siue sæculares, siue Regulares non possunt regulariter in feudis proprijs, & rectis succedere, vt latè explicant cum ampliationibus, & limitationibus Duen. *reg.* 103. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 231. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 456. *num.* 44. *&c.* Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 48. D. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 4. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2725. Cacheran. *cons. feud.* 22. *n.* 67. *&c.*

Quòd in feudalibus possint coram iudice laico conueniri, Baiard. ad Clar. §. *feudum quæst.* 90. *num.* 8. Surd. *cons.* 396. *lib.* 3. & alij, quos refert, & sequitur præter morem Dian. *par.* 3. *tr.* 1. *resol.* 59. Paul. Christin. *dec.* 222. *& seqq. vol.* 5. vbi refert plures alios casus, in quibus Clerici non possunt declinare forum laicale, P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib.* 2. *c.* 61. *per tot.* vbi de iudice competente in causis feudalibus.

15 Clericus, cui beneficium confertur an teneatur restituere semina deiecta per suum antecessorem, & si postea ipse decedat recollectis iam fructibus, an teneatur relinquere semina ex illis pro nouo Rectore, dixi in §. *Sacerdos num...*

16 Clericus possidens rem censuatam potest secundùm aliquos conueniri coram iudice sæculari pro censu debito ex re, quam possidet, dummodo executio fiat contra bona, non contra personam, quorum tamen opinionem non esse veram, & contrarium vide per Gratian. *discept. forens. cap.* 141. *num.* 6. *&c.* Thomat. *decis.* 176. *num.* 21. *& seqq.* Dian. *par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 49. vbi etiam si præcesserit pactum, & clausula de non alienando, Paul. Christin. *decis.* 126. *num.* 25. *&c. vol.* 2. vbi quòd in actione reali Clericus sortitur forum coram iudice sæculari, & ita seruari in suis Prouincijs; sed non est recedendum ab aliorum communibus traditionibus.

Quòd ex vsu Germaniæ, & Galliæ in realibus conueniatur coram iudice laico, idem Christin. *dec.* 222. *n.* 5. *&c. vol.* 5.

Quòd possit conueniri coram laico iudice ad nudam chirographi recognitionem, & hoc casu sperni possit inhibitio iudicis Ecclesiastici, probat Boer. *decis.* 114. *n.* 8. Vrceol. *consult. forens. cap.* 44. *num.* 37. de quo tamen dubito.

Sed idem latè comprobat Paul. Christin. *dec.* 222. *n.* 17. *& seqq. vol.* 5. Ricc. *Coll.* 2419. *in fine.*

Qualiter Clerici non subsint Principibus sæcularibus, nec coram iudicibus sæcularibus conueniri possint exceptis aliquibus casibus, latè Tusch. *litt. C. concl.* 385. *&* 386. *per tot. & litt. I. concl.* 450. *& seqq.* Dian. *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *per tot. & par.* 3. *tract.* 1. Ricc. *Collect.* 53. vbi ponit plures casus, in quibus possunt conueniri coram iudice laico, *& Collect.* 2419. *&c.* Nouar. *in Pragm. Collect.* 57. Noguerol. *allegat.* 19. *num.* 27. *& seqq.* Thom. del Bene *tract. de immunit. Eccles. par.* 1. *cap.* 9. *per tot.* vbi latè an quando, & quid possit laica potestas in personas Ecclesiasticas, vel non.

Clericus resignans beneficium debet supra uiuere vltra 20. dies, vel saltem per 20. dies, aliàs resignatio est nulla, & beneficium vacat, in quorum dierum numero cum simus in fauorabilibus, computatur etiam dies factæ resignationis, Rebuff. *in Prax. benef. reg. de infir. benef. reg.* Gratian. *discept. forens. cap.* 161. *n.* 24. *&c.* vide *in* §. *Resignatio n...* 17

Multa de stylo Curiæ Romanę quando resignantem possit pęnitere, quid de parua data, & consensu extenso, latè idem Gratian. *c.* 191. *per tot.*

Qualiter per liberam resignationem Clericus beneficium amittat, vel possit ad illud redire, si permutatio compleri non possit, Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 114. *& seqq.*

Clerici non tenentur pro debito cedere bonis ad euitandas carceres, cùm gaudeant beneficio, siue priuilegio, *cap. Odoardus de solut.* cuius vigore non tenentur vltra quam facere possint, & donec discutitur an illo gaudere debeant, non sunt carcerandi; quid autem si essent debitores ex causa pensionis reseruatæ, vel suspecti de fuga, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 222. *num.* 38. *&c. cap.* 799. *num.* 62. latè D. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 7. *per tot.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. §. 7. *cap.* 6. *n.* 1. *& seqq. fol.* 497. & latiùs eodem *lib.* 3. §. 9. *c.* 3. *per tot. fol.* 527. Caualer. *decis.* 514. *per tot.* Farinac. *q.* 27. *n.* 65. *& seqq.* 18

Quòd Clerici non gaudeant beneficio *c. Odoardus de solution.* nisi habeant omnia requisita pro priuilegio fori, Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 304. *n.* 22.

Non etiam gaudent dicto beneficio, nisi legitimè probata paupertate, nec possunt illud allegare post terminatam causam, & relaxatum mandatum executiuum, malitiosè, & negato debito, cùm opus sit confessione debiti, & oblatione idoneæ cautionis per pignora, vel fideiussores, vel saltem iuratoriæ de soluendo, quando deuenerint ad pinguiorem fortunam, vt colligitur ex traditis per Caualer. *decis.* 514. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1750. Nec pro debito iurato per publicum instrumentum, & tantò minus post incursum periurium ob non factam solutionem tempore conuento, & absolutione a iuramento seruatis seruandis non obtenta, Farinac. *q.* 27. *num.* 70. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 7. *n.* 22. Ciarlin. *contr.* 101. *num.* 12. *&* 13. Nec vbi creditor esset pauperior, vel æqualiter, siue magis priuilegiatus, Gratian. *discept.* 799. *n.* 9. *&c.* Nec suffragatur Clericis dolosis, qui scientes non se esse soluendo debita contraxerunt, nec in alijs casibus, de quibus Ricc. *d. Collect.* 1570. *per tot.* Rot. post Oleam *de cess. iur. dec.* 26. Caualer. *decis.* 514.

Quòd etiam Clerici primæ tonsuræ habitum, & tonsuram deferentes, & Ecclesiæ non deseruientes, licèt ex defectu huius requisiti non gaudeant priuilegio fori, gaudeant tamen beneficio dicti *cap. Odoardus* fuisse declaratum à Sacra Congregatione refert Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *sub num.* 9. *fol.* 515. vide Farinac. *d. quæst.* 27. *num.* 69. vbi contrarium firmat de iure cum Couar. & Menoch. *in locis ibi citatis*, Rot. *in Romana cessionis bonorum* 19. *Aprilis* 1652. coram Royas post Oleam *de cess. iur. decis.* 26. *num.* 4. vbi quòd non gaudent dicto beneficio, nisi habeant omnia dicta requisita.

Quòd de iure Clerici non possint carcerari pro debito priuato, sed benè pro causis criminalibus, Menoch. *de Arbitr. quæst.* 88. *num.* 4. *&* 8. *& de beneficio d. cap. Odoardus*, idem Menoch. *de Arbitr. cas.* 183. *num.* 26. *&c.* Farinac. *d. quæst.* 27. *numer.* 65. *& seqq.*

An autem illorum patrimonium possit in causam iudicati capi, vide pro vtraque parte Paul. Christin. *dec. Belgic.* 219. *vol.* 1. *facit supra n.* 10. *&c.*

Clerici non gaudent dicto priuilegio *c. Odoardus de solut.* 19
si cre-

si creditor illorum sit ipsis pauperior, Gratian. discept. forens. cap. 799. num. 9. & 10. vbi etiam num. 20. quòd requirit specialem renunciationem, vel saltem iuramentum cum obligatione Camerali, ne allegari possit, vide Ricc. Collect. 1750. & 2696. vbi plura de dicto priuilegio, Rot. part. 15. recent. decis. 207. per tot. vbi quòd clerici coniugati non gaudent dicto priuilegio, neque alij, qui sæcularibus negocijs se immiscuerunt, vel luxuriosè viuendo, siue aliàs bona sua dilapidando facti sunt pauperes, sed tantùm illi, qui aliquo infortunio vexati soluere non possunt.

Quòd Clerici non possint ex causa suspicionis fugæ carcerari, nisi in actu fugæ deprehendantur, & non teneantur præstare fideiussorem, sed tantùm iuratoriam cautionem cum hypotheca suorum bonorum de stando iuri, & iudicatum soluendo, Rot. par. 16. recen. dec. 362. per tot. vide in §. Cautio n. 6.

An stante iuramento, & obligatione Camerali, possint Clerici carcerari, vel excommunicari, & sic amittant dictum priuilegium, vide Ciarlin. contr. 101. per tot. vbi videtur concludere quòd non.

Sed quòd imò stante obligatione Camerali non prosit dictum, vel aliud simile priuilegium videtur expressum in facultatibus, A. C. num. 26. penes Ridolphin. in prax. inter litteras Apostolicas fol. mihi 738.

Quòd Clerici, qui in ludo, vel aliàs luxuriosè viuendo, bona sua consumpserunt, & inciderunt in paupertatem, non gaudeant d. priuilegio c. Odoardus, probat Sperel. decis. 158. n. 17. vide alios citatos supra n. 18. Paol. Rub. in Annot. ad decis. 192. n. 180. par. 9. recent. vbi nec quando calumniosè petunt, & Rot. in Romana cessionis bonorum 19. Aprilis 1652. coram Royas post Oleam de cess. iur. decis. 26. vbi quòd dolosè petentes, vel cedentes non gaudent dicto priuilegio, & ea quibus arguatur dolus.

Quòd dictum beneficium cap. Odoardus tamquam personale non suffragetur laico fideiussori Clerici, licet suffragetur Clerico fideiussori laici, Squillant. de priuileg. Cler. cap. 10. dub. 3. num. 47. Dian. part. 7. tract. 8. resol. 18. vers. sed hic obiter, &c. vbi alios allegat.

20 Clericus habens vnum beneficium, si velit aliud impetrare, debet de primo facere mentionem in precibus, aliàs rescriptum esset subreptitium, cùm pluralitas beneficiorum non sit permissa, Menoch. arbitr. cas. 201. num. 41. & seqq. ad 60. & cas. 259. per tot. Aloys. Ricc. Prax. var. resol. cap. 100. vbi an possit vnum renunciare cum pensione, Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 35. num. 103. & seqq. vbi qualiter primum, vel vtrumque amittat, de quo latè Rot. part. 13. recent. decis. 223. per tot. Rebuff. in Prax. benef. tit. de dispensat. ad plura benef. Pac. Iordan. Lucub. vol. 2. lib. 9. tit. 1. num. 403. &c. fol. 185. vbi an, & quando possit Episcopus in hoc dispensare, & lib. 10. tit. 7. num. 175. & fol. 242. vbi qualiter vacet primum ipso iure per assequutionem alterius incompatibilis cum illo, & latiùs lib. 10. tit. 28. per tot. fol. 423. &c. vbi quòd incompatibilitas ista oritur ex triplici capite, primò quando vtrumque beneficium personalem requirit residentiam, secundo quando sub eodem recto consistunt, tertiò quando alterum pro congrua sustentatione sufficiens est, vt latè ibidem declarat per numeros 86. Duen. reg. 71. per tot. Dian. part. 10. tract. 13. resol. 1. per tot. vbi multa notabilia de pluralitate beneficiorum, vide in §. Beneficium num. 12. Merlin. decis. 6. per tot. Rot. part. 12. recent. decis. 241. per tot. Hermenegild. Roxas tract. de incompatibil. Regn. & Maiorat. part. 7. c. 1. 2. 3. 4. & 5. per tot. vbi plenè Michael Ferro Mantiq. quæst. Vicar. 4. per tot. par. 2. vbi refert Genuen. in practicabil. Ecclesiast. qu. 649. tenentem posse etiam huiusmodi clericos ob pluralitatem beneficiorum criminaliter processari, & puniri tanquam panem alijs auferentes, & sedem Apostolicam defraudantes in dispensatione non obtenta, licet ipse dicat hoc in facto, & de stylo non seruari, & quid in hoc operetur consuetudo à Pontificibus cognita, & tolerata, ne totus Mundus damnetur, de qua Nicol. Garzia tract. de benef. part. 11. cap. 5. §. 3. n. 263. & seqq.

Quando beneficium dicatur sufficiens, vel insufficiens pro congrua sustentatione, cùm non possit certè definiri, iudicis arbitrio remittitur; & stante insufficientia vnius, vel plurium, tunc potest aliud impetrari, & retineri; quando autem quis retinet plura beneficia vltra congruam sustentationem est in statu damnationis ęternæ, cùm tunc talis retentio proueniat à radice cupiditatis, & auaritiæ, priuetur Deus cultu suo, fiat iniuria alijs Clericis dignis beneficio destitutis; nec Papa videatur tacitè dispensasse, dum in vltimis prouisionibus fuerunt narrata omnia beneficia iam obtenta, quia censetur dispensare quoad impetrationem, non quoad retentionem, prout latè hæc omnia, & alia de hac materia explicat, & exornat Paul. Rub. in Annot. ad decis. 90. par. 9. recen. per num. 316. & latiùs in Annot. ad decis. 254. d. par. 9. per num. 440. vbi terribilia inuenies contra possessores plurium beneficiorum, ad quæ non aduertunt, sed malè plures Prælati, adde Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 73. & seqq. Prato Fiorito lib. 1. c. 28. per tot.

21 Clerici licet non possint sine causa, Ecclesias suas, inconsulto Episcopo, dimittere, vt ad alias transeant, tamen si velint regularem religionem ingredi, possunt relicta propria Ecclesia, in qua etiam gerant curam animarum, ad religionem Regularium se conferre, etiam Episcopo contradicente, c. duæ sunt 19. q. 2. Menoch. de Arbitr. cas. 422. per tot. vide §. Episcopus num. 49. & §. Monachus n...

Quòd Clerici non possint peregrinari, nec discedere à Diœcesi sine licentia sui Prælati, Aloys. Ricc. Prax. var. resol. cap. 264.

22 Clericus, cui fuit datus substitutus sub conditione, si sine liberis, &c. an si habeat Ecclesiam, illa dicatur loco filij, & substitutum excludat prout Monasterium, vide Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 38. num. 68. Fusar. de substit. quæst. 429. num. 3. & seqq. Barbos. de appellat. verb. signif. appell. 99. num. 127. &c. dixi in §. Monasterium num... §. Substitutio num... & §. Conditio num...

23 Clericus Rector Ecclesiæ, agendo contra debitores ipsius Ecclesiæ, si illi opponatur quòd non sit talis, tenetur ostendere titulum, maximè si possideat de recenti, & adsit controuersia super beneficio, aliàs autem sufficit docere de possessione: interest enim illorum, contra quos agit, quia aliàs malè soluendo non liberarentur, Capyc. decis. 6. per tot.

Quòd pro rebus ad Ecclesiam spectantibus debeat agere nomine Ecclesiæ, & non proprio, dicatur tamen agere nomine Ecclesiæ, si agat vt Rector, & deducat in iuditio ius Ecclesiæ, Natt. cons. 562. lib. 3. Sperel dec. 74. num. 21. & 22. 39. & 40. decis. 96. per tot. vbi etiam quando non possit agere nomine Ecclesiæ, sed agere debeat nomine proprio.

24 Clericus potest esse testis in causa suæ Ecclesiæ quando agitur de commodo vniuersali, & non proprio, Sperel. decis. 81. num. 47. &c. vbi etiam quòd potest compelli, tam pro, quàm contra, & magis probat quàm laicus inf. num...

25 Clericus forensis, etiam si in loco iuditij non possideat immobilia, cautionem de iuditio sisti, & iudicatum soluendo, non tenetur ex priuilegio præstare, Ger. Spin. cons. 43. per tot. Sperel. decis. 10. num. 29. vbi notat sęculares iudices malè facere, dum denegant audientiam Clericis non fideiubentibus. Sed mihi parcat, cùm aliàs sæpè Clerici sub tali clypeo iniusta prætendentes, defatigarent aduersarios, & eluderent iudices, facit inf num. 37. in §. Actor num. 6. latè Conciol. cum Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 2. Rub. 14. n. 1. & seqq. vbi quòd si adsit statutum tanquam ordinatorium ligat etiam Clericos, & dixi in §. Forenses n. 4.

26 Clerici beneficiati obligantur ad plura, namque tenentur sub grauibus pœnis, etiam ammissionis beneficij, incedere in habitu decenti, & tonsura: qualis debeat esse habitus, & tonsura; Item suscipere ordines suis beneficijs congruentes, & emittere fidei professionem, recitare officium, nisi ex aliqua iusta, & legitima causa excusari possint; Residere in beneficio, illique iuxta præscriptum inseruire, nisi ex aliqua iusta causa, & de licentia, illis abesse pro certo tempore permittatur; denique bona custodire, de illis inuentarium facere, & onera omnia beneficiorum, quæ certa sunt sopportare, & quod multum interest clericalem vitam, decorem, & honestatem seruare, seque in omnibus tales præbere, vt Christi bonus odor

sior in omni loco, & tempore, & benè viuendi alijs exempla præstent, latè Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 37. 38. 39. & 40. per tot. fol. 452. &c. ad 483.*

Quòd teneantur recitare officium, etiam si beneficium sit modici redditus, iuxta illud, propter officium datur beneficium, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 388.

Quòd per assecutionem beneficij residentialis acquirant ciuilitatem loci, gaudeantque omnibus priuilegijs veris ciuibus concessis, Grass. *de effect. Cler. in prælud. num.* 369. Rot. *part. 9. recent. decis.* 127. *nu.* 7. Thom. Triuisan. *decis.* 18. *num.* 5. *& seqq. lib.* 1. vbi an possint alibi domicilium sibi constituere, & videtur affirmare.

27 Clericus beneficiatus non incedens in habitu, & tonsura, remanet ipso iure priuatus absque aliqua citatione beneficijs iuxta Constitutionem 92. Sixti V. de anno 1588. non tamen amittit priuilegium fori ante declaratoriam sententiam, quæ semper requiritur super facto, de quo ius disponit, Gratian. *discept. forens. cap.* 440. Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 30. tit. 7. n.* 187. *fol.* 242. Ricc. *Collect.* 4169. vbi octo modis limitat, & vide Sanfelic. *decis. 15. per tot. cum duabus præcedentibus, & decis.* 220. vbi quòd semper ad omnes effectus requiritur sententia declaratoria criminis, vel facti, non obstantibus clausulis, *ipso iure, ipso facto, & absque alia iudicis declaratione*, cùm intelligendæ sint de declaratione pœnæ, & non criminis, vel facti, quæ semper est necessaria, vt etiam dixi *in discurs. de mun. &c. n.* 85. *&c.*

Quòd Clericus beneficiatus si beneficium sit modici, vel nullius redditus, vel etiam si illud possideat in comendam ad propriam tamen vtilitatem gaudeat priuilegio fori, licet non habeat alia requisita, latè Sanfelic. *decis. 352. cum plena Addit. & dec. 388. cum Addit. inf. n. 69. & in §. Beneficium n.* 8.

Quibus pœnis subiaceat clericus beneficiatus, vel in sacris constitutus, non incedens in habitu, & tonsura, & quid in alijs; An Episcopus possit circa id statuere, & alia, vide per Sperel. *decis. 66. per tot.* vbi etiam de dicta Constitutione Sixti V. quomodo procedat, & quid probari debeat ab impetrante.

Quo autem habitu vti debeat Clericus, & à quo, vel quibus coloribus, & indumentis abstinere, & an possit barbam, vel comam nutrire, ac alia vide per Menoch. *de arbitr. cas. 392. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 37. per tot. fol.* 452. vbi etiam quando possit excusari, Ricc. *Collect.* 2427.

An Clericus vtendo vestibus prohibitis incurrat suspensionem, Dian. *par. 5. tract. 10. resol.* 51. vbi videtur affirmare, nisi possit ex aliqua causa, vel de consuetudine excusari.

28 Clericus non residens qualiter priuetur fructibus beneficij, & ipso beneficio præcedente monitione, Gratian. *discept. forens. cap. 990. per tot.* vbi etiam quibus applicentur huiusmodi fructus, latè Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 40. per tot. fol. 463. &c.* Ricc. *Collect.* 2387. Rot. *par. 12. rec. decis. 287. per tot.* vbi latè quæ sint seruanda in huiusmodi priuatione, vt dicatur legitimè facta, *& dec. 360. d. par.* 12. Ricc. *prax. var. resol. cap.* 356. Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 35. n. 89. & seqq.* latè Rot. *par. 14. rec. decis. 506. per tot.* vbi quòd neque excusator si absit ex causa morbi, vel litis sine licentia, & in quo loco dicatur vacare beneficium, Rot. *par. 15. recent. decis. 117. & 312.* in quibus fuit reuocata præcedens decisio 506. part. 14. & conclusum pro non priuatione stante iusta causa absentiæ pro defensione litis, & beneficij, & quia non fuerat personaliter citatus, nec latitabat, & agebatur de dignitate, *& part. 18. decis.* 420. vbi declarantur plures Constitutiones, & bannimenta circa residentiam Beneficiorum.

Quid autem si habeat indultum de non residendo, & percipiendo fructus, vide in §. *Absentia n... & §. Episcopus n...*

Quòd dum est in studio, & studio vacat possit percipere fructus beneficij tamquam si resideret, Duen. *reg.* 386. Ricc. *Collect.* 2490.

Intellige prout dixi *in §. Absentia n...*

Quod regulariter Clericus inquisitus de delicto non perdat fructus beneficij lite pendente, & conductor illi benè soluat, si non sit à iudice inhibitus, Borgn. Caualc. *dec. 43. n. 12. &c.*

Item Clericus, qui terram Ecclesiæ incultam reddidit fertilem, vineam plantando, potest vita sua durante illam retinere, etiam si propter delictum fuerit beneficio priuatus, *cap. fin.* vbi Innoc. Panormit. & alij *de pecul. Cler.* Prosper. Rendell. *tract. de vinea &c. cap. 5. fol. 15. col. 2. in fine.*

Item ob contumaciam tantùm ad restitutionem fructuum non tenetur, & si comparuerit, & absoluatur beneficium recuperat, etiam si fuerit alteri collatum, Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 34. n. 6. &c.*

Clericus omittens recitare officium, & horas cano- 29
nicas absque legitimo impedimento, punitur pœna iudici arbitraria vltra peccatum mortale, quod committit, tenetur restituere fructus perceptos pro rata, & ammittit distributiones quotidianas, nisi agatur de leui ommissione, vel nisi iusto impedimento, puta infirmitatis grauis, siue carentiæ Breuiarij, & similibus fuerit detentus, vel nisi sit dispensatus à summo Pontifice, latè Menoch. *de arbitr. cas. 429. per tot.* vbi etiam quid de causa studiorum, & quando possit ob talem ommissionem beneficio priuari, Aloys. Rico. *Prax. variar. resol. cap.* 406. vbi quòd nec excusatur ob tenuitatem beneficij, Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 39. per tot. fol.* 459. Dian. *par. 4. tract. 4. resol.* 111. vbi qualiter teneatur restituere fructus, de quo adest etiam Bulla Pij V. de anno 1571. idem Dian. *d. tract. resol. 220. &c. & part. 5. tract. 14. resol. 46. & seqq. par. 7. tract. 10. resol.* 24. vbi an possit excusari ob alias eleemosynas factas, & videtur affirmare, *& par. 9. tract. 9. resol. 23. & 24.* vbi an possit supplere recitando altera die officium omissum, vel æquiualentes preces fundendo, & alia, vide *in §. Compensatio n.* 27.

An autem degradatus ad effectum vt morti tradatur, teneatur interim recitare officium diuinum, vide P. Manar. *Noct. malen. Interrog. 108. fol.* 177.

An ommittens per paucos dies possit excusari à restitutione, & à peccato, vide Dian. *par. 11. tract. 1. resol. 7. per tot. & d. par. 11. tract. 2. resol.* 44.

Clericus periurus in iudicio, qualiter præter alias pœnas 30
possit beneficijs priuari, & efficiatur inhabilis ad alia obtinenda, & quomodo hoc procedat, vel possit excusari, vide Farinac. *q.* 160. *n. 191. & seqq.* Card. Tusch. *litt. P. concl.* 291. Decian. *tract. crim. lib. 6. c. 13. n. 3. &c.* cum alijs per Pac. Iordan. *Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 22. n. 310. & seqq. ad 326. fol.* 458. vbi plura summatim de more, Marescott. *var. resol. lib. 2. c. 35. n. 65. & seqq.*

Item Clericus vsurarius efficitur infamis, repellitur ab obtinendo beneficio, & suspenditur ab officio, & beneficio, *text. & glos. in c. præterea de vsur.* Couar. *var. resol. lib. 3. c. 3. n. 2. & 3.* Diaz. *pract. crim. canon. c.* 82. Peguer. *decis. 31. n. 3. & n.* 15.

Clericus ebriosus ab officio, & beneficio suspendi po- 31
test *cap. à crapula de vita, & honest. Cler.* & de iure antiquo capitali supplitio puniebatur, *cap. fin. 35. distinct.* Rot. *par. 15. recen. decis. 31. num.* 7. & dixi *in §. Ebrietas num.* 6.

De pœnis Clerici ebriosi, vide Menoch. *de arbitr. cas. 404. & 405.*

Qualiter puniatur frequentans popinas, & cauponas, vel tabernas præter necessitatem itineris, idem Menoch. *de arbitr. cas. 533. per tot.* Peguer. *dec. 44. n. 13. &c.* dixi *in §. Caupones n. 2. in fine.*

Suspenditur etiam, si iactet, se carnaliter cognouisse virginem deinde nuptam, & in alijs casibus arbitrio iudicis, vt per Menoch. *de arbitr. cas. 331. & 332.*

Plura de suspensione an, & quando, & in quibus casibus incurratur, vel non, Dian. *part. 5. tract. 10. per tot.*

Clericus perseuerans in excommunicatione qualiter 32
possit priuari beneficio, vide §. *Excommunicatio n. 17. & n.* 25. Menoch. *de arbitr. cas. 416. per tot.* Gratian. *discept. forens. c. 119. per tot.* Marescott. *var. resol. lib. 2. c. 35. n. 60. & seqq.*

Quòd Clericus non possit priuari Beneficio nisi in casibus, aut ex delictis à iure expressis, Glos. *in cap. fin. de iurepatronat.* Rot. *decis. 313. num. 12. post secundum vol. consf. Farinac. & decis. 717. num. 11. part. 4. tom. 3. recent.*

recent. & part. 15. *deciſ.* 31. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi etiam quòd non obſtante ſententia nulla, & iniuſta priuationis, debet manuteneri in poſſeſſione Beneficij, *& deciſ.* 45. vbi quòd priuatio per ſimplex delictum non incurritur, nec ſufficit ſententia declaratoria delicti, ſed opus eſt expreſſa priuatione.

Quòd condemnatus per ſententiam criminalem ad priuationem Beneficij, non poſſit ciuiliter agere ad illius recuperationem, niſi prius ſententia criminali reuocata in ipſo iudicio criminali, Rot. *part.* 15. *recent. deciſ.* 236. *per tot.*

Item poteſt priuari pro quocumque graui delicto, veluti hæreſi, homicidio voluntario, ſimonia, falſitate, læſa Maieſtate, periurio, concubinatu, non reſidentia, & huiuſmodi, dummodo exprimatur in ſententia vbi priuatio non eſt ipſo iure impoſita, vt latè explicat Mareſcott. *var. reſol. d. c.* 35. *per tot.*

Qualiter turpiter, & ſcandaloſè viuens ſit priuandus beneficio remota quacumque appellatione, idem Gratian. *cap.* 991. *n.* 16. *&c.*

An peccet mortaliter ludendo maximè ludis prohibitis, Dian. *part.* 4. *tract. reſol.* 183. vbi refert diuerſas opiniones, vide *in* §. *Ludus num.* 1. idem Dian. *par.* 7. *tract.* 9. *reſol.* 3. *& ſeqq. par.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 66. *verſ. quaro quartè.* Quòd ſit incapax beneficij, Aloyſ. Ricc. *prax. var. reſol. c.* 119. *per tot.*

Item an mortaliter peccent Clerici incedentes per Ciuitatem perſonati, ſiue laruati, vel vt vulgò dicitur maſcherati, negant aliqui, ſed communiter affirmant alij ad tradita per Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *reſol.* 29.

33 Clericus concubinarius quibus pœnis afficiantur tam de iure Pontificio, quàm ex diſpoſitione Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 418. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3971. vbi quòd præcedere debent tres monitiones, Panimol. *in ſua Idea Conſtit.* 46. *per tot.* vbi plura de hac materia Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 35. *num.* 76. *& ſeqq.* vbi qualiter priuetur beneficijs trina monitione præcedente, & illo perſeuerante, ac plenè concubinatu probato facit Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 147. *n.* 12. *&c.*

Qua pœna ſit puniendus clericus ſtuprator, idem Menoch. *caſ.* 288. *n.* 7. *& ſeqq.*

Multa de Clerico fornicatore, qua pœna itidem puniatur, & an illius coitus cum ſoluta dicatur ſimplex fornicatio, inceſtus, vel adulterium, idem Menoch. *caſ.* 289. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi quòd dicitur ſimplex fornicatio in Clerico ſæculari, in regulari verò inceſtus, & adulterium, & quòd eius pœna eſt ſuſpenſio in foro fori, vel etiam depoſitio ſi ſit notorius, & ſcandaloſus fornicator, Dian. *part.* 5. *tractat.* 10. *reſol.* 49. vbi an ſuſpenſio incurratur ipſo iure, & tenet quod non, ſaltem de conſuetudine.

Et quando Clericus ob fornicationem, aut concubinatum deponi debeat, vel non, Duen. *reg.* 101. *per tot.*

An ſuſpenſus ab ordine cenſeatur etiam ſuſpenſus à beneficio, horis dicendis, electione, & huiuſmodi, Boer. *conſ.* 21. *per tot.*

An ob crimen ſodomiticum efficiatur irregularis, & alia, vide per Menoch. *de arbitr. caſ.* 286. *num.* 23. *&c. & in* §. *Sodomia n.* 10.

Quot peccata committat ſacris ordinibus initiatus exercendo actum venereum exteriorem, vide Dian. *par.* 10. *tr.* 11. *reſol.* 12. *per tot.*

34 Clericus efficitur irregularis, ſi incipiat rixam, in qua eius amici, & conſanguinei ſuperuenientes occidant ſecum rixantem, cùm rixando det operam rei illicitæ, & cauſam homicidio, quod intellige ſi ipſe fuerit auctor rixæ, Felic. *de Societ. cap.* 23. *n.* 25. vbi allegat Io. Andr. *in cap. Petrus de homicid.*

Quid ſi in bello iuſto incitet alium ad aliquem determinatè occidendum an fiat irregularis, Dian. *part.* 5. *tract.* 14. *reſol.* 98. vbi refert contrarias opiniones, & negatiuam probat.

An autem, & quando Clerici poſſint eſſe in bello, & quæ illis ſint licita, vel non, latè idem Dian. *par.* 6. *tractat.* 4. *reſol.* 33. *& ſeqq. per tot. & par.* 10. *tract.* 2. *per tot.* vide *in* §. *Irregularitas.*

Quòd ſe ipſum vulnerans efficiatur excommunicatus, Menoch. *de arbitr. caſ.* 284. *num.* 37. Sperel. *deciſ.* 45. *num.* 71. *&c.*

Quòd Clerici non poſſint effundere ſanguinem humanum, Tuſch. *litt. C. concl.* 382.

Clericus, niſi prius conſtet de delicto ab eo patrato, non poteſt carcerari, aliàs Prælatus decernens capturam incidit in excommunicationem, Clar. §. *fin. quaſt.* 28. *verſ. Quaero numquid*, vbi tamen dicit non ſeruari de conſuetudine. 35

Et quòd non poſſit torqueri niſi ſit de delicto diffamatus, etiam ſi mille alia inditia contra illum extarent, Diaz. *reg.* 125. *ſublimit.* 3.

Sed quòd de generali conſuetudine ſit ſublata dicta ſolemnitas diffamationis, & loco illius ſufficiant alia indicia, probat Sperel. *deciſ.* 38. *num.* 5. *&c.* Tuſch. *litt. C. concl.* 390.

Clericus poteſt à iudice eccleſiaſtico proceſſari, & inquiri, etiam de delictis commiſſis ante Clericatum, & ſic quando adhuc erat laicus ita vt iudex ſæcularis poſt ſuſceptum habitum Clericalem, non poſſit in aliquo ſe ingerere, Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 259. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 226. *num.* 20. *&c.* vide *in* §. *Delinquens num.* 4. *& in Pract.* §. *Delinquenti num.* 4. *& ſeqq.* Thom. Triuiſan. *deciſ.* 48. *lib.* 2. Marcian. *diſput. forenſ. cap.* 22. *num.* 8. *&c.* Dian. *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 25. *&* 26. *& par.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 33. vbi firmat idem in nouitio, latè Fontanel. *deciſ.* 311. *&* 312. Criuel. *deciſ.* 58. *&c.* 36

De Clerico effecto poſt delictum, & præuentam iuriſdictionem, benè probat Valaſc. *alleg.* 17. *per tot.*

Quid in ciuilibus, an effectus Clericus poſt obligationem, vel poſt litem ſibi motam poſſit forum declinare, affirmatiuè reſpondet Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 22. 23. 38. *&* 78. vbi tamen refert alios contrarium tenentes, maximè in caſu litis motæ ante Clericatum, excepta executione ſententiæ, quæ ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, latè Sanfelic. *deciſ.* 2. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi quod in ciuilibus quoad diſtrictionem realem remanet competens iudex laicus, & idem in criminalibus, ſecus autem quoad perſonam, niſi præuenerit ſecundùm aliquos, & alia vt ibi per eum.

Quod Clericus effectus poſt delictum commiſſum, & poſt præuentam iuriſdictionem à iudice ſæculari non eximatur à iuriſdictione laicali, ſed adhuc poſſit puniri à dicto iudice ſæculari, per text. *in l. ſi quis, & l. vbi cœptum de iudic. c. penult. de for. comp.* Io. Andr. *in cap.* 1. *de oblig. ad ratiocin.* Bart. *in l.* 1. *ff. de pœn.* Thom. Triuiſ. *deciſ.* 48. *n.* 8. *&* 9. *lib.* 2. vbi etiam quod hæc eſt quidem communis opinio, quæ & mihi arridet iuxta ea, quæ dixi in §. *Delinquens n* 4.

Quid in caſu contrario, ſi tempore delicti erat Clericus, vide *inf. n.* 78.

Clericus coniugatus, qui non geſtabat habitum, & tonſuram, poteſt poſt commiſſum delictum illum reaſſumere, & declinare forum iudicis ſæcularis, niſi hoc faciat in fraudem, Clar. §. *fin. quaſt.* 36. *verſ. Sed hic quaere, & verſ. ſape, &c. inf. num.* 73. *&c.* ſequitur Dian. *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 79. *& part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 18. vbi idem in alio Clerico, *& reſol.* 78. *verſ. notandum ead. par.* 4. 37

Quòd qui poſt delictum ſuſcipit ordines præſumatur in fraudem facere, & poſſit puniri facta degradatione, imò abſolutè in prima tonſura, quia non eſt ordo, Menoch. *lib.* 6. *praſumpt.* 76. *n.* 35. *&c.* vide infra per diſcurſum, *& in* §. *Delinquens n.* 4.

Clericus tenetur de redditibus Eccleſiæ dotare ſorores per modo, & quantitate eleemoſynæ, Abb. & alij *in cap. prouenit de arbitr.* Euerard. *loc. ab aliment. ad dot. num.* 7. Gratian. *diſcept. forenſ. cap* 65. *num.* 14. *cap.* 552. *num.* 1. *& ſeqq.* facit Michalor *de fratr. par.* 2. *cap.* 10. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 671. *num.* 37. *& ſeqq.* vbi ampliat etiam quoad ſpurias, non obſtante Conſtitutione Pij Quinti contra illegitimos, Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 92. Ricc. *Collect.* 3372. vbi de filiabus, Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 75. *per tot.* vbi de ſororibus, & filiabus etiam non legitimis, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 384. *verſ. finem.* 38

Clericus tenetur de redditibus Eccleſiæ præſtare alimenta fratri laico, non tamen tenetur coarctare victum ſuum, vt illum alat, ſed debent eſſe redditus ſufficientes pro vtroque, 39

& probari paupertas fratris alendi, Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 25. *n.* 11. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 552. *n.* 1. *& seqq. & c.* 176. *per tot.*

Quòd possit etiam alere, & dotare filiam spuriam, vel incestuosam de patrimonialibus, & redditibus Ecclesiæ, dummodo id faciat moderatè, non obstante Bulla Pij V. contra naturales etiam legitimatos edita, quia illa non tollit beneficia iuris communis, Nouat. *tract. de spol. Cler.* §. 19. *num.* 9. Surd. *cons.* 509. *vol.* 4. Aloys. Ricc. *Prax. variar. resol. cap.* 32. *per tot. vide in* §. *Alimenta n.* 12. Mastril. *dec.* 144. *per tot.*

40 Clerici non acquirunt dominium redditituum beneficiorum suorum, ad hoc vt de illis possint testari, disponere, & conuertere in vsus non pios, quacumque consuetudine non obstante, & contrafacientes peccant mortaliter, ac tenentur ad restitutionem, secundùm Nauar. *de reddit. Eccl. n.* 24 *&* 27. Syluestr. *in sum. verb. Clericus num.* 14. Marta *de success. leg. par.* 3. *q.* 13. *art.* 5. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 854. *n.* 43. *& seqq. & n.* 58. *&c.* vide Tosch. *litt. C. concl.* 396. *&* 397. *per tot. & litt. T. concl.* 144. *&* 145. Dian. *par.* 7. *tract.* 11. *resol.* 39. vbi an peccent consanguinei, vel alij recipientes in vsus profanos, & refert contrarias opiniones, sequendo negatiuam, dummodo non petant, nec ad donandum inducant, sed simpliciter oblata acceptent, aliàs peccarent, & latiùs *par.* 8. *tract.* 7. *resol.* 132. 133. *&* 134.

Possunt tamen ex huiusmodi redditibus soluere debita propria, hospites recipere, & dare suis consanguineis pauperibus, & indigentibus, cùm illis in distribuendo competat electio, Michalor. *de fratr. par.* 2. *cap.* 10. *num.* 9. *& seqq.* vbi multis modificat dictam rigorosam opinionem Nauar. & aliorum adde Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 92. *& tit.* 9. *q.* 12. *per tot.*

Quod teneantur quicquid illis superest dispensare pauperibus pro eleemosyna, vel in alios pios vsus, & non in prophanos vsus consumere patrimonium Christi, sub pœna peccati mortalis, & licet hic sit sermo durus, tamen omninò verus, Dian. *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 214. & latius *part.* 5. *tract.* 8. *resol.* 27. *&c.* vide *in* §. *Diuitiæ n.* 4. idem Dian. *part.* 7. *tract.* 10. *resol.* 13. *& tract.* 11. *resol.* 36. vbi quænam sit quantitas notabilis ad dictum effectum. De hac materia latiùs idem Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 132. *& seqq.*

Quòd stante consuetudine possint testari, etiam ad vsus non pios, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 19. *num.* 1. *& seqq. vol.* 2. *& decis.* 76. *&* 77. *vol.* 5. Ricc. *Collect.* 1718. vide Duran. *decis.* 304. *n.* 2. *&c.* & dixi *in* §. *Fructus n.* 38. Tusch. *litt. C. concl.* 397. *& litt. T. concl.* 145. *per tot.* Dian. *par.* 5. *tract.* 3. *resol.* 134. *&* 125. vbi quòd istud procedit in foro exteriori, secus autem in foro conscientiæ, nisi ex causa iustæ remunerationis, vel ad pias causas, *& par.* 10. *tract.* 11. *resol.* 35. *&* 36.

Et contrarium, quòd imò habeant dominium huiusmodi fructuum, & redditunm beneficiorum possintque de illis disponere, reiecta prædicta opinione tenent alij communiter Sot. *de iust. & iur. lib.* 10. *quæst.* 4. *art.* 3. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 7. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 19. *num.* 1. *& seqq. vol.* 2. *& decis.* 174. *vol.* 5. ac alibi vt supra de consuetudine, Molin. *disput.* 143. *&* 144. Intelligendo tamen vt prius debeant reparare Ecclesias, illas prouidere de omnibus necessarijs ad cultum diuinum, & detractis necessarijs pro Rectore, quod procedit tam in parochialibus, quàm in omnibus alijs Ecclesijs, in quibus quis habeat capellam, beneficium, vel canonicatum, nam semper omnes ad reparationem pro rata tenentur, vt per Michalor. *de fratr. par.* 2. *cap.* 10. *n.* 10. *& seqq.*

An superiores Regularium, Episcopi, alijue Clerici possint validè, & licitè donare, de hac materia late cum pluribus citatis Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. §. 7. *num.* 78. *& seqq. per tot.* Valer. *de different. vtriusque fori, verb. Testamentum differ.* 11. *per tot.* vbi latè sustinet non posse Clericos beneficiatos testari de fructibus suorum beneficiorum nisi in opera pia, &c. & an recipientes ab eis ex illicita donatione teneantur restituere, latè Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 11. *& seqq.* vbi quoad restiriturionem negatiuè resoluit, & ibidem *resol.* 132. *& seqq.* vide *in* §. *Episcopus num.* 55.

Quòd transmittant ad quoscumque hæredes canones ipsis viuentibus decursus, Magon. *decis. Flor.* 70. *num.* 22. vide *in* §. *Fructus num.* 38. *&* §. *Successor num.* 16. *&c.*

Quòd possint testari de fructibus rerum Ecclesiasticarum, Bellon. *cons.* 3. Clar. §. *Testamentum quæst.* 27. Ludouis. *decis.* 401. *per tot.* vide Sperel. *dec.* 82. *num.* 30. vbi de Bulla Vrbani VIII. *in Bullar. tom.* 4. *fol.* 394. Paul. Christin. *d. decis.* 19. *vol.* 2.

Quid in stipendijs pro præstatione suarum operarum acquisitis, Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & Merced. quæst.* 49. *per tot.* Dian. *par.* 4 *tract.* 4. *resol.* 171. vbi quòd de istis, & huiusmodi quæsitis possunt liberè disponere.

Quòd possint disponere de eo, quod lautiùs viuendo potuissent expendere pro suo vsu, & familiæ, Gratian. *discept. forens. c.* 986. *n.* 21. Menoch. *de Arbitr. cas.* 520. *n.* 8. Dian. *d. resol.* 171. *per tot.*

Quòd præsumantur consompsisse redditus beneficij pro alimentis, & fructus proprij patrimonij, vel industriæ reseruasse, & propterea valere donationem de illis, nisi probetur fuisse de bonis Ecclesiæ, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 381. *per tot. cap.* 880. *num.* 21. *& seqq.* sequitur pluribus alijs adductis Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 386. *n.* 9. *& seqq. & decis.* 440. *num.* 20. *& seqq. in eadem causa, & par.* 10. *decis.* 308. *num.* 4. *&c.* vbi quod ideo non intrat spolium, vide *in* §. *Spolium num.* 1. Ciarlin. *contr.* 16. *n.* 13. *& seqq.* Menoch. *de arbitr. cas.* 195. *num.* 9. *&* 10. *& n.* 5. vbi quod possunt fructus Ecclesiæ pro victu consumere, & patrimoniales, siue alia lucra reseruare, de quo statur illorum assertioni, si aliæ coniecturæ concurrant, alias secus, & an, & quando præsumantur acquisiuisse ex bonis proprijs, vel Ecclesiæ, ita vt acquisita efficiantur sua propria, & hæredum, vel Ecclesiæ, *& de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 53. *per tot.* vbi octo casus distinguit, vide Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 12. *per tot.* Rot. *dec.* 385. *per tot. & decis.* 440. *part.* 9. *recent. & part.* 10. *decis.* 308. vide *in* §. *Alimenta num.* 33.

Quòd possint sibi congrua alimenta, aliaque necessaria pro qualitate personæ, & beneficij, sumere ex bonis Ecclesiæ, licet habeant proprium patrimonium, & illius fructus, scilicet patrimonij, in alios vsus ad libitum reseruare, pulchrè idem Menoch. *de arbitr. cas.* 520. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 12. *per tot.* Rot. *d. decis.* 386. *&* 440. *par.* 9.

Quid si obtinuerint licentiam à Summo Pontifice, an illa expiret per eius obitum, & alia de huiusmodi licentia, Ricc. *Collect.* 1711. *&* 3514. vide in §. *Licentia n.* 11. Ricc. *prax. var. resol. cap.* 386. *&* 387. vbi etiam ad quos pertineant bona Clericorum decedentium ab intestato, & absque consanguineis.

Clericus filius familias cùm pleno iure sibi acquirat omnia, potest de quæsitis post Clericatum testari, non autem de quæsitis antea, in quibus patri respectu vsusfructus non potest præiudicare, Gratian. *discept. forens. cap.* 464. *per tot. & cap.* 576. *num.* 5. *& seqq.* Dian. *resol. moral. par.* 5. *tract.* 3. *resol.* 124. vbi quod potest testari sine consensu patris etiam de bonis aduentitijs ante Clericatum acquisitis per text. *in Auth. Presbyteros C. de Episc. & Cler.* idem Dian. *par.* 7. *tract.* 12. *resol.* 2. vbi tamen quod non potest præterire liberos, vel parentes, &c. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 304. *per tot.* vbi plura pro exclusione dictorum requisitorum ad effectum annullandi testamentum à filio familias clerico conditum, recedendo à priùs decisis, *& decis.* 392. *per tot. d. par.* 17. vbi in eadem causa fuit iterum confirmata dicta *decis.* 304. ob non concursum dictorum requisitorum, & vide in §. *Filius n.* 61. 41

An autem clericatus liberet filium à patria potestate, Valasc. *alleg.* 29. *per tot.*

Quòd clericus testando, & alium clericum instituendo, non teneatur seruare solemnitates iuris Ciuilis, sed tantum iuris Canonici, secus autem si instituat hæredem laicum, idem Valasch. *alleg.* 30. *per tot.*

Quòd imò clericus possit vt supra testari, licet non habeat dicta requisita Concilij resoluit Rot. *par.* 18. *recent. decis.* 979. *n.* 3. *&* 4. recedendo in eadem causa a prius decisis vt supra.

Quòd Clerici etiam primæ tonsuræ dummodo habeant tria requisita Concilij, possint testari de bonis suis etiam aduentitijs, & vndequaque quæsitis, etiam extra Clericatum,

cum

cùm in illis nihil quæratur patri, & sint tanquam peculium quasi castrense, idem Gratian. *decis.* 49. *n.* 41. *& seqq. & in Addit. num.* 9. *&c.* vide *in* §. *Peculium n.* 7. *&c.*

Sed quòd indistinctè omnes Clerici etiam filij familias primæ tonsuræ, & requisita Concilij non habentes, gaudeant priuilegio testandi de quibuscumque bonis ad eos quomodolibet, aliàs tamen quàm intuitu Ecclesiæ spectantibus, reiectis, & postpositis multis Doctorum Comentationibus, & opinionibus resoluit Rot. *in Romana testamenti* 13. *Iunij* 1670. coram Bourlemont. *par.* 14. *recen. dec.* 533. *per text. in c. quia nos, de testam. & in Auth. Presbyteros C. de Episc. & Cler.*

Quòd Clerici in testando gaudere possint etiam priuilegijs militum, cùm & ipsi militare dicantur, *glos. in l. miles*, vbi etiam Ias. *num.* 11. *ff. de rei vindic.* Alex. *in l. Centurio n.* 15. *ff. de vulg. & pupil.* Marta *vot. Pis.* 242. *num.* 4.

42 Clerici si sint socij etiam simpliciter, & non omnium bonorum cum alijs suis fratribus, tenentur illis communicare omnes redditus perceptos ex beneficio Ecclesiastico, intelligendo quatenus habeant illorum dominium iuxta superiùs dicta, aliàs quod illorum non est, non possunt communicare, Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 1. *& per tot.* Fontanel. *decis.* 531. *&* 532. vbi de ingresso religionem.

43 Clerici si simul cum laicis delinquant, au tamquam digniores, & ne continentia causæ diuidantur, trahant totam causam, etiam quoad laicos coram Episcopo, dixi in §. *Laicus num.* 3. vbi quòd non, tam de iure, quàm de consuetudine, & obseruantia, *& in* §. *Causa nu.* 13. latè Ciarlin. *contr.* 34. *num.* 13. *& seqq. per tot.* vbi distinguit inter causas diuiduas, vel indiuiduas tam ciuiles, quàm criminales, & plura deducit ad comprobandum, vt vnusquisque coram suo iudice conueniatur, & verè ita seruatur.

44 Clerici quamuis sint exempti à iurisdictione sæculari, si habeant requisita, de quibus infra dicetur, tamen dicuntur de districtu, territorio, iurisdictione, & populo Ciuitatis, siue Principis sæcularis, Surd. *dec.* 129. *per tot.* Tusch. *litt. C. concl.* 383. *inf. num.* 45. *in fine*, Ricc. *Collect.* 2419. vbi etiam quòd veniunt sub nomine ciuium, & alia.

Et ideò ligantur dispositione iuris communis ciuilis, vbi ius canonicum contrarium non statuit, propter expressam approbationem de illo facta à Papa, *in cap.* 1. *de iuram. calum. cap.* 1. *de oper. nou. nunciat. cap. vt inquisitionis de hæretic. in* 6. Quæ tamen approbatio non porrigitur ad leges postea latas, & multò minus ad statuta, & sic restringitur ad ius ciuile Romanorum, vt benè probat Rot. *in Bonon. successionis de Zanis* 9. *Decembris* 1654. coram Bichio §. *his, & alijs, &c. inter consult. forens.* Vrceol. *cap.* 30. *num.* 45. *&c.* Dian. *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 8. vbi quòd obligantur non vi coactiua, sed directiua, & puniri debent à suis iudicibus Ecclesiasticis, *& part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 52. *vers. suppono, & par.* 1. *tract.* 10. *resol.* 12.

Facit in contrarium Sperel. *decis.* 10. *num.* 32. *&* 33. *& decis.* 132. *in fine*, vbi quòd leges Codicis *de Sacrosanct. Eccles. de Episc. & Cler.* similes, quantumuis illis fauorabiles, sunt ipso iure nullæ ob iurisdictionis defectum, sed non recedas à Rot. cum Sperel. in materia iurisdictionali semper audacter loquatur de more.

Imò idem Sperel. postposito semel iusdicendi ambitu *in decis.* 147. *num.* 5. *&c.* firmat, leges ciuiles, & imperiales, nisi manifestum contineant peccatum, esse approbatas ab Ecclesia Romana, & ad instar canonum seruandas, & obligare in conscientia, tradit latè idem Sperel *dec.* 162. *&* 163. *per tot.* cum declarationibus ibidem adductis, & dixi *in* §. *Lex n.* 6.

Quòd leges, & Constitutiones Iustiniani supradictæ quatenus iustæ dicantur meræ executiones canonum iam ante in Concilijs constitutorum, & valeant, Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 105.

An autem, & quomodo Ecclesiæ dicantur esse in Territorio Principis sæcularis, non autem de illius territorio, & quid hoc importet, vide Sperel. *decis.* 104. *n.* 47. *& seqq.*

Clerici, Ecclesiasticæ personæ, & Ecclesiæ, non debent subire munera personalia laicalia, nec soluere collectas, vel aliud tributum, sed sunt immunes ab illis, etiam si vellent spontè soluere. Tenetentur tamen stante consuetudine in contrarium, quæ valida reputatur, vel si acquirant bona iam allibrata in registro Communitatis, & solita collectari, cùm ad illos transeat cum onere suo, maximè si onus sit certum, & inuariabile, vel si tales immunes possideant de facto, & non iure, vel si in eos fiat translatio bonorum in fraudem Communitatis, vel si in ipsa translatione apponatur conditio, quòd bona transire debeant cum onere soluendi collectas, vel si iam collecta esset imposita pro certis annis futuris, vel si Princeps imponat collectam Vassallis suis, & tales alias immunes teneant feudum ab eo, vel si vigore statuti bona essent tributaria, & certum quid annuum soluerent Communitati, vel si agatur de Clericis coniugatis, siue negotiatoribus, vel de collecta imposita ratione belli, siue pestis imminentis, vel pro vijs, & itineribus, siue pontibus aptandis, & manutenendis, vel pro redemptione ipsius Principis, siue aliorum captiuorum, & generaliter pro causis pietatem, & publicam, ac communem omnium tam laicorum, quàm Ecclesiasticorum vtilitatem, & commoditatem respicientibus, vel de collecta præterita a possessore non soluta, vel si bona ab Ecclesia iterùm reuertantur ad laicos, cùm statim amittant priuilegium, & reincidant in obligationem, vt latè omnia singillatim probat Petr. Duen. *reg.* 100. *per tot.* Tusch. *litt. O. concl.* 126. *& seqq. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 203. *vol.* 1. *& decis.* 229. *&* 230. *vol.* 1. *& decis.* 269. *vol.* 1. *& decis.* 357. *vol.* 1. *& decis.* 9. *vol.* 2. *& decis.* 17. *d. vol.* 2. vbi qualiter Clerici ab initio non fuerint exempti à iurisdictione sæculari, idem Christin. *decis.* 102. *&* 103. *vol.* 3. Gizzarel. *decis.* 38. *num.* 11. vbi de refectione viarum, pontium, murorum, &c. latè Ægid. Thomat. *tract. de Collect. per tot.* dixi *in* §. *Ecclesia num.* 20. & Anton. Gob. *tract. de aquis, quæst.* 29. *num.* 9. *& seqq.* Francis. de Angelis *in forens. Immunit. Eccles. Asyllo post tract. de confess. opusc.* 3. *per tot.* vbi plura fauore Ecclesiasticorum, Valasc. *alleg.* 28. vbi plura an, & quando Clerici habeant Immunitatem, ne cogantur soluere Regia tributa, vel non, Ioan. Paul. Melij *obseruat.* 11. vbi plura de consuetudine, & obseruantia seruanda fauore Laicorum contra Ecclesiasticos, vt contribuere teneantur collectis, cæterisque oneribus, *& obseruat.* 24. *per tot.*

Qualiter Ecclesiastici teneantur ad leuandum salem pretio statuto si non vi coactiua Curiæ sæcularis, saltem vi directiua, & etiam compulsiua per suos superiores Ecclesiasticos, Ioan. Paul. Melij *obseruat.* 111. *per tot.*

De hac materia pro Ecclesiasticis plenè Thom. del Bene *de immunit. Eccles. par.* 1. *cap.* 5. *per tot.* Flau. Poppei *tr. de libert. Eccl. per tot.* & dixi *in* §. *Ecclesia n.* 20. *in fine, &* §. *Immunitas n.* 31.

Pro cautela Bartoli, declarandi bona tributaria, facit Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 373. *num.* 8. vbi quòd quando onera fuerunt imposita super bonis, consentiente patre clericorum Laico, dum erat illorum dominus, & possessor, sicut ille remansit obligatus, ita & eius filius, & hæres, ac bonorum possessor, licet aliàs vti clericus non teneretur.

Circa priuilegium Apostolicum, vt possit per famam probari optimè Constantin. Cafar. *specul. peregrin. Quæst. quæst.* 50. *num.* 8. *& seqq.* vbi quòd non de omnibus priuilegijs sit scriptura, nec est necesse quòd sint concessa per Bullam, vel Breue, sed sufficiunt verba, & oraculum viuæ vocis, quod eamdem vim obtinet, quàm aliæ Pontificiæ Constitutiones, ita vt puerile sit, & importunum post centum annos possessionis exquirere iussus, & approbationes Pontificis, & negatiua non probatur per registrum Cancellariæ Apostolicæ, cùm potuerint esse concessa viuæ vocis oraculo, & probentur per famam, & vsum, & alia ad rem in diuersis tamen terminis vide *in* §. *Priuilegium n.* 2.

Quòd ad reparationem, & aptationem viarum teneantur etiam Clerici, & Ecclesiasticæ personæ, ac omnes alij priuilegiati etiam ob numerum duodecim filiorum, Amaya *in C. l.* 2. *tit.* 25. *de immunitate nemini, &c.* Pacichel. *de distant. cap.* 6. *membr.* 9. *num.* 6. Pilata *dec.* 11. *tom.* 2. *num.* 151. *&c.* Oliua *de foro Eccles. part.* 1. *cap.* 39. *numer.* 27. Camarel. *de legat. lib.* 7. *num.* 43.

fol. 550. Capon. *discept.* 102. *num.* 52. *&c.* Romaguer. *in addit. ad Conciol. stat. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 56. *n.* 4. *&* 5. dixi etiam *in §. Via.*

Sed vide Mandel. *cons.* 8. *per tot.* D. Carol. de Graff. *de effect. cler. effect.* 3. *per tot.* Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 17. *&* 58. Bardellon. *cons.* 115. *per tot. lib.* 2. Sperel. *decis.* 35. 36. 37. *&* 182. Rot. *in Albens. Gabella* 28. *Iunij* 1630. *coram Merlino, de qua in par.* 6. *Nouiss. decis.* 339. & inter impressas eiusdem Merlini mihi *decis.* 902. *per tot.* quæ est magistralis, famigerata, & passim approbata vbi *num.* 56. firmatur rem transire ad Clericos, vel Ecclesias cum onere suo, tribus concurrentibus, nempè si onus sit reale, certum, & inuariabile, quod probat etiam Paul. Christin. *decis.* 19. *num.* 11. *vol.* 5. vide *in §. Ecclesia num.* 20. *& §. Gabella num.* 4. latè Dian. *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 34. *cum pluribus seqq.* vbi multos casus resoluit in hac materia ad fauorem Ecclesiasticorum, *& resol.* 132. *&* 133. *& par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 17. *& part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 11. Ciarlin. *contr.* 103. *per tot. contr.* 22. *per tot. contr.* 138. *&* 146. Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de melioram. & expens.* q. 10. Ægid. Thomat. *d. tract. de Collect. per tot.*

An possit per consuetudinem in aliquo, circa prædicta, & exemptionem fori, Clericis, & Ecclesiasticis personis præiudicari, vide in §. *consuetudo num.* 13. *&c.* & negatiuè omninò concludit Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 101. ac alibi sæpè, & dicit male loquutum Nicodemum de Florentia *in Specul. Confess. cap.* 73. idem Dian. *par.* 7. *tract.* 1. *resol.* 18. *& seqq.* vbi ao teneantur in subsidium patriæ, & ad onera communia, siue pro communi bono Reipublicæ.

De hac materia videndus pro Ecclesiasticis, latissimè Sperel. *decis.* 35. 36. 37. *&* 182. *per tot.* vbi ferè in omnibus suprarelatis limitationibus contrarium firmat, & præcipuè quoad consuetudioem etiam immemorabilem, & redimendo, quoad dictam consuetudinem, ab impugnationibus ex professo, Ansald. *tract. de iurisd. par.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. *per tot.* & firmando bona transire cum onere suo tantùm concurrentibus requisitis, de quibus Rot. in supracitata magistrali decisione, & latius in Barchinonen. Exemptionis sub diebus 20. Iunij 1636. & 13. Iunij 1646. *part.* 7. *recent. decis.* 159. *& par.* 9. *dec.* 412. *per tot.* vbi etiam plenè Paul. Rub. *in Annot. per n.* 133. quæ decisiones fuerunt iterùm confirmatæ *part.* 10. *rec. decis.* 56. *per tot. & decis.* 139. *& part.* 14. *decis.* 101. *per tot.*

Ad hoc vt bona transeant in Clericos, & Ecclesias cum oneribus suis indistinctè, multi Doctores tradiderunt cautelam, quòd mediante statuto, vel alia lege particulari, declarentur tributaria Communitatis, vel Principis sæcularis pro omnibus oneribus imponendis, nam tunc tamquam dictis oneribus affecta dum sunt in dominio sæcularium, transeunt cum illis posteà ad quoscumque peruenerint non secus, ac si essent alteri hypothecata; quia quidem cautela constat vsos fuisse Dominos Florentinos ex his, quæ retuli in mea Practica §. *Beni n.* 15. *& §. Danne num.* 28. & facit Bart. *in l. rescripto §. fin. ff. de muner. & honor.* illamque adhibuit Castr. in compilatione statutorum Florentinorum, prout ipse testatur *l. rei annonariæ num.* 6. *C. sine cens. vel reliq. fund. compar. non poss.* Tusch. *litt. O. concl.* 226. *num.* 37. *& seqq. & litt. S. concl.* 609. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 203. *num.* 25. *&c. vol.* 1. vbi approbat dictam cautelam, *& decis.* 8. *num.* 4. *vol.* 2. & illam in effectu approbat etiam Pacif. de Saluian. *inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 525. Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 58. Marta *vot. Pis.* 231. *num.* 5. vbi testatur ita bis fuisse resolutum in Congregatione Concilij, Sperel. *decis.* 35. *&* 36. *num.* 24. *& decis.* 121. *n.* 134. vbi tamen quatenus respicit Ecclesiasticorum interesse, & priuilegia, nititur illam prorsus subuertere, & eliminare, firmando, bona non obstantibus similibus cautelis, non transire cum dictis oneribus in Ecclesiasticos, nisi concurrentibus prædictis requisitis iuxta opinionem Rot. in allegata decisione Albens. Gabellæ, siue onerum 28. Iunij 1630. coram Merlino, declarando etiam quæ dicantur onera merè realia, quæ personalia, & quæ mixta, de quibus plenè Tusch. *litt. O. concl.* 118. *cum pluribus seqq. per tot.* Hunc locum nouissimè citat, & sequitur pluribus alijs additis Romaguer. in addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 1. *rubr.* 39. *num.* 4. *&* 6. vbi quòd statuentes Eugubini adhibuerunt dictam cautelam in eorum statutis, licet à pluribus impugnetur, de qua videndi Balmaseda *de Collect. quæst.* 18. *num.* 25. Pilata *decis. canon.* 11. *num.* 148. & Pignatel. *consul. canon.* 54. *num.* 6. *& seqq.* faciunt plura tradita per Anton. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 43. *num.* 33. *& seqq.* vbi quòd non est dubium posse quemlibet in traditione rei suæ prohibere expressè ne res sua transeat in Ecclesiam, Ecclesiasticasque personas, vel monasteria, vnde tantò magis statuere, vt transeundo transeat cum onere suo, adde Gob. *consult.* 40. *per tot.*

Quòd bona laicalia quando perueniunt ad Clericos, vel ad Ecclesiam transeant omninò libera ab oneribus publicis, nisi talia onera sint infixa bonis propter bona, & sint certa, ac inuariabilia, reprobata, ac damnata penitus aliàs dicta Bartoli cautela, à qua & ipsum Bart. recessisse latè probat Paul. Rub. *in Annot. ad decis.* 412. *per tot. par.* 9. *recent.* vbi etiam *num.* 79. *& seqq.* quòd quatenus iure permittente Clerici tenerentur ad Collectas, vel alia onera non possunt compelli per iudices laicos, sed tantum per Ecclesiasticos, ad tradita per Natt. *cons.* 311. *num.* 4. Carpan. *ad Stat. Mediol. cap.* 250. *num.* 4. *&c. part.* 2. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.* 3. *num.* 46. Bellet. *disquisit. Cler. par.* 1. *tit. de exempt. Cler.* §. 2. *n.* 10. Ciatlin. *contr.* 103. *per tot.*

De bonis patrimonialibus Clericorum, vide in §. *Bona n.* 35. Mart. *vot.* 231.

Quòd si donans, vel legans apposuit conditionem, vt Ecclesia soluat collectas, tunc teneatur Corbul. *de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat.* 8. *n.* 16. Nouar. *in Prag. Collect.* 58. vbi quòd alienaos intelligitur alienare cum oneribus suis ius, quod ipse habet, & non plus potest, Marta *d. vot.* 231. *n.* 7. *&c.*

Seclusa autem auctoritate Rotæ non desunt alij permulti validè probantes in multis alijs casibus, bona transire in Ecclesiasticos cum onere suo vt dixi supra, & videri potest penes Duen. *reg.* 100. *per tot.* Maccabr. *cons.* 40. *per tot.* Pacific. de Saluian. *inspect.* 3. *cap.* 4. *n.* 525. *&c.* Ansald. *tract. de iurisd. part.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. *per tot.* vbi in specie, & ex professo contradicit, ac impugnat Sperel. *loc. cit.* & præcipuè *decis.* 37. *per tot.* dum vult, nec vigore immemorabilis consuetudinis, posse Ecclesiasticorum bona collectari, quamuis posteà etiam idem Sperel. in noua suarum decisionum impressione de anno 1666. *dec.* 182. *per tot.* reassumendo obiectiones sibi ab Ansaldo factas, acerrimè suam opinionem defendat; quam etiam latè tnetur *Rot. in Barchinonen. Exemptionis* 13. *Iunij* 1646. coram Corrado *part.* 9. *recent. decis.* 512. *per tot.* ibidem Paul. Rub. *in Annot. per tot.*

Sed veritas est, quòd in Dominio Florentino non tantùm vigore consuetudinis, siue suprarelatæ cautelæ, sed etiam vigore Priuilegij Pontificij Leonis X. cuius copiam recordor in casu occurrenti cum Eminentissimo D. Cardinali Albizio de anno 1660. vidisse, & legisse in Archiuio Magistratus Dominorum Nouem Conseruatorum Iurisdictionis, & Dominij Florentini, omnia bona, quæ ab anno 1516. citra, transierunt, & transeunt in Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, indifferenter, prout alia laicorum collectantur, tam pro oneribus realibus, quàm mixtis, certis, vel incertis, variabilibus, vel inuariabilibus, & testatur Ansald. *loc. cit. num.* 207. *& seqq.* Marta *vot.* 231. *num.* 5. & in Regno Neapolitano Nouar. *in Prag. Collect.* 58. licet Sperel. *d. decis.* 182. *num.* 56. dicat procedere de facto; sed responderi potest, quòd imò procedit de iure stantibus prædictis, & maximè priuilegio summi Pontificis, cùm sufficiat de illo extare famam per effectum, & vsum probatam, ad tradita in simili per Fagundez *de Præcep. Eccl. tract.* 3. *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 17. & Dian. *resol. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 73. *circa medium,* Rippol. *tract. de Regular. cap.* 11. *num.* 14. vbi docet possessionem, & vsum antiquissimum probare concessionem priuilegiorum Apostolicorum quicquid Dian. dicat esse absurdum, & non admittendum *par.* 7. *tract.* 10. *resol.* 3. Et quòd priuilegium Apostolicum possit per famam probari latè Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 158. *per tot. & decis.* 270. *per tot.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 24. *n.* 11. *&c.* Marta *vot. Pis.* 31. *n.* 14.

Quòd ex scientia, & tolerantia Summi Pontificis inducatur tacitum priuilegium ad fauorem Principum sæculariū, habeat vim dispensationis, & excuset consuetudines contra

Eccle-

Ecclesiasticam libertatem, maximè quando ex tolerantia potest argui approbatio, & quando cum immemorabili consuetudine concurrit fama priuilegij Apostolici, habeat vim priuilegij Papalis, & reddat etiam laicos capaces ad præscribendum iura aduersus immunitatem Ecclesiasticam multis citatis, comprobat Cortiad. *decis.7. num.19. & seqq.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.3. cap.43. num.48. & seqq.* vbi etiam de legibus Galliæ, Burgundiæ, Germaniæ, & Lusitaniæ prohibentibus bona immobilia transferri in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas ex priuilegio Apostolico præsumpto per immemorabilis temporis cursum, & ob publicam vtilitatem, cùm aliàs substantiæ laicorum non essent sufficientes ad onera supportanda, & sic deficerent tributa, sine quibus Respublica stare non potest, & alia plura notabilia ad rem pro iustitia, & sustentatione huiusmodi legum, vide in §. *Statutum prohibens alienari in Forenses n.8.cum addit.*

Quòd huiusmodi leges prohibentes transferri immobilia in Ecclesias, & personas Ecclesiasticas adsint etiam in Regnis Valentiæ, Lusitaniæ, Maioricarum, & alijs testatur Valer. *de differ. vtriusque fori verb. Bona differ.3. fol.50.* vbi tamen probabiliter dubitat de illarum validitate, & quatenus sustineantur in foro fori non obligare in foro conscientiæ, sed posse illis non obstantibus Ecclesias quæcumque bona immobilia acquirere, & possidere, vide in §. *Lex, n.24. in his Addit.*

Quid in colonis Clericorum, vel Ecclesiæ dixi *Colonus num.19.*

Quòd bona patrimonialia Clericorum non sint immunia de veriori testatur Marta *vot.231. n.3. & vide in §. Bona, num.35.*

Qualiter Clerici sint exempti à iudicio sæculari, à muneribus personalibus, patrimonialibus, realibus, vel mixtis, à pedagijs, & gabellis, nisi tanta subsit necessitas, vt cum assensu Pontificis concurrere debeant in subsidium, & à legibus, ac statutis laicorum, & similibus, Pac. Iord. *Lucub. vol.2. lib.11. tit.3. num.102. & seqq. ad 131. fol. 524.* Tusch. *list. O. conclus.126. & seqq.* Diana *resolut. moral. part.1. tract.2. per tot. part.3. tract.1. part.4. tract... & part.5. tract.1. per tot.* Nouar. *Collect.57. & seqq.* Paul.Christ. *decis. Belgic.229. & 230. per tot. vol.1. & decis.17. vol.2.* vbi qualiter ab initio non fuerint exempti cum pluribus decisionibus seqq.

Quòd conuentio consanguineorum Clericorum de soluendis collectis, & gabellis pro ipsis Clericis, non sit contra libertatem Ecclesiæ, (quicquid secus sit in statuto) & Episcopus illos excommunicans malè faciat, & teneatur actione iniuriarum, Marta *vot. Pis.231. per tot.*

An autem Clerici dici possint, & re vera sint Vassalli Principum sæcularium, in quorum Statibus degent, Diana *part.5. tract.1. resolut.19.* vbi refert contrarias opiniones, & negatiuam de more amplectitur, vide *supra num.44.*

46 Clerici an arceantur gabella imposita super vino, carnibus, & similibus à Principe laico, sine consensu Sanctissimi, vel Episcopi, vide in §. *Gabella, n.4.*

An sint exempti à Gabellis non tantùm pro se, sed etiam pro familia, quam alere tenentur etiam si sint absentes, Viu. *dec.88. Ric. Prax. variar. resol. cap.329.* Ciarlin. *contr. 156. & 187. n. 8. &c.*

Quid in Clericis primæ tonsuræ, in coniugatis, & alia plura an, & quando Clerici teneantur ad gabellas, vel non Gutter. *de Gabell. q.44. 46. 91. 92. 93. 94. & 132.* Ciarlin. *contr. 22. 103. 138. 146. per tot.* vbi an teneantur saltem denunciare Gabellario, sicut alij exempti, & si oriatur controuersia an spectet ad iudicem Ecclesiasticum illam decidere.

An arceantur gabella pro transportatione, vel extractione fructuum suorum, & quid si essent negotiatores in odium mercaturæ illis prohibitæ, vide Rot. *par. 7. recent. decis. 159. & part. 9. decis. 412. per tot.* Gutierez *de Gabell. quæst. 93. per tot.* vbi plura de Clericis negotiatoribus, & quando dicantur tales, vel non, vt soluant gabellas, Sperell. *decis. 12. 13. & 14. per tot. decis. 35. num. 45. & decis. 94. per tot.* vbi etiam an, & quando dicantur negotiatores, vel non, Ciarlin. *controuers. 31.* Dian. *resol. moral. part. 4. tract. 1. resolut. 38.* Pereyr. *de manu reg. par.2. cap. 24. num. 35. & 36. infr. n. 77.*

An possint vendere vinum, & similia ad minutum per famulos, vel familiares suos, an ob id dicantur negotiatores, & arceantur statutis laicalibus aliter disponentibus Dian. *part.4. tract. 1. resolut. 52. & part.5. tract. 1. resolut. 20. & 26.* vbi quòd non teneantur ad gabellam pro extractione fructuum bonorum patrimonialium, vt alibi carius vendant; Sed contrarium probat D. Carol. de Graff. *de effect. Cleric. eff.3. n.178.* Nauar. *in manual. c.27. n.118. & alij.*

An possint vendere vinum in propria domo, vel Monasterio per famulos, idem Dian. *part.8. tract.7. resol.26.* vbi etiam de Regularibus, & refert contrarias opiniones, & *resol.27.* vbi quando dicantur negotiatores, vel non, Nouar. *Collect.130.*

Plura autem de Clericis, & alijs personis Ecclesiasticis, an possint tenere macellum publicum ad vendendas carnes, & huiusmodi in præiudicium Communitatis laicorum; An possint pascere sua animalia pro macello in pascuis Vniuersitatis; An Iudex laicus sit competens quoad animalia Clericorum alios damnificantia; An arceantur statutis de mensuris, & ponderibus signandis; An vendendo panem, vinum, & huiusmodi personis sæcularibus subijciantur iudicibus laicis, & alia, latè Fontanel. *decis.510. & seqq. vsque ad 519.*

Quòd Clerici pro rebus prohibitis, quæ inuehuntur, vel extrahuntur contra banna possint conueniri coram Iudice sæculari, & ab eis per sæculares prohibitæ res, quæ inciderunt in commissum auferri, & vbicumque sint capi, quia eo ipso, quòd in commissum ciderunt, à dominio Clericorum exierunt, *l. commissum, ff. de public an.* ac proinde si de ipsis rebus agatur ciuiliter coram Iudice sæculari respondere debent, non verò si ad alias pœnas agatur, quia tunc coram Iudice Ecclesiastico petendæ sunt, Gutierez *Pract. c.38. n.23.* Pereyra *de manu Reg. cap.38. n. 15. part.2.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.2. cap.34. num.14.* 47

Clericum, vel aliam Ecclesiasticam personam percutiens, an & quando efficiatur excommunicatus, vel non, vide in §. *Excommunicatio, n.1. &c.*

Clerici possunt accusare de criminibus, pro quibus non veniat pœna sanguinis infligenda, aliàs secus, quia efficerentur irregulares, possent tamen ad effugiendam Irregularitatem, protestari quòd non intendunt agere ad pœnam corporalem, Clar. *§. fin. quæst.14. vers. dixi in primis,* Sperel. *decis.45. numer.26.* vbi loquitur coram Iudice laico, etiam si certò sciant, vel credant, illum processurum ad pœnam sanguinis, de quo latiùs D. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.12.* DD. communiter in *cap. Prælatis de homicid. in 6.* dixi in *Pract. in Præfat. numer.8. & 9.* 48

An autem sit necessaria licentia superioris, vide in §. *Religiosus, numer...... & infra numer.50.* Sperel. *decis. 50. per tot.* vbi quòd potest iudex sæcularis absque incursu alicuius censuræ, Clericos, vel alias Ecclesiasticas personas volentes examinare, ac iurare facere, tam in causis ciuilibus, quàm in criminalibus, etiam sine licentia illorum superioris, quamvis ipsi Clerici malè faciant, & contrauenient se examinando coram Iudice sæculari sine dicta licentia: non autem aliquo modo illos compellere, & quòd stante dicto voluntario examine, sunt validæ illorum depositiones, etiam sine licentia, & alia, vt latiùs ibi per eum, & Clar. *d. quæst.14. vers. Scias autem,* Aloys. Ricc. in *Prax. variar. resol.c.206. & 459. per tot.* Mascard. *de probat. concl.261. per tot.*

Et quòd licèt Clericus reuelare non possit delictum commissum, possit tamen reuelare perpetrandum ad hoc vt illi obuietur, Menoch. *de Arbitr. cas.180. n.21.*

Clerici an pro illorum bonis, iuribus, vel offensis ipsis factis, habeant fori electionem, etiam si sint actores contra laicos, vide Franch. *decis.597.* & alios quos allegaui in §. *Ecclesia numer.19.* Ricc. *Collect.86 2293. 2303.* Nouar. *de elect. for. sect.1. quæst.1.* Leoncil. *decis. Ferr.57. numer.18.* vbi quòd non, sed sequuntur forum rei laici iuxta *cap. si Clericus, & cap. cum sit de for. compet.* Marta *vot. Pis.209.* 49

Affirmatiuam opinionem defendit de more Sperel. *decis.3. numer.21. decis.49. numer.28. &c. & decis.98. per tot.* vbi reprobat Thesaur. *quæst. forens. lib.2. quæst.15.* diuersimodè tenentem, & loquitur in ciuilibus, vide Ciarlin. *contro. 52. numer.1. & seqq. & contro.171. numer.61. & seqq.* Marcel. Cala *de mod. art. & prob. §.1. glos.1. numer. 87. &*

87. *& seqq.* Sanfelic. *decis.*358. *per tot. cum Addit.* vbi quòd tam in criminalibus, quàm in ciuilibus habent electionem fori, etiam cum vidua eamdem variationem, & electionem petente, cùm ipsi sint magis priuilegiati, loquitur tamen de foro competenti etiam reo, vide in §. *Persona n.*22.

Intellige si agatur de re Ecclesiæ, vel patrimoniali ipsius Clerici, secus si de re omninò profana, nisi etiam quoad profana adsit consuetudo ad fauorem clericorum, licèt etiam in profana idem esse contendat idem Sperel. *decis.*142. *& decis.*143. *per tot.* Aloys. Ricc. *prax. var. resol. cap.*147. *num.*1. sed intellige omnia prout dixi in §. *Ecclesia numer.*19. & benè declarat Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*13. *tit.*8. *n.*281. *fol.*96. vide latè Tusch. *litt. S. concl.*427. *per tot.* Dian. *p.*5. *tract.*1. *resol.*7. vbi indistinctè firmat Clericos habere electionem fori etiam agendo contra laicos, siue pro rebus Ecclesiæ, siue suis, & siue actione reali, siue personali, sed tu teneas vt supra, & in §. *Ecclesia numer.*19.

An Clerici volentes agere contra suos colonos pro ipsa terrarum locatione teneantur illos conuenire in foro laico, videtur dicendum quòd sic, cùm non sit casus exceptus à regula, *cap. cum sit generale de for. compet.* & probat Marta *de iurisd. part.*4. *cas.*112. *numer.*1. nisi se obligauerint in forma Cameræ, vel aliàs se iurisdictioni Ecclesiasticæ supposuerint, refert Sperel. *decis.*41. *numer.*29. vbi tamen *num.*31. contrarium sequitur, & dicit fuisse declaratum à S.Congreg. vide Ciarlin. *controu.*52. *num.*1. *& seqq. & contr.* 171. *per tot.*

50 Clericus in causis criminalibus admittitur ad testificandum, vbi non est imponenda pœna sanguinis, aliàs autem abstinere debet à testificando, nam si ex suo testimonio sequatur mors, vel membri mutilatio efficeretur irregularis, neque hoc casu sibi prodesset protestatio, de qua *supra numer.*48. Clar. §. *fin. quæst.*24. *vers. vlterius quæro &c.* Mascard. *de probat. conclus.*1356. *num.*32. Guaz. *ad def. cap.*2. *num.*7. 8. latè D. Carol. de Graff. *de effect. Cler. effect.*10. *num.*14. *& per tot.* vide Sperel. *decis.*50. *per tot.*

Quòd testimonium Clerici præualeat testimonio laicorum, ita vt quatuor Clerici præualeant sex laicis, Menoch. *de arbitr. cas.*98. *num.*5. *&* 6. Mascard. *de probat. concl.* 306. vide §. *Religiosus num.*2. Quòd dictum Sacerdotis, & Religiosi habeat vim duorum testium, Vrceol. *Consult.*88. *num.*19. *vol.*2. Rota *part.*10. *recent. decis.*276. *num.*18. *&c.* vbi quòd Sacerdos probat etiam si sit procurator, vel fuerit inducens, *& part.*12. *decis.*101. *num.*16. vbi quòd habet vim duorum.

Multa an, & quando Clericus contra laicum, vel pro laico admittatur ad testificandum coram iudice sæculari, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, tam cum licentia sui Superioris, quàm sine licentia; Et quid è contra, an laicus sit idoneus testis aduersus Clericum, vel pro Clerico, Farinac. *qu.*61. *opposit.*12. *&* 13. *per tot.* Ricc. *Collect.* 597. cum alijs summatim per Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*18. *numer.*589. *& seqq. fol.*334. *& tit.*19. *num.*52. *& seqq. fol.*381. vbi quòd licet regulariter non cogatur Clericus testificari, tamen quandoque compellitur à iudice Ecclesiastico, & præstito iuramento in manibus ipsius iudicis Ecclesiastici. An autem possit torqueri, vide ibidem *n.*183. *&c. fol.*388.

Quòd in ciuilibus possit Clericus examinari de licentia Episcopi, quam & si non petierit valeat tamen illius testimonium, licèt non sit ex omni parte perfectum, & possit Clericus à suo Ordinario castigari, Mart. Medic. *decis.* 95. *num.*12. *& seqq.* Sanfelic. *decis.*262. vbi idem in criminalibus Sperel. *decis.*50. *per tot.* vbi loquitur etiam in criminalibus, & quòd stante dicta licentia, quæ tamen non solet concedi nisi ad defensam, potest Clericus iurare in manibus iudicis sæcularis, nisi adsit consuetudo in contrarium, & alia in hac materia vide in §. *Iudex num*....*&* §. *Religiosus numer.*2. *supra numer.*48. Paul. Christin. *decis. Belg.*17. *numer.*9. *& seqq. vol.*2. vbi qualiter possit cogi ferre testimonium, & iurare tacto pectore coram iudice sæculari.

51 Clericus non potest sine licentia Episcopi cogi per iudicem laicum ad testificandum, & cùm talis licentia sit quid facti, est probanda, nec sufficit quòd Notarius dicat, talis Clericus examinatus de licentia; solet autem Episcopus facere præceptum Clerico examinando, vt comparcat coram tali iudice ad deponendam veritatem, Guaz. *ad def. cap.*2. *per tot. & def.*13. *cap.*1. *numer.*8. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belg.*17. *numer.*10. *&c. vol.*2. Aloys. Ricc. *prax. var. resol. cap.*459. *per tot.* Mascard. *de probat. conclus.*261. *vide supra n.*48.

Quando autem, & quomodo sit concedenda huiusmodi licentia; vel non vltra præcitatos, vide Thom. Triuis. *decis.*30. *lib.*2.

Clericus falsum testimonium perhibens coram iudice laico, licèt eius aures, & maiestatem offendat, non potest ab illo puniri, sed ab Ecclesiastico, iuxta magis communem opinionem, vt per Cabal. *resolut. crim. cas.*261. *numer.*4. Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. numer.*50. Afflict. *decis.*230. Capyc. *decis.*5. *numer.*13. Dian. *part.*1. *tract.*2. *resolut.*109. *& part.*3. *tract.*1. *resolut.*60. vide Ricc. *part.*4. *decis.*81. *per tot.* Paul. Rub. *in Annot. ad decis.*412. *numer.*94. *& seqq. part.*9. *recent.* Ricc. *prax. var. resolut. cap.*140. *numer.*10. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *decis.*408. *obseru.*1. vbi quòd si deponat falsum coram Iudice Ecclesiastico non suo, venit ab eodem puniendus, Tondut. *de præuent. part.*2. *cap.*47. vbi tamen quòd si laicus falsum deponat coram Ecclesiastico, locus efficitur præuentioni, Franch. *decis.*722. *numer.*6. *& seqq.* Diana *d. resolut.*60. Ciarlin. *controu.*48. *per tot.* vbi idem quoad subornantes, vel corrumpentes, aut mandantes, & licèt subornatio non habuerit effectum, & alia plura notabilia; sed quoad subornatores contrarium vide per Bertazol. *cons.*72. *vol.*1. Addit. ad Sanfelic. *loc. cit.* 52

Cognoscit tamen iudex laicus de falsitate Clerici, ad effectum expediendi processum, & causam principalem, in qua fuit examinatus, Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*13. *tit.*8. *numer.*16. *fol.*75. Dian. *d. resolut.*109. *in fine*, Paul. Christin. *decis. Belg.*76. *numer.*8. *vol.*1. Thom. Triuis. *decis.*8. *per tot. lib.*2. vbi videtur concludere, quòd iudex sæcularis habeat cognitionem, & iudex Ecclesiasticus executionem, & idem confirmat *decis.*53. *numer.*21. Sed non esse vsu receptum innuit Sanfelic. *in Praxi sect.*25. *numer.*9. vbi alia plura quando quis sortiatur forum per offensionem iurisdictionis alterius, in terminis *l. nullum C. de test.* quæ dat præuentionem inter iudicem ordinarium, & iudicem offensum, nisi alter haberet iurisdictionem cum clausula abdicatiua, vel priuatim, de qua plura ibidem vide in §. *Testis n.*35.

Clericus secundùm aliquos, & iuxta practicam Marant. *dist.*11. *numer.*61. de qua etiam Sanfelic. *in Prax. sect.*30. *numer.*11. *&c.* potest à iudice sæculari citari per proclama generale de omnibus prætendentibus interesse in causa, quasi tunc comparendo, dicatur actor voluntarius, & non reus: hæc tamen citatio generalis, est nullius momenti vbi constat de possessore, qui tanquam certus debet citari nominatim, & non per edictum, & dictam practicam reprobat Gratian. *discep. forens. cap.*138. *num.*72. *&c.* Sperel. *decis.*8. *numer.*37. vide Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 239. *num.*6. *& seqq. per tot. & conclus.*253. *numer.*5. Farinac. & Vulpin. *in suco quæst.*8. *numer.*29. *&* 87. Surd. *decis.*26. *per tot.* vbi quòd licèt opinio sit dubitabilis de iure, tamen vigore huiusmodi proclamatum generalium, sæpissimè Clericorum causæ fuerunt cognitæ, & cognoscuntur in Senatu Mantuano, & sic coram laicis Iudicibus, & ita etiam Florentiæ consuluisse Castr. prout ipse Castr. testatur in *l. testamenta, numer.*7. *C. de testam.* vide Sanfelic. *decis.*90. Barz. *decis. Bonon.*106. Ricc. *Collect.*2419. Peregrin. *decis.*145. *numer.*12. *& seqq.* Leoncil. *decis. Ferr.*57. *numer.*18. Thomat. *decis.*89. Seraph. *decis.*957. Guaz. *de confisc. bon. conclus.*17. vbi qualiter teneantur comparere ad eridas per Fiscum emissas, si sint creditores in bonis confiscatis, Mastril. *decis.*79. *per tot.* Sanfelic. *decis.*187. *numer.*17. *decis.*210. *&* 305. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*13. *tit.*8. *numer.*44. & melius *numer.*82. *& seqq. fol.*80. vbi sequitur dictam practicam cum tribus modificationibus; nempè si Clericus spontè compareat, forum non declinet, & citatio non contineat clausulas arctatiuas, & dixi in Practica §. *Citationi, numer.*63. vide §. *Inuentarium, num.*2. §. *Citatio, num.*29. facit Diana *part.*8. *tract.*5. *resolut.*44. vbi adducit multas rationes pro dicta practica, à qua tamen omninò recedit. 53

Qualiter autem possit Clericus puniri à Principe sæculari, si saluamguardiam ab eo alicui concessam violauerit, vide Menoch. *de arbitr. cas.*338. *numer.*14. *& in* §. *Princeps, num*....

Plu-

Plures casus in quibus non potest Clericus declinare forum sæculare, vide per Christin. *decis.*222. *& seqq. vol.*5. alios allegant io §. *Iudex*, *num.*31. & supra, ac infra per discursum, Ricc. *Collect.*53.*per tot.* Boer. *decis.*69. *per tot. decis.*114. & 300.

Quòd quando Clericus fuit per Iudicem sæcularem in possessionem missus saluo iure tertij, possit pro recuperatione tenutæ conueniri coram Iudice sæculari, qui illam tenutam concessit, probat Peregrin. *de fideicommiss. art.* 48. *numer.*62. *& seqq.* quam opinionem Peregrin. ibi contentam seqoitur Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect.*1.*nu.* 497. Sed istos reprobant cootrarium tenendo, vt nempè debeat conueniri coram Iudice Ecclesiastico, Gratian. *discept. forens.c.*238.*n.*94. Martha *de iurisdict.p.*4.*cas.*150. & Rouit. *decis.*24.*per tot.*

Qualiter Clerici, & personæ Ecclesiasticæ possint trahi ad forum sæculare per laicos ex remedijs *l. diffamari*, *C. de ingen. & manumiss. & l. contendat de fideiuss.* latè Fontanel. *decis.*328. *& seqq.* cum alijs per me citatis *in* §. *Actor*, *n.*11. *& seqq.*

De Clericis, & personis Ecclesiasticis, an ligentur bannis, vel proclamatibus imponentibus perpetuum silentium negligentibus iura sua deducere in termino assignato, latè Anton. Gob. *consult.* 54.*per tot.*

An autem Clericus, qui contra laicum in iudicio sæculari obtinuit manutentionem in summarijssimo possessorio, debeat in eodem expectare declarationem possessorij plenarij, vel possit forum declinare, & alia ad rem, Fontanell. *decis.*333. *& seqq. & decis.*340. *& seqq.*

An, & quando Clericus, qui venit ad concursum bonorum communis debitoris coram Iudice laico, & solutionem graduatoriam reportauit sub cautione solita, possit coram eodem Iudice conueniri auocatoria, & ad restituendum anterioribus, vel sit conueniendus coram suo Iudice Ecclesiastico, latè Salgad. *Labyrint. credit. part.*2.*cap.*6. *numer.*42. *& seqq. per tot.* vide in §. *Citatio*, *numer.*29. *in fine*.

54 Clerici, & aliæ Ecclesiasticæ personæ ligantur edicto Principis sæcularis iubentis tempore penuriæ, vel pestis victualia vendi, vel quid aliod fieri noo solùm iusto, sed etiam viliori pretio taxato, cum fiat causa publicæ vtilitatis principaliter, non tamen ad hoc cogi possunt per Iudices sæculares, sed per Ecclesiasticos, & in omnem casum non parendo huiusmodi edictis, tenentur in conscientia restituere id, quod vltra pretium taxatum receperint, Cabal. *resolut. crimin. cas.*9. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.*149. *numer.*43. *&c.* Franch. *decis.*9. *per tot.* Michael. Salon. *de iust. & iur. controuers.*9. *&* 10. *per tot.* Couar. *variar. resolut. lib.*2. *cap.*3. *per tot.* P. Steph. de Neapol. *tract. de præcip. iur. & iust. part. lib.*2. *cap.*40. *numer.*15. *&c.* Ioseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis.*71. *numer.*8. Nec dissentit Sperel. alioquin acerrimus Ecclesiasticorum defensor *decis.*12. *numer.*57. *& decis.*13. *numer.*10. vbi intelligit quòd teneantur oon vi arctatiua, sed directiua in foro conscientiæ, & non vi legis, sed rectæ rationis ita suadentis, dixi in mea Practica §. *Grani*, *numer.*7. *&* §. *Statuti*, *numer.*14. Diana *resolut. moral. part.*1. *tract.*2. *resol.* 8. *part.*4. *tract.*1. *resolut.*87. *part.*5. *tract.*1. *resolut.*6. *part.*7. *tract.*10. *resol.*2. vbi an subijciantur tantùm vi directiua legibus sæcularibus, vide in §. *Princeps*, *numer.*31. Paul. Christin. *decis. Belgic.*203. *num.*22. *& seqq. vol.*1. *& decis.* 357. *vol.*1. Ciarlin. *contron.*31. vbi de extractionibus, vide in §. *Banna*, *n.*6. Fontanel. *decis.*495. *decis.*331. *& seqq. & decis.* 202.*per tot.*

55 Clericus succedens laico, an ligetur instantia ineboata coram Iudice sæculari, ita vt ex huiusmodi processu sine nouo iudicio possit contra illum ferri sententia, vide latè pro, & contra Gratian. *discept. forens. cap.*16. *per tot.* Carol. de Grass. *de effect. Cler. effect.*1. *n.*282. *& seqq.* Boer. *decis.*69. *n.*32. *& seqq.*

Clericum hæredem laici conuentum coram Iudice sæculari pro executione sententiæ contra defunctum laicum latæ, si sit præscriptum ius exequendi, idest via executiua, vel perempta instantia, esse remittendum ad Iudicem Ecclesiasticum, latè Constant. Casar. *specul. peregrin. Quæst. quæst.*28. vbi tamen refert contrarium aduersus votum suum bis fuisse iudicatum, vide in §. *Instantia*, *numer.*11. Cabal. *cons.*91. *lib.*2. vbi quòd executio est petenda coram Iudice Ecclesiastico, Noguerol. *allegat.* 19.*num.*127.

Quòd Clerici ligentur statutis laicorum in ordinatorijs iudicijs, quia non respiciunt personas, sed causas; imò & Episcopi teneantur seruare statuta Laicorum si sint bona, & æqua, Zuff. *de legit. Process. lib.*3. *quæst.* 207. *per tot.* vide in §. *Statutum circa generalia*, *numer.* 12. Fontanel. *decis.*495. *decis.*331. *& seqq. & decis.*202. *per tot.*

Negatiuam opinionem, & remittendum esse ad forum Ecclesiasticum tenet Asin. *in Prax.* §.2.*cap.*12. *num.*54. Rota *part.*9. *recent. decis.*308. *numer.*13. Thomar. *decis.* 266. *num.*5. Martha *de iurisdict. part.*4. *cas.*37. Ciarlin. *controuers.*160. *numer.*51. *& seqq.* Sperel. *decis.*7. *numer.*3. *&c.* vbi plura, & distinguit quatuor casus Diana *resolut. moral. part.*1. *tract.*2 *resolut.*24. *& part.*3. *tract.*1. *resolut.* 31. *& part.*4. *tract.*1. *resol.*21. Marc. Anton. *lib.*1. *resol.* 49. *num.*2.

Affirmatiuam autem opinionem profitetur veriorem Surd. *decis.*110. *per tot.* Paol. Christin. *decis. Belg.*280. *num.* 22. *vol.*1. *& decis.*222. *numer.*38. *&c. vol.*5. Mastril. *decis.* 131. *numer.*21. *&c.* facit latè Sanfelic. *decis.*2. vide *in* §. *Instantia*, *numer.*11. Grass. *loc. sup. cit.* Castil. *part.*1. *decis.*2. Coriolan. *in Bulla Cœnæ*, *Excommun.*16. Grass. *part.*1. *decis. lib.*4. *cap.*18. *num.*128. Ceualos *tract. de cognit. per viam violentiæ p.*2. *q.*40. *n.*9.

Quòd Clericus litigans in foro sæculari arctetur instantia præfixa à statuto laicorum, & alijs circa præparatoria, & ordinem iudicij, Paul. Christin. *decis. Belg.*203. *n.*27. *& seqq. vol.*1. vide *in* §. *Instantia*, *n.*5. Ioseph. Ludouic. *decis. Luc.*39. *n.*4. *&c.* vbi quòd ligatur in ordinatorijs, non autem in decisorijs.

Clericus si fuerit tamquam auctor nominatus, vel lau- 56
datus in causa laicorum, an possit ex sua persona forum declinare, vide Marant. *p.*6. *memb.*5. *n.*10. vbi tenet quòd non, sed Additio firmat contrarium, Gramat. *decis.*21. Capyc. *decis.*87. Anna *sing.*45. Nouar. *in Pragmat. Reg. Neapol. Collect.*73. *n.*9. Vrceol. *consult. forens. c.*44. *n.*.6. *& seqq.* plures pro vtraque parte allegat Mangil. *de euict. q.*6. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belg.*280. *num.*17. *& seqq. vol.*1. *& decis.*19. *n.*9. *& seqq. vol.*2. *& decis.*165. *n.*8. *&c. d. vol.*2. *& decis.*222. *n.*8. *& seqq. vol.*5. Ricc. *Collect.*2419. *vers. Auctor.* Peregrin. *decis.*60. *num.*4. *&c.* Gamm. *decis.* 332. *n.*3. Adde Thom. del Bene *de immunit. Eccles. part.*2. *c.*7. *dubit.*11. *sect.*3. *per tot.* vbi videtur transire cum relata distinctione, Fontanel. *decis.*495. *decis.*331. *& seqq. & decis.*202. *per tot.*

Quòd Clericus in auctorem laudatus à laico, si laicus nominaos ius in re non habeat, & Clericus sit necessarius defensor, eo quia laicus nominans nullum ius in re habeat, possit, & debeat ex persona sua forum declinare, & ratione sui iuris totam causam ad forum Ecclesiasticum trahere; secus autem si laicus illum nominans, ius habeat in re, & in illo iudicium substantietur, vt quia sit conuentus tamquam emptor, & possessor, quia tunc Clericus illius auctor superueniens ad defensionem, non potest iudicium ex persona sua motare, vel declinare, sed tenetur laicum in illo foro, vbi iudicium cœptum fuit, defendere, sicuti pluribus relatis distinguit ex magis communi opinione Sperel. *decis.*24. *num.*1. *& seqq.* licèt secundum membrum huiusmodi distioctionis, dicat non transire sine difficultate, & nolit illud pro certo firmare, quoad se, cùm vt ego puto cognita illius veritate, non sit Clericis, quibus semper ex professo fauere satagit, fauorabile, sed pro Clericis comparentibus aote litem cœptam, latè Mangil. *de euict. quæst.*6. *per tot.* vbi post relatas contrarias opiniones septem casus distinguit, adde Dian. *part.*3. *tract.*1. *resolut.*22. *& part.*4. *tract.*1. *resol.*25. Christin. *d. decis.*280. *n.*17. *&c. & decis.*19. *num.*9. *& seqq. vol.*2. *& decis.*165. *numer.*8. *&c. vol.*2. Gamm. *decis.*332. *numer.*3. Boer. *decis.*69. *num.*27. *&c.* Ciarlin. *contron.*171. *num.*22. *& seqq.*

Quòd Clericus comparens vti tertins in causa ad impediendam seotentiæ executionem, vel sponte pro suo interesse veniens ad causam, non possit petere, nec obtinere remissionem ipsius causæ, Anna *allegat.*76. Ricc. *Collect.* 106. Addit. ad Sanfelic. *decis.*419. *obseru.*7.

Clericus per reconueotionem efficitur de foro sæculari, 57
Marant. *p.*4. *dist.*6. *n.*53. vbi limitat tribus modis, *& n.*54. quòd potest condemnari in expensis si succombat, Afflict. *decis.*27. *& decis.*173. *cum Addit.* Duen. *reg.*102. *per tot.* Ricc. *Collect.*2319. Franch. *decis.*349. *& decis.*376. Cabal.

resol.

*resol. crimin. cas.*224. *num.*32. Viui. *decis.*49. *n.*6. *tom.*1. Thess. *Quæst. for. lib.*1. *quæst.*98. Diana *part.*4. *tract.*1. *resolut.*65. vbi pluribus modis limitat, & præcipuè si agatur de re diuersa, criminali, spirituali, & huiusmodi, vide Sanfelic. *decis.*184. *per tot.* & quæ dixi in §. *Reconuentio*, *num.*5. adde Farinac. *quæst.*8. *num.*99. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.*280. *numer.*7. *& seqq. vol.*1. vbi pluribus modis ampliat, & limitat, *& decis.*20. *per tot. vol.*2. *& decis.*222. *n.*33. *&c. vol.*5. idem Christin. *ad leg. municip. tit.*1. *art.*24. *n.*7. *&* 8. vbi limitat non procedere in criminalibus, & quæ dixi in §. *Reconuentio*, *n.*1. Fontanel. *decis.*309. *& seqq. decis.*340. 343. *& seqq.* Caldas Pereyra *quæst. forens. c.*51.

Sententia tamen est executioni demandanda per Iudicem Ecclesiasticum, non per laicum, qui illam tulit, aliàs exequendo suam sententiam, siue in bonis, siue in persona esset excommunicatus, Guaz. *ad defens. cap.*11. *num.*1. Franch. *decis.*193. *per tot.* Tondut. *de præuent. p.*2. *cap.*58. *n.*11. *& seqq.* Pac. Iord. *Lucub. vol.*3. *lib.*13. *tit.*8. *n.*91. *& seqq. fol.*81. vbi pluribus modis declarat, facit *supra n.*25. Diana *resol. moral. p.*3. *tract.*1. *resolut.*4. *& p.*4. *tract.*1. *resolut.*3. *& resolut.*65. *in fine*, Ciarlin. *controu.*53. *num.*31. *& seqq.*

Antequam tamen per actum positiuum reconueniatur Clericus, potest ipse à conuentione recedere, etiam in iudicijs duplicibus, vt communi diuidundo, & similibus, Marcian. *disp. forens. c.*73. *per tot.* Afflict. *decis.*173. Paul. Christin. *decis. Belgic.*280. *n.*11. *& in fine vol.*1. vbi dicit magnam esse dubitationem.

Secus autem postquam fuerit reconuentus, vt probat Marcel. Cala *tract. de modo articul. & proband. glos.*1. §. 1. *n.*46. *&c. fol.*15.

58 Clerici non possunt renunciare priuilegio fori, etiam cum iuramento, imò si contra se procedi permittant per Iudices sæculares, non declinando iurisdictionem, possunt criminaliter puniri arbitrio Episcopi tamquam canonum transgressores, Ias. *in l.*1. *num.*10. *ff. si quis in ius voc. & in auth. statuimus, C. de Episc. & Cler.* Natt. *cons.*324. Petr. Cabal. *resolut. crimin. cas.*225. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.*190. *num.*7. Menoch. *de Arbitr. cas.*430. Sperel. *decis.*104. *num.*85. Sanfelic. *decis.*277. *num.*5. *&* 6. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*13. *tit.*8. *numer.*1. *& seqq. fol.*74. vbi firmat regulam, quòd Clerici tam in caussis ciuilibus, quàm criminalibus, à Iudice Ecclesiastico, & non à sæculari iudicari debent, quam 23. modis ampliat vsque ad *num.*48. & 13. modis limitat, & declarat vsque ad *num.*127. & vide Couar. *pract. quæst. cap.*31. Farinac. *de inquisit. quæst.*8. *per tot.* Tusch. *litt. C. conclus.*385. 386. *&* 387. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 19. *cum pluribus seqq. vol.*2. Bich. *decis.*526. *numer.* 28. *& seqq. & decis.*537. Pacion. *de locat. cap.* 39. *numer.*23. Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.*2. *qu.*49. vbi an ex tacita confessione resultante ex factis non congruentibus ordini Clericali inducatur renunciatio priuilegij Clericalis, Griuel. *decis.*30. *num.*13.

Quod eodem modo non possint se submittere Constitutionibus, & statutis laicalibus per pactum etiam iuratum, quia leges municipales laicorum nullo modo possunt ligare Clericos, etiam si iuxta illorum formam contrahere profiteantur; quicquid aliàs simpliciter paciscendo, non facta mentione, nec habita relatione ad dictas Constitutiones laicales, obligentur seruare pacta, latè probat Rota *part.*9. *recent. decis.*348. *numer.*19. *& seqq. per tot.* facit quod dixi *in* §. *Obligatio*, *num.*32. *in fine*, Sperel. *decis.*10. *numer.*13. Matta *de iurisdict. part.*4. *cent.*1. *cas.*61. *num.*13. Rota *part.*10. *recent. decis.*343. *numer.*24. *& seqq.* vbi tamen refert plures tenentes huiusmodi statuta tamquam licita, & honesta ligare etiam Clericos, sed illos reprobat, nisi Clerici sint hæredes laici executiuè obligati, nam tunc possunt executiuè conueniri coram suo Iudice, & sic mutatur tantùm forum, & non via executiua.

Quòd Clerici non possint consentire in Iudicem laicum etiam de consensu Episcopi, vide in *cap. significasti* 18. *cum glos. de for. compet.* Soccin. *reg.*80. vbi dat duodecim limitationes.

Quòd processus coram Iudice laico factus sit nullus, etiam si non comparuerint ad declinandam iurisdictionem, cùm Iudex laicus sit incapax dictæ iurisdictionis, Seraphin. *decis.*957. *numer.*4. *&c.* Sanfelic. *decis.*277. vbi quòd ideò Clerici non possunt à Iudice laico contumaces reputari, & pro contumacia mulctari, & si quid fuerit executum pro pœna contumaciæ est restituendum.

An autem possint tacitè renunciare priuilegio, contrahendo, vel delinquendo, vide Ias. *in l. cum quid*, *n.*13. *ff. si cert. pet.* Cabal. *d. cas.*225.

Quòd non possint præiudicare iurisdictioni sui Episcopi per suam confessionem, fatendo scilicet coram Iudice sæculari se esse laicos, & non gaudere priuilegio fori, si verè sint Clerici, & illo gaudeant, Sperel. *decis.*133. *num.*85. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*13. *tit.*8. *num.*9. Rota *p.*14. *recent. decis.*425. vbi quòd quamuis non habeant requisita Concilij, sunt subiecti Episcopo, & exempti à Iudice sæculari; quod vltimum apud me magnam parit difficultatem, & in practica non seruatur, vide *infra numer.*70. *vers. Et quod.* Sed Rota ibi loquitur retento themate delicti commissi tempore Clericatus, de quo dixi *infra num.*78.

Qualiter constare debeat de dimissione habitus, præuia renunciatione Clericatus, & admissione facta per Episcopum (vt moris est in aliquibus locis) ad effectum se eximendi à iurisdictione Episcopi, Ricc. *decis.*122. *numer.*1. *part.*2. Rota *part.*14. *recent. decis.*425. *num.*4.

Et si distulerint allegare exceptionem fori, condemnari debent in expensis per Iudicem Ecclesiasticum, Gratian. *discept. forens. cap.*190. *numer.*18. Cassador. *decis.*3. *num.*5. Sperel. *decis.*18. *numer.*14. Pac. Iordan. *loc. cit. numer.*10. *fol.*74. Bellamer. *decis.*226. Capel. Tholos. *decis.*165. Paul. Christin. *decis. Belgic.*23. *vol.*2. vbi à quo taxari, & exequi debeant, Conciol. *ad statut. Eugub. lib.*2. *rub.*18. *num.*3.

Possunt tamen se subijcere Iudici sæculari vt arbitro, in ciuilibus, quamuis si posteà nolint stare sententiæ non possint ab illo compelli, Diana *resolut. moral. part.*1. *tract.*2. *resol.*106. vide in §. *Compromissum*, *num.*15. Th. Triuis. *decis.*17. vbi quando sententia à Iudice sæculari inter personas Ecclesiasticas lata transeat in iudicatum, nec possit impugnari coram Iudice Ecclesiastico, etiam per viam restitutionis in integrum.

An Clericus recurrens ad Iudices sæculares efficiatur excommunicatus, & ideò amittat beneficia iam obtenta, & efficiatur incapax ad alia, quid si fuerit absolutus, & alia, Merlin. *decis.* 136. *per tot.* & alibi *vt infra num.*83.

59 Clerici non ligantur statuto laicorum iubente fieri compromissum inter consanguineos, vel consortes litigantes, Alex. *cons.*213. *lib.*2. Marant. *disput.*8. *num.*9. Ciarlin. *controu.*170. *n.*40. *&c.*

Contrarium videtur tenere Capyc. *decis.*166. *per tot.* Ricc. *Collect. decis.*171. *part.*1. Thor. *Compend. decis. Neapol. verb. Clericus*, Borell. *de Comprom.* §. 1. *gloss.*3. *num.*224.

Intellige primam opinionem quatenus tibi placeat, quòd illi non possint compelli ad compromittendum, sed benè possint actiuè vti beneficio statuti, & petere compromissum, vt dixi in meis *resolut. cap.*55. *num.*3. *& seqq.* sequitur Vrceol. *consult. forens. cap.*44. *numer.*29. Sperel. *decis.*10. *num.*26. *&* 27. *& decis.*11. *num.*27. Diana *resolut. moral. part.*3. *tract.*1. *resolut.*43. *in fine*, Carol. de Graff *de effect. Cler. effect.*20. *num.*414. vide Ciarlin. *dict. controu.*170.

Quòd non ligentur statuto, vel consuetudine laicorum tribuente fidem libris mercatorum, Leoncil. *decis. Ferr.* 179. *per tot.* dixi in §. *Liber*, *n.*5.

60 Clerici non ligantur statutis laicorum, quando sunt eis onerosa, & contra libertatem Ecclesiasticam, *Auth. cassa vbi DD. C. de Sacrosanct. Eccles. cap. Ecclesia sancta Maria*, vbi plenè DD. *de constitut. cap. fin. de rebus Eccl. non alien.* 96. *distinct. cap. benè quidem* 16. *quæst. vlt. cap. laicis*, *& cap. non placuit*, *cum similibus*, Angel. *in summ. verb. Lex*, §. 5. Syluest. *verb. Immunitas*, Marant. *disput.*8. *numer.*2. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*2. *lib.*11. *tit.*3. *numer.*129. *&c. fol.*525. Merlin. *decis.*901. vbi non ligantur etiam si statuta possint dici Papalia respectu confirmationis, quando de illis non est facta mentio, Rota *part.*10. *recent. decis.*231. *per tot. & part.*12. *decis.*52. *num.*7. *& seqq.* vide in §. *Statutum generale*, *numer.*11. Rota *d. part.*12. *decis.*264. *& part.*13. *decis.*404. *num.*16. vbi de statuto fœminarum exclusiuo, latè Diana *part.*1. *tract.*2. *per tot.* vbi multos casus particulares resoluit pro Ecclesiasticis, Ricc. Col-

Collect. decis. 171. part. 1. vbi ponit dictam regulam, qoam multis modis limitat, & vide Paul. Chriſtin. decis. Belgic. 203. vol. 1. & decis. 154. num. 23. vol. 5. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 35. Caualcan. decis. 9. numer. 79. & seqq. part. 2. Ceuall. comm. opin. quaest. 14. Maſcard. de gener. ſtat. interpret. concluſ. 1. Menoch. conſ. 800. Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 81. qui multas limitationes afferuot ob poblicam vtilitatem, vt inquit idem Chriſtin. ad leg. municip. Mechlin. in prelud. n. 41.

Ao Clerici ligentur ſtatutis laicorum, Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 2. c. 10. num. 72. & seqq. vbi multos allegat, Oliua de foro Eccleſ. p. 1. q. 7. n. 5. & seqq. & q. 32. & seqq. Cyriac. controu. 140. Pereyra de manu Reg. p. 2. c. 38. num. 28. & seqq.

Quid autem ſi ob commune bonum, & publicam vtilitatem ſint condita huiuſmodi ſtatuta, contrarias opioiones refert Vrceol. conſult. forenſ. cap. 44. num. 28. &c. latè Sperel. decis. 10. per tot. vbi de more Eccleſiaſticæ libertati, & Clericorum ſauendo, reprobatis aliorum etiam Eccleſiaſticorum communibos traditionibus firmat non ligari, & latiùs idem Sperel. decis. 12. 13. & 14. per tot. vbi in terminis edicti prohibentis extractionem anoonæ, & ſimilium ſtatutorum ob publicam, & promiſcuam vtilitatem, ſiue neceſſitatem, an ligent Clericos ſi non vi coactiua, ſaltem vi directiua, & in conſcieotia, & quid accedente Epiſcopi conſenſu, adde Diana part. 1. tract. 10. reſolut. 12. & part. 4. tractat. 1 reſolut. 14. &c. vbi ſemper pro immunitate, vide §. Statutum circa generalia, numer. 11. &c.

Quando ſtatuta laicorum dicantur eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam, Diana part. 4. tract. 1. reſolut. 52. & 55. & part. 6. tract. 8. reſolut. 1. vbi de pragmatica ſuper taxatione cartæ, ſiue papyri ſignati, quòd non comprehendat perſonas Eccleſiaſticas, & reſolut. 4. vbi de ſtatuto prohibente extractionem, vel introductionem.

Quòd perſonæ Eccleſiaſticæ non ligentur ſtatutis, & conſuetudinibus laicorum circa ſeruitutes, & modum ædificandi inter vicinos, latè Sanfelic. decis. 188. per tot.

61 Clerici minores ligantur ſtatuto laicorum inducente certam ſolemnitatem in contractibus minorum, Surd. conſ. 41. &c. lib. 1. Pic. ad ſtat. Vrb. gloſ. 4. in fine, facit Gratian. diſcept. forenſ. cap. 576. per tot. vide in §. Statutum requirens, n.....

Contrarium latè probat Sperel. decis. 10. per tot. inferendo ad alia plura ſimilia ſtatuta, vide Vrceol. conſult. forenſ. c. 44. n. 28. &c. vbi intelligit quòd actiuè poſſint vti ſtatuto tam ab initio, quàm ex poſt facto ad annullandum contractum ſine ſolemnitatibus celebratum, noo aotem quòd poſſint illo arctari, & inuiti compelli ad obſeruaotiam; imo ſecundùm aliorum opinionem indiſtinctè ligari dicto ſtatuto, quando contrahunt cum laico de rebus temporalibus, vt ibidem per eum n. 35.

An ligentur ſtatotis fœminarum excluſiuis quatenus ſibi præiudicialibus, vel illis iuuentur in fauorabilibus, Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 19. & dixi in §. Statutum excludens.

62 Clerici poſſunt actiuè vti ſtatutis laicorum, quatenus illorum fauorem reſpiciunt, non autem paſſiuè compelli ad obſeruantiam, Marant. diſput. 8. numer. 14. & seqq. vbi plora de illorum priuilegijs tam circa perſonam, quàm circa bona ſequitur plures alios allegans Vrceol. d. cap. 44. num. 31. & seqq. & cap. 50. num. 2. 11. & 12. Diana p. 3. tract. 1. reſolut. 43. latè Sperel. decis. 11. per tot. vbi n. 26. &c. limitat duobus modis, oempè quando ſtatuta loquerentur per verba arctatiua, & præceptiua, vel facerent expreſſam de Clericis mentionem, quia eſſent nulla ex defectu poteſtatis ſtatuentium, vide ſupra num. 58. & in §. Statutum generale, n. 11. &c. Diana p. 3. tract. 1. reſol. 13. Rota p. 9. recent. decis. 348. num. 29. & 30. vbi ſeqoitur Sperellum, & latiùs p. 10. decis. 231. per tot. vbi benè iſtam conclosionem explicat ad fauorem Clericorum, & part. 12. decis. 343. num. 36. &c. vbi quòd poſſunt vti ſimilibus ſtatutis per modum priuilegij, Thomat. decis. 204. num. 64. & seqq. Rota poſt Vrceol. de tranſact. decis. 19. n. 9. & seqq. Rota p. 16. recent. decis. 369. n. 13. & seqq. & p. 17. decis. 377. & p. 18. decis. 392. vbi quando non ſit neceſſaria dicta declaratio in materia præſcriptionis, de qua dixi in §. Præſcriptio, n. 7. in fine, Raynald. Syntax. rer. crimin. c. 2. §. 4. n. 163. & seqq.

Si tamen Clerici nolint ſe ſubijcere alicui ſtatuto laicorum, ſed vti velint iure communi, non etiam poſſunt gaudere beneficio, & commodo eiuſdem, vel etiam alterius diuerſi ſtatuti laicorum, vt benè probat Ger. Spin. conſ. 4. numer. 8. Fraoc. decis. 285. per tot. Sed vide Rota d. part. 10. decis. 231. per tot. vbi contra, cum declarationibus tamen, de quibus ibidem num. 14. & seqq. Leoncil. decis. 15. n. 6.

Quòd Clerici poſſint vti ſtatutis laicorum per modum priuilegij in fauorabilibus, & de illis expreſſam mentionem non facientibus, intellige quando Clerici ab initio contractus declarant ſe velle vti dictis ſtatutis; ſecus autem ſi tunc dictam declarationem non fecerunt, ſed id ſolùm allegant, quando vigore contractus conueniuntur, quia tunc non poſſunt illis vti, vt optimè diſtinguit Lamberteng. de contract. gloſ. 2. n. 58. fol. 169. & ſequitur Rota p. 12. recent. decis. 52. n. 17. & seqq.

An poſſint vti ſtatuto fœminarum excluſiuo, Ciarlin. controu. 45. vide in §. Statutum, n. 31.

Clerici ligantur circa ordinatoria iudicij ſtatutis laicorum, dom in foro ſæculari litigant, Sperel. decis. 10. num. 22. & seqq. vbi limitat niſi ſtatuta ſint arctatoria, vide in §. Inſtantia num..... latiùs idem Sperel. decis. 135. num. 46. &c. & numer. 106. &c. Aſio. in Prax. §. 1. cap. 8. num. 6. &c. Leoncil. decis. Ferr. 15. numer. 7. Thomat. decis. 6. num. 23. & 26. 63

Clerici ao poſſint conoeniri iure congrui in re empta, disputat plenè ad partes Marant. diſput. 8. per tot. vbi tandem negatiuè concludit, quando vnus Clericus emit ab alio Clerico, aliàs autem ſecus, de quo latè etiam Franch. decis. 285. per tot. Sperel. decis. 8. num. 39. & decis. 11. num. 11. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 8. numer. 122. fol. 83. vbi quod ratione iuris congrui, poſſunt conueniri coram Iudice laico, allegat Marant. vbi ſupra numer. 34. Farinac. q. 8. num. 124. Thom. Triuiſan. decis. 34. lib. 1. Ricc. Collect. 6. vide Diana part. 3. tract. 1. reſolut. 43. vbi quòd poſſunt Clerici actiuè vti huiuſmodi ſtatuto, non autem paſſiuè conueniri, & part. 4. tract. 1. reſolut. 111. vbi refert ita fuiſſe deciſum per Rota in Romana domus de Scaputtis 19. Ianuarij 1611. coram Coccino, dixi in §. Ius congrui, num. 4. & in reſolut. cap. 68. adde Guttier. pract. quaeſt. lib. 2. quaeſt. 156. Paul. Chriſtin. decis. 57. num. 5. vol. 3. vbi concludit Clericos tam vendentes, quàm ementes huiuſmodi legibus ligari. 64

Et poſſe conueniri coram Iudice ſæculari, quia emendo, conſanguineos, & vicinos ad retrahendum prouocant, ideò actores dicuntur, & retrahentes rei, nec poſſunt forum declinare, Giurb. decis. 25. num. 10. Triuiſan. d. decis. 34. per tot. lib. 1. vbi tenet idem in alijs actionibus realibos.

Clerici non ligantur ſtatutis, ſiue proclamatibus, vel bannis Principum, & Magiſtratuum ſæcularium prohibentibus delationem armorum, vel ſimilia, ac ideò reperti cum armis, vel alijs rebus prohibitis non poſſunt illis ſpoliari à familia Iudicis ſæculari, vt ea lucri faciant ſatellites, vel fiſco ſæculari applicent, ioxta vnam opinionem, quam ex defectu poteſtatis laicorum in Clericos, acerrimè pro Eccleſiaſticis, contrarijs reſpondendo, & illos reprobando tuetur, Sperel. decis. 12. num. 60. vbi teſtatur millies practicaſſe, (quod tamen puto dictum per iactantiam) & latiùs decis. 123. decis. 124. & decis. 125. vbi ampliat etiam ſi fuerint pluries cum armis capti, & Epiſcopus negligat illos punire, cùm negligentia Iudicis Eccleſiaſtici, non poſſit ſuppleri à Iudice laico, ſed benè è contra, vt firmat idem Sperel. decis. 126. per tot. Diana part. 3. tract. 1. reſolut. 25. & 28. vide in §. Actor, num. 4. in fine, dictamque opinionem Clericis fauorabilem ſequi videntur Guaz. ad defect. defect. 20. c. 9. n. 11. Farinac. q. 108. n. 24. Gratiao. diſcept. forenſ. cap. 440. n. 5. Vgolin. de off. & poteſt. Epiſc. c. 13. §. 12. n. 2. Ciarlin. controu. 15. num. 74. & seqq. Martha de iuriſdict. p. 4. caſ. 7. Bellet. diſquiſ. Cler. tit. de fauor. Cler. §. 2. n. 38. Bonac. de leg. diſp. 10. q. 2. §. 1. n. 22. Genu. Prax. Archiepiſc. Neapol. c. 92. n. 6. Diana p. 1. tract. 2. reſol. 9. Barboſ. ad c. in audientia 25. n. 4. de ſentent. excomm. Pac. Iordan. Lucub. vol. 2. lib. 11. tit. 3. n. 265. fol. 540. Diana p. 3. tract. 1. reſol. 28. p. 4. tract. 1. reſol. 19. p. 5. tract. 1. reſol. 4. & part. 6. tract. 1. reſol. 8. alijque relati per Sperel. loc. cit. vbi tamen decis. 123. n. 75. fatetur Clericos, ſi non coactiua, & vigore bannimentorum, ſaltem vi directiua, & io conſcientia teneri propter bonum publicum, contrauenienteſque peccare, & ab il- 65

lorom

lorum Iudice Ecclesiastico ex vi Canonum armorum delationem prohibentium esse puniendos, Conciol. *resol.crim. verb.Iudex resol.2.per tot.* vbi sequitur primam opinionem. Contrariam autem sequitur Anton. de Ballis *tract. variar. lib.5.tit.de Cleric.n.19.fol.*209. Posth. *resol.*151.*n.*13. Conciol.*in verb. Arma,resol.*24.*n.*7.vbi tamen ipse videtur transire cum Sperello.

Contrariam nihilominus opinionem tum antiqui, tum moderni in magno numero sectati fuerunt, nempè quòd Clerici ligentur huiusmodi statutis, & bannimentis ob publicam vtilitatem, vniuersalisque quietis tranquillitatem editis, ac iuri non tantùm ciuili, sed etiam canonico conformibus, possintque cum armis reperti à familia Iudicis sæcularis illis spoliari, & sibi satellites ea lucrari (prout generaliter in statu Ecclesiastico vigore bannimentorum, & consuetudinis arma birruarijs applicantur,) vel ad fiscum sæcularem deferre, prout est de iure, & seruatur in statibus Etruriæ, vt dixi in mea Practica §.*Armi*, *num.*37. *& num.*42. *&* §. *Delatori*, *numer.*5. Et hoc maximè pro tuenda iurisdictione Principis sæcularis, quam aliàs Clerici cum armis liberè vagantes non parum perturbarent, ac pro auferendo ipsis Clericis materiam delicti, nempè ipsa arma, quæ à Canonibus sunt illis prohibita, & occasionem delinquendi cum eis, & sic pro obuiando scandalis, & delictis futuris, quod vtiq; permissum est, vt etiam inferiùs dicetur, dummodò tamen in omnibus casibus personæ Clericorum consignentur suis Iudicibus ordinarijs Ecclesiasticis, à quibus, & non à Iudicibus sæcularibus puniri debent, vt videri potest, Lopez. *in repet.c.per vestras,*§.1.*num.*13. *de donat.inter vir.& vxor.* Conar.*variar.resolut.lib.2.c.fin.in fine*, & Pract.*quæst.c.*33. *n.*7.Plac.*Epit.delic.c.*8.*n.*26.Clar.§.*fin.qu.*36.*n.*26. Menoch. *de arbitr.cas.*394.*num.*2.*& seqq.*Gutierez *Pract. Quæst.lib.*1. *c.*12.*n.*4.Vulpel.*de libert.Eccles.p.*2.*n.*56.*& seqq.* Cabal. *resol.crimin.cas.*9.*n.*15.Rondin. *de Maiest. Princip.p.*2.*n.*164. *inter tract.diuers.tom.*16.Decian.*tract.crimin.lib.*8.*c.*3.*num.* 23.*& lib.*4.*cap.*4.*n.*140.D.Carol.de Graff.*de effect.Cleric.effect.*2.*n.*268.*&c.& effect.*1.*num.*862. Borell. *de magist.edict. lib.*2.*c.*9.*n.*11.*& lib.*3.*c.*17.*n.*41. Gratian. *discept.forens.cap.*139.*n.*24.*&* 25. Cutell. *ad leg. Federici c.*15.*not.*17. *num.*2. Naldus *in summ.verb.Ecclesia,n.*1. Sanchez *in Opusc.tom.*2. *lib.*6.*c.*1.*dub.*14.Zypæus *lib.*2.*iur.Pontifi.nou.tit.de foro compet.n.*31.*&c.*Paul.Christin. *decis. Belgic.*357.*n.*4. *vol.*1. Ansald.*tract.de Iurisdict.p.*2.*tit.*11.*c.*22.*n.*62.*& seqq.* Pac. Iord. Episcopus sibi contrarius,*Lucub.vol.*3.*lib.*13. *tit.*8. *n.*88.*fol.* 80.*& lib.*14.*tit.*12.*n.*86.*fol.*194. Daniel.de Nobil.*disput.*23. *n.*23.*&c.fol.*188. *& disput.*63.*per tot.fol.*628. vbi multos allegat,& contrarijs respondet, *& in Addit. ad d.disp.*63.*n.*1. *&c.fol.*155.Vulpin.*in fuco*,Farinac.*q.*107.*n.*4.*fol.*245.vbi intelligit Farinac. *stare pro hac parte*, & clarè idem Farinac. *q.*8.*n.*96.Scacc.*de iudic.lib.*1.*cap.*76.*n.*5.Nouar.*Collect. super Pragmat.Regn.tit.de Cleric.Pragmat.*7. *Collect.*6. *n.*1.*& mihi Collect.* 60. vbi etiam quod neque potest de illis dari licentia ab Episcopo, Ambrosin.*de Immunit.Eccles.c.*18.*num.* 36.Pereyr.*de manu Reg.p.*2.*c.*43. Tapia *ad Constit. Regn.lib.* 5.*tit.de Arm.port. & extract. n.*22. Carleual. *de iudic. lib.*1. *disp.*2.*qu.*3.*n.*158. Mauson. *de contraban.q.*8.*n.*11.*&* 12.Peguer.*decis.*56.*n.*14.*&c.*Graff,*decis.aur.p.*1. *lib.*4. *c.*18.*n.*158. Fragos.*tract.de regim. Reipubl. Christ.p.*1. *lib.*2.*disp.*4.*tit. de leg.sæcul.*§.3.*n.*307.Coriolan.*ad Bull.Cœn.Domini*, *Excommunic.*20. alijque plurimi ab istis relati, quos non pigeat videre, antequam Ecclesiastici damnent assertionem per me factam in Practica §.*Armi*, *n.*30. & facit quod dixi in §.*Iudex*, *n.*28. vbi an possit Iudex sæcularis, facere auferre arma, vel similia prohibita, delatoribus in loco immuni, vel Ecclesia, quod dubium affirmatiuè resoluit Aloys.Ricc. *prax. variar. resolut. c.*26. *per tot.* & ita scio quandoque practicatum Florentiæ, Fontanel. *decis.*495. *n.*4. *& seqq. per tot.* vbi etiam an bona Clericorum existentia penes personas laicas, possint arrestari per Iudicem sæcularem ad effectum sibi satisfaciendi de pœnis per Clericos incursis, contrafaciendo bannimentis sæcularibus, prout factum fuit, & declaratum fieri potuisse iuxtà doctrinas ibi citatas; quas tamen ipse non approbat. Vide Arias de Mesa *variar.resolut.lib.*3.*c.*35. *n.*14.*& seqq.* vbi pluribus citatis defendit leges laicales prohibentes arma Clericis, cùm in hoc dicantur adiuuare canones idem vetantes, & alios citaui in §.*Arma,n.*17. *cum addit.*

66 Clerici possunt absque metu excommunicationis capi,& carcerari per familiam Iudicis sæcularis, vbi agitur de obuiando delicto futuro, & de proximo committendo, dummodò ad suum Iudicem Ecclesiasticum ducantur; vt per Duen. *reg.*99.Pac. Iordan. *Lucub.vol.*2.*lib.*11.*tit.*3.*n.*43. *fol.*518. & latiùs *vol.*3. *lib.*13. *tit.*8.*n.*105.*& seqq.fol.*82.vbi etiam ponunt alios casus, in quibus Clerici possunt carcerari à Curia sæculari, veluti si impediant iurisdictionem laicalem, quæ alio modo defendi non possit, Diana *p.*4. *tract.*1.*resol.*79.vide §.*Delinquens,n.*2.*in fine*,Sanfelic. *decis.* 143.*per tot.* vbi quòd possunt carcerari ante ostensionem Bullarum Clericatus etiam si obiter à testibus fuerint nominati Clerici, non reddita sufficienti ratione, Viui. *com. opin.*405.Anton.de Ballis *tract.var.lib.*5.*tit.de cleric.numer.* 34.*& seqq.*

Quòd non possint Clerici carcerari à Iudice sæculari, nisi carcerentur, vel detineantur ad effectum, vt ad suos Iudices Ecclesiasticos ducantur, vel ad obuiandum delicto committendo, siue etiam commisso, si sint de fuga suspecti, & ad suos Iudices quàm primum ducantur, vel mittantur; nam his casibus potest Iudex laicus sine metu censurarum illos prehendi facere, cum dolo, & animo iurisdictionem in eos exercendi non agat, vt benè declarat Menoch. *de arbitr.cas.*180. *n.*16.*&c.* Duen. & Iordan. *loc. cit.*Scanarol.*de visit.Carcer.lib.*2.§.2.*cap.*2.*n.*12.*&c.& lib.*3. §.7.*c.*6.*n.*14.*&* 15.*&* §.10.*c.*3.*n.*9. Daniel.de Nobil. *disp.*64. *n.*60.*& per tot.* & in Addit.Clar.§.*fin. q.*28.*n.*6. Cabal.*resol. crimin.cas.*9.*num.*17. Farinac. & Vulpin. *in fuco q.*8.*n.*34.*&* 113.*&c.*Sperel. *decis.*124.*n.*46.*&c.* vbi tamen dictam conclusionem modificat, & intelligendam dicit, quando Clerici reperiuntur in fragranti, & actuali delicto nondum plenè consumato, ne illud perficiant, & sic ad illud euitandum, vide Diana *resolut. moral. part.* 1. *tract.*2. *resolut.*10. *&* 11. *part.*4. *tract.*1. *resolut.*85. *& part.*5. *tract.*1. *resol.*22.

Quòd vbi periculum est in mora, possit per Iudicem sæcularem fieri sequestrum, & captura contra Clericos, ad effectum reponendi coram suo Iudice Ecclesiastico, Abb. *in cap. cùm non ab homine de iud. & in cap. lator de pign.* cum alijs per Borgn. *decis.*1. *numer.*38. *& decis.*3. *num.*26.

Quòd inuenti de nocte cum armis possint carcerari absque peccato, & absque incursu excommunicationis, Sayr. *decis.*45. *de sentent. excommunic.* Nouar. *in Prag.Reg. Collect.*60.*n.*2.

Clerici, cuius expensis sint remittendi ad suum Iudicem, 67
vide Menoch. *de arbitr.cas.*228.*num.*8.*&* 23. vbi quòd suis expensis, & latiùs de hac materia, cuius expensis sit facienda remissio Clerici vnà cum actis, & processu, vide Sperel. *decis.*18.*per tot.* vbi in multis loquitur contra communem practicam,& vsum, cùm per Curiam Ecclesiasticam passim soluantur processus, quorum expensas, & alias postea repetunt rigorosè ab ipsis carceratis,& inquisitis,vt pluries Florentiæ practicatum vidi *infra n.*70.

Clerici capti à familia Iudicis sæcularis, possunt impunè 68
eximi ab illius manibus, quod est notandum in statu Ecclesiastico, vbi vigore Bullæ Sixti V. eximentes captos à Birruarijs incidunt in pœnam criminis læsæ maiestatis, Guaz. *ad defect.c.*2. *n.*2. *&c.* vbi allegat Duen. *reg.*281. *limit.*2.& alios,vide Sperel. *decis.*125.*n.*79.

Intellige in casibus non permissis, & vide in mea Practica §.*Resistenza*, *n.*1. *& n.* 3. & in hoc opere §. *Carceratus*, *num.....*

Clerici in prima tonsura, vel in minoribus constituti, 69
non gaudent priuilegio fori, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiant, vel in Seminario, seu alia schola, vel Vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versentur, Concil.Trident.*sess.*23.*c.*6.*de reformat.*Petr. Cabal.*resolut.crimin.cas.*224. *num.*4. *& per tot.* vbi etiam quòd sufficit si habeant pensionem,*& cas.*225.Guaz. *defect.* 20. *cap.*9. *num.*31. Gratian. *discept.forens.cap.*440. *numer.*7. *&c.*Pac.Iordan.*Lucub.vol.*2.*lib.*11.*tit.*3.*num.*9.*fol.*515. Menoch.*lib.*6.*præsumpt.*76.*numer.*38.*& seqq.*latè Sanfelic.*decis.* 352.cum Addit.Nouar.*in Prag.Collect.*59.*per tot.* Sperel.*decis.*26.*per tot.*Tusch.*litt.C.conclus.*385.*&* 386. vbi quando; & in quibus casibus possint conueniri coram Iudice sæculari, Mastril. *decis.*113.*per tot.* vbi plura, & quòd ideò ad hunc effectum non potest Clericatus probari præsumptionibus, vt aliàs de iure, sed plenè cum dictis requisitis, Valasc. *allegat.*10. *cum pluribus seqq.* Rota *part.*17. *recent. decis.*

decis.304. num.1. & seqq. vbi quòd non gaudent priuilegio Clericali ordinati ab alio, quàm suo Episcopo sine litteris dimissorijs, cùm sint ipso iure in perpetuum suspensi, & decis.392. numer.1. & seqq. in eadem causa, vbi fuit confirmata prima decisio pro exclusione priuilegij, ex quo litteræ primæ tonsuræ non erant formiter recognitæ cum citatione partis, nec emanatæ à suo Episcopo, vel cum eius licentia extrà Diœcesim, non erat probata delatio habitus & tonsuræ, nec seruitium Ecclesiæ de mandato Episcopi, itaut nec supplere potuerit quasi possessio Clericatus, officium Protonotariatus, & huiusmodi, quæ fuerunt relicta ad effectum, ne gauderet priuilegio fori, & testandi Clericis filijsfamilias habentibus dicta requisita concesso, vt dixi supra num.41. & in §. Episcopus, numer.23. in fine, licèt posteà part.18. decis.10. & decis.279. fuerit reuocata præcedens decisio cum alijs, quoad ordinatos ab alieno Episcopo, vt intelligantur suspensi saluo fori priuilegio: & ad defensionem iurisdictionis sæcularis, & exclusionem prætensi, & allegati Clericatus ex defectu probationis, & requisitorum necessariorum, plenè Faiard. allegat. Fisc.4. & 5. per tot. vbi oppositionibus Ordinarij pro Clericatu satisfacit, & dixi in §. Priuilegium, n.33.

An autem suscipientes primam tonsuram, & ordines minores solùm causa, & animo euadendi forum sæculare, vel non confirmari peccent mortaliter, contrarias opiniones, negatiuam amplectendo refert Diana part.10. tract. 16. resol.61. per tot.

An ordinati ab alio quàm suo Episcopo sine litteris dimissorijs gaudeant priuilegio Clericali, Aloys. Ricc. Prax. variar. resolut. cap.436. vbi pro & contra, & videtur affirmatiuè concludere, si Episcopus ratam habuit ordinationem.

Quòd nulliter promoti ad primam tonsuram non gaudeant priuilegio fori, secus in alijs ordinibus, qui imprimunt characterem, Sanfelic. decis.2. num.29. & 30. & decis.7. n.8.

Quòd Clerici cuicumque Ecclesiæ seruiant, etiam sibi non designatæ gaudeant priuilegio, seruitium tamen debeat esse frequens saltem per mensem ante delictum, & idem de vestibus, & tonsura, ac in exercitio sui ordinis, ita vt munus Procuratoris Fiscalis, vel simile non sufficiat, Sanfelic. decis.247. per tot.

Quando inseruiunt Ecclesiæ, puto semper seruire dici posse de mandato Episcopi, cum in Constitutionibus generalibus hoc Episcopi mandent, & probat Sperel. decis. 26. numer.31. Diana resolut. moral. part.1. tract.2. resol. 34. vbi quòd sufficit oretenus, sed seruitium debet esse spirituale, & non temporale, nec sufficit bis, vel ter, sed cum perseuerantia pro maiori parte temporis, & saltem per mensem ante delictum, & part.4. tract.1. resol.2. vbi quòd sufficit seruitium generale, & etiam sine mandato Episcopi, & resol.18. in fine ead. part.4.

An Clericus habens pensionem, ex eo solo gaudeat priuilegio fori, quamuis non doceat de alijs requisitis, Tondut. tract. de pens. c.33 per tot.

Quòd sufficiat seruire Ecclesiæ, etiam si non constet de mandato Episcopi, dummodò seruitium sit in spiritualibus, hoc est in exercitio sui ordinis cum frequentia, latè probat, & iudicatum testatur contrarijs respondendo, Sanfelic. decis.247. per tot. & 352. in addit. vers. illud autem, vbi quòd vt seruitium sit de mandato Episcopi hodie non seruatur, & alia ad rem plures in id vtrobique allegans.

Et quamuis Thom. del Bene de immunit. Eccles. cap.4. dubit.8. per tot. fol. mihi 145. &c. contrarium defendat plures adducens pro sua opinione, quòd non sufficiat seruire Ecclesiæ, nisi sit de mandato Episcopi, & in scriptis, tamen cùm pluries tempore meo Florentiæ fuerit allegatus, non fuit attentus, sed aliorum opinio fauore Clericorum seruata, constito aliàs legitimè de seruitio, cùm vt dixi præsumatur semper de mandato Episcopi illis in collatione ordinis iniuncto.

Hanc partem etiam fauore Clericorum tamquam veriorem, & praxi Tribunalium receptam post plures hincinde relatos, sequitur, ac decisum, & declaratum à Sacra Congregatione Concilij, testatur Quesad. controuers. forens. cap.50. & 51. num.36. & seqq. per tot. & loquitur in Clericis coniugatis, qui gaudent priuilegio fori, si retineant requisita Concilij, nempè habitum, tonsuram, matrimonium cum vnica, & virgine, inseruiantque Ecclesiæ in spiritualibus præsenti, repetito cursu temporis, cumulatiuè, vt num.15. ibidem, & ego latiùs in hoc §. num.73. & seqq. Vela Dissert. iur. controuers.45. per tot. vbi plenè.

Quòd etiam Vicarius Episcopi possit deputare Clericis dictum seruitium, imò nullam deputationem esse necessariam, sed sufficere seruitium cum alijs requisitis, Ricc. part.4. decis.111. numer.5. Diana part.9. tract.6. resol.6.

Quoad beneficium, intellige si constet de possessione, cùm solus titulus non sufficiat, Pac. Iordan. Lucub. vol.2. lib.10. tit.13. n.144. fol.364. Clar. §. fin. quæst.36. Farinac. quæst.8. numer.45. Mastril. decis.113. num.5. Sanfelic. decis. 260. vbi quòd debet probari possessio cum perceptione fructuum, nec sufficiunt Bullæ beneficij absque bullis ordinum, vel saltem primæ tonsuræ, & quid si bullæ essent de falso suspectæ.

Quòd in possessione de recenti sit ostendendus etiam titulus beneficij, secus autem in longa possessione, cùm tunc titulus præsumatur, idem Sanfelic. decis.349. num.25.

Imò solum titulum sufficere, probant Carol de Grass. de effect. Cler. effect.1. numer.1224. Couar. var. resol. lib.3. cap.16. Bonac. de legibus, disp.10. quæst.2. punct.1. § 4. n.12. Diana resol. moral. part.1. tract.2. resol.29. vbi alios citat, Ricc. prax. var. resolut. cap.142. & 251. vbi sequitur primam opinionem.

Quòd sufficiat habere pensionem, Sperel. decis.66. num. 31. & seqq. & decis.132. num.11. & 34. Diana loc. cit. resol. 30. vbi refert opiniones hincinde, & videtur concordare cum Bellet. & alijs, vt procedat quando pensio excedit ducatos 60. auri, vel est loco tituli, aliàs secus, vide in §. Pensio, n.21.

Quòd etiam sufficiat habere coadiutoriam à Papa concessam; quid si haberent de facto beneficium, quod de iure non poterant obtinere; vel non essent legitimè ordinati, & alia, Dian. p.3. tract.1. resol.62. & 63. & p.4. resolut. 26. vide in §. Episcopus, n.23.

Quòd sufficiat habere institutionem à Vicario, cùm & ipse possit beneficia conferre, Sanfelic. decis.3. per tot. vide in §. Vicarius.

Item sufficit possidere beneficium in comendam, de quo latè Sanfelic. decis.352. supra numer.27. Nouar. Collect.59.

Quicquid esset ante dispositionem Concil. Trident. hodie dictos Clericos non beneficiatos non gaudere priuilegio fori, nisi habeant tria requisita copulatiuè, nempè habitum, tonsuram, & seruitium, qualiter dicatur de illis constare, omittendo habitum, suspendi, non autem amitti priuilegium, & ideò illo reassumpto recuperari, sufficere seruitium, vel in studio versari publico, etiam absque mandato, vel licentia Episcopi, & alia latè Sanfelic. decis.352. cum Addit. Sperel. decis.26. per tot. Diana resol. moral. p.1. tract.2. resol.28. cum pluribus seqq. vbi multos casus dubitabiles in hac materia resoluit, & p.3. tract.1. resol.62. & 63. p.4. tract. 1. resol.2. & c. resol.88. 89. 91. & 93.

An autem Clerici saluatici, idest inseruientes, & verè astricti alicui Ecclesiæ, licèt tonsuram non habeant, priuilegio fori, & canonis gaudeant, vel non, & alia, Ricc. in prax. for. Eccl. tom.4. resol.223. & seqq. ad 131. Diana part.3. tract.1. resol.69. vbi refert contrarias opiniones, facit quod dixi in §. Monachus, n.11.

Quòd Clericus in minoribus habens beneficium gaudeat priuilegio fori, etiam si non deferat habitum, & tonsuram, Diana part.4. tract.1. resolut.89. Sanfelic. decis.352. cum Addit.

Quòd inseruientes Ecclesiæ cum habitu Clericali, etiam si nondum sint ordinati, sed ordinandi, gaudeant priuilegio fori, latè probat Diana part.6. tract.1. resol.63. per tot. vbi tamen refert alios contrarium tenentes, & tandem meliori iuditio, & Sacræ Congregationi se remittit, ac loquitur in terminis iuris communis, secus fortè sentiens attenta prædicta dispositione Concilij.

Clericus a Iudice laico carceratus, qualiter sit ad suum 70
Ordinarium remittendus, vnà cum omnibus quæstionibus super Clericatu, super priuilegio fori, super vestibus, super validitate ordinum, quæ ad ipsum Ordinarium, & non ad Iudicem laicum spectant decidendæ, vide latè Sperel. decis.17. per tot. vbi omnia dubia resoluit ad fauorem Iudicum Ecclesiasticorum, prout sui perpetui moris esse

esse dignoscitur, adde Ridolphin. *in prax. part.3. cap.1. numer.125. &c.* Ciarlin. *controuers.20. per tot.* Mastrill. *decis.113.* Faiard. *allegat. Fisc.4. & 5. per tot.* Anton. de Ballis *tract. var. lib.5. tit. de Clericis, num.2. & seqq. n.27. & seqq. & num.56.* vbi quòd si Iudex Ecclesiasticus inhibeat antequam saecularis cognoscat, non poterit saecularis etiam quaestionem facti cognoscere, Petr. Gerard. *singul.96.* Couar. *de sponsalib. cap.8. §.12. num.4.* Farinac. *quaest.8. n.25. sublimit.2.*

Florentiae quando quis in processu obiter nominatur Clericus, solet sic nominato assignari breuis terminus puta quinque dierum ad docendum de debitis requisitis pro plena Iudicis saecularis instructione, & cognitione quoad merum factum, cum comminatione, quòd alias habebitur pro laico, & contra eum tamquam laicum procedetur ad vlteriora, vt fuit dictum, & seruatum per Magistratum DD. Octo Balliae sub die 15. Octobris 1678. in causa contra Zanobium Guadagnum, & alios.

Infra quantum tempus sit facienda dicta remissio, vide in §. *Dictio, num....*

Debet tamen citari fiscus laicus, & caeteri interesse habentes in discussione tam probatoria, quàm decisoria dictorum dubiorum, ad Curiam Ecclesiasticam spectantium, vt benè probat idem Sperel. *decis.17. numer.12. &c.*

Si agatur de Vassallo alicuius Baronis, an sit remittendus ad ipsum Baronem, vt ille cognoscat articulum remissionis faciendae ad Iudicem Ecclesiasticum, vel potiùs sit de directo remittendus ad dictum Iudicem Ecclesiasticum, & non ad Baronem, Sanfelic. *decis.10. per tot.*

Et quòd Clericus sit remittendus cum protestatione, animo repetendi, quatenus gaudere non debeat (absque citatione instigatoris) & dicta protestatione non obstante, imò etiam ante remissionem, possit Episcopus, si velit, suum Clericum etiam requisita necessaria non habentem, & sic priuilegio non gaudentem, repetere, & tantò magis retinere, illumque punire, probat Sperel. *d. decis.17. num.31. & seqq.* vbi quòd Iudex laicus, non facta dicta protestatione, videtur iuri suo renunciasse, *& decis.132. num.20. & decis.133. n.84. & 85.* vbi intelligit, & loquitur quando Episcopus praeuenit, vide in §. *Episcopus, n.37. & supra num.58. vers. Quod non possint.*

Ideò tatiùs est pro Curia saeculari (quando de iure fieri potest) pendente discussione Clericos in suis carceribus retinere, de quo statim subijciam *n.71.*

Quòd Clericus non possit à Curia saeculari processari etiam animo remittendi processum ad Iudicem Ecclesiasticum, nisi quatenus sit necessarium ad procedendum contra laicos, qui simul deliquerint, vel quando non esset aditus ad Praelatum, Diana *resol. moral. p.1. tract.2. resol.52. & part.3. tract.1. resol.52.*

Quòd remissio sit facienda ad Ordinarium loci commissi delicti, nisi Ordinarius originis, vel domicilij praeuenerit in procedendo, quo casu ad illum est facienda remissio, sicut etiam quando fuit captus extra locum delicti, vide Sperel. *d. decis.17. num.24. &c.* Franch. *decis.143. per tot.*

Intellige omnia praedicta dummodò praesententur Bullae Clericatus cum alijs requisitis, ita vt non sufficiat si quis à testibus obiter non reddita sufficienti ratione nominetur Clericus, nec communis existimatio, nec Clericatus possessio; aliàs potest capi à iudice laico, & ita non obseruando sequerentur absurda, de quibus Sanfelic. *decis.27. per tot.*

71 Clericus in dubio nemo praesumitur, sed laicus, cùm qualitas Clericatus non insit à natura, & ideò ab allegante probanda, Rota *part.2. diuers. decis.122. num.2.* Sanfelic. *decis.143. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.2. lib.10. tit.13. numer.130. &c. fol.363.* vbi plura qualiter probetur, *& numer.160.* Rota *part.6. recent. decis.20. 45. 92.* & alibi saepè Boer. *decis.171. per tot.* Tusch. *litt. C. conclus.387.* Grass. *de effect. Cler. in praelud. numer.203. & seqq.* Rota *part.10. recent. decis.357. numer.2. &c.* Mascard. *de probat. conclus.302. & seqq.* vbi plura de probatione Clericatus, & modis illum probandi, Rota *part.14. recent. decis.425. per tot.* Sanfelic. *decis.7.* vbi quòd non sufficit producere Bullam beneficij cum possessione, non constito de Clericatu, vel tonsura, nisi haberet annexum ordinem sacrum, Rota *part.17. recent. decis.304. & 392.* vbi plura de probatione Clericatus, & quae requirantur, vt dicatur sufficienter probatus, & pro illius exclusione, & latè Valasc. *alleg.19. cum pluribus seqq.* & praecipuè *alleg.22.* Capyc. Latr. *decis.173.*

De cognitione clericatus, adde Thom. del Bene *de Immunit. Eccles. p.1. c.4. dubit.28.* Capyc. Latr. *loc. cit.*

Quòd ad declinandum forum saeculare sufficiat possessio, vel quasi Clericatus, donec contrarium probetur quicquid aliqui sentiant, Diana *p.3. tract.1. resol.48.* vbi etiam quod tonsura potest probari per testes, etiam vnicum.

Qualiter ex notorietate, & alijs modis inducatur scientia Clericatus, Rota *p.9. recent. decis.283. n.5. &c.* vbi tamen in alijs terminis.

Qualiter probetur per litteras patentes, ac etiam per testes de publica voce, & fama, Coccin. *decis.87. 127. 145. 164. 300. 428. & 458.* Boer. *decis.171. n.13. & seqq.* vide Sanfelic. *decis.143 per tot. & decis.260.*

Cognitio autem an Clericus sit talis, vt gaudeat priuilegio fori, vel non, spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, sicut etiam si dubitetur de sufficientia habitus; sed interim in cuius carceribus sit detinendus, & custodiendus Clericus, an scilicet in Carceribus, & ad nutum iudicis saecularis, vel Ecclesiastici, vide Gratian. *discept. forens. cap.190. n.13. &c.* Cartar. *de interrog. reis lib.1. c.2. n.13.* Petr. Cabal. *resol. crim. cas.214. n.31. & seqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.13. tit.8. n.23. &c. fol.75.* Menoch. *lib.6. praesumpt.76. num.30. & seqq.* vbi distinguit quatuor casus Diana *resol. moral. part.1. tract.2. resol.27. cum pluribus seqq. & p.3. tract.1. resol.10. & resol.15. & 63. & p.4. tract.1. resol.5.* Ciarlin. *contr. for. c.20. per tot.* Sanfelic. *decis.2. n.30. & decis.3. & 4.* vbi an semel remissus sit iterùm remittendus, si inquiratur de alio delicto, an ab huiusmodi declarationibus detur appellatio, & alia; *& decis.388.* vbi si causa pendet coram laico, ab eo retinetur, donec decidatur articulus ab ecclesiastico.

Si dubitetur tantùm de qualitate, & sufficientia habitus, quòd huiusmodi cognitio spectet ad iudicem laicum, & non ad Ecclesiasticum, tenet Clar. *§. fin. quaest.36. vers. dixi Clericum, &c. in fine,* Mascard. *de probat. conclus.961. numer.4.* Pereyra *de manu Reg. part.2. cap.44.* Griuel. *decis. Dolan.38.* Christin. *decis. Belgic.56. n.6. &c. vol.1.* Io. Gall. *Quaest. Paris.43.*

Sed contrarium tenent alij ad tradita per Sperel. *decis.17. num.43. & decis.133. num.42.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.2. lib.10. tit.37. numer.34. fol.456.* Diana *d. part.3. tract.1. resolut.10. 15. & 63.* vbi etiam qualis debeat esse habitus, & quòd pendet à consuetudine ita vt si videatur à populo, Clericus reputetur, idem Diana *part.4. tract.1. resolut.5.* Sanfelic. *decis.13. num.8. &c.* vbi quòd habitus est continuò deferendus.

Quoad merum factum, & ad sui instructionem, potest etiam Iudex laicus de Clericatu cognoscere, & interim pendente discussione, reum in suis carceribus detinere, maximè si carceratus, non sit in quasi possessione Clericatus, sed repertus in habitu laicali, Bald. *in l. si qua per calumniam C. de Episc. & Cler.* Petr. de Vrias *ad Rit. magn. Cur. Vicar. Neapol. rit.235. num.240. &c.* Mastril. *decis.113. n.20.* vbi ad effectum remittendi, & Sanfelic. *decis.260.* vbi de falsitate Bullarum, *& decis.321. n.10. & decis.388. cum Addit.* Balthas. Thomas. *tract.7. tit.19. ampliat.339. fol.440.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.2. lib.10. tit.13. n.81. & seqq. fol.360. & tit.37. n.36. fol.456. & vol.13. tit.8. n.25. fol.75.* Franch. *decis.189. decis.439. n.8. & decis.551. num.13. &c.* Ricc. *Collect.2419.* vide Ciarlin. *controu.20. per tot.* Sanfelic. *decis.2. n.30 decis.3. & 4. in princip. & decis.7.* vbi quòd coram iudice laico sunt producendae Bullae ordinum, & beneficij, aliàs potest saltem per modum causae pronunciare declinatoriam non competere. Sed Sperel. *decis.17. per tot.* Ecclesiasticis de more fauendo, contrarium in praedictis probare contendit, & millies (iactando) practicasse testatur, & latius *decis.132. & 133.* vbi tamen non videtur dissentire quando fuerunt capti in habitu laicali, quod admittit etiam Diana *resol. moral. p.1. tract.2. resol.27. vers. nota vero, & p.3. tract.1. resol.15.* Christin. *d. decis.56. n.9. &c.* Capel. Tholos. *q.144.* vbi quòd Clericus praeuentus in habitu laicali, non est remittendus ad Ecclesiasticum forum, loquitur tamen de coniugato, & idem *q.253.*

Quòd iudex laicus possit summaria informatione cognoscere de clericatu ad effectum remittendi ad iudicem Ecclesiasticum, Paul. Christin. *decis. Belgic.17. num.10. vol.2.* Ricc. *Collect.2419.* Sanfelic. *decis.7. n.4. & seqq. decis.10. & decis.260. per tot.*

Quòd exceptio Clericatus ad declinandum forum, possit opponi per alium, & sic per tertiam personam, vel per procuratorem, maximè si ita etiam servetur de consuetudine, cùm sit de iure, vide Guid. Pap. *decis.* 338. *&* 454. Ricc. *Collect.* 2419. Franch. *decis.* 329. *per tot. &* *decis.* 688. Ioseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 16. *numer.* 26. *&c.* Arismin. Tepat. *var. senten. tit.* 132. *cap.* 10. Mastril. *decis.* 113. *num.* 8. Sanfelic. *decis.* 277. & ita pluries servatum vidi, ac ipse servavi in Curia Dominorum Octo Balliæ Virorum Civitatis Florentiæ, licèt quandoque fuerit de hoc hæsitatum; Et in specie me proponente dictum in causa Bargæ contra Jacobum Laurentii Grigo de mense Februarij 1672.

An autem teneatur comparere, vel mittere ad allegandum suum priuilegium, vide in §. *Privilegium*, *num.* 27. Ricc. *Collect.* 2419. vbi quòd si distulerit debet in expensis condemnari suprà *num.* 58. *&* §. *Citatio*, *num.* 29.

An vt Clericus in minoribus gaudeat priuilegio fori, opus sit ut tempore delicti, vel saltem capturæ reperiatur in habitu, & tonsura, dic quòd non, si aliàs erat solitus deferre, Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 18. vbi alia notabilia pro Clericis.

An autem exemptio Clericorum à sæculari iurisdictione sit de iure divino, vel humano, & positiuo; dic in temporalibus esse de iure humano Pontificio, in spiritualibus verò de iure divino, & propterea non posse illi per leges sæculares in aliquo derogari, sed tantùm per Pontificias, vel per consuetudinem, non in vniuersali tamen, sed in particulari circa aliquas personas, vel casus tantùm, sicuti ad plures notabiles decisiones inferendo benè probat Couarru. *Pract. quæst. cap.* 31. *per tot.* Franch. *decis.* 691. Guaz. *def.* 1. *cap.* 29. *&c.* Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 5. Sperel. *decis.* 37. *&* 182. vbi quòd iuxta magis veram, & communem opinionem est de iure diuino, vide Dian. *resolut. moral. par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 1. *& seqq. part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 1. *&* 10. vbi etiam an operetur tolerantia Papæ, *& part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 21. vbi plura Mastril. *decis.* 159.

De omnibus sub hoc numero contentis, & de aliis pluribus quæstionibus in materia iurisdictionali, & contentionum, ac competentiarum inter iudices Ecclesiasticos, & sæculares, & ad quem spectet cognitio, & declaratio, latè videndus Cortiada *decis.* 2. *cum multis seqq.* vbi plurimos in quolibet articulo de more allegat, & quid seruetur in Regnis Coronæ Aragonum. An Iudex sæcularis possit cognoscere de clericatu ad effectum remittendi, Carleual. *de iudic. tit.* 1. *disput.* 2. *num.* 866. Iul. Capon. *tom.* 5. *discept.* 401. *conclus.* 3. *num.* 1. *&c.* alijque plures citati à Castejon. *alphabet. iurid. verb. Iurisdictio sæcularis num.* 169.

72 Clericus non coniugatus licèt non incedat in habitu, & tonsura, gaudet privilegio fori, iuxta *c. si iudex, de sent. excom. in* 6. nisi fuerit ter monitus à suo superiore, & neglexerit, Clar. §. *fin. quæst.* 36. *vers. hæc autem*, *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 190. *per tot.*

Intellige tamen ante dispositionem Concilij Tridentini, de qua supra *num.* 69. Sperel. *decis.* 26. *num.* 1. *& seqq.* Et de intelligentia *d. cap. si iudex*, latè idem Sperel. *decis.* 132. *&* 133. *per tot.* secùs autem hodie, attento Concilio vt supra.

Quòd Clericus ob non delationem habitus Clericalis possit quidem amittere privilegium fori, non autem cætera Clericorum privilegia, ad quæ retinenda gestatio habitus à Concilio non requiritur, Squillant. *de priuil. Cleric. cap.* 8. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 1. §. 2. *cap.* 39. *num.* 15. Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 404. *nu.* 17. *& nu.* 18.

73 Clerici etiam coniugati, si incedant in habitu, & tonsura, abstinendo se principaliter à negotiationibus, à quibus Clerici communiter tenentur abstinere, gaudent de iure privilegio fori, & canonis, Clar. *dict. quæst.* 36. *vers. Quæro an Clericus*, *&c.* Guaz. *ad def. cap.* 3. *num.* 1. *&c.* Tusch. *litt. C. conclus.* 395. *per tot. supra num.* 37. vide Ciarlin. *contr.* 53. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 425. Sanfelic. *decis.* 13. *&* 14. *per tot.*

Quòd Clericus coniugatus nullo alio priuilegio clericali gaudere possit, quàm Canonis, *si quis suadente*, 17. *quæst.* 4. & fori; in reliquis autem reputetur laicus merus, & in specie non gaudeat Beneficio, *cap. Odoardus*, Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 207. *num.* 1. Valasc. *allegat.* 47. *&* 48. & dixi *suprà num.* 19.

Plura de Clericis coniugatis, quando gaudeant priuilegio fori, & Canonis, vel non, latè Valasc. *alleg.* 39. *cum pluribus seqq.* latiùs Thom. del Bene *de immun. Eccles. par.* 1. *cap.* 4. *dubit.* 10. *per tot.*

Quòd Clerici Græci licèt coniugati gaudeant priuilegiis aliorum Clericorum non coniugatorum, cùm id sit eis permissum, Anton. de Ballis *tract. var. lib.* 5. *titul. de Clericis*, *num.* 47.

Hoc tamen verum esse potest de iure communi tantùm, & ante dispositionem Concilij, de qua *supra nu.* 69. nam post Concilium Tridentinum, Clerici coniugati non gaudent dicto priuilegio fori, & canonis, nisi alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi seruiant, & Clericali habitu, ac tonsura vtantur, & non sint bigami, vt disponit idem Concil. *sess.* 23. *cap.* 6. *in fine*, Sanfelic. *decis.* 13. *&* 14. *per tot.* vbi etiam quòd non sunt remittendi ad iudicem Ecclesiasticum, nisi vlteriùs doceant se cum vnica, & virgine contraxisse, Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 56. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 449. *fol.* 188. Sperel. *decis.* 26. *num.* 3. *&c. decis.* 132. *nu.* 26. Marcian. *disput. forens. cap.* 22. *num.* 2. *&c.* Ricc. *Collect.* 308. *&* 2420. vbi plura de istis Clericis saluaticis, *& in Prax. var. resol. cap.* 172. 390. *&* 391. *per tot.* Ciarlin. *contr.* 53. *per tot.* & fuit resolutum me proponente per Magistratum DD. Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ sub die 30. Augusti 1672. in causa contra D. Laurentium Sanctum Sangiorgium Physicum Communitatis Marradij, ad effectum cognoscendi an esset remittendus ad iudicem Ecclesiasticum, vel non, iuxta ea, quæ dixi *supra num.* 71. prout ipse instabat, sed non obtinuit, quia non constabat de Clericatu, neque de requisitis, & quia ista materia clericorum coniugatorum in praxi Florentiæ est penè incognita.

Quòd, vt Clericus coniugatus gaudeat privilegio fori, plura copulatiuè requirantur, primò, quod habitum, & tonsuram congruenter, prout moris fuerit in Regione, quoad alios Clericos non coniugatos, deferat; secundò, quòd non sit bigamus; tertiò, quòd non se ingerat in negotiis sæcularibus. Qualis autem sit huiusmodi decens habitus, & quòd tale priuilegium suffragetur tantùm pro delictis, & causis criminalibus, non autem pro causis ciuilibus sæcularibus, pro quibus Clerici coniugati nullo potiuntur priuilegio, sed conueniendi sunt coram iudice laico, & pro executione sententiæ possunt realiter, & personaliter adstringi, vt benè probat Couarru. *Pract. quæst. cap.* 31. *num.* 7. Farinac. *quæst.* 8. *num.* 6. *& seqq.* vbi etiam Vulpin. *in suco*, Sanfelic. *decis.* 14. *num.* 2. & latiùs *decis.* 330. *per tot.* Addit. ad eumdem Sanfelic. *decis.* 352. *vers. Clerici coniugati*, Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 56. Scacc. *de iud. cap.* 11. *num.* 20. *& seqq.* Marcian. *disput. forens. cap.* 22. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 37. *num.* 17. *& seqq. ad* 26. *fol.* 454. Bonacin. *de Censur. disput.* 1. *quæst.* 16. *punct.* 3. Tusch. *litt. C. concl.* 395. *inf. num.* 74. *in fine*, Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 390. *&* 391. *per tot.* vbi quòd ideò tenentur etiam ad collectas.

Quartò iuxta Concilium, vltra prædicta, requiritur etiam seruitium Ecclesiæ, vt notat idem Iordan. dict. *volum.* 2. *lib.* 11. *titul.* 3. *numer.* 25. *fol.* 517. *& dixi supra*, Nouarr. *d. Collect.* 56. *numer.* 4. vbi quòd seruitium debet esse continuum.

Quòd si tempore delicti habebat omnia dicta requisita, licèt posteà efficiatur bigamus contrahendo aliud matrimonium, gaudeat priuilegio fori, cùm attendatur tempus delicti, Dian. *par.* 4. *tractat.* 1. *resol.* 6. *in fine*, *infr. num.* 78.

De Clericis Græcis, qui post contractum matrimonium assumunt ordines an gaudeant priuilegio fori, idem Dian. *part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 25.

In casibus autem in quibus Clericus coniugatus gauderet priuilegio fori, gauderet etiam illius vxor, non verò concubina, Sanfelic. *decis.* 14. *numer.* 1. *& seqq.* Pac. Iordan. *loc. citat. numer.* 104. *&* 105. *fol.* 524. Dian. *par.* 3. *tract.* 1. *resol.* 45. vbi tamen refert alios contrarium tenentes, sed iterùm hanc opinionem probat *part.* 4. *tractat.* 1. *resolut.* 41. vbi ampliat etiam mortuo viro si maneat in viduitate, latiùs *par.* 6. *tract.* 8. *resol.* 6. vbi quòd gaudet etiam exemptione gabellarum, *& part.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 23. *per tot.*

Quòd filij Clericorum legitimè ante Clericatum suscepti gaudeant priuilegio fori, durante vita patris, Dian.

Dian. *part.4. tract.1.resol.111.* vbi refert fuisse declaratum à Sacra Congregatione 18. Martij 1631.

Sed contrarium vsum receptum, cùm sint verè laici, & consequenter foro laicali subiecti, testatur Bonac. *de Censur. disput. 1. quæst. 16. sect. 1. punct. 3. num. 8. in fine.*

74 Clericus coniugatus, licèt habeat omnia prædicta requisita de iure gaudet tantùm priuilegio Canonis, & fori, in reliquis autem habetur tanquam simplex laicus, nulloque alio priuilegio Clericali fruitur, & consequenter est incapax beneficij Ecclesiastici, Pac. Iordan. *lib. 10. tit. 13. num. 15. fol. 355.*

Et si quod beneficium antea obtinuerit, illud statim ipso iure amittit per contractum matrimonij, idem Iordan. *lib. 10. tit. 23. per tot. fol. 410.* Tusch. *litt. C. conclus. 392.* Sanfelic. *decis. 15. per tot.* vbi etiam quòd amittit priuilegium fori, licèt fuerit nulliter contractum, opus tamen est sententia declaratoria per iudicem Ecclesiasticum proferenda.

Nec gaudet pro causis ciuilibus, vt dixi supra proximè, & probat Sanfelic. *decis. 14. num. 2. & decis. 352. in Addit. vers. Clerici coniugati.*

Sed contra quòd concurrentibus alijs supradictis requisitis gaudeat priuilegio fori etiam in ciuilibus probant Ceuallos *tract. de cognit. per mod. violent. part. 2. quæst. 73. num. 4.* Duard. *in Bulla Cœnæ lib. 2. can. 15. quæst. 4. conclus. 3. num. 12.* Ricc. *part. 4. decis. 320. num. 5. & Collect. 308.* Martha *de iurisdict. part. 1. Cent. 2. cas. 159. n. 5.* Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 50. & part. 4. tract. 1. resol. 78.* Ciarlin. *contr. 53. num. 34.* vbi de veriori, & probabiliori, ac magis recepta opinione à Sacra Congregatione.

75 Clericus, qui vnicam tantùm vxorem, & virginem duxit, adeò quòd non possit dici bigamus, illa mortua recuperat omnia priuilegia Clericis non coniugatis competentia, Ciarlin. *contr. forens. cap. 53. num. 20. & seqq.* Clar. §. *fin. quæst. 36. vers. vnum scias, &c.* Sanfelic. *decis. 14. num. 1. & seqq.* vbi intelligit si incedat in habitu, & tonsura, ac Ecclesiæ ab Episcopo deputatæ seruiat, doceatque se contraxisse cum vnica, & virgine, alias secus.

Aliqua de bigamia Dian. *part. 7. tact. 12. resol. 19. & 20.* & latè Vgolin. cum alijs ab eo citatis *tract. de Irregularit. cap. 56. per tot.*

Quid autem sit bigamia, quotuplex, & quomodo reddat inhabilem ad ordines, & beneficia, vide Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 24. per tot. fol. 412.* vbi etiam quòd bigamus est omni priuilegio nudatus, vide Vgolin. *loc. cit.*

An iudex laicus possit cognoscere de bigamia ad fundandam suam iurisdictionem, negatiuè resoluit Dian. *part. 4. tract. 1. resol. 71.* vbi tamen pro affirmatiua allegat Pereyr. *de manu reg. part. 2. cap. 24. num. 3.*

76 Clericus dimisso habitu, & tonsura, immiscens se enormitatibus, & atrocioribus delictis, ipso iure fori priuilegium amittit etiam nulla monitione præcedente, Clar. §. *fin. quæst. 36. vers. Quæro modo &c.* Capyc. *decis. 151. per tot.* Franc. *decis. 463. per tot.* Guaz. *def. 20. cap. 9. num. 37.* Farinac. *de inquisit. quæst. 8. num. 54.* Graff. *decis. part. 1. lib. 4. cap. 20. num. 151.* Coriolan. *in Bull. Cœnæ Excom. 19. cas. 3.* Dian. *part. 10. tract. 12. resol. 4. vers. tertio licet*, vbi hanc partem sequitur Carol. de Grass. *de effect. Cleric. effect. 1. num. 889. & seqq.* Aloys. Ricc. *prax. var. resol. cap. 172. num. 2.* Sanfelic. *decis. 13. per tot.* vbi intelligit in simplici Clerico in sacris non constituto, vel coniugato, secus autem in alijs sacris ordinibus initiatis, in quibus monitio, & degradatio requiritur.

Quòd in Clericis sacris ordinibus initiatis, vel beneficiatis requiratur trina monitio, & perseuerantia, vide Petr. Cabal. *resol. crim. cas. 60. num. 8. &c.* Sperel. *decis. 26. per tot. & decis. 132. num. 68. &c.* Dian. *resol. moral. part. 1. tract. 2. resol. 23. & resol. 129. per tot.* vbi contrarijs respondet, & loquitur in Religioso professo, qui & si sacris ordinibus non initiatus, cùm sit seruitio Ecclesiæ, & Religionis adstrictus gaudet eodem priuilegio, sicut Clericus, nec illud amittit licèt à Religione apostatauerit, nisi in casibus, in quibus priuantur etiam Clerici in Sacris constituti, vide in §. *Monachus num. 11.*

Tria potissimè requiri ad hoc, vt Clericus se immiscens enormitatibus, amittat priuilegia Clericalia, primò, quòd non vnicum delictum enorme, sed pluria enormia patrauerit delicta, secundò, vt in ipsis enormitatibus deprehendatur, tertiò quòd præcesserit trina monitio, Sperel. *decis. 132. num. 65. & per tot.* Thom. Triuis. *decis. 48. lib. 2.* Couar. *Pract. Quæst. cap. 32.* Farinac. *quæst. 8. num. 60.* Dian. *loc. cit.* vide Sanfelic. *decis. 13. per tot.* vbi plura, & *decis. 14. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 37. num. 27. & seqq. fol. 456.* vbi quòd tunc erit locus præuentioni inter iudicem sæcularem, & Ecclesiasticum, &c.

Clericus sacris ordinibus initiatus, si relinquat habitum Clericalem, & viuat tamquam laicus, dicitur Apostata, re ipsa amittit priuilegium ordinis, efficitur infamis, excommunicari potest, & ad reassumendum habitum, ac clericaliter viuendum compelli, & si duxerit vxorem efficitur de hæresi suspectus, ac potest ab Inquisitore hæreticæ prauitatis puniri, & alia, vide per Menoch. *de arbitr. cas. 546. num. 47. & seqq.* Dian. *part. 4. tract. 7. resol. 5.* vide in §. *Vxor num. 6.* Constant. Cafar. *specul. Peregrin. quæst. quæst. 14. per tot.* vbi an Clericus effectus miles ipso iure amittat priuilegium, & vacet Beneficium; si posteà reassumat habitum an dicatur taliter præuenta causa, & persona a iudice sæculari, vt sit deneganda remissio ad forum Ecclesiasticum, & facit Franciscus de Angelis *tract. de confess. lib. 2. quæst. 49. & 50.* vbi plura ad fauorem Clericorum, sed nonnulla contra aliorum communes traditiones Carol. Marant. *contr. part. 5. respons. 50.* vbi plura an Clericus habitum dimittere valeat, & sæculari militiæ se adscribere, & si de facto id egerit an sit pro Clerico habendus, si ipse Clericum agere nolit, qualiter amittat Beneficium, an efficiatur irregularis, & Apostata, & alia ad rem. 77

Quòd iudex laicus non possit cognoscere de crimine Apostasiæ, cùm non sit distinctum ab hæresi, licet alij contra Dian. *part. 4. tract. 1. resol. 12.* vide Thom. Triuis. *decis. 48.* vbi videtur velle, vt sit locus præuentioni, sed postea contrarium concludere facit, latè Sanfelic. *decis. 13. & 14.*

Quòd effectus miles, & arma exercens amittat ipso iure priuilegia Clericalia, *c. quisquis 34. distinct. cap. 1. de Bigam. in 6.* Sperel. *decis. 132. num. 36.* Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 10. tit. 37. num. 30.* & latiùs *vol. 3. lib. 13. tit. 8. num. 48. & seqq. fol. 78.* Thomat. *decis. 18. num. 25.* Rot. *part. 14. recent. decis. 355. num. 9. &c.* vbi quòd Clericus factus miles sæculi desinit esse miles Dei; redeundo tamen ad primum statum Clericale recuperat sua priuilegia, quæ erant suspensa, & non deperdita, & an, & quando versando in bello incurrat irregularitatem, vel non, vide in §. *Irregularitas.*

Quòd factus negotiator non amittat immunitatem à gabellis sæcularibus, nisi præcedente trina monitione, & pro illarum exactione conueniri debeat coram iudice Ecclesiastico, quicquid alij contrarium teneant, Dian. *part. 1. tract. 2. resol. 41. & 46. part. 3. tract. 1. resol. 44. supra n. 45. & 46. & num. 6.* idem Dian. *part. 4. tract. 1. resol. 28.*

Quando Clericus dicatur incorrigibilis ad effectum, vt à iudice laico possit coerceri, Sperel. *decis. 125. num. 35. & seqq. per tot.* vbi ponit plura ad hoc requisita, de quibus *supra num. 76. in* §. *Monachus num. 11.*

Quid si Clericus delinquat in officio sæculari sibi à Principe concesso, an possit per iudicem laicum puniri, negatiuè respondet Dian. *part. 1. tract. 2. resolut. 18. & part. 4. tract. 1. resol. 39.* vide in §. *Aequitas num. 4.* Paul. Christin. *decis. 222. n. 37. vol. 5.* Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap. 391. & 413.* vbi quòd nec potest ad officium sæculare assumi. 78

Clericus simplex quamuis dimisso habitu, & tonsura efficiatur laicus, & ducat vxorem, non potest puniri à iudice sæculari pro delictis commissis tempore, quo erat Clericus, & gaudebat priuilegio fori, cùm ad fundandam iurisdictionem attendatur tempus delicti, Gratian. *discept. forens. cap. 226. n. 1. & per tot.* Thom. Triuis. *decis. 28. lib. 2.* Rot. *part. 14. recent. decis. 425. per tot.* Cabal. *resol. crim. cas. 147. num. 10. &c.* Dian. *resol. moral. part. 3. tract. 1. resol. 34.* vbi firmat idem in nouitio, & similibus à Religione dimissis, *& p. 4. tr. 1. resol. 6. & resol. 27.* vbi quòd non amittit dictum priuilegium etiam si duxerit viduam, & sic factus sit bigamus, & quòd non efficiatur bigamus si fœminam prius à se cognitam ducat in vxorem *supra n. 73.* Giurb. *cons. 15.* Sanfelic. *decis. 218.* Marcian. *disput. forens. cap. 22. per tot.* vbi etiam quid in ciuilibus, si tempore obligationis erat Clericus, & tempore solutionis factus laicus, & firmat coram iudice sæculari conueniendum esse.

Quòd

Quòd poſtquàm Clericus fuit remiſſus ad iudicem Eccleſiaſticum non poſſit reuocari à iudice Laico, licèt accuſatione pendente tonſuram, & habitum dimittat, vel fiat bigamus, ex quibus cauſis amittit priuilegium fori, nec poſſit iudex Laicus reaſſumere cognitionem delicti, nam remiſſio, quæ habuit effectum non poteſt reuocari, & perdit priuilegium reſpectu tantùm delictorum poſteà commiſſorum, Capel. Tholoſ. *deciſ.* 377. cum alijs per Valaſc. *alleg.* 23. *per tot.*

Intellige prædicta quando Iudex Eccleſiaſticus præuenir, & poſt præuentionem Clericus vxorem duxit, iuxta Franch. *deciſ. per tot.* & in his terminis, non tamen facta huiuſmodi diſtinctione, fuit iudicatum per Magiſtratum Dominorum Octo Balliæ Virorum Ciuitaris Florentiæ, cum voto D. Iulij Paraſacchi Auditoris Militarium Legionum S. C. S. ſub die 21. Iunij 1666. in Cauſa contra Franciſcum Ioachini Cartegni Malingambi Fiuizzanenſem Agri Lunenſis, patrocinante D. Io. Baptiſta Manzto illius conciue; & iterum me proponente de menſe Februarij 1662. in Cauſa Bargæ contra Iacobum Laurentij Grigo, vt in filcia Negotiorum dicti Magiſtratus n. 224.

Et quòd quando iudex laicus præuenit in captura perſonæ in ſtatu laicali repertæ, licèt tempore delicti fuerit Clericus, non teneatur remittere ad iudicem Eccleſiaſticum, deciſum teſtatur Sanfelic. *d. deciſ.* 218. *num.* 11.

Quid in caſu contrario ſi tempore delicti erat laicus, & poſteà factus Clericus, vide ſupra *num.* 36.

79 Clericus retinens babitum, & tonſuram quantumcumque enormia delicta committat non efficitur de foro ſæculari, Boſſ. *de for. compet. num.* 134. Abb. & alij communiter in *cap. perpendimus de ſentent. excommun.* Clar. §. *fin. quæſt.* 36. *verſ. Cæterum ſi Clericus num.* 24. vbi tamen quòd ſi ſit ſeditioſus poteſt expelli de loco, vide Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 81. vbi allegat plures tenentes poſſe Clericum ſeditioſum, & quietis publicæ turbatorem expelli de Regno auctoritate laicali, licèt ipſe dicat non licere, ſed recurrendum eſſe ad ſuperiores Eccleſiaſticos, qui etiam non poſſint id facere ſine cauſæ cognitione, vide §. *Princeps num.* 26. *in fine.*

80 Clericus aſſaſſinus poteſt puniri à iudice laico, ſicut etiam verè incorrigibilis præcedente tamen declaratione, & degradatione facienda ab Eccleſiaſtico, Clar. §. *fin.* q. 36. *verſ. Item quæro, verſ. ſucceſſiuè, & verſ. ſcias autem*, Franch. *deciſ.* 176. *num.* 2. Dian. *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 51. *& part.* 7. *tract.* 1. *reſolut.* 11. *per tot.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtit. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 8. 9. 34. *& ſeqq.* vbi etiam de Clerico ſodomita, & quid ſi eſſet notoriè talis.

Quòd Clericus aſſaſſinus poſſit puniri à Iudice ſæculari, quia eò ipſo quòd tale crimen committit, amittit priuilegium Clericale, intellige cumulatiuè cum Iudice Eccleſiaſtico, quia eſt locus præuentioni, & conſtito priùs illum eſſe talem ex probabilibus argumentis, vel ex ſententia Iudicis Eccleſiaſtici, vel ex imputati confeſſione, vel ex notorietate facti declarata; item intellige præcedente declaratoria Iudicis Eccleſiaſtici ſuper dicta qualitate aſſaſſinij, licèt in Hiſpania, Regno Neapolitano, ac alibi, ſi Clericus reperiatur in fortijs Curiæ ſæculari procedatur abſque dicta declaratione, & vno, ac eodem tempore declaretur aſſaſſinus, & condemnetur, item præcedente actuali degradatione; ſi mors occidendi fuerit ſequuta, ac data incorrigibilitate ſecundùm aliquos, licèt verius ſit etiam effectu non ſequuto, & incorrigibilitate non expectata, vel ſaltem arbitrio Iudicis intrare pœnam mortis ordinariam, de quibus omnibus Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 85. *&* 86. *quæſt.* 123. *num.* 62. *& ſeqq.* Faiard. *allegat. fiſc.* 5. *num.* 20. *&c.* Fermoſin. *fiſcal. allegat.* 5. *n.* 25. *part.* 2. Oliua *de foro Eccleſ. part.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 6. *& ſeqq.* Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 710. *& ſeqq.* Bobadil. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 58. *&c. tom.* 1. Thom. del Bene *de immunit. Eccleſ. cap.* 6. *dubit.* 5. *ſect.* 2. *num.* 4. *& ſeqq.* Cantera *quæſt. crim. tit. de homicid. cap.* 7. *num.* 46. Cened. *Pract. quæſt. canon. quæſt.* 15. Auend. *de exequend. Mandat. Reg. part.* 1. *cap.* 22. Mar. Ital. *de Immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 5. §. 5. *num.* 151. Cortiada *deciſ.* 34. *num.* 52. *& ſeqq.* alijque plures recentiſſimè citati per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 1. *num.* 188. *& ſeqq.* vbi etiam *num.* 218. *& ſeqq. per tot.* An Clericus aſſaſſinus carceratus à familia Iudicis Eccleſiaſtici ſit Curiæ ſæculari tradendus, an debeat condemnari ad mortem naturalem, in quibus carceribus ſit interim cuſtodiendus, de forma degradationis actualis, aliaque plura ad rem notabilia.

De dictis, & alijs caſibus, in quibus Clericus efficitur de foro ſæculari, vide Pac. Iordan *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 48. *& ſeqq. fol.* 78. Sperel. *deciſ.* 125. *& deciſ.* 132. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 13. 14. *&* 15. *per tot.*

Debet tamen eſſe confeſſus, vel conuictus, aliàs priuilegio fori non eſt priuandus, Placa *Epitom. delict. cap.* 29. *num.* 27. & alij relati per Sanfelic. *deciſ.* 137. *num.* 3. *verſ. ſed contra.*

Qualiter autem poſſit Clericus deponi, & degradari, quomodo fiat degradatio, quotuplex ſit, & quinam effectus ex ea reſultent, Menoch. *de arbitr. caſ.* 415. *per tot.* Pac. Iordan. *vbi ſupra num.* 69. *&c. fol.* 79. Farinac. *quæſt.* 8. *num.* ... *& quæſt.* 189. §. 2. *per tot.* Dian. *part.* 10. *tract.* 11. *reſol.* 50. 51. *&* 52.

An propter crimen læſæ Maieſtatis ſit degradandus, & Curiæ ſæculari tradendus, Dian. *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 16. *& reſol.* 30. vbi quòd aliàs non poteſt à iudice ſæculari puniri, & latiùs *part.* 7. *tract.* 1. *reſol.* 10. *&* 11. Ricc. *Collect.* 2062. *vbi vide, & infr. num.* 85.

Quòd Clericus de crimine falſæ monetæ culpabilis repertus ſit tradendus Curiæ ſæculari puniendus vigore Bullæ Vrbani VIII. idibus Nouembris 1627. vide Ricc. *Collect.* 3312. *&* 4198. *inf. num.* 85.

An autem in his, & ſimilibus caſibus iudex laicus poſſit, & debeat punire ex eodem proceſſu à Curia Eccleſiaſtica compilato, vel nouum inſtruere, Sanfelic. *deciſ.* 139. vbi quòd ex eodem; niſi eo benè examinato inueniat defectus, quos ſupplere teneretur.

Et quòd degradatus, & Curiæ ſæculari traditus pro delictis enormibus, & pœnam mortis merentibus, licèt Eccleſiaſticus iudex iuxta ſolitum intercedat, & proteſtetur, vt citra pœnam mortis puniatur, tamen per iudicem laicum ſit pœna vltimi ſupplicij afficiendus, Franch. *deciſ.* 571. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 239. *& deciſ.* 402. *num.* 3. *&* 4. Cartar. *deciſ. Farinac. quæſt.* 189. §. 1. *&c.* vide in §. *Hæreſis num.* 8.

Et ita ſemel ego practicatum vidi per Magiſtratum Dominorum Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ de menſe Octobris anni 1665. in perſona cuiuſdam Iacobi Ippoliti Cancelli, qui etiam fuit flammis combuſtus ex cauſa de qua apparet in filzia Negotiorum dicti Magiſtratus ſub num. 364. & dixi in mea Practica *in Indice verb. Eretici*, cùm iam opus eſſet impreſſum, vide in § *Sacerdos n.* 2. & Sanſelic. *d. deciſ.* 239. *per tot.* vbi latè, & ponit etiam exempla, & formula actorum faciendorum.

Aliàs tamen fuiſſe Romæ reſeruatum, quòd poſt abiurationem, tranſmittantur ad triremes, refert Sperel. *deciſ.* 38. *num.* 24. *in fine*, & vide Farinac. *de hæreſ. quæſt.* 193. *num.* 39. Dian. *reſolut. moral. part.* 4. *tract.* 7. *reſolut.* 11. *&* 12. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *de Sacrific. Miſſ. num.* 5. *&c. fol.* 281. vbi de Conſtitutione Pauli IV. Clem. VIII. & Vrbani VIII. & in quibus caſibus nulla ſint miſericordia digni, ſed vltimo ſupplicio afficiendi, nempè celebrando non ordinati, prout fecerat dictus Iacobus Cancellus, vel abutendo Sacramentis, negando Sanctiſſimam Trinitatem, Diuinitatem D. N. I. C. aut conceptionem illius de Spiritu Sancto, vel mortem ipſius, vt nos redimeret, vel Virginitatem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, vel confeſſiones Sacramentales audiendo non adhuc promoti ad Sacerdotium, prout in dictis Conſtitutionibus, & huiuſmodi caſus non miſericordia dignos, refert etiam Vulpin. *in fuco*, Farinac. *d. quæſt.* 193. §. 1. *in fine*, Sanfelic. *deciſ.* 239. *per tot.*

Quòd Clerici ex delictis grauibus poſſint condemnari ad triremes, an autem tranſmitti ad Regias triremes, an prius actualiter, vel ſaltem verbaliter degradari, & alia, vide per Aloyſ. Ricc. *prax. var. reſol. cap.* 104. *per tot.*

Clerici, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ gaudent immunitate Eccleſiaſtica pro delictis à Bulla Gregoriana non exceptuatis, vt dixi in §. *Immunitas n.* 18. *&* 20. vbi tamen retuli plures contrarium tenentes. 81

Ita vt etiam dum ſunt induti cotta, & ſtola extra Eccleſiam præcedente Cruce ad efferendum defunctum, vel ſi deferrent Oleum Sanctum, vel Sanctiſſimam Euchariſtiam ad infirmum, non poſſint capi à ſatellitibus de mandato, & licentia Epiſcopi, & ſi fuerint capti non tenentur reſpondere, ſed nullitatem capturæ obijcere, quia eadem reuerentia, quæ debetur Eccleſiæ, multò magis debetur

Sacerdotibus diuina, & Ecclesiastica ministrantibus, ac ita fuisse Romæ decisum de anno 1614. refert Locatel. *de tortur. inspect.* 5. *nu.* 164. Dian. *part.6. tract.1. resol.25. in fine*.

82 Clerici, vel alij Religiosi sacris ordinibus initiati, an possint cum dispensatione Papæ matrimonium contrahere, latè Dian. *resol. moral. part.8. tract. 1. resol.72. & seqq.* vbi refert contrarias opiniones, & affirmatiuam amplectitur, quam etiam aliquibus exemplis singularibus confirmat, vide in §. *Papa num.4.* Merlin. *decis.460. num.* 26. vbi intelligit concurrentibus grauissimis causis, publica vtilitate, & solum inter Principes, & Primates, ad tradita per Sanchez *de matrim. lib.8. quæst.* 8. *num.* 2. *&c.* Rota *in Venusina legati* 28. *Iunij* 1623. *coram Decano*.

83 Clerici an possint, vel debeant recurrere ad iudices seculares pro obtinenda, vel tuenda possessione, vide in §. *Iudex num.*30. §. *Possessio num.*5. Merlin. *decis.*136. 904. 905. *& 907. per tot.* vbi plura generaliter de clericis recurrentibus ad secularia tribunalia.

84 Clerici qualiter militare dicantur, & ideò in illorum testamentis gaudeant priuilegio militum, ac possint iure militari testari sine solemnitatibus iuris ciuilis, licèt etiam non desint contrarium tenentes, Abb. *in cap. in præsentia de probat.* Vasqu. *de succes. creat. lib.* 3. §. 22. *limit.* 17. *num.*37. *&* 84. Grass. *de effect. Cleric. effect.*19. *num.*14. *& effect.*63. Ioseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 45. *num.*28. *&* 29. facit quod dixi in §. *Aduocatus num.* 14. *&* §. *Doctor num.* 15.

85 Clerici non debent degradari, nec Curiæ seculari tradi, nisi pro criminibus à iure canonico expressis, nempè

Pro crimine hæresis iuxta *cap. ad abolendum* §. *Præsenti de heret. cap.*1. *& cap. super eod. de heret. in* 6.

Pro falsificatione litterarum Apostolicarum, *cap. ad Falsariorum de crim. fals.* Thom. Triuis. *decis.9. n.* 4. *lib.*2.

Pro crimine insidiarum contra Episcopum, *cap. si quis Sacerdotum* 11. *quæst.*1.

Pro incorrigibilitate, *cap. cum non ab homine de iud.*

Pro assassinio, *cap.*1. *de homicid. in* 6.

Pro crimine nefando ex Constit. Pij V.

Pro celebratione Missarum ab illis, qui non sunt Presbyteri ex Const. Clem. VIII. & dixi supra num.80. prout hæc omnia probat alijs citatis Coccin. *decis.* 351. *per tot.* quæ est in Lucana Iurispatronatus 8. Iunij 1607.

Adde pro crimine falsæ monetæ vigore Bullæ Vrbani VIII. vt notaui *supra num.*80. licèt in terminis iuris communis, & non facta mentione dictæ Bullæ contrarium firmet Ant. Gob. *tract. de monet. quæst.*11. *num.* 35. ex Farinac. *quæst.*115. *num.*34. Ansald. *de iurisdict. part.2. tit.*11. *cap.4. num.*38. *&c.*

An pro homicidio, & pro quibus criminibus possint Clerici degradari, Carol. de Grass. *de effect. cleric. effect.*1. *nu.*836. *& seqq.* Sanfelic. *decis.*139. vbi refert, monachum pro homicidio in Ecclesia tempore celebrationis diuinorum officiorum commisso, fuisse degradatum, Curiæ seculari traditum, & vltimo supplicio affectum.

Licèt autem inter prædicta crimina non numeretur crimen læsæ maiestatis humanæ, & potius ab eo videantur exempti Clerici versus Principes sæculares, nec subiacere pœnis, de quibus in *l. quisquis C. ad l. Iul. Maiest.* & dixi in §. *Filius num.*38. *&* §. *Fiscus num.* 7. vt colligitur ex supracitata decisione Coccini. Caueant tamen omninò Clerici, alijque quoquomodo exempti, vel priuilegiati ab huiusmodi pessimo crimine, imò a sola cogitatione, ne vltra pœnas, quas à suis iudicibus competentibus imponendas luerent, illis etiam contingat de facto, quod putent non esse permissum de iure, cùm in atrocissimis delictis quandoque ius sit iura non seruare, & leges alias honestas, & sanctas transgredi; prout euenisse creditur in casu supra relatæ decisionis Coccini, sicuti constat ex illius lectura, quamuis sententia fuerit declarata nulla, & iniusta, sed fortè postquam iam fuerat executioni demandata, facit Hieron. Tort. in suo consilio in fauorem Florentinorum edito, qui Archiepiscopum seditiosum suspenderunt, habetur inter consilia Ant. de Butr. vlt. Bald. *cons.24. vol.*4. vt refert Boer. *in tract. de seditiosis* §. 6. *num.* 2. *sup. num.*80. *vers. an propter*, latè Cabed. *decis.*82. *&* 83. *part.*3.

Quòd clerici in proprium Episcopum seditiosi, depositi tradantur Curiæ seculari, idem Boer. *d. tract.* §. 7. *num.*57.

Quòd Clerici, & personæ Ecclesiasticæ habeant regulam pro se, vt non possint pœna mortis naturalis affici pro quocumque crimine, etiam graui, exceptis casibus in iure expressis, qui sunt, hæresis, falsificatio litterarum Apostolicarum, insidiæ, & conspiratio contrà proprium Episcopum, assassinium, incorrigibilitas, sodomia, celebratio Missæ, aut confessionis sacramentalis auditio à non promotis ad Presbyteratum, & falsa moneta, latè Fagnan. *in c. cum non ab homine extr. de iudic. n.*50. *& seqq.* & nouissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*1. §. 14. *num.*20. *& seqq. per tot.* vbi etiam quid in crimine læsæ Maiestatis, & concludit vt supra quicquid aliqui contrarium asserant, quod potest verificari de facto, vt annui, vt idem Raynald. *cap.*2. §. 1. *n.*76. *& seqq.* & latiùs *cap.* 5. §. 1. *ad* 3. *num.*143. *& seqq. per tot.* vbi an pro crimine falsæ monetæ.

Clerici, siue Sacerdotes abutentes rebus sacris, vel Sacramentalibus, & huiusmodi ad cultum diuinum dicatis pro committendis sortilegijs, incantationibus, veneficijs, maleficijs, & similibus, qualiter sint ab Episcopis, vel Inquisitoribus Sancti Officij puniendi, Farinac. *quæst.* 20. *num.*92. *& seqq.* Martin. del Rio *disquisit. Magic. lib.* 5. *sect.*16. *col.*2. *&* 3. *fol. mihi* 720. vbi alia plura generaliter de pœnis, & supplicij maleficiorum. 86

Clerici in conflictu belli dimicantes qualiter efficiantur irregulares, siue bellum sit iustum, siue iniustum, Rot. *part.* 14. *recent. decis.*459. *per tot.* & dixi in §. *Irregularitas num.*5. 87

An efficiantur irregulares si occidant bannitum, & possint processari à sua Curia Ecclesiastica, an consequi præmium per bannimenta secularia promissum, an ipsi si essent banniti possint impunè occidi vigore dictorum bannimentorum sæcularium, & alia ad rem, latè Raynal. *Syntax. rer. crim. cap.*2. §.4. *num.*161. *& seqq. per tot.* vide in §. *Præmium per tot.*

Clericus beneficiatus an per matrimonium inualidè contractum amittat ipso iure beneficium, Sanfelic. *decis.* 15. vbi post relatas aliquorum opiniones, rationes, & distinctiones conclusit esse in foro receptum, & à Rota Romana approbatum indistinctè vacare beneficium ipso iure, siue scienter, siue ignoranter, siue bona, siue mala fide fuerit matrimonium nulliter contractum, Farinac. *decis.* 8. post consilia collecta de anno 1606. opus tamen esse sententia declaratoria facti, nisi sit omninò notorium, & ipsam declaratoriam retrotrahi ad tempus matrimonij contracti, ac esse ferendam à iudice Ecclesiastico, qua lata amittere priuilegium fori: & quando factum est notorium illa non expectata posse iudicem laicum contra huiusmodi clericum delinquentem, qui per matrimonium licèt nullum amisit ipso iure beneficium, & priuilegium fori procedere, quamuis de hoc fuerint variæ opiniones, & tandem fuerit resolutum, articulum vtrum vacauerit beneficium remitti ad iudicem Ecclesiasticum. 88

Clerici in oneribus, & donatiuis, vel tributis, quibus ob publicam vtilitatem, vel communem tenentur concurrere cum Laicis, possunt cogi à Iudice sæculari ad solutionem, etiam personaliter secundum gloss. *in cap. Princeps* 23. *quæst.* 5. Bald. *in l. de his C. de Episc. & Cleric.* vbi tamen in his bonis tantum, Ægid. Thomat. *tract. de Collect. fol.*185. vbi etiam in antecedentibus, & seqq. plura de hac materia, an saltem sint vocandi in impositione cum alijs per Anton. de Ballis *tract. var. lib.*5. *tit. de Cleric. num.* 10. *& seqq.* vbi quòd securior videtur opinio Abb. *in cap. non minus de immunit. Eccles. num.*6. Duen. *reg.* 100. *num.* 16. Couar. *lib.*1. *var. cap.*8. *num.*9. & aliorum tenentium, vt per Ecclesiasticum Iudicem sint compellendi, & quòd ita seruatur in Regno Siciliæ, in quo vadunt Commissarij ad exigendum cum litteris Prælatorum, & materiam examinat Purpurat. *cons.* 335. *&* 485. Valasc. *allegat.* 28. *per tot.* 89

De Clericis plura notabilia tradit Thoro *compend. decis. Neap. part.*1. *&* 3. *verb. Clericus*, & nouissimè, ac latè Com. August. Fontan. *in sua Bibliothec. verb. Clericus part.* 4. *fol.*244. *&c.*

Quòd Clerici, & aliæ personæ Ecclesiasticæ cogi possint per Iudices sæculares reparare ædes, quas habent in Ciuitate ruinam minantes, ne publicus aspectus deformetur, Vallasc. *allegat.* 50. *per tot.*

Clerici seditiosi, turbatores Ciuitatis, etiam in Sacris constituti possunt secundum aliquos expelli à Ciuitate 90

per

per Principem, vel Magiſtratum Laicum, licèt alij intelligant cum licentia Pontificis, vel eorum Prælati, Anton. de Ballis *loc. ſupracit. num.*44. vbi diſtinguit, quod aut dimiſſo habitu perſeuerant in ſeditione, & tunc quia amittunt priuilegium poſſunt expelli ſine alia licentia, aut retinent habitum, & tunc cùm non amittant priuilegium opus eſt licentia Prælati, vide ſupra *num. 79. & in §. Princeps num.*26. *& §. Exilium num.*12.

Clerici qualiter ſub excommunicationis pœna non poſſint Iudicis, vel Præſidis laici munus exercere, *cap. Clericus, ne Cler. vel Monach.* Carol. Ant. Theſaur. *de pæn. Eccl. part.*2. *verb. Index cap.*2. *fol.* 201. vbi benè declarat hanc materiam, & quod acta ſint valida, niſi pars opponat de dicta excommunicatione, vel niſi fuerint denunciati, &c.

Recurrentes ad Iudices laicos, vel tribunalia ſæcularia, quas pœnas incurrant, dixi in §. *Poſſeſſio num.* 5. Et quomodo hoc intelligatur, & quando poſſint, ac debeant excuſari, plenè Queſad. Pilo *contr. for. cap.*35. *per tot.*

91 Clericus in minoribus captus ſine habitu, & tonſura pro delicto, ſi poſtea aufugiat, & iterùm capiatur cum habitu, & tonſura, an gaudeat priuilegio clericali, diſputat hincindè Cabedus *decis.*58. *part.* 1. quam deciſionem examinat, & impugnat Valaſc. *allegat.*46. vbi videtur diſtinguere duo delicta, vt pro primo, pro quo fuit captus ſine habitu, & tonſura non gaudeat, ſed tantùm pro ſecundo delicto fugæ, facit quòd dixi in §. *Carceratus n.* 29. *& §. Immunitas num.*15.

Nec alias negociationes poſſunt exercere, vt benè declarat idem Theſaur. *d. tract. verb. Negotiatio fol.* 246. vbi tamen non loquitur de excommunicatione, ſed de peccato mortali, &c. *ſupra num.* 6.

92 An poſſint tutelas, vel cura acceptare, & adminiſtrare, idem Theſaur. *d. tractat. verb. Tutela fol.* 348. plenè Vela *diſſer.*40. 43. 44. *&* 45. *per tot. vol.*2. vbi etiam an pro redditione rationum, & tutelari debito poſſint coram Iudice ſæculari conueniri, &c.

93 An ſint capaces ſuccedendi in feudo, & alia ad rem, D. Lelius Boſcol. *reſponſ.*1. *poſt part.*2. Io: Torre *de ſucceſ. in Maiorat. & Primog. Ital. fol.*453. vide in §. *Primogenitura num.* 11. & in Indice generali eiuſdem Torre *verb. Clericus.*

§. CODICILLVS. XIX.

1 CODicillus eſt vltima voluntas minus ſolemnis, & abſque hæredis inſtitutione de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit coram quinque teſtibus declarata, ſic nuncupatus à parua cedula, ſiue codice, in quo fieri ſolet, & duobus modis fieri poteſt, aut cum teſtamento, vt quando quis facit teſtamentum, & codicillum, vel ante teſtamentum, vel poſt teſtamentum, vel in ipſo teſtamento, aut ab inteſtato vt quando quis nullo condito teſtamento facit codicillum, cuius executio tunc pertinet ad legitimos hæredes ab inteſtato venientes, & fieri poteſt in ſcriptis, & ſine ſcriptis, quomodo differat à teſtamento, quæ requitat, & alia, vide text. gloſ. & DD. *Inſtit. tit. de codicill. C. eod. & ff. de iur. codicill.* Tuſch. *litt. C. concl.* 404. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*32. *vol.*4. Vaſqu. *de ſucceſſ. p.* 2. §. 30. *per tot.* vbi plura de codicillis, Ariſm. Tepat. *var. ſent. tit.* 596. *per tot.* Martha *de ſucceſ. leg. p.*4. *q.* 20. *per tot.*

Qualiter poſſit codicillus probari, & per quot teſtes, Maſcard. *de probat. concl.*308.

2 Codicillus dicitur pars teſtamenti, ab eo robur accipit, venit ad illud continuatiuè, & continet omnem modum, conditionem, & qualitates expreſſas in illo, cùm per codicillum non recedatur à diſpoſitione teſtamentaria, niſi in his, quæ expreſsè reformantur, maximè ſi adſit clauſula, *addendo*, vel *minuendo*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 571. *num.*25. *& ſeqq.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 160. *num.* 10. *& ſeqq.*

Quòd ſit vti ancilla teſtamenti, illique famuletur, Magon. *deciſ. Flor.*4. *num* 35.

Quòd non deroget voluntati teſtatoris, niſi quatenus ſit contrarius teſtamento, nec reuocet fideicommiſſum in teſtamento ordinatum, Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*347. *per tot.* vbi quòd diſpoſita in teſtamento non cenſentur reuocata in codicillis, niſi verba codicillorum id de neceſſitate importent.

3 Codicillus non poteſt hæreditatem adimere vni ex filijs æqualiter cum alijs inſtituto, ità vt nec ademptio obliquetur, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 902. *per tot.* vbi reſpondet multis obiectis Magon. *deciſ. Flor.* 4. *per tot. & deciſ. Luc.* 32. *num.*28. *&c.* vide Vaſquez *de ſucceſſ.* §. 25. *per tot. part.*1. Merlin. *de legit. lib.*3. *tit.*2. *quæſt.*13. *num.*4. *&c. lib.*5. *tit.*3. *quæſt.*5.

Quòd in codicillis poſſit per fideicommiſſum, & verbis obliquis adimi hæreditas, imò etiam ſi teſtator vſus fuerit verbis directis obliquentur ad ſuſtinendam ademptionem, Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 4. *num.* 5. *& ſeqent.* vbi etiam, quòd in codicillis poteſt Trebellianica prohiberi.

Quòd in codicillis non poſſit dari hæreditas, etiam inter liberos, Altograd. *conſ.* 78. *num.* 33. *lib.* 1. *& conſ.* 96. *num.*7. *lib.*2. vide in §. *Hæreditas num.* . . Tuſch. *litt. C. concluſ.*406. *per tot.* Neque relinqui legitima, cùm requirat titulum inſtitutionis, Merlin. *de legit. lib.*5. *tit.*2. *quæſt.*1. *num.*11.

Quòd in codicillis neque poſſit dari, vel adimi ſubſtitutus, quicquid aliqui contrarium ſenſerit, Magon. *deciſ. Flor.*4. *num.*6. 27. 28. 34. *& per tot.* vbi etiam *nu.*36. quòd conditio appoſita inſtitutioni in teſtamento factæ, non poteſt remoueri in codicillis, vide Tuſch. *d. concluſ.* 406. Vaſqu. *de ſucceſſ.* §. 25. *per tot. part.*1. Merlin. *de legit. lib.*3. *tit.*2. *quæſt.*19.

4 Codicillus ſi contineat hæredis inſtitutionem, ſuſtinetur in vim teſtamenti imperfecti inter liberos, licet à teſtatore fuerit nuncupatus codicillus, maximè ſtante clauſula, quod ſi non valet vti codicillus, valeat iure cuiuslibet alterius vltimæ voluntatis, Montan. *de tut. cap.* 10. *n.*20. vide Tuſch. *d. concl.*406. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 32. *num.*2. *vol.*4. vbi quòd inſtitutio facta in codicillis trahitur ad fideicommiſſum, iuxta gloſ. in *l. verbis ciuilibus ff. de vulg. & pupil.* Alex. *conſ.*194. *vol.*7.

Quòd codicillus continens directam hæredis inſtitutionem, & aliàs teſtamenti ſolemnitates, licèt nominetur codicillus à teſtatore, valeat tamquam teſtamentum, & omnes aliud præcedens teſtamentum tollat, & annullet, quamuis non contineat clauſulam, *caſſans, & irritans, &c.* per text. *in l. non codicillum* 14. *C. de teſtam.* §. *poſteriore, & §. ſed & ſi quis Inſtit. quib. mod. teſt. infir.* Altogr. *conſ.* 96. *num.*8. *&* 9. *lib.*2. Caualer. *deciſ.*394. *per tot.*

Et è contra deficiente hæredis inſtitutione, teſtamentum ſuſtinetur tamquam codicillus, licèt à teſtatore, & Notario fuerit appellatum teſtamentum, & adhibiti ſeptem teſtes, Magon. *deciſ. Luc.* 32. *num.* 16. *& ſeqq. cum Addit.*

5 Codicillus tamquam imperfectum teſtamentum tollit primum perfectum præcedens fauore venientium ab inteſtato, quando in illo fuerant inſtituti extranei, ſecus ſi venientes ab inteſtato, *l. hac conſultiſſima* §. *ſi quis autem C. de teſtament.* vbi Iaſ. & alij relati per Magon. *deciſ. Flor.* 4. *num.* 12. vide in §. *Teſtamentum num.* 4. *& ſeqq.*

Quòd largo modo codicillus dicatur teſtamentum, idem Magon. *deciſ. Luc.*32. *num.*19. *& ſeqq.*

6 Codicillus primò factus non tollitur per alium codicillum ſubſequentem, neque per aliud teſtamentum ſequens, niſi expreſsè dicatur §. *non autem Inſtit. de codicil.* Cepol. *caut.*87. Oinot. *Inſtit. eod. num.*17. *& ſeqq.* Matha *de ſucceſ. leg. part.*4. *q.*18. *art.*10. *num.*96. *& q.*20. *art.*2. *num.*22. vbi etiam niſi ſecundus eſſet directè contrarius primò, quia tunc vltimus attenderetur.

Qualiter codicilli reuocentur expreſsè, & tacitè, Tuſch. *litt. C. concl.*408. Merlin. *deciſ.*237. *& deciſ.* 258. in eadem cauſa.

7 Codicillus poteſt etiam inter abſentes per epiſtolam, vel aliam ſcripturam priuatam quinque teſtibus munitam celebrari, vt docet Genu. *de ſcriptur. priuat. lib.*3. *quæſt.* 24. *per tot. fol.*141. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 1. *tit.* 11. *per tot.*

8 Codicillus non rumpitur natiuitate poſthumi, licèt rumpatur teſtamentum, niſi ſit ab illo dependens, *l. ab inteſt. ff. de iur. codicil. lib.*1. *C. eod.* Oinot. *Inſtit. de codicil. num.*13. *&c.* Pract. Papp. *libel. pro leg. res ſing. gloſ. Nec valet &c. & gloſ. ſeq. cum Addit.*

9 Codicillus factus coram Parocho, & teſtibus, vt fidē faciat debent illi teſtes examinari, & deponere de tenore coram iudice competenti, qui qualis ſit, & alia ad rem,

Honded. *conf.* 26. *num.* 9. *lib.* 2. Couar. *pract. quæst. cap.* 8. *num.* 1. Tiraquel. *de pia cauf. pr uil.* 149. Carol. de Grafs. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 961. Thomat. *decif.* 138. *num.* 13. *& seqq.* vide in §. *Testamentum num.* 23. vbi plura, & plures allegaui.

Alia vide in §. *Clausula codicillaris*.

10 De Codicillis, & clausula codicillari notant plura remissiuè Ægid. de Castrion. *in alphabet. iurid. verb. Codicilli*, & nouissimè Com. August. Fontan. *in sua Biblioth. legal. part.* 4. *fol.* 256. *&c.*

11 An autem hæreditas in testamento data, possit in codicillis adimi, quando quis dicatur codicillari, vel testari, & alia ad rem, Io: Torre *tract. de success. in Maiorat. & Primog. Ital. part.* 2. *quæst.* 8. & alibi de codicillis, prout in Indice generali, *verb. Codicilli in fine 3. part.*

13 Codicilli etiam multò post testamentum facti dicuntur pars testamenti, & censentur vnica dispositio, & si testamentum non valet, vt testamentum, sustinetur vt codicillus, Cyriac. *contr.* 412. *num.* 28. sed vide eumdem *contr.* 444. *num.* 141. *&c.* vbi videtur sibi contrarius.

De clausula codicillari quid operetur, Cyriac. *controu.* 262. *num.* 73. *& seqq.* ac alibi sæpè, & ego dixi plura in §. *Clausula num.* 1. *& seqq.*

§. COITVS. XX.

1 Coitus cum meretrice etiam nupta non punitur in foro contentioso tam ex parte viri, quàm ex parte meretricis, sed tantùm in foro conscientiæ pœna peccati mortalis, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 32. *& cas.* 123. *per tot.* vbi etiam subiungit quænam dicatur meretrix, quòd latiùs explicat Menoch. *de Arbitr. cas.* 535. *num.* 2. *& seqq.* vbi plura curiosa de meretricum fraudibus.

Quòd coitus vxorati cum soluta etiam de iure ciuili, & in foro temporali sit criminaliter punibilis, si non pœna ordinaria adulterij, saltem extraordinariè, vel pro stupro, Farinac. *q.* 138. *num.* 21. *in fine*, & alij plures, quos refert, & sequitur Ciarlin. *contr.* 33. *n.* 76. *& seqq.* vide in §. *Adulterium num.* 4. vbi qualiter coitus vxorati cum meretrice nupta licèt respectu viri non sit punibilis, puniatur tamen respectu mulieris, ne ex delicto suo veniam consequatur, de quo Sanfelic. *decis.* 266. *&* 341. *per tot.* & dixi in §. *Meretrix*.

Quòd coitus vxorati etiam cum soluta, si sit per annos continuatus cum scandalo, & malo exemplo populi, sit punibilis pœna arbitraria saltem tamquam res mali exempli auctoritate eiusdem Caballi cas. 214. me proponente tenuit Magistratus DD. Octo Baliæ Florentiæ de anno 1675. in causa Curiæ S. Ioannis contra quandam Elisabet Ippolyti, & alios in filcia Processuum 645. num. 126.

Quinam coitus sint de iure punibiles, vel non, latè Tusch. *litt. C. concl.* 413. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 311. *&c.* vbi plura notabilia.

2 Coitus adhibitus cum violentia etiam cum meretrice soluta, vel nupta, est arbitrio iudicis punibilis, cùm nec meretrices possint ad peccatum compelli, Petr. Cabal. *resolut. crim. cas.* 179. *per tot.* vbi etiam refert contrarium tenentes, sed hæc est verior opinio, prout alijs relatis dixi in mea Practica §. *Violenza num.* 5. vbi plura de violentia, maximè vigore legis Municipalis Status Etruriæ, & de iure communi, vide in §. *Vis*, §. *Raptus*, & §. *Meretrix*.

3 Coitus cum muliere carcerata siue honesta, siue meretrice etiam consentiente, & sine vi, ratione loci punitur arbitrio iudicis, grauius tamen si cum honesta, quàm si cum meretrice; sicut è contra habitus per carceratum cum vxore, vel ancilla custodis, propter violationem loci, & alijs de causis, punitur itidem arbitrio iudicis, quicquid tenuerit Boer. *decis.* 317. vide Menoch. *de Arbitr. cas.* 292. *per tot.* Petr. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 283. *per tot.* Guaz. *def.* 6. *cap.* 1. *num.* 58. Farinac. *quæst.* 31. *num.* 114. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 217. *num.* 21. *& seqq. volum.* 5. vbi videtur concludere, quòd si mulier fuerit meretrix, & vis non adhibita nullatenus puniatur etiam in custode, ad tradita per Boer. *decis.* 317. & Farinac. *loc. cit.* Otter. *de Official. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 10. *& seqq.* Carpzou. *Pract. crim. quæst.* 69. *num.* 24. *& seqq.* Bobadill. *in Polit. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 127. *&c.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 51. *num.* 21. *& seqq.* Pegas. *ad ordinat. Reg. Portugal. lib.* 1. *tit.* 3. §. 4. *glos.* 6. Fragos. *de Regim. Reipubl. Christ. part.* 1. *lib.* 5. *disp.* 13. §. 13. *num.* 408. *&c.* Abauo *de reat. quæst.* 7. *num.* 166. *& in Prax. crim.* §. *Raptus num.* 26. Ant. Faber. *in C. lib.* 9. *tit.* 4. *definit.* 2. Mura *decis.* 36. & nouissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 7. *ad* 9. *per tot.* vbi plures alios allegat; & totam materiam per distinctionem octo casuum benè declarat, *& cap.* 4. §. 1. *ad* 4. *nu.* 85. *& seqq.*

Quid in iudice coeunte cum muliere carcerata, vel coram eo litigante, vide in §. *Iudex num.* 52. *&* §. *Officialis num.* 10. latè Mastril. *decis.* 191. *per tot.*

4 Coitus Iudæi, siue alterius Sectæ Infidelium, at etiam Cathecumeni cum muliere Christiana, vel Christiani cum Iudæa, vel alia infideli muliere, scienter commissus sub velamine matrimonij, vel etiam sine velamine matrimonij, si alter illorum sit alio matrimonio copulatus, ita vt dicatur adulterinus, punitur pœna mortis; si verò coeuntes sint hincinde soluti, pœna extraordinaria iudicis arbitrio, etiam si mulier cognita sit meretrix propter violationem Christianæ Religionis, vt benè declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 290. *per tot.* Cabal. *resol. crim. cas.* 4. *num.* 6. *&c. & cas.* 112. *per tot.* Farinac. *de delict. car. quæst.* 139. *per tot.* Boer. *decis.* 316. P. Manar. *Nott. malenc. Interrog.* 200. §. 6. Paul. Christin. *decis. Belg.* 43. *volum.* 2. Ricc. *Collect.* 3910. vide in §. *Iudæus num.* 8. *&c.* §. *Statutum puniens num.* ... & in Pract. §. *Ebrei num.* 19. *&* 20. Guttierez. *in prax. quæst.* 24. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 56. vbi tamen infideli ad fidem conuerso, fuit vterque absolutus, cùm ageretur de simplici coitu inter solutos, & cum muliercula meretrice.

An autem dicta circumstantia sit necessariò in confessione exprimenda diuersas opiniones refert Dian. *part.* 3. *tract.* 4. *resolut.* 138. vbi ipse affirmatiuam sequitur, quia mutat speciem, *& part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 3. vbi quòd etiam negatiua est probabilis, sed probabilior affirmatiua.

5 Coitus cum ancilla propria, punitur arbitrio iudicis extra ordinem quando non fuit ab alio cognita, nam si sit ab alio cognita, quoad dominium non punitur, Gramat. *decis. vlt. num.* 7. Clar. §. *Fornicatio vers. mulieris*, Menoch. *de Arbitr. cas.* 293. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 958. *num.* 13. *&c.* Thes. *decis.* 3. *num.* 3. Marcian. *disp. forens. cap.* 29. *num.* 17. *&c.* vide in §. *Stuprum num.* ... & in Pract. §. *Stupro num.* 6. *&* 18.

6 Coitus cum virgine immatura, & non viripotente, etiam nulla vi, vel raptu adhibito, punitur secundùm multos pœna mortis, vel veriùs secundùm alios arbitrio iudicis; si verò interuenit raptus, vis, & corruptio, punitur absque dubio pœna mortis naturalis, latè Menoch. *de Arbitr. cap.* 294. *per tot.* Cabal. *resol. crim. cas.* 20. *per tot.* Farinac. *quæst.* 147. §. *Stuprum*, Thess. *decis.* 3. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 398. Card. Tusch. *litt. S. concl.* 709. *&* 710. Ioseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 52. *num.* 11. *& per tot.* dixi in mea Pract. §. *Stupro n.* 4.

De coitu cum fœmina dormiente, quodnam peccatum luxuriæ contineat, vide Dian. *part.* 9. *tract.* 9. *resol.* 2. *per tot.* vbi an præter malitiam ordinariam iuxta conditionem mulieris, contineat etiam raptum formalem, & alia.

7 Coitus contra naturam humanæ societatis dicitur ille, qui cum propria matre, vel alia ascendente, committitur, sicut è contra cum filia, vel alia descendente; contra naturam sexus, qui committitur inter masculos, contra naturam generis humani cum brutis; contra naturam vsus ipsius sexus, quando masculus cum fœmina præpostera venere, & in vase præternaturali coit: contra naturam naturæ ipsius sexus quando duæ mulieres simul actum venereum faciunt fricando, & se corrumpendo; & contra naturam coitus quando quis se proprijs manibus polluit, qui quidem coitus sapiunt sodomiam, & quibus pœnis afficiantur, latè declarat Menoch. *de Arbitr. cas.* 286. *per tot.* Cabal. *resol. crim. cas.* 16. *per tot.* Card. Tusch. *lit. S. concl.* 316. Farinac. *quæst.* 148. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 17. *&* 18. *cum pluribus seqq.* Peguer. *decis.* 7. Ioseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 52. *num.* 34. vide in §. *Sodomia num.* ... & dixi in Pract. §. *Sodomia num.* 8. *& seqq.* Ioseph. Ludouic. *decis. Luc.* 17. *num.* 22. *&c.*

De coitu inter hermaproditos an sapiat sodomiam, &

sit

ſit punibilis, vide Zacchiam *quaſt. Medic. Legal. lib. 7. quaſt. 8. tit. 1. fol. mihi* 491. & latiùs Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 48. num. 21. & ſeqq. & nu. 40. & ſeqq.* vbi quòd non, circumſcriptis alijs prohibitionibus contra Zacchiam *loc. cit.* & vide *in §. Matrimonium num. 27.*

Quòd coitus mulierum inter ſe, maximè alio inſtrumento non adhibito, non ſit tam graue, & contra naturam delictum, prout maſculorum inter ſe, & ideò non eadem pœna mortis, ſed mitiùs ſit puniendum, Gomez. Leon. *decif. Hiſpalen. 37. per tot.* vbi plura conſiderantur ad diminutionem dicti delicti, ex quibus reuocata prima ſententia mortis, fuerunt illæ mulieres flagellis, & exilio punitæ. Sed de grauitate dicti criminis, & eius pœna, Boer. *decif. 316. num. 14.*

De coitu cum muliere mortua, quòd non contineat in ſe aliam malitiam, quàm pollutionis factæ adiutorio illius cadaueris, tamquam ſi eſſet facta pollutio mediante alio inſtrumento inanimato, vel ſtatua, ſiue pictura; ità vt ſufficiat in confeſſione dicere ſe pollutionem commiſiſſe, niſi fiat cum alio affectu fornicario, vel adulterino, quia tunc ille affectus deberet explicari, licet etiam alij ſentiant eſſe beſtialitatem, vide Dian. *part. 9. tract. 9. reſolut. 1. per tot. & part. 11. tract. 5. reſol. 46. verſ. ex his*, vbi infert huiuſmodi coitum non præſtare cauſam diuortij ſecundùm vnam opinionem.

Qualiter dictus coitus cum muliere mortua habitus ſit puniendus in foro externo grauiter pro iniuria, & violentia cadaueri illata, Boer. *decif. 316. num. 10. & ſeqq.* vbi etiam de coitu cum brutis qualiter puniatur etiam ſi non fuerit perfectus, quando deuentum fuit ad actus proximos, & alia.

8 Coitus inceſtuoſus dicitur committi inter aſcendentes, & deſcendentes ſimul coeuntes, vel inter priuignum, & nouercam, vel cum concubina patris, vel inter ſocrum, & nurum, ſiue inter generum, & ſocrum, ſiue inter fratres, & ſorores, vel conſobrinos, & conſobrinas, ſiue cum filia fratris, vel ſororis, vel cum amita, ſiue matertera, vel cum vxore fratris, & ſic cum cognata, vel quando quis coiuit cum duabus ſororibus, ſiue cum matre, & filia, ſiue cum moniali Deo dicata, ſiue cum filia ſpirituali mediante baptiſmo, vel confeſſione, ſiue cum commatre, & in ſumma de iure canonico inter coniunctos vſq; ad quartum gradum incluſiuè, & inter quos etiam ob ſolam publicam honeſtatem matrimonium contrahi prohibetur, vt latè declarat Menoch. *de arbitr. caſ. 502. per tot.* Cabal. *reſol. crim. caſ. 200. per tot.* Clar. & Baiard. *in §. Inceſtus*, Card. Tuſch. *litt. I. concl. 69.* Farinac. *quaſt. 149.* Michalor. *de frat. part. 3. cap. 57. per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib. 4. Rubr. 23. per tot.*

Quòd committatur etiam à Sacerdote cum muliere ſoluta, Paul. Chriſtin. *decif. Belgic. 161. vol. 1.* licèt alij contra, vt dixi in §. *Fornicatio*.

9 Coitus inceſtuoſus commiſſus per modum fornicationis, & ſine colore matrimonij, de iure ciuili punitur pœna mortis, cùm ſit delictum adulterio grauius, interdum tamen mitiori pœna, quando non eſt inter aſcendentes, & deſcendentes, prout diuerſimodè iuxta facti, & perſonarum qualitatem quandoque fuiſſe iudicatum, teſtatur Menoch. *d. caſ. 502. num. 31. & ſeqq. ad 40.* Clar. *§. Inceſtus verſ. ſed quæro*, Boſſ. *tit. de coit. dam. num. 4.* Theſſ. *decif. 100.* Nec etiam dicta pœna ordinaria locum haberet quando ambo inceſtum committentes ignorarent ſanguinis coniunctionem, vel aliam qualitatem, quæ inceſtum facit, ſed tunc puniuntur pœna arbitraria, cùm dederint operam rei illicitæ, niſi mulier eſſet publica meretrix, quia tunc ceſſaret omnis pœna, ex quo coitus cum illa eſt in foro fori impunibilis, vt declarat Menoch. *d. caſ. 502. n. 42. & ſeqq.* vide Cabal. Farinac. & alios ſupracitatos, Ricc. *Collect.* 151. 4221. & 1869. & dixi in §. *Inceſtus num. 1. &c.* vbi qualiter puniatur in ſtatu Eccleſiaſtico vigore Bullæ Sixti V.

10 Coitus inceſtuoſus ſcienter, & doloſè commiſſus in colore, & figura matrimonij, punitur varijs pœnis de iure ciuili, nam diſſolui debet matrimonium, annullantur donationes, confiſcantur ipſo iure bona, ac dos ipſa, contrahentes priuantur dignitatibus, & exilio plectuntur, priuantur facultate teſtandi, illorum filij ſunt incapaces bonorum paternorum, nec poſſunt legitimari, ſi ſit cum nouerca poteſt committens exhæredari, & priuantur feudo, quæ quidem pœnæ procedunt etiam in inceſtibus à iure canonico inductis; ceſſarent tamen quando ſponſalia tantummodò de futuro eſſent contracta, vel inter minores, ſi deindè facti maiores receſſerint à nuptijs, vel ex iuſta ignorantia, & errore probabili, quis dicatur error iuſtus, & quæ probabilis ignorantia, & alia ad rem, vide per Menoch. *d. caſ. 502. num. 46. & ſeqq. ad 97.* Farinac. Cabal. cum alijs ſupracitatis dixi in §. *Inceſtus*.

Quòd imò pœnæ inductæ a iure ciuili pro inceſtu procedant tantùm in caſibus, in quibus de iure ciuili committitur inceſtus, & non porrigantur ad caſus inceſtuoſos à iure canonico inductos, & ſic ceſſare pœnam mortis vbi de iure ciuili non eſt inceſtus, quicquid aliqui dixerint, probat, & de veriori teſtatur Sanfelic. *decif. 417. per tot. cum Addit.* vbi etiam ſi ſit duplicatus inceſtus, & cum ſtupro.

Quoad confiſcationem bonorum vide in §. *Confiſcatio*, vbi quòd hodie eſt ſublata, exceptis caſibus, de quibus ibidem.

Coitus, ſiue copula carnalis non poteſt directè probari, etiam ſi teſtes dicerent ſe vidiſſe membrum in vulua, quia poteſt eſſe quod non fuerit emiſſum ſemen, per quod ſit vera coniunctio; Sed probatur ad quemcumque effectum per viſum, vel auditum ſignorum proximorum ipſi copulæ in loco congruo, & opportuno, & per alia adminicula, de quibus Lap. *alleg. 54. per tot.* Seraph. *decif. 893. per tot.* vide in §. *Stuprum num. 2. & 3.* Maſcard. *de probat. concl. 59. & ſeqq. & concl. 312. & 452.* Tuſch. *litt. A. concluſ. 223. & litt. C. concluſ. 105. & 414.* Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit. 18. art. 4. num. 9. &c.* Rot. *part. 9. recent. decif. 163. & part. 10. decif. 19. per tot.* vbi de probatione copulæ ad effectum confirmationis, vel diſſolutionis Sponſalium ob fornicationem ſponſæ, *part. 12. decif. 51. & 175. num. 12. & ſeqq.* vbi de coitu adhibito cum ſorore vxoris ante contractum matrimonium, qui reddit nuptias inceſtuoſas, & filios incapaces ſucceſſionis, vt dixi in §. *Affinitas num. 2. & §. Succeſſio num. 4.* 11

Sed ſtante ignorantia dicti impedimenti ſaltem in vno ex coeuntibus, ceſſare pœnas ordinarias inceſtus, & filios non eſſe inceſtuoſus, ſed naturales, & ſucceſſibiles, Rot. *in eadem cauſa d. part. 12. decif. 325. num. 7. & ſeqq.* vide in §. *Filiatio*.

De probatione adulterij ex inditijs ad effectum ſeparationis thori, Rot. *part. 12. recent. decif. 357. per tot.* vide in §. *Adulterium num. 6.*

Quòd copula præſumatur per cohabitationem concludenter probatam, quæ tamen præſumptio ceſſaret ſtante minori ætate ſponſæ, Caſtr. *conſ. 277. num. 5. lib. 1.* Garzia, Card. Millin. *in decif. 329. num. 7. &c.*

Quòd autem depoſitio teſtis de copula de viſu per foramen oſtij factum pro aditu gattorum ſit multum inueriſimilis, & non probet ſtantibus etiam alijs defectibus in perſona teſtis, idem Card. Millin. *decif. 376. num. 6. 7. & 8.* & alia plura de probatione copulæ, vide per Seraph. *decif. 893. per tot.*

Qualiter copula probetur coniecturis, veluti iacendo in eodem lecto, vel in eadem domo (attenta tamen qualitate perſonarum) & per alios actus proximos, qui poſſunt probari per teſtes ſingulares, Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib. 1. tit. de copula carnali reſol. 10. per tot.* Sanfelic. *decif. 337. num. 17. & ſeqq.* vbi quòd probatur per teſtes ſingulares, & domeſticos, intelligendo quando aliquis non eſt puniendus.

Coitus impotentia probatur per confeſſionem viri in ſui præiudicium, qualiter ad diſſoluendum matrimonium ex hac cauſa requiratur triennalis experientia, niſi ſtatim per inſpectionem conſtet de vitio, & impotentia, ac alia, Maſcard. *de probat. concl. 311.* & latius *concl. 888. per tot.* vide in §. *Matrimonium num. 19.* vbi plures allegaui. 12

Coitus cum ſorore vxoris ſuæ per errorem in conditione perſonæ, non obligat ad legitimam vxorem dimittendam, ſicuti videmus quòd cognoſcens coniugatam credens illam eſſe ſolutam non committit adulterium, text. & gloſ. *in cap. in lectum 34. q. 2.* Mareſcot. *var. reſol. lib. 2. cap. 127. num. 4. &c.* vbi plura an, & quando error in qualitate perſonæ, in quam delinquitur excuſet a delicto vel non, & diſtinguit, nam aut qualitas, in qua erratur eſt illa, quæ facit eſſe delictum, & qua ceſſante nullum eſſet delictum, & tunc error excuſat; aut qualitas non eſt illa, quæ inducit delictum, nec facit illud ceſſare, & error nihil ope- 13

operatur; aut qualitas alterat speciem delicti, & facit illud de vno in aliud transire, & tunc error in qualitate benè operatur, intelligendo quoad secundum casum, vt declarat ibidem *num.* 10. *&c.* facit quod dixi in §. *Homicidium num.* 17.

14 Coitus cum moniali est sacrilegium, imò etiam adulterium spirituale, quia sponsa Christi violatur, & incestus, quia Deus est omnium pater; punitur pœna excommunicationis, & alijs pœnis spiritualibus, ac etiam capitalibus quoad masculos, & quoad ipsas moniales se violari permittentes pœna perpetui carceris: est crimen mixti fori quoad laicos, & alia plura de hac materia Ascan. Tamburin. *in suo celeberrimo tract. de iure Abbatissar. & Monial. disp.* 11. *per tot.* dixi in §. *Sacrilegium num.* 4. vbi plura, & plures allegaui. Et quid seruetur in delictis mixti fori alibi adnotaui, & præcipuè in §. *Adulterium, &* §. *Concubina*.

Quòd coitus cum moniali vltra adulterium, sacrilegium, & incestum, vt supra contineat etiam stuprum, quia violatur virgo honestè viuens, quoad laicos sit delictum mixti fori, & puniatur pœna mortis naturalis, & alia ad rem, Cabal. *resolut. crim. cas.* 200. *num.* 71. *& seqq.* vbi refert tempore suo, & eo Iudice cum alio delegato fuisse ex hac causa quemdam Medicum de Doctis à Burgo S. Sepulchri decapitatum, & bona eius omnia confiscata ex lege particulari in dominio Florentino vigente, de hac materia coitus cum Moniali, vide etiam Farinac. *quæst.* 146. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 20. Clar. cum Baiard. *in* §. *Fornicatio nu.* 17. & nouissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 14. *per tot.* vbi ampliat etiam si Monialis fuisset antea ab alio deflorata, & corrupta, quid pro simplici ingressu Monasterij cum scalis, vel perforato pariete, & non aliter consummato delicto ex pœnitentia, vel alia causa, quid seruandum contra personas Ecclesiasticas in hac, vel simili materia graui delinquentes, & alia plura scitu digna, de quibus ego dixi alibi in locis opportunis: Vide in §. *Monasterium num.* 20.

15 Coitus cum muliere pulcra, vel cum iuuene pulcro, licèt sit delictum, & peccatum, tamen dicitur quodammodò minus, quàm cum turpi, *in* §. *ex maleficijs Instit. de act.* Petra ad Capyc. *decis.* 44. Addit. ad Ias. Sanfelic. *decis.* 337. *vers. secundo &c.* vbi alia plura ad excusationem mulieris adulteræ cum pulcro iuuene, veluti si maritus malè olebat, si non reddebat debitum, & huiusmodi, sed nimis laxatis habenis iudicio meo, vide in §. *Adulterium*.

Alia de delictis carnis, vide in §. *Adulterium*, §. *Concubina*, §. *Fornicatio*, §. *Sodomia*, *&* §. *Stuprum*.

16 Quid si coitus esset cum puella in Monasterio pro educatione retenta, & nondum professa dixi in §. *Sacrilegium num.* 4.

17 Quòd osculans Monialem extraordinariè puniatur, Farinac. *d. quæst.* 146. *num.* 33. Decian. *dicto cap.* 20. *num.* 16. Raynald. *loc. cit. num.* 18.

§. COLLATIO. XXI.

1 Collatio bonorum quid sit, quo iure inducta, an & quando habear locum, vel non, quid inter succedentes diuerso iure, inter quas personas procedat, quæ requirantur vt procedat, quòd habeat locum tantùm inter descendentes succedentes suis ascendentibus, non verò inter ascendentes, vel collaterales, siue extraneos, vide Ias. & alios *in auth. quod locum C. de collat.* Bertachin. *in Repert. verb. Collatio*, Pract. Papp. *libel. pro hæred. diuis. glos.* 1. *num.* 9. *&c.* & latè Michalor. cum alijs per eum citatis *tract. de fratr. part.* 1. *cap.* 12. 13. 14. 15. *&* 16. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 642. *per tot.* plenè Thomat. *decis.* 50. *per tot. & decis.* 223. Seraphin. *decis.* 1392. *decis.* 568. *& decis.* 845. Vrceol. *consult. forens. cap.* 40. *nu.* 1. *& seqq.* vbi plura de modo collationis dotium faciendæ inter sorores simul succedentes, Peregrin. *decis.* 62. *&* 63. *per tot. decis.* 104. *num.* 13. latè Tusch. *litt. C. conclus.* 414. *cum pluribus seqq.* Merlin. *decis.* 586. vbi inter fratres diuersi matrimonij, Paul. Christin. *decis.* 2. *volum.* 4. *& decis.* 198. *volum.* 5. Fachin. *controu. iur. lib.* 5. *cap.* 77. *& seqq. ad* 83. idem Christin. *decis.* 198. *per tot. vol.* 5. *& ad leg. Municip. tit.* 16. *art.* 3. *&c.* Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 377. 378. *&* 379. *in eadem causa, & part.* 18. *decis.* 482. *&* 620. *& part.* 19. *decis.* 341. & post Vrceol. *de transact. decis.* 75. Gabriel Vasquez *Opusc. moral. tract. de testam. cap.* 7. §. 5. *per tot. fol. mihi* 328. vbi plura de collatione quo ad forum conscientiæ.

Prædictis adde Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *gloss.* 3. *tit.* 4. *fol.* 294. *& gloss.* 6. *fol.* 298. vbi plenè de materia collationis inter hæredes, Cyriac. *controu.* 565. *num.* 13. *& seqq.*

An autem in collatione veniant etiam fructus rei quæ confertur, vidè Paul. Christin. *decis. Belgic.* 178. *volum.* 1. vbi negatiuè fuit resolutum.

Qualiter filius volens succedere parentibus, tam ex testamento, quàm ab intestato teneatur fratribus cohæredibus ea omnia conferre, quæ sibi à dictis parentibus fuerunt donata, etiam contemplatione matrimonij, nisi fuerit prohibita collatio, cùm id totum pendeat à voluntate parentum, latè Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 389. *per tot.* facit quod dixi in §. *Donatio num.* 19. *& seqq.* & dicta decisio fuit magistraliter confirmata sub die 18. Iunij 1668. coram Beuilaqua, facit Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 137. *num.* 11. *& part.* 14. *decis.* 3. *per tot. & decis.* 457. *per tot.* vbi quòd primogenitura non confertur, nec imputatur, etiam quoad pretium, sed ea detracta, omnes in alijs bonis paternis vnà cum primogenito æqualiter succedunt.

Collatio beneficij Ecclesiastici facta digno, prætermisso digniore, admittit appellationem, & potest per superiorem mediante nouo examine irrita, & nulla declarari, 2
Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 18. *de reform.* Gratian. *discep. forens. cap.* 211. *num.* 30. *&c.* vide in §. *Episcopus num....* §. *Electio num.* 5.

Plura de collatione beneficij Ecclesiastici, & Iurispatronatus, Tusch. *litt. C. concl.* 419. *& seqq. vsque ad concl.* 447. Ricc. *Collect.* 1374. & alibi pluries prout in eius *Repert. verb. Collatio*, Coccin. & alij passim *in Repert. verb. Collatio*, & præsertim in Decisionibus Canonicis Diuersorum, Mascard. *de probat. concl.* 173. *& seqq. & concl.* 313. *& seqq.* Thomat. *decis.* 300. *per tot.* Marescott. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 55. Bertachin. *in Repert. verb. Collatio*.

De collatione beneficij eadem die facta ab Ordinario, & à Papa, quæ sit præferenda, vide in §. *Gratia num.* 14.

De collatione bonorum, & beneficiorum multa exhibet Casteion. *in Alphabet. iurid. verb. Collatio*, & de istis, 3
ac alijs collationibus, Com. August. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Collatio fol.* 261. *&c.*

§. COLLECTA. XXII.

Collecta dicitur onus extraordinarium, quod imponitur personæ pro rebus, nec habet certam, ordinariam, & determinatam præstationem, sed pro necessitatibus temporum variatur, quandoque magna, quandoque parua, & quandoque nulla imponitur, & est vel personalis, & quando imponitur personæ, vel realis quando imponitur super certis bonis allibratis, vel mixta quando ratione bonorum, & personæ, vt colligitur ex traditis per Card. Tusch. *litt. C. concl.* 447. *cum tribus seqq.* vbi plura, quid sit collecta, à quibus, & in quo loco solui debeat, quot sint illius species, quomodo, & super quibus imponatur, per quos, & quibus imponi possit, & alia vt ibi per eum, *& litt. O. concl.* 118. *cum pluribus seqq.* vbi quòd omnia onera vel sunt realia, vel personalia, vel mixta, quæ dicantur talia, à quibus, & in quo loco solui debeant, vel non, & alia, adde Paul. Christin. *decis.* 18. *& seqq. vol.* 5. *& decis.* 39. *cum pluribus seqq. d. vol.* 5. Ricc. *Collect.* 1950. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 584. *&* 585. *per tot.* vbi plura notabilia de collectis, & tributis, Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 1. *rub.* 39. *per tot. & rub.* 40. alia vide in hoc Opere §. *Vniuersitas num.* 17. 1

Collecta certa, & perpetua, an dicatur onus reale, vel mixtum, & an cum bonis ad Clericos transeat, vide Sperel. *decis.* 36. *per tot. & decis.* 182. vbi se redimit ab impugnationibus, Ansald. *de iurisd. part.* 5. *tit.* 3. *cap.* 3. *& per tot.* circa consuetudinem immemorabilem status Florentini, *& decis.* 35. declarat quæ sint onera realia, quæ personalia, & quæ mixta, ad effectum, vt transeant, vel non transeant vnà cum bonis in Clericos, & personas Ecclesiasticas, *& decis.* 37. an in his operetur consuetudo immemorabilis, vbi latè firmat quòd non, sed impugnatur validè 2

dè ab Anſald. *loc. cit.* & quamuis ab eo ſe redimat vt ſupra, an tamen benè in omnibus, & per omnia, alijs decidendum relinquo, & quid ſeruetur, ac quibus fundamentis dixi in §. *Clericus num.* 45. latè Tuſch. *litt. O. concluſ.* 126. *& ſeqq. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 229. *num.* 16. *& per tot. & deciſ.* 230. *per tot. vol.* 1. *& deciſ.* 102. *vol.* 3. *deciſ.* 39. *cum pluribus ſeqq. vol.* 5. Ricc. *Collect.* 165. *&* 504. Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de melioram. & expenſ. quaſt.* 10.

3 Collecta, & gabella poteſt imponi pro induſtria, & artificio, ſicuti pro negotiatione, & mercimonio, & ſuper fructibus partis colonicæ, vt latè probat Menoch. *de arbitr. cap.* 562. *num.* 41. *&c.*

An autem poſſit imponi colonis partiarijs perſonatum Eccleſiaſticarum dixi in §. *Colonus num...*

Et quando Communitas ſit manutenenda, vel non in quaſi poſſeſſione exigendi collectas, vide Ciarlin. *controu.* 132. *per tot.*

4 Collecta an poſſit imponi forenſibus pro bonis, & cenſibus poſſeſſis in territorio collectare volentium, vide Guid. Pap. *deciſ.* 7. Boer. *deciſ.* 250. *num.* 11. Mangil. *de imput. quaſt.* 81. *num.* 48. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. for. cap.* 29. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 66. *num.* 2. *&* 9. Sperel. *deciſ.* 35. *num.* 17. dixi in §. *Forenſis num.* 5. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 229. *vol.* 1. *& deciſ.* 40. *&* 41. *vol.* 5. Ricc. *Collect.* 1876. vbi pluribus modis ampliat, & limitat, Cabed. *deciſ.* 91. *per tot.* Romaguer. *loc. ſup. cit.*

An autem valeat pactum in contractu cenſus appoſitum, quod à venditore cenſus ſoluatur collecta ſuper cenſu impoſita, vel imponenda, latè Vrceol. *conſult. forenſ. in cap.* 35 *per tot.* vbi videtur firmare quòd valeat dictum pactum ſtante iuramento, & aliqua alia iuſta recompenſatione, vt quia emptor contentus ſit minori annuo redditu, puta ſex, vel ſeptem pro centenario, ſi in loco poſſet aliàs exigere ad rationem octo, vel nouem pro centenario, & vide in §. *Pactum num.* 25. Noguerol. *alleg.* 2. *num.* 52. *&* 53. Sanfelic. *deciſ.* 121. vbi contrarium concludit quando eſſet taxatum pretium cenſus; vt non poſſit certam ſummam excedere, ne aliàs fiat fraus legi.

5 Collecta an ſit ſoluenda pro bonis ſitis extra territorium collectare volentis per ciues ſubiectos, & ſic an ciues poſſint collectari pro bonis alibi ſitis, vide Guid. Pap. *deciſ.* 5. *per tot.* Tuſch. *litt. O. concl.* 132. *per tot. cum alijs antecedentibus, & ſequentibus,* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 39. *num.* 21. *&c. vol.* 5. vbi diſtinguit Mangil. *de imput. quaſt.* 81. *nu.* 42. *& ſeqq.*

6 Collecta qualiter non ſit ſoluenda ab habente duodecim filios, vide in §. *Pater num...* & §. *Priuilegium num...*

7 Collecta an ſit ſoluenda à locatore, vel à conductore, vide Boſſ. *tit. de Princip. & eius Priuil. num.* 120. *& ſeqq.* Franch. *deciſ.* 107. *num.* 5. *&c.* vide in §. *Conductor num.* 27. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 99. *volum.* 5. Ciarlin. *controuer.* 209. *num.* 36. *&c.*

An à legatario alimentorum ex certo fundo, Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 91. vbi quòd non.

8 Collecta impoſita pendente tempore retrahendi vel ex pacto, vel vigore ſtatuti, ſi fiat retractus, eſt ſoluenda ab illo, qui poſſidebat tempore impoſitionis, & non à retrahente, *l. quaro ff. de vſur. leg. ſi pendentes §. ſi quid ff. de vſufr.* Bart. *in l. neque ff. de impenſ. in reb. dot.* facit Tiraquel. *de retract. conuent. §. fin. num.* 84.

9 Collecta iam deſtinata, licèt non impoſita, nec denunciata, ſi interim vendatur fundus, & poſtea diſtribuatur per æs, & libram, an ſit ſoluenda ab emptore, vel à venditore, pulcrè pro emptore contra venditorem conſuluit videndus Natt. *conſ.* 71. *per tot.* motus præcipuè quia ſit inſpicienda origo temporis, quo debitum fuit contractum, ſequitur Paul. Chriſtin. *deciſ.* 18. *num.* 19. *vol.* 5.

An, & quomodo emptor, vel alius ſucceſſor ſingularis poſſit ratione hypothecæ conueniri pro oneribus, & collectis præteritis, & ipſe recuperare à venditore, vel alijs, latè Tuſch. *litt. O. concl.* 130. *per tot.*

10 Collecta eſt ſoluenda à poſſeſſore qui percipit fructus, & ideò à venditore cenſus, & vſufructuario, ſicut etiam pro rata à penſionario, Gratian. *deciſ.* 20. *per tot. ſupra n.* 4. Ciarlin. *controu.* 201. *n.* 41. *& contr.* 209. *n.* 35. vbi quod eſt ſoluenda ab vſufructuario, & plura ad excuſationem penſionarij, ne teneatur ad collectas, vide in §. *Vſusfructus n...*

An ſit ſoluenda ab Emphyteuta Eccleſiæ, vide in §. *Emphyteuta num.* 36. & plenè Ciarlin. *contr.* 129. *per tot.* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de melioram. & expenſ. quaſt.* 10. vbi etiam de emphyteuta priuati.

Quòd ſit ſoluenda à marito pro bonis dotalibus, Tuſch. *litt. O. concl.* 122. *per tot.* Ciarlin. *contr.* 209. *num.* 33. *&c.*

Collecta euitari poteſt renunciando rei pro qua imponitur, ſi ratione rei tantùm, & non perſonæ imponatur, Bart. *in l. is cum quo ff. de acq. plu. arcend.* Gratian. *dec.* 87. *in Addit. num.* 3. 11

Collecta non poteſt imponi populis ſub protectione receptis, niſi ſpecialis acceſſerit obligatio, quia ius protectionis, iuriſdictionem, poſſeſſionem, vel dominium non tribuit, Bart. *conſ.* 59. Gayl. *pract. obſeru. lib.* 2. *obſeru.* 54. Rot. per Farinac. *deciſ.* 146. *num.* 9. *&* 10. 12

Collecta non poteſt imponi ſuper bonis donatis à patre filio ſuo, vt ad ſacros ordines promoueatur tam de iure diuino, quàm poſitiuo, non obſtante contraria conſuetudine, quæ eſſet contra libertatem Eccleſiaſticam, Thomat. *deciſ.* 86. *per tot. vide ſupra num.* 2. & quæ latiùs dixi plures allegando in §. *Clericus num.* 45. 13

Collectę habent tacitam hypothecam contra omnia bona debitoris, & præſertim contra ea, ex quibus ſunt ſoluendæ, etiam ſi à tertio poſſideantur, & cum priuilegio prælationis, exceptis quibuſdam caſibus, vt explicat Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quaſt.* 6. *num.* 18. *& ſeqq. per tot.* dixi in §. *Hypotheca num.* 27. *&* 28. *&* §. *Decima num.* 2. Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de melioram. & expenſ. quaſt.* 10. *num.* 30. *& ſeqq.* 14

Alia plura notabilia de collectis, earum impoſitione, & priuilegijs, latè Bertachin *in Repert. verb. Collecta*, Card. Tuſch. *litt. C. concl.* 447. *& ſeqq.* & præcipuè Ægid. Thomat. *in tract. de Collectis per tot.* vbi qualiter ſint ab omnibus ſoluendæ, etiam Eccleſiaſticis, Principibus, Regibus, Summo Pontifice, & huiuſmodi, cùm pro illis omnia prædia ſint vſque ab initio tacitè hypothecata, & cum tali onere ad quoſcumque tranſeant, intelligendo tamen quoad Eccleſiaſticos, vt dixi in §. *Clericus num.* 45. *& ſupra num.* 2. *& in §. Eccleſia num.* 20.

Collecta quando eſt imponenda debet attendi valor fructuum prædiorum, ita vt dominus fundi ſterilis non ſit ad ſolutionem cogendus eo modo, quo ſi fundus eſſet fertilis, & impoſita ad reprimendas inundationes, non afficiat bona ſterilia ob dictas inundationes, cùm æquitas non patiatur ad ſolutionem teneri eos, qui beneficijs collectæ non gaudent, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 300. *per tot.* 15

De collectis vide Balmaſedam, qui de illis tractatum edidit, vt refert cum alijs Caſteion. *in alphabet. iurid. verb. Collecta, & verb. Tributum*, & alios, qui de collectis varia ſcripſerunt indicat nouiſſimè Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *verb. Collecta fol.* 263. *&c.* aliqua etiam notat Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 3. *in verb. Collecta*, Cyriac. *contr.* 154. *&* 155. Philip. Paſcal. *de vir. patr. poteſt. part.* 4. *cap.* 4. *num.* 37. *& ſeqq. per tot.* 16

§. COLONVS. XXIII.

COlonus in venditione fructuum tenetur præferre dominum offerentem iuſtum pretium, Bart. *in l.* 1. *in fine C. de metallar. lib.* 11. Marant. *diſput.* 8. *num.* 32. Caroc. *de locat. & conduct. part.* 3. *quaſt.* 2. *fol. mihi* 154. Boer. *deciſ.* 107. *num.* 2. Merlin. *de pign. lib.* 4. *quaſt.* 45. *num.* 34. Conciol. *ad ſtatut. Eugub. lib.* 6. *rub.* 30. *num.* 5. *& rubr.* 40. vbi tamen, quòd qui mutauit ſemen, vel pecuniam pro ſemine, vel ad effectum producendi fructus præfertur non tantùm creditoribus, ſed & ipſi domino fundi. 1

Intellige dummodò dominus ſoluat quantum ab alio reperitur, quamuis iuſtum excedat pretium, ſi tamen dimidiam non tranſcendat, & probetur fructus fuiſſe verè recollectos in prædio domini, vt declarat Gratian. *dec.* 77. *per tot.* vide Caroc. *loc. cit.* vbi tenet pro iuſto pretio.

Præfertur etiam dominus in huiuſmodi fructibus omnibus creditoribus etiam anterioribus ipſius coloni, de quo vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 25. *& cap.* 149. *per tot.* & dixi in §. *Dominus num...*

Coloni adſcriptitij, aut tales, quibus poſſit per dominum imperari, non ſunt idonei teſtes pro illo, inquilini verò, & partiarij admittuntur tam ſuper proprietate fundi, quàm ſuper poſſeſſionem, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 2

cap. 293. *num.* 4. *&* 5. Magon. *decis. Flor.* 135. *num.* 4. *& seqq.* latè Farinac. *quæst.* 55. *inspect.* 4. *per tot.* Gabriel. *de test. concl.* 10. *num.* 38. *&c.* cum alijs per Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 262. *&c. fol.* 317. vbi paucis de more multa complectitur Mascard. *de probat concl.* 320. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 474. *num.* 6. vbi quòd creditur etiam ipsi colono partiario asserenti se tulisse, vel dedisse partem fructuum collectorum ipsi domino; quod intelligendum puto, si talis depositio tendat ad fauorem domini contra tertium ad probandam ipsius domini possessionem, secus si contra dominum, cùm nemo possit esse testis in causa propria.

Plura de diuersis speciebus colonorum, & eorum differentijs, Paul. Christin. *decis.* 86. *& seqq. vol.* 5. Caroc. *de locat. & conduct. prout in Reper. eod. verb. Colonus*, & Bertachin. *in suo Repert. verb. Colonus per tot.*

3 Colonus, qui res domini in prædio consistentes celat animo sibi appropriandi furtum committit, *l. idem est* 46. vbi glos. & DD. *ff. pro socio*, Cabal. *resol. crim. cas.* 136. *num.* 17. Gratian. *discept. forens. cap.* 948. *num.* 48. Ioseph Ludouic. *decis. Perus.* 62. *n.* 4. Sanfelic. *decis.* 38. *n.* 6. *&* 7.

Hunc locum refert, & sequitur alios adducens Romaguer. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 41. *num.* 3. *& seqq.* vbi etiam qualiter contra eum detur domino iuramentum in litem, &c.

Quid autem si fructus communes sibi vsurpet, vide in §. *Furtum num.* 3. §. *Socius num...* & in Pract. §. *Furto num.* 21. *&c.*

Quòd non possit sine licentia domini facere recollectam, & triturare granum, vel blada, vt dominus volens possit assistere pro suo interesse, vide Franch. *decis.* 117. *per tot.* & dixi in Practica §. *Lauoratori num.* 9. Cattar. *decis.* 33. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 388.

4 Colonus partiarius, qui promisit benè, & fideliter se habere in cultura prædij, vel stante statuto hoc disponente, si accusetur à domino de mala cultura tenetur ipse probare se benè versatum, nam domino sufficit probasse lapsum temporis, secus tamen cessante dicta promissione, vel statuto, quia tunc domino alleganti incumberet onus probandi, Alex. *cons.* 79. *lib.* 4. *& cons.* 129. *lib.* 2. Magon. *decis. Flor.* 101. *per tot.* facit Altograd. *cons.* 21. *num.* 13. *&* 14. *lib.* 1. & dixi in §. *Conductor num..* Tusch. *litt. C. concl.* 466. *num.* 10. *& per tot.* vbi qualiter teneatur bona laborare, & dimittere, & quando possit expelli, vel non ob non solutionem, vel deteriorationem, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 467.

De omnibus in hoc numero contentis, Conciol *ad stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 39 *num.* 8. *& seqq.*

Quòd teneatur diuidere fructus pro medietate cum domino, nisi aliter fuerit conuentum, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 426. *num.* 1. *&c.*

5 Colonus, siue partiarius, siue nummis conducens possessionem, si illam tenuerit per 30. vel 40. annos, soluendo annuatim vniformiter eamdem pensionem, & velit continuare in solutione eiusdem mercedis, non potest expelli, cum dicatur præscripsisse ius perpetuæ coloniæ, intelligendo tamen si concurrat aliud requisitum, nempè quòd soluerit ex dicta causa coloniæ perpetuæ; quia tunc solum incipit possidere, & præscribere, alias præsumitur soluisse ex tacita, & præsumpta reconductione quolibet anno facta, & non præscribit ius coloniæ, vt declarat Magon. *decis. Flor.* 2. *num.* 1. *& seqq.* Afflict. & Vrsil. *decis.* 365. *num.* 13. *&c.* dixi in §. *Venditio num...* Peregrin. *decis.* 52. *per tot. & decis.* 96. *num.* 6. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 219. *num.* 17. *&c.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 106. *num.* 22. *& seqq.*

6 Colonus partiarius (cessante pacto, vel consuetudine) non potest de massa communi deducere expensas seminis, nec alias factas gratia recolligendorum, & conseruandorum fructuum, cùm teneatur ipse semen ponere de proprio, & alias impensas necessarias facere, & domino medietatem fructuum ab omni impensa liberam tradere, nisi vt dixi aliter sit conuentum, vel seruetur de consuetudine, Bart. & Ias. *in l. fructus ff. solut. matrim.* Tiraquel. *de retract. consang.* §. 15. *glos.* 1. *num.* 19. Menoch. *de arbitr. cas.* 258. *num.* 38. Surd. *decis.* 201. *per tot.* vbi quòd de iure locator non tenetur tradere conductori semina pro agro seminando, vide in §. *Conductor num.* 18. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 371. *per tot.* vbi plura notabilia circa colonos partiarios, ad quæ teneantur, vel non, tam durante colonia, quàm ea finita, Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 108. *per tot.* Romaguer. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 6. *rub.* 39. *num.* 12. *& seqq.* vbi pluries me citat in hoc loco.

Quòd colonus partiarius teneatur de suo seminare, & alias expensas facere, imò etiam ducere partem fructuum domino proprijs vecturis, soluta tamen gabella, si quæ debeatur per ipsum dominum, Bald. *in l. acceptam C. de vsur. q.* 15. Tusch. *litt. C. concl.* 465. *per tot.* Tepat. *loc. cit.*

Quòd colonus teneatur suis sumptibus deferre fructus ad domum domini, nisi esset diuersi territorij, vel nisi se aliter haberet consuetudo regionis, vel pactum, Petr. de Vbald. *tract. de duob. fratr. part.* 6. *qu.* 14. Alex. Trombett. *tract. de societ. cap.* 8. *num.* 89. 90. *&* 91.

Qualiter teneatur mundare fossata, & quæ, Ioseph. Ludou. *decis. Perus.* 24. *num.* 9. *&c.* Bart. *cons.* 193. *vol.* 1. Tepat. *vbi supra.*

Colonus partiarius non tenetur perseuerare in conductione, quando res conducta fuit alienata, Surd. *decis.* 52. *per tot.* Mangil. *de euict. quæst.* 147. *num.* 20. *&c.* vide in §. *Conductor num.* 12. *&* §. *Emptor num.* 42. 7

An, & quando successor teneatur stare colono, vel non, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 372. *per tot.* & dixi in §. *Successor num.* 14.

Colonus soluens collectas repetit à domino, quia non colonus, sed dominus ad illas tenetur, Natt. *cons.* 109. *n.* 5. *lib.* 2. Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 161. *num.* 11. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 562. *num.* 50. *&c.* vbi quòd verum est in collectis, quæ pro prædijs imponuntur, secus si pro fructibus imponerentur, quia tunc pro sua rata tenetur etiam colonus. 8

Quòd colonus non teneatur ad onera pro rebus indicta, nisi imponantur pro rata fructuum puta decima, vel duodecima, Peregrin. *de fideicom. art.* 50. *num.* 18.

Coloni Ecclesiæ siue Clericorum, an sint immunes à collectis, & similibus oneribus ratione partis colonicæ, vide hincindè latè per Thes. *decis.* 116. *per tot.* Dián. *resol. mor. part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 19. 23. *&* 24. Ciarlin. *contr.* 22. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 182. *in fine*, vbi quòd non tenentur pro prædijs, sed pro fructibus, Pacion. *de locato, & conduct. cap.* 27. *num.* 127. *& seqq.* Ioan. Paul. Melij *obseruat.* 111. *num.* 5. *& seqq.* vbi quòd ab oneribus merè personalibus procul omni dubio non eximuntur, & latè Flau. Poppei *tract. de liber. Eccl. cap.* 23. *per tot.* vbi concludit colonos Ecclesiasticorum ratione suarum personarum, & bonorum propriorum posse grauari à Principe laico, quia nullum præiudicium Ecclesiæ infertur, secùs autem ratione bonorum Ecclesiæ, quæ colunt, vt latè ibi declarat, adde latè Fontanel. *decis.* 307. *& seqq.* Ant. Gob. *Consul.* 2. *&* 3. *per tot.* 9

Quòd pro parte, quam Ecclesiæ præstare tenentur, sint immunes coloni à collectis, gabellis, decimis, & similibus oneribus, secus autem pro parte illis tangente communem opinionem dicit, & latè probat Menoch. *de arbit. cas.* 562. *num.* 35. *& seqq. ad* 57. Decian. *cons.* 5. *nu.* 4. *vol.* 3. Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de melioram. & expens. quæst.* 10. *num.* 47. Cacher. *decis.* 83. *per tot.* & pro hac opinione vltra vndecim fundamenta, & 34. Doctores illam vti communem amplectentes allegat Sperel *decis.* 41. *num.* 1. *& seqq. ad* 45. quibus tamen omnibus satisfacere satagit, contrariumque vt sui moris est probare contendit, adducendo 38. Doctores, & plures rationes, de quibus ibi per eum, sed incassum, & contra communem obseruantiam; & iuxta prædictam distinctionem fuisse decisum, testatur Paul. Christin. *decis. Belg.* 229. *num.* 17. *&* 18. *volum.* 1. *& decis.* 103. *vol.* 3. *& decis.* 41. *num.* 12. *& seqq. vol.* 5 *& decis.* 99. *nu.* 5. *&c. vol.* 5. vbi de decimis Borgn. Caualc. *decis.* 44. *num.* 97. *&c.* Martha *vot. Pis.* 66. vbi de colonis, & liuellarijs Camaldulensium, vt non gaudeant priuilegio exemptionis decimarum dictis Camaldulensibus concesso.

Coloni partiarij tam Ecclesiæ, quàm Clericorum, & Regularium etiam respectu bonorum patrimonialium ipsorum Clericorum, sunt immunes à collectis cæterisque omnibus oneribus laicalibus, reprobato Thes. & alijs, latè probat Sperel. *d. decis.* 41. *per tot.* quod ampliat non obstante quauis consuetudine contraria, & alia opinione probabili, idem Sperel. *decis.* 42. *per tot.* vbi etiam dat plures alias ampliationes; limitat tamen non procedere in colonis Clericorum non habentium requisita Concilij Trident. *sess.* 23. *cap.* 6. *de reform.* nec quoad onera respe- 10

ctu

ctu bonorum, quæ dicti coloni proprio nomine poſſiderent independenter à bonis clericorum, nec quoad onera, quæ ſuper fructibus realiter imponi poſſunt, & re vera imponuntur poſtquam à ſolo ſunt ſeparati, & dictam materiam ad fauorem dictorum colonorum latè proſequitur inferendo ad plura onera ſpecialia, quibus grauari non poſſe contendit, idem Sperel. *deciſ.*43. *& deciſ.*44. *per tot.*

Sed omnis hæc diſputatio iudicio meo ceſſat in ſtatu Florentino per ea, quæ dixi in §. *Clericus num.*45. *verſ. ſed veritas eſt*, vide Dian. *reſol. moral. part.*3. *tract.*1. *reſol.*19. 23. *&* 24. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*203. *nu.* 16. *& ſeqq. vol.*1. *deciſ.*41. *num.*12. *& ſeqq. vol.*5. Ciarlin. *controu.* 22. *per tot.* Martha *vot. Piſ* 66. & alios ſupracitatos.

11 Coloni Menſæ Epiſcopalis durante colonia, non modò ſunt exempti ab oneribus, ſed etiam priuilegio fori gaudent, ſecundùm Sperel. *deciſ.*42. *num.* 21. *&c.* vbi dicit ſic fuiſſe reſolutum à Sacra Congregatione ſuper controuerſijs iuriſdictionalibus ſub die 13. Auguſti 1629. ac alibi, de quibus tamen reſolutionibus non ſine ratione dubitat, Ciarlin. *controu. forenſ. cap.*186. *num.* 49. *& per tot. & controu.*20. *num.*36. clarè vbique ac ſincerè ſentiens colonos, & ruſticos Epiſcoporum, ac alios etiam ſimiles illis ſeruientes, & Epiſcoporum expenſis viuentes longè tamen ab illorum perſonis, de iure nullo priuilegio potiri, & reſpondet rationibus Sperelli, licèt etiam idem Sperel. *loc. cit. in Addit. de anno* 1666. dicat perperam dubitare Ciarlinum: alias declarationes ad fauorem dictorum colonorum, & ſimilium tam quoad criminalia, quàm quoad ciuilia, vide apud Dian. *reſol. moral. part.*6. *tract.* 2. *reſol.* 4. *per tot.* Sed poſſunt applicari eædem reſponſiones, quas Ciarlinus adducit contra Sperellum.

An coloni Eccleſiæ, ſiue Clericorum gaudeant priuilegio fori diſputat Theſſ. *deciſ.*22. vbi concludit pro opinione negatiua, quam tamen limitat in ſeruis perpetuis Eccleſiæ, in famulis Epiſcopi in Terris Eccleſiæ, quando haberent generalem adminiſtrationem rerum Eccleſiæ, vel eſſent illius liberti, vel in loco vbi etiam iuriſdictio temporalis pertinet ad Eccleſiam, quando Clericus, vel Eccleſia veniret ad illorum defenſionem, vel quando conuenirentur pro rebus, quas tenent ab Eccleſia (quæ limitatio non fuit approbata à ſenatu) vel quando alias dominus impediretur vti ſeruitio coloni, famuli, vel ſerui ſui, nam his caſibus etiam ipſi gauderent priuilegio fori ex perſona domini, vt latè Theſſ. declarat etiam Menoch. *de Arbitr. caſ.*562. *num.*2. *& ſeqq. ad* 17. vide Sperel. *deciſ.*41. *nu.*29. *& ſeqq. & deciſ.*128. *num.*33. *&c.* facit quod dixi in §. *Clericus num.*49. *&* §. *Eccleſia num.*19. Ciarlin. *contr.* 52. *per tot. & contr.*63. *num.*22. *& ſeqq.* vbi quòd perſonæ colonorum Eccleſiæ ſunt ſub iuriſdictione laicorum, & illorum ſtatutis ligantur, & puniri, ac mulctari poſſunt in ijs, quæ non attingunt bona Eccleſiæ, cum Theſſ. & Menoch. in effectu conuenit Pac. Iordan. *Lucub. vol.*2. *lib.*11. *tit.*3. *num.*106. *&* 107. *fol.* 524. Trentacinq. *var. reſolut. lib.*2. *tit. de for. compet. reſol.*1. Farinac. *quæſt.*8. *ſub nu.* 46. Bonacin. *de Cenſur. diſp.*1. *quæſt.*16. *punct.* 3. *num.* 7. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 203. *num.* 19. *& ſeqq. volum.* 1. *& deciſ.*41. *num.*20. *vol.*5. *& deciſ.*223. *num.* 1. *&c. d. vol.* 5. *& ad leg. Municip. tit.*2. *art.*15. *num.*5. Ciarlin. *in locis citatis, & contr.*186. *per tot.* vbi in fortioribus terminis de Colonis Epiſcoporum, & Eccleſiarum idem firmat per plura fundamenta.

12 Coloni non ſuo nomine, ſed nomine domini poſſident, vt latè declarat Thomat. *deciſ.*30. *num.*16. *& ſeqq.*

Quòd inter colonum, & dominum dicatur contracta ſocietas, & inter eos detur actio pro ſocio, & non ex locato, & conducto, finiatur morte alterius, ita vt colonus vt ſocius non teneatur domino, niſi in quantum facere poteſt, & alia plura de colonis, & laboratoribus circa culturam prædiorum, & huiuſmodi, Conciol. & vbi pluries mecitat, ſicut & Pacion. *de locat.* & alios modernos Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib.*6. *rub.*39. *per tot.*

Quòd palea veniat appellatione fructuum, ſicut & fœnum, ſitque diuidenda inter dominum, & colonum ad inſtar aliorum fructuum, nec poſſit vltimo anno aſportari per colonum à prædio, licèt primo anno colonus paleam non reperiſſet, ſed de ſuo aluiſſet animalia, & ſtercoraſſet, Pacion. *de locat. cap.*5. *num.*36. *& ſeqq.* Romaguer. *ſibi ſupra rub.*45.

Qualiter ipſius domini poſſeſſionem interuertere dicantur, quomodo ſint ſocij, & diuidant fructus, ac alia, Tuſch. *litt. C. concl.*462. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 3302. Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.*139.

An teneantur dare partem domino arborum ſiccarum, & caducarum, Alex. *in l. diuortio* §. *ſi fundum ff. ſolut. matrim.* Gratian. *deciſ.*208. Ricc. *Collect.*2745.

Coloni agrorum Regularium, an gaudeant priuilegio non ſoluendi decimas, ſicut Regulares ipſi eorum Domini, & alia circa priuilegia Regularium non ſoluendi decimas, latè Dian. *p.*10. *tract.*12. *reſol.*51. *&* 52. *per tot.* Martha *vot. Piſ.*66. *per tot.* vbi etiam de liuellarijs, & quod non gaudeant dicto priuilegio. 13

Quòd vbi priuilegium eſt reale eximat nedum bona, ſed etiam illorum colonos, & conductores, gloſ. *in Clemen.* 1. vbi Imol. *nu.*14. *de decim.* Menoch. *conſ.*286. *n.* 8. Cyriac. *contr.*141. *n.*2. Rot. *p.*2. *diuerſ. deciſ.*23. *n.*6. *& p.*9. *recent. deciſ.*59. *num.*1. *&c.*

Quòd coloni priuilegiatorum à decimarum ſolutione, teneantur ad decimas pro illorum portionibus, *cap. licet ijs de decim.* vbi Anchar. *num.*3. Abb. *num.*2. Cancer. *var. reſol. part.*1. *cap.*23. *num.*4. Barboſ. *de iur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 26. §. 3. *num.* 19. 39. *&c.* Seraph. *deciſ.* 287. *num.* 2. *&c.* quos ſequitur Rot. *p.*11. *recent. deciſ.* 245. *num.* 11. vbi loquitur de ſimpliciter priuilegiatis, Michalor. *de frat. p.* 2. *cap.*25. *num.*14. vbi quòd tenentur etiam ad alias impoſitiones, & gabellas pro parte ſua.

Colonus repetit ſumptus, quos in re conducta fecit duraturos, etiam ſi formam agri mutauerit, puta vineam plantando vltra pacta conuenta, non tamen fructus vineæ à ſe poſitæ ſuos fecit, ſed illos compenſat cum ſumptibus prædictis, *l. colonus* 61. vbi Caſtr. *ff. locat. l. dominus* 55. *ff. eod.* Garz. *de expenſ. cap.*14. *num.*10. Caſtr. *conſ.*270. *in fine*, Leotard. *de vſur. q.*13. *num.*28. *& ſeqq.* vbi benè declarat vide in §. *Conductor num.* 27. §. *Expenſæ num.* 8. *& ſeqq.* latè Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 34. *per tot.* vbi plura ad rem, & in ſpecie de foſſatis, & ſimilibus. 14

Coloni dum ſunt in exercitio agriculturæ non poſſunt capi pro debito, *Auth. agricultores C. quæ res pign. oblig. poſſ.* Merlin. *de pign. lib.*2. *tit.*1. *q.*51. *n.*10. *&c.* vbi tamen quòd iſtud de facto non ſeruatur, maximè ſi non inſiſtunt de facto culturæ dum capiuntur, dixi in §. *Ruſtici n.* 4. vbi plura, & plures allegaui, & in Practica §. *Contadini*, vbi etiam de legibus Municipalibus Florentinis. 15

Non etiam poſſunt grauari in inſtrumentis ruſticalibus, Merlin. *loc. cit.* & dixi in locis citatis, & in §. *Executio num.*3.

De colonis aliqua notat Thoro *Compend. deciſ. Neap. p.*1. *verb. Colono*, & plura Com. Auguſt. Font. *in Biblioth. legal. p.*4. *verb. Colonus fol.*267. *&c.* 16

§. COMMISSIO. XXIV.

Commiſſio auocatoria cauſæ non ligat iudicem ignorantem, nec impedit proceſſum ad vlteriora cum validitate actorum, niſi illi fuerit notificata, vel niſi contineat decretum irritans, vel clauſulam *motu proprio*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*628. *num.*17. vide in §. *Acta n.* 11. *&* §. *Cauſa num.*10. Rot. *part.*11. *recent. deciſ.* 91. *num.* 4. vbi quòd ignorantia excuſaret quidem à pœna, ſed non impediret attentatorum reuocationem, vide *part.* 12. *deciſ.*123. 1

An autem, & quando commiſſio cauſæ, vel negotij extraiudicialis tranſeat ad ſucceſſorem iudicis, ſiue ordinarij, ſiue delegati, latè Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 68. *per tot.*

Plura de commiſſione cauſarum, quid operetur, & alia tradunt paſſim Auctores, & præcipuè de Deciſionibus Canonicis, & Sacræ Rotæ Romanæ, vt conſtat in *Repert. verb. Commiſſio*.

Commiſſarius cauſæ debet animaduertere, ne vllo modo excedat fines ſui mandati, & commiſſionis, cùm non poſſit aliquid facere vltra ſpecialiter conceſſa in litteris commiſſorialibus, latè Guaz. *deff.*13. *cap.* 1. *&* 2. *per tot.* vide in §. *Iudex num.*.. 2

Commiſſarij ſi habeant plures cauſas, vel negotia eodem tempore, an poſſint ab vnoquoque, vel à ſingulis tantùm exigere, quantum ab vno ſolo poſſent, ſi pro eo ſolum negotium facerent, Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 77. facit quod dixi in §. *Expenſæ num.*21. 3

Et curſor portans communem commiſſionem non poteſt ab vnoquoque habere integrum ſalarium, Bellamer. 4

deciſ.

decis.485. de confess. vbi se fundat io confessione debitoris qualificata, vt debeat in totum recipi.

5 Plora de commissione, & Commissario ad examinandum testes, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.198. per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Commissio.*

6 De commissis, & pœnis fraudantium gabellas, idem Tepat. *var. sent. tit.368.* dixi in §. *Banna num. 6.* §. *Confiscatio num.10. &* §. *Gabella num.25.*

7 De commissis, & caducitate rei emphyteuticæ, idem Tepat. *d. tract. tit.377.* dixi in §. *Dominus, &* §. *Emphyteuta.*

8 Item de commissoria lege, & eius pactis, idem Tepat. *tit.412. & 413.* dixi in §. *Pactum num.9.*

9 Commissio causæ facta Vicario Episcopi, vel alterius personæ sub nomine dignitatis non transit in successotem, nisi delegans habuerit respectum ad tribuoal, vt quia sit directa Episcopo, vel eius Vicario, sicut etiam transit in successorem quando dignitas, sub cuius nomine fuit facta per se subsistit, vt benè probat Marescot. *var. resolut. lib.2. cap.7. per tot.* vide alios in §. *Vicarius.*

10 Plura de commissione iurisdictionis, & causarum, Altimar. *tract. de nullit.* Capuc. *in Praxi tom.1. part.3. cap.3.* alijque relati à Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.4. verb. Commissio fol.274.* vbi indicat etiam auctores tractantes de alijs Commissarijs, de commissis ob fraudem Gabellæ, vel datij, ob non solutum canonem, de lege commissoria, & huiusmodi, de qoibus etiam remissiuè Castelon. *in alphab. iurid. verb. Commissa, &c*

11 Commissiones omnes, & ordinationes Principum, debent quoad fieri potest restringi, & ad terminos iuris reduci, cùm omnia Principum mandata sint intelligenda cum iustitia, oec præsumatur illis placere, nisi quod iustum, & verum est secundùm iustitiam fori, & poli, & quando vellent excedere intelligcodi sunt in modico, nec est statim parendum vbi mandant cootrà ius, sed ad illos recurrendum expectando secundam iussionem, vt hæc omnia pluribus exornat Cyriac. *controu.59. per tot.* vide in §. *Princeps num...*

§. COMMODATVM. XXV.

1 COmmodatum est rei ad certom vsum gratoita concessio, vt eadem species, & non alia eiusdem generis finito tempore reddatur, glos. *in cap. vn. ext. eod.* ex quo duæ oriuntur actiooes, directa scilicet, quæ commodanti competit contra commodatarium ad rem ipsam in specie non deteriorem reddendam si extat, vel eius æstimationem si dolo, vel culpa commodatarij oon extet, vel etiam ad interesse deteriorationis; non autem tenetur commodatarius ad casum fortuitum, nisi ipsius culpa præcesserit, vel fuerit in mora restituendi, vel ita conucoerit; & contraria quæ ipsi commodatario aduersus commodantem ad diuersa competere potest, nempè ad expensas magnas in re factas, vt patiatur vti in eum vsum, ad quem commodauit, ad damna, quæ ex re vitiosa scienter commodata commodatarius passus est, & ad alia, vt beoè probat Oinot. *in §. sequens Instit. de act. num.18. & seqq. ad 30.* Soac. *Instit. quib. mod. re contr. oblig. §. Item is cui, & §. Commodata eod. tit. fol.189. & in §. Sequens num.6. & seqq. Inst. de act. fol.242. & 243.* alijque Interpretes in locis citatis, Paul. Christin. *decis. Belgic. 31. num.1. &c. vol.3.* vbi plura de omnibus prædictis, an commodatarius possit vti compensatione, & alia de hac materia P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib.2. cap.26. per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 363. per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Commodatarius, Commodans, & Commodatum.*

Quid sit commodatum, quomodo differat ab alijs contractibus, de illius causis, effectibus, & actionibus directis, atque contrarijs, ad quid, & ex qua culpa teneatur commodatarius, vel alius possessor rei alienæ, an de leuissima, & alia de hoc contractu, Petr. de Onnate *de contract. tom.2. tract.12. per tot. fol. mihi 571. & seqq.* latè Hermosill. *ad leg. Partit. tom.1. tit.2. leg.1. glos.1. &c. fol.175. &c.* vbi plura de commodato, quid sit, à quibus fieri possit, vel non, quot modis fiat, ad quid teneatur commodatarius, an de caso fortuito, de incendio, furto, & huiusmodi, si res fuit pluribus commodata, an teneatur in solidum, quid in hæredibus, ad quid teneatur commodans, an & quando possit reuocare commodatum, vel non, & alia de materia vsque ad *fol.212.* vbi etiam an commodatarius possit vti retentione in re commodata; & de eadem materia commodata magistraliter tractat D. Gregor. Rosignol. *in Nouiss. sua Praxi Theolog. legal. contract.9. tit. de commodat. per tot. à fol.433. ad fol.460.* & alios Auctores materiam commodati tractantes indicant Casteion. *in Alphabet. iurid. verb. Commodatum,* & Com. August. Font. *in Biblioth. leg. part.4. eodem verb. fol.275.* Cancer. *var. resol. part.3. cap.8.*

2 Commodatum ad libitum commodantis reuocari non potest, quia ad certum, & destinatum vsum fit, vnde tacitè continet tempus, donec commodatarius ad vsum destinatum vsus fuerit, secus autem in precario, Menoch. *de arbitr. cas.23. per tot.*

Eidem est in mutuo, vt dixi in §. *Mutuum num....*

Quòd commodatum oon possit iotempestiuè reuocari, & alia io materia commodati, vide per Mantic. *de tacit. & ambig. lib.9. tit.1. per tot.* Staiban. *de Interesse lib.2. tit.12. quæst.1. per tot.* vbi etiam quomodo commodatarius teneatur ad interesse lucri cessantis, vel damni emergentis post moram, vel si aliter vsus fuerit re, quàm à domino fuerit concessa, vel noo sincerè, & bona fide, sed modum, & finem, quo res fuit commodata transgrediendo, ita vt his casibus competat etiam actio furti, vt ibidem probat sub *num.54. &c.* & interesse possit probari per iuramentum in litem *num.51. & seqq.* facit quod dixi in §. *Conductor num.8. &c.* & in Pract. §. *Furto num.11. & num.44. &c.*

3 Commodans equum, vel aliam rem, an teneatur illam deterioratam sibi redditam recipere, ita vt non recipiendo teneatur ipse ad periculum interitus, vel an recipiendo videatur detrimentum remittere, vide Paul. Christin. *decis. Belgic. 193. num.3. vol.2.* vbi concludit cautiùs esse illam recipere cum protestatione detrimenti, & periculi, vide in §. *Conductor num.19. & §. Locatio num.18.*

An commodans equum eunti ad iustum bellum, illo interfecto possit alium petere, vel æstimationem, Paul. Christin. *decis.85. num.15. vol.5.* vbi videtur negatiuè conclodere, cùm recipiens vsus fuerit ad modum destinatum, Sebast. Medic. *de cas. fort. part.2. quæst.19. num.56.*

Quòd commodanti possit deferri iuramentum etiam affectionis contra commodatarium non restituentem rem commodatam, licèt alleget amissionem, si illam non probet, *l. in actionibus ff. de in lit. iurand. & l.3. §. in hac actione,* vbi Castr. *ff. commodat.* Plot. *in l. si quando C. vnde vi, §.19. num.1.* Leoncill. *decis. Ferrar.130. per tot.*

4 Commodatum præsumitur factum rogitu, & ad requisitionem commodatarij, si aliud in contrarium non appareat, & ideò si pereat tenetur commodatarius nedom de dolo, sed etiam de culpa leui, & leuissima, dicta requisitione probata, Bart. & Castr. *in l. vt certo §. interdum ff. commodat.* Mascard. *de probat. concl.327. per tot.* vbi de modo probandi commodatum, vel aliud creditum per cautelas, de quibus dixi in §. *Cautela num.5.* vide in §. *Contractus num.41.* §. *Depositum num.17.* §. *Conductor num.29.* latè Sebast. Medic. *de cas. fort. part.2. quæst.16. num.49. & seqq. ad 61.*

Vtrùm autem commodatarius dobius an commodatum sua culpa perierit teneatur ad restitutionem, contrarias opiniones, negatiuam sequendo, ac idem esse in depositario, refert Dian. *resol. moral. par.3. tract.6. resol.49. per tot.*

5 Commodatarius si aliter, vel ad aliom vsum re commodata vtatur, quàm commodata fuit, moram re ipsa committit, & furti tenetur, *l. si vt certo §. quinimo ff. commodati, l. qui iumenta 40. ff. de furt. §. Furtum, & §. placuit Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Valer. Max. *cap.2. lib.8.* Bonisac. *de furt. §.8. num.3.* Leotard. *de vsur. q.34. num.6. & q.82. num.32.* dixi in §. *Conductor num.39.*

6 Commodatum est contractus bonæ fidei, & siue fiat ad vsum, siue ad simplicem pompam, si non reddatur, cõmittitur mora, & ex mora debentur vsuræ de iure ciuili, secus autem de iure canonico, secundum quod ob solam moram non est licitum aliquid vltra sortem recipere, sed tamen loco vsurarum debetur id, quod verè interest ex mora commissa, vt latè declarat Leotard. *de vsur. q.34. per tot.* vbi etiam an pro pecunia commodata ad pompam, vel alium similem vsum absque translatione dominij, aliquid pacisci, & capere liceat, & videtur concludere affirmatiuè, cùm tunc non sit mutoum, & etiam egre-

diatur

diatur fines commodati, & potins dicarur locatio, ex qua certa, & honeſta merces recipi poteſt, Bald. *in l. ſi nauis ff. de rei vindic.* Roman. *conſ.*500. *& conſ.* 520. Caroc. *de locat. & conduct. tit. de vſur. q.*4. *n.*5. Vgolin. *de vſur. cap.* 6. *n.*1. *&c.* & benè probat Leotard. *d. cap.*34. *n.* 8. *& ſeqq.* vbi etiam contrarij ſatisfacit, *& n.*17. notat eos, qui ſcienter pecunias locant, vel commodant ad oſtentationem, & deceptionem aliorum illicitè agere, & non minus quàm proxeneta, vel alio modo auxilium ſcienter præſtans furi, furti teneri, & hoc caſu illicitam eſſe omnem mercedis pactionem, quia delictorum turpis, & fœda eſt omnis ſocietas, iuxta *l.*3. *& l.*53. *ff. pro ſocio*.

7 Commodatarius ſi aliquid ex re commodata lucri fecerit, an illud commodanti reſtituere teneatur, dic quòd ſic, ſi agatur de re locari ſolita, vel de acceſſione illi facta, ne ex alieno lucrum ſentiat, & idem ſi agatur de pecunia, vel frumento, & valor aliquo modo creſcat, videtur pariter commodanti reſtituendum; ſi verò ex pecunia commodata merces emit, & lucrum fecit, non tenetur de iure canonico dare commodanti, quicquid ſecus eſſet de iure ciuili, cùm id ſit abrogatum, Leotard. *de vſur. qu.* 34. *num.*20. *&* 21. & facit latè *quæſt. 96. per tot.* vide quæ dixi *in §. Adminiſtrator num.*14.

8 Commodate ſolitus, non poteſt cogi ad commodandum vlterius, quia quæ ſunt facultatis non præſcribuntur, niſi probetur ſeruitus ex antiquiſſimo tempore, Martha *vot. Piſ.*229. *per tot.* vbi quòd hæbrei ſoliti commodare lectos Gubernatori, non poſſunt cogi ad continuandum.

§. COMPARATIO. XXVI.

1 COmparatio litterarum fit in ſubſidium deficientibus alijs probationibus, & facit ſemiplenam probationem, Afflict. *deciſ.*181. *num.* 7. Rot. *part. 9. recent. deciſ.* 333. *num.*3. *&c.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 7. vbi plura de hac materia Rot. *part.*16. *deciſ.*328. vbi quod de bono, & æquo pro maiori dilucidatione poteſt fieri comparatio, etiam poſt recognitionem teſtium.

Quòd comparatio litterarum faciat regulariter tantùm ſemiplenam probationem, in cuius ſupplementum ad faciendam plenam probationem defertur iuramentum, niſi agatur de cauſa magni ponderis arbitrio iudicis æſtimanda, in qua etiam admitteretur iuramentum ſi pluſquam ſemiplenè fuiſſe probatum, & quando cum comparatione adeſſet vnus teſtis de viſu plenam faceret probationem abſque iuramento, Scacc. *de iud. cap.* 11. *num.*999. *& ſeqq.* Theſſ. *quæſt. forenſ. lib.*1. *cap.* 24. *per tot.* Genu. *de ſcript. priuat. lib.*2. *quæſt.* 1. *num.* 65. *& ſeqq. ad* 84. *fol.*83. vbi etiam quòd dicta comparatio in præiudicium tertij, nec ſemiplenam facit probationem, quod ego intelligo quando ſcriptura caret requiſitis, *l. ſcriptura C. qui pot. &c.* nam ſi illis ſit munita, vel aliter certa, & recognoſcatur per comparationem, probat vt ſupra etiam in præiudicium tertij, videndus Scacc. *dict. cap.* 11. *num.* 1027. quicquid illum indebitè videatur reprehendere, Genu. *d. num.* 84. vbi poſtea *num. ſeqq.* & præcipuè *num.*173. hoc idem ipſe comprobat, vide latè Maſcard. *de probat. concluſ.* 330. *&* 331. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 8. *num.*2808. *& ſeqq. ad* 2910. Bertachin. *in Repert. verb. Comparatio*.

2 Comparatio litterarum, cùm vt dixi fiat in ſubſidium, debet illam petens iurare, ſe non habere alias probationes hac vna excepta, Menoch. *de Arbitr. caſ.* 114. *nu.* 34. *&* 35. Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 56. *&c.* vbi quòd aliàs comparatio eſſet ipſo iure nulla, & ſecundùm aliquos eſt etiam neceſſarium iuramentum calumniæ, vt ibidem *num.*59. vide in §. *Iuramentum num.*.. latè Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*333. *num.*2. *& ſeqq. per tot.* Coſta *de remed. ſubſid. remed.* 7. *per tot.* vbi plenè de requiſitis, & probatione comparationis litterarum, & Rot. *part.* 19. *recent. deciſ.*368. *per tot.*

3 Comparatio litterarum quandoque facit de ſe plenam probationem, vt ſi ſcripturæ comparatæ, fuerint per omnia ſimiles repertæ, ſi vltra illam adeſſet ſubſcriptio teſtium, qui ſuas ſubſcriptiones recognoſcerent, vel ſi ſcriptura eſſet à partibus, & teſtibus ſubſcripta, nam tunc ſola recognitio per comparationem ſufficeret, ſicut etiam quando ſcribentes omnes, & ſubſcribentes eſſent mortui, vel ſi conuentum eſſet inter partes, quod ſola comparatio ſufficiat, quando adeſſent teſtes aſſerentes ſe vidiſſe ſcribere, licèt non ſint ipſi ſubſcripti, quando adeſſent alia veritatis adminicula, & vbi eſſemus in caſibus, in quibus admittuntur teſtes aſſerentes babere notam manum alterius, licèt illum ſcribere non viderint, latè Genu. *d. tract. lib.*2. *quæſt.*1. *num.*85. *& ſeqq. ad* 98. *fol.*85. vbi citat Maſcard. *de probat. concl.*330. *num.*20. *&c.* Cabal. *conſil.*150. Scacc. & alios plures, facit quod dixi in §. *Scriptura num.*.. *& §. Teſtis num.*..

Quòd comparatio litterarum faciat plenam probationem quando fuit à peritis plutibus concorditer facta, vel etiam ſeparatim, quia in hac materia plures ſemiplenæ probationes coniunguntur ad faciendam plenam probationem, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 787. *num.* 28. *& ſeqq.*

Ad hoc autem vt comparatio plenam faciat fidem in dictis caſibus, debet fieri non tantùm ad ſcripturam, & ſubſcriptionem partium, ſed etiam ad ſingulas ipſorum teſtium ſubſcriptiones, Genu. *dict. quæſt.*1. *num.* 164. *&* 165. *fol.* 90. *vbi num.* 171. ampliat etiam ſi negetur ab omnibus, nam adhuc facta comparatione, plena reſultat probatio, idem Genu. *d. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.*83. *&* 84. *fol.*103.

Quòd comparatio ſufficiat, quando recognitio alio modo fieri non poteſt ob temporis antiquitatem, Menoch. *de Arbitr. caſ.* 114. *num.* 34. Buratt. *deciſ.* 292. *num.* 18. Rot. *part.*5. *recent. deciſ.*199. *num.*18. *& part.*2. *deciſ.*251. *num.*9.

Comparatio vt fieri poſſit ad effectum recognitionis requiritur quòd ſcriptura, ex qua eſt ſumenda, ſit omninò certa, & indubitata illius, de cuius ſcripturæ recognitione agitur, quia ſi talis non eſſet, non poſſet ex illa haberi certitudo alterius ſcripturæ, de qua dubitatur, ac debet eſſe talis, vt aliàs de ſe probaret in iudicio, pulchrè Duran. *deciſ.*363. *num.* 10. *& deciſ.* 376. *num.* 6. *in eadem cauſa*, Menoch. *de Arbitr. caſ.*114. *num.*29. Genu. *de ſcript. priuat. lib.*2. *quæſt.*1. *num.*28. *&c. fol.* 80. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*20. *num.*421. *fol.*417. Caball *conſ.*150. *n.*5. *&c. lib.*1. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.* 159. *nu.* 10. *&c.* Guaz. *def.*20. *cap.*23. *per tot.* vbi quomodo ſit facienda recognitio ſcripturæ penes reum repertæ. 4

Quòd quis poſſit compelli ad ſcribendum pro comparatione facienda, Magon. *deciſ. Luc.*17. *num.* 2. *&c.* vbi tamen *num.*5. limitat dummodò ſcriptura recognoſcenda per comparationem non ſit informis, & ſine teſtium annotatione; quia tunc non poteſt compelli ad ſcribendum, ſi ſpontè nolit ſcribere, vt ibidem *num.* 23. *&c.*

Quòd imò ſemper quis poſſit compelli ad ſcribendum pro comparatione facienda, videtur firmare Menoch. *de Arbitr. caſ.*114. *num.*12. *&* 13. Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 2. *quæſt.*1. *n.*30. *fol.*80.

Comparatio litterarum poteſt fieri ab ipſo iudice, vel eius mandato ſaltem per duos peritos ſi haberi poſsunt, qui iurent illam rectè facere, aſſumptis alijs ſcripturis certis illius, qui dicitur ſcripſiſſe, inſpiciendo ſingulas litteras, ſiue elementa, & eorum tractus, ſigna, ſtylum, & ſimilia, poſtea referendo ipſi iudici ſenſum ſuum de ſimilitudine, vel deformitate characteris, vt benè declarat Menoch. *de arbitr. d. caſ.*114. *num.*26. *& ſeqq.* Genu. *de ſcrip. priuat. lib.*2. *quæſt.*1. *num.*62. *fol.*83. 5

Et forma dicti iuramenti erit, quòd periti iurent accedere ad comparationem, & illam facere non lucri cauſa, nec inimicitijs, odio, vel gratia aliqua moti, & poſtea non erit neceſſarium aliud iuramentum in relatione, quicquid ſit in alijs peritis, Genu. *d. quæſt.* 1. *num.*60. *&c.* vbi ſequitur Menoch. ſupra relatum, Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*333. *num.*4. *& ſeqq.*

Quòd comparatio ſit facienda per iudicem adhibitis peritis ſcriptoribus neutri parti ſuſpectis, qui vnà ſecum videant ſcripturas, inter quas ſit comparatio, & præſtito illis iuramento partibus præſentibus, vel legitimè citatis, non de veritate, ſed de credulitate, ſi omnes litteras eſſe ſimiles conuenerint, erit approbanda ſcriptura negata, aliàs ſecus, Genu. *d. quæſt.* 1. *lib.*2. *num.*39. *& ſeqq. ad* 55. *fol.*82.

Comparatio litterarum, qua forma ſit facienda, latè tradit Menoch. *de Arbitr. caſ.*114. *per tot.* vbi vndecim caſus diſtinguit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 973. *num.* 49. *&c.* Duran. *deciſ.*363. *num.*1. *& deciſ.* 329. *num.* 10. Pac. 6

Iordan.

Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 20. num. 424. fol. 417. Rot. part. 9. recent. decis. 333. per tot. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 7. per tot.

De hac materia comparationis litterarum plenè Doctores in l. admonendi C. de fid. instr. & in l. admonendi, vbi Ias. de iureiur. Pract. Papp. for. oppon. contr. instr. glos. & maximè, &c. Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 79. Farinac. in fragm. part. 1. litt. C. num... Pac. Iordan. vbi supra n. 420. & seqq. Menoch. Genu. & alij supracitati, Tusch. litt. C. conclus. 483. & seqq. Rot. part. 9. recent. decis. 333. per tot. Arisinin. Tepat. var. sent. tit. 226. per tot. Mascard. de probat. concl. 330. & 331. Gait. de credit. cap. 2. tit. 8. n. 2808. & seqq. ad 2910.

Quòd sit multum fallax, & periculosa, Menoch. d. cas. 114. num. 14. & 15. Duran. decis. 363. num. 3. &c. Rot. part. 13. recent. decis. 466. num. 10. & 11. vbi quòd ideò fit tantùm in subsidium quando deficit alia probatio, & part. 14. decis. 97. num. 7. vbi quòd iunctis alijs facit aliqualem probationem.

7 Comparatio litterarum admittitur solùm in illis casibus, in quibus facta potest aliquem veritatis effectum producere, vnde si quis haberet alias probationes, vel vbi scriptura alio respectu fidem non mereretur, seu esset inefficax, informis absque testibus, & ab ipso scribente negata, non esset admittenda comparatio, quia etiam facta non reuelaret, sed debet probari per testes, qui viderint illam scribere, Caualc. decis. 27. lib. 2. num. 16. & decis. 34. lib. 5. cum alijs per Genu. de script. priuat. lib. 2. q. 1. nu. 35. & seqq. ad 39. fol. 81.

8 Comparatio nullam fidem facit, vbi adsunt testes, qui dicunt oppositum, cùm potius standum sit testibus, quàm comparationi, quæ est multum fallax, & periculosa, Genu. de script. priu. lib. 2. q. 3. n. 48. fol. 101.

9 Comparatio litterarum non est facienda, & facta non releuat, vbi negotium excedit libram auri, quæ secundùm hodiernum valorem constat ex scutis 96. vol. 107. vel 120. vt dixi in §. Scriptura num... nec vbi criminaliter ageretur, an autem faciat saltem inditium ad torturam, vide Petr. Cabal. resol. crim. cas. 251. Farinac. in frag. part. 1. num. 446. &c. cum alijs per Genu. de script. priu. lib. 2. q. 1. nu. 98. & seqq. ad 120. vbi etiam quòd in huiusmodi comparatione semper est necessaria citatio partis, de primo dicto, idem Genu. lib. 6. cap. 1. num. 51. & seqq. latè Thom. Triuis. decis. 52. per tot. lib. 2. vbi quòd in criminalibus non facit plenam probationem, præsertim contra reum de famoso libello inquisitum.

10 Comparatio litterarum an habeat locum in libro rationum, & epistolis missiuis, an in testamento paterno per simplicem schedulam inter liberos confecto, & alia plura de litterarum comparatione, vide per Thess. quæst. forens. cap. 24. per tot. lib. 1. Alex. Trentacinq. var. resol. cap. 7. per tot. Card. Tusch. litt. C. conclus. 483. cum duabus seqq. Genu. d. lib. 2. quæst. ferè per tot. vbi num. 133. notat comparationem esse faciendam coram iudice, qui debet iudicare, nec posse alteri delegari, & quòd sicuti quando adest in omnibus similitudo litterarum plenè probat, ita è conuerso si in aliquibus tantùm adsit similitudo nullam fidem facit.

11 Comparatio in litteris cambij plenam facit fidem, & quando fit per testes sufficit, quòd dicant habere notam manum, debent tamen exhiberi in totum inspiciendæ, & non sola subscriptio, Genu. de scrip. priu. tit. de litt. Camb. post quæst. 6. in not. in prin. fol. 161. vide in §. Scriptura n... §. Littera num.... & §. Testis num.... Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. num. 2364.

12 Comparatio litterarum in libello famoso facit indicium Franc. Marc. dec. 730. par. 2. sicut etiam in litteris missiuis sufficit, Vrsil. in dec. 181. & quando sufficiat ad condemnandum, Anna sing. 374. Nouat. in Prag. Regn. Neap. Collect. 94. n. 1. & 2. Costa de remed. subsid. remed. 7. Ansald. cons. 125. n. 44. Matthæu. Sanz. de re crim. contr. 28. n. 67. & 68. vbi quòd comparatio litterarum, concurrentibus maximè alijs adminiculis, ac ipsius iudicis inspectione, si pro eiusdem scriptoris scripturæ habeantur facit plenam probationem etiam in criminalibus, saltem arbitrio ipsius iudicis per doctrinam Gramat. dec. 34. n. 15. & 16. & aliorum ibi citatorum, ac ita fuisse decisum testatur.

Contrarium autem firmat Ludouic. Bell. cons. 127. per tot. quia in criminalibus requiruntur probationes luce meridiana clariores.

Comparatio litterarum, quam probationem facit in 13
criminalibus, Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 11. num. 1020. & seqq. vbi quòd facit semiplenam probationem, & indicium ad torturam, saltem contra personam malæ famæ, & generaliter de probatione resultante ex comparatione litterarum, & quomodo facienda, latè idem Scacc. loc. cit. à num. 999. & seqq. ad 1031. Cresp. de Valdaur. obseru. 27. per tot. plenè Anton. Gob. consult. 35. & 36. & alij citati per Com. August. Fontan. in sua Biblioth. leg. par. 4. verb. Comparatio fol. 278. &c.

Comparatio litterarum tamquam multum fallax, & in 14
qua possunt committi fraudes, non admittitur in probanda schedula testamentaria secreta, nec in alijs testamentarijs dispositionibus, nec ad probandam cedulam testamenti inter liberos, quando sunt facta legata pinguia extraneis, & alia ad rem, notat Cyriac. contr. 444. num. 81. & seqq. per tot.

§. COMPENSATIO. XXVII.

COmpensatio est debiti, & crediti hincinde confusio, 1
præsupponit tamen debitum, & creditum hincinde prouenient ex personis ipsorummet creditoris, & debitoris, & non aliorum, & ideò non habet locum contra eum vel pro eo, qui repræsentat duas personas, videlicet qui esset creditor nomine proprio, & debitor nomine hæreditariæ, vel creditor ex persona, & debitor nomine societatis, vel è contra, & in similibus plures personas repræsentantibus, Caualer. decis. 38. num. 4. & 5. Nouat. apud Ricc. Collect. 2885. Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. 9. num. 62. & seqq. & part. 3. cap. 6. §. 1. num. 14. & seqq. vbi plura ad hoc propositum, & part. 2. cap. 22. num. 97. & seqq. Trombett. de societ. cap. 5. num. 18. Rot. part. 13. recent. decis. 38. num. 6. & 8. Gratian. discept. forens. cap. 948. num. 1. & seqq. Rot. post Merlin. de pign. decis. 47. num. 11. Vrceol. consult. for. cap. 89. num. 21. vol. 2. vbi vide nu. 59. & seqq. vt procedat tantùm in hærede beneficiato, cùm hæres incautus non possit duas repræsentare personas, licèt postea admittat etiam in hærede incauto, Rot. part. 9. recent. decis. 29. num. 23. vbi quòd non admittitur inter debita diuersarum personarum, nec de credito particulari ad debitum sociale, Rot. part. 12. decis. 258. num. 9. vbi de hærede beneficiato, vt supra Altograd. pulcrè cons. 59. num. 30. &c. lib. 1. vbi etiam num. 35. quòd compensatio non admittitur, prout nec retentio in legitima, de debito filij etiam liquido, Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 20. num. 10.

Quòd non detur compensatio cum debito alieno, Rot. part. 14. recent. decis. 114. num. 20. &c.

Quòd possit opponi à debitore debitoris conuento à creditore creditoris, vide §. Debitor num. 66. & Magon. decis. Flor. 94. num. 8. & per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 247. num. 33.

Quid sit compensatio, & an dicatur retentio, Tusch. litt. C. concl. 487. Paul. Christin. decis. Belg. 38. vol. 3. Arisin. Tepat. var. sent. tit. 160. per tot. vbi plura.

Compensatio ad euitandam moram, vel pœnam fit ipso 2
iure etiam ante oppositionem quando sumus in debito compensabili, in alijs verò casibus, non fit ipso iure, sed opus est oppositione, nisi quis sit debitor, & creditor sui ipsius, Gratian. discept. forens. cap. 515. num. 31. & seqq. Cigala de act. §. 22. num. 4. & seqq. Corbul. de emphyt. tit. de priuat. ob non solut. Canon. limit. 5. per tot. Leotard. de vsur. quæst. 84. num. 10. & seqq. vbi quod Surd. decis. 117. loquitur sine ratione, & iniquum est solui vsuras ei, qui tantumdem debet, Rot. part. 13. decis. 30. Montan. de tut. cap. 32. reg. 9. num. 18. & 19. fol. 121. Magon. decis. Florent. 5. per tot. Merlin. de pign. lib. 5. quæst. 6. Surd. decis. 117. vbi quòd secus est in vsuris non ratione moræ, sed ex alia causa debitis, vt in recompensatiuis, Altograd. cons. 89. num. 11. &c. lib. 1. Ricc. Collect. 1183. 1157. 3542. & 2885. latè Rot. part. 9. recent. decis. 409. nu. 20. &c. vbi reprobat Surd. loc. cit. Tusch. litt. C. conclus. 493. per tot.

Quòd licèt regulariter compensatio non fiat ipso iure, sed tantùm ope exceptionis; tamen fiat ipso iure etiam sine oppositione ad impediendum cursum vsurarum, & quare, l. si constat, vbi glos. C. de Compensat. Paul. Christin. decis. Belg. 232. vol. 1. & decis. 39. num. 3. & decis. 40.

ciſ.40. vol.3. vbi quòd non fit ipſo iure compenſatio ad impediendam caducitatem, cùm requiratur ſolutio canonis in recognitionem directi dominij *inf. num.* 36.

An, & quando inducatur compenſatio ipſo iure, vel non, etiam in præiuditium aliorum creditorum anteriorum, an poſſit prætendi ab eo, qui eſt debitor alicuius decocti, vel proximè decocturi, quid in cenſu, & alia pulchrè videndus Vrceol. *conſult. forenſ. cap.61. per tot. vol.2. inf. num.26.* Rot. *part.9. recent. deciſ.183. deciſ.409. n.19. &c.* & poſt Merlin. *de pign. deciſ.107. num.10.*

3 Compenſatio debet eſſe liquida, & clara, nam de liquido ad non liquidum non admittitur, Bart. *in l. aufer. rus, §.compenſatione ff. de iur. fiſc.* Menoch. *de arbitr. caſ.14.* Scapuc. de Saluian. *lib.2. quæſt.4. num.5.* Rot. *part. 3. recent. deciſ.253. num. 3. & 4.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.490. num.21. cap.515. num.35. &c. & cap.948. num. 5.* Card. Tuſch. *litt. C. concl. 489. & concl. 490. num. 54. & ſeqq.* Rot. *part.9. recent. deciſ.380. num.4. & ſeqq. part. 14. deciſ.144. per tot.*

An in dubio præſumatur compenſatio, vel non, latè Tuſch. *litt. C. concl.494.* Chriſtin. *deciſ. Belg. 233. vol. 1. & deciſ.40. vol.3.* vide in §. *Legatum num.32.*

Quòd non admittatur compenſatio de eo, quòd requirit altiorem indaginem, idem Gratian. *cap. 864. num. 22.* latè Rot. *d. deciſ.380. per tot.*

An autem in compenſatione occulta facienda, debitum debeat eſſe liquidum, & certum, & alia, Dian. *part. 7. tract.10. reſol.16. &c.* vide in §. *Creditor, n. 23.*

4 Compenſatio licèt vt ſupra non admittatur de liquido ad illiquidum, debet intelligi quando agitur de liquido per teſtes, vel alias probationes, ſecus ſi eſſet liquidum per confeſſionem partis, & ideò datur cautela, vt quis fateatur debitum, & apponat compenſationem, quæ iſto caſu admittitur etiam ad illiquidum propter exuberantem fidem confitentis, & aduerſarium ab onere probandi releuantis, text. DD. & gloſ. *in l. fin. C. de compenſat.* Cæpol. *caut.83.* Socin. *reg.86. fal.1. verb. Compenſatio,* Bald. *in d. l. fin. col.2. C. de compenſat.* Marant. *in Prax. part.4. diſt.6. num.3.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.4. num. 2. in fine fol.137.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 231. num. 4. vol. 1. & deciſ.38. num.8. vol.3.*

In quibus, & quando fiat compenſatio, vel non, latè Tuſch. *litt. C. concl.389. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 38. 39. & 40. per tot. vol.3.* Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.3. tit. de compenſat. per tot.*

5 Compenſatio admittitur etiam de liquido ad non liquidum, quando non liquidum poteſt liquidari intra tempus concedendæ executionis, vel intra tempus inſtantiæ, vel intra duos menſes, vel vbi eſt de proximo liquidandum, vel vbi poteſt liquidari per iuramentum in litem, Addit. ad Magon. *deciſ. Luc. 1. num.34. litt. B.* vbi etiam an admittatur ſaltem in vim mutuæ petitionis, & reconuentionis, Paul. Chriſtin. *d. deciſ.231. num.3. &c. vol. 1. & deciſ.38. num.8. vol. 3.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 380. num.6. & ſeqq.* vbi benè declarat, & plurimum remittit arbitrio iudicis, Maſcard. *de probat. concl. 334.* Pacif. de Saluian. *inſpect.2. cap.2. num. 329. & ſeqq. & num. 351. & ſeqq.* Franciſ. *tract. de confeſ. lib.2. quæſt.55.* vbi quòd ideò etiam non iuſtificatum creditum, iuſtificatur ex huiuſmodi compenſationis oppoſitione.

Quòd admittatur quando poteſt incontinenti liquidari, & iſtud incontinenti fieri dicatur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. caſ.14. per tot.*

Quoad debitum de proximo, vel breui liquidandum, ſequitur Rot. *part.2. diuerſ. deciſ. 131. num. 9.* latè Mart. Medic. *deciſ.100. per tot. cum Addit.* Tuſch. *litt. C. concl. 490. num.54. & ſeqq.* Chriſtin. *loc. cit.* Rot. *d. deciſ. 380. num.6. & ſeqq. part.9. recent.*

Niſi tamen creditum alterius eſſet liquidum per ſententiam in iudicatum tranſactam, quia tunc non fit compenſatio cum debito liquido, etiam ſi poſſet de facili, & breui liquidari, Alex. *conſ.93. 94. & 95. lib.4.* quem ſequitur Thomat. *deciſ.19. num.26. & 27. inf. num.7.*

Quòd compenſationem opponens cenſeatur fateri debitum, Boer. *conſ.14. num. 5.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 40. in fine vol.3.* Leoncil. *deciſ. Ferrar. 30. num.11.* Surd. *deciſ.24. num.5. & 6.* Rot. *part.13. recent. deciſ.437. nu.3.* vbi quòd debitum hincinde fatetur.

6 Compenſatio fundatur ſuper æquitas, ſuadet te, & ideò quotieſcumque æquitas licèt aliàs de rigore admittenda non eſſet, admittitur, veluti ſi ageretur de ſumma illiquida ex facto, culpa, & recuſatione negantis compenſationem, quia dolus, & culpa nemini patrocinari debet, pulchrè Mart. Medic. *d. deciſ.100. num.8. & 9. cum Addit.* vbi alios allegat Ricc. *Collect. 2885. verſ. Et compenſatio,* Ludouiſ. *deciſ.342. num.3. & 4.*

Plura notabilia de compenſatione quando locum habeat, vel non, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit. 160. per totum,* Bertachin. *in Repert. verb. Compenſatio.*

7 Compenſatio poteſt opponi etiam poſt ſententiam in illius executione, & ſic contra executionem ſententiæ in iudicatum tranſactæ, quando debitum iam eſſet liquidatum, & compenſabile, & non fuit prius de illa cognitum, nec reiecta, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.515. n.48. &c. cap.660. num. 29. & 30.* Afflict. *deciſ. 121. per totam,* Surd. *deciſ.191.* Rot. *part.3. diuerſ. lib. 2. deciſ. 253. deciſ. 257. lib.3. deciſ.324.* Mart. Medic. *Exam. 60. per tot. cum Addit.* Rot. *part. 10. recent. deciſ.285. num.15.* Pacif. de Saluian. *inſpect.2. cap.2. num. 354. &c.* vide in §. *Retentio num. . .* Tuſch. *litt. C. concl.492. & 495.* vbi quando dicatur reiecta.

Quòd compenſatio non tantùm poſt ſententiam, ſed etiam poſt factam executionem poſſit opponi, Bich. *deciſ.583. num. 1.* vbi allegat Ludouiſ. *deciſ. 342. num. 2. & 3.* Afflict. *deciſ. 121. num. 3.* Surd. *deciſ. 191. num. 7.* & alios.

Quòd poſſit opponi in ſecunda inſtantia, & in executione, Magon. *deciſ. Flor.42. num.8.* vide ſupra *num.5. verſic. Niſi tamen,* Pacif. de Saluian. *inſpect. 5. cap. 1. num.97.*

Non tamen poteſt opponi poſt terminum ſuſceptum ad ſoluendum, cùm per ſuſceptionem termini videatur compenſationi renunciatum, quicquid aliàs Rota variauerit, vt teſtatur Beltram. in Annot. ad Ludouiſ. *dec. 342. num.7.*

8 Compenſatio qualiter tollat obligationem, & actionem, ac debitum perimat, ita vt creditor perſeuerans in petitione incidat in pœnam petentis, quod ſibi non debetur, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.728. num. 5. & ſeqq.* & dixi in §. *Obligatione.*

9 Compenſatio eſt ſpecies ſolutionis, & illius vim obtinet, Altograd. *conſ. 5. num. 1. &c. lib. 1.* Mart. Medic. *Exam.60. num.9. &c.* vide Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 38. 39. & 40. vol. 3.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 3. gloſ. 3. n.2. & ſeqq.* vbi inſert ad plura notabilia Merlin. *de pig. lib. 5. quæſt.6. per tot.*

Non tamen conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi, Seraph. *deciſ. 302. num. 4. & ſeqq.* dixi in §. *Quaſi poſſeſſio num. . .*

Quando autem compenſatio conſtituat in quaſi poſſeſſione exigendi, cùm vim ſolutionis obtineat, Rot. *part. 13. recen. deciſ.394. num.1.*

An compenſatio ſit vera, vel ficta ſolutio, latè Tuſch. *litt. C. concl. 488. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 177. vol. 1.* vbi quòd procurator, qui recipiendo veram ſolutionem liberat ſoluentem à domino, non tamen illum liberat compenſando pro debito proprio, vide in §. *Procurator num.20. in fine.*

10 Compenſatio admittitur in extinctione cenſus cùm habeat vim ſolutionis, & ſit ſolutio, nec in huiuſmodi extinctione requiratur pecunia numerata, ita vt poſſit etiam fieri pro parte tantùm, cùm cenſus creditore conſentiente poſſit extingui pro quacumque ſumma, & illo adhuc inuito pro parte conſiderabili, Rot. *in Nouiſs. par. 6. deciſ. 184. per tot. & par.9. deciſ.3. num.15. & deciſ.29. num. 11. & ſeqq. d. part.9.* Cenc. *de cenſ. quæſt. 108.* Thomat. *deciſ. 231.* vide in §. *Solutio num. . .* §. *Cenſus num.32. & §. Dominus num. . .* Vrceol. *Conſult. forenſ. cap. 61. num. 14. 27. & per tot. volum.2.* vbi intelligit ſi fuerit appoſita, vel concurrente vtriuſque partis conſenſu, & niſi aliud obſtet, vide Rodriquez *de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 18.* Cenc. *de cenſ. quæſt. 88. num.6. in Addit. vltimæ impreſſionis,* Salgad. *Labyrint. credit. part. 2. cap. 28. num.27. infra num.26.* Merlin. *de pign. lib. 5. quæſt 6. num. 4. & 12.* Rot. poſt illum *deciſ.46. num. 6. &c.* Rot. *part. 13. recen. deciſ.435. per tot.* Bich. *deciſ. 380. num. 24. & ſequent. habetur inter recent. part. 10. deciſ. 297.* idem Bich. *deciſ.415. num. 9. & ſeqq.* vbi quòd requiritur iudicialis, vel extraiudicialis oppoſitio, ſine declaratio debitoris, & niſi in eius redemptione certa, & particularis forma

tia seruanda esset, quæ per compensationem impleri non posset, *part.* 15. *recent. decis.* 123. *num.* 11. *&* 12. vbi quòd fit ipso iure legis ministerio, absque alia partis oppositione, vel protestatione ad impediendum cursum vsurarum, vel fructuum census, de quo ibi loquitur cum concordantibus citatis, *& decis.* 396. *num.* 19. *d. part.* 15. vbi quòd creditor census potest etiam inuitus auctore Prætore cogi ad compensandum cum debito liquido, cùm creditum liquidum tunc æquiparetur pecuniæ numeratæ, Rot. *part.* 17. *decis.* 272. *num.* 26. *& seqq.* vbi quòd saltem requiritur declaratio, & debitoris consensus, alias census non extinguitur per compensationem, vt latè etiam probat Gaspar. Roderic. *de annuis reddit. lib.* 2. *quæst.* 18. *per tot.* vbi reddit rationem concludentem, & Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 316. *per tot.*

11 Compensatio directè prohibita, vt quia fuerit illi in specie renunciatum, vel stante renunciatione omni legum auxilio, & fauori, vel quia opponatur de specie ad quantitatem, non videtur per indirectum nempè per viam retentionis prohibita, quando res, quam quis vult retinere erat sibi hypothecata, nisi dicta renunciatio sit adeò generalis, vt possit etiam dici comprehensa retentio, Capyc. *decis.* 88. *per tot.* vide in §. *Retentio n.* 5. *inf. num.* 18.

12 Compensatio potest opponi contra vnum ex tutoribus pro debito alterius, licèt inter eos fuerit diuisa administratio, & licèt sint tutores diuersi loci, quia in effectu est vna tutela, & ius tutelæ residens in solidum apud quemlibet tutorem, Magon. *decis. Luc.* 1. *num.* 3. 4. *&* 15. vide in §. *Tutor num... infr. num.* 24.

13 Compensatio vt admittatur debent esse hincinde debita quantitatiua, & eiusdem, parisque summæ, aliàs sicuti nolente creditore non admittitur particularis solutio, ita nec particularis compensatio, nisi reliquum soluatur, quia quis potest pro parte compensare, & pro reliquo soluere, vel deponere si creditor recuset, *l. inuicem* 12. *C. de compensat.* Gratian. *discept. forens. cap.* 224. *num.* 22. *& cap.* 515. *num.* 45. *&c.* Laderch. *cons.* 164. *num.* 10. Vrceol. *consult. for. cap.* 61. *num.* 30. *vol.* 2. vbi citat meas resolut. *cap.* 56. *nu.* 26. Sed ipse videtur sequi di contrariam opinionem, vt etiam pro rata crediti liquidi admittatur compensatio ad impediendum cursum vsurarum, quam multis auctoritatibus comprobat.

14 Compensatio quæ poterat opponi per debitorem contra cedentem, potest etiam opponi contra cessionarium, vel alium singularem successorem, cùm cessio transeat cum sua causa, & onere, intelligendo tamen quatenus duras facultas soluendi ipsi cedenti in præiuditium cessionarij, secus autem si non duret huiosmodi facultas, & cedatur actio ante oppositam compensationem, quia tonc transit libera, & non potest opponi compensatio, nisi debitum compensandi haberet hypothecam, vt benè declarat videndus Gratian. *discept. forens. cap.* 356. *per tot.* Thess. *decis.* 221. *per tot.* & latè pluribus citatis hanc conclusionem explicat, & exornat videndus Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 20. *& seqq. per totum*, Olea *de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 11. *num.* 22. *& seqq.* vbi in aliquibus recedit à prædictis, & refert diuersas opinones, & declarationes Afflict. *decis.* 163. *num.* 5. Card. Tuscb. *litt. C. conclus.* 491. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 228. *num.* 11. *&c. volum.* 1. vbi quòd potest opponi quando cessio est facta post debitum factum per creditorem, nam si aliud debitum postea contrahat, non nocebit cessionario, *& decis.* 232. *num.* 2. *d. vol.* 1. facit Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 155. *sub num.* 13. *& decis.* 215. *n.* 4. *& seqq.* vide in §. *Cessio num.* 57.

15 Compensatio quæ potest opponi per principalem debitorem, potest opponi etiam per illius fideiussorem, & tam de credito proprio, quàm de credito debitoris principalis, *l. verum*, *& l. seq.* vbi DD. *ff. de compensat.* Maur. *de fideius. part.* 2. *sect.* 10. *cap.* 9. *num.* 4. Pacif. de Saluian. *inspect.* 5. *cap.* 1. *num.* 95. *&c.* vide in §. *Exceptio nu.* 36. Paul. Christin. *decis. Belg.* 40. *num.* 4. *vol.* 3.

Si tamen fideiussor sit obligatus in forma depositi, non potest oppenere de compensatione, Coccin. *decis.* 269. *facit inf. num.* 17.

16 Compensatio oon admittitur in debito iurato, & camerali obligatione vallato, cùm iuramentum sit implendum in forma specifica, & non per æquipollens, Euerard. *loc. à vi, energ. iuram. num.* 39. *in fine*, vbi reprobat Bart. aliter tenentem *in l. amplius non peti ff. rem rat. hab.* plures alios pro ista opinione, quam probabilem dicit, allegat Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *resol.* 60. *in princ.* Paul. Christin. *decis. Belg.* 38. *num.* 5. *vol.* 3. vbi tamen videtur contrariam sequi, saltem cum infrascripta distinctione Ioseph. Ludou. *decis. Perus.* 15. *num.* 7. *& seqq.* Rot. *part.* 17. *recen. decis.* 370. *num.* 1. *& seqq.* vbi quòd stante debito hincindè iurato, & obligatione camerali vallato admittitur compensatio.

Opinionem Bart. quando debitor est pauper, & onere filiorum grauatus sequitur Afflict. *decis.* 163. vide Capyc. *decis.* 167. *n.* 4. Maur. *de solut. cap.* 5. *n.* 13. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 20. *n.* 445. *fol.* 418. & melius *tit.* 22. *nu.* 135. *& seqq. fol.* 447. Ricc. *Collect.* 800. Tuscb. *lit. C. concl.* 490. *n.* 38. *& seqq.* Dian. *d. resol.* 60. *vers. secunda*, vbi istā tanquam probabiliorem pluribus alijs citatis sequitur.

Quòd non possit opponi stante obligatione camerali, quæ sit posterior debito, quod prætenditur compensari, Duran. *dec.* 404. *in fine*, Mart. Medic. *in Addit. ad Exam.* 60. *n.* 6. *&c.* Ricc. *Collect.* 2885. vbi quòd admittitur quando creditum, cuius compensatio opponitur superuenit post dictam obligationem, Pacif. de Saluian. *inspect.* 2. *cap.* 2. *n.* 315. *&c.*

Quando debitom est hincinde instrumentale, & iuratum admitti compensationem videtur sentire Magon. *decis. Flor.* 42. *n.* 6. Pac. Iurdan. *loc. sup. cit.* vbi etiam *n.* 447. quòd benè saltem admittitur exceptio retentionis, Sebast. Medic. *de compensat. q.* 25. *n.* 26. Pacif. de Saluian. *inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 322. Vrceol. *consult. forens. cap.* 61. *num.* 42. *vol.* 2.

Quòd quando debitum compensandum fuit contractum post præstitum iuramentum de soluendo, admittatur compensatio, aliàs secus, Magon. *decis. Flor.* 42. *n.* 7. Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 6. Gratian. *discept. forens. cap.* 129. *n.* 20. *cap.* 486. *n.* 33. *cap.* 515. *n.* 34. *&* 37. & latè *cap.* 728. *n.* 12. *& seqq. ad* 21. Tindar. *tract. de compensat. art.* 7. *n.* 14. Afflict. *decis.* 381. *n.* 3. Capyc. *decis.* 167. Cacher. *dec.* 92. *n.* 34. Dian. *d. resol.* 60. *vers. tertia*, & ista ego veriorem puto, qoam etiam sequitur Paul. Christin. *decis.* 38. *num.* 6. *vol.* 3. Vrceol. *d. cap.* 61. *nu.* 41. *vol.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 332. *num.* 24. vbi quòd stante obligatione camerali, & iuramento non admittitur compensatio, neque retentio ex causis antecedentibus.

Circa huiusmodi quæstionem an admittatur compensatio contra debitum iuramentum, licèt valdè controuertant inter se Canonistæ, & Legistæ, in hoc tamen omnes ferè conueniunt, vt admittatur, vbi non agitur de tollenda debiti substantia, sed de impediendo cursu vsurarum, cùm tunc ipso iure fiat, item quando ius opponendi compensationem superuenit post promissionem iuratam, item quando agitur de debito hincinde iurato, & quando agitur de bono, & æquo, prout coram arbitris, vt videri potest penes Ger. Spin. *cons.* 83. *per tot.* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de solut. canon. quæst.* 1. *num.* 303. *& seqq. ad* 311. vbi sex modis declarat compensationem admitti etiam in debito iurato Mart. Medic. *Exam.* 60. *nu.* 24. *& seqq. per tot. cum Addit.* & dixi in meis resol. *cap.* 56. *per tot.* Vrceol. *Consult. for. cap.* 61. *n.* 37. *& seqq. vol.* 2. Salgad. *Labyr. cred. part.* 3. *cap.* 6. §. 1. *num.* 8. *&c.*

Quòd periurus non possit allegare compensationem, Boer. *cons.* 14. *num.* 8.

Quòd vbi in causa proceditur sola facti veritate inspecta, vigore huius clausulæ admittatur compensatio aduersus debitum iuratum, benè probat, & intrepide tenendum dicit Marcel. Cala *de mod. art. & prob.* §. 1. *glos.* 4. *num.* 18.

Compensatio oon admittitur in deposito, cùm depositarius non possit vllo modo retinere, sed teneatur soluere, 17
quia à deposito omnes exceptiones repelluntur, *l. fin. C. de deposit.* quod verum est in specie depositata, vel in quantitate vti specie depositata, secus in quantitate numerata, Rot. Ianuen. Mercat. *decis.* 34. *num.* 9. refert Maur. *de solut. cap.* 5. *num.* 19. Sed vide Gratian. *discept. forens. cap.* 728. *num.* 21. *& seqq. ad* 31. vbi tenet quod nec admittatur in deposito quantitatis, etiam confessionaro, licet quo ad confessionatum contrarium videatur firmare idem Grat. *cap.* 321. *num.* 10. *& cap.* 273. *num.* 13. *&* 25. vbi quòd datur retentio in casu, de quo per eum vide in §. *Depositum nu... &* §. *Retentio nu... inf. num.* 26. *supra num.* 15.

Tusch.

Tusch. *litt. C. conclus.490. numer.1. & seqq. per tot.* vbi ponit plures casus, in quibus non admittitur compensatio, Paul. Christin. *decis. Belg.*234. *vol.*1. vbi quoad depositum limitat nisi procedat ex mutuo, vel nisi agatur de deposito confessionato, & quoad retentionem, quæ admittitur etiam in deposito, Hermosill. *ad leg. Partit. tom.*1. *tit.*3. *leg.*5. *glos.*5. *per tot. fol.*245. Rota *in Bononien. Pecuniaria* 5. *Maij* 1681. coram Matthæo penes Iacob. Balduc. in Obseruat. ad Ramon. *decis.*20. *numer.*10. vbi quod non admittitur in odium Depositarij contra voluntatem deponentis, sed benè volente deponente in deposito irregulari, &c.

An autem possit opponi compensatio quando fuit illi renunciatum expresse per pactum, vel tacitè per iuramentum, siue per obligationem Cameralem, latè Andreol. *contrαu.*215. vbi multa pro admissione ex æquitate, & officio Iudicis, maximè in paupere, si non vt compensatio saltem vt solutio, & si non opponi saltem proponi ad implorandum Iudicis officium.

Item admittitur etiam in contraria depositi actione, idem Christin. *decis.*38. *n.*7. *vol.*3.

18 Compensatio de specie ad speciem, siue de specie ad quantitatem, non admittitur, cùm in speciebus cadat affectio, Gratian. *discept. forens. cap.*129. *numer.*7. *c.*134. *numer.*12. *& cap.*490. *numer.*23. Soccin. iun. *cons.*60. *n.*8. Mart. Medic. *decis.*100. *per tot. cum Addit.* vbi limitat quando species reducitur ad quantitatem, Franch. *decis.* 53. *numer.*2. latè Tusch. *litt. C. conclus.*490. *numer.*22. *& seqq.* Fachin. *contr. lib.*1. *cap.*6. *&* 7. Boer. *cons.*14. vbi quod nec admittitur de vno genere pecuniæ ad aliam pecuniam diuersæ materiæ.

Quòd admittatur compensatio de specie ad quantitatem in subsidium, quando scilicet species debita non extat, vel reperitur consumpta, vel est aliena, nec dominus vult eam vendere, vel prætendit exigere plus iusto, Costa *de remed. subsid. remed.*3. vide infra *num.*43.

Intellige de compensatione propriè sumpta, nam secus est in vltimis voluntatibus, vbi ex mente testatoris admittitur etiam de specie ad quantitatem, & è contra, Magon. *decis. Flor.*117. *num.*14. vbi tamen *num.*17. *&* 33. allegat in contrarium. Et quod in vltimis voluntatibus admittatur, licet multi contrarium teneant probat Altograd. *cons.* 68. *n.*78. *& seqq. lib.*1. *vbi n.*19. *&* 20. allegat contrarium tenentes.

Et licet non admittatur compensatio, admittitur retentio, Merlin. *decis.*724. *num.*7. & melius Rota post Oleam *de cess. iur. decis.*34. *num.*19. *& seqq.* vbi ratione circuitus vitandi datur retentio pro credito speciei, contra possessorem, quantitatis creditorem, & sic etiam in debito quantitatis pro credito speciei.

Quod in vltimis voluntatibus admittatur compensatio etiam de specie ad quantitatem, Rota *part.*9. *recent. decis.*41. *num.*28. *&* 29. *& decis.*309. *num.*48. *&* 66. *d. part.*9. *recent.*

19 Compensatio etiam de quantitate ad quantitatem non admittitur, vbi actor contra quem obijcitur habet electionem soluendi quantitatem, vel speciem, quia alternatiua obligatio non potest compensari cum pura, vbi actoris est electio, nec quando quis haberet facultatem soluendi speciem pro quantitate, vt in actione noxali, nec quando pecunia esset debita vt species, vel vt corpus, sicuti quando datur in sacculo obsignata, Diaz. *cum alijs per eum citatis reg.*98. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belg.*38. *n.*4. *vol.*3. Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de solut. canon. qu.*1. *n.*313. *& seqq.* vbi alijs modis declarat non admitti compensationem propter diuersitatem qualitatum debitorum, & creditorum, vel obligationum.

20 Compensatio non admittitur in casibus, qui dilationem non patiuntur, vt in causa alimentorum, vel victuali, nisi agatur de alimentis præteritis, in quibus admitteretur, Gratian. *discept. forens. cap.*728. *numer.*32. Surd. *de aliment. tit.*7. *quæst.*10. *numer.*8. *tit.*8. *priuil.* 83. Marescott. *var. resolut. cap.*83. *num.*4. *lib.*2. Giurb. *decis.*5. *num.*48. Paul. Rub. *in Annot. ad decis.*1. *part.*9. *recent. num.*105.

An, & quando admittatur compensatio alimentorum cum seruitijs ab alimentato præstitis, dixi in §. *Alimenta numer.*6. Addit. ad Sanfelic. *decis.*414. *obseru.*5.

An autem admittatur contra dotem, vel interesse illius, vide Franch. *decis.*462. vbi pro, & contra, & an saltem retentio, latè Tusch. *lit. C. concl.*490. *num.*5. *& seqq.* Millin. *decis.*243. *numer.*2. *&c.* Vrceol. *consult. forens. cap.*89. *per tot. vol.*2. vbi etiam *n.*19. *&c.* an illud, quod prætenditur indebitè solutum possit in compensationem deduci, & negatiuè concludit, dixi in §. *Solutio n.*61.

Quod etiam in dote compensatio fiat ipso iure ad euitandum cursum vsurarum dotalium, Alex. *cons.*73. *num.* 4. *&c. lib.*5. Fontanel. *decis.*111. *num.*30. Rota *part.*9. *recent. decis.*231. *n.*25. Ludouis. *decis.*568. *n.*12. *decis.*1455.

Qualiter possit opponi compensatio matri dotem repetenti, non reddita ratione tutelæ, Mastril. *decis.*189. *per tot.* vide in §. *Mater*.

21 Compensatio non admittitur ex priuilegio in Salario Doctorum, nec in causa alimentorum, siue mercedis diurnæ, quæ seruit loco alimentorum; admitteretur tamen in alijs salarijs, siue alimentis præteritis, nisi fuerint promissa cum iuramento, vel *in contanti*, vt per Lanfranch. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst.*104. *per tot.* vbi etiam quod non admittitur, si debitum compensandum esset conditionatum, siue in diem nondum purificatum, vel non liquidum, vide Surd. *de aliment. tit.*8. *priuil.*53.

Si tamen compensatio allegetur ex parte illius, qui esset creditor salarij, & debitor conuentus ex alia causa liquida, admitteretur vtique compensatio, licet salarium non esset liquidum, cùm possit de proximo liquidari, sic suadeat æquitas, & sit illiquidum ex facto, & culpa debitoris, Mart. Medic. *decis.*100. *per tot. cum Addit.*

Quod non fiat compensatio de Salario famulorum cum rebus per eos ablatis, denegetur tamen solutio salarij donec restituant ablata quando dominus præuenit in querela, secus si fuerit præuentus in petitione salarij, ac ita Romæ seruari de æquitate, Tusch. *litt. C. concl.*490. *n.*51. *&c.* vide §. *Famulus n.*11.

22 Compensatio non admittitur vbi requiritur præcisa solutio, quia debet intelligi de propria, & vera, non de ficta, & impropria, qualis est compensatio, de quo vide Gratian. *discept. forens. cap.*742. *num.*43. *&c.* Mart. Medic. *Exam.*60. *num.*9. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part.*3. *cap.*6. §. 1. *num.*6. *&c.* vbi quod non admittitur, quando realis, naturalis, vel incontinenti numeratio requiritur, vel stante pacto de illam non opponendo, Grass. *de except. except.*16. *per tot.* vbi plura quando admittatur, vel non, & Castill. *controu.*40. *tom.*4. Pacif. de Saluian. *inspect.*2. *cap.*2. *n.*312. *& seqq. ad* 356.

An, & quando compensatio locum habeat, vel non, Ricc. *Collect.*2445. *&* 2885. vbi ponit plures casus Peregrin. *de iur. fisc. lib.*6. *tit.*7. *num.*15. *&* 16. vbi quòd cessat compensatio in debito ex causa tributorum, decimarum, stipendiorum, annonæ, pretij rei emptæ à fisco, vectigalium, alimentorum, mercedis, fideicommissi &c. Aloys. Riec *Prax. var. resol. cap.*120. vbi an admittatur in decimis, & distributionibus quotidianis, Fontanel. *decis.*465. *&* 466. vbi plura an admittatur contra fiscum pro tributis, & huiusmodi, Andreol. *contr.*215. *n.*18.

23 Compensatio non procedit de credito vnius negotiationis, & corporis apothecæ ad debitum alterius negotiationis, vel corporis, ne confundantur rationes, & quia debita, & credita vnius corporis differunt à creditis, & debitis alterius corporis; admitteretur tamen hoc modo, videlicet finitis negotijs, & societate per decoctionem vnius, assignata cuilibet ex socijs sua portione, & solutis debitis socialibus, in eo quod superesset socio decocto, vt latè declarat Magon. *decis. Luc.*1. *per tot.* Sperel. *decis.*91. *num.*5. *&* 6. facit quod dixi in §. *Mercator numer.....* *&* §. *Societas numer.....* §. *Creditor num....* *&* §. *Societas num....* §. *Creditor n.*64. Rota *part.*16. *recent. decis.*46. vbi de pluribus administrationibus ab eodem exercitis, vt non admittatur compensatio de debito vnius administrationis ad creditum alterius administrationis diuersæ, & ex quibus arguatur dicta diuersitas administrationum, facit eadem Rota *d. part.* 16. *decis.*386. *numer.*5. *&* 19. vbi quòd debita, & credita socialia inter socios prius dispungi, & compensari debent antequam debita illorum particularia extingui possint super portione vnicuique tangente, ne sequatur inconueniens alterum ex socijs grauari omnibus debitis societatis.

24 Compensatio non potest obijci fisco ex diuersa statione, ne officia confundantur, nisi fiscus successerit debitori, & creditori, *l. 1. vbi glos. C. de compens.* Magon. *d. decis. 1. numer. 2. & 14.* vbi quòd est speciale in fisco, Tusch. *litt. C. conclus. 490. numer. 46. & seqq.* Christin. *decis. Belg. 235. numer. 6. &c. vol. 1.* vbi quòd secus est in tutoribus, *l. inter tutores ff. de admin. & peric. tut. supra num. 12.* idem Christin. *decis. 39. vol. 3.* Marcellin. Marcian. *oper. legal. forens. exercit. cap. 11. per tot. fol. 61. &c.* Ioseph. de Rosa *consult. 56. n. 21. & seqq.*

Pro eadem autem statione potest compensatio etiam contra fiscum allegari, imò fit ipso iure ad inhibendum pœnas, vel vsuras fisco debitas, *l. idem ff. de compens.* Peregrin. *de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. n. 15.* vbi tamen quòd non procedit pro debitu exactoris fiscalis.

25 Compensatio fructuum perceptorum etiam à bonæ fidei possessore, & ante litem contestatam, qualiter fiat, & fieri debeat cum meliorامentis in re factis, latè, & pulchrè Mart. Medic. *decis. 99. per tot. cum Addit.* dixi in §. *Fructus n.... & §. Melioramenta n....*

Huiusmodi tamen compensatio fructuum cum melioramentis potest solùm peti attento primo statu rei ante facta melioramenta, quia fructus melioramentorum spectant ad facientem, Afflict. *decis. 87. num. 6. &c.* Card. Mellin. *decis. 81.*

26 Compensatio an sit licita in foro conscientiæ vbi adsunt alij creditores anteriores, ita vt creditor posterior habens rem aliquam sui debitoris in manibus possit illam retinere, & non reuelare vigore monitorij, sed vti compensatione in præiudicium creditorum anteriorum eiusdem debitoris, affirmatiuam opinionem sustinet Diana *part. 3. tract. 5. resolut. 10.* vbi ampliat etiam si haberet iure depositi, quia prohibitio compensationis in deposito procedit tantùm in foro exteriori, licèt alij contra, videtur tamen ipse Diana *loc. cit.* in hoc intelligere de debitis tantum personalibus, & non habentibus specialem hypothecam, aut pignus, vide *supra numer. 17.* & hoc vltimum clariùs tenet idem Diana *part. 11. tract. 3. resolut. 13. vers. secundum &c.* latè Zamoran. *tract. de compensat. disput. 8. cap. 6. per tot.* Petr. de Onnate *tract. de contract. tom. 1. tract. 2. disput. 8. sect. 8. fol. 285.* Giballin. *de vniuers. negot. tom. 2. lib. 5. cap. 2. art. 9. fol. 402.* penes quos plura habentur de occulta compensatione in foro conscientiæ, cum quibus conditionibus sit permissa, vel non, & dixi *in §. Creditor num. 23.*

Vbi an admittatur compensatio in præiudicium creditorum anteriorum, Carleual. *de iudic. lib. 2. tit. 3. disput. 27. per tot.* vbi refert contrarias opiniones, sed affirmatiuam sequitur, & rationibus contrarijs benè satisfacit, vide Iacob. Balduc. cum citatis in Annot. ad Ramon. *cons. 36.*

Quòd in foro conscientiæ admittatur compensatio etiam in deposito, quicquid alij contra probant iterùm idem Dian. *d. p. 3. in Addit. resol. 1. fol. mihi 221. & resol. 8. fol. 225.* vbi etiam si adsint creditores anteriores vt supra, *& part. 5. tract. 13. resol. 79.* vbi quòd nec obligat monitorium ad reuelandum, *& part. 7. tract. 10. resolut. 18.* vbi refert Card. de Lugo *de iust. tom. 1. disput. 16. sect. 6. num. 126. & 127.* contrarium nominatim contra eundem Diana tenentem, & iterum probat Diana *p. 10. tract. 16. resol. 60. vers. Nota tamen*, vbi qualiter in foro conscientiæ sit licita occulta compensatio etiam in deposito, P. Stephan. de Neapol. *de restit. lib. 1. c. 6. n. 42. & seqq.*

Quid autem dicendum sit in foro fori, & non admitti compensationem in præiudicium creditorum anteriorum, quando agitur cum debitore decocto, vel proximè decocturo, pluribus hincinde citatis benè probat Vrceol. *consult. forens. cap. 61. per tot. vol. 2.* vbi tamen loquitur in censu, ad cuius extinctionem requiritur disdicta, vel saltem oppositio compensationis, quæ illius vicem obtinet, vel quando creditores anteriores præuenerunt, vel oppositio fuit facta post decoctionem debitoris.

Sed quòd in alijs casibus, maximè inter mercatores, de iure, & de stylo, compensatio fiat, statim ipso iure sine oppositione in debitis, & creditis quantitatiuis, etiam ex causa depositi, & licèt debita, & credita prouenיant ex diuersis causis, & in diuersis libris sint descripta, & in præiudicium aliorum creditorum debitoris decocti, præcipuè si creditum allegantis excedat debitum eiusdem, ita vt quandocumque creditores anteriores petant, reperiant debitum extinctum per compensationem, aliàs detrimentum magnum sequeretur, si quis cogeretur soluere, & non posset exigere ob decoctionem communis debitoris, Rota *p. 9. recent. decis. 183. & 409. n. 19. &c.* & post Merlin. *de pign. decis. 107. n. 10.* vide in §. *Mercator n. 10.* Sed contrarium sequitur ead. Rota *d. p. 9. decis. 473. n. 23. &c.* vide in §. *Creditor n. 63. & 73.*

27 Compensatio an fieri possit de debitis ex iustitia cum donis, vel obsequijs gratuitis, veluti si quis donat, vel obsequium præstat ei, cui debet ex iustitia, an possit donatum compensare, cum debito ex iustitia, ita vt debitum ampliùs, pro rata donati, vel obsequij præstiti soluere non teneatur saltem in foro conscientiæ; dic quòd si dum donat, vel obsequium æstimabile præstat recordatur debiti ex iustitia, & vult cum dono gratuito satisfacere, certè admittitur compensatio; si verò tunc ignorat debitum suum ex iustitia, vel de eo non recordatur si postea velit facere compensationem, variæ sunt opiniones, prout refert Diana *resol. moral. part. 7. tract. 10. resol. 19.* vbi etiam quòd si donans sciuit debitum, & noluit tunc compensare, non potest vti postea compensatione, & an possit fieri compensatio de eo quod alter debet ex sola charitate, vel gratitudine, & videtur asserere quòd non, licèt in contrarium referat Nauar. *de restitut. lib. 3. cap. 1. num. 376. & 393.* vide eundem Diana *part. 3. tract. 6. resol. 57. & d. part. 7. tract. 10. resol. 24. per tot.* P. Steph. de Neapol. *de restit. lib. 1. cap. 6. n. 46.* vbi contra, latè Zamoran. *d. tract. de compensat. disput. 5. cap. 5. & seqq.* vbi plura quando possint compensari debita ex iustitia cum beneficijs gratuitis, obsequijs, vel donationibus, quis animus præsumatur &c.

Item an beneficiatus, vel alius possit compensare eleemosynas iam liberaliter, & voluntariè factas, cum obligatione postea contracta restituendi fructus propter omissionem officij, & in similibus; dic quod huiusmodi compensatio admittitur, quando debitum restituendi iam erat contractum, etiam si dans eleemosynam illius debiti non recordetur, quia adest virtualis intentio satisfaciendi; an verò quis possit applicare eleemosynas olim factas pro omissione postea facta, vel obligatione postea contracta in genere, variæ sunt opiniones, de quibus Diana *p. 9. tract. 9. resol. 23. per tot.* vide in §. *Clericus n. 29.*

28 Compensatio qualiter inducatur per contrapositionem partitarum, ita vt non possint dictæ partitæ contrapositæ deseruire pro compensatione alterius crediti, cùm per huiusmodi contrapositionem debitum, & creditum dicatur extinctum, Bart. *in l. creditor 102. §. pen. ff. de solut.* Alex. *cons. 85. num. 5. lib. 3.* Gregor. *decis. 366. num. 3.* Rota *part. 3. recent. decis. 321. num. 1. par. 5. decis. 33. num. 5. & p. 10. decis. 256. num. 1. & seqq.* vide *in §. Solutio num. 53. & §. Mercator num. 10.*

Quod non possit opponi per mercatorem post acceptatas litteras cambij, quando creditum fuit contractum ante dictam acceptationem, quia præsentans efficitur creditor principalis acceptantis, Rota post Merlin. *de pign. decis. 149. n. 6.* dixi in §. *Littera n. 2. in fine.*

29 Compensatio mutua qualiter admittatur etiam in delictis, vel ratione æqualis culpæ, quando delicta sunt paria, & eadem lege, & pœna puniuntur, secus autem si non sint paria, vel diuersa lege puniantur, nam tunc potest agi pro excessu, sicut etiam si constet de primo contrauueniente non intrat compensatio culparum, vide Marcian. cum alijs ab eo citatis *disput. forens. cap. 17. numer. 17. numer. 8. & seqq. per tot.* facit quod dixi *in §. Adulterium num. 12. §. Maritus num. 3. §. Matrimonium num. 20.* Griuel. *decis. Dolan. 43. num. 10.* Cigala *de act. §. 22. numer. 4. limit. 3.* P. Steph. de Neapol. *tract. de restitut. lib. 1. cap. 6. numer. 47. & cap. 12. numer. 46.* vbi an sit licita compensatio in restitutione famæ dixi in §. *Fama numer. 4.* Cabal. *cons. decis. 47. numer. 6. & 7. lib. 2.* vbi quòd procedit ista compensatio inter cohæredes agentes ad pœnam, etiam si constet de primo contrauueniente, quando etiam alij contrauenerunt iuxta Dec. *cons. 380.* vide Oinot. *in §. Bona fides Instit. de act. num. 22. & seqq. fol. 497.* Conciol. *resol. crim. verb. Vulnus resol. 2. num. 9.* vbi quòd quoad interesse partium fit mutua compensatio inter rixantes, licèt quoad pœnam criminalem fisco applicandam omnes puniantur.

Intellige hanc conclusionem de compensatione in delictis admittenda, iuxta illud, *paria delicta mutua compensatione tolluntur*, quoad interesse partium, non autem quoad vindictam publicam, nam pro interesse fisci, & Rei-

& Reipublicæ poſſunt omnes, & debent puniri, maximè in delictis grauibus, & ita paſſim ſeruari vidi Florentiæ per Magiſtratum DD. Octo Baliæ Virorum, quidquid quandoque fuerit contrarium votatum, & ſignanter ſub die 14. Maij 1671. in quadam Cauſa Doctoris Salotti, & aliorum de Petra Sancta, qui inuicem de falſitate imputabantur, vt in Giornali 631.

Quod in contractibus compenſetur dolus cum dolo, & culpa cum culpa, Trombet. *tract. de ſociet. c.4. num.28. & 34.* Rota *p.14. recent. deciſ.45. n.5.*

Diligentia autem in aliquibus per officialem adhibita, non compenſatur cum negligentia in alijs commiſſa, quia tenetur in omnibus diligentiam adhibere, & meritum, ac beneficium non compenſatur cum damno, & demerito vbi adeſt aliqua culpa, Cyriac. *contrFou.433. num. 16. & ſeqq.* & in terminis Rectoris Montis Pietatis ſcribit Iacob. Cohel. *in Bulla boni Regiminis cap.22. numer.16.* per text. *in l. cum duobus §. venit, l. ſocius ſocio ff. pro ſocio,* & dixit Rota *Florent. ſub die 21. Nouembris 1676. in Piſana Officij Maſſarij Montis Pietatis in Mottinis verſ. ſicut nec releuat;* prædictis adde bene probantem Felic. *de Societ. c.21. n.29. & 30.*

30 Compenſatio an, & quando ſit facienda vbi debitor legat, vel donat ſuo creditori, vel potius excludatur animus compenſandi, & vtrumque debeatur nempè legatum, ſiue donatio, & ipſum debitum, latè Marcian. *diſput. forenſ. cap.84. per tot.* & dixi plures alios allegando in *§. Debitor numer.59. & §. Legatum numer.32.* vbi videas, & Pacif. de Saluian. *inſpect.2. cap.2. numer.333. & ſeqq. ad 35.* Ciarlin. *controu.189. per tot.* Martha *de ſucceſſ. leg. part.4. quæſt.18. art.2. numer.55. & ſeqq. ad 72. & art.6. per tot.*

Quid ſi teſtator leget rem ipſam obligatam creditori ſuo, an tunc præſumatur compenſatio, Maſcard. *de probat. concluſ.333.* vbi diſtinguit inter debitum voluntarium, & neceſſarium, & alijs etiam modis declarat.

31 Compenſatio anni fertilis cum ſterili qualiter ſit facienda in locationibus, & affictibus, vide Garziam Card. Millin. *deciſ.323. numer.2. & deciſ.363. numer.2.* & dixi latiùs in *§. Remiſſio.*

32 Compenſatio expenſarum hincinde quando ſit facienda, vel non per iudicem inter litigantes, vide Cappell. Tholoſ. *quæſt.223. numer.6. & per tot.* vbi quod ſi ſunt plures articuli, in quorum altero quis obtinuit, & in altero ſuccubuit, tunc ſit hincinde condemnatio expenſarum, ſi verò erat vnus ſolus articulus, ſit compenſatio, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.19.41.42. & 155. vol.1. & deciſ.99. n.15. & ſeqq. & deciſ.110. per tot. vol.6.* vbi plura, & benè declarat, facit quod dixi *in §. Expenſa n.24.* Borgn. Caualcan. *deciſ.15. per tot. de iudic.*

33 Compenſatio non admittitur circa debitum ipſo iure exactum, inferendo ad fructus vt non imputentur in legitimam, quia ſtatim mortuo patre euellitur de corpore hæreditatis, Bald. *in l. ſcimus n.5. C. de inoffic.* vbi etiam Salicet. Peregrin. *de fideicomm. art.49. num.41.* vide in *§. Fructus, & §. Legitima.*

34 Compenſatio non admittitur in cauſa attentatorum, prout nec in executiuis ſtante obligatione Camerali, nec in ſpolio, quia cauſæ non ſunt pariter priuilegiatæ, attentans non eſt dignus hoc beneficio tamquam contemptor Maieſtatis iudicis, ſed iudicium attentatorum eſt fauorabilius ſpolio, etiam ſi compenſatio obijceretur ex cauſa penſionis, quæ habet clauſulam ſine retardatione ſolutionis, Put. *deciſ.2. de except.* Achill. *deciſ.24. de attent.* Lancell. *de attent. part.3. cap.24. quæſt.28. per tot. ſupra num.16.*

Quod poſſit opponi compenſatio in ſolutione penſionis, quando non eſt reſeruata pro alimentis, Medices *de compenſat. p.1. q.14. n.5.* Ciarlin. *controu.36. n.23. & ſeqq.* vbi alios citat.

35 Compenſatio admittitur etiam in iudicio Saluiani, quia ſapit naturam exceptionis doli, quæ in eo iudicio non reijcitur, cùm videatur in dolo verſari qui vellet exigere, & non ſoluere, Bald. *in l. exceptiones C. de euict.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. de fideiuſſ. concluſ.1. num.71.* Seraph. *deciſ.327. n.3.* Scapuc. de Saluian. *lib.2. quæſt.4.* vide *in §. Exceptio n.36.*

36 Compenſatio ad euitandam caducitatem ſit ipſo iure, ſi emphyteuta debitor canonis ſit creditor domini ex alia cauſa in pari, vel maiori ſumma, & paratus ſit compenſare, non obſtante iuramento, quando creditum compenſandum eſt liquidum, vel poteſt in breui liquidari arbitrio iudicis, & conſiſtit in genere, & quantitate compenſabili, ſecus ſi in ſpecie, vel è contra, vel alternatiuè, vt latè declarat Pulgin. *de iure emphyt. tit. de ſolut. canon. quæſt.1. numer.300. & ſeqq. ad 320.* vide *ſupra n.2.*

37 Compenſatio meliorationis cum deterioratione admittitur in re emphyteutica, vel feudali ad effectum euitandi caducitatem ex capite deteriorationis, vbi agitur de eadem emphyteuſi, vel feudo, ſecus ſi de diuerſis, *l. ſi negotia in fine de neg. geſt. l. de illo ff. pro ſoc.* Bald. *in l. ede n.14. C. locat.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Luc.8. num.12.* & alij plures, quos refert, & ſequitur Ciarlin. *controu.2. num.67. & controu.52. n.53. &c.*

38 Compenſatio an, & quando admittatur, vel non in debito naturali tantum, vel ciuili tantum, vel naturali, & ciuili ſimul non producentibus actionem efficacem, & alia plura de compenſatione, & retentione, Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.3. tit. de compenſat. reſol.1. per tot.* Tindar. *in tract. de compenſat. per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Compenſatio.*

39 Compenſatio lucri cum damno debet fieri, quando duo prædia vendita ſunt eodem contractu cum certa menſura, nam quod deficit in vno, debet ſuppleri ex alio, Mangil. *de euict. q.102. n.4. & ſeqq.*

Et quòd admittatur etiam in euictione, idem Mangil. *d. tract. q.183. n.24.*

40 Compenſatio non admittitur in legitima cum debito filij etiam liquido, nec à patre ordinari poteſt cùm ſit onus, quod reijcitur à legitima, Merlin. *de legit. lib.3. tit.2. quæſt.20. n.10. & 11.*

Quòd imò compenſatio admittatur etiam in legitima, & alia materia fauorabili, Ludouiſ. *deciſ.568. n.11. & 12.* & vide *in §. Legitima n.13. in fine.*

41 Compenſatio admittitur etiam aduerſus creditum penſionis, non tamen pro alimentis reſeruatæ, vel quando agitur de alimentis præteritis, niſi obſtet turpitas, & illiquiditas crediti volentis compenſare, Bich. *deciſ.23. per tot.*

Multa notabilia de compenſationibus deciſionē tradit Thoro *Compend. deciſ. Neapol. part.1. 2. & 3. verb. Compenſatio,* Ramon. *conſ.36. per tot.* cum plena Annot. Moderni Iacob. Balducc. *& in deciſ.20.* apud eumdem Balducc. vbi quòd procedit etiam de credito, & debito ex diuerſis cauſis, & diuerſis libris procedente, maximè inter Mercatores, & ipſo iure abſque vlla oppoſitione, poſito aliquo partis præiudicio, Anton. Gob. *conſult.130. per tot.* vbi an intret compenſatio ad excludendum creditorem creditoris agentem contra nomen ſibi obligatum, &c. vide in *§. Creditor num.34.* Andreol. *controu.2 9. per tot.* & alia remiſſiuè Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Compenſatio,* & Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. par.4. eod. verb. fol.280. &c.* qui indicant multos Auctores materiam tractantes, vide in *§. Exceptio n.63. §. Retentio, & in primis Addit. fol.645. &c.*

Sed quòd etiam creditum in litem deductum ſi aliquid ſit clarum poſſit in compenſationem deduci, *l. in compenſatione,* vbi Bart. Bald. & alij *ff. de compenſat.* Bich. *deciſ.55. n.23.* in eadem cauſa, vbi fuit reuocata dicta deciſio, quæ tamen poſtea fuit confirmata, & reuocata dicta ſecunda per eumdem Bich. *deciſ.91. per tot.*

42 Materiam compenſationis, quid ſit, quare introducta, eius effectus, quæ debita poſſint, vel non compenſari, & alia ad rem benè, & magiſtraliter explicat Oinot. in *§. Bona fides Inſtitut. de act. numer.1. & ſeqq. fol.495.* Cigala, Iaſon. & alij Interpretes *in d. §. in bonæ fidei Inſtit. de act.* Petr. de Onnate *de contract. tom.1. tract.3. d. diſput.8. ſect.7. & 8. per tot. fol.281.* Gibal. *de vniuerſ. negot. tom.2. lib.5. cap.2. art.8. & 9. fol.397.* vbi etiam plura de compenſatione occulta, an, quando, & cum quibus conditionibus ſit licita, vel non, de qua materia compenſationis occultæ quo ad forum conſcientiæ plenè P. Zamoran. *tract. de compenſ. per tot.*

Compenſatio in foro exteriori non admittitur in pluribus caſibus, & præcipuè de non liquido ad liquidum, in depoſito, de ſpecie ad ſpeciem, in decimis, nec vbi quis rem habuit ex dolo, veluti furto, & huiuſmodi, vt dictum fuit in hoc §. In foro autem animæ, & conſcientiæ admittitur, & procedit etiam de non

liquido ad liquidum, dummodò certum sit debitum, quia coram Deo omnia sunt liquida, sicut etiam procedit in deposito, de specie ad speciem, in decimis, in furtis si fur verè, ac certè sciat tantumdem sibi à derubato deberi, & in similibus casibus, si non ante factum, saltem post factum, quia licèt non sit permissum via iniqua, & dolosa sibi satisfacere, & non sit bona excusatio coram Deo deliquisse in proximum, eo quia pariter inter se prius deliquerat, tamen post factum tolleratur saltem compensatio etiam in delictis ex traditis per Valer. *de different. vtriusque fori verb. Compensatio per tot. fol.61. &c.* vide in *§. Monitorium num.5.* vbi an possit impediri per Monitorium, &c.

43 Compensatio non fit de specie, ad quantitatem, etiam in vltimis voluntatibus, veluti quando debitum est in quantitate, legatum verò in specie, nec quando debitum est purum, legatum autem conditionale, vel in diem, vel habens admixtum fauorem alterius personæ, vt benè probat Cabal. *conf. decis. 115. per tot. lib.2.* Rota *part.16. recent. decis.32. n.11. & seqq.* vide supra *n.18. & in §. Debitor n.59. & §. Legatum n.32.*

44 Compensatio alimentorum cum seruitijs, qualiter fiat tantummodò pro rata seruitiorum, & non pro tota summa, Caluin. *de equit. lib.1. cap.62. per tot.* dixi *in §. Alimenta n.6.*

45 Compensatio non habet locum pro indebito soluto, quia est facienda repetitio via ordinaria, & per tres conformes, Buratt. *decis.277. n.10.* Vrceol. *consult. for.89. n.19. vol.2.* dixi in *§. Solutio n.61. vers. quod indebitum*.

Intellige in foro externo, nam in foro conscientiæ licita est huiusmodi tacita compensatio, etiam pro indebito soluto, vt benè probat Zamoran. *tract. de compens. disp.4. cap.21. §.2. per tot.*

46 Compensatio qualiter habeat locum in restitutione famæ post illatam vtrimque iniustè infamiam, ita vt si quis alium iniustè infamauit, qui illum antea vicissim infamauerat, non teneatur ad restitutionem famæ, si ille alteri restituere nolit, sed tunc possit compensari vnum debitum cum alio, etiam illo inuito, seruata tamen æqualitate quantum fieri possit, Sot. *de iust. lib.4. q.6. art.3. ad 4.* Molin. *de iust. tom.5. disp.49. n.2.* Less. *de iust. lib.2. cap.11. dubit.25. n.133. & seqq.* Zamoran. *d. tract. disp.10. cap.1. per tot.* vbi latè comprobat, & declarat, licèt referat Caiet. *2.2. q.62. art.2.* contrarium tenentem vide in *§. Fama num 4. vers. quod si infamator* dummodò non reddatur maledictum pro maledicto.

47 Compensatio occulta an, & quomodo sit permissa, maximè in foro conscientiæ, accipiendo occultè propria auctoritate rem suam extantem in propria specie penes alium, vel aliam rem æquiualentem ex bonis debitoris, quando non superest creditori aliud remedium consequendi suum, plenè P. Zamoran. *tract. de compensat. disput.1. & 2. per tot.* vbi affirmatiuam probat, concurrentibus infrascriptis conditionibus, quas singillatim examinat *in disput. seq. cum resolut.* plurium dubiorum circa vnamquamque conditionem.

Prima venditio requisita ad dictam occultam compensationem licitam, est quòd nequeat creditor alia via suum creditum commodè recuperare.

Secunda, quòd creditum sit certum, & liquidum, circa quod plures cadunt, & resoluuntur difficultates.

Tertia, vt creditum, pro quo intenditur compensatio sit ex iustitia, circa quam pariter plures occurrunt difficultates, an sufficiat ex gratitudine, & huiusmodi.

Quarta, quòd creditum, vel debitum, pro quo fit compensatio sit actu debitum, & non in sola potentia, vel spe in futurum.

Quinta, vt id, quod accipitur in compensationem sit debitoris ipsius compensantis, & non alterius.

Sexta, vt compensatio fiat sine iniuria, vel grauamine alterius, qui non sit debitor.

Septima, vt compensatio ita fiat, vt ex illa non sequatur alicui tertio damnum, veluti si ei imputaretur furtum, aut ea de causa puniretur.

Octaua, vt compensatio fiat in re vsu consumptibili, eiusdemque speciei, cum ea, quæ debebatur.

Nona, vt compensatio non fiat in deposito, quoad forum externum, secus in foro conscientiæ, vt dixi supra *num.26.*

Decima, vt compensatio fiat sine vi, quæ moraliter possit esse occasio scandali, rixarum, tumultus, &c.

Vndecima, vt compensans eo meliori modo, quo possit consulat saluti spirituali eius, à quo compensationem recepit, ipsum eruendo à conscientia erronea, qua fortè crederet se adhuc teneri debito, ac etiam ipsius indemnitati, ne iterato soluat, vide in *§. Famulus n.11.* vbi breuius hæc requisita compilantur.

Compensatio crediti dotalis, an, & quatenus opponi, 48
& dari possit cum rebus amotis, vel pretio rerum amotarum à vidua post mortem viri, dummodò tamen amotio sit certa, & liquida, saltem in substantia, vel per instrumentum publicum, vel per confessionem, vel per rem iudicatam, ita vt non sufficiat præsumptio, quòd iocalia, & alia muliebria sint penes vxorem, nisi probetur illorum existentia apud vxorem de tempore proximo mortis viri, vt teneatur ad illorum restitutionem, nam huiusmodi existentia non probata præsumuntur potius peruenisse ad hæredes viri ad excludendam occultationem, & delictum vxoris, & alia ad rem, plenè Rota *par.18. recent. decis.194. 245. & 378. per tot.* dixi *in verbo Mobilia n.8.*

§. COMPROMISSVM. XXVIII.

Compromissum cùm sit quædam transactio, & com- 1
positio inter partes, maximè si fiat non in arbitrum, sed in arbitratorem, tollit facultatem redeundi ad iudicem, & coram illo causam prosequendi, sed est expectandum laudum, ex quo oritur nouatio extinctiua, etiam quoad primos fideiussores, Gratian. *discept. forens. cap 557. n.20. & seqq. ad 34.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.13. tit.7. n.117. fol.71.*

Quòd compromissum voluntarium non retardet executionem præsertim obligationis Cameralis, secus autem si sit necessarium vigore statuti factum, Marescott. *var. resolut. lib.2. c.121. n.89. & seqq.*

Quid sit compromissum, & eius natura, Tusch. *litt.C. conclus.497.* & alia plura latè Marc. Ant. Bianc. *in suo tract. de compromiss. per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Compromissum per tot.* Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.19. & 20. per tot.*

Continet in se tacitam conditionem vt in eo deducta, censeantur apposita quatenus laudum sequatur Alex. *cons. 21. vol.1.* Rota *p.2. diuers. decis.171. n.1.*

Quando dicatur purum, vel conditionale, Tusch. *loc. cit. conclus.521.*

Quòd resoluatur per comparationem vtriusque partis post compromissum coram iudice ordinario, ita vt videatur ab illo recessum, perinde ac si numquam fuisset factum, cùm etiam facto compromisso partes non prohibeantur adire iudicem ordinarium, *l. litigatores, l. non distinguemus, §. summa, & l. si quis rem ff. de arbit.* Bart. *in l. qui fide n.3. ff. de transact.* Bald. *cons.342. n.1. & seqq. lib.3.* vbi benè distinguit Lancellot. *de attent. p.2. c.13. n.6.* & Tondut. *de præuent. p.2. c.4. per tot.* Pac. Iordan. *loc. cit. n.146. &c. fol.73.* Rota *p.12. recent. decis.127. num.2. &c.* Caualer. *decis.300. mihi pagina prima*, vbi fuit conclusum pro validitate carcerationis factæ vigore mandati, super quo, & omnibus alijs differentijs erat factum compromissum, vide Tusch. *litt. C. concl. 324. per tot.* vbi an pendente compromisso possit agi via ordinaria.

Et qualiter pendente compromisso non currant fatalia coram iudice, Gratian. *decis.173. per tot.* Tusch. *loc. cit. conclus.325.* vbi quando compromissum suspendat instantiam, vel non, Leoncil. *decis.75. num.5.* vbi quòd suspendit iurisdictionem.

An si pendente vno compromisso fiat aliud, secundum tollat primum, & quomodo, Tusch. *loc. cit. conclus.327.*

Compromisso pendente, an & quando comittantur attentata, & arbitri possint illa reuocare, & an possit dimissis arbitris recurri ad iudicem ordinarium per vnam partem soluta pœna, vel per ambas partes absque solutione pœnæ, plenè Lancell. *de attent. part.2. cap.15. per tot.*

Compromissum æquiparatur transactioni, & est nul- 2
lum si fiat calumniosè super re clara, & non dubia, latè Magon. *decis. Flor.85. per tot.* vide *in §. Transactio num....*

Est etiam nullum quando non fit ad euitandum odia litium,

litium, sed in fraudem petitur, cùm ab omni dispositione excludatur quod in fraudem factum est, Afflict. *decis.* 84. Ioseph. Feliu. *in Margarit. var. conclus. verb. Compromissum* 2.

3 Compromissum fieri non potest super testamento, & re liquida, nisi habens instrumentum, vel rem liquidam consentiat, cùm tunc videatur fauori suo renunciare, Magon. *decis. Flor.* 119. *numer.* 1. Capyc. *decis.* 48. *per tot.* vide in §. *Statutum de compromissis num*.... Ioseph. Ludouic. *decis. Lucub.* 26. *per tot.*

Quòd non comprehendat res iam per sententiam decisas, nisi expressè fuerit renunciatum sententiæ, Surd. *decis.* 185. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 226. *numer.* 14. Altograd. *cons.* 21. *num.* 5. *lib.* 1. *& cons.* 102. *num.* 43. *lib.* 2. Ricc. *Collect.* 3622. vbi quòd non potest fieri super re iudicata, & quando secus.

Quòd censeatur comprehendere tantùm id, quòd inter partes erat controuersum, & non alia diuersa, ita vt laudum postea corruat ex defectu potestatis, nisi fiat pro bono pacis, & quomodo intelligatur hoc bonum pacis ad effectum sustinendi laudum, vide latè Altograd. *dict. cons.* 102. *num.* 42. *& seqq. per tot. lib.* 2. & dixi in §. *Laudum num.* 12.

Ad quæ extendatur compromissum generale, vel non, qualiter interpretandum & huiusmodi, Tusch. *litt. C. concl.* 519. *& seqq.* Martha *vot. Pis.* 223. *n.* 10. *& seqq.* vbi plura pro comprehensione omnium excogitabilium, Vrceol. *consult. forens. cap.* 99. *per tot. vol.* 2. vbi de transactione generali vide in §. *Transactio num*....

4 Compromissum super testamento, vel dependentibus ab eo fieri non potest, nisi visis, & consideratis verbis ipsius testamenti, etiam si apponatur iuramentum, quia non ob id censetur derogatum, *l. de his ff. de transact.* Magon. *decis. Flor.* 119. *numer.* 4. *&* 5. vide in §. *Renunciatio num.* 11. *&* 13. Paol. Christin. *decis. Belgic.* 84. *vol.* 1. vbi tamen quòd sciens satis dicitur vidisse oculis intellectus, & sic data scientia contentorum in testamento cessare dispositionem *d. l. de his*, quòd latiùs comprobat etiam Merlin. *decis.* 226. Fusar. *de substitut. quæst.* 594. *per tot.* vide in §. *Transactio numer.* 6. vbi quando non sufficiat videre verba, sed opus sit illa intelligere ad Rota *part.* 13. *decis.* 491. *num.* 11.

Et si fuerit latum laudum cum clausula, *iuxta tenorem testamenti*, perinde est ac si fuerit facta indiuidua, & singularis expressio verborum omnium testamenti cum omnibus suis qualitatibus, vt probat Martha *vot. Pis.* 223. *num.* 1. *&c.*

5 Compromissum debet præcedere laudum, cùm omnis potestas arbitri ex illo pendeat, præsumeretur tamen vbi laudum esset præsentibus partibus, & non contradicentibus latum, Gratian. *decis.* 64. *numer.* 6. *& seqq.* vide in §. *Laudum numer.* 4. *&* 5. Rota *part.* 9. *recent. decis.* 307. *num.* 5. *&c.* vbi quòd si non appareat compromissum, non potest sustineri laudum, *& part.* 13. *decis.* 235. *n.* 9. *& seqq.* vbi etiam de beneplacito Apostolico necessario, si agatur de iurisdictione Ecclesiastica, Martha *vot. Pis.* 163. *n.* 1. *&c.* vbi quòd laudum non probat, & est nullum si non constat de compromisso.

Quòd tota vis compromissi pendeat à conuentione partium, ita vt si dictum fuerit, quòd causa remanente indecisa, partes remaneant in eodem statu, & terminis, in quibus erant ante compromissum, non attendantur testes, nec alia acta coram arbitris facta, licèt aliàs cessante dicto pacto quandoque essent attendenda, Caualer. *decis.* 327. *num.* 2.

Quòd compromissum verbo fieri non possit in arbitros, sed requirat scripturam, licèt in arbitratores valeat sine scriptura, Iodoch. *pract. ciuil. c.* 504. *n.* 4. Imò quo etiam ad arbitros valere sine scriptura videretur tenere Magon. *decis. Flor.* 119. *n.* 1.

Qualiter autem inducatur tacitum compromissum, & non minus facto quam verbis possit probari, si partes præsentes nullo alio facto compromisso, petant ferri laudum, nam qui vult consequens, censetur velle omne necessarium antecedens, Anchar. *cons.* 261. Alex. *cons.* 84. *lib.* 5. Tusch. *litt. C. concl.* 513. *per tot.* Franc. Maur. *decis.* 440. Afflict. *decis.* 117. Viui. *decis.* 131. Nouar. *in Prag. Regn. Collect.* 19. *n.* 32. *& Collect.* 20. *n.* 1. Gratian. *decis.* 64.

Et quòd possit probari per testes etiam mediatores, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 530.

Quòd præsumatur compromissum vbi laudum præsentibus, & non contradicentibus partibus latum apparet, Cacheran. *cons. feud.* 5. *numer.* 49. Mascard. *de probat. conclus.* 336. vbi intelligit de laudo antiquo saltem per decennium, Bertachin. *in Repert. verb. Compromissum in principio.*

6 Compromissum in quo datur facultas arbitris generaliter eligendi tertium, non videtur sustineri, quia in illo tertio assumendo, possent arbitri dissentire, & sic compromissum sine effectu remanere, *l. item si vnus §. si in duos ff. de arbit.* Caualer. *decis.* 327. *n.* 5. vide Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 63. *& seqq. fol.* 67. vbi plura de electione tertij, & quomodo possit sustineri compromissum, si tertius eligendus sit persona certa de consensu partium, vide latè Tusch. *litt. C. concl.* 508. *per tot.* Merlin. *decis.* 753. *per tot.* vbi etiam quid si vnus ex arbitris mortuus sit.

Si tertius electus, ab vtroque arbitro discordet, an illius sententia præualeat, vide Gabriel. *com. conclus. tit. de arbit. conclus.* 1. relatum à Iordan. *loc. cit. num.* 68. dixi in §. *Periti num*.... Sanfelic. *in Praxi sect.* 41. *num.* 19. *&c.* vbi quòd tertius non potest procedere, nisi prius constito de discordia aliorum.

7 Compromissum potest generaliter fieri de quacumque re, & causa, quæ non sit specialiter prohibita compromitti, prout regulariter prohibetur in causis criminalibus, matrimonialibus, spiritualibus, irrogantibus infamiam, & similibus, Specul. *tit. de arbitr.* §. 3. cum alijs per Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *numer.* 45. *& seqq. fol.* 65. Tusch. *litt. C. concl.* 498. *& seqq.* vbi latè quæ possint compromitti, & quæ non, an semel laudata, qui possint compromittere, vel non, in quas personas compromitti, & huiusmodi, Nouar. *in Prag. Regni Collect.* 19. *per tot.*

Quòd non possit fieri compromissum de feudo in arbitrum, neque in arbitratorem sine Domini consensu, Cacheran. *cons. Feudal.* 16. *numer.* 4. *& seqq. infr. num.* 14. *& seqq.*

Item nec in causis criminalibus, & quid si essent ciuiliter intentatæ, Afflict. *decis.* 84. Ioseph. Feliu. *in Margarit. var. concl. verb. Compromissum* 2.

8 Compromissum factum sub certa forma pronunciandi est nullum, cùm arbitri potestas debeat esse libera, aliàs non diceretur arbiter, sed merus executor, Rom. *cons.* 141. *&* 175. Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 286. *n.* 17. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 7. *n.* 61. *fol.* 66. vbi quòd non potest fieri compromissum vt feratur certa sententia, Tusch. *litt. C. conclus.* 528. *n.* 4. *&c. concl.* 529. vbi quando compromissum sit nullum in totum, vel in parte.

9 Compromissum non habet effectum, & nihil operatur antequam fuerit acceptatum, Gratian. *discept. forens. cap.* 516. *numer.* 27. *& seqq.* Gabriel. *com. concl. tit. de arbitr. lib.* 2. *concl.* 2. *per tot.*

Et ideò tempus ad laudandum assignatum, non currit, nisi à die acceptationis, vt dixi in §. *Laudum num.* 3. Tusch. *litt. C. conclus.* 515. *& seqq.* vbi quando compromissi tempus currere incipiat, an currat tempore feriato &c.

Quo ad obligationem tamen attenditur tempus compromissi, idem Tusch. *loc. cit. concl.* 517. *per tot.*

Quando fuit factum præsentibus arbitris, & acceptantibus, statim currere incipit dies compromissi, Boer. *decis.* 283. *num.* 1. *&c.* vbi etiam latè quanto tempore duret tam in arbitro, quàm in arbitratore, si tempus præfixum non habeat.

10 Compromissum ex forma statuti, potest de iure peti etiam post litem contestatam, dummodò antequam fiat publicatio in causa, nisi aliud tempus fuerit à statuto assignatum, intra quod possit, vel debeat peti, Ias. *in l.* 1. *in* 4. *not. ff. de transact.* Capyc. *decis.* 48. *numer.* 5. vide in §. *Statutum de compromissis num*..... Ricc. *Collect.* 79. vbi plura Scaglion. *in Pragmat. Regni tit. de comprom. fol. mihi* 106. *& seqq.* vbi plura de hac materia Sanfelic. *in Praxi sect.* 41. *per tot.*

11 Compromissum debet fieri vigore statuti, super articulo, an causa sit compromissibilis, vel ne, quando per vnam ex partibus negatur consanguinitas, vel affinitas, vel quid aliud, quod possit esse causa compromittendi, & id per articulum facti, & non iuris, ad tradita per Bart. & Fulgos. *in l. pen. circa finem C. de pact.* Capyc. *decis.* 7. *numer.* 1. *&* 2. Thomar. *decis.* 6. *& decis.* 47. vbi plura de compromisso vigore statuti fiendo inter coniunctos

in quæstionibus facti, & iuris dubij, non autem iuris clari, in dubio pronunciandum esse pro compromisso tamquam fauorabili, & alia, Sanfelic. *in Praxi sect. 41. num.6. &c.*

12 Compromissum fieri non potest iudicem ordinarium tamquam in arbitrum, sed benè tamquam in arbitratorem, & amicabilem compositorem, Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. num.*174. quamuis de iure canonico possit vtroque modo fieri, vt ibidem Ricc. *Collect.*1003. vbi ponit quatuor limitationes, *& Collect.*1480. Nouar. *Prag. Reg. Neap. Collect.*151.

Non etiam fieri posse in Religiosum professum sine licentia superioris, vide Gratian. *decis.64. numer.8. & seqq.*

13 Compromissum factum in arbitratorem habentem interesse in causa, est nullum, sicut etiam si esset factum per metum, Gratian. *discept. forens. cap.586. numer.55. & seqq.*

Quòd in re sua, siue in totum, siue pro parte nullus arbiter esse possit, *l. pen. & l. ne quis ff. de arbit.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.13. tit.7. n.44. fol.64.*

14 Compromissum fieri non potest super rebus prohibitis alienari, quia non possunt alienare, nec etiam compromittere valent, cùm ex compromisso possit sequi alienatio, Rom. *cons.369. n.18.* Pic. *ad stat. vrb. glos.7. numer.55.* Gratian. *discept. forens. cap.379. n.10. & cap.586. n.52.* Montan. *de tut. cap.33. n.127. & seqq. fol.*142. vide in §. *Statutum n.9.* Merlin. *decis.205. per tot.* Fusar. *de substit. qu.708. per tot.* vbi limitat non procedere in compromisso necessario *inf. num.*20.

Quod imò valeat cùm possit esse, quod per laudum non sequatur alienatio, vt quia fortè laudabitur, rem debere remanere penes alienare prohibitum, & sic eius validitas, vel inualiditas pendeat à futuro euentu, Capyc. *decis.93. n.4.* Blanch. *de compromiss. quæst.4.* Cephal. *cons.772. num.2. lib.5.*

Quòd etiam minor, & pupillus cogatur ad compromittendum vigore statuti, & quando non possit habere causam ad tribunal Principis vigore *l. vn. C. quando Imper. inter pipil. & vid.* Sed potius sit compellendus ad compromissum vigore dicti statuti, Ciarlin. *controu.102. per tot.* vide in §. *Minor n.31.* §. *Statutum de comprom. n.9.* Sanfelic. *in Praxi sect.41. n.7.*

15 Compromissum factum de rebus Ecclesiasticis, vel vbi adest Clericus reus, in laicum dicitur nullum, tamquam factum in non habentem iurisdictionem, & qualiter possit sustineri de consensu Episcopi, vel Vicarij tam ab initio, quàm post laudum sequutum, latè Gratian. *discept. forens. cap.379. per tot. cap.674. numer.13. & cap.732. n.16. &c.* Caualer. *decis.329. n.4.* Tusch. *litt. C. conclus.505. per tot.*

Qualiter huiusmodi compromissum de bonis Ecclesiasticis, vel etiam de actione, & iure ad illa competente, factum in laicum sit nullum, ita vt non obstante iuramento, possit ab ipso Rectore compromittente, tam per viam actionis, quàm acceptionis impugnari, nec valeat in eius præiudicium, cùm sit ipso iure nullum, nec possit pœna adiecta exigi, latè, & pulchrè Altograd. *cons.17. per tot. lib.*1. vbi omnibus obiectis satisfacit.

Quòd imò compromissum factum de re spirituali, vel quasi in laicum tanquam arbitrum, & arbitratorem, sit validum, cùm etiam laici possint esse arbitratores in spiritualibus, vel quasi, Rom. *cons.173.* Gratian. *cons.87. num.10. lib.1.* cum alijs quos refert, & sequitur Caualer. *decis.118. num.1.* Tusch. *d. conclus.505. num.12. &c.* vide in §. *Clericus num.58. in fine* §. *Sententia num.5. &* §. *Iudex num. 30. & 31.*

Valeret etiam, si cum laico eligatur Clericus, quia ipse trahit, & non trahitur, Speiel. *decis.8. n.49.* vide in §. *Laudum n.7.* Tusch. *d. concl.505. n.2.*

Quòd Cleriei possint compromittere in arbitrum laicum, non autem consentire in iudicem sæcularem, quia iudex habet iurisdictionem, quam non habet arbiter, Rota post Merlin. *de pig. decis.96. n.25. & 26.* facit quod dixi in §. *Clericus num.58.* Thom. Triuis. *decis.17. per tot.* vbi quando sit valida sententia iudicis laici inter personas Ecclesiasticas, & non possit impugnari.

16 Compromissum factum cum potestate prorogandi toties quoties voluerit arbiter, non durat post binam prorogationem, Alex. post Bart. *in l. qui bona* §. *fin. ff. de dam. infect.* Afflict. *decis.46.* Rom. *cons.504.* Addit. ad Pract. Papp. *for. comprom. glos. infra duos menses, &c.*

Contrarium tenet Marant. *part.6. tit. de compromiss. num.4.*

Debet autem prorogatio fieri, durante adhuc tempore compromissi, nam post illud expiratum non potest prorogari, *l. eius qui ff. si cert. pet.* Caualer. *decis.327. num.3.*

Et huiusmodi prorogatio fieri potest etiam per epistolam, vel nuncium, dummodò ipsis partibus intimetur, aliàs sententia esset nulla, licèt dictum fuerit, quòd fieri possit partibus absentibus, & ignorantibus, & licèt ipsæ partes renunciauerint dictæ intimationi, Genu. *de script. priuat. lib.3. quæst.27. fol.*137. vbi etiam quòd ipsum compromissum per epistolam fieri potest, Sanfelic. *in Praxi sect.41. n.21. &c.*

An autem facta prorogatione dicatur idem compromissum, quid istud importet, quomodò fiat prorogatio, & alia, Tusch. *litt. C. concl.518. per tot.*

Quòd mensura temporis prorogati non possit esse maior, quàm mensura temporis principalis, Cæpol. *in repet. l. si fugitiui C. de ser. fugit. n.45.*

Compromissa fieri solent sub pœna, & pœna potest exigi, Gratian *discept. forens. cap.929. num.18.* vide in §. *Pœna num.3.* 17

De diuersis compromissorum pactis, & formulis, & quid operentur, Tusch. *litt. C. conclus.511. & 512. per tot.*

Quando tamen pœna esset adiecta compromisso ipso iure nullo, non habita in specie consideratione nullitatis, non est locus pœnæ, cùm huiusmodi promissio sub pœna habeat tacitam conditionem, si iustè, & validè laudatum fuerit, & non incidat in pœnam, qui ex causa iusta non paret laudo, prout nec potest exigi quando accessit actui à iure reprobato, vt benè probat videndus Altograd. *cons.27. numer.39. & seqq. ad 48. lib.1.* Martha *vot. Pis.7. per tot.* vbi latè probat pœnam non posse exigi, cùm promissio intelligatur si arbiter iustè fuerit arbitratus, aliàs obstat exceptio doli, quid si pœna esset applicanda fisco, & alia ad rem.

In contrarium, quòd pœna ob contrauentionem debeatur, non obstante nullitate, & iniustitia laudi, vide per Bardellon. *cons.171. n.8. & 9. lib.2.*

Quando compromittens dicatur contrauenire, vt incidat in pœnam, Tusch. *litt. C. concl.526. per tot.*

Compromittentes possunt petere reductionem ad arbitrium boni viri, etiam si illi cum iuramento renunciauerint, quando laudum fuit dolosum, vel cum magna læsione, nam iuramentum, vel pœna, intelligitur sub illa conditione si laudum fuerit æquum & sine magna læsione, Pract. Papp. *for. comprom. glos. Nec reductio peti num.3. cum Addit.* Gabriel. *com. concl. tit. de arbitr. conclus.3.* Ias. *in l. quidam cum filium num.21. ff. de verb. oblig.* Marant. *part.6. art.2.* Duen. *reg.36. verb. Affinis,* Gratian. *discept. forens. cap.148. n.15. &c.* Altograd. *cons.102. n.28. lib.2.* Pac. Iord. *Lucub. vol. 3. lib.13. tit.7. num.97. & seqq. fol.69.* vide in §. *Laudum num...* Trentacinq. *var. resol. lib.2. tit. de arbitr. conclus.3.* Merlin. *decis.753. n.10.* 18

Cautelas plures, vt non possit peti reductio ad arbitrium boni viri, docet Cæpol. *caut.199.* & facit Gratian. *discept. forens. cap.767. n.68.* Ioseph. Ludouic. *decis. Luc. per tot.* vbi quòd omnes sunt periculosæ, & nulla potest dari cautela, quæ impediat recursum stante magna læsione arbitrio iudicis æstimanda, & an pendente recursu, possit laudum executioni mandari.

Et quòd non obstante renunciatione reductionis ad arbitrium boni viri, sub quacumque verborum formula, non impediatur recursus contra laudum, Caualer. *decis. 292. n.6.* & dixi *in meis resol. cap.55. num.46. &c.* Ioseph. Ludouic. *d. decis.27.*

An compromittens, qui in laudo succubuit possit redire ad iudicem appellationis, Paul. Christin. *decis.210. num. 18. & seqq. vol.5.* vbi quòd non prohibetur si pœnam soluat, nisi adsit clausula, *toties quoties*, vel nisi laudum fuerit emologatum expressè, vel tacitè, vel simus in arbitratore.

Compromissum finitur pluribus modis, nempè lata sententia super omnibus in eo contentis per lapsum temporis, per mortem arbitri, vel alterius ex compromittentibus, nisi expressè actum fuerit de hæredibus, & per 19

iustam

iuſtam excuſationem arbitro ſuperuenientem, putà inimicitiæ, infamiæ, occupationis, aduerſæ valetudinis, abſentiæ, Clericatus, Monacatus, banni, & ſimilium, per voluntarium partium conſenſum expreſſum, vel tacitum, ſublata obligatione, de qua erat quæſtio, commiſſa ſemel pœna, & ſimilibus modis, Specul. *tit. de arbitr.* §.5. Pract. Papp. *for. comprom. gloſ. vlt.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.13. tit.7. numer.131. & ſeqq. fol.72.* latè Tuſch. *litt. C. concluſ.531. per tot.* Sebaſt. Medic. *tract. mors omnia ſoluit, part.2. num.63.* Concıol.com Romaguer. *ad ſtat. Eugub.lib.2.rub.27.per tot.* vbi plura, & plures allegant.

Qualiter expiret propter dignitatem ſuperuenientem in arbitro, & an tranſeat in ſucceſſorem quando fuit factum ſub nomine officij, & dignitatis, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.373. per tot.* Cacheran. *conſ. feud.20. n.3.* vbi quòd factum ſub nomine dignitatis tranſit in ſucceſſorem, niſi in eum cadat diffidentia.

Qualiter annulletur per mortem ſiue naturalem, ſiue ciuilem alterius ex compromittentibus, nec tranſeat ad hæredes, etiam ſi iam in cauſa ſit concluſum, quia arbitrium eſt ſtricti iuris, & non extendibile, niſi expreſsè dictum ſit pro ſe, & hæredibus, & ſic ab vtraque parte ſit facta mentio hæredum, vel niſi iam ſit lata ſententia, quia tunc eius effectus tranſiret ad hæredes, vel niſi agatur de compromiſſo ab Vniuerſitate, vel à Prælato ſub nomine dignitatis facto, quia tunc etiam mortuis compromittentibus, tranſiret ad ſucceſſores, benè probat Duen. *reg.128. per tot.* vide Tuſch. *d. concluſ.531. num.11. & ſeqq.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Luc.37. per tot.* vbi qualiter expiret per mortem vnius ex arbitris, vel ex compromittentibus, niſi hoc vltimo caſu ſit facta mentio hæredum, Cacheran. *d. conſ.20. n.1. & c.*

Alia ad hanc materiam vide in §. *Arbiter*, §. *Laudum*, & §. *Statutum de compromiſſis*, & dixi *in reſolut. cap.55. & 57. per tot.* latè Marc. Ant. Blanc. *tract. de comprom.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.85. per tot.* Sanfelic. *in Praxi ſect. 41. per tot.* Ciarlin. *controu.170. per tot.* vbi plura ad euitandum compromiſſum à ſtatuto ordinatum, & Nouar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.19.* vbi plura notabilia de hac materia, & *Collect.20.*

20 Compromiſſum fieri non poteſt de rebus fideicommiſſi in præiudicium vocatorum, nec laudum indè ſequutum illis præiudicat, niſi conſenſum præſtiterint, vel niſi eſſet factum de mandato iudicis, vel vigore ſtatuti, vel niſi eſſet mota lis, & aduerſarius poſſideret, vel niſi vocati eſſent hæredes compromittentis cum declarationibus, de quibus Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.563. per tot. & quæſt.597.* facit quod dixi *in* §. *Heres num.16. &* §. *Tranſactio n.10. ſupra n.14.*

21 Compromiſſum vigore ſtatuti fieri debet inter actorem, & auctorem à reo nominatum, & laudatum ſi ſit conſanguineus dicti actoris, quia auctor per nominationem fit dominus litis, Bart. *in l.2. C. vbi in rem act.* Marant. *in prax. part.6. membr.6. princip.* Muſcatel. *in prax. part.3. gloſ. nominet. numer.24.* Ioſeph. Felyn. *in Margarit. var. concluſ. verb. Compromiſſum* 1. vide *in* §. *Statutum de compromiſſis num.7.* vbi referuntur contrariæ opiniones.

Et ſi conſanguineus cedat iura ſua extraneo contra conſanguineum, ceſſionarius non poteſt vigore dicti ſtatuti compelli ad compromittendum vbi ceſſio proceſſit ex cauſa oneroſa, ſecus autem ſi ex cauſa lucratiua obtinuerit ceſſionem, Carpan. *ad Stat. Mediolan. tom. 1. cap.115. num.80.* Olea *de ceſſ. iur. tit.6. quæſt.11. num.47.* vide *in d.* §. *Statutum num.7.* vbi alio modo diſtinguitur, an agatur vtili actione nomine proprio, vel directa nomine cedentis.

22 Compromiſſum ſi ſemel factum expirauit, an poſſint partes compelli ad iterum compromittendum, dic quòd ſi ſumus in compromiſſo neceſſario vigore legis, vel ſtatuti, poſſunt compelli ad iterum compromittendum; ſi verò in compromiſſo voluntario ex diſpoſitione hominis, ſufficit ſemel fuiſſe compromiſſum, Hypolit. *ſing.171.* Donat. Anton. de Marin. *lib.1. reſolut.65. in fine*, Sanfelic. *in Praxi ſect.41. num.17.* dixi in meis *reſolut. cap.55. n.23. & ſeqq.* vbi melius declaraui, & in hoc Opere §. *Statutum de compromiſſis n.2.*

23 De compromiſſis multa deciſiuè notat Thoro *compend. deciſ. Neap. part.1.2. & 3. in verb. Compromiſſum*, & alia remiſſiuè Ægid. Caſteion. *in alphab. iurid. verb. Arbiter*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. part.4. verb. Compromiſſum fol.283. & c.* vbi indicat Auctores materiam compromiſſorum tractantes.

Compromiſſum non poteſt fieri ſuper eo, quod iam fuit deciſum per ſententiam in iudicatum tranſactam, nec in quæſtione clara, & ſuper liquido, ita vt non poſſit fingi lis vbi non adeſt, Cyriac. *controuerſ. 350. num.11. & ſeqq.* 24

§. COMPVTATIO. XXIX.

Computatio graduum circa matrimonialia fieri debet inſpecto iure Canonico, in alijs verò diſpoſitionibus, & ſucceſſionibus etiam in Terris Eccleſiæ inſpecto iure ciuili, latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.77. per tot.* Pac. Iord. *Lucub. vol.2. lib.10. tit.26. n.35. & c. fol.417.* vbi loquitur in materia beneficiali, & concludit extra matrimonialia attendendam eſſe computationem iuris ciuilis, niſi agatur de certo gradu conſtituendo, Garzia *de benef. part.7. c.15. & c.* cum alijs per eos citatis, Altograd. *conſ.46. numer.3. & 4. & conſ.47. num.1. & ſeqq. lib.2.* vbi limitat, niſi ſtatutum expreſsè diſponat ſeruandum eſſe ius canonicum etiam in ſucceſſionibus, quòd facere poteſt, & licèt loquatur de ſucceſſionibus ab inteſtato, procedit etiam in ſucceſſionibus ex teſtamento, vt ibidem latè probat, reiecto Andreol. contrarium tenente hoc vltimo caſu in ſuis *contr. cap.168. lib.2.* & ibidem Altograd. *conſ.95. num.13. & ſeqq. lib.2.* vbi quòd cauſa teſtati regulatur à cauſa inteſtati. 1

Quòd in materia ſucceſſionum, vel alia ſimili ad ius ciuile ſpectante, vbi fit mentio graduum, à ſtatuto, ſit facienda computatio ſecundùm ius ciuile, non autem ſecundùm ius canonicum quantumcumque poſterius editum, niſi agatur de matrimonio, benè probat Magon. *deciſ. Flor. 105. n.4. & ſeqq.* Peregrin. *deciſ.138. n.16.* Rota *p.14. recent. deciſ.157. n.6. & ſeqq.* vbi limitat niſi aliter per ſtatutum diſponatur.

Quid autem ſi in vna parte ſtatuti fiat mentio de computatione graduum ſecundum ius canonicum; & in alia parte ſimpliciter fiat mentio de gradu, an ſemper debeat intelligi ſecundum ius canonicum, dic quòd ſic, quando ſumus in vno, eodemque ſtatuto de eadem materia loquente, Magon. *d. deciſ.105. num.12. & ſeqq.* vbi etiam latè declarat quid dicendum, quando eſſemus in diuerſis ſtatutis, de quo vide Rota *p.14. recent. deciſ.157. n.6. & ſeqq.*

Et quid ſi aliqui inſpecto iure canonico eſſent inter ſe pares in gradu, inſpecto verò iure ciuili, alter eſſet proximior, vt ſæpè contingit inſpecta differentia dinumerationis graduum, an tunc æqualis de iure canonico, & proximior de iure ciuili, ſit præferendus ob duplicitatem vinculi, quæ in illo concurrit, latè declarat Iacob. Federig. penes Altograd. *conſ.95. n.165. & ſeqq. per tot. lib.2.* vbi concludit, quòd ſtante ſtatuto, vt attendatur ius canonicum, talis duplicitas vinculi, non habetur in conſideratione tamquam impertinens reddita à ſtatuto, multos tamen pro vtraque parte allegat, & vide ibidemque *n.180. & c.* dixi *in* §. *Frater num....*

Computatio graduum de iure canonico in linea tranſuerſali inæquali, ſit hac regula attenta, nempè quod, Quoto gradu remotior diſtat à ſtipite communi, eodem gradu diſtant tranſuerſales inter ſe dempto ſtipite, Magon. *deciſ. Flor. 105. n.1. & c.* latè Altograd. *conſ.46. n.19. & conſ. 47. n.18. & ſeqq. per tot. lib.2.* vide de ratione, & obſeruantia, & *conſ.95. n.1. & ſeqq. lib.2.* 2

In linea verò æquali, Quoto gradu vnuſquiſque diſtat à communi ſtipite, eodem gradu diſtant inter ſe tranſuerſales, idem Altograd. *conſ.46. num.14. & 18. conſ.47. num. 18. lib.2.*

Quòd de iure ciuili vnaquæque perſona faciat vnum gradum, & ideò ad cognoſcendum quoto gradu ſint inter ſe tranſuerſales, dinumerantur perſonæ omnes aſcendendo vſque ad ſtipitem communem, & poſtea deſcendendo à ſtipite communi per eamdem dinumerationem vſque ad perſonam, de qua quæritur, & tot erunt gradus, quot ſunt perſonæ intermediæ dempto ſtipite, idem Altograd. *d. conſ.46. n.6. lib.2.*

In hac materia computationis graduum communiter tradunt tres regulæ cum differentia inter ius ciuile, & canonicum.

Prima regula est in linea directa ascendentium, & descendentium absque vlla differentia inter ius ciuile, & canonicum. Quot sunt personæ in illa linea, inclusis illis, de quibus quæritur dempta vna, tot sunt gradus.

Secunda regula est, in linea transuersali, quoad personas, quæ æqualiter distant à stipite, secundum ius ciuile. Quoto gradu vnus eorum distat a stipite, toto grado duplicato distant inter se; secundùm verò ius canonicum, non duplicatur gradus.

Tertia regula est, in linea transuersali, quoad personas, quæ inæqualiter distant à stipite, secundum ius ciuile. Quot sunt personæ inclusis illis, de quibus quæritur, & incluso stipite, vna persona dempta, tot sunt gradus, quibus illæ personæ distant inter se; secundùm autem ius canonicum, quo gradu remotior distat a stipite, eodem gradu distant inter se, vna dempta vt supra, sicuti colligitur ex declaratione, quam faciunt Interpretes ad arborem consanguinitatis, *& in tit. Instit. de grad. cognat.* & benè Oinot. *Instit. de imp. fol. mihi* 26. *&* 27. Card. Tusch. *litt. G. concl.* 46. *per tot.*

Computatio autem graduum affinitatis fit eodem modo cum gradibus consanguinitatis, nam quoto gradu consanguinitatis aliqua persona à me distat, eodem, & toto gradu affinitatis persona illis coniuncta per matrimonium, vel coitum à me distabit, *glos. in l. non facilè §. gradus ff. de grad.* & dixi in §. *Affinitas n.* 3.

3 De diuersis computationibus, scilicet annorum, graduum, vitæ, vocum, dierum, rationum, & huiusmodi, qui tractent, indicant Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. p.* 4. *verb. Computatio, fol.* 286.

§. CONCLVSIO. XXX.

1 CONclusio in causa operatur vt nihil amplius dici, produci, vel opponi possit, quod tamen recipit nonnullas ampliationes, & plures limitationes, quid sit, 4 quando censeatur inducta, an sit de substantia, an post illam possit peti compromissum, vel consilium sapientis, vel iuramentum calumniæ, an attentata reuocari, an fieri transitus ad petitorium, & alia plura singillatim vide per Asin. *in Prax.* §. 23. *per tot.* Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *qu.* 35. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 183. Gratian. *discept. forens. cap.* 206. *n.* 29. *c.* 438. *& c.* 156. *in fine,* Tusch. *litt. C. concl.* 559. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 85. 1034. *&* 3480. Gizzarel. & Addent. *decis.* 41. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 242. *per tot.* Bertachin. *in Repert. verb. Conclusio per tot.* Sanfelic. *decis.* 146. vbi qualiter possit committi recognitio scripturarum post conclusum in causa, & alia, idem Sanfelic. *decis.* 313. vbi quòd etiam possunt recipi testes, & scripturæ ad declarationem testium, & scripturarum in termino productarum, & in Praxi *sect.* 58. *n.* 27. *& seqq.* vbi plura, Fontanel. *decis.* 370. *&* 371. *per tot.*

Quando in causis summarijs admittantur probationes etiam post conclusum in causa, Gratian. *decis.* 198. *numer.* 25. *&c.*

2 Conclusione in causa non obstante potest iudex ex officio inquirere valorem rei ad cognoscendum an sit locus rescissioni contractus ob læsionem, quamuis in termino assignato nihil, vel non sufficienter fuerit deductum per partes, quod procedit etiam in similibus, Gratian. *discept. forens. cap.* 258. *n.* 44. *& seqq.*

Quòd possit iudex ex causa etiam parte opponente conclusionem causæ reuocare, intelligendo quando fuit facta ab ipso iudice, secus si à partibus, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 63. *numer.* 2. *&* 3. vide Gratian. *decis.* 198. *per tot.*

Quòd in causis summarijs teneatur iudex non tantùm ex officio, sed ad instantiam partis etiam post conclusum in causa, interrogare partes vbicumque æquitas ita suadet pro indaganda veritate, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 1. *numer.* 95. *&* 96. *fol.* 9. facit Sanfelic. *decis.* 313. *num.* 5. *&* 6. vbi generaliter quòd iudex potest reaudire testes ad declarationem depositionum, etiam post didicita testificata, vide in §. *Testes num.* 25. *&c.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 58. *num.* 27. *& seqq.* vbi ponit quinque limitationes, in quibus non obstante conclusione in causa possunt fieri aliæ probationes.

3 Conclusio in causa, & citatio ad sententiam remanet reuocata, & circumducta, ac expirat per admissionem nouorum iurium factam etiam cum protestatione absque præiudicio sententiæ, citationis, ac termini pro seruato habiti, & ideò ab huiusmodi admissione esset appellandum, quia sententia post illam lata est nulla tamquam sine citatione, etiam quòd citatio incideret in aliam diem post huiusmodi admissionem, & quamuis prononciaretur prout in cedula, & Actuarius non adnotaret diem subscriptionis, sed omnia poneret sub die pronunciationis, quia si appareat ea die in scriptis non fuisse pronunciatum, sententia semper esset nulla, vt benè declarat Gratian. *discept. forens. cap.* 438. *in prin. cap.* 156. *num.* 38. *cap.* 950. *numer.* 21. *& cap.* 959. *numer.* 17. & Ricc. *Collect.* 1478. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 63. *numer.* 4. latè videndus Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 8. *numer.* 148. *&c.* dixi *in* §. *Citatio numer.* 43. Thomat. *decis.* 232. *numer.* 21. *& seqq.* Ludouis. *decis.* 339. 457. 140. & alibi sæpè, Rota *part.* 13. *recent. decis.* 38. *n.* 1. vbi quòd remanet circumductum, & abrogatum etiam decretum relaxationis mandati ex noua iurium productione, *& d. p.* 13. *decis.* 149. *n.* 7. *& seqq. & decis.* 238. *n.* 8. *& seqq. in eadem causa.*

De sententia lata prout in cedula, Caualer. *decis.* 563. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *n.* 142. *& seqq. fol.* 517. vide *in* §. *Sententia num.* 9. Ridolphin. *d. cap.* 8. *n.* 255. *& seqq.*

Conclusio in causa habet vim citationis ad sententiam ex stylo Hispaniarum, vt per Ludouis. *decis.* 140. *n.* 2. & ibi Annot. *n.* 11. *& seqq. & decis.* 576. *n.* 3. 4

Idem de stylo Toletano, vt dixi in §. *Citatio num.* 56. vbi plura &c.

Qualiter in Regno Neapolitano, Afflict. *decis.* 333. *num.* 6. vbi Visil. Franch. *decis.* 261. *num.* 11. Sanfelic. *in Praxi sect.* 39.

Quid operetur in Cathalonia, Fontanell. *decis.* 370. *&* 371.

De conclusione in causa, qualiter fiat, quid operetur, & alia plura ad rem, Amat. *resol.* 71. *lib.* 2. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 12. *numer.* 5. *& seqq.* Cyriac. *controu.* 67. *num.* 10. *&c.* aliique plures citati à Castellon. *in alphabet. iurid. verb. Conclusio,* & Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *verb. Conclusio fol.* 291. *&c.* 5

§. CONCVBINA. XXXI.

CONcubina vt propriè dicatur talis, & nati ex illa dicantur filij naturales, debet esse soluta cum soluto, 1 ita vt posset inter eos stare matrimonium, cohabitare in domo, retineri in schemate concubinæ publicè, & palam, debet esse vnica, & talis, cum qua stuprum non committatur, & imparis conditionis, Nat. *cons.* 421. *numer.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 9. *numer.* 10. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 437. Mascard. *de probat. conclus.* 341. vbi ponit sex requisita, *& conclus.* 342. vbi quid stante longa cohabitatione, Seraphin. *decis.* 199. vbi quando, & ex quibus iudicetur potius concubina, quàm ancilla, Ciarlin. *controuers.* 33. 50. *&* 109. vbi plura de concubinis, Bertachin. *in Repertorio verb. Concubina,* Farinac. *q.* 138. *num.* 1. *& seqq.* vbi ponit vndecim requisita Paleot. *de noth. & spur. cap.* 12. *num.* 3. Rota *part.* 2. *diuers. decis.* 234. *per tot.* vbi quòd aliàs cessantibus prædictis nec concubina, nec filij naturales dicuntur, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 18. *num.* 6. *&c. fol.* 370. Marcian. *disput. forens. cap.* 29. *n.* 5. & habetur *in l.* 1. *& l.* 3. *ff. de concub. & in* §. *si quis autem Auth. quibus mod. nat. effic. sui,* Tusch. *litt. C. concl.* 366. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 144. *&* 145. *per tot. vol.* 3. Rota *p.* 12. *recent. decis.* 117. *n.* 28. *& seqq.* Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 1. *& seqq.*

Concubina quicquid exigat rigor iuris ciuilis vt supra, 2 de æquitate canonica, & secundum communem vsum loquendi, dicitur illa, quæ est soluta cum soluto, ad effectum habendi filios ex ea natos pro naturalibus, quod est notandum pro statutis, & legibus loquentibus de filijs naturalibus, Crauett. *cons.* 166. *numer.* 8. Gratian. *discept. forens. cap.* 31. *in princ.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 19. *per tot.* Pac. Iordan. *loc. sup. cit. numer.* 8. Rota *part.* 9. *recent. decis.* 190. *numer.* 14. *& seqq.* vbi quòd in hac materia debet vbique attendi ius canonicum, & sequuto matrimonio filij efficiuntur legitimi, & successibiles; quò tamen ad bona parentum tantùm, non autem quo alia, quæ ex fideicommisso, inuestitura, vel aliter post illorum mor-

mortem ad alios peruenire deberent, vt declarat eadem Rot. *d. par. 9. dec. 317. n. 25. &c.*

Intellige dictam conclusionem quoad effectum euitandi pœnas, ne scilicet filij dicantur nati ex damnato coitu, non autem ad effectum succedendi in hæreditate patris, Rot. *part. 2. diuers. decis. 254. num. 3. & part. 12. rec. dec. 117. n. 31. &c.* Marcian. *disput. forens. c. 29. n. 25.* vbi quòd ita fuit iudicatum contra consilium Regent. Rouit. 74. *vol. 2.* vide *in §. Filius num. 9. & n. 14.* nisi tamen fuerint legitimati per subsequens matrimonium vt supra per Rot. *d. dec. 190. & 317. & par. 12. decis. 248. n. 12. & seqq.*

Plura ad cognoscendum quinam dicantur filij naturales, & quòd debeat attendi ius ciuile, & non æquitas canonica, vide per Gratian. *discept. forens. cap. 77. n. 19. & c. 958. n. 1. & seqq.* Rot. *part. 12. recent. dec. 248. n. 15.* vbi ad effectum successionis.

Et quòd filij positio, quòd non sint legitimi, præsumantur potius spurij, quàm naturales, *glos. pen. in cap. Lator qui filij sint legit.* Bald. *cons. 180. & cons. 206. nu. 1. vol. 3.* Paleot. *de noth. & spur. cap. 20. num. 8.* Natt. *cons. 241. num. 8. & 10.* Mascard. *de probat. concl. 799. n. 3. & 4.* Peregr. *de fideicomm. art. 22. num. 90. & de iur. fisc. lib. 3. tit. 18.* Menoch. *cons. 60. n. 12.* & latè *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 54. n. 2. &c.* Marcian. *disput. forens. cap. 29. n. 3. & 4*

An nati ex fornicatio coitu habito à sponso, vel sponsa de futuro cum altero, ex ipsis dicantur naturales, vel spurij stantibus dictis sponsalibus, Dian. *par. 9. tr. 7. resol. 70.* vbi refert contrarias opiniones.

3 Concubinatus an de iure ciuili sit permissus, vel prohibitus, Menoch. *de arbitr. cas. 289. n. 17. & 18.* vbi quòd iuxta magis communem, & vsu receptam opinionem est permissus, quam tamen penes se dubiam esse dicit, cùm alij multi contrarium teneant, vide Tusch. *litt. C. concl. 566. per tot.* Clar. *§. Fornicatio n. 6. &c.*

De concubinatu prohibito, etiam de iure ciuili, vt possit puniri, etiam a iudicibus laicis, & contra concubinas Clericorum. Adde Matthæu. Sanz. *de re crim. contr. 58. per tot.* vbi plenè de prohibitione concubinatus, & eius pœnis etiam de iure ciuili Romanorum, & quando, ac ex quibus rationibus, & causis fuerit quandoque non permissus, sed tolleratus, & dicit hæreticalem esse propositionem Carpzou. & aliorum aliter tenentium, Valasc. *alleg. 74.* vbi qualiter concubinatus sit prohibitus, & etiam clericorum concubinæ sint de foro seculari, ac ibidem puniri possint, cùm sit delictum mixti fori, Thom. del Bene *de immunit. Eccl. par. 1. c. 10. dubit. 17.* vbi de iure tenet concubinam clerici esse puniendam à iudice Ecclesiastico; fatetur tamen in praxi non seruari, sed puniri à iudice sæculari eum aliquibus animaduersionibus, & limitationibus, de quibus ibidem *n. 7. & seqq.*

Et quicquid olim fuerit, hodie concubinatus est omninò quibuscumque interdictus per Concil. Trid. *sess. 24. cap. 8. de reform.* idem Menoch. *de arbitr. cas. 418. n. 13. & seqq.* Farinac. *quæst. 138. n. 30. & 31.* Ricc. *Collect. 684.* Tusch. *d. concl. 566. n. 4. & seqq.* Paul. Christin. *dec. 144. vol. 3.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit. 437.* Cala *de mod. art. & prob. §. 2. glos. vn. n 690.*

Quòd concubinatus sit crimen mixti fori, & qualiter possit, & debeat puniri à iudice Ecclesiastico etiam in laicis, Barbos. *in Collect. tom. 1. tit. 35. cap. 1.* Dian. *part. 1. tract. 2. resol. 87. part. 5. tract. 1. resol. 10.* vbi plures allegat; & videtur ipse concludere quod imò à solo iudice Ecclesiastico puniatur, & ideò posse facere perquirere domos meretricum, & an requiratur trina monitio, vide Guaz. *def. 1. cap. 11. num. 9.* vbi quod est mixti fori, sed hodie iudices siue laici, siue Ecclesiastici parum se intromittunt in puniendo, Fontanel. *decis. 138.* vbi quòd non est dubium, quòd sit mixti fori, & possit in eo procedi per iudices Ecclesiasticos, etiam ex officio, & sine alicuius instantia, vel accusatione, & non obstante priuilegio, de quo in Prouincia Cathaloniæ, vt contra nobiles, & milites, vel Equites, non possit criminaliter procedi sine partis instantia, sequitur alios addens, & me pluries citans in hac materia concubinatum Romaguer. in addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib. 4. Rub. 26. num. 9. & seqq.* & latiùs Vela *in Prælect. ad cap. 1. de off. iud. ord. vel tract. de Episcop. par. 1. num. 62. & seqq. post Disert. fol. mihi 335. ad n. 71.*

Quòd hodie Concubinatus sit omni iure prohibitus, & puniatur a iudice laico, fuit me proponente resolutum per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ de mense Iunij 1673. in Causa Damiani Polatri, qui fuit damnatus ad confinium, & ad desistendum à concubinatu sub arbitrio rigoroso, cùm concubinatus fuerit per iactantiam ad defensionem allegatus, vt constat in filcia Processuum 637. *sub num. 178.* quæ resolutio de more fuit approbata per Serenissimum Magnum Ducem; & idem in stupro cum vidua honesta commisso dixi in *§. Stuprum n. 1.*

Et quòd concubinatus sit etiam de iure ciuili prohibitus iuxta veriorem, & magis communem opinionem, ac possit & debeat etiam a iudicibus laicis puniri, etiam contra concubinas Clericorum, benè Sanfelic *decis. 245.* Sed quid seruetur in practica in his, & similibus delictis mixti fori, vide Clar. *§. fin. q. 37. num. 8.* & dixi *in §. Adulterium n. 2. in fine.*

Concubina dicitur turpis persona, & æquiparatur meretrici, ad effectum, vt illa instituta detur fratri contra testamentum fratris querela inofficiosi, ac etiam ad alios effectus, Grat. *discept. forens. c. 873. n. 7. & seqq.* Paul. Christin. *dec. 144. n. 4. vol. 3.* vbi asserit idem de concubinario, vide in *§. Persona n. 5.* 4

1 Concubina Clerici, siue meretrix cum Clerico peccans, à quo iudice puniri debeat, latè Sperel. *decis. 19. per tot.* vbi inferendo ad alia plura similia, & in omnibus consueto studio obsequendi Ecclesiasticis, tenet ratione connexitatis, esse remittendam iudici Ecclesiastico, & ab illo puniendam, nullatenus autem à iudice laico puniri posse, & idem in similibus connexis, sed malè seruari inuitus fatetur, de quo dixi *in §. Causa num... & §. Laicus num...* 5

Quòd concubina Clerici non gaudeat priuilegio fori, liberè, & nulla passione ductus, pro veritate firmat alter insignis Episcopus Pac. Iordan. *Lucub. vol. 2. lib. 11. tit. 3. n. 105. fol. 524.* facit Boer. *dec. 297.* vbi de adulterio commisso a Clerico cum vxore domini sui, qui casus fortè sæpè contingit, Marcel. Cala *de mod. art. & prob. §. 1. glos. 1. n. 92. & §. 2. glos. vn. n. 690. &c.*

Et quòd concubinatus, siue fornicatio cum Presbytero quoad mulierem sit mixti fori, & possit ab vtroque iudice, Ecclesiastico scilicet, & sæculari eum præuentione puniri, Ofasch. *dec. 123.* Clar. *§. fin. q. 37. n. 4.* Farinac. *q. 8. n. 132* Pac. Iordan. *vol. 2. lib. 13. tit. 8. num. 138. fol. 84.* Ciarlin. *contr. 50. n. 50. & seqq.* Boer. *decis. 72. per tot.* Sanfelic. *dec. 245. n. 3.*

Florentiæ tamen dictæ concubinæ solent in praxi puniri quoad pœnas temporales à Curia sæculari tantum, non obstante quòd delictum de iure sit mixti fori, vt mihi relatum fuit à viris fide dignis, licet casum in praxi numquam habuerim.

Qualiter concubinatus in Clericis sit plenè probandus ad effectum priuationis beneficiorum, & alia, Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 35. n. 76. & seqq.* vide alios *in §. Clericus n. 33.*

Concubinæ an, quando, & per quos possit donari, vel non, Tusch. *litt C. concl. 568. per tot.* plenè Ciarlin. *contr. 33. 109. 184. & 185.* Gamm. *decis. Lusit. 58. & 106.* Peregrin. *de iur. fisc. lib. 2. tit. 9. per tot.* Tepat. *var. sent. tit. 437.* Seraph. *decis. 46.* dixi *in §. Donatio num. 53.* Paul. Christin. *dec. 144. n. 5. &c. vol. 3.* Argel. *de acquir. poss. q. 3. art. 22. per tot.* vbi an, & quando possit hæres institui, vel non, & an illi competat remedium. *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll* 6

Vtrùm autem concubina possit à concubinario suo petere, & obtinere mercedem operarum, quas illi præstitit, vide Cabed. *dec. 116. per tot. par. 1.* vbi quod in illo Senatu solet iudicari eiusmodi seruitijs mercedem non deberi, & loquitur in concubina clerici, & licet possit petere legatum seruitij, intelligendum est de seruitio non turpiter præstito, & alia ad rem.

Quòd concubinæ emendatæ, & ad vitam honestam reductæ possint quocumque titulo relinqui, etiam per Clericum, qui iam illam retinuit, Gomez. Leon. *dec. Hispal. 45.* Ciarlin. qui benè declarat *in cont. 185. per tot.* vide *in §. Adulterium n. 15.*

Concubina an, & quomodo præsumatur acquisiuisse ex bonis amasij, Mascard. *de probat. concl. 340.* Tusch. *litt. A. concl. 443.* vide *in §. Vxor num. 22. &c.* Gamm. 7

decis.

decis. Lusit. 223. *&* 226. vbi quod præsumitur quæsiuisse ex bonis amasij, cui tamen competit solum actio personalis ad repetendam pecuniam, non autem realis ad rem ipsam quæsitam vindicandam.

8 Concubinarius an saltem pro prima vice sit absoluendus, etiam si concubina non eijciar, an detur aliquis casus, in quo concubinarius non teneatur expellere concubinam, & possit absolui, an possit illam visitare, an concubina possit confiteri cum confessario eiusdem concubinarij, & alia ad hoc propositum, Dian. *part.* 5. *tract.* 14. *resol.* 107. 108. 109. *&* 110.

An, & quando propter consuetudinem peccandi possit absolutio denegari, vel saltem differri, & an ista consuetudo sit aperienda Confessario, idem Dian. *part.* 1. *tract.* 6. *resol.* 55.

9 Concubinatus præcedens licet non reddat turbidam, & æquiuocam probationem matrimonij, concurrentibus alijs matrimonium inferentibus, tamen operatur vt tunc vrgentiores probationes requirantur, cùm reputatio, tractatus, & alia, quæ solent probare matrimonium possint potius referri ad initium vitiosum concubinatus, quàm ad matrimonium, Veral. *decis.* 210 *par.* 2. Seraph. *decis.* 978. *num.* 7. *& decis.* 1000. *num.* 8. Cæphal. *cons.* 82. *num.* 56. *& per tot.* Ludouis. *decis.* 247. *n.* 13. *& n.* 24. *in Addit.*

10 Concubina manens cum amasio ratione concubinatus, non contrahit ibi domicilium, & ideo matrimonium ab ea cum alio tertio contractum cum interuentu parochi Parochiæ dicti sui amasij, & non proprij concubinæ, vel viri, cum quo contrahit esse nullum, Thomat. Triuis. *decis.* 23. *per tot. lib.* 1. vide *in* §. *Domicilium*, *&* §. *Matrimonium*.

11 Concubina propriè dicitur illa, quę retinetur cum requisitis, de quibus *supra n.* 1. & ideò licet filius carnaliter cognoscens concubinam patris, vel è contra pater concubinam filij, possint exhæredari, tamen cessat hæc pœna, si fiat ignoranter, vel si non sit vera declarat Merlin. *de legit. lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 10. *& tit.* 2. *q.* 10. *per tot.*

Qui sint concubinarij, & alia ad rem, Conciol. cum Romaguer. *ad stat. Engub. lib.* 4. *rub.* 26. *per tot.*

12 Multa de concubinatu, & concubinis tradunt Arias de Mesa *var. resol. lib.* 3. *cap.* 38. *& seqq.* Panimol. *decis.* 59. Vela *post Differt. in prælect. ad cap.* 1. *de offic. iud. ordin.* vbi de foro, alijque plures citati à Castelon. *in alphabet. iurid. verb. Concubinatus*, & à Com. August. Fontana *in Biblioth. leg. par.* 4. *eodem verb. fol.* 293. *&c.*

13 Et de pœnis Ecclesiasticis concubinatus, & præcipuè in Clericis plura, Carol. Ant. Thesaur. *tract. de pœn. Eccles. verb. Concubinatus fol.* 128. vbi quando concubinarij tam Clerici, quàm laici sint Ecclesiastica sepultura priuandi, non possint sibi inuicem donare, nec legata relinquere, quando secus, & alia. Plura de concubinatu, & eius pœnis Paridor. *quotid. q.* 17. *per tot.*

§. CONDEMNATIO. XXXII.

1 CONdemnatio sequi potest ex inditijs, & præsumptionibus indubitatis, ac à iure approbatis, & quid si taliter inditiatus fuerit tortus, & alia ad hanc materiam, vide per Farinac. *q.* 86. *n.* 67. *& seqq. & n.* 110. *& seqq.* Guaz. *deff.* 33. *cap.* 14. *n.* 14. Conciol. *verb. indicia resol.* 3. *n.* 1. *&c.* Cabal. *resol. crim. cas.* 287. *per tot.* intelligendo quoad pœnam extraordinariam mitiorem, non quoad pœnam ordinariam.

An autem condemnatus ex inditijs in pœnam extraordinariam possit etiam condemnari ad restitutionem rerum ablatarum, & ad damna, & interesse partis, dixi in §. *Absolutio n.* 33.

Quod imò ex indicijs indubitatis, & violentissimis præsumptionibus possit procedi etiam ad pœnam ordinariam, si qualitas delicti exposcat, Peguer. *decis.* 17. *num.* 40. *& seqq. per tot.* Hier. de Leon. *decis. Valent.* 125. *lib.* 2. Thor. *compend. decis. Neap. tom.* 3. *verb. indicia indubitata*, & alij.

2 Condemnatus in vno loco de aliquo delicto, siue præsens, siue in contumaciam, antequam soluerit pœnam; potest etiam alibi per alios iudices, quibus subiectus est molestari, cùm exceptio rei iudicatæ non obstet nisi soluta pœna, qua solutione interueniente, non potest vlterius condemnari, nisi fraus intercesserit sustinendo leuiorem pœnam, quo casu posset per alios iudices competentes suppleri, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 162. *n.* 18. *&c.* Clar. §. *fin. quæst.* 57. Card. Tusch. *litt. C. concl.* 573. *per tot.* Guaz. *deff.* 35. *cap.* 11. *per tot.* facit quod dixi *in* §. *Absolutio num.* 30. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 377. vbi quòd in criminibus mixti fori punitus à iudice Ecclesiastico pœna spirituali, & fori Ecclesiastici, potest puniri etiam à iudice laico pœna fori sæcularis, & legis ciuilis, nec vna pœna tollit aliam.

3 Condemnatus pro aliquo delicto, ex quo resultet infamia, remanet infamis, quamuis condemnationi satisfecerit, ita vt amplius non admittatur ad honores, & dignitates, à quibus infames repelluntur, sicut etiam si data pecunia gratiam obtinuerit, nam non intelligitur ad famam restitutus, secus autem fortè, si simpliciter fuerit restitutus, latè Cabal. *resol. crim. cas.* 172. *&* 174. *per tot.* Card. Tusch. *litt. C. concl.* 571. *per tot.* vbi quando infamiam incurrat, vel non.

4 Condemnatus an teneatur in foro conscientiæ soluere pœnas, vide *in* §. *Pœna n...* *in Pract.* §. *Pene n.* 18. & facit quod dixi *in* §. *Absolutio n...*

Alia ad rem facientia, vide *in* §. *Damnatus*, *& in Pract.* §. *Condemnati per tot.*

5 Condemnatus in contumaciam si admittatur ad nouas defensiones infra annum, & doceat de sua innocentia debet absolui, & restitui bona confiscata, si verò nihil probet, debet exequi sententia, cùm fiscus habeat intentionem fundatam ex ficta confessione à contumacia resultante, Clar. §. *fin. q.* 44. *n.* 3. *&c.* Cæpol. *cons.* 63. *n.* 19. Cartar. *de execut. sent. capt. bannit. cap.* 3. *n.* 214. *&c.* Farinac. *q.* 11. *n.* 100. *&c.* Boss. *de litt. Princ. n.* 5. Bertazol. *cons.* 106. *n.* 2. *lib.* 1. *crimin.* Tusch. *litt. C. concl.* 562. *per tot.* vide *in* §. *Admissio ad nouas.*

6 Condemnari nemo potest nisi sit confessus, vel conuictus saltem per indiria indubitata, & quando dicatur confessus, vel conuictus, *text. & glos. in cap. quod incipit nemo in quemquam* 2. *quæst.* 1. Castr. *cons.* 468. *lib.* 1. *& cons.* 299. *lib.* 2. Tusch. *litt. C. concl.* 574. *supra num.* 1.

7 Condemnatus capitaliter in contumaciam si fuerit captus, qualiter sit exequenda sententia, Tusch. *litt. C. concl.* 576. *per tot.* Cartar. *de execut. sent. capt. bannit.* Farinac. *q.* 11. *per tot.* vide *in* §. *Bannitus n...*

Quid si moriatur pendente appellatione, an liberetur à pœna, Tusch. *litt. C. concl.* 577. *per tot.* Sed in praxi cessat disputatio, cùm de consuetudine generali in criminalibus non admittatur appellatio, vt dixi in §. *Appellatio num...*

8 Condemnatus ad mortem, an sit liberandus, si meretrix illum petat sibi copulari in matrimonio, vide Tiraquel. *de pœn caus.* 65. Clar. §. *fin. q.* 98. *n.* 6. Boer. *decis.* 217. *n.* 20. & alij, qui dicunt aliquoties fuisse hoc moribus receptum, sed hodie non seruari, & latè Paul. Christin. *dec. Belg.* 48. *per tot. vol.* 2. vbi refert practicari in illis partibus quandoque, item in Hispania, & Francia, sed procedere potius de Consuetudine, qua de iure, & quod ideò non est facienda huiusmodi gratia, vbi talis non viget Consuetudo.

Et quòd vbi fuisset admissus ad matrimonium cum meretrice, non sit audiendus, si velit dicere de nullitate propter metum, & quare, Couar. *de Sponsal.* §. 4. *num.* 17. Sebast. Medic. *de cas. fort. part.* 1. *q.* 7. *num.* 75.

An autem condemnatus ad mortem possit armis se tueri, vel fugere, ad euadendum sine peccato, & alia, Boer. *decis.* 215. *num.* 32. *&c.* vide *in* §. *Damnatus num.* 15.

9 Condemnati plures simul eadem sententia intelliguntur pro rata, & non in solidum, etiam si in solidum essent obligati, nisi aliter sit expressum, quia sententia est stricti iuris, nec plus importat quàm quòd de necessitate ex illius verbis infertur, *text. in l.* 1. *C. si plures vna sent. & l.* 2. *C. eod. tit.* Afflict. & Vrsil. *decis.* 215. Leoneil. *dec.* 82. *num.* 12. Boer. *decis.* 59. *n.* 8. *&c.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 1. §. *unic. n.* 2. *& seqq.* Olea *de cess. iur. tit.* 5. *q.* 6. *n.* 1. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 106. *vol.* 4. vbi tamen refert contrarium tenentes quando rei ex primæua obligatione tenebantur in solidum, vide *in* §. *Obligatio n.* 9. *&c. &* §. *Debitor n.* 68. §. *Creditor n.* 50. Ricc. *Collect.* 246.

vbi

vbi quòd quando erant obligati in ſolidom, intelliguntur etiam in ſolidum condemnati, ad tradita per Peguer. *dec.* 181. *& alia*, Coccin. *dec.* 77. *n.* 12. *&c.*

Intellige hanc vltimam opinionem, vel concorda quaodo actor ommiſſa iudicati actione veteri obligatione in ſolidum vtatur ex traditis per Oleam *loc. cit.* vbi appellat æquiſſimam opinionem, ſi refundantur expenſæ primi iuditij, & nouum inſtituatur.

10 Condemnatus ſimpliciter ad ſeruiendum in triremibus, non tenetur ſeruire remigando, ſed tantùm militando, & condemnatus pro tribus nauigationibus elapſo triennio vna tantùm nauigatione facta ad aliud oon tenetur, ſed liberari debet, & alia de huiuſmodi condemnatis ad triremes, Peguer. *deciſ.* 256. Rouit. *in Pragm.* 1. *de pœnis*, Gizzarel. & Addent. *dec.* 61. *per tot.*

An condemnatus ad triremes, poſſit ex caoſa huiuſmodi abſentiæ in integrum reſtitui, vide in §. *Bannitus num.* 37.

Quòd coodemnati ad triremes ad remigandum in perpetuum amittant teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam, ac ius ſuccedendi ab ioteſtato, ita vt eorum loco admittantur alij ſucceſſores tanquam ſi ipſi eſſent mortui, quinimò teſtamentum antea ab illis factum rumpatur, ac etiam ſi aufugerint, Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 4. Farinac. q. 102. *n.* 159. *& ſeqq* Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *tit. de mort. natur. reſol.* 1. *n.* 7. Craſſ. §. *Teſtamentum* q. 28. *n.* 3. *&* §. *Inſtitutio quaſt.* 6. Maſtril. *deciſ.* 167. *per tot.* Mart. *de ſucceſſ. legal. par.* 3. *quaſt.* 14. *art.* 3. *per tot.* vbi tamen quòd ſecus eſt in condemnatis ad tempus, quia iſti ammittunt libertatem tantum, non autem ciuilitatem.

Quòd teſtamentum deportati factum poſt ſententiam, à qua fuerat appellatum ſit validum, & quatenus de iure difficultatem pateretur, conualidetur per aditionem hæreditatis, ac ex eo debeantur legata, Marta *vot. Piſ.* 63. *per tot.*

Quòd hodie nemo benè natus efficiatur ſeruus pœnæ, licet ſit deportatus, bannitus, vel relegatus, vel ad metalla damnatus, vel io triremibus poſitus, dummodo oaturalem vitam non perdat, ſed tantum ciuilem; & ideò non ammittat teſtamenti factionem actiuam, neque paſſiuam, oec alia, quæ iuriſgentium ſuot, vt contractus, & actiones actiuas, & paſſiuas, *Auth. ſed hodie*, vbi DD. *C. de donat. inter vir. & vxor.* Rot. *part.* 2. *recen. dec.* 492. *n.* 2. *& ſeqq.* Cabal. *reſol. crim. caſ.* 264. Conciol. *reſol. crim. verb. Damnatus reſol.* 2. vide alios citatos, *& in* §. *Bannitus n.* 19.

11 De condemnatis plura notat Thoro *Compend. deciſ. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *verb. Condemnatio, vbi etiam d. par.* 3. an condemnatio ſequi poſſit ex confeſſione Inquiſiti emanata coram Actuario abſque Iudicis præſentia; & alia de condemnationibus, & condemnatis remiſſiuè Caſteion. *in alphabet. iurid. verb. Condemnatio*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 296.

12 Condemnatus ad pœnam pecuniariam pro damno dato, an teneatur vlterius ſoluere etiam damni æſtimationem, videtur affirmandum, ſi hoc petat damoificatus etiam ſeorſum, vel ſeparatim ad tradita per Valer. *de different. vtriuſque fori, verb. Reſtitutio differ.* 43. *per tot.* quia magnum eſt diſcrimen inter pœnam, & damnum, illa enim irrogatur ad vindictam publicam, & non liberat à debito, qno ille condemnatus tenetur parti damnificatæ, niſi damnificatus inſteterit ad pœnam fiſco applicandam, ommiſſo intereſſe ſuo, quia tunc poteſt ei imputari ſi non petierit, & fuerit contentus pœna fiſco applicanda.

§. CONDITIO. XXXIII.

1 Conditio eſt qualitas ita afficiens quamcumque diſpoſitionem, cui ſit adiecta, vt illius effectus ſuſpendatur vſque ad implementum, & ideò nihil ponit in eſſe, & ante illius implementum oulla dicitur contracta obligatio, nec orta actio, nec tranſlatum dominium, vt benè probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 542. *num.* 44. *&* 45. *& c.* 949. *num.* 5. *&c.* Fuſar. *de ſubſtit.* q. 454. *per tot.* vbi latè declarat qualiter deficiente conditione diſpoſitio habeatur pro non facta, Montan. *de tut. cap.* 10. *num.* 5. *&c. fol.* 39. vbi etiam declarat quòd actus legitimi non recipiunt conditionem *infr. num.* 4. Quod nihil ponat in eſſe, & quando procedat, latè Tuſch. *litt. C. concl.* 593. *per tot.* Ricc. *Collect.* 839. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 108. *num.* 1. *& ſeqq.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Pralud.* 2. §. 1. *n.* 23. *& ſeqq. &* §. 2. *num.* 1. *& ſeqq. per tot.* vbi pleoè de materia, & effectu conditionum, *& n.* 2. idem Portugal. *lib.* 1. *pralud.* 1. *n.* 2. *&c.*

Non tamen eſt locus pœnitentiæ in contractibus conditionalibus, etiam ante conditionis euentum, Seraph. *deciſ.* 124. *num.* 11. Merlin. *deciſ.* 568. *n.* 8. Rot. *par. rec.* 12. *deciſ.* 137. *num.* 1. *& deciſ.* 139. *num.* 27. vbi quando eſt purificata.

Qualiter differat à modo dixi in §. *Modus*, *&* §. *Diſpoſitio n.* 42. *&* 43.

Conditio regulariter non præſumitur eueniſſe, ſed 2
probari debet ab eo, qui allegat impletam fuiſſe, Menoch *lib.* 4. *praſumpt.* 182. *per tot.* Surd. *deciſ.* 210. *per tot.* Altograd. *conſ.* 77. *num.* 19. *&c. lib.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 343.

Impleta autem conditione, diſpoſitio conditionalis eſt tanquam pura, quia puri, & purificati eadem eſt ratio, nec in implemento eſt neceſſaria citatio partis, nec ſcientia, aut præſentia, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 320. *n.* 5. *& ſeqq.* vbi pluribus exornat.

Quòd conditio executioni, & non ſubſtantiæ actus adiecta, non reddat diſpoſitionem conditionalem, Alex. *conſ.* 14. *n.* 3. *lib.* 1. Gratian. *diſcept.* 136. *n.* 44. Rot. *par.* 4. *recent. dec.* 19. *n.* 4. *tom.* 2. *& par.* 12. *deciſ.* 173. *n.* 9. *&c. infr. n.* 68.

Conditio eſt implenda in forma ſpecifica, Antunez. Por- 3
tugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Pralud.* 2. §. 2. *num.* 55. *& ſeqq.* Larrea *alleg.* 9. *num.* 13. *& alleg.* 40. *n.* 26. Cyriac. *contr.* 424. *num.* 10. *& ſeqq.* Gamm. *deciſ.* 45. *&* 126. Carol. Tap. *deciſ.* 47. Trentacinq. *de ſubſtit. in præfat. num.* 18. Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 43. *num.* 6. *& ſeqq.* Cancer. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 64. *& ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 185. *per tot.* Hermoſil. *ad l.* 5. *tit.* 4. *part.* 5. *gloſ.* 1. *n.* 8. *& ſeqq.* & alij plures ab iſtis citati, & non per æquipollens, cùm inducat formam præciſam, Surd. *deciſ.* 202. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 185. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 786. *num.* 14. Altograd. *conſ.* 9. *num.* 53. *&* 54. *& conſ.* 4. *n.* 4. *lib.* 1. Magon. *deciſ. Flor.* 10. *num.* 49. Tuſch. *litt. C. concl.* 594 *&* 595. vbi qualiter ſit implenda per veritatem, non per fictionem, & in totum, ac in forma ſpecifica; Foſar. *de ſubſtit. quæſt.* 454. *per tot. &* 463. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 54. *num.* 39. *&c.* vbi quòd procedit præſertim quando in euentu non purificatæ conditionis eſt facta alia particularis prouiſio, *& part.* 14. *deciſ.* 275. *n.* 4. *& ſeqq. per tot.*

Quòd ſit implenda in forma ſpecifica, & ſi in minimo deficiat, perindè ſit, ac ſi in totum deficeret, intelligitur de conditionibus voluntarijs extrinſecis, & ſe ipſas tantum reſpicientibus, ſecus autem in intrinſecis, cauſa ipſam, cui adiectæ ſunt reſpicientibus, nam in iſtis tanquam ad determinatum effectum appoſitis inſpicitur qua mente, & ratione fuerint appoſitæ, & ideò quomodocumque effectus, menſque apponentis reſultet, ſufficit, vt dicantur impletæ, & poſſunt diuidi, vt benè declarat Fabric. Pontirol. *in Reſponſ. pro Mambellis n.* 30. *& ſeqq. Caſena impreſſo de anno* 1654. ex doctrina Salyc. *in l. pen. n.* 3. *verſ. ex his patet C. de impub. & al. ſubſtit.* Alex. *conſ.* 93. *n.* 9. *& ſeqq. lib.* 3. *& aliorum*, Fuſar. *de ſubſtit.* q. 64. *n.* 27. *& ſeqq.*

Quòd conditio poſſit impleri per æquipollens etiam diuerſum, quando reſultat idem effectus, Soc. inn. *conſ.* 106. *n.* 13. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 11. *n.* 46. Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 43. *n.* 10. Burat. *dec.* 910. *n.* 2. Duran. *dec.* 286. *n.* 2. Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 235. *n.* 2. Fuſar. *de ſubſt.* q. 463. *&* q. 64. *n.* 29. *&c.*

Qualiter in conditionibus nudum factum ioſpiciatur ad excluſionem ſubſtituti, niſi teſtator aliquam aliam qualitatem exoptauerit, Rot. *part.* 14. *rec. deciſ.* 103. *n.* 9. *&* 10.

Conditiones intrinſecæ, neceſſariæ, vel quæ ex lege, 4
vel natura rei tacitè inſunt, non reddunt propriè actum conditionalem, nec traoſmiſſionem impediunt, etiam ſi fuerint expreſſæ à teſtatore, niſi aliter conſtet de eius voluntate, & quomodo de illa conſtare dicatur, latè Altograd. *conſ.* 87. *n.* 74. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. Marcian. *diſp.* 70. *n.* 13. *& ſeqq.* Pacif. de Saluian. *Inſpect.* 3. *cap.* 2. *n.* 974. *&c.* Marta *de ſucceſſ. leg. part.* 4. q. 18. *art.* 7. *num.* 33. *& ſeqq.*

Sperel.

Sperel. *decis.* 170. *n.* 48. *& seqq.* idem Altograd. *cons.* 9. *n.* 18. *&* 19. *cons.* 46. *num.* 18. *& seqq. cons.* 54. *num.* 25. *& num.* 121. *&* 122. *lib.* 1. vbi quòd non reddant actum conditionalem quoad transmissionem, sed benè quoad ortum obligationis, & actionis, vide Tusch. *litt. C. concl.* 590. *per tot.* Ricc. *Collect.* 2222. Rot. *part.* 9. *recent. dec.* 210. *n.* 18. *& seqq.*

Quòd conditio omninò extitura noo habeatur pro conditione, nec reddat actum conditionalem, maximè si sit apposita executioni, & non obligationi, *l. si pupillus* §. 1. *ff. de nouat.* cum alijs per Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 43. *num.* 21. *&c.*

Quòd conditio, vel onus soluendi debita testatoris, cùm de iure insit hæredi, non reddat institutionem, nec dispositionem conditionalem, nec ideò suspendat acquisitionem hæreditatis, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 170. *n.* 4. *& seqq.*

5 Conditiones plures copulatiuè adiectæ non possunt diuidi, sed in totum debent impleri, cùm sint indiuiduæ, & actum indiuiduum faciant, ac censeantur ita adiectæ ad minuendum grauamen, pulchrè Altograd. *cons.* 83. *n.* 2. *&c. & cons.* 84. *n.* 1. *lib.* 2. vide Vrceol. *Consult. for. cap.* 54. *n.* 51. *& seqq. vol.* 2. vbi quando non requiratur omnium concursus, & latè Fusar. *de substit. q.* 455. *per tot.* Saofelic. *dec.* 198. vbi de conditionibus, *si heres institutus sine liberis, vel ab intestato decesserit*, an intelligantur alternatiuè, vel coniunctiuè.

Quòd huiusmodi conditiones plores copulatiuè appositæ, debeant omnes verificari io tempore mortis, ita vt si tunc defecerint, non babeantur amplius in consideratione, cùm iam effectum suum momento consumpserint, idem Altograd. *cons.* 60. *n.* 24. *& seqq. lib.* 1. intellige quando respiciuot tempus mortis.

Quòd conditio sit indiuidua, & non purificetur, nisi in totum impleatur, & si in minimo deficiat, tota corruat, idem Altograd. *cons.* 90. *n.* 33. *lib.* 1. Tusch. *litt. C. concl.* 595. *per tot.* vide Vrceol. *loc. sup. cit.*

Quòd conditio sub duplici euentu concepta non dicatur purificata, nisi doceatur alterum ex dictis casibus euenisse, Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 54. *n.* 1. *& seqq.*

6 Conditio respiciens plures personas, debet in omnibus verificari, vnde relictum vxoris casu quo non possit viuere cum hæredibus, erit præstandum, si vnus illorum diuidat, & discedat ab alijs, ille tamen, qui dedit causam diuisioni tenetur ad interesse aliorum, maximè stante eorum protestatione, Gratian. *discept. forens. cap.* 493. *n.* 2. *&c.* facit Vrceol. *loc. sup. cit.* Fusar. *de substit. q.* 454. *n.* 3. *& seqq.* Vrceol. *de transact. q.* 100. *n.* 36. Onnate *de contract. tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 13. *sect.* 1.

De conditione respiciente plures, vt debeat in omnibus verificari, quando constat sic esse de voluntate testatoris, vel agitur de re indiuidua, aliàs autem secus, quia pluralitas potest resolui in suas singularitates, & pœoa, vel legatum deberi pro virili, vt benè explicat Bich. *decis.* 89. *n.* 25. *& seqq.* vbi plura de conditione nubendi in certo loco sub certa pœna alteri applicanda, vt sit valida, & dixi in §. *Legatum n.* 113. idem Bich. *dec.* 498. vbi quando conditio respiciens plures personas debeat in omnibus, vel sufficiat in vno verificari, & sic pluralitas resoluatur in suas singularitates, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 125. *& part.* 17. *decis.* 89. *n.* 15. *& decis.* 97. *per tot. & par.* 15. *dec.* 1. *per tot. par.* 17. *decis.* 126. vide *in* §. *Pluralitas n.* 4. *&* §. *Substitutio n.* 8. *&* 22.

Quòd dicta conditio sit difficilis probationis, Natt. *cons.* 379. cum alijs per Magon. *decis. Flor.* 83. *in fine*, facit Meooch. *lib.* 4. *præsumpt.* 123. *per tot.* vide *in* §. *Legatum n...*

Quòd conditio duobus apposita in eadem oratione copulatis censeatur vtrique apposita, etiam si illa voi tantum congruat iuxta text. *in l. mulieri, & Titio* 73. *ff. de condit. & demonstrat.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 406. *num.* 12. *&c.*

7 Conditio habetur pro impleta, quando implementum impeditur per eum, cui erat implenda, Gratian. *discept. forens. cap.* 786. *num.* 6. *cap.* 851. *n.* 3. Magon. *decis. Flor.* 144. *num.* 2. *& num.* 5. latè Get. Spin. *cons.* 61. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 183. *per tot.* vbi latè quando conditio sit habenda pro impleta, facit quod dixi in §. *Exceptio num...* Tusch. *litt. C. concl.* 596. *&c.* Thomat. *decis.* 201. *num.* 36. Pacif. de Saluian. *inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 992. *& seqq* vbi limitat quando constaret testatorem voluisse verè cooditionem impleri, nam tunc non sufficeret haberi pro impleta, & alia plura, quando conditio habeatur pro impleta, vel non, Fusar. *de substit. q.* 454. *per tot.* Portugal. *lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 2. *n.* 39. *& seqq.* & alios plures citatos *in* §. *Facultas n.* 1. *in Addit.*

Quòd habeatur pro impleta, quando non stat per debentem implere, quominus impleatur, *l. quibus ff. de condit. & demonstr.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 14. *n.* 38. *& par.* 13. *dec.* 461. *n.* 25.

Quòd dicta conclusio procedat etiam in dispositione statuti, latè Rot. *part.* 12. *diuers. decis.* 92. *num.* 1. *& seqq. ad* 9.

Non impleta conditione contractum resolui, Caualer. *dec.* 199. *& dec.* 541.

Quid sit cooditio, & quomodo differat à modo, vide Genu. *de verb. enunc. lib.* 3. *q.* 6. *n.* 8. *& seqq. ad* 35. *fol.* 68. *&* 69. dixi *in* §. *Modus*, *& alibi*.

Qualiter autem conditio habeatur pro defecta quando stat per implere debentem, vel per casum in eius persona contingentem quominus impleatur, exceptis tamen aliquibus casibos, latè Marcian. *disput. forens. cap.* 69. *per tot.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 16. *n.* 138. *& seqq.* Fusar. *de substit. q.* 454.

Quòd conditio mixta impedita per casum contingentem io persona eius, cum quo adimpleri debet, faciat deficere contractum, & relictum iuxta notata *in l.* 1. *C. de instit. & substit. & in l. si pater C. eod.* refert Mangil. *de euict. q.* 140. *num.* 17. Sanfelic. *decis.* 203. vbi plura quando conditio mixta, vel potestatiua defecta casu, vel facto tertij faciat deficere legatum, vel non, facit Marta *vot. Pis.* 28. *n.* 15. *&c.* vide *in* §. *Legatum num.* 6. vbi benè distinguitur circa conditionem dependentem à facto, vel noo facto tertij.

8 Conditio non momentanea, & quæ vna vice impleatur, sed successiua, vel babens tractum successiuum, eo ipso quod est incœpta, babetur pro impleta, & non impedit transmissionem, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 6. cum alijs per Gratian. *dec.* 153. *n.* 20. *&* 21. Surd. *decis.* 303. *num.* 7. *&c.* vide *in* §. *Legatum n...*

9 Conditio est propriè de futuro, nam si sit collata in tempus præsens, vel præteritum, tunc dicitur impropriè conditio, & quamuis actum non suspendat, illum tamen reddit incertum, ita ut antequam detur actio debeat purificari, & eius existentia probari, alias si sit falsa vitiat actum, quia causam finalem importat, §. *Conditiones Instit. de verb. oblig.* & in terminis legati his verbis concepti, *lego tibi centum illos aureos, quos Titius scio legauit, vel per Titium ordinatos*, quòd importet conditionem, quatenus appareat de legato, vel ordinatione Titij, probat Surd. *decis.* 337. *per tot. lib.* 2. & in alijs terminis Franch. *decis.* 438. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 320. *num.* 13. *&c.* Marescott. *var. resol.* 10. *lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 4. *& lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 141.

10 Conditio apposita alicui dispositioni tanquam implenda in futurum, si tempore actus celebrati ignorantibus contrahentibus iam sit impleta dispositio redditur puta, maximè in actibus reiterabilibus, quia huiusmodi conditio de futuro iam impleta respectu ignorantium reputatur pro implenda, & dicitur tunc impleri, quando contrahentibus incipit constare de implemento, intelligendo quando qui conditiooem apposuit, respexit solum ad implementum, & non ad modum, & tempus implendi, ac coocurrente legis præsumptione, quod idem fuisset dicturus etiam si implementum iam extitisse sciuerit, Magon. *decis. Flor.* 8. *n.* 28. *& seqq. per tot.* Franch. *decis.* 113. *per tot.* Gratian. *dec.* 213. *in Addit. n.* 5. *&c.* facit latè Altograd. *cons.* 84. *per tot. lib.* 2. vbi quando conditio iam impleta dicatur impossibilis, vel non, & an vitiet, siue vitietur, Ludouis. *dec.* 126. *num.* 8. vbi qualiter propter ignorantiam contrahentium in stipulationibus admittatur conditio de præsenti, & de præterito.

11 Conditio mixta, si casu, fortuoa, vel morte alterius deficiat, facit etiam deficere dispositum sub illa, cùm solum habentur respectus ad exitum, *l. legatum Cod. de condit. inter.* pulchrè Magon. *decis. Flor.* 144. *nu.* 1. *& seqq.* Durao. *tract. de condit. & mod. imposs. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 71. *&* 72. facit Oinot. *in* §. *sub conditione Instit. de verb. oblig. fol.* 277.

Quid

Quid ſi conditio pendeat ex facto, vel non facto tertij, vide in §. Legatum num. 6. verſ. An autem, latè Marcian. diſput. forenſ. cap. 69. num. 31. & ſeqq. Peregrin. de fideicomm. art. 16. per tot. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 454. per tot. vbi plura quando ex defectu conditionis, deficiat diſpoſitio, quando, & à quibus conditio poſſit, vel debeat impleri, vel habeatur pro impleta, vel non, & benè Sanfelic. dec. 203. per tot.

12 Conditio eſt triplex, nempè poſſibilis, neceſſaria, & impoſſibilis, quæ dicitur vel de natura, vel de facto, vel de iure, vel ob perplexitatem, vt benè declarat Duran. d. tract. par. 1. c. 2. per tot. De pluribus conditionum ſpeciebus, Tuſch. lit. C. concl. 578. & ſeqq. Paul. Chriſtin. deciſ. 13. n. 2. &c. vol. 4. vbi de poteſtatiuis, caſualibus, & mixtis, de quibus etiam Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 2. per tot. vbi an appoſitæ in legitima vitientur, ſiue potius nullum reddant teſtamentum.

An autem conditio pendens à voluntate Principis habeatur pro impoſſibili, dic quòd ſi non ſolet concedere habetur pro impoſſibili; ſi verò agatur de re vel diſpenſatione, quàm ſolet de facili concedere, tunc habetur pro poſſibili, & imputatur ei, qui non impetrauit, Martha vot. Piſ. 50. n. 18. & ſeqq. dixi in §. factum n. 2. §. Impoſſibilitas n. 1. & §. Legatum n. 13.

13 Conditio impoſſibilis aliquo ex prædictis modis, adiecta in contractibus tam bonæ fidei, quàm ſtricti iuris, illos vitiat, adiecta verò in vltimis voluntatibus, habetur pro non ſcripta, & illas non vitiat regulariter, vt latè declarat videndus Duran. d. tract. par. 2. cap. 1. per tot. ad nu. 116. vbi etiam quid ſi fuerit appoſita ſcienter, vel ignoranter, & quid præſumendum, Salgad. Labyrint. credit. par. 1. c. fin. num. 96. & ſeqq. Ger. Spin. conſ. 12. num. 27. & ſeqq. Tuſch. lit. C. concl. 591. Paul. Chriſtin. deciſ. Belg. 10. num. 2. &c. vol. 3. vbi qualiter repeti poſſit omne datum ob cauſam de iure impoſſibilem, Altograd. conſ. 77. n. 15. & ſeqq. lib. 2. vbi quòd in vltimis voluntatibus præſumitur ſcienter appoſita, & ideò reijcitur, adde Dian. par. 8. tr. 6. reſol. 85. vbi quòd hoc procedit etiam in foro conſcientiæ, niſi plenè conſtet de voluntate diſponentis voluiſſe ſcilicet ſic ſuſpendere, & impedire diſpoſitionem, & loquitur in donatione cauſa mortis, licet idem ſit etiam in alijs ſpeciebus vltimæ voluntatis inf. n. 15. Amaya obſeru. lib. 2. c. 11. & 12. per tot. vbi plura de conditione impoſſibili teſtamento adiecta.

Quòd idem ſi in gratia Principis, vt non vitietur per conditionem impoſſibilem, Rom. conſ. 548. n. 5. &c. Addit. ad Sanfelic. dec. 403. obſer. 20.

Quòd impoſſibilis ex perplexitate, & contrarietate verborum vitiet etiam vltimas voluntates, Duran. d. tract. part. 3. cap. 10. per tot. vbi in nouem capitibus antecedentibus examinat alias nouem difficultates, in quibus impoſſibilitas videtur vitiare vltimas voluntates.

Si tamen perplexitas eſſet diſſolubilis non vitiaret, ſed reijceretur, vt per Altograd. conſ. 77. num. 34. lib. 1.

Et quando perplexitas non vitiet, vide Duen. reg. 114. per tot.

Quòd conditiones captatoriæ influant in diſpoſitionem, eiuſque ſubſtantiam inficiant, & ideò differant ab alijs conditionibus turpibus, & à lege probatis, quæ poſſunt ſeparari, & reijci abſque eo quod vitient vltimas voluntates vt ſupra, iſtæ verò captatoriæ ratione prædicta ſemper vitient, & annullent quamlibet diſpoſitionem cum illis conceptam, quando dicantur tales, & alia, Seraph. dec. 359. & 363. dixi in §. Teſtamentum n. 12. &c.

14 Conditio pro parte poſſibilis, & pro parte impoſſibilis an habeatur pro non ſcripta in vltimis voluntatibus, & an vitiet contractus, vide Duran. tract. de condit. & mod. impoſſ. par. 2. c. 1. n. 71. & ſeqq. vbi etiam quid in ſententia, reſcriptis, & ſimilibus, Ger. Spin. conſ. 12. n. 33. &c. Pacif. de Saluian. Inſpect. 3. cap. 2. n. 1003. vbi quòd ſi fuerit impleta pro parte poſſibili, dicitur illi plenè ſatisfactum, & poteſt ſtatim relictum peti.

15 Conditio impoſſibilis de natura, vel de facto ſcienter appoſita in teſtamento, vel legato, non reijcitur in foro conſcientiæ, nec in foro exteriori, ſed vitiat diſpoſitionem, quaſi tunc videatur deeſſe volontas teſtatoris, & ob id nec legatarius petere, nec hæres ſoluere tenetur: Impoſſibilis verò de iure, & turpis, ac contra bonos mores indiſtinctè reijcitur contra voluntatem teſtatoris in vtroque foro, & tuta conſcientia petitur legatum, vt benè concordando opiniones probat Duran. d. tract. par. 3. cap. 1. n. 2. & ſeqq. ad 9. & part. 2. cap. 1. n. 57. & ſeqq. vbi multos contrarium ſentientes allegat, ipſe tamen n. 59. tenet vt ſupra facit Surd. deciſ. 68. per tot. vbi quod intelligitur de impoſſibilitate, quæ aliunde proueniat, quàm ex captatoria diſpoſitione, quia illa ſemper eſt nulla, vide in §. Teſtamentum n. 12. & 13. P. Stephan. de Neapol. tract. de reſtit. lib. 2. c. 17. per tot.

Quòd conditio impoſſibilis reijciatur ab vltima voluntate, intellige quando erat talis tempore teſtamenti, ſecus ſi ex poſt facto, vt quia deficiat (omnis enim conditio defecta efficitur impoſſibilis) cùm tunc faciat etiam deficere relictum, l. 1. & l. legatum C. de condit. inſer. Duran. d. tract. part. 3. cap. 1. num. 1. & cap. 2. per tot. vbi quòd intelligitur de impoſſibili de futuro, ſecus ſi de præterito, vel de præſenti.

Multa de huiuſmodi conditionibus impoſſibilibus ex eo, quod iam fuerint impletæ, vel defectæ, quæ cum non ſunt reiterabiles dicuntur fieri impoſſibiles, an, & quando vitient vltimas voluntates, vel potius reijciantur, & pro non ſcriptis habeantur, quid ſtante ſcientia, vel ignorantia implementi, vel deficientiæ in ipſo teſtatore illas apponente, vide late per Altograd. conſ. 84. per tot. lib. 2.

Quòd conditio impoſſibilis vltimæ voluntati adiecta habeatur pro non appoſita, licet ſecus ſit in contractibus, quia tunc vitiat actum, intelligendo quando teſtator ſciebat eam conditionem eſſe impoſſibilem, ſecus ſi ignorabat, vel credebat eſſe poſſibilem, Pacif. de Saluian. Inſpect. 3. c. 2. n. 1001. & ſeqq.

Conditio impoſſibilis ſcienter, & conſulto appoſita non vitiat vltimas voluntates, ignoranter verò appoſita, non minus vitiat teſtamentum, quàm contractum, in dubio tamen ſcienter appoſitam cenſeri, Caſtr. & alij communiter in l. obtinuit ff. de condit. & demonſtr. Craſſ. de ſucceſſ. §. Legatum q. 49. n. 2. & alij relati per per Duran. de condit. & mod. impoſſ. par. 2. c. 1. n. 57. vbi tandem n. 59. contrarium firmat vt dixi ſupra n. 15. 16

Quod licet conditio impoſſibilis regulariter non vitiet, ſed vitietur, tamen ſi teſtator putauit illam eſſe poſſibilem omnino teſtamentum vitiet, quia in his, quæ pendent à voluntate attenditur potius opinio, quam veritas, Altograd. conſ. 78. n. 29. lib. 1. inf. n. 23.

Conditio impoſſibilis adiecta in donationibus cauſa mortis, habetur pro non ſcripta, & non vitiat huiuſmodi donationem, l. quæ ſub conditione §. & in mortis ff. de condit. inſtit. vt latè contra Alex. in l. impoſſibilis ff. de verb. oblig. in princip. probat Duran. d. tr. par. 4. c. 5. per tot. Ger. Spin. conſ. 12. n. 31. Dian. par. 8. tract. 6. reſol. 85. vbi quod illud procedit etiam in foro conſcientiæ, niſi aliter plenè conſtet de voluntate diſponentis. 17

An reuocetur donatio, ſi conditio ei appoſita, quæ ſit à iure reprobata, non fuerit adimpleta, maximè ſi expreſsè fuerit dictum, quod non impleta conditione donatio reſoluatur, Paol. Chriſtin. deciſ. 191. n. 21. &c. vol. 4. vbi quòd non licet alij contra.

Conditio impoſſibilis quocumque modo, in matrimonio reijcitur, & pro non ſcripta habetur, matrimonio puro, & valido remanente propter illius fauorem, c. p. fin. in 2. part. de condit. appoſit. latè Duran. d. part. 4. cap. 6. per tot. vbi etiam in quinque capitibus antecedentibus, & in ſeptimo ſequente, examinat alios ſex caſus, in quibus conditio impoſſibilis videtur haberi pro non ſcripta etiam in contractibus, & illos non vitiare contra regulam text. in l. non ſolum ff. de oblig. & act. & dixi ſupra n. 13. & in §. Modus n... 18

Et quòd quælibet diſpoſitio, ſiue per modum conditionis, vel modi, vel qualitatis, libertatem matrimonij impediens, vel reſtringens, reijciatur tamquam impoſſibilis, inhoneſta, & contra bonos mores, Altograd. conſ. 77. num. 16. lib. 2.

Quòd ſi plenè conſtet de voluntate contrahentium, noluiſſe ſcilicet obligari, nec contrahere, niſi poſita conditione etiam impoſſibili per eos adiecta, ſit nullum matrimonium ex defectu conſenſus in vtroque foro, ſecus autem in dubio, & ſic diſpoſitionem d. c. fin. de condit. appoſit. procedere tantùm in dubio fauore matrimonij, Dian. par. 8. tr. 6. reſol. 85. verſ. hinc obiter.

19 Con-

19 Conditiones quantumuis leues, impertinentes, & inutiles, vel derisoriæ, debent obseruari, & impleri, vt vltima dispositio, & contractus sortiantur effectum, sufficit enim non esse turpes, nec impossibiles de iure, cùm alias non requirant causam, sed sola voluntas opponentis attendatur, Duran. tract. de condit. & mod. imposs. part. 2. cap. 4. per tot.

Quòd sit valida conditio à facto tertij dependens, l. si ita fuerit ff. de manum. Rot. part. 12. rec. dec. 170. n. 28. vide in §. Legatum n. 6. supra n. 11.

20 Conditio maximè voluntaria an possit extendi de vno casu ad alium ex identitate rationis, & præsumpta mente testatoris, latè Fusar. de substit. q. 460. num. 6. &c. cum alijs per Sperel. decis. 144. num. 24. & seqq. Vrceol. Consult. 96. per tot. vol. 2. Rot. par. 13. rec. dec. 154. n. 8. & seqq. & dec. 406. n. 7. &c.

21 Conditio, modus, vel qualitas adiecta in institutione an videatur repetita in substitutione, Grat. discept. forens. cap. 603. num. 7. & per tot. vbi etiam num. 19. &c. an extendatur de casu ad casum saltem fauore piæ causæ, vide Fusar. de substit. q. 449. per tot. vbi plures casus distinguit.

Quòd censeatur repetita Altograd. cons. 87. num. 59. &c. lib. 2. & vide latè Menoch. lib. 4. præsumpt. 178. per tot. Sperel. decis. 152. num. 2. & num. 61. & seqq. Martha vot. 28. Paul. Christin. decis. Belg. 13. in fine vol. 4. Gamm. decis. Lusit. 224. &c. Peregrin. de fideicomm. art. 16. per tot. vbi plura de repetitione conditionis facit quod dixi in §. Qualitas n...

An adiecta institutioni dicatur repetita in prælegato, & è contra, Menoch. lib. 4. præsump. 179. per tot. Bertachin. in repert. verb. Conditio.

Quòd stante diuersitate rationis, conditio apposita in institutione numquam intelligatur repetita in substitutione, Rot. par. 13. rec. dec. 245. n. 13. &c.

An autem conditio, vel modus, siue qualitas à testatore requisita in hærede, debeat de necessitate verificari de tempore relatæ successionis, vel aditionis, vel sufficiat si postea superueniat, & non admittatur substitutus, donec possibilis est euentus conditionis, vel modi, siue qualitatis à testatore in hærede requisitæ, Rot. par. 4. rec. decis. 43. per tot. & dec. 103. n. 11. & seqq.

22 Conditio adiecta in primo legato, an videatur repetita in secundo, Pract. Papp. libel. pro leg. rei sing. glos. 1. n. 166. latè Menoch. lib. 4. præsumpt. 180. per tot. Magon. dec. Flor. 84. per tot. vide in §. Qualitas, num... Sanfelic. decis. 202. n. 1. &c.

An adiecta dispositioni antecedenti, censeatur repetita in subsequenti, Cavaler. decis. 561. num. 2. latè Peregrin. de fideicomm. art. 16. per tot. Fusar. de substit. q. 450.

De conditionibus, & qualitatibus appositis in primo testamento, an videantur repetitæ in secundo, vel in codicillis postea factis, latè Menoch. lib. 4. præsumpt. 176. & 177. per tot. & dixi in §. Qualitas num... Rot. par. 14. recent. decis. 130. num. 7. & seqq. per tot. vbi quòd conditio viduitatis vxori apposita in testamento, non censetur repetita in codicillis postea factis, sed consulto ommissa, si non fuit expressa.

Quòd conditio in fine alicuius dispositionis posita qualificet totam dispositionem, maximè vbi non adest ratio diuersitatis, & eadem oratione concepta est, Merlin. dec. 897. n. 2. &c. vide in §. Clausula n. 49. §. Qualitas n. 9. §. Repetitio n. 2.

23 Conditio adiecta legato, si viuente testatore purificata fuerit, an faciat legatum caducum, quasi sortiatur effectum in tempore non permisso, cùm legata debeantur ab hærede, & viuentis non detur hæreditas, & quasi conditio impossibilis, quam possibilem testator existimabat, vitiet legatum, vide Magon. decis. Luc. 28. per tot. facit quod dixi in §. Legatum num... §. Modus num... & §. Testator n...

Quòd impossibilis conditio, quam possibilem testator putabat vitiet vltimam dispositionem; Duran. tractat. de condit. & mod. imposs. par. 3. cap. 7. n. 13. par. 2. c. 1. n. 50. & seqq. & n. 62. &c. & part. 4. c. 3. in fine, & dixi supra n. 16. in fine.

Quid si conditio, vel modus legato adiectus, fuerit à testatore reuocatus, an ipsum quoque legatum præsumatur reuocatum, Menoch. lib. 4. præsump. 169. per tot.

Conditio, an sufficiat quòd impleatur ab hærede illius, cui fuit apposita, vel sit per ipsummet institutum implenda, vide in §. Facultas n... 24

Conditio importata per relatiuum quis, vel qui, dicitur tacita, & non expressa, ac ideò est minoris potentiæ, nec habetur pro conditione, nec actum conditionalem facit, nec de illius verificatione ita curandum est sicut de expressa, Magon. decis. Luc. 27. n. 38. & seqq. vide in §. Relatiuum n... 25

Multa de conditione resultante ex participio quod resoluitur in relatiuum, an reddat actum conditionalem, & an stet restrictiuè, vel potius demonstratiuè, vide per Altograd. cons. 52. num. 19. & seqq. lib. 1. Surd. decis. 337. in prin. lib. 2.

Conditio inducitur per relatiuum iunctum verbo futuri temporis, Altograd. cons. 77. n. 31. lib. 2. 26

An, & quando, & per quas dictiones inducatur conditio, vide plura in §. Dictio n... Tusch. litt. C. concl. 583. & seqq. Rot. par. 10. rec. dec. 320. n. 1. & seqq. vbi qualiter inducatur per aduerbia, quando, quandocumque, & similia, & par. 12. dec. 107. n. 1. &c.

Quòd inducatur conditio per adiectiuum relatum ad actum in futurum expediendum, item per quæcumque verba, dispositionem in aliquem futurum euentum, suspendentia, item per verba dispositiua expectantia actum alterius voluntatis in futurum, & in similibus casibus, de quibus Altograd. cons. 100. n. 25. & seqq. lib. 2. Ger. Spin. cons. 61. per tot. Tusch. loc. cit.

Qualiter inducatur per ablatiuum absolutum, dixi in meis resol. cap. 74. num. 10. & vide supra in §. Ablatiuus.

Qualiter per appositionem diei certæ, vel incertæ, vide in §. Dies n. 8. & 9.

De triginta modis, vel dictionibus, ex quibus inducitur conditio, & dispositio conditionalis, vide Galganet. in tract. de condit. & demonstrat. part. 1. cap. 89. per tot.

Conditio adiecta siue in contractibus, siue in vltimis voluntatibus, an, & quando retrotrahatur, vide in §. Hypotheca num. 37. &c. & in resol. cap. 23. per tot. Caldas Pereyra quæst. forens. cap. 24. per tot. vbi de ratione differentiæ, quare potius in contractibus conditio retrotrahatur, quàm in legatis, Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 2. n. 4. &c. 27

Quid in gratia Principis text. in c. si pro te de rescrip. in 6. Addit. ad Sanfelic. dec. 403. obser. 20. vbi quòd non retrotrahitur, vide in §. Gratia.

Quomodo possit retrotrahi in venditione, Altograd. cons. 13. per tot. lib. 1. vbi pulchrè de retrotractione conditionis quando sit permissa, vel non, & cons. 33. n. 15. & seqq. lib. 1. latè Rot. part. 12. rec. dec. 129. n. 31. & seqq. per tot.

Qualiter conditionis purificatio retrotrahatur, & perinde sit, ac si actus conditionalis fuisset purus ab initio, idem Altograd. cons. 54. num. 24. &c. & num. 100. & 124. lib. 1. Sperel. decis. 71. n. 31. vbi quod casualis, & mixta retrotrahitur, non autem potestatiua, Tusch. litt. C. concl. 599. & 600. per tot. Dian. par. 8. tract. 7. resol. 9. vers. multò minus, vbi etiam quod in præiudicium tertij non retrotrahitur, Gutierez. de Gabel. q. 8. num. 9. vbi quod potestatiua non retrotrahitur, Pacif. de Saluian. inspect. 3. c. 2. n. 508. & 509. Fusar. de substit. q. 612. per tot.

An autem, & quando conditio adiecta siue in vltimis voluntatibus, siue in contractibus, impediat transmissionem ad hæredes honorati, siue stipulatoris, Marcian. disp. forens. cap. 12. per tot. vide §. Legatum n. 109. &c. §. Fideicommissum n. 27.

Conditio, quæ semel defecit, non potest amplius impleri, vnde facto legato mulieri, si Titio nupserit, vel monasterium ingrediatur, illud ammittit, si statim interpellata non adimpleat, quamuis postea pœniteret, & vellet adimplere, imò huiusmodi conditio debet impleri intra triennium post pubertatem, quamuis mulier non fuerit interpellata, Gratian. discept. forens. cap. 137. per tot. & cap. 254. per tot. Ger. Spin. cons. 61. per tot. vbi quod puella instituta sub conditione nubendi alicui, tenetur ipsa mediantibus parentibus, & amicis interpellare eum, cui nubere iussa fuit, alias non dicitur impleta conditio, sed potius eius culpa defecta, vide in §. Legatum n... Marescot. var. resol. lib. 1. c. 73. per tot. Sanfelic. dec. 289. per tot. 28

Quod

Quod mulier inhabilis ad matrimonium ob defectum ætatis possit aspirare ad relictum sub dicta conditione, quæ purificationem non assumit, nisi ad impossibile reducatur, & idem esse in similibus casibus, Rot. *par. 14. rec. dec. 43. per tot.* Sanfelic. *d. dec. 289.*

29 Conditio vt successor teneatur matrimonium contrahere cum persona talis familiæ, vel cum certa, & definita persona, est valida, & non reprobatur; habetur tamen pro impleta, si illa recuset, vel alteri nubat postquam fuit requisita, si verò ab alio tertio impedimentum proueniat, habetur pro defecta, si ille tertius sit soluendo, aliàs habetur pro impleta, sicut etiam quando potuit iustè impedire, prout pater, vt latè declarat Duran. *tract. de condit. & mod. imposs. part. 2. cap. 3. num. 52. & seqq. per tot.* Ger. Spin. *cons. 61. per tot.* vide *in §. Matrimonium num. 13. §. Pœn. num. 12. §. Obligatio num... & §. Statutum excludens num...* Rot. *par. 13. rec. decis. 321. per tot.* vbi plura ad exclusionem pœnæ, ob non contractum matrimonium iuxta dispositionem testatoris, & latè Sanfelic. *decis. 289. per tot.*

Intellige dummodò dicta conditio possit honestè impleri, & quando dicatur non posse honestè impleri, & alia, vide per Rot. *in Venusina Legati 28. Iunij 1623. coram Coccino*, penes Paul. Zacch. *Quest. Medic. legal. tom. 2. decis. 53. n. 43. & seqq.* vbi etiam *n. 57. &c.* quis debeat interpellare, & vide latè Sanfelic. *dec. 289. per tot.* Menoch. *lib. 4. præsump. 183. n. 25. & seqq. per tot.* vbi quando dicta conditio habeatur pro impleta.

Quod conditio si nupserit tali, vel de consilio talis, sit licita, honesta, & possibilis, etiam si esset obtinenda dispensatio propter gradum prohibitum, quando sumus in casu de facili dispensabili, cùm per huiuimodi conditionem inuitetur hæres, vel legataria ad nuptias sub spe lucri, quòd est omninò permissum, & illa non impleta non debeatur relictum, latè probat Martha *vot. Pis. 50. per tot.* Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 3. part. 4. & 5. fol. 327.* vbi plura de conditione si nupserit tali, ac de conditione nubendi de consensu, licentia, vel consilio talis, & alia, Cabed. *decis. 31. per tot. part. 2.* vbi plura an apponi possit conditio in donatione, vel legato de nubendo fœminæ à donatore nominandæ etiam indotatæ.

De conditione si contraxerit matrimonium cum vnà ex filiabus talis N. vt dicatur impleta an sufficiat vnam tantùm fuisse requisitam, quæ recusauit, vel etiam vtraque, siue aliæ sint requirendæ, vide Marescot. *var. resol. lib. 1. c. 44. per tot.* vbi post plura argumenta hinc indè deducta concludit sufficere vnam fuisse requisitam.

Quod Papa possit huiusmodi dispositionibus, & conditionibus derogare, ita ut absque caducitatis, vel pœnæ incursu possit hæres, vel legatarias cui voluerit se nubere, Rot. *part. 12. recent. decis. 408. & part. 13. dec. 185.* in eadem causa; & idem puto licere alijs supremis Principibus eorum statibus, & subditis per ea, quæ dixi *in §. Princeps*,

30 Conditio nubendi arbitrio parentum, fratrum, tutorum, vel aliorum, si apponatur per modum præcepti, tamquam libertati matrimoniali contraria reijcitur, si verò per modum requisitionis consilij, est valida, & illo requisito dicitur impleta, nisi in dicta requisitione versaretur magnum periculum impediendi matrimonium, quia tunc esset reijcienda, Duen. *reg. 112.* & Duran. *tract. de condit. & mod. imposs. part. 2. cap. 3. num. 74. & seqq.* Rot. pluribus alijs citatis *part. 10. recent. decis. 93. num. 8. & seqq.* vbi Papa huiusmodi conditioni derogauit, Marcian. *disput. for. c. 77. n. 3. &c.* Paul. Christin. *dec. 124. n. 39. &c. vol. 3.* vide Ricc. *Collect. 1351.* vbi quod reijcitur, & tamen secus est si fuerit dictum, *si matrimonium cum talis contraxerit*, quia ista conditio valet, & ea non impleta non debetur legatum; pro impleta tamen habetur si per legatariam non steterit, Marescot. *var. resol. lib. 1. c. 73.*

31 Conditio quod quis excludatur ab hæreditate, si vitam sacerdotalem, vel religiosam elegerit, est valida, & per talem electionem dicitur statim purificata, non expectata morte naturali, Gratian. *discept. forens. cap. 986. n. 1. & seqq.* latè Duran. *d. tract. part. 2. cap. 3. num. 31. & seqq.* vbi infert ad multa notabilia, Molin. *de Primog. lib. 2. cap. 12. num. 54.* Menoch. *cons. 1127. n. 17.* Castil *contr. tom. 5. cap. 99.* Rot. *part. 9. recent. decis. 407. num. 35. &c.* vbi quod censetur adiecta non in odium cælibatus, sed pro conseruatione familiæ, & ideò sustinetur, Sanfelic. *decis. 193.* vbi quod sustinetur ad seruandam voluntatem testatoris, qui potest ad libitum disponere de bonis suis, maximè si in tali casu fuerit relicta certa quantitas, cùm possit peti supplementum legitimæ; loquitur tamen de certo monasterio, & religione, & non in vniuersali, & dicta conditio apposita vni filio non extenditur ad alium, qui religionem profiteretur, sicut etiam si fuerit filius tantum exclusus sub dicta conditione, non censetur exclusum Monasterium quod poterit ex se petere, & adire, & tamquam sit loco filij, venientes ab intestato excludere, idem Sanfelic. *decis. 194.* vide *in §. Monasterium n. 7.*

Quod sit valida, & seruanda quando testator ita disposuit non in odium religionis, sed pro conseruanda sua agnatione, & familia, Altograd. *cons. 95. num. 93. &c. lib. 2.* vbi quod ita seruatur in Gallia, vt Religiosi omnes à successione excludantur de consuetudine, vide in §. *Monasterium num. 9. in fine*, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 2. n. 89. & seqq.* Couar. *lib. 1. var. cap. 19. num. 10.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. de præsumpt. 83. num. 18. & seqq.* Narbon. *de ætat. q. 72. in fine*. Ex quo infertur, quod instituens Maioratum, vel Primogenituram potest etiam prohibere, ne Monachus, vel Sacerdos, siue Monialis succedat, & valida erit conditio, Cabed. *decis. 133. num. 6. part. 1.* Caldas Pereyra *tract. de nominat. q. 6. num. 12.* Couar. *lib. 1. var. cap. 10. num. 11.* Crass. *de success. §. fideicommissum q. 40. num. 2.* Molin. *de Primogen. lib. 1. cap. 13. num. 99. & lib. 2. cap. 10. num. 81. & seqq.* Castil. *lib. 3. contr. cap. 12. num. 36. & seqq.* Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 2. num. 34.* quos cum alijs refert, & sequitur Portugal. *loc. cit. n. 90. & 91.* Sed quid dicendum in foro conscientiæ, vide *in §. Testator n. 28. in addit.*

Quod conditio prædicta tamquam turpis, & retrahens à vita religiosa reijciatur, & habeatur pro non scripta, firma remanente institutione pura, & libera, & tantò magis si non contineat certam religionem, vel monasterium dumtaxat, sed omnem religionem indefinitè; posse tamen sustineri si esset de certo Monasterio, cùm remaneat libertas profitendi in alijs, vel si expressè, vel tacitè appareat, exclusionem religionis, & religiosorum esse factam causa conseruandæ agnationis, & familiæ, & non in odium religionis, benè probat, & distinguit, opiniones ita concordando Rot. *par. 13. rec. dec. 245. per tot.*

An dicta conditio, quòd si hæres efficiatur Sacerdos, teneatur post mortem hæreditatem alteri restituere, extendatur ad alium casum, si decesserit sine liberis, quamuis factus non fuerit sacerdos, extant opiniones contrariæ inter Doctores, vt per Menoch. *de arbit. cas. 509.* vbi ipse hoc totum iudicis arbitrio remittit, qui considerabit, an verisimile sit testatorem considerasse solum defectum filiorum, vide *in §. Substitutio n...* Alex. *cons. 100. vol. 4.* Dec. *cons. 227. col. pen. & fin.* vbi quod sic, & sequitur Martha *de success. leg. par. 4. q. 18. art. 8. n. 22.*

32 Conditio, quæ impedit vitam religiosam, vel à vita contemplatiua retrahit, reprobatur tam in virginibus, quam in viduis apposita, intelligendo quando ad id principaliter tendit in odium religionis, aliàs secus iuxta prædicta, vnde conditio illa, *si religionem non ingrediatur*, principaliter apposita causa conseruandi familiam valet, & est seruanda, Duran. *d. tract. part. 2. cap. 3. num. 17. & n. 31. & seqq.* vbi ad multa infert vide Tusch. *litt. C. concl. 592. per tot.* Dian. *par. 3. tract. 5. resol. 57.* vbi quid in foro conscientiæ.

An autem conditio, vt mulier habeat maiorem dotem si matrimonium contrahat, & minorem si monasterium ingrediatur dicatur remouere ab ingressu Religionis, & à vita contemplatiua, ita vt sit reijcienda, & debeatur dos in maiori quantitate destinata, etiamsi monasterium ingrediatur, latè Michalor. *de fratr. part. 3. c. 6. per tot.* vbi concludit dictam conditionem isto casu sustineri, & esse seruandam, quicquid nonnulli senserit, & dixi *in §. Legatum n. 47.*

33 Conditio auertens à procreandis liberis, reputatur de iure impossibilis, & reijcitur in vltimis voluntatibus, vt si dictum fuerit quod filia, vel filius non sit hæres, si decesserit cum liberis, Duran. *d. tract. part. 2. cap. 3. n. 84. & 85.*

Sicut etiam viceversa conditio, quæ inuitat ad procreationem filiorum posset esse turpis, vt si sit adiecta sacerdoti,

de

de quo vide *in §. Substitutio n...* Palcot. *de noth. cap.* 28. *in fine*, Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 22. *n.* 18. vbi quod tunc habetur pro pura.

34 Conditio non nubendi adiecta hæredi, vel legatario, si generaliter inducat viduitatem respectu temporis, personarum, & locorum non valet, sed tamquam turpis, & inhonesta reijcitur, si verò non inducat ita generaliter viduitatem, sed specialiter tantum respectu alicuius temporis, vel loci, vel personarum, valet, & est seruanda, Gratian. *discept. forens. cap.* 863. *per tot. inf. n.* 36. Tusch. *litt. C. concl.* 592. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 124. *n.* 39. *& seqq. vol.* 3. vide latè Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 19. *per tot.*

De huiusmodi conditione *si non nupserit*, quòd reprobetur in virgine, non autem in vidua, & alia multa de illius natura, & effectibus, vide per Duran. *d. tract. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 18. *& seqq.* dixi *in §. Mulier n.* 28. Christin. *d. decis.* 124. *n.* 40. *vol.* 3. vbi refert alios casus, in quibus sustinetur.

Quòd dicta conditio, *si non nupserit*, reijciatur in virgine, & quamuis nupserit debeatur legatum, possitque retineri etiam in foro conscientiæ, idem Duran. *d. tract. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 8. *& 9.* vide *in §. Mulier num.* 28. Dian. *par.* 3. *tract.* 5. *resol.* 57. P. Stephan. de Neapol. *tract. de rest. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 6.

Et ideò etiam si testator instituat puellam, & eam fideicommisso grauet, *si non nupserit*, debetur fideicommissum licet puella nubat, quia huiusmodi conditio est in iure reprobata, vt est casus *in l. quoties ff. de condit. & demonstrat.* vbi DD. Menoch. *cons.* 254. *num.* 2. Fusar. *de substit. q.* 448.

De indicata conditione, *si non nupserit*, latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *Prælud.* 2. §. 2. *num.* 68. *& seqq.* vbi firmat plures conclusiones quando reijciatur, vel non, Narboo. *de ætat. q.* 72. Capyc. Latro *consult.* 149. Gabriel. Pereyr. *decis.* 115. Arias de Mesa *lib.* 3. *var. cap.* 30. Cresp. *obseruat.* 91. *num.* 34. *& seqq.* Galganet. *de condit.* 1. *par. cap.* 10.

Quòd dicta conditio non nubendi etiam in virgine sustineatur fauore libertatis, & piæ causæ substitutæ, probat Portugal. *loc. cit. num.* 93. Tiraquel. *de pia causa priuileg.* 18. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 18. *n.* 19. *& tit.* 19. *num.* 11.

Quòd valeat conditio nubendi cum certo genere personarum, sub pœna ammissionis legati, nec possit dici pœnalis, nisi quoad legitimam, & alia, Io. Torre *de success. in Maiorat. & Primog. Ital. par.* 2. *q.* 49. *per tot.* vide in §. *Preceptum n.* 10.

35 Conditio non nubendi, & quælibet alia à liberis procreandis auertens, vel à religione retrahens, apposita in contractibus, illos vitiat, quamuis impleatur, Duran. *d. tract. part.* 3. *cap.* 3. *n.* 88. *& 89.*

36 Conditio omnis, siue modus, vel qualitas impediens libertatem matrimonij, aut illi moram nectens, dicitur de iure impossibilis, & adiecta legato, siue institutioni, habetur pro non scripta, & dispositio nihilominus valet, etiam si generale non afferat impedimentum, sed respectu certi temporis tantùm, siue loci, vel personarum, vt latè probat Altograd. *cons.* 77. *per tot. lib.* 2. *supra n.* 34. *& n.* 18. vide Tusch. *litt. C. concl.* 592. *per tot.* Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 93. *per tot.* dixi *in §. Matrimonium n.* 13. Sanfelic. *decis.* 289.

Si tamen conditione matrimonij impeditiua defecta, vocetur pia causa, non reijcitur dicta conditio, Socin. *reg.* 382. *primul.* 25. Gratian. *decis.* 187. *n.* 13. *&c.* Paul. Christin. *decis.* 124. *n.* 40. *vol.* 3. Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 93. *n.* 12. *&c.* vbi quod potest procedere si agatur de lucro, secus autem si de pœna, quæ est à iure improbata, vt ibidem declarat.

Sicut etiam conditio, vel qualitas *si nupta non erit* adiecta legato, vel institutioni, non reijcitur, sed valet, & sustinetur etiam in virgine, si sit restricta ad tempus mortis testatoris, vt quia dixerit; *lego centum Titiæ si nupta non erit tempore mortis meæ*, nam hoc casu, nec tantillum quidem retrahit à nuptijs, si enim verificetur tempore mortis testatoris, debetur legatum, nec requirit postea perseuerantiam, & viuo testatore ignoratur, secus autem si non sit relata ad tempus mortis testatoris, sed ad alia tempora, quibus successiuè post eius obitum sit deferenda hæreditas per fideicommissum, cùm isto casu sit retractiua à matrimonio sub spe consequendi hæreditatem, vel fideicommissum, & ideò reijcienda, vt latè declarat Altograd. cum multis ab eo relatis *d. cons.* 77. *n.* 32. *& seqq. lib.* 2. facit *supra n.* 34.

Et in omnem casum, stante ætate minori, cessante dolo, & culpa non obseruantis conditiones huiusmodi, esset locus restitutioni in integrum, etiam si conditio esset talis, quæ restaurari non possit, & transgressio consisteret in committendo, vt est conditio non nubendi, si fuerint sequutæ nuptiæ, nam licet restitutio concedi nequeat aduersus matrimonium contractum, tamen concedi poterit aduersus damnum, & priuationem ex nuptijs caussatam, ad hoc vt talis conditio habeatur pro impleta, cùm pœna priuationis non sit irroganda sine culpa, vt ratiocinatur idem Altograd. *d. cons.* 77. *num.* 48. *& seqq. per tot. lib.* 2.

Conditio, *si puella efficiatur monialis*, quòd valeat, dixi 37
§. *Substitutio n... & §. Pater n...*

Et dicitur statim purificata per ingressum monasterij, & professionem subsequuta, non expectata illius morte naturali, nisi per testatorem essent apposita verba naturalitatem denotantia, Gratian. *discept. forens. cap.* 481. *per tot.*

De conditione, *si ingrediatur monasterium*, an dicatur impleta per simplicem ingressum ante professionem, & quando nouitius habeatur pro professo, licet moriatur intra annum probationis, idem Gratian. *decis.* 35. *per tot.* Surd. *decis.* 303. & vide *in §. Monasterium num...*

Quando relinqueretur monasterio, *vt aliquam recipiat in monialem*, non valet huiusmodi conditio tamquam turpis, & simoniaca, sed reijcitur, & legatum efficitur purum, Magon. *decis. Luc.* 28. *n.* 6. *& 7.* vide Duran. *tract. de condit. & mod. imposs. par.* 2. *c.* 3. *n.* 51. vbi quatuor opiniones refert, *& par.* 3. *cap.* 9. *n.* 7.

Contrarium probat Gratian. *discept.* 254. *n.* 29. *& 30.* dixi *in resol. c.* 72. *in fine.*

Conditio, *castè, & honestè viuendi*, ex præsumpta 38
mente testatoris semper intelligitur apposita vxori, cui aliquid per maritum relinquitur, qua non adimpleta ammittit legatum, vt dixi *in §. Legatum num.* 29. *& §. Vxor num.* 24. *&c.* vide latè Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 23. *& seqq.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 31. *&c.*

Et muliere semel inhonestè agente, amittitur legatum, nec recuperatur etiam si deindè honestè viuat, Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 187. *n.* 12. Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *resol.* 8. *in fine.*

Quòd mulier patiendo se osculari, amittat legatum sub dicta conditione relictum, Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 42. *num.* 38. Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *resol.* 9. *per tot.* vbi etiam de amplexibus, & alijs tactibus impudicis, & refert contrarias opiniones, & videtur distinguere an semel tantùm, vel pluries, vel an agatur de foro externo, vel de foro conscientiæ, & iterùm idem Dian. *d. par.* 10. *tract.* 15. *resol.* 21.

An autem illud amittat per transitum ad secunda vota, dixi in §. *Legatum n.* 29. *inf. n.* 39. *& 40.*

Quid si dictum fuerit, *donec in viduitate vixerit*, quomodo tunc resoluatur, & alia, vide in meis *resol. cap.* 38. *num.* 16. *& seqq. & in §. Legatum num.* 30. *infra num.* 69.

Quod conditio *castè, & honestè viuendi*, in legato apposita non debeat intelligi de toto vitæ cursu, sed de tempore arbitrio prudentis sufficiente, quale est decem annorum, ita vt si fœmina castè vixerit per decennium, licet postea fornicetur debeatur adhoc ei legatum sub tali conditione relictum, Dian. *par.* 5. *tract.* 14. *resol.* 84. *vers. notandum*, vbi citat Homobon. *respons.* 44. Sed ego vt verum fatear valdè de hoc dubito.

An legatum sub dicta conditione relictum possit in conscientia exigi, & retineri, si fœmina occultè fornicata fuerit, vel semel tantùm, Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *resol.* 8. *per tot.* vbi refert contrarias opiniones in vtroque capite, & ambas probabiles dicit, licet ipse negatiuam amplectatur in primo casu, & in secundo videatur cum affirmatiua vltimo loco relata transire, & iterùm Dian. *d. par.* 10. *tract.* 15. *resol.* 21. Leonell. *decis. Ferr.* 88.

Conditio, *viduitatis*, appositam per vxorem marito 39
in

in legato illi facto est obseruanda, eodem modo prout quando est apposita per virum vxori, cùm in vtroque vigeat eadem ratio, Perr. Cabal. *cons.* 1. *lib.* 1. Ricc. *Collect.* 1927. Franch. *decis.* 174. Duran. *tract. de condit. & mod. imposs. part.* 2. *cap.* 3. *n.* 21. vbi tamen quòd apposita viro, qui numquam fuit vxoratus, est reprobata, & reijcitur, sicut quando adijcitur virgini, vt dixi *supra n.* 34.

Quòd conditio, *viduitatis*, tamquam mulieri onerosa, contra publicam vtilitatem, & libertatem matrimonij, numquam tacitè intelligatur, nisi sit expressa, nec veniat sub conditione, *permanendi in domo testatoris*, vel *castè*, *& honestè viuendi*, præcipuè quando non adsunt filij primi matrimonij, quorum fauore possit censeri apposita, quicquid aliqui contrarium tenuerint benè probat Altograd. *cons.* 63. *n.* 6. *& seqq. lib.* 1. vide Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 95. *per tot.* vbi etiam si extent filij, & dixi in §. *Legatum num.* 29. *&* 30. Dian. *part.* 10. *tract.* 13. *resol.* 9. *vers. notandum*, vbi loquitur etiam si extent filij, & quòd pariter conditioni viduitatis expressæ, non contrariatur per religionis ingressum, & professionem, & ideò non ammitti legatum, cùm tunc magis dicatur impleta voluntas testatoris, Bald. *in l. Deo nobis col.* 5. *C. de Episc. & Cler.* quem refert, & sequitur Bertachin. *in repert. verb. Castitas.*

Quòd dicta conditio viduitatis apposita in testamento, non censeatur repetita in codicillis, Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 130. *n.* 7. *&c. supra n.* 22.

Quod vbi conditio viduitatis non fuit apposita, censeantur remissæ pœnæ secundarum nuptiarum, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 502. *num.* 10. vide *in* §. *Vxor num.* 24.

40 Conditio, *de habitando cum hæredibus defuncti*, est implenda per legatarium, cui fuit apposita, non obstante, quòd videatur restringere hominis libertatem, contra *tex. in l. Titio centum* §. 2. *ff. de condit. & demonstrat.* Pract. Papp. *act. qua vx. ag. ad dot. & vsufr. glos. vltima*, vbi respondet *d. l. Titio centum*.

Vbi enim aliquid conditionale deducitur in iudicium, debet liquidari purificatio conditioni, Magon. *dec. Flor.* 84. *n.* 1. *&c.* Sanfelic. *decis.* 203. vbi de legato alimentorum facto vxori in domo testatoris, an & quando illud consequatur extra domum.

Quòd dicta conditio, *permanendi in domo viri*, adiecta vxori legatariæ, vel hæredi, intelligatur, & suppleatur secundùm aliquos, scilicet *in actu, & vita viduili*, sed contrarium esse verius, nempe dictam conditionem, non inducere conditionem viduitatis, nisi sit expressa, etiam si addita fuerint verba, *castè*, *& honestè*, ideòque mulierem consequi legatum, vel hæreditatem, etiam si transierit ad secundas nuptias, cùm etiam secundo nubens dicatur castè, & honestè viuere, & sufficiat illam seruare conditionem prout sonat, permanendo in domo viri etiam nupta, vel ostendendo, quòd per eam non steterit, sed fuerit expulsa, vel impedita à nouo marito, latè probat Altograd. *cons.* 63. *per tot. lib.* 1. loquitur tamen quando ex primo viro non adsunt filij, nam illis extantibus fatetur importare viduitatem.

Quòd vxor, cui factum est legatum, etiam à marito sub conditione castè, & honestè viuendi, illud consequatur, licet transeat ad secundas nuptias, cùm hoc modo dicatur castitatem, & honestatem seruare, (quicquid alij quoad meritum legantem contrarium sentiant) probat Martha *de success. leg. part.* 4. *q.* 18. *art.* 2. *n.* 72. *& seqq. ad* 78. vbi alia plura de interpretatione legatorum vxori factorum.

Quòd verba, *castè*, *& honestè*, importent honestatem coniugij, & debeatur legatum mulieri etiamsi nupserit, nisi sit factum à marito vxori, quia tunc intelliguntur de viduitate, Castr. *cons.* 11. *in fine lib.* 2. Tusch. *litt. C. concl.* 109. *& concl.* 374. *& litt. L. concl.* 104. vide latè Christin. *decis.* 131. *n.* 25. *& seqq. per tot. vol.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 23. *per tot. & seqq.* Peregr. *decis.* 41. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 31. *& seqq.* vbi quòd idem est si fuerit apposita à filio, vt intelligatur de viduitate.

41 Conditio, *de morando in certo loco*, adiecta per modum obligationis ad nullius particulare commodum, est ipso iure nulla, adiecta verò per modum conditionis tenet, & est seruanda, *l. Titio centum* §. 2. *ff. de condit. & demonstrat.* Pract. Papp. *act. ad dot. & vsumfr. glos. vlt.* Bart. *in l. qui concubinam* §. *vxori ff. de leg.* 3. Capyc. *decis.* 135. *per tot.* Ger. Spin. *cons.* 26. *num.* 27. *& seqq.* Altograd. *cons.* 63. *num.* 22. *&* 23. *lib.* 1. vide *in* §. *Pactum num.* 22. *& in meis resol. cap.* 72. *num.* 23. *&* 24. latè Gizzarel. & Addent. *decis.* 19. *per tot.* vbi magistraliter de hac materia, Caldas Pateyta *cons.* 53. *per tot.* Azeued. *in l.* 11. *num.* 21. *& seqq. tit.* 6. *l.* 1. Recopilat. Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 7. *num.* 2. *&c.* Amaya *l.* 1. *obseruat. cap.* 6. *num.* 22. Quesad. *quæst. iur. cap.* 8. Antunez. Portugal. *de donat. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 2. *n.* 94. *& seqq.* vbi benè declarat *d. l. Titio centum*, Io. Torre *d. tract. par.* 2. *q.* 52. *per tot.*

Quòd dicta conditio sit inhonesta in vltimis voluntatibus habeatur pro non adiecta, & reijciatur, Magon. *decis. Flor.* 144. *n.* 13. *& seqq.* vide Gizzarel. & Addent. *d. decis.* 19. *per tot.*

Intellige vt supra per modum obligationis, secus si per modum conditionis, nam causatiuè tenet, vt dixi in *d. cap.* 72. *num.* 24. facit quod dixi *in* §. *Habitatio num.* 6. vide Peregrin. *de fideicomm. art.* 16. *n.* 147. *& seqq.*

Conditio, sufficit quod semel extiterit, etiam si per 42
momentum tantum durauerit, nec est curandum de successu postquam emolumentum fuit quæsitum, Altograd. *cons.* 77. *num.* 35. *& seqq. lib.* 2. latè Tusch. *litt. C. concl.* 598. *per tot.* Vrceol. *Consult.* 82. *num.* 74. *vel.* 4. Ludouis. *decis.* 5. *num.* 10. Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 90. *num.* 6. *&c.* vbi de conditione superuiuentiæ, quæ verificatur, etiam in hora, ad effectum transmissionis ad hæredes, vbi non requiritur tractus successiuus, quicquid alias non dicatur verè superstes ille, qui statim perijt, & rursus in eadem causa, *& part.* 13. *decis.* 195. vbi fuit confirmata prima decisio, cum aliquali differentia inter conditionem superuiuentiæ, quæ videtur durationem importare *inf. n.* 79. & vide *d. part.* 13. *decis.* 530. *per tot.*

Quòd non requiratur perseuerantia, sed sufficiat semel conditionem esse impletam, nisi aliter testator disposuerit, Gratian. *discept. forens. c.* 137. *n.* 7. *&c.* Tusch. *loc. cit.* Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 98. *n.* 5. *& seqq.* vbi quando secus, *& decis.* 530. *per tot.*

Quando tamen habet causam successiuam, & non momentaneam, requiritur perseuerantia, vt benè probat idem Altograd. *cons.* 101. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 2. Tusch. *loc. cit.* Ricc. *Collect.* 2222. Marcian. *disput. for. cap.* 62. *num.* 11. *&c.* vbi de conditione si ingrediatur monasterium.

Conditio, *si preces veritate nitantur*, semper intelli- 43
gitur in omni dispositione etiam iurata, & facta motu proprio, Gratian. *discept. forens. cap.* 508. *num.* 1. 20. 22. *&* 24.

Et est probanda ab eo, qui vult vti rescripto, Menoch. *lib.* 4. *præsump.* 182. *n.* 7.

Conditio assumendi arma, & nomen testatoris, an 44
sit implenda per hæredem dixi in §. *Grauatus num.* 17. & latè Fusar. *de substit. quæst.* 447. *per tot. & quæst.* 465. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 103. *per tot.* vbi quando est à duobus apposita incompatibiliter, tenetur grauatus emolumentum ab vna proueniens dimittere. Sed vide aliam decisionem in eadem causa emanatam *d. par.* 14. *decis.* 194. vbi ex alijs fundamentis fuit prima reuocata.

Conditio, *si sine liberis*, tacitè subintelligitur à le- 45
ge in omnibus descendentibus testatoris grauatis per fideicommissum alteri restituere, quasi plus dictum, & minus scriptum præsumatur ex pietatis coniectura, iuxta text. *in l. cum auus ff. de condit. & demonstrat. l. cum acutissimi Cod. de fideicomm. & l. generaliter* §. *cum autem Cod. de instit. & substit.* latissimè explicat Ioseph. de Rust. *in Commentar. ad dict. l. cum auus*, Fusar. plenè *tractat. de substitut. quæst.* 393. *per tot. cum aliquibus seqq.* Altograd. *cons.* 45. *num.* 4. *lib.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 89. *per tot.* Merlin. *decis.* 864. *num.* 4. *&c.* Ricc. *Collect.* 335. Marcian. *disput.* 87. *numer.* 35. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 419. *numer.* 28. Tusch. *litt. S. conclus.* 843. *per tot.* Gabriel. *com. concl. tit. de fideicomm. conclus.* 2. Paul. Christin. *decis.* 14. *sub num.* 1. vbi quod subintelligitur tam in prima, quàm in secunda substitutione,

& decis. 45. *num.* 2. *&c. vol.* 4. Cabal. *cons.* 48. *num.* 7. *& seqq. lib.* 1. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 132. vbi an, & quando conditio expressa à testatore faciat cessare tacitam à lege subintellectam, vel simul concurrant, ita vt prouisio hominis non tollat prouisionem legis, & alia ad rem, vt substitutio non transeat ad aliam lineam transuersalem vocatam donec adsunt filij, vel alij descendentes, etiam ex fœminis ipsius testatoris, Rot. *part.* 18. *decis.* 170. *& part.* 18. *dec.* 633. vbi plura pro exclusione repetitionis dictæ conditionis, *& dec.* 684. *n.* 7. *&* 8. vide *in* §. *Repetitio n.* 2.

Quod conditio, *si liberos non habuerit*, sit eadem cum conditione, *si sine liberis*, & referatur ad tempus mortis, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 2. *num.* 124. *& seqq. per tot.* vbi quando subintelligatur, vel non, & quid operetur tam expressa, quam tacitè subintellecta, quòd subintelligatur etiam in substitutionibus factis in donationibus, vel alijs contractibus, aliaque plura de dicta conditione, *si sine liberis*, de qua etiam multa Io. Torre *tract. de success. in Maiorat. & Primog. Italiæ*, in diuersis locis indicatis in eius *Repertorio generali in fine part.* 3. *in verb. Conditio si sine filijs*, Mans. *Consult.* 260. *lib.* 3. vbi plenè, an dicta conditio per existentiam fœminarum dicatur defecta, vel purificata ad exclusionem, vel admissionem substituti, & alibi sæpè.

Quòd conditio, *si sine filijs, &c.* intelligatur purificata adueniente ętate, in qua filij amplius procreari non possunt, vel alio impedimento perpetuo, quamuis quoad executionem attendatur tempus mortis, Quesad. Pilo *contr. forens. c.* 49. *n.* 30. *& seqq.*

An autem, & quando dicta conditio expressa in persona filij censeatur repetita, vel non in persona nepotis, vel pronepotis substituti, Gamm. *decis. Lusit.* 224. *per tot.* Martha *de success. leg. part.* 2. *quæst.* 4. *art.* 9. *n.* 29. *&c.*

Plura de dicta conditione expressa, vel tacita, & quando vna differat ab alia, idem Martha *d. tract. in varijs locis*, prout in eius *repert. verb. Conditio*, Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 308. *n.* 15. *& seqq.* vbi quòd tacita nihil differt ab expressa.

Quòd dicta conditio, *si sine liberis*, licet non expressa subintelligatur à lege, operetur eundem effectum ac si fuerit expressa, & excludat substitutum etiam in testamento matris, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 305. *&* 306. *per tot.* vbi aliquibus modis limitat, & inserit duas decisiones Rotæ Romanæ, in quibus fuit tentum, huiusmodi conditionem tacitam non sufficere, vt substitutus excludatur per monasterium, sed debere esse expressam, vt monasterium loco filij succedens admittatur, vide in §. *Substitutio num.* 42. *&* §. *Monasterium n.* 11. *&c. inf. n.* 54.

Quæ sit differentia inter dictam conditionem expressam, vel tacitam, Marescott. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 2. *&c.* sed non differat probat Fusar. *de substit. q.* 393. *n.* 5. *& q.* 399. & illum sequitur Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 308. *n.* 18. *&* 21.

Quòd conditio, *si sine liberis*, censeatur repetita in omnibus descendentibus, vbi concurrunt aliquæ coniecturæ, nisi sit restrictiuè ad aliquam personam apposita, Gabriel. *de fideicom. concl.* 8. *n.* 6. Thes. *dec.* 270. *n.* 29. Martha *vot. Pis.* 210. *n.* 29.

46 Conditio prædicta, *si sine liberis*, suppletur per legem, etiam quando amicus est institutus, & grauatus post mortem alteri restituere, iuxta multorum opinionem, quos allegat D. Carol. de Graff. *tract. de effect. amicit. num.* 218. vbi tamen ipse contrarium firmat, vide Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 89. *num.* 65. Altograd. *cons.* 45. *num.* 12. *lib.* 1. vbi non videtur dissentire à prima opinione; Sed non subintelligi in amico grauato, quicquid aliqui malè contrarium senserint firmat Fusar. *de subst. q.* 395.

47 Conditio, *si sine liberis*, quamuis iuxta communem scribentium scholam, non subintelligatur in transuersalibus, vel alijs extraneis grauatis, sed tantum in descendentibus, Gabriel. *comm. concl. tit. de fideicom. concl.* 2. *num.* 34. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 23. Odd. *de compend. part.* 4. *quæst.* 1. *art.* 4. *n.* 3. Intrigliol. *de substit. cent.* 3. *quæst.* 50. *num.* 3. Fusar. *eod. tract. quæst.* 394. Rustic. *in d. l. cum auus lib.* 2. *cap.* 9. *ff. de condit. & demonstr.* Rot. *par.* 17. *recen. dec.* 170. *numer.* 7. *& seqq. part.* 18. *decis.* 633. *per tot.* vbi quòd non subintelligitur in testamento fratris alium fratrem instituentis.

Tamen quandoque potest subintelligi, & suppleri etiam in transuersalibus, quando ex coniecturis appareat de mente testatoris ita disponere volentis, cùm hæc materia sit tota coniecturalis, grauiores tamen, & vrgentiores, ac ex ipso testamento, & illius verbis desumptæ requiruntur in isto casu, Petr. Bim. *cons.* 285. *num.* 9. *lib.* 3. Bardellon. *cons.* 16. *num.* 20. *&c. lib.* 1. Mart. *de success. legal. part.* 1. *quæst.* 2. *art.* 2. *numer.* 29. cum alijs quos refert, & sequitur Altograd. *cons.* 45. *n.* 5. *& seqq. per tot. lib.* 1. vbi latè perpendit septem coniecturas, ex quibus in casu suo sustinet subintelligi dictam conditionem, *si sine liberis*, etiam in transuersalibus, nempè prædilectionem transuersalis instituti, quam ex diuersis elicit, quòd testator non haberet ipse filios, sed loco filiorum teneret, & diligeret institutum, imperitiam notarij, qui dictam conditionem exprimere omisit, & similes, afferendo ita fuisse iudicatum à *Rot. Florent. pro D. Marchionissa Francisca vxore D. Marchionis Gabrielis Riccardi Florentini sub die 4. Iunij 1635. prout in libro Mott. dicti anni.*

Quòd debeat subintelligi etiam in transuersalibus quando ex serie testamenti, & alijs coniecturis, apparet quòd si testator fuisset de hoc casus interrogatus, ita respondisset idem Altograd. *d. cons.* 45. *num.* 42. *lib.* 1.

Quòd regulariter dicta conditio non subintelligatur etiam in vxore, nec in fratribus etiam consanguineis, nec in ascendentibus institutis, & grauatis vt supra; quid si simul essent instituti aliqui filij testatoris, & grauati, an tunc dicta conditio subintelligatur quo ad omnes, vel nullos, vel filios tantùm, & alia, Fusar. *de subst. quæst.* 396. *& seqq.*

Conditio, *si sine liberis*, habet locum tantùm quando filij succedunt patri grauato, aliàs secus, Caualer. *decis.* 296. *n.* 4. vide *in* §. *Substitutio n.* 46. Rot. *p.* 13. *recent. decis.* 39. *& decis.* 309. vbi quòd expressè à testatore exclusus reputari debet ac si natus non fuisset, nec comprehenditur sub dicta conditione. 48

An, & quando intelligitur etiam de fœminis, vide *in* §. *Substitutio num.* 47. Menoch. *cons.* 95. *&* 150. Soccin. iun. *cons.* 58. *num.* 84. *& seqq. lib.* 2. cum alijs per Christin. *decis. Belg.* 267. *in fine vol.* 1. Merlin. *decis.* 686. *num.* 13. vbi quòd veniunt etiam fœminæ, Ricc. *Collect.* 2221. 3094. *&* 3592. vbi plura notabilia, *& Collect.* 335. Peregrin. *decis.* 55. vbi quando non veniant fœminæ, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 139. *&* 188. *num.* 6. *decis.* 437. *numer.* 1. *& seqq. d. part.* 9. *& part.* 10. *decis.* 60. *per tot.* vbi pro fœminis, *& part.* 12. *decis.* 330. vbi contra fœminas, Marescott. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 11. vbi latè, & magistraliter plures coniecturas adducit contra fœminas, & illas declarat Fusar. *de subst. q.* 402. *per tot.* Giurb. *decis.* 32. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 71.

Conditio, *si sine liberis*, quando est expressa deficit per solam existentiam filiorum, etiam si non sint hæredes, quando verò est tacita, & à lege subintellecta, requiritur quòd filij sint hæredes, vt possint excludere substitutum, Fusar. *de substitut. quæst.* 421. *num.* 23. *& seqq.* vbi latè declarat quando filij positi in conditione debeant esse hæredes patris, vt substitutum excludant, vel non, *& quæst.* 422. vbi etiam de præteritis, vel exhæredatis, & huiusmodi, vide Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 98. *per tot. & decis.* 290. *num.* 12. vbi quòd sola existentia filiorum sufficit, etiam si succedere non possint, cùm adhuc faciat deficere conditionem vocationis, & non sint filij qui excludant substitutum, sed defectus conditionis, *& part.* 14. *decis.* 144. Altograd. *cons.* 45. *num.* 94. *&* 95. Ger. Spin. *cons.* 65. *num.* 19. *& seqq.* vbi etiam adducit aliam differentiam inter expressam, & tacitam conditionem prædictam, vide *in* §. *Substitutio n.* 46. *&c.* 49

Quòd sine tacita, & expressa expiret per existentiam filiorum, & euanescat relictum, idem Altograd. *cons.* 96. *num.* 26. *&* 27. *lib.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 72. *per tot.* vbi ampliat etiam si postea dicti filij sine filijs decedant, nisi aliter appareat de mente testatoris vide *in* §. *Substitutio num.* 32. Rot. *p.* 13. *recent. decis.* 22. *n.* 2. *& seqq. per tot.* vbi quando contra.

Conditio, *si sine liberis*, non potest dici impleta, nisi

niſi poſt obitum illius, cui fuit adiecta, vt non poſſit dici purificatum fideicommiſſum, cum eo quod deficiat ſpes ſuſcipiendæ prolis, ſed expectandus ſit obitus grauati ſub dicta conditione, quicquid ſecus ſit de alia ſimili conditione, *ſi filius habuerit, vel non habuerit*, quæ purificatur ſtatim ac conſtat de impotentia generandi, Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.* 415. *num.* 2. quem refert, & ſequitur Rot. *in Bonon. fideicommiſſi de Buccaferris* 24. *May* 1655. *coram Zarate*, penes Zacch. *Quaſt. medic. legal. tom.* 2. *deciſ.* 98. *num.* 8. *& ſeqq.* vide Tuſcb. *litt. C. concl.* 597. Gamm. *deciſ.* 160. Rot. *par.* 10. *recent. deciſ.* 358. *per tot.* vbi benè declarat, & quæ ſit differentia ſi ſit appoſita in Primogenitura, maioratu, vel fideicommiſſo, *& part.* 14. *deciſ.* 194. *n.* 4. *& ſeqq.* Sanfelic. *deciſ* 87. *n.* 6. *& ſeqq.* Portugal. *loc. cit.* §. 2. *n.* 123. *& ſeqq. & n.* 132. *&c.*

51 Conditio, *ſi ſine liberis*, verificatur etiam in illo, qui liberos habere non poteſt, Roland. *de dot. quaſt.* 103. *num.* 20. *& quaſt.* 106. *num.* 34. Altograd. *conſ.* 76. *num.* 16. *lib.* 1. vbi quòd ideò non impedit quin valeat ſubſtitutio pupillaris comprehenſa in compendioſa, vide *in* §. *Subſtitutio num.* ....

Item verificatur dicta conditio, & ſit locus ſubſtitutis, licèt grauatus filios habuerit, qui ante illum deceſſerint, *l. ex facto*, §. *ſi quis*, *ff. ad Trebell.* Sanfelic. *deciſ.* 279. *num.* 12.

Quòd dicta conditio expreſſa à teſtatore in compendioſa referatur etiam ad caſum incapacitatis, magis communem opinionem, licèt contrariam veriorem dicit Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 267. *per tot.*

Quòd referatur ad tempus, quo filius poſt pubertatem obierit, Altograd. *conſ.* 78. *num.* 10. *lib.* 2.

52 Conditio, *ſi ſine liberis*, adiecta ſobſtitutioni duobus, vel pluribus factæ, an verificatur altero illorum ſine prole decedente quo ad eius portionem, vel requiratur mors omnium ſine filijs, latè Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 186. *per tot.* vbi plures caſus diſtinguit Peregr. *de fideicom. art.* 13. *per tot.* Ger. Spin. *conſ.* 86. *&* 87. *per tot.* vide §. *Subſtitutio n.* 22. latè Vrceol. *Conſult. for. cap.* 58. *num.* 6. *& ſeqq. per tot. vol.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 437. *per tot. & part.* 12. *deciſ.* 318. *num.* 11. *& ſeqq. & part.* 13. *deciſ.* 88. *num.* 11. *& ſeqq.* vbi benè declarat, *& deciſ.* 188. *n.* 3. *& ſeqq.*

Et an dicta conditio dicatur verificata vel defecta, vt ſubſtitutioni locus ſit, vel non, ſi aliqui ex inſtitutis deceſſerint cum filijs, aliqui verò ſine filijs, cùm tunc non videatur conditio in totum impleta, vide latè Fabric. Pontirol. in eius elegantiſſimo *Reſponſ. ſiue tract. pro Mambellis Ceſenæ impreſſo de anno* 1645. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 71. vbi quòd ſtante ſubſtitutione fideicommiſſaria à pluribus inter ſe reciprocè vocatis, relicta, ſub conditione collectiuè concepta (ſi omnes abſque filijs moriantur) locus eſt ſubſtitutioni, ſi in vltimo decedente verificetur conditio, licèt in alijs defecerit, & hoc ex benignitate, & veriſimili mente teſtatoris, quidquid aliter videatur exigere rigor iuris, cùm verè, & formaliter, non poſſit dici conditio in omnibus impleta, allegat Crauett. *conſ.* 109. *num.* 2. *&c.* Soc. ſen. *conſ.* 94. *num.* 4. *lib.* 4. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 17. Rot. *part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 804. *per tot. & part.* 1. *recent. deciſ.* 145. *num.* 2. *&* 3. ac alios vide *in* §. *Fideicommiſſum num.* 7. *&* §. *Subſtitutio num.* 22. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 188. *num.* 3. *& ſeqq.*

53 Conditio, *ſi ſine liberis*, non ſubintelligitur etiam in deſcendentibus, quando per dictiones taxatiuas, vel aliter conſtat de contraria mente teſtatoris, vt benè declarat Magon. *deciſ. Florent.* 52. *per tot.* Marta *vot. Piſ.* 210. *num.* 29. Baitel. *de vltim. volunt. deciſ.* 11. *per tot.* vbi quòd ex coniecturis receditur à diſpoſitione dictæ *legis cum auus*, quia vna præſumptio tollit aliam, & debilior cedit fortiori.

Non tamen ſufficere dictum fuiſſe, *durante vita*, *vel ad vitam*, ſed opus eſſe taxatiua expreſſa ad excludendam diſpoſitionem *d. l. cum auus*, imò nec per taxatiuam excludi ſecundum multos oſtendit Altograd. *conſ.* 45. *n* 68. *& ſeqq. ad* 77. *lib.* 1. vbi etiam quòd non operatur taxatiua quando circumſtantijs, & non ſubſtantiæ relicti fuit appoſita, *& n.* 76. declarat quando operetur taxatiua virtualis, licet non expreſſa.

Et quòd imò verba reſtrictiua, & limitatiua tollant diſpoſitionem *d. l. cum auus*, licet non adſit taxatiua expreſſa, relato Magon. & alijs, latiùs probat idem Altograd. *conſ.* 61. *per tot. lib.* 1. Ger. Spin. *conſ.* 65. *n.* 14. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 363. *n.* 108. quos cum alijs ſequitur Rot. *p.* 14. *recent. deciſ.* 406. *n.* 16. *&* 17. vbi quòd ceſſat præſumptio ex dictis legibus deſumpta quando ex coniecturis conſtat de contraria voluntate teſtatoris.

Conditio, *ſi ſine liberis*, an dicatur extitiſſe, vel expiraſſe ad fauorem, vel excluſionem ſubſtituti, quando hæres grauatus ingreſſus fuit religionem, latè Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 83. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 815. *numer.* 22. *& ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt.* 429. *per tot. & qu.* 430. *per tot.* vide ſupra *num.* 45. *in fine*, *& in* §. *Subſtitutio n.* 42. *&* §. *Monaſterium numer.* 11. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 243. *vol.* 1. *& deciſ.* 218. *per tot. vol.* 4. Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 3. *c.* 22. 54

Quid ſi fuerit adiecta pluribus, inter quos adſit Sacerdos, vel Monachus, in quibus verificari non poteſt, vide Peregrin. *de fideicomm. art.* 28. *num.* 39. *& ſeqq.* dixi *in* §. *Subſtitutio num.* 51. *&* §. *Monaſterium num.* 11. *&c. ſupra num.* 51. *&* 52.

Quòd dicta conditio deficiat, & reſoluatur, ſi illi, quibus eſt appoſita efficiantur Sacerdotes, & ſic remaneat purificatum fideicommiſſum, de quo illi poſſint diſponere, cùm amplius non ſubſit ſpes legitimæ prolis, Merlin. *deciſ.* 460. *num.* 20. *&c.* Peregr. *de fideicomm. art.* 28. *num.* 83. Mantic. *de coniect. lib.* 1. *tit.* 7. *numer.* 23. vide vltra citatos Ricc. *Collect.* 2222. Fuſar. *de ſubſtit. qu.* 431. *per tot.* vbi refert octo diuerſas opiniones, & declarat diſtinguendo.

Conditio, *ſi ſine liberis*, non ſubintelligitur in deſcendentibus honoratis, & non grauatis, ſed tantùm in grauatis, de quo vide Altograd. cum alijs per eum citatis *conſ.* 60. *n.* 75. *&c. lib.* 1. 55

Nec etiam ſubintelligitur quando eſſet contra voluntatem teſtatoris, vel aliquod reſultaret abſurdum circa ab eo diſpoſita, idem Altograd. *conſ.* 61. *num.* 39. *& n.* 48. *lib.* 1.

Conditio, *ſi ſine liberis*, non ſubintelligitur à lege, 56 quando apparet teſtatorem cogitaſſe de liberis grauati, nec tamen illos ſubſtituit, vel in conditione poſuit, cùm tunc dicatur, illos conſulto omiſiſſe, Soccin. *in l. cum auus n.* 78. *& conſ.* 191. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Curt. iun. *conſ.* 33. *numer.* 5. cum alijs per Altograd. *conſ.* 45. *num.* 38. *lib.* 1. vbi tamen *num. ſeqq.* oſtendit genericam cogitationem filiorum grauati non ſufficere ad tollendam diſpoſitionem *d. l. cum auus*, quando ex alijs coniecturis non conſtat de voluntate teſtatoris volentis dictam ſuppletionem conditionis excludere, & alias reſponſiones adducit.

Quòd ſufficiat cogitatio de filijs grauati in genere, Ger. Spin. *conſ.* 65. *&* 66. *per tot.*

Et quòd ex coniecturis recedatur à dicta diſpoſitione *l. cum auus*, latè probat idem Altograd. *conſ.* 61. *per tot. lib.* 1. vbi *numer.* 13. *& ſeqq.* inter alias pluribus relatis admittit prædictam coniecturam cogitationis filiorum grauati, & ex quibus ad hunc effectum eliciatur.

Conditio, *ſi ſine liberis*, non ſobintelligitur quando fa- 57 ctæ fuerunt plures ſubſtitutiones, & in aliquibus fuit expreſſa dicta conditio, in alijs verò non, nam præſumitur quòd ſicuti teſtator in aliquibus eam expreſſit, ita etiam in alijs expreſſiſſet, ſi illam intelligi voluiſſet, pulchrè Altograd. *conſ.* 61. *num.* 17. *lib.* 1. *& num.* 66. Ger. Spin. *conſ.* 65. *n.* 10. *& ſeqq.* Rot. *p.* 11. *recent. deciſ.* 126. *num.* 27. Cabal. *conſ.* 48. *lib.* 1. *n.* 13. *& ſeqq.* vbi quòd non ſubintelligitur ſecundum aliquos, quando eſt ſubſtituta pia cauſa, vel Eccleſia, licèt concludat contrarium eſſe verius, & magis communiter receptum.

Conditio prædicta, *ſi ſine liberis*, non ſubintelli- 58 gitur in relictis, vel legatis particularibus, in quibus quis ſit grauatus alteri reſtituere, Alber. *in l. cum acutiſſimi C. de fideicomm.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 184. cum alijs per Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt.* 393. *num.* 9. *&* 10. Altograd. *conſ.* 45. *numer.* 64. *&* 65. vbi tamen *num.* 66. *&* 67. contrarium verius eſſe oſtendit, & Fuſar. *loc. cit. num.* 8.

Conditio, *ſi ſine liberis*, licèt ſubintelligitur in ſubſtitu- 59 tione fideicommiſſaria, non tamen ſubintelligitur in ſubſtitutione vulgari expreſſa, nec in compendioſa, quando venit caſus vulgaris, nam tunc non intrat diſpoſitio dictæ *l. cum auus*, Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt.* 31. *numer.* 71. *quaſt.* 58. *per tot. quaſt.* 238. *numer.* 4. *& quaſt.* 252. *num.* 1. *& ſeqq.*

Altograd. *conf.* 45, *num.* 86. *&c. lib.* 1. vbi vide *num.* 90. 91. *&* 92. Peregrin. *de fideicom. art.* 34. *n.* 95. *& seqq.* Seraph. *dec.* 1216.

Quòd dicta conditio fubintelligatur in fubftitutione pupillari, Fufar. *de fubftit. q.* 136. *per tot.*

Item in fubftitutione directa militari, idem Fufar. *quaft.* 246.

60 Conditio, *fi fine liberis*, non fubintelligitur in fœminis, quando illis funt fubftituti agnati, quia aliàs bona non conferuarentur in agnatione, ad quam dicitur profpexiffe teftator dum agnatos fubftituit, Altograd. *conf.* 61. *n.* 40. *lib.* 1. *& n.* 55. Ger. Spin. *conf.* 65. *num.* 13. *&c.* vbi etiam quòd dicta conditio expreffa in præcedenti fubftitutione, non cenfetur repetita in fequenti.

61 Conditio, *fi fine liberis*, an præfumatur extitiffe, vel fit probanda à fideicommiffario agente ad fideicommiffum, dixi in §. *Fideicommiffum num.* 52. *&* §. *Mors num.* 12. vide Mafcard. *de probat. concl.* 343. *nu.* 8. *&c.* vbi quòd præfumitur extitiffe, & fic grauatum deceffiffe fine filijs, etiam fi quandoque illos habuerit, nifi contrarium probetur per Doctrinam Caftr. *conf.* 282. *n.* 5. *lib.* 1. Rimin. fen. *conf.* 127. *num.* 25. Sed tu non recedas à diftinctione in locis citatis firmata, quam etiam pluribus citatis, & latè declarando approbat Fufar. *de fubftit. q.* 436. *per tot.*

62 Conditio, *fi fine liberis*, an dicatur expiraffe per exiftentiam filiorum naturalium, quid fi fuerint legitimati refcripto Principis, vel per fubfequens matrimonium, & an per exiftentiam fœminarum, ita vt ifti omnes fubftitutum excludant, vel non, latè Paul. Chriftin. *decif. Belg.* 308. 309. 310. *&* 311. *per tot. vol.* 1. Menoch. *de præfumpt. lib.* 4. *præfumpt.* 78. 79. *& feqq.* Fachin. *lib.* 4. *contr.* 52. *& feqq.* & alij plures per eos citati dixi *in* §. *Filiatio n.* 11. §. *Subftitutio n.* 44. *& feqq. &* §. *Legitimatio*, in quibus locis plures alios allegaui idem Chriftin. *decif.* 46. *vol.* 4. Ricc. *Collect.* 335. 2221. *&c.* 3064. 3330. *&* 3592. in quibus locis vide plura notabilia de hac materia, & plenius Fufar. *de fubftit. q.* 405. cum multis fequentibus, & præcedentibus, in quibus omnia diligenter explicat, & de filijs natis ex matrimonio clandeftino, vel putatiuo, de confanguineis tantùm, vel vterinis tantùm, de fpiritualibus, de nepotibus, & huiufmodi.

De legitimatis etiam per fubfequens matrimonium quando non faciant deficere dictam conditionem, neque fubftitutum excludant, Ciarlin. *contr.* 111. *per tot.*

Quòd filij naturales non faciant deficere dictam conditionem, quia appellatione filiorum legitimorum, & naturalium non includuntur, Fufar. *de fubftit. q.* 406. *num.* 38. fecus tamen fi fuerint legitimati à Principe, quia tunc faciunt deficere dictam conditionem, nifi adfit claufula fine, præiuditio venientium ab inteftato, vel alia fimilis, per quam referuantur iura alijs fucceſſoribus, vel fubftitutis, Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 325. *n.* 2. *& feqq.*

63 Conditio, *fi fine liberis*, an fubintelligatur in donatione caufa mortis facta filio à patre cum onere poft mortem alteri reftituendi, vel quando agitur de fideicommiffo in contractu inter viuos facto, vide Caftr. *in l. fi cui ff. de donat. cauf. mort.* Socin. *in l. cum auus quæft.* 8. *ff. de condit. & demonftrat.* Gomez. *var. refol. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 44. *&c.* Paul. Chriftin. *decif.* 45. *n.* 2. *verf. hac quidem vol.* 4. vbi refert contrarias opiniones, & videtur affirmatiuæ adhærere, facit idem Chriftin. *decif.* 191. *n.* 19. *vol.* 4.

64 Conditio, *fi fine liberis*, non dicitur defecta per exiftentiam filiorum fufceptorum à patre bannito poft condemnationem, quia condemnatus dicitur alius, & nouus homo, ac alia vita viuere, & ideò filij ex eo nati poft dictam condemnationem non faciunt deficere conditionem fubftitutionis, *l. ex facto* §. *ex facto vbi DD. ff. ad Trebell.* Alba *conf.* 106. *n.* 25. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 31. *n.* 39. *&c.* facit quod dixi *in* §. *Bannitus n.* 19. vide *in* §. *Subftitutio n.* 46. Quòd deficiat latè Ruftic. *ad l. cum auus ff. de condit. & demonftrat. lib.* 5. *cap.* 10. *per tot.* vbi qualiter banniti filij, qui poffint impunè offendi non faciant deficere dictam conditionem.

Quòd cùm banniti noftri temporis non æquiparentur deportatis prout loquitur textus allegatus, & ideò illorum filij iura filiationis non ammittant, & faciant deficere dictam conditionem ex quo matrimonium fubfiftit, nec diffoluitur, atque fuccedant, Rot. *part.* 6. *recent. decif.* 103. vbi de veriori, fed poffunt opiniones concordari, vt dixi in §. *Subftitutio num.* 46. vide Fufar. *de fubftit. q.* 423. *&* 424. vbi videtur concludere, vt filij etiam banniti faciant deficere conditionem prædictam, & fubftitutum excludant, mortuo illorum patre grauato non bannito, ficut etiam filij nati ex patre grauato, & bannito, etiam poft bannum pariter faciunt eandem conditionem deficere, & fubftitutum excludunt, vt ibidem declarat, & fe remittit ad Ruftic. *d. lib.* 5. *cap.* 11. Peregrin. *de iur. fif. lib.* 3. *tit.* 6. *& tit.* 7. *& alios.*

Conditio, *fi fine liberis*, an dicatur defecta, fiue verificata in materia fubftitutionis, per filios natos in fexto, vel octauo menfe, fiue aliter monftruofos, & non vitales, vide Franch. March. *decif.* 169. Rot. *in Ferrarien. focietatis* 20. *Decembris* 1599. *coram Merlino, & in Taruifina iurifpatronatus* 27. *Iunij* 1607. *coram Marcomontio in recen. part.* 2. *decif.* 207. prout refert Ricc. *Collect.* 4056. *&* 335. *in fine*, vbi quòd fi perfectè viui nati non fuerint filij non excludunt fubftitutum ad Maynard. *decif.* 77. *lib.* 5. vide *in* §. *Filius n.* 5. Fufar. *de fubftit. q.* 418. 419. *&* 420. vbi etiam de pofthumis, de fectis ex ventre matris, & huiufmodi. 65

Conditio, *fi hæres fine harede deceſſerit*, intelligitur tantùm de liberis, & defcendentibus, non autem de hæredibus extraneis, & quare benè declarat Peregr. *decif.* 101. *num.* 2. & dixi alios allegando *in* §. *Subftitutio num.* 50. Rot. *part.* 13. *recent. decif.* 209. *n.* 14. *&c.* vbi quando fecus. 66

Qualiter conditio, *fi fine filijs, &c.* expiret mortuo grauato cum filijs, quicquid poftea de illis contingat, Oldrad. *conf.* 11. Fufar. *de fubftit. q.* 480. *per tot.* dixi *in* §. *Subftitutio n.* 32. vbi videas.

Conditio, *fi fine liberis*, deficit per exiftentiam filiorum, etiam fi fint Religiofi, vel faltem fufpenditur purificatio fideicommiffi donec naturaliter viuunt. Decian. *conf.* 82. *num.* 10. *& feqq. lib.* 4. Rot. *par.* 3. *rec. decif.* 451. *num.* 1. *&c. part.* 10. *decif.* 163. *n.* 3. *&c. par.* 13. *decif.* 98. vide *in* §. *Monafterium num.* 11. *& feqq.* §. *Subftitutio n.* 51. latè Fufar. *de fubftit. q.* 428. *per tot. cum duabus feqq.* 67

Deficit etiam per exiftentiam vnius tantùm filij, licet in plurali numero fit concepta, nifi fit expreffa de pluribus, vt latè probat Fufar. *de fubftit. q.* 401. dixi in §. *Subftitutio n.* 45.

Qualiter deficiat per exiftentiam nepotum, Fufar. *de fubftitut. quæft.* 413. dixi *in* §. *Subftitutio num.* 47. *& num.* 48.

Quid fi filij ftatim poft grauatum deceſſerint, vel in eodem conflictu an deficiat conditio, idem Fufar. *q.* 416. *per tot.* 417.

Conditio in contractibus adiecta illorum executioni, non reddit contractum conditionalem, neque illum fufpendit; in vltimis voluntatibus non refert an executioni, vel difpofitionis fit adiecta, femper enim tunc reddit difpofitionem conditionalem donec conditio perfectè impleatur, *l. ex his ff. quand. dies leg. ced.* Bart. *in l.* 1. *n.* 3. *ff. de condit. & demonftrat.* Ludouif. *dec.* 117. *n.* 3. vbi Beltram. *litt. A.* Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 3. Leoncil. *dec. Ferr.* 38. *num.* 9. *& decif.* 66. *num.* 4. vide *in* §. *Contractus n.* 4. *&c.* 68

Quòd vbi conditio non refpicit difpofitionem actus, fed tantum illius executionem non inducat formam, nec annullet actum, Dec. *n.* 7. & Cagnol. *n.* 27. *in l. actus legitimi ff. de reg. iur.* cum alijs per Gizzarel. *dec.* 11. *n.* 23. Sanfelic. *dec.* 203. *n.* 17. *& feqq.*

Conditio habet oculos retrò, ac refpicit tempus difpofitionis, & ideò adiecta inftitutioni hæredis, & fic in hæreditatibus fi non feruetur facit effe locum reftitutioni vna cum fructibus perceptis, & percipiendis etiam in foro confcientiæ abfque alia iudicis declaratione; fi verò conditio, vel modus fuerit relicto particulari, vel legato adiecta cum verbis temporalitatem denotantibus, vt *donec*, & *quoties*, tunc non debetur reftitutio rei, nec fructuum, nifi à die inobferuantiæ, Peregr. *de fideicom. art.* 12. *n.* 122. *& feqq.* Beltram. ad Ludouif. *decif.* 187. Sanchez *de matrim. lib.* .. *difp.* 91. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 22. Molin. *de Primog. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 21. Leoncil. *dec. Ferr.* 188. *per tot.* vbi de conditione vidualiter, & caftè viuendi, vide *fupra n.* 38. *&c. & in* §. *Cautio n.* 11. 69

An

An autem, & quando conditio retrotrahatur ad initium, & diem contractus, etiam ſi illa pendente fuerit alteri ius quæſitum, vide Mangil. *de euict. quæſt.* 36. *& 37. per tot.* dixi plures allegando *in §. Hypotheca n.* 37. *& num.* 38.

70 Conditio, quod bona donata non poſſint confiſcari ob delictum, tanquam inutilis, imò turpiſſima, & inuitans ad delinquendum, eſt omninò reijcienda, & non attendenda, Bald. *in l. in 2. lect. num.* 43. *ff. de re diuiſ.* & alij, quos refert, & ſequitur Gizzatel. *deciſ.* 22. *n.* 32. *& ſeqq.* vbi etiam non obſtante clauſula, *non aliter, nec alio modo*, quæ ſolet reſoluere contractum ex defectu voluntatis ſecundum aliquos, vt dixi *in §. Clauſula num.* 59. cùm verius ſit non reſoluere ex defectu voluntatis, nec huiuſmodi proteſtationem prodeſſe quidquam, quando fuit de facto cogitatum, vel tendit ad lædendum, & circumueniendum partem, imò magis augere ſuſpicionem, & fraudem.

Quando autem poſſit valere donatio facta in caſu, vel ſub conditione delicti dixi in §. *Donatio num.* 12. *& num.* 41. *& §. fideicommiſſum num.* 19. §. *Confiſcatio n.* 16. *cauſ.* 2.

71 Plura notabilia de conditionibus in genere, de conditionibus appoſitis tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, & legatis, vel fideicommiſſis, quid operentur, quando reijciantur, vel non, & alia de hac materia Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 349. *per tot. & tit.* 616. *&* 617. *&* 618. *per tot.* Duran. *tract. de condit. & mod. impoſ. per tot.* & alij paſſim.

72 Conditione pendente non eſt licita pœnitentia, nec receſſus à contractu conditionali, *l. hac venditio in prin. ff. de contrah. empt. l.* 3. *cum gloſ. ff. de ſeru.* Alex. *conſ.* 40. *num.* 2. *lib.* 5. intelligendo quando alias contractus eſt de ſe validus, ſecus autem ſi ſit inualidus, & ſit celebratus ſub conditione diſpenſationis, nam tunc illa pendente locus eſt pœnitentiæ, itaut etiam obtenta requiratur nouus conſenſus, Ludouiſ. *deciſ.* 410. *per tot.* vide *in §. Contractus n.* 4. §. *Sponſalia n.* 2. Seraph. *dec.* 838. *n.* 11. *& deciſ.* 1157. *n.* 4.

73 Conditio *mortis*, regulariter non verificatur in morte ciuili, ſed expectanda eſt mors naturalis, niſi idem reſultaret effectus ex morte ciuili, qui reſultat ex naturali, Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 194. *n.* 5.

Verificatur tamen in morte violenta, niſi procedat ex facto, vel culpa vocati, quia tunc ille eſſet priuandus bonis, ſed cui tunc ſint applicanda, & alia, vide Fuſar. *de ſubſtit. q.* 442. *&* 443. *per tot.* dixi *in §. Mors n.* 1. *& ſeqq.* §. *Bannitus n.* 31. §. *Homicidium n.* 12.

74 Conditio appoſita alicui ſi deceſſerit, *ſine teſtamento*, euaneſcit, & ſubſtitutus excluditur condito teſtamento, intelligendo dummodo teſtamentum conditum ſit validum, itaut non ſufficiat ſuſtineri per clauſulam codicillarem, cùm codicillus non ſit propriè teſtamentum, & conditio debeat impleri in forma ſpecifica; item dummodo habuerit effectum per aditionem hæreditatis, non fuerit ruptum, vel irritum factum, & alijs modis, prout explicat Fuſar. *de ſubſtit. q.* 444 *per tot.*

75 Conditio ſi deficiat in primo gradu ſubſtitutionis vulgaris, an omnes ſequentes gradus ſubſtitutionum excludantur, vide Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 456. *per tot.* vbi diſtinguit tres caſus, & benè declarat dixi in §. *Subſtitutio n.* 34. *& ſeqq.* vbi plura, & plures allegaui, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 154. *per tot.* facit Martha *vot. Piſ.* 28. *num.* 8. *& ſeqq.*

76 Conditiones appoſitæ in inſtrumento pacis, vt non poſſit delinquens tranſire ante domum offenſi, ſtare, vel redire in aliquo loco non tenent, ſed reijciuntur firma manente pace, niſi fuerint appoſitæ à ſuperiore, quando illis contrauentum dicatur, quid in foro honoris *da Caualieri*, & alia, Guaz *de pace, &c. part.* 1. *q.* 62. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. P. concl.* 191. Vulpel. *de pace quæſt.* 55. Viui. *opin.* 574. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 401. *verſ. ſed an &c.* & in Praxi *ſect.* 27. *num.* 31. Farinac. *quæſt.* 107. *num.* 262. *& ſeqq.* Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt.* 58. *num.* 19. *& quæſt* 66. *num.* 21. *&c.* Maſtrill. *deciſ.* 38. *per tot.* vbi de nullitate pacti, quod pacem obtinens non poſſit ingredi Ciuitatem, & pacem ſuffragari ad gaudendum beneficio Indulti, ac ad alios effectus, etiam dicto pacto, vel alijs ſimilibus conditionibus non ſeruatis, niſi vt dixi fuerint appoſitæ à Principe, vel Superiore, Conciol. *reſol. crim. verb. Pax*, *reſol.* 9. Gizzarel. *deciſ.* 11. *per tot. cum addent.* Poſſent. *ſing.* 370. Gamma *deciſ. Luſit.* 63. *deciſ.* 368. Cabed. *deciſ. part.* 2. *Areſt.* 69. Aluarez Pegas *ad ordinat. Portugal. lib.* 1. *tit.* 3. §. 9. *gloſ.* 23. *num.* 5. Cortiad. *deciſ.* 35. *n.* 97. *& ſeqq.* & alios plures nouiſſimè relatos per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 8. §. 3. *à n.* 51. *& ſeqq. ad num.* 94. vbi diſtinguendo plures caſus benè totam materiam declarat, & diſſidentes opiniones conciliat, an, & quando conditio, vel pactum conditionale admittatur in pace, & in ſubſtantia conuenit ipſe, & alij cum diſtinctione per me in hac concluſione firmata, illam pluribus de more exornando.

77 Conditiones, *ſi non vixerit*, vel, *ſi prædeceſſerit*, & ſimiles appoſitæ in ſubſtitutionibus, quid importent, quomodo interpretari debeant, an reſtringantur ad tempus mortis teſtatoris, & alia plura notabilia circa dictas conditiones, latè Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 43. *& deciſ.* 527. *per tot.*

78 Conditio ſi hæres deceſſerit, *cum filijs*, euaneſcit illo decedente, *ſine filijs*, adeò vt omnis ſubſtitutio facta in dicto caſu decedentiæ, *cum filijs*, habeatur pro non facta, & bona remaneant ſub libera diſpoſitione talis hæredis ſine filijs defuncti, quia non poteſt extendi de caſu ad caſum, & quando ſecus, latè Rot. *part.* 13. *recen. deciſ.* 114. *n.* 10. *& ſeqq. per tot.* vide *in §. fideicommiſſum n.* 8. *& §. Subſtitutio n.* 32.

79 Conditio, *ſuperuiuentiæ*, alicuius appoſita ſubſtitutioni facit eam deficere, ſi ille, qui debebat ſuperuiuere prædeceſſit, cùm in conditionibus voluntarijs attendatur nudum factum, & non inueſtigetur ratio motiua teſtatoris, nec fiat extenſio etiam ex identitate rationis, vt latè in caſu notabili, & de facili contingibili reſoluit Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 154. *per tot.* vbi etiam qualiter defecta conditione, & caducata ſubſtitutione in primo gradu ob prædeceſſum primi ſubſtituti ante grauatum, non poſſit ſequens gradus ſubſtitutorum admitti, etiam ſi agatur de pia cauſa ſubſtituta, cuius fauore permittitur extenſio de perſona ad perſonam, non autem conditionis de caſu ad caſum, in §. *Subſtitutio & ſupra n.* 42.

Quòd diſpoſitio bonorum facta, etiam per donationem inter viuos ad fauorem proximiorum de familia ſub verbis conditionalibus, veluti, *ſuperuiuente ipſo donatore*, & ſic in caſu, & ſub conditione, *ſuperuiuentiæ*, extinguatur, & pro non facta habeatur, deficiente dicta conditione, & non eueniente caſu, viuente donatore, ſed poſt illius prædeceſſum, latè Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 279. *per tot.* vbi benè declarat, & ſatisfacit obiectis per rationes prædictas, & ſimiles, & rurſus in eadem cauſa *d. part.* 13. *deciſ.* 406. *per tot.* vbi fuit confirmata prima deciſio, & reſolutum donationem remanſiſſe liberam, & tranſmiſſibilem ad quoſcumque hæredes donatarij, vide *ſupra n.* 42.

80 Conditio negatiuè concepta numquam poteſt dici purificata, niſi eadem conditio reducatur ad impoſſibile, & ſic donec poteſt verificari, non eſt locus ſubſtituto, vt in pluribus caſibus exemplificat Rot. *part.* 14. *rec. deciſ.* 43. *per tot. & deciſ.* 194. *num.* 1. *& ſeqq. text. in §. ſi quis ita ſtipuletur Inſtit. de verb. oblig.* Antunez. Portugal. *loc. cit.* §. a. *n.* 169. *&* 170.

Quòd ſat ſit, quandocumque poſſe conditionem impleri, ita vt ea purificata perindè ſit ac ſi ab initio fuiſſet purè relictum, quia idem eſt iuditium puri, & purificati, *l. fin.* §. 1. vbi Angel. & Alex. *ff. de vulg. & pupill.* Gratian. *diſcept.* 274. *n.* 17. Rot. *part.* 14. *rec. deciſ.* 181. *n.* 7.

81 Conditio deficientiæ lineæ alicuius, ne dicatur purificata ſufficit exiſtentia vnius de dicta linea, etiam ſi ſuccedere non valeat, quia non incapacitas ſuperuiuentis, ſed defectus conditionis eſt qui ſubſtitutum excludit, vt benè probat Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 194. *num.* 1. *& ſeqq.* vide *ſupra n.* 49. Rot. *d. part.* 14. *deciſ.* 437. vbi ex alijs rationibus fuit receſſum à dicta prima deciſione in eadem cauſa emanata.

82 De varijs, ac diuerſis conditionibus, ac illarum effectibus nonnulla tradit Thoro *compend. deciſ. Neap. part.* 1. *&* 3. *verb. Conditio*, Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. in diuerſis locis*, prout in eius repertorio generali *verb. Conditio in fine* 3. *part.* & plura remiſſiuè Caſtelon. *in alphabet. iurid. verb. Conditio, Conditionalia*, & Com. Auguſt. Fontan. *in*

Biblioth. leg, par. 4. eod. verb. fol. 298. *&c.* vbi etiam de varijs conditionibus, (prout sunt actiones) ad diuersa competentibus.

83 Conditio mortis, an verificetur in casu non existentiæ, vel non natiuitatis, plura hinc inde, concordando opiniones cum distinctione Io. Torre *tract. de success. in Maiorat. & Primog. Ital. part.* 2. *q.* 13. & dixi ego plures allegando in §. *Substitutio num.* 49. quibus addi potest modernus Balduc. in Annot. ad Ramon. *cons.* 29. *&c.*

84 Conditiones plures adiectæ substitutioni, qualiter debeant omnes verificari, vt sit locus substitutioni, Ramon. *cons.* 28. cum plena Annot. Iacob. Balduc. *per tot. & in cons. seqq.*

§. CONDVCTOR. XXXIV.

1 Conductor ante finitum tempus locationis sibi factæ non potest expelli, nisi in quatuor casibus, nempe si non soluat pensionem, si locator postea indigeat re ad proprios vsus, ob refectionem ipsius rei, & ob malum vsum, Pract. Papp. *libell. ad fict. præst. glos.* 1. *n.* 6. *&c.* Staiban. *de Interess. lib.* 2. *tit.* 10. *q.* 1. *n.* 37. *& seqq.* Matt. Medic. *Exam.* 28. *per tot.* vbi addit casum innbseruantiæ pactorum, Ridolph. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *n.* 32. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 115. *per tot. vol.* 3. latè Fontan. *dec.* 261. *per tot.* vbi etiam quòd pactum de expellendo conductorem pro vsu proprio locatoris, non operatur vltra ius commune vt pro libito voluntatis possit expelli, sed tantùm ex causa necessaria superueniente.

Non etiam procedit dicta facultas in locatione ad longum tempus, Cabed. *dec.* 92. *part.* 1.

Dicta tamen facultas expellendi pro vsu proprio locatoris tanquam priuilegium personale non transit ad successorem, Gratian. *discept. forens. cap.* 117. *n.* 18. Nec habet locum, si necessitas vsus proprij aderat tempore locationis, vel ei fuerit renunciatum, vel si locator se obligauit in forma Cameræ manutenere conductorem durante locatione, Ridolphin. *loc. cit. n.* 34. *&c.*

2 Conductor ante finitum tempus potest recedere, vel expelli propter causam necessariam de nouo superuenientem, quo casu resoluitur contractus, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.* 534. *num.* 48. *& seqq. cum Additione in fine tomi*, & melius *cap.* 740. *per tot.* vbi respondet omnibus, quæ in contrarium adducebantur *in decis. Buratt. sub die* 15. *Ianuarij* 1618. latè Matt. Medic. *d. Exam.* 28. *n.* 16. *& seqq. ad* 38. vbi ponit 13. requisita ad hoc vt ista conclusio procedat, adde Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 67. *&c.* vbi quando possit recedere ante tempus Mangil. *de euict. q.* 150. *num.* 16. *& seqq.* Casar. *Quest. quæst.* 37. 38. *&* 39. Pacion. *de locat. cap.* 46. *num.* 27. *& cap.* 60. *n.* 10.

An conductor possit recedere à contractu ante finitum tempus, dic generaliter, quòd si superueniat impedimentum in vsu rei, quòd procedat à re ipsa, vel ex parte locatoris, qui rem non tradat, vel patientiam non præstet, siue aliter ex parte sua non adimpleat, potest conductor ante tempus recedere, siue impediatur in totum, siue in parte, & siue ab ipso locatore, siue ab alio in eius odium, & non potest locator moram purgare, nisi re integra, & per paucos dies; si autem impedimentum procedat à persona, & facto ipsius conductoris, tunc ei non permittitur à contractu ante tempus recedere, vt exemplificando in pluribus casibus benè declarat Pacion. *de locat. cap.* 60. *per tot.* & faciunt notata *in* §. *Locatio num.* 31.

Quid autem si conductor fuerit impeditus vti re conducta, & nolit à contractu recedere, quæ alia remedia illi competant, idem Pacion. *d. tract. cap.* 28. *per tot.* vbi quòd agit ad totale interesse, & alijs remedijs experitur, de quibus ibidem, & dixi *infra n.* 4.

Quòd conductor ob necessitatem superuenientem puta malorum spirituum in domo existentium, vel quid simile phantasticum possit deserere habitationem, & consignando claues domino a locatione recedere, atque à solutione pensionis liberari, Couar. *var. resol. lib.* 4. *cap.* 6. *per tot.* latè Paul. Christin. *decis.* 112. *num.* 2. *&* 3. vbi etiam de peste, & refert fuisse aliquando diuersimodè iudicatum Ioseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 6. *n.* 22. Vallasch. *de iur. Emphyt. quæst.* 22. *num.* 6. *& seqq.* vbi pulchrè, & de causis huiusmodi spirituum, cum pluribus exemplis, sequitur Matt. Medic. *d. Exam.* 28. *num.* 37. & ita in facto consultus, ex tempore respondi Florentiæ 29. Octobris 1666.

Quòd conductor non possit recedere à contractu inuito locatore etiam si pars bonorum fuerit euicta sine culpa locatoris, sed tantùm petere remissionem pro rata, Tusch. *litt. C. conclus.* 620. Contra quando plures res vna mercede pro omnibus fuerunt locatæ, Mangil. *de euict. quæst.* 149. *num.* 21.

Conductor si incipiat abesse, post longam morā arbitrio 3 iudicis æstimandam, potest locator rem suam ingredi, & si adsit suspicio, dictum conductorem inuecta clam exportasse à domo, potest iudex quouis tempore arbitrio suo ingrediendi facultatem locatori concedere, Menoch. *de arbitr. cas.* 79. qui licet in fine quo ad vltimum dictum relinquat cogitandum, illud tamen puto verissimum, & plures seruatum vidi, ac ipse seruaui, cum assistentia tamen alicuius executoris, vel testium, ne res si quæ conductoris essent in domo, possint occultari, quod & ipsimet locatores pro sua innocentia, & vt veritas elucescat procurare solent, vide in §. *Locatio num.* 25.

Quòd mortuo conductore durante tempore conductionis, conductio transeat ad hæredes, §. *fin. Instit. de locat. & conduct. l. viam veritatis, C. eod. tit.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 34. *num.* 9. *& per tot.* vbi etiam an, & quando hæres teneatur ad damna, vide in §. *Heres, &* §. *Locatio.*

Conductor prædij vrbani si perseueret in re conducta 4 finito tempore, potest à locatore expelli, si verò sit conductor prædij rustici, tenetur locator præstare patientiam per alium annum, quia in prædio vrbano non procedit tacita reconductio, nisi pro tempore, quo quis habitauit, in rustico verò ad annum, etsi prima locatio fuerit pro maiori tempore, nisi natura fructuum percipiendorum aliter suadeat in vtroque, Pract. Papp. *libel. ad fict. præstat. glos.* 1. *num.* 8. Gratian. *discept. forens. cap.* 534. *num.* 13. *& decis.* 119. *per tot* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 15. *per tot.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 85. *num* 6. *& seqq.* Arismin. Tepat. *var. sentent. tit.* 373. Matt. Medic. *Exam.* 59. *per tot. cum Addit.* & dixi in meis resol. *cap.* 1. *num.* 12. *& per tot.* in quibus locis plenè habetur an, quando, & quomodo procedat tacita reconductio, vel relocatio, siue non, adde Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 13. *num.* 45. *& seqq.* vide *in* §. *Locatio num.* 4. Merlin. *decis.* 379. *num.* 7. *&c.* Ricc. *Collect.* 408. 1543. 2627. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 63. *& part.* 10. *decis.* 335. *per tot. part.* 12. *decis.* 421. *num.* 8. vbi quòd in prædijs vrbanis cessat præsumptio relocationis.

Conductor finito tempore debet notificare domino se 5 velle recedere, alias donec notificet tenetur soluere pensionem, Ias. *in l. si ex legati n.* 14. *ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. summa*, §. *& sic, ff. de condit. indeb.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 2. *& per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 506. *num.* 3. *&* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 354. *num.* 20. *& seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 431. *num.* 1. *&c.* vbi tamen quòd censetur disdicta locatio ob variationem, & mutationem contractus, & sic vbi constat de contraria mente contrahentium, non procedit tacita relocatio.

Quòd de rigore iuris communis non sit necessaria disdicta locationis, sed ea finita conductor possit relinquere rem conductam absque aliqua protestatione, denunciatione, vel disdicta, licèt de æquitate non debeat omninò tacere, sed se aliquo modo declarare, Pacion. *de locat. cap.* 64. *n.* 120. *& seqq.* Carol. Anton. de Luca ad Gratian. *discept.* 354. *n* 4. & alij relati per Romaguer. in addit. ad Conciol. *stat. Engub. lib.* 6. *rubr.* 44. *num.* 2. *& seqq.* vbi tamen remittit ad videndum DD. hic per me citatos.

Qualiter ob non disdictam factam in tempore conuento, & per solutionem futurarum pensionum dicatur renouata conductio, quomodo sit facienda huiusmodi disdicta, & alia de reconductione tacita, Marta *vot. Pis.* 35. *per tot.*

Quòd si conductor finito tempore remaneat in possessione rei de consensu locatoris, censeatur tacitè reconduxisse pro sequenti tempore sub eisdem pignoribus, & hypothecis ab ipso conductore in contractu principali constitutis, quæ poterunt exerceri etiam contra tertios possessores; si verò contra voluntatem locatoris perseueret, tenetur

non

non ex locato, ſed conditione ſine cauſa, ne locupletetur cum aliena iactura; quæ non datur contra tertios poſſeſſores, Magon. *deciſ. Flor.* 140. *per tot.* Merlin. *de pign. lit.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 38. Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 85. Staiban. *de Intereſſ. lib.* 2. *tit.* 10. *quæſt.* 1. *n.* 144. *& ſeqq.* Ridolphin. *in prax. part.* 12. *cap.* 13. *n.* 45. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 116. *per tot. vol.* 3. Rot. *par.* 10. *recent. dec.* 335.

Et quanti temporis perſeuerantia requiratur, vt conductor dicatur tacitè reconduxiſſe, remittitur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbit. caſ.* 506. dixi alios allegans in meis reſol. *cap.* 1. *n.* 4.

Non poteſt tamen pro penſionibus tacitę reconductionis executiuè conueniri vigore primi inſtrumenti locationis ad certum tempus factæ, Mangil. *de euict. q.* 182. *n.* 28. *&* 29. vide *in* §. *Contractus n.* 50.

Et fideiuſſores, qui pro conductore interceſſerant, finito tempore remanent liberati in futurum, itaut non teneantur ad penſiones poſtea decurſas, niſi illorum nouus, & expreſſus conſenſus interueniat in ipſa tacita reconductione, *l. item quæritur* §. *qui impleto ff. locat.* Caroc. *de locat. quæſt.* 22. *num.* 4. Maur. *de fideiuſſ. par.* 2. *sect.* 5. *cap.* 2. *n.* 9. *&c.* Mart. Medic. *Exam.* 59. *n.* 3. *& ſeqq.* Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 39. *n.* 11. *&c.* cum alijs citatis in meis reſol. *cap.* 30. *per tot.* vbi plura Paul. Chriſtin. *dec.* 114. *n.* 1. *vol.* 3. vide *in* §. *Fideiuſſor n.* 46. *&* §. *Locatio n.* 4.

Non enim tenetur fideiuſſores pro tempore prorogato, quando interceſſerunt in contractu habente tempus limitatum, niſi tamen facultas prorogandi ſit in eodem contractu conceſſa, nam tunc fideiuſſores ſimpliciter intercedendo, & aliter ſuam obligationem non limitando, intelliguntur totum contractum approbare, & ſic etiam facultatem prorogandi, tenenturque etiam pro tempore prorogato abſque nouo illorum conſenſu, ſicuti poſt nonnullos in contrarium adductos, egregiè tuetur Salgad. *Labyrinth. credit. par.* 1. *c.* 34. *per tot.* Tenentur etiam quando incœperunt ſoluere, Martha *vot. Piſ.* 103. *per tot.* vbi etiam de alijs rationibus, ob quas tenentur.

6 Conductor, qui tempore conductionis integram penſionem pro toto tempore ſoluit, non poteſt vllo modo expelli, etiam in caſibus exceptuatis, Pract. Papp. *libel. ad ſict. præſt. gloſ.* 1. *n.* 9.

Et ſi impediatur vti re conducta repetit per actionem ex conducto, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 376. *n.* 21. *&c.*

Non etiam poteſt expelli, etiam pro vſu proprio, priuato locatoris, quando fecit ſibi promittere non expulſionem, dummodo non procedat ex culpa ſua, Gratian. *dec.* 119. *in Addit.*

7 Conductor, vt poſſit expelli per malum vſum, quæ requirantur, vide Alex. *conſ.* 11. *lib.* 5. vbi quod malus vſus concernere debet perpetuam rei deteriorationem, & non fructuum, ac ſuperinde eſt facienda diſcuſſio, & ferenda ſententia, Addit. ad Pract. Papp. *libel. ad ſict. præſt. gloſ. Inueſtiuit, verb. male verſatur,* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 152. *per tot.* Mart. Medic. *Exam.* 28. *n.* 42. *& ſeqq.* vide *in* §. *Emphyteuſis n.* ..

An per deteriorationem vnius partis cadat à tota, vide Magon. *dec. Flor.* 19. *n.* 8. *& in fine.*

Quòd deterioratio debeat eſſe in notabili quantitate, & cum dolo, ac reſpiciens perpetuam rei deteriorationem, Magon. *deciſ. Flor.* 22. *n.* 6. Mart. Medic. *deciſ.* 46. *n.* 6. *& ſeqq. & deciſ.* 47. *per. tot. cum Addit.*

Quanta debeat eſſe huiuſmodi deterioratio notabilis, remittitur arbitrio iudicis, & tria concurrere debent, primò deterioratio in ipſa proprietate, non autem in fructibus, ſecundò dolus malus, lata, vel leuis culpa, non autem leuiſſima, tertiò, quod ſit notabilis, modica enim non habetur in conſideratione, Menoch. *de Arbit. caſ.* 78. *per tot.* adde Leoncil. *deciſ. Ferr.* 77. vbi de inciſione arborum.

Quod reducendo cellam ad ſtabulum, malè tractando vineam, & campos, non ſolum poſſit ante tempus expelli, ſed etiam teneatur ad damna, & intereſſe, Mart. Medic. *deciſ.* 46. *per tot. cum Addit. & deciſ.* 47. *per tot.* Tuſch. *litt. C. concl.* 623. *per tot.* vbi generaliter quòd non poſſit abuti re ſibi locata.

Quamuis expulſus ex cauſa mali vſus non perdit meliotamenta ſi quæ fecit in re, *l. colonus locat.* Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 279. *n.* 11. vide Seraph. *deciſ.* 546. Caualcan. *dec.* 76. *n.* 6. *& ſeqq. par.* 2.

8 Conductor non poteſt prædia reſtipulare, hoc eſt duobus annis continuis ſerere frumento, maximè vltimo anno, quo debet fundum exfructuare in præiudicium domini, vel ſucceſſoris, qui tanto minores fructus ſequenti anno perciperent, & in ſumma nihil facere, quod poſſit nocere finita locatione, vt ſeminando totum prædium, vel vites putando eum pluribus capitibus ad vuam vt dicitur, quia hoc modo plurium annorum fructus perciperet, imò nec percipit fructus pendentes, ſed debet reddere, prædium in eodem ſtatu quo recepit, niſi aliter ſeruetur de conſuetudine in ſpecie probata, Surd. *deciſ.* 131. *per tot.* Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 62. *per tot.* Martha *vot. Piſ.* 149. *num.* 2. *&c.* Mart. Medic. *deciſ.* 46. *n.* 7. *& ſeqq.* vbi quod ex dictis cauſis poteſt expelli ante tempus, & tenetur ad damna, & intereſſe, Franch. *deciſ.* 96. vbi de conductore molendini, qui in fine conductionis, remiſſa ciuibus parte mercedis, moleret frumenta ſatis vltra neceſſarium vſum, in fraudem ſucceſſoris conductoris, cui propterea tenetur ad intereſſe, exemplo prædictorum, & vſusfructuarij, vel ſimilium, qui immaturos fructus colligerent in fraudem alterius, vide Tuſch. *d. concl.* 623. *per tot.* Marcell. Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *gloſ. vn. n.* 117. *& ſeqq.* Ricc. *Collect.* 2033. Rot. *par.* 11. *recent. deciſ.* 107. *per tot.* vbi de conductore, qui contra formam pacti ſeminauit in vltimo anno, vt omne ſatum cedat, locatori, nec poſſit repetere expenſas pro cultura factas, licet ex abundanti æquitate fuerint refectæ expenſæ ſeminis, meſſis, & conducturæ ad Vrbem.

9 Conductor ſi accuſetur de mala verſatione in re conducta, an teneatur ipſe docere ſe benè verſatum, vel potius incumbat domino contraria probatio, vide in §. *Colonus n.* .. Altograd. *conſ.* 21. *n.* 13. *&c. lib.* 1. vbi quòd ſatis eſt locatori allegare inſtrumentum locationis, ex quo conſtet de obligatione implendi, vt conductor teneatur docere de implemento ſuæ obligationis.

Quòd conductor non poſſit incedere arbores, vide in §. *Arbor n.* 8.

10 Conductor non ſoluens tempore conuento efficit locationem inualidam, ius ſuum ammittit, poteſt expelli, nec admittitur purgatio moræ ſtante iuramento, Mohed. *deciſ.* 1. *de locat. & conduct.* Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 19. *num.* 7. *& per tot. & per cap.* 515. *per tot.* vbi reſpondet multis contrarijs, & loquitur de conductore non adimplente contenta in inſtrumento locationis; maximè ſi adeſſet clauſula, *non aliter, &c.* vide Mart. Medic. *Exam.* 28. *n.* 2. *& ſeqq.* cum alijs per me cit. *in reſol. c.* 1. *n.* 1.

In contrarium facit Rot. *part.* 2. *diuerſ. dec.* 90. *n.* 2. *& dec.* 277. *per tot.* Ludouiſ. *dec.* 68. *in fine,* vbi quod *l. ſi quis maior. C. de tranſact.* rariſſimè in practica locum habet, & requirit dolum, à quo quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat, & in dubio pro excluſione illius iudicandum, vide in §. *Diſpoſitio n.* .. *&* §. *Promiſſio n.* ..

11 Conductor ſi expellatur culpa ſua, quia non ſoluit affictum, tenetur ſoluere pro toto tempore, quo conduxerat, licet locator eandem rem æquè benè alteri locauerit, & ſic iſto caſu locator habebit duplicem affictum, ſecundùm Paul. de Caſtr. *in l. diem functo in fine ff. de off. aſſeſſ.* vide tamen eundem, ac Iaſ. *ibid. num.* 33. *&c.* & Alex. *n.* 11. *&c.* qui contrarium affirmant quoad duplicem affictum.

12 Conductor licet poſſit regulariter ab emptore expelli, vt dixi in §. *Emptor num.* 42. tamen ſi ſub hypotheca bonorum locatoris, & in ſpecie rei locatæ, fecerit ſibi promittere, quod non expelletur ante tempus, poterit impedire effectum alienationis, & ne expellatur ante tempus, Capyc. *deciſ.* 182. *num.* 4. Franch. *deciſ.* 302. Duen. *reg.* 240. *per tot.* Rot. poſt Pacif. de Saluian. *deciſ.* 164. Neguſ. *de pign. part.* 2. *memb.* 1. *num.* 5. *vbi num.* 7. quod tali caſu poteſt emptor ſoluere intereſſe, vel pœnam conductori, illam ſi fuit ſtipulatus, & eum expellere, vide Paul. Chriſtin. *deciſ.* 115. *num.* 16. *&c. vol.* 3. Peregrin. *deciſ.* 136. *per tot.* Mangil. *de euict. q.* 147. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 366. *cum Addit.* vbi quod ſufficit etiam hypotheca generalis, latè Viui. *com. opin.* 127. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 37. *num.* 22. *cap.* 520. *num.* 2. *&* 3. & melius *dec* 99. *per tot.* vbi etiam *num.* 2. quòd conductor ad longum tempus, ſiue ad vitam non poteſt expelli, Ludouiſ. *dec.* 68. vbi Beltram. in Addit. Caualer. *deciſ.* 612. *num.* 11. *& per tot.*

Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 10. num. 14. &c.* Tusch. *litt. C. concl.* 605. *num. 5. &c.* vide Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 13. num. 84. & seqq.* vbi quod si adsit tantum hypotheca generalis, potest expelli soluto sibi interesse, secus autem stante hypotheca speciali rei locatæ, vel iuramento de non contraueniendo, Mangil. *loc. cit. n. 22. & 23.*

Ampliatur dicta conclusio quamuis successor singularis locatoris indigeret re locata pro vsu suo, Surd. *cons.* 103. *n.* 10. Beltram. ad Ludouis. *d. dec.* 68. *n.* 10. Mangil. *de euict. d. q.* 147. *n.* 2. *&c.*

Quòd nec etiam possit expelli stante iuramento locatoris de non contraueniendo, cùm contineat clausulam omni meliori modo, sub qua venit hypotheca ad effectum sustinendi locationem, vide Surd. *decis.* 225. *per tot.* Mangil. *d. q.* 147. *num. 3. & seqq.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 366. vbi alia plura notabilia quando conductor non possit expelli; Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 158. *num.* 2. Neguss. *loc. cit. num.* 9. Gratian. *discept. forens. cap.* 37. *n. 22. &c. & cap.* 520. *n. 2. &c.* Caualer. *dec.* 612. *&* 618. Thomat. *decis.* 30. *n.* 25. vbi quòd stante obligatione Camerali, & iuramento, non poterit venditor præiudicare conductori, quin possit perseuerare in sua conductione, resoluitur tamen hypotheca conductoris per dationem in solutum factam anteriori creditori.

Sed quoad iuramentum contrarium latè probat, & decisum testatur Viuius *com. opin.* 127. *in verb. Conductor n. 10. & seqq.*

In omnibus autem casibus, in quibus conductor posset ab emptore expelli, habet actionem ad interesse contra venditorem, qui rem locatam non reseruato ipsius conductoris iure alienauit, hocque per iuramentum in litem probare, tradit Staiban. *de Intereff. lib. 2. tit. 10. q. 1. n. 77. & seqq. & n. 180. & seqq.* vbi etiam *n. 49. & seqq. ad* 116. generaliter tractat quando conductor possit expelli à successore locatoris tam vniuersali, quam singulari, & latè Ridolphin. *d. cap. 13. num. 84 & seqq. ad* 97. vbi ponit regulam quod conductor possit ab emptore expelli, sed illam octo modis limitat, & alijs, remissiuè ad Socin. *reg.* 387. & Duen. *reg.* 240. Sanfelic. *dec.* 366. *cum Addit.*

An autem pactum de non expellendo inter venditorem, & emptorem factum prosit conductori, Paul. Christin. *decis.* 114. *num.* 3. vbi quòd non, sed conductor expulsus habebit actionem ad interesse contra locatorem, & locator contra emptorem, quia pactum non operatur vltra paciscentes; sed ego dubito, & puto quod conductor habeat exceptionem ex dicto pacto ad circuitus vitandos, & facit quod dixi in §. *Stipulatio n* 12.

Quod pro anno incœpto non possit conductor expelli, & quare, Cephal. *cons.* 181. *in fine lib.* 2. Franc. Marc. *decis.* 196. Borgn. Caualc. *decis.* 44. *n.* 23. *vide in* §. *Successor.*

13 Conductor rerum Fiscalium, vel Ecclesiæ, non potest expelli ab emptore, vel alio singulari successore, Duen. *reg.* 240. *limit. 8. & 9.* Magon. *decis. Luc.* 11. *num.* 1. vbi Addit. Gratian. *discept. forens. cap.* 337. *n. 17. & n.* 44. Sanfelic. *dec.* 309. *n.* 1.

Quòd redditum Regalium conductor vnius anni pinguis possit compelli ad conducendum pro altero anno sterili, ob defectum conductorum, Gutierez. *de Gabell. q.* 140. *num. 1. &c.*

14 Conductor non potest compelli à successore singulari locatoris ad continuandum in locationem, vt contrariorum sit eadem disciplina, Gratian. *discept. forens. cap.* 606. *n. 13. & seqq.* Surd. *decis.* 264. *n. 19. &c.* Staiban. *de Intereff. lib. 2. tit. 10. q. 1. n. 79. &* 80. vide in §. *Successor n.* 14. Pac. de Saluian. *Inspect. 4. cap. 1. n. 12. & n. 40. &c.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 366. *vers. Ampliatur etiam*, Martha *voc. Pis.* 187. *n.* 8.

15 Conductor negans dominium locatoris cadit à commodo contractus, Gratian. *discept. forens. cap.* 515. *num.* 30. Ricc. *Collect.* 195. 3841. vbi quòd non potest referre quæstionem dominij locatori, de quo latè Addit. ad Sanfelic. *decis.* 371. & dixi *in* §. *Locatio num.* 25. Rot. *part. 17. recent. decis. 254. part. 16. decis. 57. n. 30. & seqq.* vbi quòd conductor potest iusta de causa superueniente restitutionem locatori denegare, per text. *in l. si quis rem ff. de acquir. poss.* Menoch. *de recuper. remed.* 11. *num.* 42. cum alijs ibi citatis, & plenè de omnibus prædictis, & alijs ad rem, Pacion. *de locat. cap. 65. per tot.*

An, & quando possit refricare quæstionem dominij proprij, vel alieni, siue possessionis ipsi locatori agenti pro recuperatione rei locatæ, benè Sperel. *decis.* 100. *n. 1. & seqq.* Tusch. *litt. C. concl.* 608. 619. *&c.* Ant. Faber. *in suo Codice tit. de locat. & conduct. definit.* 10. Menoch. *de recuper. poss. remed. 11. n. 42. & per tot.* Paul. Christin. *dec. 118. per tot. vol.* 3. Merlin. *dec.* 376.

Quòd conductor, vel similis habens causam ab agente debeat prius rem, & possessionem restituere, & postea de proprietate litigare, *l. si quis conductionis C. locat.* Rot. *part. 8. recent. decis. 222. & 297. & par. 9. dec. 57. n. 1. &c. & decis. 89. d. p. 9. & p. 10. decis. 165. n. 7.* Borgn. *decis.* 44. *n.* 106. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 371. vbi plura Viui. *comm. opin.* 134. *&* 135. vbi intelligit si locator probet possessionem tempore locationis, & nisi conductor ipse offerat se paratum probare quod rem à se ipso possessam conduxerit.

Quòd conductor non habeat dominium, neque possessionem, sed nudam detentionem, Tusch. *litt. C. concl.* 604.

Quando possit dici præscripsisse ius coloniæ in re conducta, vide in §. *Colonus n...* Et quando rem ipsam conductam, Tusch. *litt. C. concl.* 612.

Quòd conductor soluens locatori non domino, sed prædoni liberetur, nec possit conueniri à vero domino etiam antequam soluerit, dummodo semper versetur in bona fide, aliàs secus, *l. si vrbana*, vbi Ias. *not. 3. ff. de condict. indeb.* Abb. *cons.* 16. Tusch. *litt. C. concl.* 618. Rot. *part. 14. recent. decis. 64. n. 3. & seqq.* vbi quòd verum est si soluens conduxit ab ipso prædone, & quoad fructus à conductore retractos, & consumptos, non autem quoad pendentes, contra quos potest verus dominus iura sua experiri, & exequi.

16 Conducens scienter à non domino, tenetur ad restitutionem fructuum verò domino rei conductæ, non autem ad pensiones locatori etiam prædoni solutas, quomodo istud intelligatur, & alia, vide per Ger. Spin. *cons. 36. per tot.* vbi afferit etiam ita fuisse iudicatum per Magistratum Supremum Consiliariorum, & per Rot. *Florent.* vide Tusch. *d. concl. 618. per tot.* Pacion. *de locat. cap. 36. n. 40. & seqq.* vbi quòd merces rei locatæ rectè soluitur locatori, etiam mero prædoni, ita vt nec ex locatione prædonis quæratur actio verò domino, nisi sit persona priuilegiata, cui quæri possit ex contractu alterius, vt miles, Ecclesia, minor, & huiusmodi.

Quòd conducens scienter à non domino non habeat regressum contra locatorem, etiamsi promiserit facere vti, & frui contra omnes, &c. Paul. Christin. *decis. 125. n. 15. vol.* 3.

17 Conductor quamuis in re conducta habeat solam detentationem, tamen vt in ea defendatur potest impetrare iudicis officium, & est manutenendus in sua possessione, vel detentatione, Caualer. *decis. 182. per tot.* vbi etiam ex quibus probetur dicta possessio, & quod non impeditur per actus turbatiuos locatoris, facit Rot. *part. 11. recent. decis. 356. per tot.* Thomat. *decis. 30. & decis.* 112. vbi plura qualiter non possideat sibi, sed locatori, & non dicatur possidere, sed esse in possessione, &c. Fontanel. *decis. 136. & 137.* vbi quæ remedia possessoria competant.

Qualiter autem possit conductor se tueri aduersus locatorem exceptione rei non traditæ, vide in §. *Locator num...*

18 Conductor tenetur de suo ponere semina, nec potest illa prætendere à locatore, nisi aliter fuerit conuentum, vel iam sint destinata, & alia, vide per Surd. *decis. 201. per tot.* dixi *in* §. *Colonus num. 6. & §. Locans n...* Ridolphin. *in prax. par. 2. cap. 13. n. 70. &c.* Thomat. *decis. 270. n. 8. & 13.*

19 Conductor tenetur restituere rem conductam in statu, & qualitate prout eam recepit, & si fuerit deteriorata culpa sua, tenetur illam restaurare, & ad pristinum statum reducere, ita vt donec illam restaurauerit non teneatur locator recipere sine detrimenti, & iacturæ pretio, cùm res non dicatur reddita, quando deterior redditur, & interim periculum rei spectet ad ipsum conductorem, & teneatur ad reficiendum quicquid detrimenti, & iacturæ acciderit, imò ad omne interesse, & lucrū quod percipi po-

potuisset, si res fuisset in pristinum statum restituta, vt latè probat Altograd. *cons.21. numer.9. & seqq.per tot. lib.1.* dixi in meis resol. *cap.1. numer.8.* vbi quòd interim tenetur ad pensionem, donec restituat rem in pristino bonitatis statu, vide in §. *Commodatum n.1.& 3.* Leoncil. *decis.Ferr.78. num.3.*

Qualiter sit compellendus conductor etiam per carcerationem ad restitutionem rei finita locatione, Tusch. *litt.C. concl.619.per tot. infr. n.45.* vbi quando excusetur à restitutione rei.

An denegans restituere teneatur ad damna, & interesse, quando possit retinere pro expensis factis, & alia, Gizzarel. & Addent.*decis.68.per tot.*

Quòd conductor possit vti retentione rei conductæ pro melioramentis in ea factis,& quando secus, & alia, Benintend.*decis.Bonon.77. n.10. &c.* Borgn. *decis.44. num.46.&c.* Giurb. *decis.63.n.9.& seqq.* vbi etiam pro damnis, & interesse si probentur, Addit. ad Sanfelic. *decis.366. in fine*, vbi etiam pro expensis, inter quas connumerantur semina, & huiusmodi, *infra n.27.*

20 Conductor potest esse socius locatoris in re conducta ad aliquod negotium peragendum, & tenetur vti arbitrio boni viri, ac reddere rationem de omnibus ab eo administratis, quam si rectè non reddiderit, vt cuncta possint benè dispungi, & calculari, potest contra eum in litem iurari quo ad liquidationem lucri, Altograd. d. *cons.21. numer.1. & seqq. lib.1.* vide *in §. Administrator num.....*

21 Conductor gabellæ non potest plus debito exigere, alias punitur arbitrio iudicis, & tenetur exacta restituere in foro conscientiæ, imò dicitur excommunicatus, nisi exigeret nomine Principis, & credat se iustè exigere, Menoch. *de arbitr. cas.443. per tot.* vide in §. *Gabella num...*

Plura de conductoribus gabellarum, & rerum fiscalium, latè Peregrin. *de iur. fisc. lib.6. tit.5. per tot.* Guttierez *de Gabella quæst.* 133. 134. 140. 135. & alibi sæpè.

An conductores vectigalium ob damnum immodicum absoluantur à pensione, vel non, Menoch. *de arbitr. cas. 76.& 77.n.80.* Pinel. *in l.2.C.de rescind.vend. cap.3. n.23.& seqq.* Paul. Christin. *decis.104. n.5. vol.3.* Rota *p.13. recent. decis.130. per tot.* vbi qualiter ex causa belli sit minuendus affictus gabellarum, & quando dicatur adesse bellum, vel timor.

22 Conductor tenutæ, tenetur ad custodiam syluæ, non autem potest illam incidere, nisi aliter actum fuerit, & tenetur denunciare domino damnum, quod ab alijs infertur in sylua, alias conueniri potest ad omnia damna, & interesse, sicut se obligauerit ad meliorandum, & non meliorauit, Rota *p.2.diuers.decis.241.per tot.* Et de conductore syluæ, vel lacus quos fructus percipiat, Gratian. *discept. forens. cap.703. per tot.*

23 Conductor nemoris, olíueti, & similium rerum non ferentium fructus quolibet anno, qualiter teneatur tantum soluere in fine biennij, vel quinquennij quando fructus percipiuntur, & qualiter censeatur actum inter contrahentes, ac plura alia curiosa, & scitu digna de natura oliuetorum, de modo colligendi oliuas, vt quolibet anno ferant fructum, ac vnde procedat defectus, pulchrè ex Plinio, & alijs docet Altograd. *cons.20. per tot. lib.1.* vide *in §.Emphyteusis n.51.§.Annus n.4.*

24 Conducens domum ad pensionem nulla certa quantitate expressa, intelligitur conduxisse pro eadem summa, qua erat solita locari, Rota *part. 2. diuers. decis. 88. per tot.* vbi respondet pluribus obiectis, & multifariam declarat, de quo DD. *in l. exceptio C. locat. vide in §. Locatio numer.2. infr. numer.40.* Tusch. *litt.C.conclus.612.& 613.* vbi ad quam ratam, & quando ad nullam pensionem teneatur.

Quòd procedit etiam in Doctore reconducto ad legendum in Accademia, qui censetur sub eodem salario reconductus, & quid si factus fuerit doctior, Menoch. *de arbit. cas.159.per tot.* vide §.*Salarium n 24.*

Quòd conductor cessante pacto,vel consuetudine non teneatur anticiparè soluere,sed tantùm in fine termini, siue anni *l.adem vbi glos.& DD.C.locat.* Tusch.*litt.C.concl.609. litt.P.concl.273.*

25 Conductor quilibet potest de iure sublocare dummodò sublocet æquè idoneo,& ad eundem vsum, *l.domo C. locat. & l.si cui ff.eod.*latè Caroc.*tract. de locat. & conduct.p.2. tit. de sublocat.q.1.& seqq.*Gratian. *discept. forens.cap.547.n.51. &c.*Tusch.*litt.C.conclus.621.per tot.* Ridolphin.*in prax.p.2. c.13.n.97.& seqq.infr.n.45.& 49.*Gutierez *de Gabell.q.134. n.10.q.153.n.13.* Rota post Pacif.de Saluian. *decis.200.*Sanfel. *decis.356.*

Et si conuentum fuerit quod non possit sublocare sine consensu domini,non potest dominus sine causa huiusmodi consensum denegare, Caualer. *decis.286.n.4.& decis.309. n.2.* Ridolphin. *loc.cit.n.100.*

Et in dubio censetur sublocare cum eisdem pactis, quibus ipse conduxit, Rota *part. 2. diuers. decis. 322. per tot.*

Stante pacto vt conductor non possit sublocare, potest tamen sibi socium assumere, Ridolphin. *var.resolut. cap.12. numer.312. & 313.* vbi etiam an locator habeat actionem contra dictum socium assumptum, & remissiuè ad eum, Addit. ad Sanfelic. *decis.356. infr. num.49.*

Limita principalem conclusionem stante statuto Florentino *lib.4. Rub.25.* cuius vigore conductor terræ, vel domus prohibetur alteri locare sine licentia domini sub pœna lib.50. paruorum, & nullitatis locationis, quæ in contrarium fieret, Tusch. *d.conclus.621. numer.17.* Idem vigore statuti Lucensis, de quo Ioseph. Ludouis. *decis.Luc. 57. per tot.*

Posset tamen fortè huiusmodi statutum recipere interpretationem prout pactum, cùm videatur valere argumentum de pacto ad statutum, vt per Euerard. *loc. à pact. ad stat.*

Limita alijs modis per Tusch. *d. concl.621. n.13. & seqq. per tot.* Sanfelic. *decis.356. cum Addit.*

Quòd conductor possit alteri locare, non obstante statuto id prohibente, quando in instrumento locationis adest clausula, *pro se, & suis, &c.* Rota *Auenion. diuers. decis.68.* Paul. Christin. *decis.113. numer.6. in fine vol.3.*

Quòd sicuti conductor non potest sublocare, nisi æquè idoneo, ita etiam nec possit recipere in domo personas minus honestas,& laudabiles, veluti meretrices, Caroc. *de locat.p.2.q.1. n.5.* Addit.ad Sanfelic. *decis.356.* vbi multa de meretricibus, quæ tales dicantur, & possint expelli, vel non.

Conductor si sublocet rem alteri, & efficiatur fallitus, 26 fugitiuus, vel non soluendo, potest primus locator agere pro pensione conuenta contra subconductorem, qui eam integram soluere tenetur iuxta pacta cum primo locatore inita, etiam si ipse pro minori quantitate subconduxerit, præstita sibi cautione quod pro tali pensione non molestabitur à sublocatore, vel cessis illi actionibus ad repetendum id plus, quod soluerit vltra ab eo promissa, vt colligitur ex traditis per Petr. de Vbald. *tract. de societ.p.11.q.13.* & Caroc.*de locat.& conduct.p.2.tit.de sublocat. q.11. per tot. fol.mihi* 100.vbi testatur ita passim practicari, & ego consului, & obtinui de anno 1661. pro Communitate Castricarij, & Terræ Solis contra subconductorem Molendini Montecchij dictæ Communitatis, alias enim esset aperta via fraudibus contra locatores, vt patet.

Sed quod imò subconductor, qui conduxit pro minori quantitate quam conduxerat primus, non teneatur soluere primo locatori illud plus pro quo locauerat primo conductori postea sublocanti pro minori mercede, sed tantum summam ab eo conuentam licet minorem, vel etiam nullam, si tale ius gratis illi fuerit concessum, nec bona secundi conductoris sint primo locatori obligata, nisi pro pensione conuenta cum sublocatore, & pro remanenti summa debeat primus locator agere contra primum conductorem, cum quo contraxit, & non contra subconductorem, cùm quo nihil egit, benè iuribus, rationibus, & auctoritatibus demonstrat Staiban. *tract. de Interess. lib.2. tit.10. qu.1. n.169. & seqq. ad 176.* vbi tamen nullam facit mentionem de supradicta auctoritate Caroc. cuius opinionem in suis terminis, quando scilicet primus conductor non soluendo, vel adest suspicio collusionis, & fraudis, adhuc subsistere posse arbitror, ex rationibus adductis in *d. meo cons.* penes me manuscripto, iuxta quod fuit iudicatum non solum in foro Terræ Solis, sed etiam Florentiæ approbatum per Magistratum DD. Nouem Conseruatorum Iurisdictionis, & dominij Florentini cum voto Illustrissimi D. Senatoris, & Auditoris Christofori Martij Medices, cuius iam nota est aucto-

auctoritas in iudicando; quamuis fundatè, & iuridicè loquatur etiam Staib in. loc. cit. qui tamen in dicta causa non fuit allegatus, & loquitur secluso dolo, fraude, vel collusione, & fuga à Caroc. & me præcipuè considerata cum Staiban. videtur concordare Paul. Christin. ad leg. Municip. tit.8. art.7. per tot. & art.10. n.3. vbi distinguit, vt vera sit opinio stante bona fide, secus autem stante dolo, fraude, vel collusione, vt supra.

Qualiter autem locator primus recipiendo partem solutionis à secundo conductore non amittat ius, & actionem sibi competentem aduersus primum conductorem, cùm receptio nouæ obligationis non inducat liberationem debitoris non concurrentibus requisitis delegationis, & nouationis, Rota part. 10. recent. decis.355. numer.15. & seqq.

Quòd communitas in subsidium possit agere contra secundum conductorem, vel emptorem datiorum titulum habentem à priori, qui fugit, vel factus est non soluendo, per text. in l.1. cum l.seq.ff.de instit.act. Guttierez de Gabell. q.134.n.9.&c.

Si conductor vectigalium postea admittat socium, an iste teneatur Communitati, vel Principi Domino, Salgad. Labyrint. credit. part.2. cap.26. numer.74. & seqq. vbi videtur negatiuè concludere, nisi intercedat pactum, infra num.49.

27 Conductor potest repetere expensas vtiles, & necessarias in re conducta factas, vel illas cum pensione compensare, vt dixi in §. Expensa n.8.&c. in resol.c.97. per tot. infr.n.35. supra n.19. Rota p.10.recent. decis.219. num.25.&c. vbi quando pro illis habeat retentionem, vel non; & alia plura de huiusmodi expensis eadem Rota d.part.10. decis.225. n.31. & seqq.& benè Coccin. decis.489. per tot. vide in §. Colonus num.14.

Quòd conductori, & eius hæredi detur retentio pro melioramentis, & expensis vtilibus in re factis, Rota p.14.decis.25.

Quas expensas teneatur facere de proprio, & quas possit repetere, vide Menoch. de arbitr. cas.215. per tot. vbi quatuor species expensarum distinguit, & in d.resolut.97.per tot. Paul.Christin.decis.111.n.3.&c.vol.3. Borgn. decis.44.n.49. &c. vbi vide latè per tot.

Quòd non teneatur ad collectas, sed dominos, & si quid soluerit possit imputare in pensionem domino soluendam, Guid.Pap.decis.444.n.3.Franch.decis.107.n.5.&c. vide in §.Collecta n.7.Tusch.litt.C.conclus.617.per tot. Paul.Christin.decis.Belg.104.num.3.&c.vol.3. vbi etiam quid in colono, & decis.99.num.7.&c.vol.5.Folgin.de iur. emphyt. tit. de meliorament.& expens. quæst.10. Rota part.14. recent. decis. 300. numer.1. vbi quòd tenetur ad gabellam ratione fructuum impositam, & non ad eam propter bona personis infixam.

28 Conductor conducendo rem propriam, an perdat illius dominium, vel possessionem, latè Pract.Papp. libel.ad fict. præstat.glos.super solutione n.7. Altograd. cons.4. n.75.lib.2. vbi adducit tria requisita necessaria, ad hoc vt recognoscens ab alio rem propriam sibi præiudicet, & dixi in Responso pro D.Bartholomæo de Violanis penes me, &c.vide Tusch. litt.C.conclus.624.per tot. Leoncil.decis.Ferr.64.Viui.comm. opin.134.& 135.Pacion.de locat.c.65. num.87.& seqq. Rota p.18.recent.decis.328.

Quòd si conductor emat rem conductam, non censeatur à locatione recedere, resoluta venditione, quia per secundum actum nullum non tollitur primus validus, Surd. decis.51. cum alijs per Giurb. decis.63. num.1. & seqq. vbi num.5. limitat nisi conductio in fraudem fuisset facta, & loquitur si vigore venditionis vellet alter retrahere, nam potest conductor velle in conductione perseuerare, nisi vt dixi sit facta in fraudem.

Quòd conductio rei propriæ sit nulla, l.2.C.locat. Rota p.13.recent.decis.474.n.2.

29 Conductor, cùm non teneatur de leuissima culpa, non tenetur de incendio facto in domo conducta, quod licet præsumatur ortum ex culpa habitantium, tamen intelligitur de leuissima, Afflict.decis.57.cum Addit.not.Felic.tract. de societ.c.21.n.47.Gayl.obseru.21.per tot.lib.2. latè Gratian. discept.forens.cap.354.per tot.Magon.decis.Flor.111.per tot. Menoch.de arbit.cas.390.num.8. & seqq. Mysing. obseru.88. Card.Tusch.litt.I. concl.61. per tot. Farinac. de var.crim.qu. 110.n.20.& seqq.per tot.Bardellon.cons.117.per tot.vbi quòd teneatur saltem ciuiliter si alijs sublocauit, Caroc. de locat. tit.de incend.ruin. & naufr.p.2. Ludouic. decis.Perus.25.Fachin.contr.iur.lib.1. c.78.vbi contra conductorem, & illum sequitur Costa tract.de ratione ratæ q.5.num.9. Ricc.Collect. 2123.Ludouis.decis.528. per tot. vbi quòd si conductor vtatur ad alium vsum quam destinatum dicitur in culpa, & tenetur de incendio, sicut etiam tenetur si conueniatur actione l. Aquiliæ, in qua venit etiam culpa leuissima in committendo, & alia notabilia de hac materia contra conductorem, vide in §. Incendium n.1.& §.Vicinus, & in Pract. §. Incendio n.4.& seqq Mascard.de probat. concl.894. per tot. Berlich.in concl.practicab.cent.4. concl.25. per tot. Diana part.9. tract.7.resol.31.per tot. Paul.Christin. decis.112.n.4.&c.vol. 3.& ad leg.Municip.tit.8. art.12.n.3.

Verùm quia Doctores in hac materia quandoque scripserunt pro conductore, & quandoque pro locatore, & sic diuersimodè, prout patet ex supracitatis. Existimo posse adhiberi distinctionem, & cautelam in agendo, nam si locator directè agat ad emendationem damni, tenetur ipse probare culpam conductoris, si verò agat ad relaxationem rei locatæ melioratæ potius, quàm deterioratæ, prout tenetur conductor restituere, tunc conductor excipiens de incendio, debet probare illud euenisse absque sua culpa, cùm sit fundamentum suæ intentionis, quod est multum notandum in practica, & potest etiam deseruire pro concordia opinionum, vt benè probant Rota per Ludouis. decis.278. per tot. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 13. numer. 168. fol.109. vide Dian. & alios supracitatos, & istam distinctionem approbat Rota part.12. recent. decis.159. n.2. & seqq.

Quod conductor regulariter teneatur tantùm de dolo, lata & leui culpa, non autem de leuissima, nisi quandoque ratione circumstantiarum, & pactionum, vel naturæ rei, & officij, vel si vtatur ad diuersum vsum, latè Diana p.9. tract. 7.resol.30.vide in §. Depositum n.3.12. & 17. Paul. Christin. decis.109.vol.3.vbi generaliter ad quæ teneatur conductor, latè Caroc.de locat.& conduct.p.4. qu.1. & seqq.Cala de mod. art.& prob.§.2.glos.vn.n.1345.&c. vbi quando conductor teneatur etiam sine culpa.

30 Conductor tenetur denunciare domino, vel eo absente illius coniunctis, & amicis incendium vicinum domui conductæ, sicut & quando domus ad truncandum ignem esset demolienda, vel aliud periculum, & damnum superesset, aliàs tenetur ipse ad emendationem omnium, nisi tamen talia ita ex improuiso euenirent, vt denunciari non possent, vel quia non profuisset ob impotentiam euitandi damna, latè Gratian. discept. forens.cap.354.per tot. Menoch. de arbit.cas.137.n.19. &c. facit quod dixi in §. Debitorum n....& §.Solutio num....vide Leoncil.decis.Ferr.7.& decis.77.Matt. vot. Pis.1. num.13. &c. vbi quòd aliàs non fit remissio pensionis, Rota part.15 recent.decis.129. vbi quando non poterat euitari periculum, non est necessaria denunciatio, & par. 16.decis.403.n.25.& seqq. vbi de conductore animalium, vt teneatur intimare illorum mortem domino tempore congruo, & conuentu, vt verificare possit an casu, vel culpa conductoris fuerit sequuta, aliàs non debeatur ei restaurum; & quando teneatur conductor denunciare, vel non locatori damnum imminens, vide Pacion. de locat. cap.29. n.17.& seqq.& c.46.n.101.& seqq.

31 Conductor non denuncians damna imminentia, licet ad illa teneatur vt supra, tamen si res fuerit combusta, vel chasmate perierit, siue inundata, vel per hostes occupata fuerit, ita vt illius vsus haberi non possit, liberatur ipso facto absque alia denunciatione à solutione pensionis futuræ, Gratian.d.cap.354.n.29.c.534.n.37.& c.557.n.62. Quamuis aliàs vt possit petere remissionem pensionis, teneatur denunciare locatori casum propter quem illam prætendit, Thess.decis.108.n.1.Gratian.vbi supra, & dixi in resol. c.97. num.18.

32 Conductor timens damnum propter domum vicini ruinosam, vel ruinam minantem debet denunciare domino si sit præsens, si verò sit absens, tenetur ipse petere cautionem de damno infecto, aliàs potest ex conducto conueniri ad omne damnum, Gratian. d. cap.354. num. 8.& 19.

33 Conductor sciens statum, & conditionem rei sibi locatæ, si specialiter super ea non conuenerit, sibi præiudicat, & imputare debet, Gratian. discept. forens. cap.989. n.7. & seqq. vbi de puteo malæ qualitatis, & quod vbi non adest culpa locatoris, cessat interesse conductoris, dixi in resol. c.97. n.8. & seqq. vbi de conducente rem inundationi

aqua-

aquarum ſuppoſitam, quod teneatur ad reparationem, & non poſſit remiſſionem mercedis obtinere, ex traditis per Theſſ. *quæſt.forenſ.lib.2.c.47.* adde Paul.Chriſtin. *deciſ.113.n.4.&c.vol.3.*

34 Conductor, ſicuti ob ſterilitatem, alio non obſtante, poteſt petere remiſſionem penſionis, iuxta tradita in §. *Remiſſio per tot.* latè Tuſch. *litt.C. concl.615.& 616. per tot.* Viui. *comm.opin.130.& 131.*

An è contra ob magnam, & inſolitam vbertatem, teneatur illam augere, vide in §. *Locatio n.15.* Tuſch. *litt.C. concl.614.* Paul.Chriſtin. *deciſ.112.n.1.* Gomez. *var.reſol.tom.1.c.13.n.19.* Vaſq. *contr.illuſtr.cap.54.num.10.* Franc.Marc. *deciſ.210.part.2.* Caroc. *de locat.tit. de remiſſ. merced. num.28.* Borgn. *deciſ.15.num.33.de contract.* Roland. *conſ.86.* Theſſ. *deciſ.108.* ex quibus conſtat valdè controuerſam eſſe quæſtionem Viui. *comm. opin.132.* vbi quando teneatur augere penſionem.

35 Conductor Molendini propter deſtructionem Cluſæ, poteſt prætendere remiſſionem affictus, vt dixi in §. *Remiſſio n.... & §. Periculum n...*

Et quamuis ſit obligatus illam de proprio manutenere, non tenetur ad refectionem de nouo, quando eſſet totaliter deſtructa, cùm id eueniat caſu fortuito adeò inſolito, vt de illo non teneatur, quamuis in ſe ſuſceperit caſus fortuitos, & quia huiuſmodi impenſa eſt magna, ac reſpicit perpetuam rei vtilitatem duraturam vltra tempus conductionis, ad quam non tenetur conductor, ſed locator, Rota per Buratt. *in Ferrarien. affictus 26. Nouembris 1616.* penes Gratian. *diſcept.forenſ.cap.557.num.63. & ſeqq.* & latiùs dixi *in reſol. cap.97.per tot.* Tuſch. *litt.F. concluſ.430. per tot.*

Et quod conductor molendini promittens ſuo riſico, & periculo cluſam manutenere, non teneatur de ruina, quæ contingit vi fluminis, & impetu aquarum inſolito, etiam ſi ſuſcepiſſet in ſe omne periculum, Barboſ. *de appellat. verb. ſignificat. appellat.199. in fine*, & alios citaui *in d. reſol.97.num.5. & 6.* vide Tuſch. *d. concl.430. per tot.*

Si tamen conductor Molendini ſit in culpa, non manutenendo prout promiſit, tenetur de ruina, Rota *in Lucana Molendini 18. Decembris 1517.* coram Coccino penes Zacch. *Quæſt. Medic.legal.tom.2.deciſ.42. per tot.* Tuſch. *d. concl.430.n.45.&c.*

36 Conductor licet in ſe ſuſcipiat omne periculum, & promittat penſionem omni exceptione remota, ſuo riſico, & periculo, ſi non fecit expreſſam mentionem caſus fortuiti, non tenetur de illo, Boſſ. *tit. de remiſſ.merced.n.57.* niſi adeſſet iuramentum, quod habet vim expreſſi ſecundum Euerard. *in loc. à vi, & energ. iur.num.34.* de quo tamen vide in §. *Caſus n.1.&c.* §. *Periculum n...* latè Caroc. *de locat.& conduct.p.4.tit.de caſibus per tot. fol.175.*

Et quamuis etiam feciſſet mentionem expreſſam caſuum fortuitorum, non tenetur de inſolitis, & de quibus non fuit veriſimiliter cogitatum, *l. Fiſtulas §. Frumenta ff. de contrah. empt.* Bart. *in l. Seio §. Medico n.4. ff. de annu.leg.* Boſſ. *vbi ſupra n.58.& 59.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.193.num.8. & 9.* Rota *in Ferrarien. affictus 26. Nouembris 1616. coram Buratto*, vbi loquitur etiam ſtante iuramento, & vbi dictum eſſet de caſu cogitato, & non cogitato, nam caſus inſolitus ſemper cenſetur exceptus, vt dixi in *reſol.c.97.n.6.* adde Mantic. *de tacit.& ambig.lib.5. tit.8. per tot.* Menoch. *de arbit.caſ.80.per tot.*

Ad quæ teneatur conductor, vel non verſus locatorem, Tuſch. *litt.C.concl.606.& 607.per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.109.&c.vol.3.* latè Caroc. *de locat. & conduct. part.4.quæſt.1. cum pluribus ſeqq.per tot.fol.170.&c.* Mart. *vot.Piſ.1.per tot.* Viui. *comm. opin.129. per tot.* vbi qualiter non teneatur de caſu fortuito maximè inſolito, etiam ſi in ſe ſuſcepiſſet.

Conductores plures ſimul eiuſdem rei, tenentur ſinguli pro rata tantum, licet inter ſe eſſent ſocij pro diſparibus partibus, quod non tenetur ſcire locator in ſui præiudicium, ſed eius reſpectu ſemper partes reputantur æquales, & pluribus ſimpliciter obligatis in eodem contractu, quilibet tenetur pro virili tantùm, adeò quod ſi ſoluerit ſolidum, poſſet pro parte alios tangente tamquam indebitum repetere, nec poſſet agi ad ſolidum ex eo, quod commodum ad vnum tantùm peruenerit, latè Gratian. *diſcept. forenſ.cap.320.num.40.& ſeqq.cap.547.n.23.c.682.per tot.& c.705.* vide in §. *Locatio n.3. & §. Obligatio n....* Ridolphin. *in prax.p.2.c.13.n.103.&c.* vbi quòd non tenentur in ſolidum, niſi ita ſe expreſsè obligauerint, Paul. Chriſtin. *deciſ.114.n.4.vol.3.* vbi etiam quomodo conſulatur ei qui in ſolidum ſoluit.

38 Conducens equum ad vecturam, eo ſibi derubato, non tenetur probare, quod id euenerit ſine culpa ſua, ſed tantum quod armigeri illum abſtulerunt, niſi feciſſet iter inſolitum, vel per vias inſolitas, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.677. n.13.&c.* vide in §. *Animalia n.... & §. Commodatum n.1. &c.* Caroc. *de locat.& conduct.p.4.qu.4.fol.173.* Bertachin. *in Repert.verb.Conductor.*

Sicut etiam non tenetur quando fuit derubatus à famulo miſſo à locatore pro equo reconducendo, licet conductor vltra locum conuentum illo vſus fuerit, Magon. *deciſ.Flor.56.per tot.* ſibi enim imputare debet locator, qui malorum miniſtrorum opera vtitur, Magon. *loc.cit.n.6.&c.* vide in §. *Electio num.... & §. Periculum num.2.* Diana *p.9.tract.7.reſol.30.verſ.finem*, Paul.Chriſtin. *ad leg.municip. tit.8.art.15 num.9.*

Non etiam tenetur conductor ſi equus incidat in repentinum morbum, & relictus in aliquo hoſpitio cum ordine vt diligenter curetur, ibi moriatur, quia non tenetur de leuiſſima culpa, & tantò minus de caſu, vel vitio naturali, Bald. *conſ.22. lib.3.* Viui. *comm. opin.128. in verb. Conductor.*

39 Conductor equi, ſi illo vtatur vltra locum deſtinatum, & conuentum, non ſolum tenetur ad damna locatoris, ſed etiam ad pœnam, quod tamen non procedit vbi probabiliter credebat voluntatis locatoris non contrauenire, ſed potius ille rem gratam facere, vt quia equus erat ſolitus locari à caupone, qui ideò contriſtari ſolet quando illum retinet otioſum in ſtabulo, maximè accedente conſenſu famuli miſſi pro equo reconducendo, benè Magon. *d. deciſ.56.n.1.& ſeqq.per tot.* Ioſeph.Ludouiſ. *deciſ. Luc.10. per tot.* Diana *p.9.tract.7.reſolut.30.verſ.finem*, vide in §. *Commodatum num.5.*

Plures, ac ferè omnes quæſtiones contingibiles circa mortem equi, vel muli conducti in itinere ſequutam, latè reſoluit videndus Fontanell *deciſ.533.534.535.536.537.& 538. per tot.*

Quòd conducens equum teneatur de damno ſi illum fuſtibus ceciderit, ſecus ſi calcaribus, vel flagello percuſſerit, *l.1.C.de cur.pub.&c.lib.12.* Paul.Chriſtin. *deciſ.156.n.10.&c. vol.5.*

Quòd equus non præſumatur culpa conductoris mortuus, ſed morbo naturali, niſi contrarium à locatore probetur, Ricc. *Collect.3767.*

Non tamen releuatur conductor probando ſimpliciter equum mortuum, quem ipſe equitabat, niſi etiam probet de identitate equi conducti, Mareſcott. *var.reſol.lib.1.c.12.n.3.* Viui. *comm.opin.128.*

40 Conducens equum nulla mercede conuenta, cenſetur conduxiſſe pro ſolita mercede iuxta generalem loci conſuetudinem, Rota *p.2.diuerſ.deciſ.87.n.13.&c.* facit quod dixi *ſupra n.24.*

41 Conductor ſi prohibeatur à locatore vti re conducta poteſt contra illum agere ad intereſſe, *l.ſi in lege §.colonus ff.locat. l.ſi fundus ff.eod.* cum alijs per Surd. *deciſ.131.n.1* Ricc. *Collect.3580.* vbi quòd non tenetur ſoluere penſionem, Rot. poſt Paciſ. de Saluian. *deciſ.285.n.5.* vbi quòd poteſt agere ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, vide Ioſeph.Felic. *in Margarit.var.concl.verb.Conductor.* Rota *p.13.recent. deciſ.130. per tot.* vbi qualiter ex defectu non implementi, vel rei non traditæ habeat retentionem, vide in §. *Locatio n.17.* Rota *d.p.13.deciſ.177.in eadem cauſa, & deciſ.291.n.14.&c.*

Quid autem ſi impediatur à tertio abſque culpa locatoris, vide Bart. *in l. ſi vno §. fin. in fine ff. locat.* Florian. *in l. quæſitum ff. de vſufruct.* Ludouiſ. *deciſ.235.* Franch. *deciſ.451.& 419.* vbi quòd non poteſt petere ſubrogationem tantumdem temporis, quo fuit impeditus, cum anni ſint diuerſi, ſed agere ad intereſſe, ac etiam retinere, donec ſibi præſtetur cautio de illo ſoluendo, & facit quod dixi in *reſolut.cap.97.num.3.* Leotard. *de vſur.quæſt.90. num.11.*

Si impediatur facto proprio, vel facto Principis non debet imputari locatori, nec poteſt ſe excuſare ab affictu, Afflict. *deciſ.54.* Maſtrill. *deciſ.299.* Ricc. *Collect.3580.*

Quòd conductor impeditus facto tertij, non teneatur ſolue-

soluere mercedem, notificato tamen impedimento locatori, Paris. cons. 100. numer. 44. vol. 4. Soccin. iun. cons. 120. numer. 2. vol. 3. Sebast. Medic. de cas. fort. part. 1. qu. 4. num. 22. Mangil. de euict. quæst. 149. numer. 26. & seqq. vbi qualiter euictare à tertio, possit agere ad interesse contra locatorem.

42 Conductor nouus præfertur antiquo etiam offerenti eamdem pensionem, nisi essemus in primo conductore fisci, Reipublicæ, vel Ecclesiæ, qui esset præferendus nouo, l. congruit C. de locat. præd. lib. 12. vbi Bart. & alij, Paul. Christin. decis. 97. num. 26. &c. vol. 5. & ad leg. Municip. tit. 8. art. 8. Gutierez de Gabell. quæst. 140. numer. 2. &c. Sanfelic. decis. 9. & decis. 300. vbi an nouus conductor teneatur intimare discessum antiquo, & quid si antiquus prætendat reconduxisse, Affl. & Vrsil. decis. 238. per tot. & dictas limitationes saltem de æquitate probat Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 13. num. 42 &c. vide Mart. vot. Pis. 35. num. 10. &c. Franch. decis. 406. per tot. vbi post multa hinc inde dicit fuisse decisum ad fauorem Ecclesiæ, vt possit, cui velit locare, cùm d. l. congruit loquatur in prædijs fiscalibus, & non de bonis Ecclesiæ, de quibus etiam si expressè loqueretur, non procederet per auth. cassa, & irrita C. de Sacrosanct. Eccles. hancque opinionem, dispositionem scilicet d. l. congruit, & l. seq. procedere limitatiuè tantum in casu speciali conductoris prædiorum fiscalium, & non in alijs, quicquid plures aliter tenuerint, & quandoque fuerit obseruatum, latè probat Gizzarel. cum Addent. decis. 5. per tot. cum pluribus per eos citatis, vbi num. 26. 27. & 28. quod imò in Regno, nec seruatur in gabellis, quæ auferuntur primis gabellarijs, nisi plus alijs offerant, quod & ego alibi obseruatum vidi, & passim obseruari puto, cùm finito tempore locationum, iterùm subhastentur, & plus offerenti concedantur, facit quod dixi in Pract. §. Oblatori num. 6. & in hoc opere §. Locatio num. 8. & §. Subhastatio, Franch. Gizzarel. & alios referendo sequitur licet sub dubio, Rota p. 10. recent. decis. 219. n. 22. & seqq. & absolutè illos sequitur Sanfelic. decis. 109 per tot.

Plura de prælatione inter conductores antiquum, & nouum, ac inter plures conductores eiusdem rei, Marcel. Marcian. Oper. legal. Except. forens. Exercit. cap. 14. per tot. fol. 88. &c. Carol. Tap. decis. 59. per tot. Gob. consult. 59. plenè Vela Differt. 12. 13. & 14. per tot. vol. 1. & 19. &c.

Florentiæ tamen per vsum lustri conductor acquirit ius intraturæ, cuius effectus est, vt si soluat pensionem, non possit expelli ratione prioritatis quæsitæ, Magon. decis. Flor. 112. per tot.

Quòd audio seruari tantum in apothecis, banchis, magazenis, & similibus fauore negotiationis, non autem in domibus, nec prędijs.

Quid sit huiusmodi ius intraturæ, an cedi, vel renunciari possit, & alia, Castr. cons. 313. & 243. lib. 1. Rom. cons. 151. Tusch. litt. I. concl. 341.

Romæ quæ priuilegia habeant Inquilini, latè Ridolphin. in prax. p. 2. c. 13. n. 52. & seqq. ad 70.

Quando conductor possit cogi reconducere fauore fisci, Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. Ant. Nigr. de substitut. part. 1. cap. 7. §. 9. num. 6. vbi quòd cogitur si non reperiatur conductor, & fuit superlucratus, per l. cotem §. maximos ff. de publ. & vectig.

43 Conductor an, & quando per longissimum tempus possit prætendere præscripsisse ius perpetuæ coloniæ, latè Peregrin. decis. 52. & dixi in §. Colonus num. 5. vbi alios allegaui.

44 Conductores plures eiusdem rei ex diuersis instrumentis, vel locationibus, etiam cum hypotheca pro obseruatione contractus, veluti quando quis locauit primo vni, & postea alteri, quis sit præferendus, an primus, vel secundus; dic quod præferri debet ille, qui reperitur in possessione, vel detentione rei, & habet eiusdem rei retentionem, licet sit titulo posterior per rationem text. in l. quoties C. de rei vindic. Alex. cons. 222. n. 3. lib. 5. Martha vot. Pisan. 35 n. 13. &c. cum alijs per Rotam p. 11. recent. dec. 356. per tot. vbi benè declarat, & contrarijs respondet, facit quod dixi in §. Donatio n. 64. §. Emptio n. 43. vide latè Giurb. decis. 59. per tot.

Quòd imò primus conductor maximè si habeat hypothecam sit præferendus secundo etiam habenti possessionem, & d. l. quoties non procedere in locationibus, Gamm. decis. Lusit. 130. per tot.

Conductor sublocans rem conductam alteri cum consensu domini, non liberatur ipse à contentis in contractu locationis, l. nemo prohibetur 5. C. de locat. & conduct. intelligendo pro tempore, quo ipse conduxit, secus autem illo finito, & ab eo facta disdicta, nam tunc in futurum remanet liberatus, nec potest contra eum pensio prætendi, etiam si rem liberam, & vacuam cum consignatione clauium non restituerit, quia hoc procedit ex facto locatoris, qui sublocationi consensum præstitit, & ideò in posterum recognoscere debet subconductorem, & contra illum actiones pro pensione dirigere, vt benè resoluit Rota in Romana locationis 10. Martij 1656. p. 12. recent. decis. 147. per tot. vbi etiam si disdicta fuerit facta ante tempus conuentum, quia eo magis arctat, & ligat, cùm plus temporis locatori tribuat ad deliberandum de alio conductore, vide supra n. 25. & 26. 45

Si tamen conductor ita sublocauerit de consensu locatoris, vt primus contractus fuerit resolutus, primus conductor remanet liberatus, & subconductor efficitur ipse principalis, & tenetur ad affictus, pro quibus primus conductor non potest molestari, Rota p. 13. recent. decis. 362. n. 12. & seqq. per tot. vbi ex pluribus arguit huiusmodi nouationem.

An autem subconductor soluens conductori mercedem liberetur, ita vt non possit molestari à primo locatore, liberari annuit text. in l. solutum §. solutum, ff. de pign. act. aliqne plures relati in Addit. ad Sanfelic. decis. 356. vers. vlt.

Qualiter conductor negans rem conductam restituere committat spolium, nisi incontinenti doceat de mutatæ possessionis titulo, Giurb. decis. 69. n. 22. &c. Addit. ad Sanfelic. decis. 371. vbi qualiter sit compellendus ad restitutionem, dixi in §. Locatio n. 25.

Conductio, & locatio quid sit, & alias plures quæstiones, vide per Vinc. Caroc. in suo vbertimo tractatu de hac materia edito, Arismin. Tepat. var. sent. tit. 370. & seqq. Bertachin. in Repert. verb. Conductor. 46

Conductor, vel affictuarius bonorum Ecclesiæ qualiter teneatur soluere datia, & gabellas pro suis fructibus recollectis, Borgn. Caualc. decis. 44. n. 97. &c. dixi in §. Colonus n. 9. &c. vbi vide, & plures alios allegaui, Gutierez de Gabell. qu. 44. n. 12. &c. 47

Conductio viliori pretio facta ob anticipatam solutionem, qualiter sit illicita, & vsuraria, & idem è contra si ob dilatam solutionem maior pensio exigatur, intelligendo tamen in vtroque casu, quando pretium excedit latitudinem iusti, Caualcan. decis. 32. num. 67. lib. 2. Nauarr. de vsur. num. 26. & seqq. Molin. disput. 501. num. 6. &c. Vgolin. de vsur. cap. 54. num. 1. &c. Mastril. decis. 106. vbi plura qualiter vsura committatur in contractu locationis, stante enormi, vel enormissima læsione, Leotard. de vsur. quæst. 8. numer. 21. & seqq. vide in §. Venditio num. 48. vbi plura, & plures allegaui in terminis emptionis, & venditionis, cui proxima est, & eisdem regulis consistit conductio, & locatio, & in §. Vsura per tot. §. Locatio num. 24. vbi contra, &c. Rota part. 13. recent. decis. 58. vbi quòd vsura non committitur in locatione, sed stante læsione agitur remedio l. 2. C. de rescind. vendit. & decis. 164. in eadem causa, vbi fuit confirmata prima decisio ex alijs rationibus, & correspectiuitate pactorum, & onerum, quæ sunt consideranda ad constituendum iustum rei valorem, & decis. 252. &c. part. 13. vbi quando cadat vsura etiam in locatione. 48

Quòd in locatione non cadat vsura quando non habet mutuum admixtum, Leotard. de vsur. qu. 8. n. 15. Merlin. decis. 161 num. 1. & seqq. Rota part. 14. recent. decis. 74. num. 9. & 10.

Conductor potest in re conducta sibi socium assumere, etiam inscio, & non consentiente locatore, tam post contractum, quàm ante, societatem ineundo super futura conductione, intelligendo quantum ad interesse conductoris, & socijs assumpti, sed non quoad locatorem, & socium conductoris in contractu non nominatum, inter quos non oritur actio locati, & conducti, nisi interueniat consensus locatoris, vel nisi ab initio fuerit suscepta conductio pro se, & socijs, vel pro se, & personis nominandis, & ideò vt locator habeat personalem actionem contra huiusmodi socium conductoris, vel subconductorem debet consentire illius admissioni, vel pacisci cum conductore, vt non possit alium admittere, nisi se obli- 49

get

get ad fauorem ipsius locatoris, vt probat Rota *in Romana pratensa societatis* 12. *Iunij* 1645. *coram Otthobono*, & habetur post Merlin. *de pig. decis.* 99. *n.* 31. *& seqq.* vide *supra num.* 25. 26. & 45. Pacion. *de locat. c.* 32. *per tot. & c.* 61. *n.* 7. *& seqq.* vbi etiam an mortuo vno ex socijs, sicuti finitur societas, vt dixi in §. *Societas n.* 41. duret conductio, vel finiatur, & distinguit.

50 Conductor non facit fructus suos, nisi solutis affictibus; intelligendo quando non fuit habita fides de pensione, nam si locator habuerit fidem de pensione, conductor dicitur de consensu domini illos percipere, & suos, facit glos. & Bart. *in l. si seruus* 63. §. *Colonus ff. de fruct.* Rota *p.* 14. *recent. decis.* 34. *n.* 5. *& seqq.* vbi etiam quòd damna contingentia post mortem conductoris, non spectant ad eius hæredem, qui vigore contractus, coactus fuit perseuerante in conductione, sed ad hæreditatem, quando illam adiuit cum beneficio inuentarij, & ratione reddit, vt dixi in §. *Hæres*.

51 Conductor vbi non apparet, vel se absentauit, nec soluit, potest domus conducta aperiri à locatore, & masseritiæ describi coram vicinis, vel Notario, siue Cancellario, si petatur à Rectore Ciuitatis, an debeat expectari per biennium, & alia, text. *in* §. *cum domini* 58. vbi Bart. & alij *ff. de locat. & conduct.* dixi *in* §. *Locatio*. Quæ sunt notanda, quia, vt inquit Bart. *loc. cit.* sæpè contingunt in practica, etiam nostris temporibus, sicuti pluries huiusmodi instantias fieri, & exaudiri vidi in Magistratu DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ.

52 De varijs conductoribus vltrà tractatus ordinarios, Caroc. Pacion. & aliorum, vide Thoro *compend. decis. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *verb. Conductor*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. Legal. p.* 4. *eodem verb. fol.* 300. vbi indicat Auctores materiam tractantes, inter quos non deseras Cancer. *var. resol. p.* 1. *c.* 14. *per tot.*

§. CONFESSIO. XXXV.

1 CONfessio alia est iudicialis, alia extraiudicialis, qualiter autem, & in quibus conueniant, & differant inter se huiusmodi confessiones, aliaque plura de singulis illarum effectibus, Specul. *tit. de confess.* §. 3. Farinac. *qu.* 81. vbi plenissimè de confessione iudiciali, *& q.* 82. de confessione extraiudiciali, de vtraque summatim Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 2. *& seqq. ad* 44. *fol.* 246. Sanfelic. *in Praxi sect.* 54. *per tot.*

Plura de confessis, & confessione in genere, item de confessione iudiciali, extraiudiciali, item de confessione facta in vltima voluntate, vel in criminalibus, vel in tormentis, Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 193. *& seqq. ad* 197. *& tit.* 297. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 344. *cum pluribus seqq.* Bertachin. *in Repert. verb. Confessio*.

2 Confessio extraiudicialis qualiter sit probanda, vt possit suos producere effectus, Gratian. *discept. forens. cap.* 144. *numer.* 51. *cap.* 753. *cap.* 677. *numer.* 51. *& cap.* 909. *n.* 1. *&c.*

Quòd sit probanda per testes contestes de verbis, loco, & tempore, Merlin. *decis.* 170. *n.* 3. *&c. decis.* 340. Rota *p.* 6. *recent. decis.* 214. *n.* 12. *& decis.* 244. *n.* 15. Thomat. *decis.* 121. *n.* 5. *&c. p.* 13. *decis.* 482. *n.* 5. *& per tot.* Rota *in Romana filiationis* 1. *Iulij* 1639. *coram Carillo n.* 13. penes Zacch. *Quæst. medic. legal. decis.* 81. vide Mascard. *de probat. conclus.* 350. *per tot.* An per testes singulares, Gratian. *decis.* 139. *per tot.* Iordan. *vbi supra n.* 181. Tusch. *litt. C. concl.* 638. *n.* 48. *& seqq.* Dian. *p.* 4. *tract.* 6. *resol.* 12. Franch. *decis.* 103. *n.* 21. Martha *vot.* 117. *n.* 6.

Quòd possit probari per testes singulares de diuersis confessionibus deponentes, concurrentibus alijs adminiculis, Merlin. *decis.* 376. *num.* 5. *&c.* vide Mascard. *de probat. conclus.* 379.

Vt autem intrent adminicula requiritur alicuius probationis fundamentalis subsistentia, quam ipsa coadiuuent, Rota *p.* 13. *recent. decis.* 482. *n.* 1. *&c.*

Quid si sit facta in instrumento per verba enunciatiua ad fauorem tertij absentis, Gratian. *discept. forens. cap.* 49. *n.* 21. *c.* 151. *n.* 13. *& c.* 739. *per tot.*

Quod prosit, & ille tertius absens possit se in illa fundare, & agere, Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *qu.* 1. *num.* 19. *& seqq.*

3 Confessio extra iudicium facta parte absente, probat tantum semiplenè, parte verò præsente, & acceptante, plenè probat DD. *in l. admonendi ff. de iureiur.* Afflict. *decis.* 12. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 677. *num.* 51. *& cap.* 890. *num.* 20. *&c.* Leoncil. *decis. Ferr.* 49. *numer.* 3. *& seqq.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 9. *per tot.* Gabriel. *comm. conclus. lib.* 1. *tit. de confess. conclus.* 2. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 15. *fol.* 247. latè Tusch. *litt. C. conclus.* 637. *&* 638. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1104. 2203. & alibi prout in *Repert. verb. Confessio*, Rota *part.* 10. *recent. decis.* 236. *num.* 5. vbi quòd præsente parte, & acceptata probat non solum contra confitentem, sed etiam contra eius hæredes, & successores.

Quòd confessio facta ad obligandum, vel etiam ad liberandum requirat præsentiam partis, secùs autem, si ad probandum tantùm, & ideò confessio de actù præterito dicatur facta ad probandum, & probet, etiam facta parte absente, Rota in select. per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *decis.* 398. *& decis.* 433. *in eadem causa*, vbi placuit prima decisio; Et qualiter confessio tendens ad liberandum afficiat, vel ne confitentem, etiam parte absente, Francis. de Angelis *tract. de confess. quæst.* 8. *limit.* 8. *per tot.* quem semper adeas in hac materia confessionis.

Quòd confessio extraiudicialis sit saltem per duos contestes probanda, & facta sine animo deliberato fatendi veritatem non noceat confitenti, cum ad vnum effectum emissa, non operetur quo ad alium diuersum effectum, Bicch. *decis.* 378. *n.* 6. *& seqq.*

In foro Ecclesiastico, vel etiam in foro ciuili inter laicos Ecclesiæ subiectos probat omni casu, Idem Gratian. *c.* 395. *n.* 31. *c.* 869. *n.* 30. *& c.* 951. *n.* 28. & tantò magis si esset geminata, & adminiculata, vt in *d. c.* 395. *n.* 35. *&* 36. vide Farinac. *quæst.* 82. *&c.* Mascard *de probat. conclus.* 346. *& seqq.* vbi plenè, *& conclus.* 481. vbi quòd probat debitum, etiam absente parte.

Quòd de iure canonico probet in ciuilibus, Rota *in Nouiss. part.* 7. *decis.* 12. *numer.* 14. *&c. & part.* 9. *recent. decis.* 320. *num.* 10. *vol.* 2. *& part.* 11. *decis.* 63. *per tot.* vbi benè declarat, vide Vrceol. *consult. forens. cap.* 21. *num.* 7. *& seqq* Merlin. *decis.* 170. *num.* 3. *& decis.* 340. *numer.* 1. *&c.* Sperel. *decis.* 169. *num.* 59. Paul. Christin. *decis. Belg.* 109. *num.* 3. *&c. vol.* 4. Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæst* 1. *numer.* 22. *& seqq.* vbi etiam quòd probat quando est facta in publico instrumento, vel libello, Rota *p.* 12. *recent. decis.* 191. *n.* 1. *&c.* vbi quòd de iure canonico plenè probat, maximè facta parte præsente, si sit legitimè probata, *& p.* 13. *decis.* 372. *n.* 1. *&c.* vbi quòd de æquitate canonica plenè probat contra confitentem, etiam si testes non conueniant in formalitate verborum, dummodò in substantia concordent, & maximè si sit aliunde adminiculata.

Item confessio extraiudicialis, si sit geminata plenè probat, quasi tunc habeat vim iudicialis confessionis, Barbos. *de Axiomat. iur. Axiom.* 105. *n.* 2. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 140. *fol.* 256. vbi contra in criminibus, Tusch. *d. concl.* 638. *n.* 37. *& seqq.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 236. *n.* 6. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 9. *n.* 18. *& seqq.* vbi plura de confessione extraiudiciali, Rot. per Farinac. *decis.* 228. *per tot.* Gabriel. *comm. concl. lib.* 1. *tit. de confess. concl.* 3. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 138. *n.* 3.

Item si tendat ad liberandum, valet etiam parte absente, Magon. *decis. Flor.* 135. *numer.* 13. vide Theil. *decis.* 109. *per tot.* Tusch. *d. conclus.* 638. *numer.* 107. *& seqq.* Viui. *d. comm. opin.* 138. *numer.* 4. vbi concludit contrarium esse verius.

Item si sit pro exoneratione conscientiæ probat etiam pro absente in præiudicium ipsius confitentis, non autem tertij, nisi sit valdè adminiculata, Mascard. *de probat. conclus.* 347. *num.* 99. *concl.* 539. *numer.* 25. *&c.* Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 270. *&c.* Salgad. *Labyrint. credit. p.* 3. *cap.* 13. *num.* 20.

Quòd facta absente parte regulariter non probet, Soccin. *reg.* 89. vbi decem, & octo modis limitat Duen. *reg.* 119. *&* 120. *per tot.* vide plenè Tusch. *litt. C. concl.* 637. *&* 638. *per tot.* Marcian. *disp.* 52. *n.* 14. *& seqq.* Gabriel. *comm. concl. lib.* 1. *tit. de test. concl.* 1. *per tot.* vbi etiam quid si sit facta in iudicio, & latè declarat per plures ampliationes, & 23. limitationes.

Et quod possit reuocari antequam fuerit acceptata, secus autem postea, Genu. *de script. priuat. lib.* 5. *tit. de scartafac. n.* 6. 17. *&* 24. *fol.* 287.

Quòd facta in instrumento, etiam parte absente probatio-

tionem indueat contra confitentem, Gamm. *decis. Lusit.* 336.*n.*6.Mascard.*de probat.conclus.*360.Gait.*de credit.cap.*2. *tit.*3.*n.*224.*& seqq.*vbi latè declarat.

Item facta parte absente in causis fiscalibus plenè probat ad fauorem fisci, Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 7. *tit.*3. *num.*38.

Plura de confessione facta in iudicio an, & qualiter probet, & præiudicet, Mascard. *de probat.concl.*348.

4 Confessio extraiudicialis in criminalibus facit indicium ad torturam, & quandoque etiam ad condemnandum, Diaz.*reg.*125.Menoch.*de arbitr.lib.*1.*qu.*89. *n.*14.*& seqq.& cas.*331.Clar.§.*fin.q.*21.*vers.Confessio*,Cabal.*cas.*81.Farinac. *qu.*82.*reg.*2.*per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3.*lib.*14. *tit.*16. *n.*13.*fol.*247. Mascard. *de probat. concl.*349. *& seqq.* Peguer. *decis.*17.*num.*3. *&c.* Guaz. *deff.*32,*cap.*33.*&* 34. *per tot.* vbi dat plures defensiones ad tollendum huiusmodi indicium, vide in mea Pract. §. *Confessione numer.*1.Tusch. *litt.C. conclus.*640 *per tot.* Ricc. *Collect.*2120. Dian.*part.*4. *tract.*6. *resolut.*12. vbi ponit plura requisita, nempe, vt sit verisimilis serio, & non per iocum, vel ex iracundia facta, specialis cum loco, & tempore, ac legitimè probata, & alia de huiusmodi confessione, ex Menoch. Farinac. & alijs Viui.*comm.opin.*138.*num.*5. *&c.* vbi quòd debet probari per duos testes idoneos, & contestes de loco, & tempore, ac esse verisimilis, Conciol.*resol.crim.verb.Confessio resol.*12.*&* 13. *per tot.*& quòd ex confessione extraiudiciali reuocata, non possit deueniri ad torturam, Zuff.*de legit.process.lib.*3.*q.*190. *num.*18.

Quòd facta in epistola plenè probet, nisi mittens illam reuocauerit, vel mortuus sit antequam fuerit præsentata, Genu. *de script. priuat. lib.*3. *tit. de litt.amat.num.*17.*&* 18. *fol.*167.

Et quòd quamuis delictum non esset verum possit confitens puniri de iactatione extraiudiciali, & gloriatione arbitrio iudicis, Menoch. *d. cas.*331. Diaz. *d. reg.*125. *limit.*6.

5 Confessio resultans ex narratis in precibus Principi porrectis, non afficit confitentem, sed tantum facit indicium ad torturam, nisi fuerit obtentum, vel nisi reprobaretur rescriptum, & contra illud feratur sententia, vel quia Princeps noluerit gratiam concedere, vide Mascard. *de probat. conclus.*368. Capyc. *decis.*71. Guaz. *deff.*32. *cap.* 15. Gratian. *discept.forens.cap.*502.*num.*5.*cap.*586.*numer.*4. *& alibi*, latè Conciol. *verb.Confessio resol.*9.*per tot.*vbi quòd non nocet, maximè si supplicatio fiat ad cautelam pro se eximendo à molestijs, vel cum similibus clausulis præseruatiuis, & si Princeps noluit facere gratiam, & alia ad rem, latè Francisc.de Angelis *tract.de confess. lib.*2.*q.*1. *per tot.* vbi etiam de confessione facta in libello, positionibus, & exceptionibus.

Quòd huiusmodi confessio præiudicet quamuis rescriptum esset subreptitium, & nullum, nec possit reuocari, vel impugnari ab hæredibus confitentis, Gratian. *d.c.*586.*n.*41. *&* 42.*c.*674.*n.*11.*c.*734. *num.*45.*cap.*789. *num.*2.*& cap.*857. *num.*1.*&c.*

Si tamen constet de errore potest reuocari, & non præiudicat, etiam si emanasset in facto proprio, & deliberatè, ac etiam si fuisset iurata, & acceptata, & licet Princeps benignè rescripserit, cùm probato errore rescriptum remaneat subreptitium, & nullum, latè Altograd. *cons.*28.*n.*12.*& seqq. lib.*2.

Quòd dicta confessio noceat plus quam facta in iudicio, cùm sit facta Principi, à quo omnis iurisdictio, & iudicij calor fluit, & refluit, Magon. *decis. Flor.*77. *num.*13. *& seqq.* vbi loquitur in ciuilibus, Rot. *part.*2.*diuers.decis.*266.*num.* 4.Capyc. *decis.*71. vbi quando probet etiam in alio iudicio, & inter alias personas. Et de huiusmodi confessione, vide Gabriel.*comm.conclus.tit.de confess.concl.*4. Farinac. *quæst.*5. *num.*25.*& seqq.*Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14.*tit.*16.*num.* 118.*fol.*254.Merlin.*decis.*776.*num.*6.vbi quòd plenè probat contra supplicantem, *l.cum precum C.de libert.caus.leg.* idem Merlin. *decis.*830.*n.*1.

Quando autem aliqua declaratio facta in memoriali, vel precibus non præiudicet declaranti, tamquam non deliberata, sed resoluatur in simplicem velleitatem, seu propositum, quod non obligat, Rot. *part.*11.*recent.decis.*17. *per tot.*

Intellige omnia prædicta si preces non negentur, & probentur factæ, & porrectæ à supplicante, alias tamquam actus extraiudicialis, aliquam fidem non merentur Seraph. *decis.*560.*numer.*1.*&c.* Rot. *part.*12.*recent.decis.*86. *num.*34. *&c.*

Quid autem è contra an confessio Principis probet contra ipsum, & suos hæredes, & quomodo, Mascard. *de probat.concl.*376. *per tot.*

6 Confessio etiam iudicialis, siue extraiudicialis, sed iurata, vel facta parte præsente, quibus casibus solet plenè probare, si sit incidenter, & propter aliud, vel ad alium finem emissa, cùm non dicatur procedere ex libera voluntate confitentis, non probat, nec potest ex illa quis damnari, pulchrè Surd.*decis.*250.*num.*6.*& seqq.per tot.& decis.*309.*per tot.*vbi tamen contrarium firmat concurrentibus alijs coniecturis, vide latè Farinac.*q.*91.*n.*219.*& seqq.*Pac.Iordan. *Lucub.vol.* 3.*lib.*14.*tit.*16.*num.*183. *& seqq. fol.*259. Mascard.*de probat. conclus.*383.Cassador. *decis.*690.*& seqq.de Confess.* vbi quòd confessio regulariter nocet confitenti, quam tamen regulam multis modis limitat, vt ibi latè per eum *infr. num.*47. Francisc.de Angelis *d.tract.lib.*1. *quæst.*6. *num.*27.vbi etiam quòd non probant testes dicentes audiuisse in actu confessionis alicuius, *& lib.*2. *quæst.*42. *num.*4. *& seqq.* vbi quòd dicta cautela reperta penes carceratum non probat delictum, &c.

Cartula itaque reperta, in qua quis peccata sua descripsit pro facienda confessione sacramentali, nihil officit confitenti in foro externo, Ricc.*decis.*172.*p.*1. Pac.Iordan. *loc.cit. n.*120.*fol.*254.*infr.n.*63.

An iudicialis præsumatur facta parte absente, & in libello quando probet, & alia, Capell. Tholos. *quæst.*350.*&* 352. Gabriel. *comm. conclus.lib.*1. *tit.de confess. conclus.*1. *& seqq. per tot.*

7 Confessio emanata in Instrumento, vel alio actu nullo, dicitur vera, & valida quando nullitas procedit ob defectum solemnitatum, secus autem si ex errore, vel falsitate causæ, Gabriel. *comm.conclus.tit.de Claus. concl. fin.num.* 12.Pac.Iordan.*vbi supra num.*116.Tusch.*litt.C.concl.*643.*&* 653.*per tot.*Mascard.*de probat.conclus.*357. *&* 358. facit latè Rot.*part.*11. *recent. decis.*63. *per tot. & part.*13. *decis.*305. *num.*6.*&* 7.*infr.num.*18.Martha *vot.Pis.*188.*num.*8. *& seqq.* vbi contra quando statutum annullat contractum, instrumentum, & scripturas, quia tunc ex illis non probatur confessio.

An autem ex confessione debiti incidenter inter alias personas, etiam in instrumento facta probetur debitum, ita vt extraneus, qui instrumento non interfuit possit ex illa agere, & debitum petere contra confitentem, vel alios, Cenc. *de cens. quæst.*98. *numer.*77. Giurb. *decis.*62. *num.*29. Surd. *decis.*250. Gait. *de credit. cap.*2. *tit.*3. *n.*224. Cancer. *var.resol. part.*1. *cap.*11. *numer.*28. *& part.*3. *cap.*1. *n.*296. *&c.*

8 Confessio dubia interpretari debet ad fauorem confitentis, vt minus ei noceat tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, nisi agatur cum homine malæ famæ, vel de re de sui natura mala, vel in foro poli, Farinac. *quæst.*81. *num.*35. *& seqq.* Pac. Iordan. *d. tit.*16.*num.*134. *& n.*142.*& seqq.fol.*256.

Quòd confessio dubia possit declarari, Tusch. *litt. C. concl.*672.

Qualiter sit in mitiorem partem interpretanda, Tusch. *concl.*683.*litt.C.*

9 Confessio dotis facta à marito constante matrimonio, an intelligatur facta animo donandi, vel sub spe illius consequendæ, disputat Aret. *in §. fuerat Instit. de act.* vbi etiam Ias. *num.*93. dicit intelligi sub spe numerationis, sed quod sit donatio, quæ morte confirmetur, nec incipiat vim habere nisi post mortem, Bellon. *cons.*47. *&* 48. vide latè Menoch. *lib.*3.*præsumpt.*12. *per tot.* vbi quando confessio facta tam ante matrimonium, quàm illo constante dicatur animo donandi, vel non, in præiudicium ipsius confitentis, & hæredum, Mart. Medic. *Exam.*51. *& decis.*80. *per tot. cum Addit.& decis.*81.*&* 82.*per tot. cum Addit.* vbi quòd non præiudicat creditoribus, Ger.Spin. *cons.*24. *n.*18. *& seqq.*Beltram.ad Ludouis. *decis.*67. *num.*14. Tusch. *litt.C. conclus.*657. *cum pluribus antecedentibus*, *& seqq. & litt. D. conclus.*748. *& seqq.* Dian. *part.*8. *tract.*6. *resolut.*113. Peregrin.*decis.*141.*per tot.* Rot.*part.*11.*recent.decis.*32.*per tot.& part.*12. *decis.*126. *per tot.* vbi plenè pro detegenda simulatione confessionis ex coniecturis, ita vt dos confessata, in fraudem prohibitæ donationis, non possit à muliere repeti contra hæredes mariti confitentis defuncti, & rursus in eadem causa Rot. *d.part.*11.*decis.*296.*per tot.* vbi fuit con-

confirmata prima decisio, ita vt tunc dicta confessio vti simulata non etiam noceat marito confitenti, nec eius hæredibus.

Quòd confessio dotis duplici iuramento promissorio, & obligatorio vallata, & aliquo concurrente adminiculo (quicquid sit quoad creditores) benè probet numerationem, & præiudicet marito, ac illius hæredibus, etiam nulla præcedente dotis promissione, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 36. *per tot.* & vide Francisc. de Angelis *tract. de conf. lib.* 1. *quæst.* 8. *limit.* 6. *& lib.* 3. *quæst.* 10. *per tot.* vbi infert dictas duas decisiones per me citatas *part.* 12. *recent. decis.* 126. *&* 296.

De confessione dotis, & eius effectibus plenè Boss. *tract. de dot. c.* 10. *n.* 11. *& seqq. per tot.*

10 Confessio dotis facta à marito post commissum delictum, præsumitur in fraudem fisci etiam si appareat de antecedenti promissione, & fisco non præiudicat, pulchrè Surd. *decis.* 116 *per tot.* nisi tamen concurrat verisimilitudo, idem Surd. *decis.* 325. *numer.* 6. alios allegaui in Pract. §. *Confiscatione n.* 15. §. *Donatione n.* 9. & in hoc Opere §. *Donation n....*

Quòd vxor per solam confessionem de dote recepta à marito factam ante delictum possit illam à fisco repetere absque eo, quòd aliter constet de numeratione, quando præcessit promissio, vel lapsa sunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, vel aliæ adsunt coniecturæ, D. Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 73. *&c.*

Quòd fiscus non teneatur ex bonis confiscatis restituere dotem vxori delinquentes, nisi constet de dote verè tradita, & numerata, & non simpliciter confessata in quocumque instrumento, *l. si quis post hæc C. de bon. proscript. & l.* 1. *C. de dot. caut. non numer.* cum alijs per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *c.* 26. *n.* 7. *& seqq.* vbi vide, & Guaz. *de confisc. concl.* 13. *limit.* 35. *n.* 5. Massin. *eod. tract. q.* 31. Farinac. q. 25. *n.* 120. & alios ab istis citatos. Posset tamen probari ex coniecturis, vt in alijs casibus.

11 Confessio dotis facta à marito constante matrimonio non præiudicat futuris creditoribus tamquam fraudolosa, & simulata, nisi liquidè constet illam fuisse solutam, & cùm non habeat vim nisi post mortem, creditores facti in vita mariti sunt anteriores, Pract. Papp. *libel. quo vx. agit. ad dot. & vsumfr. glos. dedit, & tradidit numer.* 4. Bellon. *cons.* 47. *&* 48. latè Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 13. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 50. *&* 51. *vol.* 6 Merlin. *decis.* 419. *per tot. & decis.* 652. *num.* 2. *decis.* 718. *per tot.* Cabal. *cons. decis.* 65. *numer.* 6. *& seqq. lib.* 2. vbi tamen quòd tamquam donatio confirmatur morte viri, & talis confirmatio retrotrahitur ad tempus factæ donationis, saltem quoad fructus, vel præcedente dotis promissione, vel lapsu temporis, siue alijs coniecturis, quia tunc nocet omnibus, & vide Francisc. de Angelis *d. tract. qu.* 8. *limit.* 6. *& lib.* 3. *q.* 10. *per tot.*

Non etiam suffragatur dicta confessio de dote recepta, ad effectum illam recuperandi ex bonis fideicommissarij, & sic in præiudicium fideicommissariorum, Peregrin. *cons.* 53. *n.* 7. *lib.* 5. *& de fideicomm. art.* 42. *num.* 83. Fusar. *de substit. qu.* 632. *n.* 23. *& q.* 622. *num.* 27. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 285. *n.* 23. *&c.*

Nisi concurrant vrgentes coniecturæ, de quibus infra Rot. *p.* 11. *decis.* 40. *n.* 4.

Statutum Florentinum *lib.* 2. *Rub.* 61. disponit idem in dote confessata prout in soluta, & numerata, Card. Tusch. *litt. D. concl.* 784. *n.* 148. *&* 158.

Si creditores nitantur sola confessione, præfertur mulier pariter in confessione se fundans, Magon. *decis. Flor.* 68. *numer.* 12. Menoch. *d. præsumpt.* 13. *numer.* 12. *&c.* vide in §. *Creditor num.* 3. Paul. Christin. *decis.* 51. *num.* 5. *&c. vol.* 6.

Item nocet dicta confessio, & probat quando lapsa sunt tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, Gratian. *discept. forens. cap.* 362. *num.* 16. *cap.* 693. *num.* 11. Menoch. *d. præsumpt.* 13. *n.* 14. Rot. *p.* 2. *diuers. decis.* 102. *n.* 16. Vini. *comm. opin.* 148. vbi quanto tempore duret, Duran. *decis.* 428. *num.* 3. *& decis.* 409. *num.* 16. vide *in* §. *Creditor n....* vbi de restitutione in integrum contra huiusmodi lapsum temporis.

Item nocet quando constat de parte soluta, Gratian. *discept. forens. cap.* 362. *numer.* 18. Duran. *d. decis.* 409. *n.* 21. *& decis.* 428. *num.* 4. Merlin. *decis.* 652. *num.* 9. *&c. & decis.* 718. *numer.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 21. *numer.* 11. *& decis.* 82. *numer.* 22. *&c. decis.* 124. *numer.* 11. *&c. decis.* 148. *n.* 7. *& seqq. & part.* 11. *decis.* 32. *num.* 9. *&c. part.* 14. *decis.* 214. *num.* 9. *&c.*

Item præiudicat quando constat de præcedente dotis promissione ante matrimonium, quia confessio postea emissa, etiam postquam maritus bona sua alijs hypothecauit, nocet creditoribus, qui medio tempore ius acquisiuerunt, *licet* post promissionem dotis, & ante confessionem, cum talis confessio recipiat fomentum ex præcedente promissione, & ad illam retrotrahatur hypotheca tam expressa, quam tacita, Bellon. *cons.* 3. Afflict. *decis.* 402. Magon. *decis. Flor.* 68. *num.* 10. Burat. *decis.* 156. *in fine*, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 13. *numer.* 21. *&c.* vbi intelligit, nisi tempore confessionis magnum appareret æs alienum, Duran. *d. decis.* 409. *num.* 6. *&c. & decis.* 428. *num.* 1. Altograd. *cons.* 33. *numer.* 6. *& seqq. per tot. lib.* 1. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 342. *num.* 2. *& seqq. & part.* 12. *decis.* 80. *num.* 1. *& decis.* 126. *num* 20. *&c. part.* 13. *decis.* 488. *num.* 3. *& seqq.* vide in §. *Hypotheca n.....* *infr. num.* 12. Tusch. *litt. D. concl.* 751. *&* 760. *per tot.* Merlin. *decis.* 419. *num.* 3. vbi quòd secus est si promissio facta fuerit constante matrimonio, *& decis.* 718. *num.* 1. *&c.* vide Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 403. *per tot. & decis.* 426. *& part.* 10. *decis.* 21. *n.* 5. *& seqq. decis.* 30. *n.* 17. *& seqq. decis.* 82. *n.* 27. vbi quòd etiam sine promissione sufficiunt aliæ coniecturæ, *& decis.* 148.

Quòd præcedens promissio absque alijs adminiculis non sufficiat quando de illa constat ex sola priuata scriptura, & quare, Rot. *p.* 10. *recent. decis.* 141. *n.* 4.

Sicut etiam non operatur quando eodem tempore fit promissio, & confessio, & quare, Rot. *p.* 12. *recent. decis.* 126. *n.* 20. *&c. decis.* 296.

Item quando confessio non fuit facta ad fauorem vxoris, sed tertij probat veram, & realem solutionem, Marescott. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 8. *numer.* 8. Duran. *decis.* 428. *num.* 2. *& decis.* 409. *numer.* 15. Altograd. *d. cons.* 33. *numer.* 7. *lib.* 1. Merlin. *decis.* 652. *num.* 8. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 483. *num.* 28.

Quòd immò confessio facta etiam matri, vel fratri vxoris, numerationem non probet iuxta opinionem quam Rot. seruat, Buratt. *decis.* 108. *numer.* 3. *decis.* 612. *num.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 170. *num.* 2. *&* 3. Ioseph Ludouic. *decis. Perus.* 66. *num.* 21. vbi quòd est valdè suspecta, Thomat. *decis.* 99. *num.* 55. *&* 56. vbi quòd non præiudicat creditoribus etiam si sit facta socero, cognato, vel alteri extraneo.

Sed quod facta fauore soceri absente vxore, etiam nulla præcedente promissione probet, etiam contra tertium, si aliæ fortiores concurrant coniecturæ, Rot. *p.* 14. *recent. decis.* 214. *n.* 5. *& seqq.*

Item stante diuturna præstatione alimentorum, dos præsumitur soluta, Duran. *d. decis.* 409. *n.* 22. vbi quòd hæc coniectura solet potissimum à Doctoribus considerari, intelligendo tamen prout *infr. n.* 15. Merlin. *decis.* 652. *num.* 10. *& seqq. & decis.* 718. *n.* 4. *&c.* Rot. *p.* 9. *recent. decis.* 293. *n.* 14. *& decis.* 403. *n.* 7. *decis.* 426. *n.* 7. *&c. decis.* 483. *n.* 29. *p.* 10. *decis.* 21. *num.* 10.

Item stante consuetudine quod mulieres non soleant duci indotatæ, Duran. *d. decis.* 409. *n.* 23. Merlin. *decis.* 718. *n.* 6. Rot. *part.* 9. *recent. d. decis.* 293. *n.* 13. *& decis.* 403. *n.* 7. *decis.* 426. *n.* 5. *decis.* 483. *n.* 30.

Item quando creditores faterentur in positionibus, dotem fuisse numeratam, vel quando haberent solam actionem personalem, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 13. *n.* 17. *&c.* vide *in* §. *Creditor num....*

Item quando confessio esset de re immobili etiam æstimata, Menoch. *d. præsumpt.* 13. *n.* 25.

Item quod noceat creditoribus causatis post confessionem, nisi aliunde fraudis suspicio probetur, Menoch. *d. præsumpt.* 13. *n.* 28. Altograd. *cons.* 33. *n.* 1. *& seqq. lib.* 1.

Quòd quando est verisimilis probet contra hæredes, & creditores etiam quoad extradotalia, Vrceol. *consult. forens. c.* 29. *n.* 1. *&c. & c.* 39. *n.* 12. *&c.*

Item si pater dotem promittens erat diues, & filia vnica, Merlin. *decis.* 718. *n.* 7. *&* 8.

Item plenè probat contra hæredes confitentis, Surd. *decis.* 72. *n.* 9. *decis.* 105. *n.* 7. Merlin. *decis.* 869. *n.* 4. Rot. *p.* 10. *recent. decis.* 82. *num.* 31. *&c. decis.* 124. *num.* 4. *&c. decis.* 148. *num.* 32. *& seqq.*

De materia confessionis dotis quando præiudicet, vel non

non creditoribus, & hæredibus, quomodo prædicta intelligantur, & alia, vide latè per Menoch. *de præsumpt. lib.3.præsumpt.12. & 13. per tot.* Scapuc. de Salutan. *lib.1. quæst.11.* Ludouis. *decis.62. & 67. cum Addit.* Buratt. *decis.108.* Duran. *decis.337.409. & 428.* Mohed. *decis.2. de confess.* Fontanel. *de pact. nupt. lib.2. claus.14. glos.vn.* Merlin. *de pign.lib.3.tit.2.quæst.58.* Gait. *de credit.cap.2, numer. 919. & cap.4.tit.1.quæst.11.numer.1715. cum multis seqq.* vbi plenè Magon. *decis.Flor.68.* Gratian. *decis.103. & decis.237.* Marescot. *var.resol. cap.8.* Ioseph. Ludouis. *decis.Perus.66. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.16. num.121. & seqq.fol.225.* Ricc. *Collect.920.3595.3543.* Peregrin. *dec.141.* Ludouis. *decis.67. 188. 173. &c.* Rot. *in Romana dotis 2. Martij 1635. coram Dunozetto in Nouiss.part.7. decis.24. & in alia causa part.10. recent. decis.82. numer.17. & seqq.* vbi etiam si non constet de promissione, *decis.124. per tot. d. part.10. & decis.148. per tot. part.11. decis.217.* Tusch. *litt. C.conclus.667. & 668. per tot. & litt.D.conclus.748. & seqq.* & plenè Camill. Borell. *sum. decis. tom.2. tit.3. de Confess. num.204. & seqq.* vbi facit 32.conclusiones, Mascard. *de probat.conclus.362.363.566.per tot.* Paul. Christin. *decis.50.51. vol.6.* Merlin. *decis.652.* vbi considerat quinque coniecturas solutionis, *& decis.718. per tot. infr.n.32.*

An autem, & quando confessio dotis probet illius numerationem, vel non præiudicium legitimæ filiorum, & aliorum creditorum, Merlin. *de legit. lib.2. tit.1. quæst.17. per tot.*

Confessio residui dotis probat solutionem totius dotis, & promissio præcedens tollit suspicionem fraudis, quæ promissio si non præcedat, præsumitur confessio in fraudem, nec futuris præiudicat creditoribus, maximè si concurrant coniecturæ, ita vt non obstet lapsus temporis opponendæ exceptionis, imò etiam præcedente dicta promissione, potest dari de simulatione, si ex alijs contrarijs, & vrgentioribus coniecturæ deregatur, Buratt. *decis.108. per tot.* Fontanel. *de pact.nupt.tom.2. claus.vlt.glos.vn.n.31. & seqq. ad 60.* vbi etiam censeatur facta in præiudicium filiorum primi matrimonij, Altograd. *in Addit. ad cons.33. sub n.9. & 11.lib.1.*

13 Confessio facta cum iuramento vxori per maritum ex alia causa quam dotis, nisi constet summam confessatam prouenisse ex bonis vxoris, censetur donatio, quæ confirmatur morte, & tunc tantum incipit vim habere quoad dominium, licet quo ad fructus retrotrahatur ad tempus factæ confessionis, & non nocet creditoribus, Pract. Papp. *libel.quo vx.ag.ad dot. & vsumfr.glos. dedit*, & tradidit *n.5.* Bellon. *cons.47.n.6. & cons.48.n.1.*

14 Confessio de dotis augmento, non nocet creditoribus, cùm præsumatur in eorum fraudem, intelligendo de tunc temporis existentibus, in quorum præiudicium non retrotrahitur illa confessio ad tempus matrimonij, secus quo ad causatos post confessionem, vt videtur sentire Menoch. *lib.3.præsumpt.13. n.28.*

15 Confessio dotis facta in testamento non præiudicat creditoribus, *l. cum quis decedens §. Codicillis ff. de leg.3.* Sed tantum operatur legati, vel fideicommissi petitionem, *l. Lucius §. quisquis ff. de leg.2. nisi esset iurata, vt in dict. §. Codicillis, & auth. quod obtinet, C. de probat.* Rom. *cons.445. numer.9.* Card. Seraph. *decis.471. numer.2. & 3.* Rot. *part.2. diuers. decis.155. per tot.* vbi quòd talis confessio probat quando est adminiculata, & adducit sex adminicula, & benè declarat, quod adminiculum alimentationis, vt procedat, debet probari quod maritus alimentauerit vxorem tamquam dotatam, & sic cum illa qualitate dotationis, alias simplex alimentatio, quæ potuit procedere ex affectione coniugalis, vel animo repetendi, non arguit dotem fuisse solutam, vt in *d.decis.n.9. & seqq.*

Quando confessio dotis facta in testamento, præiudicet creditoribus mariti, pulchrè Bardellon. *cons.196. per tot. lib.2.*

Quòd præcedente promissione, probetur solutio dotis ex huiusmodi confessione, sicuti ex agnitione debiti per solutionem partis illius, Caualer. *decis.451.* Matt. Medic. *decis.81. per tot. cum Addit.*

Et generaliter quando confessio facta in testamento probet debitum, vide Surd. *decis.250. per tot.* Mascard. *de probat. concl.359.* vbi quòd regulariter non probat, sed tantùm habet vim legati, & quid istud importet, adde Merlin. *de legit. lib.2. tit.1. qu.16.* Fontanel. *de pact.nup. tom.2. claus.14. gloss. vnic.p.2.* latè Vela *Dissert.42. per tot. vol.2.*

Confessio dotis simpliciter facta in testamento, (quamuis testator non fuerit vlterius progressus legando) probat, & facit dotem deberi iure legati, etiam aliter non docto de numeratione, vel solutione, Seraph. *decis.487.* Gratian. *discept.forens.cap.690.num.4. & cap.823.num.1. &c.* Altograd. *cons.53.n.5.lib.2.* Surd. *decis.250. & 285.per tot.* Mart. Medic. *decis.80.per tot. cum Addit.* vide *in §.Testator num.2. &c.* Rot. *part.9.recent. decis.403. num.8.* Mascard. *de probat. concl.359.* 16

Si tamen confessio esset relatiua ad aliquod instrumentum, non deberetur, nisi quatenus in eo appareret, Crauett. *cons.956.* Fontanell. *de pact. nup. claus.14. glos.1. p.1. n.27. & 28.* Rot. *p.10.recent.decis.318.n.51.*

Confessio dotis facta vxori iuueni, vel nobili à marito sene, vel ignobili, dicitur facta animo donandi, statim valet tamquam recompensatiua, nec admittit exceptionem non numeratæ dotis, Clar. *§.donatio quæst.9.* Gratian. *discept. forens.cap.498.numer.26. & seqq.* Menoch. *lib.3.præsumpt.12.numer.4. &c. & num.11. &c.* vbi vide, *& in §.Donatio nom....* 17

Egregia enim mulieris forma, ætasque iuuenilis satis opulenta dos dicitur iuxta illud Ouidij, *Dos est sua forma puellis*, de quo Tiraquel. *de leg.connub.leg.2. n.38. & 39.* Menoch. *lib.3.præsumpt.6.n.68.*

Huiusmodi tamen dos cùm propriè non sit talis, non habet veræ dotis priuilegia, *arg. l. assiduis C. qui pot. in pign. hab.* Rom. *cons.445.* Curt. iun. *cons.6.num.20.* vide in *§.Dos num....*

Confessio facta in testamento, illo reuocato, censetur reuocata, nisi fuerit acceptata à parte præsente, vel notario pro ea stipulante, nam tunc transit in contractum, nec potest reuocari, Surd. *decis.127. numer.14. & seqq.* Gratian. *discept.forens.cap.116.numer.53. cap.586. numer.6. & 7. & cap.751.numer.5.* Marescott. *var.resolut.lib.1.cap.48. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.16. numer.64. &c. fol.251.* Martina *de success.legal.part.4.qu.4.art.2. per tot.* latè Vrceol. *consult. forens. cap.21. per tot.* Mareian. *disput.61. num.13. &c.* & vide *in §.Contractus num.12.* latè Tusch. *litt. C.conclus.639.per tot.* Castil. *contr.iur. lib.5. cap.111. num.2. & seqq.* Redenasch. *cons.93.* Vrceol. *in Append.ad d.cap.21.in fine 2 vol.* 18

De confessione facta in testamento quando conferat ad probationem debiti confessati, vel ad inducendum legatum, aut donationem, an & quando præiudicet legitimæ filiorum, an afficiat hæredes, an possit reuocari, siue reuocata censeatur ex reuocatione testamenti, & alia ad rem, plenè Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.2. quæst.4. per tot.* Rot. *part.15. recent. decis.345. numer.10. & seqq.*

Qualiter confessio emanata in testamento reuocato sit attendenda quando importat recognitionem bonæ fidei, & exonerationem conscientiæ, & saltem præbeat magnum veritatis adminiculum, maximè si sit verisimilis, & aliunde roborata, Rot. *p.9.recent.decis.384.n.12. & seqq. & p.11. decis.63.*

Quòd alias regulariter reuocato testamento non operetur confessio dotis in eo emanata, Surd. *cons.169.* Fontanel. *de pact. nupt. claus.14. glos.1. part.2. num.3. & seqq.* Rot. *part.10.recent.decis.113.num.12.* vide Martt. *de success.legal. part.4. quæst.4. art.2. per tot.* Rot. post Merlin. *de legit. decis. 148.* vbi quando sit attendenda etiam reuocato testamento.

An autem confessio debiti facta in testamento probet contra ipsum testatorem superuiuentem licet sit facta in absentia partis, vide Mascard. *de probat. conclus.359.* Card. Tusch. *litt.C.conclus.639.* cum alijs per Genu. *de verb.enunc. lib.2.quæst.21.num.14.fol.51.* Tusch. *d.conclus.639.* latè Rot. *part.11. recent. decis.63.per tot.* vbi plura ad sustinendam confessionem in vim probationis debiti contra testatorem, & illius hæredes, etiam dicto testamento reuocato, quando dicta confessio est ad fauorem piæ causæ, & in exonerationem conscientiæ, attenta æquitate canonica, quæ in causis pijs in vtroque foro seruari debet, & habetur ista decisio post Salgad. *Labyrint.credit. decis.20.* vide Fusar. *de substit.quæst.501.per tot.* vbi an, & quando fideicommissum probetur per confessionem hæredis quomodocumque emanatam.

Quòd confessio debiti facta in testamentu valeat saltem in vim legati, quando non habet relationem ad aliam scripturam nullam, Martha *vot.Pis.123. num.5. &c.* Altograd. *cons.*

conſ.44. num.7. &c. lib. 2. Tuſch. *loc. cit.* Curell. *de donat. tom.2. diſcuſ.1. ſpecial.* 17. *num.*27. Vrceol. *in Append. ſupra cit. in fine*, vbi quòd ideò eſt reuocabilis, vide Rot. *d. deciſ.63. part.*11. *recent.* vbi quando non ſit reuocabilis iuxta prædicta, Gamm. *deciſ. Luſit.* 293.

19 Confeſſio facta in teſtamento de centum ſibi debitis à Titio, non nocet hæredi, ſi poſſit probare quod plus debeat, *l. rationes C. de probat.* niſi eſſet iurata, cùm tunc teſtator videatur velle eam valere omni meliori modo, & reliquum remittere, Bart. *in l. ex hac ſcriptura ff. de donat.* Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. num.* 27. facit quod dixi in §. *Creditor num.* . . . & §. *Teſtator num.* . . . Paul. Chriſtin. *deciſ.* 184. *num.2. &c. vol.* 5. Ricc. *Collect.* 3393. & 3527.

Quòd ſi adſit dictio taxatiua *tantùm* videatur reliquum remiſſum præcipuè ſtante iuramento, niſi probetur error teſtatoris, Genu. *de verb. enunc. lib.2. quaeſt.* 22. *per tot. fol.* 52.

Et an dicta confeſſio poſſit reuocari per hæredem docendo de errore, vide Surd. *deciſ.*130. *per tot.*

20 Confeſſio mulieris, vel minoris de recepto eſt nulla non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti, ita vt ſi relatiuè ad primum chirographum nullum iterùm approbetur in teſtamento, cùm præſuppoſito validitatis non noceat, quicquid ſecus ſit ſi ſimpliciter diſpoſitiuè, & non relatiuè iterùm emittatur, vt latè probat Altograd. *conſ.* 44. *per tot. lib.*2. vide in §. *Obligatio num.* 4. Vrceol. *Conſult. for. cap.*63. *per tot. vol.*2. Gratian. *diſcept.*669. *num.* 6. *diſcept.* 761. *num.*19. & *diſcept.*724. *n.*3. Thomat. *deciſ.*196. *n.* 16. & *ſeqq. deciſ.*292. *num.*15.

Quòd confeſſio mulieris, vel minoris etiam ſine ſolemnitatibus ſtatuti valeat, & probet quando eſt adminiculata, Seraphin. *deciſ.*617. *num.* 11. *deciſ.* 1134. *num.* 3. *deciſ.*1443.

Non tamen nocet facta à muliere non informata, idem Seraph. *deciſ.*1453.

Nec probat ad fauorem viri, licet iurata, & facta poſitionibus, quandiu vxor eſt in poteſtate viri detenta, niſi fuerit poſita in loco plenæ libertatis ad eius voluntatem indagandam, idem Seraph. *deciſ.*873. *num.*5.

De confeſſione minoris in criminalibus, Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Luc.* 17. *per tot.* & plores allegatis in §. *Minor num.*1. *&c.* vbi vide Maſcard. *de probat. concluſ.* 371. *per tot.*

21 Confeſſio noui actus non inductiua, ſed præcedentis actus validi declaratiua, etiam facta a minore, vel muliere ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, plenè probat contra confitentem, etiam ſi colligatur ex verbis enunciatiuis principaliter tamen, & propter ſe prolatis, vt multorum auctoritate docet Altograd. *conſ.*5. *num.* 4. & *ſeqq. lib.* 1. vide in §. *Status-m num.* . .

De Confeſſione pupilli, vel minoris ſine tutoris, vel Curatoris anctoritate an, & quando probet, & ſit valida, vel non, Maſcard. *de probat. concl.*371. *per tot.*

22 Confeſſio eorum, quæ pendent à iuris diſpoſitione, non attenditur ſi ſit erronea, cùm confeſſio circa ea, quæ iuris ſunt confitenti non præiudicet, vt ſi quis fateatur beneficium eſſe Eccleſiaſticum, & conſtet de contrario, vel vſumfructuarium eſſe hæredem vniuerſalem, & proprietarium non dato cohærede, vel fideicommiſſarium, & ſimilia, ſi poſtea ita non eſſe reperiatur ex iuris diſpoſitione, *l. ſi poſt diuiſionem C. de iur. fact. ignor.* Soc. ſen. *conſ.*102. *num.*3. *lib.*1. Menoch. *conſ.*91. *num.* 39. Crauet. *conſ.*29. *num.*2. & *conſ.*48. *num.*7. Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.* 311. *num.* 1. Altograd. *conſ.*104. *num.*66. *lib* 2. & *conſ.* 60. *num.*97. & 98. *lib.*1. Rot. *part.*12. *recent. deciſ.* 2. *num.* 14. vbi concordantes allegat Fuſar. *de ſubſtit. quaeſt.*501. *num.*4. *&c.* vbi videtur diſtinguere an ſit facta à iuriſperito, vel ab ignaro.

23 Confeſſio debet eſſe de his, quæ pendet à voluntate, facto, & poteſtate confitentis, alioquin non ſuffragatur, ſi veritas ſit in contrarium, interim tamen donec probetur ipſa veritas, ſtatur confeſſioni in præiudicium confitentis, Farinac. *quaeſt.*81. *num.*63. cum alijs per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*16. *num.* 53. & *ſeqq. fol.*250.

24 Confeſſio vt afficiat confitentem, qui poſſit puniri pœna ordinaria delicti, debet conſiſtere in facto, & non in iure, nam confitens aliquid conſiſtens in iure, ſibi non præiudicat quoad pœnam ordinariam, niſi aliter verificetur huiuſmodi confeſſio per peritos, latè Petr. Cabal. *reſol. crim. caſ.*180. *per tot.* Farinac. *quaeſt.* 81. *num.* 63. Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.*311. *nu.*1. Pac. Iordan. *vbi ſupra n.* 55. vide in §. *Poſitio num.* . . . & §. *Teſtis num.* . .

25 Confeſſio de credulitate, vel per verbum *credit* ita præiudicat ſicut confeſſio de veritate, maximè in facto proprio, imò etiam in alieno, niſi præmittatur negatiua, Soccin. *reg.* 94. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.*16. *num.*73. *fol.*252. facit quod dixi in §. *Teſtis num.* . . .

Quòd confeſſio in poſitionibus præiudicet confitenti reſpectu perſonæ tantùm interrogantis, & probet ſemiplenè, & alia, Coccin. *deciſ.*170. vide in §. *Poſitio*.

26 Confeſſio ſanat multas nullitates, nempè ineptitudinem libelli, vel inquiſitionis, & ſecundum aliquos defectum indiciorum, quæ neceſſariò præcedere debent, quod tamen non eſt verum, nec ſequendum, ſed vide *infra num.* 47. & *in* §. *Inquiſitio num.*11.

Sanat etiam nullitatem capturæ, & proceſſus ob non ſeruatum ordinem, & operatur quòd confeſſus poſſit condemnari perempta inſtantia, & ſine proceſſu ad pœnam extraordinariam, niſi tamen ageretur de confeſſione in tormentis, vel metu tormentorum, nam iſta nihil ſupplet, de quibus, & alijs ad hoc propoſitum vide Farinac. *quaeſt.* 81. *num.* 67. & *ſeqq.* Pac. Iordan. *loc. ſup. cit. num.* 75. & *ſeqq. fol.* 252. cum alijs per eos allegatis plenè Tuſch. *litt. C. concl.*641. *per tot.* vbi quòd confeſſio iudicialis probat, & operatur multa, de quibus ibidem Leoncil. *deciſ. Ferr.* 64. *num.* 46. & *deciſ.* 66. *num.* 11. & *deciſ.* 84. *num.*9. *&c.* Sanfelic. *in Praxi ſect.*54. *num.*5. & *ſeqq.*

27 Confeſſio de centum facta plories diuerſis vicibus, & temporibus, an ſemper intelligatur de eiſdem centum, vel alijs, ita vt multiplicentur, vel non ſummæ, & obligationes, Pract. Papp. *libel. pro leg. rei ſing. gloſ.* 1. *in fine*, Menoch. *de arbit. caſ.*213. *per tot.* Altograd. *conſ.*24. *num.*32. & *ſeqq. lib.*1. vbi quòd ex pluralitate ſcripturarum non inducitur pluralitas rerum, ſummarum, aut ſolutionum, ſi aliæ demonſtrationes identitatem ſuadeant, etiam ſi adeſſet aliqua diuerſitas ſummarum, vel temporis, cùm potius error præſumatur, vide latè Tuſch. *litt. O. concl.* 31. *per tot.* Rot *part.*12. *recent. deciſ.*291. *num.*5. & *ſeqq.*

28 Confeſſio de recepto facta diuerſis temporibus, & de diuerſa quantitate, licet cauſa ſit eadem, intelligitur de duabus diſtinctis quantitatibus, cùm alias vna confeſſio eſſet ſuperflua, & nihil operaretur ex quo per aliam iam erat probata ſolutio, quod intellige in dubio, non autem vbi extant coniecturæ, ex quibus dignoſcitur vnam ſummam fuiſſe in aliam comprehenſam, nec quando ſecunda apocha fuit facta ad maiorem cautelam, & ad confirmandam primam confeſſionem, maxime ſi huiuſmodi duæ apochæ non ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed diuerſæ, vt ſi prima erat priuata, & ſecunda fuit publica, quæ ideò non videtur otioſa, ſed addit efficaciam probationis, & non probat duas ſummas fuiſſe ſolutas, ſed vnam tantum, licet in hac materia non poſſit dari certa regula, ſed recurrendum ſit ad coniecturas, quarum multas latè examinat Duran. *deciſ.*319. *per tot.* vbi inter alios citat Menoch. *de arbit. d. caſ.* 213. qui vndecim caſus diſtingoit, & declarat Crauet. *conſ.*108. & 282. Alex. *conſ.* 4. *lib.* 1. Addit. ad Afflict. *deciſ.*198. Paul. Chriſtin. *deciſ.*57. *num.*29. *vol.*5. vbi qoòd confeſſio facta in diuerſis ſcripturis, intelligitur de diuerſis ſummis.

Et quod vbi plures apparent apochæ vno tempore pro pari ſumma, præſumatur vna ſola quantitas, Zaſ. *in l. ſi pluribus* §. *ſi eadem n.*17. *ff. de leg.*1. Genu. *de ſcript. priu. lib.*5. *tit. de notabil. in mater. lib. rat. in fine fol.* 284. facit quod dixi in §. *Legatum num.* . .

An autem, & quando confeſſio de recepto probet verè, & plenè receptionem, & numerationem, latè Maſcard. *de probat. concl.*361. *per tot.*

29 Confeſſio Aduocati, vel Procuratoris facta poſitionibus, vel aliter in iudicio qualiter præiudicet domino, & quod poſſit illam reuocare, Pract. Papp. *for. poſit. gloſ.* 3. *cum Addit.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*3. *num.*8. & 9. *cap.* 468. *num.*81. & 82. *cap.*491. *num.*17. & 18. Magon. *deciſ. Luc.* 13. *num.*9. *&c.* Rot. per Farinac. *deciſ.* 239. *num.* 10. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.*407. 460. 462. 596. & *alibi*, Seraph. *deciſ.*634. & 674. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 54. *num.* 18. & *ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*2. *num.* 212. *&c. fol.*126. & *tit.*16. *n.*153. & *ſeqq. fol.*257. & *n.*250. & *ſeqq. fol.*264. Maſc. *de prob. concl.*369. & *concl.*381. Tuſch. *lit. A.*

concl. 231. litt. C. concl. 664. per tot. Paul. Christin. decis. Belgic. 104. num. 2. vol. 2. Ricc. Collect. 2460. &c. Rot. par. 9. recent. decis. 398. num. 18. &c. vbi quòd potest reuocari, etiam in docto de errore, laté Michalor. de posit. cap. 65. per tot. Francisc. de Angelis tract. de confess. lib. 3. quæst. 1. per tot.

In terminis Statuti Florentini confessionem procuratoris præiudicare domino vigore illius, Gratian. discept. forens. cap. 873. num. 4. & seqq.

Et generaliter quando confessio procuratoris, vel institoris noceat domino, vel non, idem Gratian. cap. 677. num. 43. & seqq. & decis. 19. num. 14. & seqq. Magon. decis. Luc. 5. num. 25. cum Addit. Duran. decis. 368. nu. 43. & 44. vbi quòd regulariter nocet etiam si deberint esse tales, facit quod dixi in §. Societas num. 25. §. Dominus num. 32. vide Rot. part. 11. recent. decis. 172. num. 8. & seqq. Mascard. de probat. concl. 369. per tot.

An confessio debitoris principalis noceat fideiussori, vide Surd. decis. 218. per tot.

An, & quando confessio procuratoris de recepto præiudicet domino, vel non, Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 93. per tot. vbi plures casus distinguit, vide in §. Procurator num. 6.

30 Confessio tutoris non præiudicat pupillo quando tendit ad inducendam obligationem, quando verò esset ad liberandum, seu ad probationem præiudicaret, l. si certum §. sed an, & ipsis ff. de confess. Alex. cons. 76. lib. 6. Natt. consil. 543. num. 6. Gratian. discept. forens. cap. 716. num. 24. Montan. de tut. cap. 32. reg. 9. num. 113. & seqq. Genu. de script. priuat. lib. 1. quæst. 4. num. 18c. fol. 19. Surd. decis. 229. num. 23. & seqq. Pac. Iordan. Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 16. num. 153. & seqq. fol. 257. Card. Tusch. litt. C. concl. 669. per tot. Leoncil. decis. Ferrarien. 63. num. 9. & seqq. Thomat. decis. 156. num. 23. & seqq. Ludouil. decis. 506. Francis. de Angelis d. tract. lib. 2. quæst. 12. per tot. vbi idem in curatore, intelligendo de confessione extraiudiciali, secus autem in iudiciali per modum contentiosæ iurisdictionis iubente iudice facta, vel si tendat ad exonerationem conscientiæ patris defuncti, nam his casibus præiudicaret, & pluribus alijs modis declarat.

Quòd imò confessio tutoris, & similium etiam de recepto, in actu voluntario, non præiudicet pupillo, vel minori nisi constet de numeratione, Rot. part. 2. diuers. decis. 177. num. 1. cum alijs per Gratian. discept. forens. cap. 766. num. 56. & cap. 878. num. 3. &c. vide Franc. Viui. commun. opin. 145. Mascard. de probat. concl. 370. Surd. d. decis. 229. num. 24. & seqq. Matt. Medic. decis. 68. per totam cum Addit. & latius Exam. 45. & decis. 72. per tot. cum Addit. Rot part. 6. recent. decis. 35. num. 12. & part. 13. decis. 153. num. 16. &c. vbi quòd facta in inuentario legitimè confecto habet vim actus iudiciarij, & præiudicat, vide in §. Solutio num 40.

Quòd præiudicet quando emanata circa actum ab ipso tutore gestum, & tendit ad liberandum videtur admittere, Rot. d. decis. 177. num. 1. & seqq. vbi etiam quid si sit iurata, & adminiculata.

Quòd concurrentibus alijs adminiculis probet contra pupillos, Rot. in Romana, seu Farfen. hæreditatis 30. Aprilis 1635. coram Buccabella in Nouiss. part. 7. decis. 39. num. 1. & seqq. & idem tenet Rot. d. decis. 177. num. 4. & seqq. part. 2. diuers. Rot. part. 6. recent. decis. 335. num. 2. part. 13. decis. 285. num. 3. & seqq. & decis. 305. num. 9. vbi quòd confessio solemnitatibus destituta minori solet obesse, quoties ex adminiculis fulcita est, & part. 14. decis. 90.

Et generaliter quando confessio vnius prosit, vel noceat alteri, Tusch. litt. C. conclus. 662. cum pluribus seqq. Ricc. Collect. 176.

An confessio criminosi probet contra socium criminis, Tusch. litt. C. concl. 684. & 685. vide in §. Socius num. . .

31 Confessio cedentis, vel eius procuratoris post cessionem factam non præiudicat cessionario, l. si partem §. fin. quemad. seruit. amit. Afflict. decis. 163. num. 5. Gratian. discept. forens. cap. 20. num. 29. cap. 287. num. 12. cap. 783. num. 15. &c. Mascard. de probat. concl. 374. per tot. vbi declarat, & limitat Salgad. plures allegans Labyrint. credit. part. 1. cap. 27. num. 63. vbi de confessione receptionis debiti, quæ non nocet cessionario, nisi aliter de vera solutione appareat, etiam si simus in casu, quo cedens possit per veram solutionem sibi factam liberare debitorem soluentem iuxta ea, quæ dixi in §. Cessio num. 28. &c. Magon. decis. Flor. 135. num. 12. &c. vbi quòd confessio dicentis iam est annus quod recepi pecuniam ab aliquo sub obligatione bonorum, vel cessisse iura sua alteri, vel alteri vendidisse, postquam alijs hypothecauit, cessit, vel vendidit, non probat tertiò in præiudicium illorum, qui ante emanatam huiusmodi confessionem ab eo ius acquisiuerunt, Surd. decis. 256. num. 9. Gregor. decis. 311. num. 13. ,riadit. num. 20. Rot. part. 11. recent. decis. 294. num. 10. laté Gait. de credit. cap. 2. tit. 3. num. 420. & seqq. Maur. de solut. cap. 5. num. 55. & seqq. & melius Olea de cess. iur. tit. 8. quæst. 2. per tot. vbi benè distinguit, & declarat vt infra num. 65.

Et quando confessio præiudicet tertio, vide Surd. decis. 325. per tot.

Quòd confessio cedentis noceat cessionario, si sit iudicialis, Alciat. respons. 376. Menoch. de Arbit. cas. 473. num. 11. Capell. Tholos. quæst. 119. vbi distinguit, & declarat, an, & quando confessio cedentis post cessionem noceat cessionario, vel non, iuxta ea, quæ dixi in §. Cessio num. 37. &c. sed melius vide Cephal. cons. 21. num. 1. &c. lib. 1. & alios, quos refert, & sequitur Farinac. quæst. 60. num. 352. & seqq. vbi quòd (quicquid alij sentiant) verissima est opinio, vt confessio cedentis, etiam post cessionem noceat cessionario, quando cessio est ad commodum cedentis, vel cedens tenetur de euictione, & est soluendo, cùm tunc contra eum retorqueatur, & maximè si sit iudicialis, vel aliter adminiculata, vt latiùs declaraui infra num. 65.

An autem prosit cessionario, idem Menoch. d. cas. 473. per tot. vbi quod non, vide in §. Cessio num. 28. & §. Testis num. . .

Quando confessio actoris noceat successori, vel non, latè Tusc. litt. C. concl. 663. per tot. Gait. de credit. cap. 2. tit. 3. num. 420. & seqq. num. 504. & seqq. Salgad. Labyrint. cred. p. 3. cap. 6. §. 1. num. 31. & seqq. vbi quòd præcedens nocet, non autem subsequens.

Confessio debitoris decocti ad fauorem vnius creditoris, non nocet alijs creditoribus venientibus ad concursum illius bonorum, Gratian. discept. forens. cap. 391. num. 12. cap. 489. num. 22. cap. 537. num. 11. & cap. 768. num. 7. & 8. vbi generaliter de contractu gesto in limine decoctionis, quòd non valeat in præiudicium aliorum, Gait. de credit. cap. 2. tit. 8. num. 2409. Salgad. Labyrint. credit. part. 3. cap. 13. num. 17. & seqq. Rot. part. 13. recent. decis. 308. num. 10. & 11. vide in §. Contractus num. 33. 32

Quòd confessio debitoris ad fauorem vnius non probet in præiudicium alterius, nisi aliter constet de ipso debito, vel nisi emanauerit ante obligationem contractam ad fauorem illius tertij, Bart. in l. si superatus ff. de pign. Mascard. de probat. concl. 372. Caballin. Milleloq. 663. Thomat. decis. 202. num. 32. & seqq. Genu. de script. priuat. lib. 2. quæst. 1. num. 18. & num. 19. fol. 79.

Noceret tamen de dote recepta quando præcessit promissio, vel aliæ adsunt coniecturæ dotis solutæ, & retrotrahitur ad diem promissionis, Vrceol. in Append. ad cap. 1. num. 37. in fine post vol. 2. Suar. consult. sup. num. 11. Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 8. num 9. &c. Coccin. decis. 499. num. 3. Rot. part. 6. recent. decis. 335. num. 2. part. 7. decis. 24. num. 19. part. 11. decis. 217. num. 5. & seqq. Salgad. vbi supra num. 21. & seqq. Rot. post illum decis. 3. num. 1. &c.

Confessio debiti præiudicat confitenti, & illius hæredibus, maximè lapso biennio, & qualiter etiam præiudicet creditoribus posterioribus, maximè concurrentibus adminiculis veræ numerationis, Altograd. cons. 18. num. 33. & seqq. lib. 1. 33

Non autem præiudicat alijs non hæredibus, sed ex iure proprio, & ex propria persona venientibus, idem Altogr. cons. 104. num. 67. lib. 2.

Qualiter confessio de receptio in alijs contractibus, præter mutuum, & dotem, probet ipso iure numerationem, præcipuè cessante suspicionem fraudis, & concurrentibus coniecturis, quarum multas cumulat idem Altograd. cons. 19. num. 3. & seqq. per tot. lib. 1. vbi de censu vitalitio, &c. plenè Tusch. lit. C. concl. 655. & seqq. vide in §. Exceptio num. 43. & seqq.

Quòd vbi confessio est alijs fulcita adminiculis plenè probet, etiam ad commodum, & beneficium

ipsius

ipſius confitentis, Rot. part. 14. recent. deciſ. 191. num. 6. &c.

34 Confeſſio Rectoris an, & quando præiudicet Eccleſiæ, vel ſucceſſori, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 674. num. 18. &c. & cap. 796. num. 5. 15. & 19. Tuſch. litt. C. concluſ. 669. per tot. Ricc. Collect. 3132. Rot. in Mutinen. bonorum 7. Iunij 1641. coram Veroſpio part. 9. recent. deciſ. 27. per tot. part. 23. deciſ. 440. num. 19. vbi quòd non præiudicat Eccleſiæ, nec ſucceſſionibus Eccleſiæ nomine agentibus.

De confeſſione Prælati, Rectoris, vel alterius adminiſtratoris, an, & quando præiudicet Eccleſiæ, illiuſque ſucceſſoribus, vel non, plenè Franciſc. de Angelis dict. tract. lib. 3. quæſt. 2. per tot. Bich. deciſ. 328. num. 17. vbi quòd voluntaria non nocet, & deciſ. 464. num. 14. vbi præiudicat in actu à ſe geſto, & Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 375.

Quod præiudicet Eccleſiæ, & ſucceſſori quando eſt facta in iudicio, præcipuè ſi habeat aſſiſtentiam, ſiue præſumptionem iuris pro ſe, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 141. num. 4. & 6. & deciſ. 266. num. 5. vide Rot. dict. deciſ. 27. part. 9. recent. Maſcard. de probat. concl. 367. per tot. vbi pluta de confeſſione Prælati an, & quando præiudicet Eccleſiæ, vel non.

Quòd probet, & præiudicet ſucceſſoribus, Rot. in Florentina Decimarum 29. Ianuarij 1635. coram Veroſpio in Nouiſs. part. 7. deciſ. 12. num. 12. & per tot. & part. 13. deciſ. 397. num. 3. vbi quòd ſi ſit alijs adminiculis ſulcita plenè probat.

Quòd confeſſio Epiſcopi, vel alterius Prælati, ſi detegatur erronea non ſit apta nec ipſi confitenti, nec ſucceſſoribus præiudicare; imò omnis confeſſio Epiſcopi voluntaria, nulloque iure cogente emiſſa nihil præiudicij Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus afferat, ne per viam indirectam concedatur id quod directè fieri prohibetur, Rot. part. 14. recent. deciſ. 115. n. 12. & ſeqq.

Plura, an, & quando confeſſio anteceſſorum præiudicet ſucceſſoribus, Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 16. num. 144. & ſeqq. fol. 257. vide in §. Prælatus num...

Et quando confeſſio vnius proſit, vel noceat alteri, Tuſch. lit. C. concl. 662. per tot. Ricc. Collect. 176. vbi ponit plures caſus, in quibus confeſſio vnius alteri non nocet.

35 Confeſſio propria non poteſt reuocari, & iudicialis, ac iurata quamuis per verbum credo magis præiudicat, ita vt habeatur pro condemnatione, & ſententia, & partes iudicis in confeſſum non ſunt niſi in exequendo, Magon. deciſ. Flor. 88. num. 2. Grattan. diſcept. forenſ. cap. 677. num. 4. vbi etiam num. 43. quòd præpoſiti quando eſt veriſimilis nocet domino, inf. num. 49. Paul. Chriſtin. ad leg. municip. tit. 1. art. 17. num. 1. &c. vbi intelligit de confeſſione iudiciali, & facta ab initio, ſecus ſi præcedente libello, quia tunc requiritur ſententia.

An, & quando confeſſio habeatur pro iudicato, vel non, latè Trentacinq. var. reſol. lib. 2. tit. de confeſſ. fol. 2. per tot. Sanfelic. in Praxi ſect. 54. per tot.

Habet vim publici inſtrumenti, & idem operatur, imò dicitur efficacior probatio, ita vt ſtatuto requirente præſentationem inſtrumenti ad probandum debitum, dicatur ſatisfactum per confeſſionem partis, Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 98. per tot. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Luc. 5. num. 50. &c.

Quòd ſuperet omne genus probationis etiam per inſtrumenta, & teſtes, Menoch. de arbit. caſ. 526. num. 13. &c. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 981. num. 34. & cap. 728. num. 1. &c. vbi de ſaldo computo, quod habet vim confeſſionis, & omnia illius priuilegia, cap. 665. num. 15. cap. 789. num. 5. vbi quòd ideò error eſt probandus ab allegante per apertiſſimas probationes, ac per teſtes optimæ conditionis, ita vt etiam hæc qualitas teſtium ſit articulanda, & probanda, cap. 870. num. 2. & cap. 890. num. 26. Tuſch. litt. C. concluſ. 645. & ſeqq. vbi plura de efficacia propriæ confeſſionis, Rot. part. 12. recent. deciſ. 80. num. 28. &c. vbi quòd nocet etiam ſucceſſoribus, Pæn. deciſ. 92. num. 9. Rot. part. 14. recent. deciſ. 532. num. 6. & ſeqq. vbi qualiter ſuperet omnem probationem, nec admittat niſi exactiſſimam probationem contrariam.

Quòd confeſſio facta in ſcriptis præſumantur magis deliberata, ſicut etiam confeſſio geminata ex interuallo, & excludat exceptionem non numeratæ pecuniæ, Menoch. lib. 2. præſumpt. 61. per tot.

Quid operetur geminatio verborum, vide in §. Geminatio num...

Et de confeſſione geminata, plura Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 16. num. 139. & ſeqq. fol. 256.

Et quod regulariter de iure non admittatur probatio per teſtes contra propriam confeſſionem, Duran. deciſ. 337. num. 41. vbi allegat Rom. conſ. 191. in fine, & Marant. de confeſſ. num. 21. Rot. part. 13. recent. deciſ. 247. num. 12. & ſeqq. vbi quòd confeſſio præualet teſtibus, etiam ſi forent mille.

Si tamen confeſſio non verſetur circa factum proprium, ſed alienum, ſuper quo error cadere poteſt, ſuccurritur confitenti, vel eius ſucceſſori, vt poſſit etiam per teſtes de illo docere, Rot. part. 14. recent. deciſ. 105. n. 9. & 10. Thom. Triuiſ. deciſ. 5. per tot. vbi an, & quando admittatur probatio contra propriam confeſſionem, vel non.

Quòd valeat confeſſio inter patrem, & filium quando eſt veriſimilis, & adminiculata, quicquid alias non ſubſiſtat ob ſuſpicionem prohibitæ donationis, & æquè præiudicet confitentibus, ac habentibus cauſam ab eis, Rot par. 12. recen. deciſ. 335. n. 1. &c.

36 Confeſſio debiti etiam iudicialis, & geminata cum ſuſceptione termini ad ſoluendum, conſtito de errore non valet, nec afficit, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 501. per tot. cap. 706. num. 58. cap. 718. num. 15. facit in cap. 662. num. 8. & ſeqq. vbi quando confeſſio noceat hæredibus, & ſingularibus ſucceſſoribus, & cap. 912. num. 14. cap. 951. num. 22. & 26. Maſcard. de probat. concl. 378. per tot. Sanfelic. in Praxi ſect. 54. num. 35. & ſeqq. per tot.

Quod confeſſio, etiam erronea non poſſit reuocari poſt ſententiam, vel poſt tranſactionem, quando non fuit appellatum, nec vbi proceſſit ex certa ſcientia, vel calumniosè petitur reuocari, nec vbi eſt ius tertio quæſitum, nec poſt concluſum in cauſa, nec vbi confeſſio fuit veriſimilis, & adminiculata, nec vbi præceſſit extraiudicialis confeſſio, & in ſimilibus caſibus, de quibus Franciſc. de Angelis de confeſſ. lib. 3. q. 22. per tot. vbi colligit 14. caſus, in quibus confeſſio erronea non reuocatur.

Plura de confeſſione debiti facta in iudicio, quid operetur, Conciol. cum Romaguer. ad ſtat. Eugub. lib. 2. rub. 16. per tot.

Quòd ſuſcipiens terminum ad ſoluendum dicatur ratificare, & approbare debitum, l. ad ſolutionem C. de re iud. Rom. conſ. 9. in fine.

Fallit tamen in duobus caſibus, vt ſi terminus fuerit ſuſceptus per errorem, & ex falſa cauſa, ita vt allegans huiuſmodi ratificationem debeat probare ſcientiam veritatis cauſæ, vel vbicumque præſumitur alia cauſa, quam approbationis, vt ſi quis reperiatur obligatus in inſtrumento guarantigiato, vel obligatione camerali, quo caſu etiam ſequuta ſolutione, non inducitur ratificatio debiti, ita vt poſſet ſolutum repeti, ſed præſumitur ſoluiſſe metu mandati, pulchrè Duran. deciſ. 373. num. 16. & ſeqq.

37 Confeſſio falſa, & erronea, veritatis ſubſtantiam non mutat, poteſt ſemper reuocari etiam ſi ſit iurata, & à parte acceptata, conſtito de errore, qui dicitur probatus ſtatim quod apparet rem aliter ſe habere, Altograd. conſ. 74. num. 69. & ſeqq. lib. 2. & conſ. 104. num. 63. &c. lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 378. & 384. Trentacinq. var. reſol. lib. 2. tit. de confeſſ. reſol. 1. per tot. Sanfelic. in Praxi ſect. 54. Pac. Iordan. Luc. vol. 3. lib. 14. tit. 16. nu. 258. & ſeqq. per tot. fol. 265. inf. num. 48. Tuſch. litt. C. concl. 649. & ſeqq. Ricc. Collect. 174. 1031. 1824. 2204. Rot. part. 9. recent. deciſ. 27. num. 20. & ſeqq. vbi quòd error facilè præſumitur in ſenibus.

Quando tamen confeſſio fuit effectum ſortita per tranſactionem, non ſufficit ad illam reſcindendam probare errorem, niſi probetur dolus verus, & alia, Rot. d. part. 9. recent. deciſ. 160. num. 7. & ſeqq.

Quòd quis faciliùs admittatur ad reuocandum confeſſionem factam poſitionibus, quam aliam, quia videtur facta ad perſuaſionem, & affirmationem aduerſarij, Pac. Iordan. d. tit. 16. num. 72. fol. 252. vide Rot. dict. deciſ. 27. per tot. part. 9. recent. & part. 12. deciſ. 168. n. 15. & ſeqq. vbi de confeſſione emiſſa in inuentario, quæ ſi erronea appareat, non præiudicat.

Quòd confeſſio erronea (detecto errore) non ſit apta præiudicare, minuſque pœnam inducere vbi non aderat, Rot. part. 1. recent. deciſ. 200. num. 12. part. 5.

*decis.*320. *num.*7. *part.*8. *decis.*245. *num.*43. *& part.*13. *decis.*321. *num.*17.

38 Confessio relatiua ad certam scripturam non praeiudicat, si non apparet in ea aliquod debitum, Gratian. *discept. forens. cap.*946. *num.*2. vide in §. *Relatum num*... Tusch. *litt. C. concl.* 670. Mascard. *de probat. concl.*385.

Non etiam est exequibilis, nisi sit omninò certa, & liquida, vnde prius debet liquidari illa pars, in qua fatetur reus se esse debitorem, alias non dicitur in mora, Rot. *p.* 2. *diuers. decis.*324. *num.*1. *&* 2.

39 Confessio debiti an inducatur per receptionem litterarum, & non contradictionem, latè Gratian. *discept. forens. cap.*699. *num.*31. *& seqq.* dixi in §. *Cautela num*...

40 Confessio debiti sine expressione causae non valet, nec probat in praeiudicium confitentis, nisi sit iurata, quia tunc etiam sine causa valet, & plenè probat, nec reuocari potest, Mascard. *de probat. concl.* 345. *num.* 1. *& seqq. ad* 38. Genu. *de verb. enunciat. quaest.*3. *n.* 29. *fol.*5. Ger. Spin. *cons.*43. *num.*12. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.*137. plenè Bardellon. *cons.*82. *per tot. lib.* 1. vbi tenet pro validitate huiusmodi confessionis ex pluribus, & inter caetera elicit virtutem iuramenti ex illis verbis apponi solitis, *& in fede della verità, &c.* Sed contra Bardellon. *loc. cit.* stat in specie Genu. *de script. priuat. lib.* 2. *quaest.* 1. *num.*7. *fol.*79. vide in §. *Obligatio num*... plenè Tusch. *litt. C. concl.*635. *&* 636. *& lit. O. concl.*38. Ricc. *Collect.*2205. 2348. *&* 3026.

Quòd confessio sine causa, etiam in criminalibus, & in iudicio emissa non praeiudicet confitenti, nisi ex processu constet de causa delicti, quae sit verisimilis, & adaequata delicto, & an, & quando dicta confessio sine causa sufficiat pro legitimatione processus, Zuff. *de legit. proces. lib.*3. *q.* 194. Francis. de Angelis *de confess. lib.*1. *quaest.* 7. *effect.*2. *num.*24. *& seqq.* vide in §. *Causa num.*26. *&* §. *Delictum num.*2. *in addit.*

Valet etiam dicta confessio sine causa, & importat donationem quando esset facta in iudicio, vel geminata, de quo vide Genu. *de verb. enunciat. lib.*2. *q.*35. *n.*11. *& seqq. per tot. fol.*74. & dixi in §. *Donatio num*...

Prout etiam valet, si causa contineatur in scriptura antecedente, vel si dictum fuerit spontè, & quia sic sibi facere placuit, vel si simus in actione reali, vt quia aliquis confiteatur, talem rem esse meam, nam mihi ex tali confessione sine alia causa acquiritur rei vindicatio, Duen. *reg.*118. *per tot.* vide Genu. & alios supracitatos, & praesertim Mascard. *de probat. concl.*345. *per tot.* vbi plenè de hac materia per ampliationes, & limitationes.

41 Confessio facta in vno iudicio probat in alio, etiam si sit facta coram arbitro, vel in iudicio summario, vel nullo, vel ciuili, vel criminali, ac etiam si sit facta non tanquam a principali, sed tanquam à teste, nisi agatur de confessione ficta, vel procuratoris, vel coram iudice non sedente pro tribunali, vel incompetenti, quia his casibus non egreditur causam, in qua emanauit etiam inter easdem personas, Diaz. *reg.*121. *per tot.* vide Farinac. *q.*81. *cap.*3. *num.*92. *& seqq. per tot.* Thomat. *decis.*276. *num.* 28. *&c.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 16. *num.* 30. *& seqq. fol.* 249. Conciol. *verb. Confessio resolut.*4. Francis. de Angelis *d. quaest.*7. *effect.* 5. & de confessione facta in compromisso exp rato sine Laudo, vt non afficiat, maximè si sit relatiua ad aliam scripturam non apparentem, secùs autem si fuerit emanata coram arbitris, quia tunc praeiudicat, etiam non sequuto Laudo, Cabal. *cons. decis.*87. *per tot. lib.*1.

Quòd confessio iudicialis in vno iudicio emanata contra certas personas, plenè probet in alieno iudicio ad fauorem tertij, maximè si iudicia inter se cohaereant, Guid. Pap. *decis.*254. *num.* 1. Surd. *decis.*325. *num.* 12. cum alijs per Rot *part.* 10. *recent. decis.*26. *num.*16.

42 Confessio facta in vno iudicio ab aliquo vti teste, sibi non nocet in alio vti parti principali, Capyc. *decis.*52. *n.*3. Gratian. *discept. forens. cap.* 287. *num.* 18. vbi concordat contrarium tenentes, latè Surd. *decis.*309. *per tot.* vbi post plura hincinde firmat praeiudicare concurrentibus alijs coniecturis, vide in §. *Acta num*... *&* §. *Testis nu.*46. Ricc. *Collect.*3537.

43 Confessio facta in vna causa non nocet in alia inter diuersas personas, Surd. *decis.* 309. *num.*4. Gratian. *discept. forens. cap.* 447. *num.* 39. *& cap.* 562. *num.* 17. Ricc. *Collect.*3880.

Quando praeiudicet in alia, idem Gratian. *cap.*869. *n.*7. 10. 16. 29. *&* 30.

Quòd praeiudicet in alio iudicio, & inter alias personas, Guid. Pap. *decis.*254. Capyc. *decis.* 71. Gamm. *decis. Lusit.*361. vbi quòd facta in iudicio Ecclesiastico praeiudicat in saeculari saltem inter easdem partes.

Quòd facta in iudicio criminali praeiudicet in ciuili inter easdem personas, Gratian. *discep.*706. *n.*56. Merlin. *decis.*530. *num.* 5. vbi quòd si sit adminiculata nocet etiam tertio, Rot. *part.*10. *recent. decis.*288. *num.*10. *& part.* 13. *decis.*3. *num.*12. *&c. decis.*288. *num.*5.

Quando tamen est ficta resultans ex contumacia, non potest allegari in alio iudicio etiam inter easdem personas, Magon. *decis. Flor.*2. *num.*38. *&* 42.

Et vbi adsunt plures confessiones contrariae, standum est primae confessioni iuratae, & non secundae contrariae, Felin. *in cap. cùm in tua de test.* cum alijs per Benintend. *decis. Bononien.* 32. *num.* 9. *&c.* & dixi plura *in* §. *Testis num.*40.

Confitens se fecisse aliquem actum tanquam haeredem Titij, fatetur Titium esse mortuum, scire illius mortem, & adiuisse haereditatem, ita vt possit ab omnibus creditoribus conueniri, licet confessio vni tantùm facta fuerit, Marant. *in repert. l. si potest num.*281. *ff. de acquir. hered.* 44

Confessio sola delinquentis etiam habita in iudicio spontè, non sufficit ad condemnandum, nisi etiam constet de delicto vel per testes, vel per euidentiam facti, vel per indicia, vel saltem per famam, Boss. *tit. de delict. n.*15. Pract. Papp. *for. inquis. glos.* 1. *cum Addit.* Cabal. *resol. crim. cas.*255. *per tot.* Menoch. *de arbit. cas.* 269. *per tot.* Diaz. *reg.* 124. vbi limitat nisi talis confitens esset assassinus malae conditionis, & famae, vide in §. *Corpus delicti*, & in Pract. §. *Corpo di delitto*, *&* §. *Confessione num.* 10. Tusch. *litt. C. concl.* 675. *cum pluribus seqq.* Mascard. *de probat. concl.*534. Thom. Triuil. *decis.*31. *lib.*2. vbi in crimine haeresis. 45

Confessio facta ab aliquo delinquente debet per iudicem omni conatu verificari, cùm non suppleat corpus delicti, quia nemo est dominus membrorum suorum, & si inuenerit quod non sit vera, debet confitentem absoluere, alias damnaret corpus, & animam propriam, Guaz. *def.* 4. *cap.*3. *per tot.* Scanarol. *de visit. carcer. lib.*2. §.6. *cap.* 5. *num.*12. *& seqq.* 46

Et quod siue spontanea, siue in tormentis emanata debeat verificari in suis qualitatibus, & circumstantijs substantialibus, Sperel. *decis.*108. *num.* 1. *&c.* Conciol. *verb. Confessio resol.*15. vbi quòd alias confessus est absoluendus, vel sub fideiussore dimittendus, nisi agatur de Mariolis, & Tagliaborsis, in quibus sufficit aliqua verificari.

Confessio delicti debet esse emanata legitimis praecedentibus indicijs, nitida, clara, lucida, inuulnerabilis, verisimilis, probabilis, possibilis, absoluta, non conditionalis, nec aliquam pati exceptionem, & specificè continens locum, & tempus commissi delicti, vt possit deueniri ad condemnationem, & si reus non ita voluerit declarare, & exprimere confessionem, potest ad hûc effectum torqueri, Guaz. *def.*32. *cap.*1. *per tot.* Farinac. *quaest.* 81. *num.* 13. *& seqq.* vbi multa de requisitis legitimae confessionis, & quando valida sit, vel non, cum alijs per Pac. Iordan. *Lucubr. vol.*3. *lib.*14. *tit.*16. *num.*44. *& seqq. fol.*250. Ciarlin. *controu.*181. vbi plura ad inualidandam confessionem delinquentis, Conciol. *loc. cit. resol.* 16. *&* 17. Francis. de Angelis *tract. de confes. lib.*1. *quaest.*3. vbi plura qualis esse debeat confessio, vt confitenti praeiudicet, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, *& lib.*2. *quaest.* 81. vbi plura in crimine extractionis. 47

De confessione incidenter facta, vide Anton. de Ballis *tract. var. lib.*2. *quaest.*14. vbi limitat, nisi habuisset terminum defensionum, vel ageretur de delicto connexo, vel de delinquente famoso, qui posset condemnari morti, etiam de delicto incidenter confesso; Quod si confessus plura delicta probauit errorem, quoad aliqua, an etiam alia praesumatur non vera, & dicit quòd sic, nisi esset sagax, & practicus, qui data opera sic fuisset confessus non vera, vt frangere vera, aliàs in parte falsa confessio in totum dicitur falsa, adde Conciol. *verb. Confessio resol.*5. *per tot.* De confessione delicti à bannito incidenter emanata in processu recognitionis, an, & quando illi praeiudicet, vt possit ex dicta confessione condemnari, si for-

si fortè sententia, quam recognouit sit nulla, latè Zuff. de legit. process. lib. 3. quaest. 187. per tot. de qua materia confessionis incidenter factae quid operetur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, Francisc. de Angelis de confess. q. 4. per tot.

Quòd inuerisimilis non sit attendenda maximè si fuerit statim reuocata etiam non docto de errore, Magon. decis. Flor. 88. num. 4. & seqq. vbi num. 8. quòd nec ab ea sumi potest indicium ad torturam.

Quòd confessio delicti incidenter facta à reo, dum pro alio delicto examinatur, non sufficiat ad illum condemnandum pro delicto incidenter confessato, sed tantùm operetur, vt iudex possit nouam formare inquisitionem, & dare alium terminum defensionis, nisi iudex esset talis, qui repraesentaret Principem, vt Magna Curia Vicariae Neapolis, vel praecesserit inquisitio generalis, Matescott. var. resol. lib. 2. cap. 89. per tot. vide supra num. 6. nouissime Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 1. §. 1. ad 7. num. 139. fol. 90. vbi bene conclusionem istam declarat in terminis blasphemiae incidenter confessatae, & cap. 2. §. 4. num. 58. vbi quòd tunc non imponitur poena ordinaria.

Qualiter confessio facta ad inquisitionem formatam non praecedentibus legitimis indicijs, non praeiudicet etiam ratificata, & alia, Mascard. de probat. concl. 351. per tot. Sed contrarium in confessione spontè emanata, Raynald. loc. cit. num. 158. vbi intelligit vt sufficiat quoad poenam extraordinariam tantùm, etiam absque alia ratificatione vt subsistat, & sufficiat ad condemnandum, probat idem Mascard. conclus. 353. num. 5. & 34. Viui. comm. opin. 140. Aluarez de Velasc. tract. de ind. perfect. Rub. 14. annot. 4. num. 13. & 47. dixi in verb. Inquisitio num. 11.

48 Confessio potest semper ex capite erroris reuocari, quamuis sit iudicialis, spontanea, iurata, vel geminata, dummodò tamen error in specie allegetur, & probetur concludenter, vel per coniecturas, cuius causae sunt metus, ignorantia, obliuio, ira, fatuitas, mens non sana, persuasio, vel suggestio, Socin. reg. 90. & 95. per tot. Guaz. def. 31. cap. 13. & cap. 10. Cabal. resol. crim. cas. 186. n. 7. &c. latè cum ampliationibus, & limitationibus Farinac. quaest. 81. cap. 9. num. 315. & seqq. per tot. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 16. num. 238. & seqq. per tot. fol. 264. &c. supra num. 36. & 37. & in Pract. §. Confessione nu. 15. plenè Tusch. litt. C. concl. 649. &c. Dian. part. 4. tract. 7. resol. 22. vbi an, & quando huiusmodi reuocatio prosit saltem ad recedendum à poena ordinaria in Tribunali Sanctae Inquisitionis, de quo etiam Thom. Triuis. decis. 31. lib. 2. vbi in crimine haeresis plenè Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 2. tit. de confess. resolut. 1. per tot. Conciol. verb. Confessio resol. 18. vbi quando confessio possit reuocari, etiam non docto de errore, nempè si reuocetur incontinenti, idest in eodem examine antequam reus à iudicis praesentia recedat, & latiùs Francis. de Angelis d. tract. lib. 3. quaest. 20. per tot. vbi num. 53. & seqq. quòd non est necessaria probatio erroris si confessio sit relatiua, & in relato contrarium appareat, vel si reuocetur confessio extorta per tormenta antequam fuerit ratificata, vel agatur de facto vltra viginti annos, vel cum sene, in quo facilis est obliuio, vel si reuocetur incontinenti, vel si fuerit error in parte probatus, vel si agatur de confessione extraiudiciali.

Quando autem confessio, etiam erronea non possit reuocari, quatuordecim casus refert, & declarat idem Francis. de Angelis d. lib. 3. quaest. 22. per tot. qui vt plurimum versantur in ciuilibus, vide supra n. 36. & in §. Error.

Et si absque alia allegatione, & probatione erroris fuerit per Iudicem erroneè admissa probatio innocentiae, reus licet confessus, facta tali probatione debet absolui, Guaz. def. 32. cap. 12. num. 4. Cabal. resolut. crimin. cas. 185. num. 11.

Sicut etiam si confessus fuerit minor potest confessionem reuocare non docto de errore, cùm ei competat restitutio in integrum, Guaz. loc. cit. num. 3. de quo tamen vide in §. Minor num. 1.

49 Confessio spontanea cùm releuet fiscum, & partem ab onere probandi, operatur diminutionem poenae, iuxta statuta ferè totius Italiae, & maximè status Florentini, latè Cabal. resol. crim. cas. 56. per tot. Guaz. def. 32. cap. vlt. Magon. decis. Flor. 88. num. 11. &c. Farinac. q. 81. n. 172. & seqq. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 16. n. 91. & seqq. fol. 253. vide in Pract. §. Confessione num. 24. Sanfelic. decis. 234. vbi etiam cessantibus statutis, praeterquam in atrocioribus delictis, in quibus spontè confessus poena mortis naturalis punitur.

Quòd confessio spontanea operetur mitigationem poenae, Faber. in C. lib. 9. tit. 25. de poenis difinit. 2. in fine, Thesaur. quaest. for. 57. n. 3. lib. 3. Capyc. Latr. decis. 172. n. 45. & seqq. Raynald. Syntax. rer. crim. cap. 6. §. 5. nu. 47. vbi tamen quòd per se solam nunquam vidit prodesse, & haec est veritas, nisi fortè sit supplex confessio facta statim se detegendo, vt in casu Capyc. Latr.

An autem spontè confessus habeatur pro condemnato, vel sit necessaria sententia, & quid in ciuilibus, vide Pac. Iordan. d. tit. 16. n. 125. & seqq. fol. 255. vbi videtur requirere sententiam maximè in criminalibus, & ita verè semper seruatum vidi. Quo ad ciuilia supra n. 35.

Quòd confessio non prosit delinquenti ad minuendam poenam vigore statuti, quando prius negauit à principio, quicquid alij contra, Viui. comm. opin. 136. verb. Confessio. Ego dicerem quod si facta fuit confessio antequam fiscus vel pars sustinuerint onus probandi, tunc prosit confessio ad minuendam poenam, aliàs secus, ac ita concordari posse opiniones.

Confessio ficta resultans ex statuto quòd contumax habeatur pro confesso, includit factum principale tantùm, non verò qualitates aggrauantes in inquisitione positas, Addit. ad Pract. Pap. for. inquis. glos. 1. verb. Contumax, Cartar. de execut. sent. capt. bannit. cap. 1. n. 358. & seqq. ad 389. dixi in Pract. §. Contumaci n. 22. &c. 50

Nec afficit haeredes, vt possint condemnari, Cabal. resol. crim. cas. 298. num. 32. & seqq. vide in §. Mors num. . . . & in Practica §. Contumaci num. 24. & num. 9. & in hoc Opere §. Contumacia per tot.

Confessio facta coram iudice non sedente pro Tribunali in forma iudicij, sed tanquam coram priuato non sufficit ad condemnandum, sed tantùm facit indicium ad torturam, Clar. §. fin. quaest. 21. vers. sed hic cadit, dixi in Pract. §. Confessione num. 5. vbi alios citaui, Francis. de Angelis de confess. quaest. 2. num. 16. Et quando confessio facta coram Notario, vel solo Iudice sine Notario non sufficiat ad condemnandum, sed tantùm ad torquendum tanquam extraiudicialis, nisi Notarius examinaret reum de mandato Iudicis, de quo constaret aliter, quam per assertionem ipsius Notarij, vel nisi aliter seruetur de stylo, prout verè seruatur, non tantùm Romae, vt testantur plures relati per Conciol. verb. Confessio resol. 8. per tot. sed etiam Florentiae, & alibi, facit quod dixi in §. Testes num. 48. Zuff. de legit. Process. lib. 3. quaest. 186. vbi quòd confessio emanata coram solo Notario non legitimat processum, Francis. de Angelis d. quaest. 2. num. 8. & seqq. 51

Quòd confessio extra locum iudicij facta non probet nisi in certis casibus, Socin. reg. 92. per tot. vbi quatuor modis limitat, vide Farinac. quaest. 81. cap. 6.

Et quando essent plures iudices causae, confessio facta coram vno, vel aliquibus tantum, etiam in forma iudicij, & non coram omnibus, non sufficit ad plenam probationem, & condemnationem, imò nihil valet, Farinac. quaest. 81. n. 62. Pac. Iordan. Lucub. volum. 3. lib. 14. tit. 16. num. 22. fol. 248.

Confessio de delicto coram iudice incompetente facit indicium ad torturam, sicut extraiudicialis, nisi fuerit metu tormentorum extorta, vel erronea docendo de errore, imò secundum aliquos si fuerit ante torturam reuocata etiam non docto de errore nullum facit indicium, Rom. cons. 167. Addit. ad Pract. Papp. for. inquis. glos. 1. verb. metu, Socin. reg. 88. fall. 2. vide Guaz. def. 32. cap. 26. num. 9. & per tot. Card. Tusch. litt. C. concl. 642. Farinac. quaest. 81. num. 188. & seqq. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 16. num. 23. & seqq. fol. 248. Ricc. Collect. 845. vbi quando confessio facta coram iudice incompetente probet coram competente, Mascard. de probat. concl. 352. Clar. §. fin. quaest. 55. in princ. Sanfelic. decis. 244. vbi quòd habet vim confessionis extraiudicialis, per quam potest confessus, vel ad torturam poni, vel extra ordinem puniri, Viui. comm. opin. 141. 52

Confessus vnum delictum non potest de iure interrogari, neque torqueri super alijs delictis, de quibus non adsint legitima indicia, ita vt non valeat consuetudo in contrarium secundum multos, quos allegat Guaz. def. 30. cap. 8. vbi tamen quòd de generali consuetudine Italiae seruatur con- 53

contrarium, moderatè, & per spatium solius mediæ horæ ad summum eundem confessum torquendo, quando esset de alijs delictis diffamatus; quamuis vigore Bul. Pauli III. Pauli V. in statu Ecclesiastico oon possit interrogari de alijs, de quibus non extent legitima indicia, Guaz. *loc. cit. in fin.* vide Menoch. *de arbitr. cas.* 523. *per tot.* Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 2. §. 8. & in mea Pract. §. *Confessione num.* 27. Farinac. *quæst.* 37. *num.* 172. Sanfelic. *decis.* 263. Cartar. *de interrog. reis lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 84. vbi quòd quicquid sit de iure seruatur de consuetudine reum confessum de delicto, de quo erat indiciatus, posse interrogari de alijs delictis, de quibus contra eum non adsunt indicia, & maximè in furtis, oon tamen loquitur de tortura, à qua non extantibus indicijs abstinendum puto, vt dixi in §. *Tortura num.* 11.

Quòd etiam confessus de se, non debeat regulariter de socijs criminis interrogari, nisi in casibus exceptis de iure, vel de consuetudine, vt quando sunt talia delicta, quæ non solent verisimiliter committi sine socijs, vel de quibus nihil ad eum pertinebat, quo casu potest interrogari de mandante, & super eo torqueri, cum protestatione tameo citra præiudicium conuictorum, & confessatorum, vel sententiæ, non aliter, nec alio modo, Clar. §. *fin. quæst.* 21. *vers. dictum socij*, Guaz. *deff.* 30. *cap.* 32. *per tot.* vide in §. *Socius num.* 47. *& seqq. &* §. *Tortura num.* 11. Dian. *par.* 3. *tract.* 5. *resol.* 99. vbi an, & quaodo confessus, vel conuictus de vno crimine, teneatur respondere interrogatus de complicibus, dixi in *Compend. de qualit. ind. perfect. cap.* 19. *num.* 83. *& seqq.*

54 Confessio facta per suggestionem est ipso iure nulla, Carena *de offic. S. Inquisit. part.* 3. *tit.* 8. §. 6. *fol.* 315. & totum subuertit processum, Clar. *d. quæst.* 21. *vers. Retenta*, Guaz. *deff.* 20. *cap.* 13. *num.* 11. Farinac. *quæst.* 83. *cap.* 4. *per tot.* vbi etiam Vulpin *in succo*, Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 2. §. 9. *cap.* 1. *per tot.* dixi in Pract. §. *Confessione num.* 6. Conciol. *verb. Confessio resol.* 11. Francis. de Angelis *de confess. quæst.* 5. *per tot.* vbi etiam de confessione ex abrupto, properè, repentè, iuuentutis, vel iracundiæ calore, immaturè, & inconsideratè facta, vt possit reuocari, aliàs dara perseuerantia nocet.

55 Confessio sub spe impunitatis elicita, licet spontanea, & extra torturam, tanquam dolo, fraude, & malitia iudicis extorta, non sufficit ad condemnandum, & tantò minus si detegatur falsa, quo casu tamen confitens tanquam falsarius potest puniri; & quod dicta confessio non sufficiat ad condemnaodum, intellige si fuit reuocata, secus si ratificata expressè, & cum expressione quod impunitatis iam promissæ nulla habebitur ratio; sufficit tamen ad moderatam torturam inferendam, vel ad condemnandum in pœnam extraordinariam, licèt fuerit reuocata, & ita concordantur opinioões contrariæ, vt latè ampliando, & limitando declarat Farinac. *quæst.* 81. *num.* 276. *& seqq. cap.* 8. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 6. *n.* 213. *& seqq. ad* 237. *fol.* 261. cum alijs per eos citatis, & vide in §. *Iudex num*... Tusch. *litt. C. concl.* 681. Paul. Christ. *decis.* 109. *num.* 5. *vol.* 4. latè Aluarez. de Velasc. *tract. de iud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 4. dixi in *Compend. de qualit. ind. perfect. num.* 60. *& seqq. ad* 69. Conciol. *verb. Confessio resol.* 23. Fulu. Maioran. *in Opoprax. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 14. *& seqq. fol.* 112. *vbi supra num.* 19. me honorificè citat in Praxi §. *Giudici n.* 33. Raynald. *rer. crim. cap.* 2. §. 4. *nu.* 63. *& seqq.*

56 Confessio vi tormentorum extorta, nullis, vel non legitimis præcedeotibus indicijs non valet, non præiudicat inquisito etiam si fuerit ratificata, Addit. ad Pract. Papp. *for. inquis. glos.* 1. *verb. omni exceptione*, etiam si postea legitima superuenirent indicia, Menoch. *de arbitr. quæst.* 84. *num.* 10. *& seqq.* Guaz. *deff.* 30. *cap.* 38. *& deff.* 32. *cap.* 31. *per tot.* Card. Tusch. *litt. T. concl.* 329. *num.* 36. Farinac. *quæst.* 83. *cap.* 1. *&* 2. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 353. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 139. Caten. *de offic. S. Inquisit. part.* 3. *tit.* 8. §. 2. *fol.* 314. Tapia *decis.* 22. vbi quando quis fuit tortus ex processu informatiuo.

In casu tamen superuenientiæ Indiciorum, debet reus absolui ab obseruatione primi iudicij, & inquisitionis, & iterùm contra eum inquisitio formari, vt notant supracitati Doctores, & dixi in Pract. §. *Confessione num.* 7.

57 Confesio dicitur metu tormentorum extorta ex solis minis de torquendo illatis a iudice terribili, & rigoroso, si fuerint atroces, ac vehementes non extantibus indicijs sufficientibus, vt quia reus fuerit ductus ad locum tormeotorum, & ibi spoliatus cum dictis minis atrocibus, esset tamen attendenda qualitas personæ minatæ an sit audax, animosa, vel timida, latè Guaz. *deff.* 30. *cap.* 37.

Et quod confessio facta sine legitimis indicijs præcedentibus, allegato metu præsumatur per metum extorta, Alex. *cons.* 12. *in fine lib.* 2.

An præsumatur spontanea, & meticulosa, & quando noceat, vel non, latè Tusch. *litt. C. concl.* 677. *cum pluribus seqq.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 297. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 353. *&c.*

Confessio extorta per tormenta etiam legitimis præce- 58
dentibus indicijs illata, debet die seqoenti extra locum tormentorum ratificari cum subscriptione ipsius delinquentis, vel signo crucis quando nescit scribere, vel alia forma consueta, secus autem in confessione spontanea, vel secundum aliquos quando præcessit extraiudicialis confessio formiter probata, quod tamen non est seruandum, oisi ad excusandum iudicem, qui ita seruasset, sicut nec secundum aliquos requiritur ratificatio quando pro confessione adessent adminicula, & verisimilitudines, quod pariter non est attendendum; non etiam requiritor secundum alios ratificatio quando reus fuit captus in flagranti crimine, vel est homo robustus, & leuiter fuit tortus, vel si fuit tortus tamquam testis, Boss. *de confess. per tortur. num.* 2. *& per tot.* Menoch. *de arbit. cas.* 269. *nu.* 3. *& seqq.* Guaz. *deff.* 30. *cap.* 35. Cabal. *resol. crim. cas.* 81. *nu.* 6. *&c.* Farinac. *quæst.* 83. *cap.* 3. *per tot.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 2. §. 6. *cap.* 5. *per tot.* Dian. *part.* 4. *tract.* 6. *resolut.* 22. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 297. Conciol. *verb. Tortura resol.* 19. & dixi in §. *Ratificatio num.* 23.

Quid si non fuerit ratificata, oeque reuocata, Zuff. *de legit. proces. quæst.* 191. Aotou. de Ballis *tract. var. lib.* 2. *quæst.* 23. Conciol. *d. resol.* 19. *num.* 16. *&* 17. vbi quòd ratificatio potest fieri die sequenti, etiam si non sint lapsæ 24. horæ, Francis. de Aogelis *de confess. lib.* 3. *quæst.* 17. vbi quòd dicta confessio debet ratificari extrà locum tormentorum post spatium saltem vnius diei 24. horarum; sed quòd non sit necessaria ratificatio si præcessit extraiudicialis confessio, quoad præiudicium confitentis, secus autem tertij, & alia ad rem.

Quòd à tormentis ad ratificationem debeat intercedere aliquod notabile temporis spatium arbitrio iudicis, qui debet arbitrari de tanto tempore, ita vt verisimile sit dolorem cessasse, & regulariter ad minus de vno die, vt supra, Menoch. *de arbit. cas.* 38. *per tot. & cas.* 269.

Quod præcedente confessione extraiudiciali, ex qua deuentum fuit ad torturam, non sit opus alia ratificatione, probat Diaz. *reg.* 125. *limit.* 5. Mascard. *de prob. lib.* 1. *concl.* 353. *n.* 24. Dian. *p.* 4. *tract.* 6. *resol.* 12. *vers. Nota.*

Sed non vtaris hac doctrina, nisi modo prædicto ad excusandum iudicem, & illam reijcit etiam Dian. *loc. cit.*

Confessus in tormentis si ductus ad ratificandum ne- 59
get, oritur contra eum nouum indicium, ex quo potest iterùm torqueri, & si tortus, & confessus, iterùm noluit postea ratificare, potest tertio tortura repeti, & non vltra, ne procedatur in infinitum, Clar. §. *fin. quæst.* 21. *vers. vlterius quæro &c.* vide in §. *Tortura num.* 15. & io Pract. §. *Tortura num.* 20. *&* 21. vbi quòd in atrocissimis potest etiam vsque ad quartam vicem repeti per iudices supremos, vel habentes auctoritatem brachij regij, semper tamen iuterpollatis temporibus vt supra; se cognita malitia, & astutia torti, non esse deueniendum ad tot repetitiones, sed condemnandum in pœnam arbitrariam iuxta facti, & personarum qualitatem, & relatis exemplis ita fuisse quandoque seruatum, dixi *ibidem n.* 21. *versus finem*, vide Sanfelic. *decis.* 252. vbi qualiter etiam post tertiam torturam possit extraordinariè puniri, Conciol. *verb. Confessio resol.* 1. *per tot.* Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *quæst.* 190. Franc. de Aogelis *de conf. lib.* 3. *q.* 20. *num.* 57. *& seqq.*

De spatio temporis interponendo inter vnam, & aliam torturam, vide in §. *Tortura n.* 15.

Quantum sit credendum confessioni emanatæ in tormentis, cùm falsa sæpè dignoscatur, pluribus exemplis declarat Menoch. *de arbitr. cas.* 269. *per tot.* vbi quòd ideò debet esse probabilis, possibilis, & verisimilis, ac verificari, vt dixi *supra n.* 46.

Con-

60 Confessio qualificata in criminalibus potest regulariter scindi, & acceptari pro parte, & pro alia parte refutari, quando sumus in prohibitis, & in ijs, quæ habent contra se præsumptionem, etiam si sit facta sub vna verborum structura, siue qualitas tendat ab omnimodam excusationem, siue tantum ad minuendam pœnam, multò magis si qualitas fuerit adiecta ex interuallo, prout adijci potest dummodò probetur, ac etiam si à principio negasset, maximè si aliunde constet de delicto, vel confessio contineat facta diuersi temporis, & speciei, nam his casibus potest reijci qualitas, vel secundum aliquos ità qualificatæ confitens torqueri, vt simpliciter respondeat, quamuis contrarium sit verius, & magis in praxi receptum, vt potius extraordinariè, & mitiùs puniatur, Conciol. *verb. Confessio resol.* 24. Fulu. Maioran. *in Opoprax. lib.2. cap.4. num.66. & seqq. fol.*149. Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 27. *num.*33. & 34. vbi quando sit locus torturæ, quoad qualitatem, & dicit quòd licet aliqui dubitent, quando reus ante torturam fassus est crimen cum qualitate minuente pœnam, tamen respectu rei negantis totum factum, si sit de illo conuictus, omnes vnanimes tenent, quòd potest iustè torqueri super qualitate aggrauante, facit quod dixi in §. *Homicidium num.*8. & 14. vbi quando sit locus torturæ super qualitate animi deliberati.

Quòd etiam confessio extraiudicialis per testes probata debeat recipi cum qualitate ab illis adiecta minuente delictum, Zuff. *de legit. process. lib.*3. *quæst.* 189. & de confessione iudiciali qualificata an, & quando sit attendenda, & quid operetur, idem Zuff. *quæst.* 192. *vbi etiam num.* 6. quando ex confessione qualificata possit imponi pœna ordinaria, & latè pro pœna extraordinaria, Franc. de Angelis *de confess. lib.*3. *quæst.* 11. *num.* 20. *& seqq.* Faiard. *allegat. fisc.* 2. *num* 11. vbi quòd communior est opinio, vt possit confessio qualificata acceptari separata qualitate, etiam si de delicto aliter non constet, quàm per confessionem rei; & virtute confessionis qualificatæ deueniri ad pœnam ordinariam, si præter confessionem indicia, vel alia concurrant, contra reum, & nulla pro eo extet præsumptio, ad P. Grasset. *in Anatom. necis prodit. cap.*33. *num.*168. *& seqq.* & ita post plura seruatum fuit in casu Faiardi, vt constat *allegat.*3. *in princip.* quia extabant alia indicia, aliàs autem esset locus tantùm pœnæ extraordinariæ mitiori.

Non potest autem diuidi confessio, & qualitas reijci, si incipiat à negatiua, vel si adiecta fuerit clausula, *non aliter, nec alio modo*, vel si versemur in non prohibitis, neque præsumptionem contra se habentibus, vel si qualitas adiecta iustificetur aliunde, vel esset talis, quæ faceret quod actus non videatur actus, & in omnem casum esset locus tantum pœnæ extraordinariè mitiori, vt declarat Farinac. *quæst.* 81. *num.* 110. *& seqq. ad* 172. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.* 16. *num.* 101. *& seqq. fol.*253. Ferret. *caus.* 5. Clar. §. *fin. quæst.* 55. Menoch. *de arbitr. cas.* 279. Diaz. *reg.* 122. Boss. *de confess. num.*28. *&c.* Cabal. *resol. crim. cas.* 17. *& cas.* 254. Guaz. *deff.*30. *cap.*7. *& deff.*32. *cap.*25. *per tot.* Sperel. *ecis.* 108. *num.*36. *& seqq. per tot. & decis.*136. *num.*26. & 27. vide in mea Pract. §. *Confessione num.* 18. *& seqq.* Tusch. *litt. C. conclus.* 674. *per tot.* Paul. Christin. *decis.*110. *vol.* 4. *& ad leg. municip. tit.*2. *art.*29. *num.* 5. *in addit.* Ricc. *Collect.* 1250. 2792. 3631. 3319. Vasq. *de success.* §.23. *num.*23. *&c.* Ioseph. Ludouic. *decis. Luc.* 19. *per tot.* Gabriel. *comm. conclus. lib.*7. *tit. de malef. concl.* 19. Thom. Triuisan. *decis.* 46. *per tot.* vbi concludit in criminalibus confessionem qualificatam non posse diuidi, sed in totum esse acceptandam, vel respuendam, & distinctiones allatas procedere tantum in ciuilibus, idem Triuis. *decis.* 35 *num.* 34. *&c.* vbi quòd non est locus torturæ, & quare, Caren. *loc. cit.* §. 1. *per tot.* Griuel. *decis.* 12. *per tot.*

Quòd dicta confessio qualificata, etiam qualitate non probata, si qualitas sit vno contextu confessioni adiecta, & constanter firmata, prosit ad recedendum à pœna ordinaria delicti, & faciat esse locum pœnæ arbitrariæ mitiori iuxta prædicta, intellige quando non sit aliter plenè probatum delictum, nam si esset aliunde probatum delictum, posset pœna ordinaria puniri, Franch. *decis.* 556. *num.* 9. vbi alias decisiones allegat, & latè Sperel. *d. decis.* 108. *num.*36. *&c. & decis.*136. *num.*26. & 27. vide Ioseph. Ludouic. *decis. Luc.* 19. *per tot.* vbi talis confitens cùm non esset aliunde conuictus, fuit tortus pro habenda pura responsione, & cùm perstitisset in suo dicto, pœna arbitraria leuiori affectus; quæ tamen tortura non est iuridica ex prædictis.

Si itaque qualitas adiecta confessioni habet præsumptionem pro se, non potest reijci, nec à confessione separari, si verò habet præsumptionem contra se, reijcitur à confessione; & sic quando delictum fuit pro parte fisci probatum, vel saltem adsunt sufficientia indicia, confessio inquisiti qualificata potest diuidi, & reiecta qualitate allegata, & non probata, haberi pro pura, & simplici confessione; si vero nihil releuans pro parte fisci extitit probatum, non potest confessio qualificata diuidi, sed debet cum sua qualitate acceptari, vt colligitur ex supracitatis Doctoribus, & latiùs dixi in Pract. §. *Confessione n.* 22. 23. vbi vide, & latè Sanfel. *decis.*228. *per tot.* vbi conuenit cum prædictis.

Quòd possit qualitas exgrauans allegari etiam ex interuallo, quamuis ab initio confessio fuerit pura, & simplex, non tamen isto casu prosit ad diminutionem pœnæ ordinariæ, nisi sit concludenter probata Franch. *decis.* 638. *per tot.* Clar. §. *fin. quæst.*55. *vers. forte in fine*, Farinac. *qu.* 81. *cap.*4. *num.*119. Mascard. *de probat. concl.*867. *num.*6. *lib.*2. & in dicta mea Pract. *loc. cit. num.*29.

61 Confessio qualificata in ciuibus debet vel in totum acceptari, vel in totum reprobari, nec potest diuidi, maximè quando continetur vna, & eadem oratione, vel structura verborum, nec habet plura capitula, nisi essemus in qualitate contra præsumptionem iuris, vel nisi aduersarius vellet contrarium probare Gratian. *discept. forens. cap.*339. *in princ. & num.*17. & 18. *cap.*505. *num.* 1. *cap.*586. *num.*47. *cap.*780. *num.*15. *cap.*851. *num.*24. *cap.*130. *nu.* 16. *& cap.*224. *num.*86. Marant. *part.* 6. *art.* 5. *tit. de confess. num.*27. Menoch. *de arbit. cas.*93. *num.*21. *& seqq.* Mastril. *decis.*124. *num.*24. *&c.* Genu. *de script. priuat. lib.* 1. *qu.* 4. *nu.*89. *& seqq. ad* 105. *fol.*11. vbi quòd recognoscens scripturam debiti, sed qualitate adiecta, quod soluit, debet condemnari, nisi probet solutionem, vide in §. *Debitor num... & in* §. *Solutio num...* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 297. *num.* 18. *& part.* 5. *decis.* 158. *num.* 5. *part.* 6. *decis.* 38. *num.* 15. *decis.* 97. *num.* 4. Thomat. *decis.* 75. *& decis.*93. *num.*25. Rot. *part.* 13. *recent. decis.*308. *num.*9. vbi simpliciter quòd non potest scindi, *& part.* 14. *decis.* 516. *num.* 1.

Quòd possit diuidi quando continet diuersa facta, Rot. *part.*2. *diuers.* 272. *num.* 1. *&* 2. vbi etiam quòd tunc qualitas adiecta est acceptanda, quando illa reddit actum, cui adijcitur nullum, vel eum transfundit in alium actum, Rot. apud Cenc. *de Cens. decis.* 113. *num.* 6. *& seqq.* Surd. *decis.*258. *num.*2. Thomat. *decis.* 40. *num.* 32. Beltram. ad Ludouis. *decis.*92. *num.*10. Marescott. *var. resol. lib.*2. *cap.* 45. *num.*9. *&c.*

Quod quando non est sub vna structura verborum, & habet præsumptionem iuris contra se, possit scindi, & acceptari confessio reiecta qualitate, Altograd. *cons.* 6. *num.* 40. *&* 41. *lib.*1.

Quòd confessio simplex non referatur ad qualitates facti, Magon. *decis. Luc.*31. *num.*3.

Plura de confessione qualificata quando possit pro parte acceptari, & diuidi, vel non, vide Card. Tusch. *litt. C. concl.*673. *&* 674. *per tot.* Michalor. *de posit. cap.*59. *per tot.* Marescott. *var. resol. lib.*2. *cap.*45. Thomat. *decis.*141. 143. *&* 188. *&* 249. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 298. *& seqq. ad* 523. Genu. *de scrip. priuat. lib.*4. *fol.* 201. *& in tit. de connex. & separat. fol.* 205. Surd. *decis.* 258. Mart. Medic. *decis.*26. *cum Addit.* Paul. Christin. *decis.* 109. *num.* 2. *vol.*4. Ricc. *Collect.*1250. 2792. *&c.*

Quòd confessio possessionis aduersarij cum qualitate iniustæ, vel nullæ probet contra confitentem reiecta illa qualitate ad effectum manutentionis, Gregor. *decis.* 458. *num.*4. Merlin. *decis.*416. *num.*3. *& decis.* 576. *num.*2. *&c. decis.*729. *num.*2. Rot. *part.*9. *recent. decis.*419. *per tot.* vbi quòd confessio de possessione aduersarij, licèt emanauerit cum qualitate vsurpationis plenè probat contra confitentem reiecta illa qualitate, *& part.*10. *decis.*277. *num.* 1. *& seqq.* vide in §. *Possessio num.*27. *in fine*, Rot. *part.*12. *recen. decis.*91. *num.* 17. *& decis.*108. *num.* 1. *& seqq.*

62 Confessio tacita resultat ex productione iurium, & similibus, ad tradita per Tusch. *litt. C. concl.*661. *per tot.* vide in §. *Productio*, Ricc. *Collect.*2349.

63 Confessio Sacramentalis facta in foro conscientiæ non potest

potest reuelari, & non nocet in foro fori, debet fieri saltem semel in anno, & semper tutior est in vita, quàm in articulo mortis, Bertachin. *in Repert. verb. Confessio*, Tusch. *lit. C. concl.686.cum tribus seqq.* vide Mascard. *de probat. concl.377. per tot.* dixi in §. *Peccatum num.* ... *&* §. *Sacerdos*, Panimol. *in sua Idea Constit.* 13. vbi de præcepto annuæ confessionis quomodo illi satisfiat.

Plura de Confessione Sacramentali, latè Dian. *part. 3. tract.4. resol.51. & seqq. ad* 167. vbi multa dubia benignè resoluit, ac alibi sæpè de hac materia.

An possit fieri ab absente per litteras, vt absolutionem consequatur, latè Dian. *part. 11. tract. 7. resol.* 30. *per tot.* & non posse fieri scripto, declaratum à Clemente VIII. refert Ant. Nigr. *de subhast. part. 1. cap. 15. §. 9. num.* 13.

Plura de confessione peccatorum facta Sacerdoti, vel etiam laico in casu necessitatis, ita vt tunc summus Sacerdos suppleat defectum Sacerdotis, & Sacramenti ex desiderio confitentis, quod non possit reuelari aliquo modo, 20 de licentia confitentis, & alia; possit tamen absolutè laudari persona confessa, etiam dicendo quod nunquam mortalia peccata habuerit, & huiusmodi, nisi ex hoc alter reddatur suspectus, Viui. *comm. opin.* 142. 143. *&* 144. *per tot.*

64 Confessio facta in positionibus plenè probat, ac etiam in supplicatione, & litteris impetratis, quod tamen non procedit in tertio possessore, qui positionibus respondere non tenetur, in iudicio possessorio, quia sibi præiudicaret confitendo, ne posset agere contra suum auctorem de euictione, Bart. *in l. at qui natura §. si cum me ff. de neg. gest.* Surd. *decis.* 22. *num.* 2. *& seqq.* Pacif. Saluian. *in spect. 1. cap. 7. num.* 38. *& seqq.* latè Michalor. *de posit. cap. 50. per tot.*

Si tamen possessor responderit sibi præiudicat, vt dixi in meis resol. *cap.44. num.13. & cap.78. n.19.* & in hoc Opere §. *Positio num.8.*

Qualiter confessio facta positionibus præiudicet confitenti, nisi fuerit à ponente impugnata, vel à confitente reuocata in casibus permissis, vel nisi fuerint impertinentes, & responsio facta cum protestatione, vel in alio iudicio, & contra eam iudicatum, & alia, latè Michalor. *de posit. cap.57. & seqq.* vide in §. *Actor num.* 23.

An confessio, vel negatio trahatur ad omnes partes positiones, idem Michalor. *d. tract. cap.60. per tot.*

An autem, & quando dicta confessio facta ab vno ex correi credendi, vel debendi præiudicet alijs, vel non, idem Michalor. *d. tract. cap.63. per tot.* vide in §. *Correus.*

An confessio facta positionibus possit reuocari, latè idem Michalor. *d. tract. cap.64. per tot.* vide supra *num.* 35. *&c.*

Et an detur restitutio in integrum contra confessionem factam in ponendo, vel in respondendo, idem Michalor. *d. tract. quæst.71. per tot.* Odd. *de restit. in integ. quæst. 65. per tot.*

Reliqua de hac materia vide in §. *Positio.*

Multa de confessione iudiciali, & extraiudiciali quid operetur, vel non, Thoro *compend. decis. Neap. part. 1. 2. & 3. in verb. Confessio*, Ægid. de Castejon. *in alphabet. iurid. verb. Confessio iudicialis, vel extraiudicialis*, Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. part.4. eod. verb. fol.304.&c.*

Ac de confessione sacramentali, & confessoribus plurima tradit idem Castejon. *loc. cit. verb. Confessio sacramentalis*, & nonnulla etiam Com. August. Font. *loc. cit. fol.* 303. & ego dixi in §. *Sacerdos*, vide Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccl. verb. Confessio fol.* 130. *&c.* vbi de violantibus sigillum confessionis quibus pœnis afficiantur, ad quos spectet cognitio, nempè ad Sanctum Officium quando violatio est coniuncta cum hæresi, alias ad Ordinarium, & de alijs delinquentibus circa hoc Sacramentum.

De confessione iudiciali, & Sacramentali, & circa has confessiones, quæ differentiæ considerari possint inter forum externum, & forum internum, Valer. *de different. vtriusque fori verb. Confessio per tot.*

CONSILIVM AVCTORIS.

De confessione cedentis, an, & quando probet contra cessionarium ad declarationem eorum, quæ dixit supra hoc §. *Confessione num.* 31.

Et de extinctione census resultante ex restitutione pretij illius absque alia retrouenditione, vel instrumento ad declarationem pariter eorum, quæ dixit in §. *Census num.* 25. *& num.* 56.

D. Syluester Blandinus de Mutiliana cùm esset creditor 65
(vt prætenditur) perillustris, & Excellentissimi q. D. Petri Francisci de Baldis Mutilanensis de quodam capitali census, recepit ab eodem sub die 26. Nouembris 1648. summam pecuniarum pretio dicti census æquiualentem, & paulò post conuenit, & declarauit se habuisse, & recepisse dictam summam pro pretio, & extinctione eiusdem census, vt constat ex scriptura ab eodem D. Syluestro subscripta, & sufficienti numero testium roborata sub die 14. Februarij 1656. & eodem die formiter recognita per rogitum egregij D. Hieronymi de Bosijs N. P. F. ac per positiones datas à perillustri, & Excellentissimo D. Laurentio de Baldis dicti D. Petri Francisci filio, & hærede, & iuramento iudiciali à dicto Syluestro confessatas sub die 18. Ianuarij 1666. coram D. Prætore Mutilianæ, ac insuper per plures eiusdem D. Syluestri litteras diuersis temporibus Domino de Baldis scriptas semper idem confirmantes.

Postea sub die 16. Nouembris subsequentis anni 1649. idem D. Syluester fortè immemor dictæ receptionis pretij, & extinctionis dicti census illum inaduertenter, & inconsideratè, inter plures alios census, cessit (vt asseritur) egregio Domino Guerrino de Donis Ciui Florentino eius auunculo cum promissione euictionis, manutentionis, & defensionis in forma.

Modo (vita functis prædictis Dominus de Baldis) idem D. Guerrinus cessionarius numquam dictæ cessionis facta legitima aliqua intimatione, nec lite contestata, nec aliqua vnquam parte prætensi crediti recepta iuxta requisita, & formam *l. 3. C. de nouat.* insurrexit contra hæreditatem prædicti D. Laurentij de Baldis vltimo loco defuncti sub die 8. Septembris 1671. prætendens dictum censum, & fructus hucusque decursos, & decurrendos.

Verùm ego primo ex debito charitatis, coniunctionis sanguinis, & officij mihi iniuncti, & postea tanquam legitimus defensor D. Guidi Antonij filij mei hæredis substituti, cùm casus substitutionis ad eius fauorem euenerit, re maturè discussa nullum ius fouere contra dictam hæreditatem, sed tantum contra D. Syluestrum cedentem, & auctorem suum, omnibus perpensis constanter existimo.

Certissimum est enim quod extinctio census potest fieri absque retrouenditione expressa, & resultat eo ipso quod debitor census soluit, & restituit integrum illius pretium creditori, prout fecit Dominus de Baldis, quia cùm stet per eum, qui tenetur retrouendere, & ipse sit in mora retrouendendi post receptum pretium habetur retrouenditio pro facta, & statim cessant fructus ad fauorem creditoris census, & acquiruntur debitori, qui pretium restituit, hocque nullam habet difficultatem, quod debitor statim remanserit liberatus, quando prout in casu nostro emptor, & dominus census non solùm dimisit venditori, & debitori census rem ipsam censitam, & non petijt amplius fructus, sed etiam postea declarando factum antecedens, & legis operationem expressè liberauit, & quietauit olim debitorem suum, vt optimè probat Boccac. *de Cens. part. 2. num.94. num.130. & num.* 204. Felician. *eod. tract. tom. 2. lib. 4. cap. 1. num.* 22. Rot. post Cenc. *de cens. decis.273. & decis.528. num. 9.* Merlin. *decis.463. num. 16. tom. 1.*

Neque fuit necessaria aliqua instrumenti confectio, quia sicuti census rectè probari potest non solum per instrumentum, sed per quodcunque aliud genus legitimæ probationis (non obstante Bulla Pij V. quæ videbatur contrarium annuere) ad latè tradita per Cenc. *de cens. quæst.43. num.7. & seqq.* Leotard. *de vsur. quæst.58. nu.* 18. *& seqq.*

Ita & multò magis illius extinctio potest quocumque probationum genere probari ad tollendam obligationem, & inducendam liberationẽ debitoris, vt benè arguit Salg.

La-

Labyrint. credit. part. 3. *cap.* 2. *num.* 141. *& ſeqq.* Cenc. *de cenſ. quæſt.* 112. *num.* 10. *& ſeqq. per tot.* & caret omni dubitatione, cùm iuxta veriorem, & magis communem opinionem, cenſus, & illius extinctio non ſit de caſibus ſcripturam pro ſubſtantia, ſed tantùm ad faciliorem probationem requirentibus, licet illam, & geminatam ex abundanti in caſu noſtro habeamus, vt ſuprà.

Indubitatum eſt etiam quod dictus D. Siluester non ſolùm potuit extinguere cenſum prout fecit per receptionem pretij, vt ſupra ante ceſſionem, cùm in re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter, *l. in re mandata*, *C. mand. cum ſimilibus*. Sed etiam idem facere potuiſſet poſt ceſſionem, cùm exercitium directarum actionum ſemper penes eum remanſerit, & ſic Dominum de Baldis liberare, ſaltem quouſque D. Guerrinus ceſſionarius legitimè, & ſolemniter non intimauit ceſſionem Domino de Baldis prætenſo debitori ceſſo, cum proteſtatione ne ſolueret cedenti, vel litem non fuit conteſtatus, vel partem crediti ceſſi non recipit, iuxta *l.* 3. *cum ibi notatis per DD. Cod. de nouat.* Neguſ. *de pignor. part.* 2. *memb.* 3. *num.* 26. *& ſeqq.* Cenc. *de Cenſ. quæſt.* 67. *nu.* 6. *&c. & quæſt.* 109. *num.* 33. *& ſeqq.* vbi de extinctione, quæ fieri poteſt ab emptore cenſus, etiam poſt ceſſionem alteri factam, Paul. Chriſtin. *deciſion. Belg.* 137. *vol.* 1. Rot. *part.* 10. *recent. decif.* 239. *num.* 2. *&c. par.* 11. *decif.* 44. *num.* 15. *& decif.* 245. *nu.* 3. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *dec.* 260. *verſ. infertur tertio.*

Ex quibus colligitur quod re integra, & ceſſantibus dictis requiſitis poteſt cedens non obſtante ceſſione alteri facta exigere, transigere, & quocumque modo diſponere, ac debitorem ceſſum liberare præiudicium ceſſionarij, cui ipſe ſolus cedens remanet obligatus ad illum de proprio indemnem conſeruandum, & ſibi imputet ceſſionarius ſi non vſus fuit remedijs à iure paratis, vel non benè informatus contraxit, & tantò magis in caſu noſtro, in quo, vt dixi extinctio erat facta ante ceſſionem.

Quæ quidem concluſio procedit licet de ſolutione non aliter conſtaret, quam per aſſertionem ipſius cedentis, quia licet confeſſio cedentis non probet pro ceſſionario ratione proprij intereſſe ipſius cedentis, qui eſſet teſtis in cauſa propria, tamen probat plenè contra eumdem ceſſionarium, etiam ſi emanauerit poſt ceſſionem alteri factam, præſertim quando eſt iudicialis, vel geminata, ſiue alijs præſumptionibus veritatis, vel confeſſionibus extraiudicialibus adminiculata, vel ceſſio facta fuit ad commodum cedentis, vel cedens tenetur de euictione iurium ceſſorum, quæ omnia caſui noſtro conueniunt, & faciunt ceſſare omnem fraudis ſuſpicionem (ob quam nonnulli contrarium ſentiunt) cum huiuſmodi confeſſio, & aſſertio redundet in damnum ipſius cedentis, qui de euictione tenetur, ac ideò probat etiam contra ceſſionarium, qui habet regreſſum contra cedentem, cum quo contraxit, & ita omnes tenere, ac veriſſimam eſſe opinionem teſtantur inter alios Cephal. *conſ.* 21. *numer.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. Menoch. *de arbit. caſ.* 473. *num.* 11. Farinac. *de teſt. quæſt.* 60. *illat.* 12. *num.* 352. *& ſeqq. per tot.* Gatt. *de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 427. *& ſeqq.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 15. *num.* 16. Rot. *part.* 1. *diuerſ. decif.* 453. *num.* 4. *&c. part.* 9. *recent. decif.* 312. *num.* 4. *& ſeqq. tom.* 2. Sanſelic. *decif.* 169. præcipuè cùm dictus D. Siluester ſit nepos D. Guerrini, fuerit illius adminiſtrator, & maxima amicitia coniunctus, cum Domino autem de Baldis nulla qualitate effectus, quæ omnia magis emicare faciunt veritatem dictæ confeſſionis, quàm aliàs non emiſiſſet in præiudicium auunculi amici, & domini ſui.

Et hanc quidem veritatem ſolutionis pretij dicti cenſus factæ ante ceſſionem ſciens, & prudens agnouit D. Guerrinus, dum habita de illa notitia fatetur in ſuis litteris fuiſſe deceptum à dicto D. Siluestro, & ſic in facto etiam ex confeſſione, & recognitione debitoris D. Guerrini redduntur omninò indubitatæ prædictæ geminatæ confeſſiones D. Siluestri; qua ſolutione admiſſa ex prædictis, neſcitur quomodo poſt curſum viginti annorum, & vltra poſſit ex hac cauſa moleſtari hæreditas Domini Laurentij de Baldis, niſi fortè credatur omni auxilio deſtituta, *ſed Dominus cuſtodit veritatem in ſæculum, facit iudicium iniuriam patientibus, pupillum, & viduam ſuſcipit, &c. prout in Pſalm.* 145.

Nec quidquam faceret ſi modo allegaretur dictum Siluestrum non eſſe ſoluendo, quia fortè obiectum procederet ſi fuiſſent ſeruata requiſita *d. l.* 3. *C. de nouat.* & illis non attentis Dominus de Baldis poſtea cedenti ſoluiſſet, ſed cùm ſoluerit non tantùm ante dicta requiſita, imò ante ceſſionem D. Guerrinus ſibi imputare debet ſi cum parum fideli contraxit, vel dum erat ſoluendo ab initio fuit negligens in exigendo, vt in ſimili de incuria ipſius ceſſionarij in exigendo à debitore ceſſo, tradunt DD. relati à Mangil. *de euict. quæſt.* 78. *& alii.*

Quæ quidem negligentia fuit adeò craſſa, & ſupina (ne dicam doloſam) vt (ſalua integritate D. Guerrini) arguat re ipſa colluſionem, & dolum inter auunculum, & nepotem, dominum, & adminiſtratorem, nam cùm ex cauſa ſuæ adminiſtrationis idem D. Siluester nepos eſſet creditor eiuſdem D. Guerrini plurium notabilium ſummarum, obtinuit a dicto D. Guerrino pro ſua ſatisfactione retroceſſionem plurium eorundem cenſuum à dicto D. Siluestro anteà eidem ceſſorum, & ſic poterat, ac debeat D. Guerrinus ad dictum computum retrocedere eumdem cenſum ſibi contra Dominum de Baldis ceſſum, & iam à dicto D. Siluestro extinctum, vel aliter compenſare, & non colluſiuè, vt ex qualitate facti ſatis apertè colligitur, reſeruare moleſtiam contra Dominum de Baldis, & modo contra illius hæreditatem; quæ ideò moleſtia ex prædictis iniuſta, & repellenda clarè dignoſcitur, ac potius tribuere occaſionem reconuentionibus contra eumdem D. Guerrinum pro aliquibus creditis Dominorum de Baldis ex cauſa patrociniorum, rogituum, copiarum, inſtrumentorum, expenſarum, & huiuſmodi, quæ hucuſque ſub ſilentio tranſierunt, licet in libris Memorabilium eorumdem DD. de Baldis adnotata reperiatur, & fuerint etiam deducta in reprehenſionem ad quandam intimationem paucis annis, vel menſibus factam.

His itaque, vt ſuprà pro veritate firmatis, extranea, ſomniata, & conficta apparent omnia ex aduerſo allegata. Non enim ſumus in concurſu creditorum, neque in ſimplici apoca priuata, vel actu voluntario, & gratuito, nec in verbis enunciatiuis, ſed in quæſtione quando cedentis confeſſio noceat ceſſionario, in verbis diſpoſitiuis dependentibus à voluntate, & poteſtate contrahentium, ac in poſitionibus iudicialiter datis, & confeſſatis, quæ confeſſio non dicitur voluntaria, nec gratuita, ſed omninò neceſſaria, & plenè probat contra ceſſionarium, etiam ſi poſt ceſſionem emanaſſet, quando aliquod ex requiſitis *l.* 3. *C. de nouat.* ſolemniter non interceſſit, vt præter alios ſupracitatos in terminis confeſſionis emanatæ ad poſitiones probat, & veriſſimam opinionem profitetur Alphonſ. Olea *tract. de Ceſſ. iur. titul.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 41. Sanfelic. *decif.* 169. vbi quod ideò cedens tenetur reſpondere poſitionibus conuenti.

Neque obſtat, quod DD. allegati loquantur, & ego intellexerint de ceſſione facta ad commodum cedentis, & non ceſſionarij, quia vltra quod Olea *loc. citat.* & alij licet obſcurè loquuntur etiam in ceſſionem ad commodum ceſſionarij, vel indiſtinctè, quando confeſſio fuit neceſſaria, iudicialis, veriſimilis, & iurata prout in noſtro caſu. Si vera eſſet diſtinctio (ſicuti veriorem credimus) interceſſionem factam ad commodum cedentis, & factam ad commodum ceſſionarij, ad effectum vt confeſſio præiudicet, vel non ceſſionario, adhuc veritas firmatorum remanet inconcuſſa pro parte noſtra, quia verè ſumus in ceſſione facta ad commodum cedentis, & non ceſſionarij, in quibus terminis ſcribens ex aduerſo dat manus victas.

Ad cognoſcendum enim an cedentis, vel ceſſionarij commodum reſpiciat ceſſio, debet attendi cuius periculo ſit facta, nam ſi ſit facta periculo cedentis, vt quia ceſſionarius, ſi debitum ceſſum conſequi non valeat, regreſſum habeat contra ipſum cedentem, vt in caſu noſtro, tunc abſque dubio ceſſio dicitur facta ad commodum cedentis, & ad commodum ceſſionarij ſi eſſet facta periculo ipſius ceſſionarij, & cedens plenè remanſiſſet liberatus, & non teneretur de manutentione crediti ceſſi, quod non fuit conuentum in noſtro caſu, ſed contrarium vt ſuprà, ac ideò ceſſio iſta remanet ad commodum cedentis, cùm eius ſit commodum, cuius eſt incommodum, iuxta *leg. ſecundum naturam*, *ff. de reg. iur.* Sforz. Odd. *in l.* 3. *quæſt.* 2. *verſ. ad quartum*, *Cod. de nouat.* & ita poſt plura vno verbo concludendum dicit Olea *dict. tractat. tit.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 10. & ſupponunt alij ſupra per me citati, quicquid nonnulli diuerſimodè,

&

& confusè loquentes aliter sentire videantur, quibus satisfacit Olea *loc. citat.*

Stante autem cessione ad commodum cedentis, simplicem scientiam non sufficere, sed formalem, de qua in *d. l.* 3. *C. de nouat.* esse necessariam, vt debitor soluens cedenti, vel aliter cum eo paciscens post cessionem non liberetur, etiam per simplicem confessionem notat Neguſ. *de pign.* 2. *membr.* 3. *numer.* 27. Vrsil. ad Afflict. *decis.* 335. *numer.* 18. & de veriori, & receptiori opinione plures allegans testatur idem Olea *dict. titul.* 8. *quæst.* 2. *numer.* 17. 18. *&* 24. vbi quòd cedens non solùm potest agere, vel exigere à debitore cesso in præiudicium cessionarij, sed etiam transigere, confiteri, pacisci, vel liberare post cessionem, ita vt tale pactum, confessio, vel liberatio noceat cessionario, qui solùm habet regressum contra cedentem ipsum.

Si igitur sumus in casu, quo confessio cedentis plenè probat contra cessionarium, maximè quia iurata est, & geminata per plures actus, nempè per dictam scripturam facti præcedentis declaratoriam, per positiones, & per litteras, iunctis alijs adminiculis, & verisimilitudinibus supra enunciatis, quæ tanquam naturales non possunt per fictiones tolli, iam manifestè constat de veritate solutionis pretij dicti census, & illius extinctione in manibus D. Siluestri cedentis ante cessionem factam, licet potuisset fieri etiam post cessionem, non interueniente aliquo ex requisitis *d. l.* 3. *Cod. de nouat.* vt dictum est, & in fortioribus terminis decidit Cenc. *de Cens. quæst.* 109. *nu.* 33. vbi iuncto *num.* 32. *&* 31. loquitur etiam si extinguens, vel retrouendens censum non esset amplius illius dominus ob cessionem, vel venditionem alteri factam in amplissima forma, & cum clausulis abdicatiuis omnium actionum, vel reddentibus illa inefficaces apud primum emptorem, nam licet essent inefficaces quoad eum, & sic quoad dominum census, tam debitor hoc casu ob actionem, & libertatem, quàm habet redimendi, & extinguendi censum quandocumque ad libitum suum non habita solemni, perfecta, & plena scientia cum omnibus suis qualitatibus per vnum ex requisitis *dict. l.* 3. *Cod. de nouat.* cessionis, vel venditionis census alteri factæ, potest se liberare soluendo, vel aliter paciscendo cum suo primo creditore, cui primo loco venditus fuerat census, & valida est redemptio, & extinctio illius tanquam facta ab eo, cui census venditus fuerat, licet tempore reuenditionis non esset amplius illius dominus, per text. *in l. filius*, *Cod. de pact.* vbi DD. Surd. *decis.* 60. *num.* 8. *& cons.* 43. *num.* 2. *lib.* 1. Rot. post eumdem Cenc. *de Cens. decis.* 292. *num.* 6. *& seqq. decis.* 266. *in princip. & decis.* 513. *in fine*, Olea *de Cess. iur. tit.* 1. *quæst.* 1. *num.* 45.

Et si obiectum de inefficacia actionum penes Dominum Siluestrum tempore extinctionis census, & contrarietas mihi imputata (ex his, quæ alias scripsi in *resolut. cap.* 8. *numer.* 32. & iterùm approbo in suis terminis) ex confusione, & ignorantia terminorum, omninò prosternitur.

Primò, quia vel sit speciale in censu, vt possit extingui ab eo, cum quo debitor primo contraxit, licet non esset amplius illius dominus ex prædictis.

Secundò, quia vel non docetur nos versari in casibus, quibus actiones penes cedentem remanserint inefficaces, & regula stat in contrarium.

Tertiò, quia cùm vt dixi constet de solutione, & extinctione dicti census ante cessionem factam D. Guerrino, tantum abest, vt tunc temporis non potuerit D. Siluester extinguere censum, cùm verè esset illius dominus, & possessor, vt potiùs retorqueatur contra eundem Dominum Guerrinum, cui non potuit iustè vendere, vel cedere iura census iam redenti, & extincti, ad Oleam *de cess. iur. titul.* 6. *quæst.* 8. *num.* 4. *&c.* & per compensationem, quæ ad impediendum cursum vsurarum facta fuit ipso iure, etiam in præiudicium creditorum anteriorum, & tantò magis futuri cessionarij ad Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 183. *decis.* 409. *num.* 19. *seqq.* & post Merlin. *de pign. decis.* 107. *num.* 10.

Et compensatio, quæ poterat opponi contra cedentem, obstat etiam cessionario cum declarationibus, de quibus Gratian. *discept. for. cap.* 356. Thesaur. *dec.* 221. Salgad. *Labyrint. credit. par.* 3. *cap.* 6. *nu.* 20. *& seqq.* Olea *de cess. iur. tit.* 9. *quæst.* 11. *num.* 22. *& seqq.*

Nec dubitari potest de dicta solutione pecuniæ facta à Domino de Baldis dicto D. Siluestro, quia (vltra prædicta) de illa constat etiam per partitas librorum legalium dicti D. de Baldis, qui quidem libri, maximè quando mortuus est scriptor, & concurrentibus alijs adminiculis plenè probant solutionem etiam ad fauorem scribentis, & eius hæredum, Magon. *decis. Flor.* 95. *numer.* 14. Maur. *de solut. cap.* 4. *num.* 36. Mart. Medic. *decis. Senen.* 88. *per tot. & Exam.* 53. *num.* 63. latè Rot. *par.* 10. *recent. decis.* 225. *per tot.*

Et ideò D. Guerrinus iniustè vexaret hæreditatem D. de Baldis, vt parcat D. Siluestro suo nepoti, cum quo collusisse dubitari posset ex præfatis. Saluo, &c.

Marcus Antonius Sabellus I.V.D.

Prædictis allegationibus visis, & consideratis per præfatum D. Guerrinum de Donis, illis summa prudentia, & integritate acquieuit.

§. CONFINES, ET CONFINATVS. XXXVI.

COnfines agrorum qualiter, & quomodo probentur, 1
& actio præscribatur, latè Sperel. *decis.* 178. *per tot.* Cardin. Tusch. *litt. C. concl.* 963. *cum pluribus seqq.* vbi multa in materia confinium, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 183. 184. *&* 185. *volum.* 2. Rioc. *Collect.* 3410. 3411. *&* 3763. Arismin. Tepat. *var. sent. titul.* 553. *per tot.* Bertachin. *in repertor. verb. Confines*, Hieronymus de Monte *tractat. de finibus reg. per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 229. *numer.* 10. *& seqq. decis.* 232. *decis.* 387. & plenius *decis.* 520. *per tot.*

Quando fouea possit deseruire pro confine, & cuius esse præsumatur, vel an communis, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 462. *& decis.* 477. *&c. part.* 14. *decis.* 520. *num.* 75.

Qualiter confines separent, & distinguant rem confinatam, non sint idem cum re confinata, noui debeant concordare cum antiquis, & alia, Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 236. *&* 286. *& par.* 14. *decis.* 229.

De probatione confinium per instrumenta, vel alias scripturas, per testes, famam, præsumptiones, indicia, libros antiquos, priuilegia, lapides, custodiam, clausuram, vias, & huiusmodi, plenè Mascard. *de probat. conclus.* 393. *& seqq. ad* 404. Thomar. *decis.* 131. *nu.* 1. *& seqq.* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de contract. emphyt. quæst.* 26. *nu.* 21. *& seqq.* Hieronym. de Monte *tract. de finibus regund. per tot.* Rot. *loc. sup. cit.*

Qualiter, & quibus spatijs dimissis, possit plantari, vel ædificari propè domum, vel fundum vicini, dixi in §. *Lex fin. ff. fin. regund.*

Plura quomodo probentur confinès, & termini, & quibus pœnis afficiantur illorum motores, turbatores, & amotores, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 393. Bonifac. *de furt.* §. 9. *num.* 62. *& seqq. ad* 92. Oinot. *in* §. *Quadam actiones Institut. de act. fol.* 448. Farinac. *quæst.* 168. *part.* 5. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 347. *& seqq. ad* 361. *fol.* 289. Tusch. *litt. C. concl.* 700. *per tot. cum aliquibus antecedentibus, & seqq.* Christin. *loc. sup. cit.* Coccin. *decis.* 460. vbi qualiter probentur Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 553. *per tot.* Caldas Pereyra *de empt. & vendit. cap.* 21. *per tot.* Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 14. *per tot. & rubr.* 42. *&* 43. *per tot.*

Quid contra terminorum motores disponat Statutum Florentinum *lib.* 3. *Rub.* 169. dixi *in Pract.* §. *Confini*, *nu.* 14. *fol.* 102.

Confinatus dicitur, qui per sententiam Principis, vel 2
iudicis fuit in loco certo condemnatus, si rumpat qua pœna puniatur, & an possit impunè offendi, Tusch. *litt. C. concl.* 690. *cum duabus seqq. & litt. B. concl.* 18. vide *in* §. *Banniti num.* 27. *&* §. *Exilium*, Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 5. vbi plura de relegatis, & deportatis, Bertachin. *in Repert. ver. Confinati*, Nouar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 202. Franch. *decis.* 740.

De confinato, vel relegato fugiente à loco confinij, vel relegationis, qua pœna sit puniendus, Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 3. §. 2. *ad* 6. *num.* 69. *& seqq.* vbi quatuor distinguit casus, nempè si tempus sit minus quinquen-

quennio duplicatur; si plus quinquennio, vel minus decennio pariter duplicatur, licet alij teneant condemnandum in perpetuum; si sit per decennium efficitur perpetuum, si sit in perpetuum, aliqui tenent non obseruantem esse condemnandum in pœnam mortis, alij mitiùs in pœnam triremium, nisi aliter sit expressum in comminatione.

An Confinati ad vitam in triremibus siue sæculares sint, siue Religiosi possint tuta conscientia fugere, & animum fugiendi habere quotiescumque potuerint, ita vt hanc voluntatem retinentes possint à Confessario absolui, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 2. *tract.* 17. *resol.* 39. vbi ipse affirmatiuam sequitur.

An teneantur remigare, vide in §. *Condemnatus*, *numer.* 10.

An condemnati ad pœnas exilij, carceris, & huiusmodi teneantur illas subire, & exequi, idem Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resol.* 79.

3 Confinatus non in certo loco determinato, sed extra aliquem locum indeterminatè, veluti extra patriam suam (quæ condemnatio posset magis propriè exilium nuncupari,) & prout sæpè in delictis leuibus seruari solet in statibus Etruriæ, condemnando in confinium extra Capitanatum, vel Commissariatum, vel Podesteriam suæ habitationis per aliquod tempus, non arctatur huiusmodi confinium in alio loco eidem Principi subdito seruare, sed potest illi satisfacere etiam extra statum Principis condemnantis, & sic in alienis statibus, dummodò posteà legitimè doceat de obseruantia per debitas resignationes cùm sufficiat abesse à loco, à quo iussus fuit exulare, & interpretatio sit facienda in fauorem rei, vt ipse in huiusmodi casibus possit eligere locum, quicquid secus sit quando est confinatus in certo loco, quia tunc tenetur ibidem seruare, nec sibi suffragatur etiam si per longiùs tempus abesset à patria, quamuis etiam in primo casu quandoque fuerit seruatum, confinium extra statum non prodesse condemnato, vt suprà, sed erroneè, vt mihi nunc videtur per prædictas rationes, quæ possent etiam iuribus comprobari, & ita in facti contingentia fuit decisum per Magistratum DD. Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, & approbatum à Serenissimo Magno Duce sub die 4. Septembris 1670. in quadam causa ad participandum transmissa per Curiam Castiglionis de Terziero contra Sanctinum Iulij de Baldassinis, vt constat in filcia Negotiorum dicti Magistratus *numer.* 4341. facit quod dixi in §. *Exilium*, *num.* 4. Bertachin. *in Repert. verb. Confinati*.

An sit onus condemnati probare obseruantiam, vel fisci probare inobseruantiam, dixi in §. *Negatiua*, *numer.* 6.

4 Confinatus, vel relegatus ad quinquennium, vel aliud tempus, illo finito potest liberè redire ad Ciuitatem absque licentia superioris, quia vltima dies ipsa licentiat, Bald. *in proœm.* §. *hæc autem tria*, Cremens. *sing.* 48. Bald. *cons.* 34. *vol.* 1. Foller. *in Pract. crim. cap.* 33. *numer.* 102. Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 46. *& seqq.* Corbul. *de emphyt. tit. de caus. priuat. ob temp. finit. num.* 7. *&* 8. Bertachin. *in Repert. verb. Confinati*, vbi alia plura de confinatis habentur.

Quòd Confinati, adimpleto tempore confinij debeant procurare cancellationem fuit iterùm resolutum per eumdem Magistratum DD. Octo sub die 4. Februarij 1677. in causa contra Ioannem Zerbonum, vt in negocio approbato à S. C. S. in filcia *sub num.* 228.

Solent tamen, & debent confinati, etiam adimpleto, & finito tempore confinij, se præsentare iudici, qui condemnauit, vel alijs Ministris secundùm consuetudinem locorum, ad ostendendum de obseruantia, & obtinere decretum cancellationis cum solutione solitæ mercedis, ne possint amplius sub prætextu inobseruantiæ ab executoribus molestari, & ita passim vidi seruari Florentiæ, & in specie omnia, vt supra sub hoc numero contenta, me proponente resoluit Magistratus Dominorum Octo Balliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ de Mense Nouembris 1672. in causa Io. Petri Pientini de Prato veteri.

5 Confinatus, vel exulatus excusatur ob inobseruantia confinij, vel exilij, si recesserit, vt ægrotantes parentes, vel consanguineos visitaret, vel etiam affines, vel persequendo seruum fugientem, vel ex alia huiusmodi iusta causa, etiam leui, & amoris gratia, cùm etiam iniusta causa excuset à contemptu, *l. qui cum vno testiculo*, *ff. de re milit. glos. in l.* 1. §. *fin. in fine*, *ff. qui satisd. cog.* Felin. *in c. cum quidam extra de iureiur.* Giurb. *cons.* 47. Sanfelic. *decis.* 255. vbi sic iudicatum refert, limitando tamen in milite, qui ex dictis causis deserendo militiam non excusatur ad Crispol. *cas. milit.* 9. *num.* 19. quæ benè sunt notanda pro defensione inquisitorum de inobseruantia Confinij, vel exilij, qui plures in dies sunt, licèt non ita de facili obtinere existimem ob omnes prædictas causas, nisi fuerint benè probatæ penes iudicem propitium; & rursus prædictas excusationes approbat idem Sanfelic. *decis.* 343. cum Addit. pluribus similibus adductis, & Addit. ad eumdem Sanfelic. *decis.* 385.

Quod confinatus excusetur, etiam si causa voti persoluendi discedat à loco confinij, vel etiam à carcere, Hippol. *singul.* 149. Tepat. *var. sentent. titul.* 33. *cap.* 1. *vers. vota*, sequitur alias etiam excusationes adducens Conciol. *resolut. crimin. verb. Confinatus*, *resolut. vnic.* Nouar. *de grauam. Vassal. grauam.* 73. *&* 74. Zuff. *de legit. process. in Annot. ad Constit. Barber. numer.* 137. *& seqq. fol.* 394.

An autem exulatus dicatur frangere exilium manendo in Ecclesia, vel alio loco immuni patriæ, à qua fuit exulatus, vide in §. *Exilium*, *num.* 4.

Vel transeundo per locum prohibitum non animo permanendi, Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 113. *num.* 4. vide §. *Exilium*, *num.* 7.

Confinatus, vel relegatus, si efficiatur Clericus, & di- 6
scedat à loco confinij, non potest pro hoc nouo delicto fracturæ confinij puniri à primo iudice laico, qui illum condemnauit, sed à secundo suo iudice competente, cùm agatur de nouo delicto, & noua conditione personæ, Franch. *decis.* 395. & alibi, vt dixi in §. *Delinquens*, *num.* 4. *in fine*, Cabal. *cas.* 108. Nouar. *in Pragm. Neap. Collect.* 202. *num.* 5.

Confinatus si ob inobseruantiam fuerit in aliam pœnam 7
sibi comminatam (vt fieri solet) damnatus, vel declaratus incursus, & gratiam obtinuerit de ista noua pœna inobseruantiæ, non indiget pace, neque remissione partis offensæ ex primo delicto, pro quo fuit confinatus, cùm ex dicta inobseruantia nullus priuatus sit offensus, & pro primo delicto suam habeat pœnam, vt pluries decisum refert Sanfelic. *decis.* 320. quod est notandum cùm sæpè contingat, & pluries fuerit dubitatum, ac diuersimodè obseruatum, Zuff. *in Annot. ad Constit. Barber. num.* 136. *fol.* 394. *post dict. tract. de legit. process.*

De confinibus agrorum, ac de confinatis, & relega- 8
tis, Com. August. Fontan. *in Bibliothec. legal. part.* 4. *verb. Confin. fol.* 309. vbi indicat Auctores materiam tractantes, & in *verb. fines*, *fol.* 594. & Casteion. *alphabet. iurid. verb. fines*.

Quibus priuilegijs gaudeant habitantes in confinibus 9
inimicorum, Solorzan. *lib.* 12. *Politic. cap.* 20. relatus à Casteion. *in verb. Confine*.

§. CONFISCATIO. XXXVII.

CONfiscatio bonorum est de regalibus Principis supre- 1
mi, & ideò non habens regalia, merum, & mixtum imperium non potest confiscare, & propriè dicitur quando dominium de vno ad alium transfertur, ac est de fructibus iurisdictionis; alia dicitur vniuersalis, quæ fit à iure communi, & extenditur ad omnia bona vbique sita, etiam extra territorium confiscantis, alia particularis, quæ fit vigore alicuius legis, statuti, vel consuetudinis particularis loci, & ista non extenditur ad bona alibi sita, alia singularis, vt quando aliquid particulare cadit in commissum, & fisco applicatur, Federic. de Sen. *cons.* 137. Rolan. *cons.* 78. *lib.* 2. Ricc. *Collect.* 140. *&* 572. Boer. *decis.* 264. Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 301. *per tot.* Guaz. *de confiscat. bon. concl.* 21. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 348. cum Addit. Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 712. *per tot. cum pluribus seqq.* vbi plura in materia confiscationis bonorum, & plenè Paul. Christin. *decis. Belgic.* 400. *num.* 16. *seqq. per tot. vol.* 1. *& decis.* 207. *vol.* 4. *& decis.* 1. *per tot. vol.* 5. *& decis.* 220. *vol.* 5. *num.* 32. *&c.*

Quid sit confiscatio bonorum, fiscus, quotuplex, quare inuenta, quid bonorum annotatio, vel descriptio,

ptio, publicatio, incorporatio, quomodo fiat, quæ comprehendat, quando locum habeat, vel non, & alia plura de hac materia Guaz. *in tractat. de confisc. bonor.* Maffin. *eodem tract. per tot.* videndi cum alijs per eos citatis, latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 22. *cum pluribus seqq.* vbi benè totam confiscationis bonorum materiam declarat.

Plura de confiscatione bonorum in crimine læsæ Maiestatis humanæ, & diuinæ, vt tanquam prouueniens à iure communi comprehendat omnia vbique existentia, & quilibet fiscus, vel Princeps capiat bona in suo territorio existentia, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 536. vbi plenè examinatur, & comprobatur ista conclusio, & est votum decisiuum Illustrissimi D. Hieronymi Gastaldi summa doctrina repletum, dixi in §. *Bona*, *num.* 15.

Confiscatis bonis ex forma statuti, quæ veniant in confiscatione, vel non, vide Clar. & Baiard. §. *fin. quæst.* 78. *per tot.* Addit. ad Pract. Papp. *for. inquis. glos. vltim. verb. Reseruantur*, Arismin. Tepat. *var. sent. titul.* 301. *&* 302. *per tot.* vbi plura de hac materia Guaz. *loc. sup. cit.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 348.

An autem concesso alicui Castro cum mero, & mixto Imperio, censeatur concessum etiam ius confiscationis bonorum in casibus permissis, vide Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 1. *titul.* 2. *numer.* 72. *&c.* Guaz. *dict. tract. concl.* 12. *numer.* 24. & plenè Sanfelic. *decis.* 348. *cum Addit. per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 175. *volum.* 1. vbi refert contrarias opiniones, facit quod dixi in §. *Iurisdictio*, *numer.* 4.

Potest tamen Princeps fisco suo applicare pœnam confiscationis, etiam in præiudicium Vassalli omnimodam iurisdictionem habentis, quoties per suum edictum facit ex non delicto delictum, idem Christin. *decis.* 207. *numer.* 14. *volum.* 4. latè Merlin. *decis.* 125. vbi quòd pœnæ, & confiscationes prouenientes ex contrauentione Constitutionum Supremi Principis spectant ad fiscum dicti Principis supremi, & non ad fiscum Baronis, vel Principis inferioris, quamuis in eius territorio essent posita bona, Ricc. *Collect.* 40. Guaz. *de confisc. bon. concl.* 21. *per tot.*

Quando autem lex non comprehendat Barones, & alios non immediatè, sed mediatè subiectos, Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 340. *nu.* 10. *& seqq.*

2 Confiscatio bonorum delinquentis laici condemnati à suo iudice, non comprehendit iuspatronatus Ecclesiasticum, cùm sit quid spirituale, & non possit per iudicem sæcularem publicari, sed reuertitur liberum in Episcopi potestate, adeò quod Ecclesia, quæ erat patronata, erit libera sub Episcopo, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 40. *per tot.* vbi tamen asserit, quòd in aliquibus locis vidit obseruari, quod tale ius transeat ad fiscum, qui de illo disponit tam viuo, quàm mortuo delinquente, & puto loqui de Ciuitate Florentiæ vbi versabatur, super quo vide Declarationem Magistratus Dominorum Capitaneorum Partis Ciuitatis Florentię sub die 4. Martij 1517. prout extat memoria in libro Bannimentorum dicti Magistratus à c. 345. per quam declarationem in praxi seruari audiui, huiusmodi iura patronatuum liberè confiscari, ac dictum Magistratum esse in quasi possessione præsentandi ad illa, eiusque præsentationes semper effectum sortitas in Curijs Ecclesiasticis Dominij Florentini, adde Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 72. & in mea Pract. §. *Confiscatione*, *numer.* 5. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 71. *nu.* 26. *& seqq. volum.* 1. vbi optimè hanc conclusionem quinque modis declarat, & alios allegaui in §. *Iuspatronatus*, *numer.* 14. idem Christin. *decis.* 220. *numer.* 54. *& seqq. vol.* 5. Farinac. *quæst.* 25. *num.* 151. *& seqq.* Maffin. *de Confiscat. bon. quæst.* 37. Coccin. *decis.* 351. Guaz. *de confiscat. bon. concl.* 13. *limit.* 32. *per tot.* Viuian. *comm. opin.* 150. vbi quòd iuspatronatus non venit in confiscatione bonorum rebellis, sed transit in hæredes condemnati, qui præsentare possunt, vt poterat condemnatus ante condemnationem.

An, & quando in confiscatione bonorum veniat Iuspatronatus Ecclesiasticum, vel laicale, quid vtrumque sit, & alia plura de materia plenè multis citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 28. *per tot. ad numer.* 181.

3 Confiscatio bonorum an, & quando locum habeat in bonis illius, qui seipsum interfecit, vide Cabal. *resolut. crim. cas.* 137. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.* 284. *nu.* 26. *& seqq.* Peregr. *de iur. fisc. lib.* 4. *tit.* 4. dixi in §. *Bona*, *numer.* 14. & in Pract. §. *eod. numer.* 4. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 400. *num.* 32. *& seqq. & num.* 143. *& seqq. vol.* 1. *& decis.* 208. *per tot. vol.* 4. Arismin. Tepat. *var. sent. titul.* 302. *per tot.* Guaz. *de confisc. bon. concl.* 13. *limit.* 43. *per tot.* Farinac. *quæst.* 128. *per tot.*

Confiscatio an comprehendat bona sita extra territorium iudicis, vel Principis confiscantis, & an bona mobilia pariter extra territorium, vide in §. *Bona*, *num.* 15. *in Pract.* §. *eod. num.* 3. *&c.* Tusch. *litt. C. concl.* 720. *per tot.* Merlin. *decis.* 271. *& decis.* 703. Seraph. *decis.* 830. Guaz. *de confisc. bon. concl.* 13. *limit.* 16. *per tot.* plenè Rot. *par.* 14. *recent. decis.* 536. & est votum decisiuum Illustriss. D. Hieronymi Gastaldi in causa magna. 4

An comprehendat nomina debitorum, dixi in §. *Nomen num.* ... in Pract. *eod. num.* 3. *&c.* vide Guaz. *de confisc. bon. concl.* 13. *limit.* 30. *per tot.*

An census, & annuos redditus in §. *Census*, *num.* ... in Pract. §. *eod. num.* 7.

Quæ bona comprehendat, vel non, latè Tusch. *litt. C. conclus.* 719. *& seqq. per tot.* Paul. Christin. *decis.* 220. *vol.* 5. Clar. & Baiard. §. *fin. quæst.* 78. plenè Guaz. *de confisc. bon. concl.* 13. *per tot.* vbi ponit 93. ampliationes continentes casus, & bona, in quibus habet locum confiscatio, & 68. limitationes continentes casus, & bona, in quibus illa non procedit, Arias de Mesa *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 42. *per tot.* vbi quænam iura in confiscatione veniant, vel non, Torreblanc. *de Magia lib.* 3. *cap.* 11. *per tot.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 22. *cum multis seqq.*

An in confiscatione veniant iura futura conditionalia dependentia ex vltima voluntate, vel ex contractu, ita vt purificata conditione transeant in fiscum, benè explicat per plures distinctiones Portugal. *dict. cap.* 22. *num.* 43. *& seqq. ad* 62.

An veniat legitima confiscatis bonis filij in vita patris, an peculium profectitium, aduentitium, castrense, vel quasi, idem Portugal. *cap.* 23. *&* 24. *per tot.* & dixi in §. *Legitima*, *&* §. *Peculium*. An ius adeundi, vel hæreditas non adita, si filius delinquat post mortem patris ante aditam hæreditatem, & alia idem Portugal. *cap.* 25. *per tot.* An iura personalia veniant in confiscatione, idem Portugal. *cap.* 27. *per tot.*

Confiscatio bonorum à iudice non inflicta in sententia, non venit in consequentiam contra eum, qui simpliciter fuit damnatus, & in omnem casum non se extendit ad bona futura, Magon. *decis. Flor.* 99. *num.* 1. *&c.* Boer. *tractat. de sedit.* §. 7. *num.* 31. Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 23. Card. Tusch. *litt. C. concl.* 724. *numer.* 1. *& concl.* 714. *numer.* 36. vbi quòd virtute Statuti Florentini *lib.* 3. *Rub.* 125. & Reformationis sub die 24. Septembris 1450. imponitur pro homicidio, ac etiam omissa habetur pro expressa, & dixi in Practica §. *eodem num.* 6. *&c.* vbi plura de confiscatione bonorum, non tantùm de iure communi, sed etiam de iure municipali Status Florentini, & facit latè Paul. Christin. *decis. Belgic.* 400. *numer.* 44. *& seqq. vol.* 1. *& decis.* 220. *vol.* 5. Faiard. *allegat. fisc.* 47. *per tot.* vbi quòd sufficit sententia declaratoria facti, quando confiscatio est pro ipso iure imposita pro delicto, licèt non fuerit expressa in sententia, ac declarat, siue remouet DD. contrarium tenentes. 5

Quòd non comprehendat bona futura, neque iura conditionalia, neque ius adeundi, quod competebat condemnato tempore confiscationis, Paul. Christin. *decis.* 4. *per tot. volum.* 5. latè Guaz. *de confiscat. bon. concl.* 13. *limit.* 24. *& seqq.* vide in §. *Bannitus*, *num.* 20. *&* §. *Filius num.* 32. Christin. *decis.* 220. *num.* 46. *& seqq. vol.* 5. vide in §. *Fiscus*, *num.* 2.

Non etiam quæsita per transactionem occasione bonorum penes tertium existentium, Vrceol. *consult.* 100. *num.* 5. *vol.* 2.

Confiscatio bonorum de iure antiquo veniebat in consequentia vbicumque erat imposita pœna mortis, hodie autem est sublata, & de iure communi non habet locum nisi in duobus casibus, nempè in causa hæresis, & læsæ Maiestatis, iuxta *Auth. bona damnatorum*, *C. de bon. proscript.* & ideò exceptis dictis casibus non est imponenda, nisi aliter sit prouisum per statuta, vel leges municipales, siue consuetudinem locorum, Clar. & Baiard. §. *final.* 6

quæst.

quæst. 78. in princip. Roland. cons. 97. numer. 2. lib. 2. Cepol. cons. crim. 17. latè Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. titul. 1. per tot. Guaz. def. 8. cap. 1. & latius in tract. de confiscat. bon. concl. 13. per tot. Mart. de success. legal. part. 1. quæst. 8. artic. 3. vbi quòd bona reseruantur proximioribus non vti hæredibus delinquentis, sed ex beneficio legis, Viuian. comm. opin. 149. vbi etiam quòd non confiscantur ipso iure, sed per sententiam, & quatenus vigore legum municipalium, ipso iure deuoluerentur, opus tamen esset declaratoria facti, Tusch. litt. C. concl. 713. & 714. per tot. vbi etiam an dict. Auth. bona damnatorum, corrigat ius commune in casibus tantùm, in quibus confiscatio veniebat in consequentiam mortis, & non quando in specie erat principaliter inducta in aliquo casu, & qui sint isti casus in quibus à iure communi inducebatur confiscatio, & videtur concludere, quod hodie non habeat locum nisi in dictis duobus casibus exceptis per dict. Authen. bona damnatorum, nisi aliter sit prouisum per statuta, & leges municipales, vt dixi, & vide plenè Paul. Christin. decis. Belgic. 400. per tot. vol. 1. & decis. 207. num. 17. vol. 4. vbi quod corrigit tantùm in casibus, in quibus veniebat in consequentiam, & non in alijs, & allegat Boer. decision. 264. num. 15. Boss. de bon. pub. num. 1. &c. Cephal. cons. 70. num. 4. lib. 2. sed idem Christin. decis. 220. num. 7. & seqq. vol. 5. ait quod quicquid sit de iure, bona non confiscantur, nisi in dictis casibus exceptis allegans Clar. §. final. quæst. 78. num. 1. Farinac. quæst. 25. num. 10. & alios, Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 22. num. 14. & seqq. vbi plura Hermosill. ad leg. Partit. tom. 1. glos. 1. & 2. leg. 2. tit. 4. fol. 278. & glos. 3. 4. 5. 6. & 7. vbi plura de hac materia, & nouissimè Raynald. Syntax. rer. crimin. Proœm. §. 12. num. 9. & seqq. vbi pluribus citatis, quod in Ciuitate Bononiæ de consuetudine ex pluribus Bullis Pontificijs confirmata, non est locus confiscationi bonorum, licèt fuerit in sententijs apposita, nec contra contumaces exiguntur pœnæ pecuniariæ, & quod idem quoad pœnas pecuniarias practicatur in toto statu Ecclesiastico excepto Tribunali Auditoris Cameræ, & alia ad rem. Sed quoad bona confiscanda, vel illa sequestrari ad effectum, de quo ibidem, vel habitis delinquentibus capitaliter damnatis pro mortuis, & sic de medio sublatis, deferre alijs ab intestato succedentibus, iuxta Authen. Bona ad damnatorum, C. de bon. proscript. cum alijs quæstionibus inde emergentibus, de quibus, & ego dixi in locis earum opportunis. Bononiæ tamen pro crimine læsæ Maiestatis, vel rebellionis procederet etiam confiscatio bonorum, cùm dicta consuetudo non sit introducta pro isto crimine, pro quo ideò remanet viua, & incorrecta dispositio iuris communis cum toto suo rigore, Vermigliol. cons. crim. 1. per tot. & notat Raynald. d. tract. cap. 2. §. 1. nu. 33. & seqq. fol. 173.

Quòd si Laici in delictis mixti fori, vel Ecclesiasticis condemnentur in Tribunali Episcopali ad pœnam confiscationis omnium, vel quotæ bonorum, debeant bona applicari fisco sæculari, quia attenditur persona delinquentis, quicquid sit de alijs pœnis pecuniarijs, quæ applicantur fisco Episcopali erogandæ tamen in opera pia, & non in Episcopi vtilitatem, nisi esset valdè pauper, Peregr. de iure fisc. lib. 1. tit. 2. nu. 107. & seqq. Mastrill. de confisc. qu. 2. nu. 19. & seqq. Baiard. ad Clar. §. fin. q. 80. nu. 1. Barbos. de Episcop. allegat. 107. nu. 18. & seqq. Conciol. resolut. crim. verb. Confiscatio, resol. 2. & in verb. Episcopus, resol. 1. nu. 9. & seqq. vide in §. Episcopus, nu. 40. & 56.

Quibus autem debeantur dicta bona, Ricc. Collect. 572.

An autem Principes sæculares habeant ius aliquod circa bona hæreticorum confiscata, vide Dian. part. 11. tract. 3. resolut. 2. per tot. fol. mihi 194. Guaz. de confiscat. bon. concl. 21. num. 11. & seqq. ex quorum, & aliorum ab ipsis relatorum dictis apprimè constat de bono iure Principum sæcularium, in huiusmodi bonis hæreticorum confiscatis.

Confiscatio bonorum vxoris, & dotis non fit pro delicto mariti etiam in crimine læsæ maiestatis, l. quisquis, §. vxores, C. ad l. Iul. Maiest. Gig. de crim. les. Maiest. lib. 3. quæst. 18. & 19. Paul. Christin. decis. 196. num. 20. volum. 4. latè Guaz. de confiscat. bon. concl. 13. limit. 35. & seqq. ad 38. pro delicto verò vxoris fit etiam constante matrimonio in quinque casibus, de quibus in l. quinque legibus, ff. de bon. damnat. Clar. §. fin. quæst. 78. numer. 15. Tusch. litt. C. concl. 723. vide in §. Dos, & §. Fiscus, sed d. l. est correcta per d. Auth. bona damnatorum iuxta superius adnotata, Conciol. resolut. crim. verb. Confiscatio, resol. 4. & seqq.

Conclusionem ibi indicatam, latè explicat Portugal. de donat. Reg. lib. 3. cap. 26. per tot.

Ad quæ onera teneatur fiscus confiscatis bonis, Tusch. litt. C. concl. 727. per tot. vide in §. Fiscus, num. 2. &c. Guaz. de confiscat. bon. concl. 20. per tot. vbi qualiter fiscus succedat in bonis delinquentis, & ad quæ teneatur, idem Guaz. dict. tractat. concl. 23. per tot. vbi qualiter teneatur creditoribus delinquentis.

8 Confiscatio, an comprehendat bona fideicommisso subiecta, vel alias prohibita alienari, latè Paul. Christin. decis. Belgic. 301. per tot. vol. 1. & alios allegaui in §. Fideicommissum, numer. 19. idem Christin. decis. 220. num. 37. &c. vol. 5. Gabriel. comm. concl. lib. 7. tit. de malef. concl. 24. per tot. Seraph. decis. 998. num. 8. Fusar. de substit. quæst. 529. per tot. Guaz. de confisc. bon. concl. 13. limit. 17. per tot. & limit. 26. per tot. Fontanel. decis. 474. & 475. Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rub. 76. numer. 103. & seqq. vbi plures allegat Conciol. resolut. crim. verb. Confiscatio, resolut. 4. & seqq.

An comprehendat feuda, vide in §. Feudum, numer. 11. Guaz. loc. cit. limit. 34. per tot. Christin. d. decis. 220. nu. 39. & seqq. vol. 5.

An maioratus, Guaz. de confiscat. bon. concl. 13. limit. 31. per tot.

An emphyteusim, vide in §. Bona, numer. 5. & §. Emphyteusis, num. 5. & 61. Guaz. loc. cit. limit. 33. per tot. & concl. 27. nu. 67. & seqq.

An Iuspatronatum supra num. 2. & in §. Iuspatronatus, num. 4. Guaz. loc. cit. limit. 33. per tot.

An vsumfructum, vide in §. Vsusfructus, nu. 13.

An peculium cuiuscumque generis, vide in §. Peculium, num. 10.

An legitimam filijs delinquentis debitam, Guaz. de confiscat. bon. concl. 13. limit. 19. & 23. per tot. dixi in §. Legitima, num. 27. vbi plura.

An alimenta dixi in §. Alimenta, num. 11.

9 Confiscatio, siue ius confiscandi an, & quanto tempore tollatur per præscriptione, ita vt amplius non possint per fiscum prætendi bona confiscata, Farinac. quæst. 25. numer. 158. & seqq. Paul. Christin. decis. 220. numer. 60. & seqq. volum. 5. vbi adducunt varias opiniones, & distinctiones, vide in §. Fiscus, numer. 4. & 22. vbi etiam an detur restitutio in integrum, Guaz. de confiscat. bon. concl. 19. per tot.

10 Confiscatio pro gabella fraudata an comprehendat tantùm merces delatas, vel etiam vasa, plaustra, & animalia super quibus deferuntur, & quid si reperiantur in via, & sic nondum consummato delicto; vide Boer. decis. 178. per tot. dixi in §. Gabella num. 25. §. Bannum nu. 6. Guaz. de confiscat. bon. concl. 13. ampliat. 81. per tot. Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 28. &c.

11 Confiscatio qualiter procedat in crimine læsæ Maiestatis, ita vt filij priuentur totali successione etiam respectu legitimæ, vide plures, quos allegaui in §. Filiatio, num. 38. Michalor. de fratr. part. 3. cap. 17. per tot. Merlin. de legit. lib. 3. titul. 2. quæst. 30. per tot. plenè Rot. part. 14. recent. decis. 536.

12 Confiscatis bonis patris, quæ portio sit filijs seruanda, Michalor. de fratr. part. 3. cap. 17. per tot. vide in §. Legitima, numer. 17. vbi plura, & plures allegaui Merlin. de legit. lib. 3. titul. 1. quæst. 28. & seqq. Conciol. verb. Confiscatio, resol. 1. vbi quòd confiscationis pœna non potest imponi, quando receditur à pœna ordinaria delicti, & imponitur pœna extraordinaria, quia in arbitrarijs non intrat pœna confiscationis, Rot. part. 10. recent. dec. 82. numer. 39.

13 Confiscatio an comprehendat bona donata ante commissum delictum, siue causa mortis, siue inter viuos, Guaz. de confiscat. bon. concl. 13. limit. 38. & seqq. dixi in §. Donatio, numer. 12.

14 Confiscatio bonorum fit ipso iure quando lex, vel statutum vtitur verbis id denotantibus in præteritum, & tunc non requiritur sententia condemnatoria, sed tantùm facti declaratoria, potest exigi contra hæredes, & alia plura de effectibus confiscationis impositæ ipso iure, Guaz. de confiscat. bon. concl. 14. 15. & 16. per tot. Viuian. comm. opin. 149.

Con-

15 Confiscatio bonorum, vel alia pœna pecuniaria regulariter extinguitur morte delinquentis, ante sententiam, nec transit, nec exigi potest contra hæredes tam in delictis publicis, quàm in priuatis, & idem est post sententiam pendente appellatione (vbi esset permissa appellatio) vel termino ad appellandum, quæ tamen regula limitatur in crimine læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, in incestuosis nuptijs, in criminibus repetundarum, peculatus, furti quo ad restitutionem, fraudante gabellæ, in interficiente se ipsum conscientia criminis, pro quo erat imposita confiscatio, item vbi pœna ipso iure, vel ipso facto incurritur, item vbi lis est contestata, vel pro contestata habita cum defuncto in delictis priuatis, vel conclusum in causa, vel si reus moriatur postquam in iudicio fuit confessus, vel conuictus, vel condemnatus, item in casibus in quibus potest memoria defuncti damnari, vel si aliquid ad hæredes peruenit ex delicto, item de iure canonico, nam in istis, & similibus casibus tenentur hæredes, qui tamen debet citari, vt se, & defunctum defendere valeant, quomodo tunc sit ferenda sententia, & alia ad declarationem prædictorum, latè Guaz. *de confiscat. bon. concl.* 18. *per tot.* Farinac. *quæst.* 10. *per tot.* Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 4. *titul.* 5. *per tot.* dixi *in* §. *Hæres*, *num.* 55. *&* §. *Mors*, *numer.* 3. vbi plura, & plures allegaui, latè Caldas Pereyra *tract. de delict. defunct. fol. mihi* 161. *&c.* vide *in* §. *Mors*, *num.* 3.

16 Confiscatio bonorum potest pluribus modis, & cautelis euitari, Caren. *de offic. S. Inquisit. part.* 2. *titul.* 1. §. 29. Mant. *Consultat.* 339. 340. *&* 341. *lib.* 4. sed omnium tutissima coram Deo, & hominibus est abstinere à delictis, verùm quia non omnibus ista felicitas contingit, subijciemus nonnullas alias labentibus frequentiores.

Prima itaque ad consulendum posteris est, vt bona supponantur fideicommisso, vel restitutioni, cum prohibitione cuiuscumque alienationis, & vt semper conseruentur in agnatione, & familia, alijsque vocatis, quo casu commisso delicto per aliquem ex vocatis non poterit fiscus bona inuadere, etiam durante vita delinquentis, sed spectabunt ad alios vocatos, *l. statuit*, §. *Cornelio*, *ff. de iur. fisc.* Farinac. *quæst.* 25. *numer.* 22. *& seqq.* Marzar. *de fideicomm. quæst.* 47. *par.* 2. Batard. ad Clar. *quæst.* 78. *nu.* 31. *& seqq.* Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *num.* 59. *&c.* Guaz. *de confiscat. bon. concl.* 13. *limit.* 17. *& concl.* 27. *num.* 2. *& seqq.* vide *in* §. *Bannitus*, *num.* 31. *&* §. *Fideicommissum*, *num.* 19.

Sed istam cautelam quoad vsumfructum durante vita naturali delinquentis esse sublatam in statu Ecclesiastico per Bullam Sixti V. testatur idem Guaz. *dict. concl.* 27. *numer.* 28. *&c.* in casibus tamen ibidem expressis, & non in alijs.

Secunda cautela est, vt testator expressè prohibeat alienationem, vel confiscationem bonorum in casu delicti, & alios substituat, vel nominatum hæredem priuet, seu exhæredet in caso alicuius delicti ab eo committendi, & alios nominet, nec potest prætendi factum in fraudem fisci, Farinac. *dict. quæst.* 25. *num.* 23. *& seqq.* Mastril. *decis.* 181. *per tot.* Peregrin. *d. lib.* 5. *nu.* 103. *& seqq.* Guaz. *d. concl.* 13. *limit.* 17. *num.* 22. *& concl.* 27. *num.* 7. *& seqq.* dixi *in* §. *Fideicommissum*, *num.* 19. vbi plures alios allegaui, & in §. *Donatio*, *num.* 41. *&* §. *Conditio*, *num.* 70. vbi contra, Cabed. *decis.* 96. *par.* 2.

Tertia cautela est, vt fiat donatio causa mortis, omnium bonorum vxori, vel filijs, nam & si posteà contingat bona ipsius donantis confiscari, fiscus excludetur per huiusmodi donationem, & poterit nihilominus donans bona sibi retinere reuocando donationem post sententiam, Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *numer.* 148. Boss. *de public. bon. numer.* 36. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 124. *numer.* 71. Carpan. *ad stat. Mediol. cap. omnium*, *numer.* 341. *& seqq.* dixi *in* §. *Donatio*, *numer.* 12. vbi limitaui nisi appareat facta in fraudem fisci, vel nisi memoria defuncti damnetur, vide Guaz. *de confiscat. bon. concl.* 13. *limit.* 36. *&* 38. *concl.* 27. *num.* 9. *& seqq. & concl.* 29. ex quibus colligitur hanc cautelam, & si facilem, non esse tutam.

Quarta cautela est, vt reus acquisitiones sibi delatas post delictum, ante sententiam, possit illas repudiare, nisi tamen confiscatio esset ipso iure imposita, vel administratio interdicta, Boss. *titul. de bon. public.* 29. *&c.* Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *numer.* 190. *&c.* Guaz. *de confiscat. bon. concl.* 27. *numer.* 19. *& seqq.* vbi damnat Farinac. *quæst.* 116. §. 2. *numer.* 56. aliter tenentem circa limitationem in casu læsæ Maiestatis, vide in §. *Debitor numer.* 8. *in fine.*

Quinta cautela ad excludendum fiscum, est vt pater, vel alius exhæredet bannitum, & instituat alios, illos rogando restituere totam hæreditatem, vel eius partem ipsi bannito quandocumque fuerit ad patriam, vel gratiam Principis restitutus, imò sub hac conditione potest etiam ipse bannitus directè institui, Duran. *de art. testan. titul. de his, qui non hab. test. fact. caut.* 10. *numer.* 13. *&c.* Batard. ad Clar. *quæst.* 78. *numer.* 111. *&c.* Farinac. *q.* 25. *num.* . . Guaz. *de confiscat. bon. concl.* 27. *num.* 22. *& seqq.* & ista est optima cautela, de qua dixi etiam in §. *Bannitus*, *num.* 19.

Alias similes cautelas ad euitandam confiscationem bonorum, & quomodo etiam in prædictis casibus possit Trebellianica, & legitima saluari à manibus Fiscalium, item de modo saluandi bona feudalia, emphyteutica, maioratus, & huiusmodi, tradit Guaz. *de confiscat. bon. dict. concl.* 27. *per tot.* vide *in* §. *Trebellianica*, *numer.* 26. §. *Legitima*, *num.* 27. *in fine*, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 32. *&* 33. Gratian. *discept. forens. cap.* 594. *& cap.* 983. Farinac. *quæst.* 25. *num.* 45. *&c.* cum alijs ab eis citatis.

Quomodo possint saluari etiam bona propria hæredis instituti, & grauati, Fusar. *de substitut. quæst.* 648. *per tot.* Rot. *par.* 5. *recent. decis.* 10. *num.* 1. *decis.* 89. *nu.* 2. *& par.* 13. *decis.* 310. *nu.* 21. dixi *in* §. *Bona*, *nu.* 19. *&* §. *Testator*, *nu.* 8. illa scilicet expressè supponendo fideicommisso, quod fieri potest, vt in locis citatis.

17 Confiscatio bonorum non intrat, nec potest per iudicem vigore cuiuscumque arbitrij imponi cessante dolo malo in delinquente, & sic vbi delinquens non potest puniri pœna ordinaria delicti, sed alia extraordinaria, nisi aliter sit à lege expressè dispositum, Bald. *in l. vn. nu.* 2. *C. ne sine iussu Princip.* Batard. ad Clar. *quæst.* 68. *num.* 125. Guaz. *de confisc. bon. concl.* 13. *limit.* 7. 8. *&* 9.

Quòd vbi delinquens ex defectu probationum, vel alia de causa condemnatur in pœnam extraordinariam, non sit locus confiscationi bonorum, quicquid dixerit Mastrill. *decis.* 271. *numer.* 28. ex pluribus probat Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 22. *numer.* 26. *& seqq.* & ita verè practicatur in Statu Florentino, adde Giorb. *cons.* 58. *nu.* 10. *& seqq.* Ruginel. *Pract. quæst.* 35. *num.* 6. Faiard. *alleg. fisc.* 46. *num.* 68. *& seqq.* & alios ab istis citatos.

18 Confiscatio bonorum licet pluribus cautelis iustis, & legitimis possit euitari, tamen vt patet ex prædictis, cùm debeant adhiberi ante delictum, non omnibus suppetunt, & ideò sæpiùs malitia delinquentium, & consulentium ad alias illicitas, & damnatas confugit, non solùm negando delicta per mendacium, etiam iuridicè, & cum iuramento interrogati, sed etiam falsis testibus, & scripturis se defendendo, quibus casibus dubitatur an saltem in foro conscientiæ, ille cuius bona ob crimen commissum iustè erant confiscanda teneatur ad restitutionem illorum fisco faciendam, & multi quidem affirmant, quia iniustè impedit pœnam fisco, vel alijs applicandam, & debitam per sententiam, ita vt etiam fiscus possit hoc casu vti occulta compensatione, eo quod reus ius suum iniustè impediuerit, & quia quicumque iniustè impediens vi, vel fraude, aut mendacijs rem etiam non debitam, veluti legatum, quod testator volebat alteri relinquere, tenetur ad restitutionem, Molin. *de iustit. & iur. tom.* 1. *tractat.* 2. *disput.* 95. *numer.* 36. Layman. *Theolog. moral. lib.* 3. *sect.* 5. *tractat.* 2. *cap.* 7. *numer.* 4. & alij relati per Dian. *resolut. moral. part.* 3. *tract.* 6. *resolut.* 33. 34. *&* 35.

Non desunt tamen (in casu confiscationis) alij plures, & quidem probabiliùs tenentes non obligari ad restitutionem in foro conscientiæ fisco faciendam, cùm pœna non debeatur ante sententiam saltem criminis declaratoriam, quicquid secus sit, quo ad damna parti, vel Principi illata, vt latè explicant videndi Azor. *Institut. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 8. *quæst.* 4. *& seqq. fol. mihi* 483. Tannet. 2. 2. *D. Thom. disputat.* 4. *quæst.* 7. *dub.* 2. *numer.* 76. Carbon. *de restitut. quæst.* 31 *concl.* 5. Dian. *loc. citat. resolut.* 55. *per tot.* vide *in* §. *Delinquens*, *numer.* 8. *&* 10. *&* §. *Negatiua*, *num.* 18. *&c.*

19 De confiſcatione bonorum notant plura remiſſiuè Ægid. Caſteion. *in alphabet. iurid. verb. Confiſcatio*, & Comit. Auguſt. Fontan. *in Bibliothec. legal. part. 4. eodem ver. fol.* 310. *&c.* Manſ. *Conſultat.* 339. 340. 341. 357. 360. *& ſeqq. lib.* 4.

20 Quòd confiſcatio bonorum Eccleſiarum ob delicta Clericorum non poſſit ab aliquo fieri ſub pœna excommunicationis ipſo facto, *Clem.* 2. *de heret.* Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccleſ. verb. Confiſcatio*, *fol.* 132.

An autem confiſcatis bonis omnibus Clerici veniant in confiſcatione penſiones, quas haberet Clericus delinquens, vel an extinguantur, & beneficia penſionata remaneant libera, latè hinc inde Tondut. *tract. de penſ. cap.* 35. *per tot.*

21 Confiſcatio qualiter procedat in Primogenituris Hiſpaniæ ex pacto, & comprehendat etiam bona ſita in alienis iuriſdictionibus, vbi agitur de crimine læſæ Maieſtatis, & alia ad rem, Io. Torre *in tractat. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part.* 1. *cap.* 31. *numer.* 7. *& part.* 2. *reſponſ. Boſcol.* 3. *numer.* 100. 112. *&* 113. Manſ. *Conſult.* 357. *lib.* 4.

An procedat in feudis, ita vt feuda cum cæteris bonis incorporentur fiſco, vel ad deſcendentes delinquentis, aut ad alios agnatos comprehenſos deuoluantur, Manſ. *Conſultat.* 367. *per tot. lib.* 4. dixi in §. *Feudum*, *numer.* 11.

§. CONFRATERNITAS. XXXVIII.

1 CONfraternitates laicorum auctoritate Epiſcopi erectæ dicuntur loca pia, & non poſſunt illorum bona alienare abſque beneplacito Apoſtolico, licet ſecus ſit ſi ſint merè laicales, & ſine auctoritate Epiſcopi erectæ, Sperel. *deciſ.* 155. *num.* 1. *& ſeqq.* vide *in* §. *Locus*, *numer.* 5. Tuſch. *litt. B. concluſ.* 32. *litt. E. concl.* 27. *&c. litt. F. concl.* 455. Maſtril. *deciſ.* 110. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 15. *vol.* 2. *& deciſ.* 81. *per tot. vol.* 3. Aloyſ. Ricc. *prax. var. reſolut. cap.* 372. *per tot.* Gabriel. *comm. concl. lib.* 6. *tit. de pia cauſa concl.* 1. *&* 2. *per tot.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. titul.* 30. *per tot.* plenè Ant. Nigr. *de ſubhaſtat. part.* 1. *cap.* 4. de huiuſmodi confraternitatibus, & Collegijs cauſa ſtudiorum erectis, an, & quando ſint loca pia, vel non, & quas ſolemnitates teneantur ſeruare in alienationibus, & præcipuè de ſubhaſtatione, Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.* 124. *num.* 5. *&c.* latè Ioſeph. de Rota *conſult.* 10. *per tot.*

Quòd Confraternitates Laicorum indiſtinctè ſubſint Iudicibus ſæcularibus quo ad omnia, plenè probat contrarijs reſpondendo Conſtantin. Caſar. *ſpecul. peregr. quæſt.* 18. *per tot.* Adde Viuian. in Addit. *ad deciſ.* 517. Gabriel. *conſult.* 162. *num.* 4. *& ſeqq. lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 481. *num.* 2. vbi plures allegat, quamuis poſtea *num.* 11. dicat contrarium eſſe verius, & ſequatur, vide in §. *Legatum*, *num.* 114.

De varijs pijs confraternitatibos, an ſint loca pia, quo iure regantur, an poſſint ſibi condere leges, & ſtatuta, qualiter obligent, & alia ad rem, Gibalin. *de iur. Canon. & Eccleſ. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 8. *per tot. fol. mihi* 253. *&c.*

In Statu Florentino multæ Confraternitates laicorum etiam ſi fuerint auctoritate Epiſcopi erectæ, vt audiui, & quamuis in eis adſint admixti aliqui Clerici, attento maiori laicorum numero, & præuentione habentur pro laicis, & reguntur per miniſtros laicos, nempè ſub directione Cancellariorum Communitatum, & Magiſtratus Dominorum Nouem Conſeruatorum Iuriſdictionis, & Dominij Florentini, tum circa gobernium, adminiſtrationem, & redditionem rationum, tum etiam circa alienationes, & alia, prout Inſtructione dicti Magiſtratus Florentiæ impreſſa de anno 1635. *num.* 125. & dixi in §. *adminiſtrator*, *num.* 19. vbi probaui hanc conſuetudinem legitimè præſcriptam eſſe ſeruandam, & alia ad rem, faciunt plura notata per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 41. *& ſeqq.*

Quis ſit iudex incompetens, an ſcilicet Eccleſiaſticus, vel ſæcularis in dirimendo controuerſias inter huiuſmodi confraternitates ortas in proceſſionibus, & ſimilibus, vide D. Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 613. vbi pro iudice laico, Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. par.* 2. *alleg.* 77. *num.* 42. vbi pro Eccleſiaſtico, Dian. *par.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 70. Sed in facti contingentia ſcio fuiſſe tantùm proceſſum per Curiam ſæcularem.

Quod confraternitates laicorum ſint Epiſcopo ſubiectæ, & gaudeant priuilegio fori, etiam ſi non fuerint erectæ auctoritate Epiſcopi, ſi in eis exerceantur opera pietatis, nec poſſit alienare ſine aſſenſu Apoſtolico, ac idem eſſe in hoſpitalibus, Dian. *part.* 4. *tractat.* 1. *reſolut.* 37. Nouar. *de elect. for. ſect.* 2. *quæſt.* 56. *numer.* 8. *& ſeqq. & quæſt.* 54. *per tot.* Ricc. *in prax. tom.* 3. *reſolut.* 142. Peregrin. *de Immunit. cap.* 4. *numer.* 64. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 71. *numer.* 38. Nouar. *in Prag. Regn. Neap. Collect.* 46. *numer.* 3. *&c.* vbi intelligit quando fuerunt auctoritate Epiſcopi erectæ iuxta magis communem, & ideò

Contrarium docent alij relati per Aponte *conſ.* 18. *lib.* 1. Viuian. *in addit. ad deciſ.* 517. *numer.* 40. Gabriel. *comm. concl. lib.* 6. *titul. de pia cauſa*, *concl.* 2. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 90. *num.* 5. 9. *&* 41. Maſtril. *deciſ.* 110. *per tot.* & dixi ſupra, *& in* §. *Locus*, *numer.* 5. §. *Immunitas*, *numer.* 10. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 248. *num.* 18. *& ſeqq.* vbi de Hoſpitali, quod reputatur laicale, ſi gubernetur à laicis, etiam ſi in eo opera pietatis exerceantur, dum non conſtat, quod fuerit auctoritate Epiſcopi erectum, & ob id non opus eſſe Beneplacito Apoſtolico in eius tranſactione.

Ex quibus autem dicatur conſtare huiuſmodi Confraternitates eſſe locum Eccleſiaſticum, nempè ex celebratione diuinorum, tumulatione cadauerum, & alijs pietatis officijs, cæteriſque ſignis Eccleſiaſticis, de quibus Felin. *in cap. de quarta*, *de præſcript.* Fuſcb. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 4. Maſtril. *deciſ.* 110. *numer.* 15. *&c. part.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 192. *numer.* 6. *&c.* vbi etiam quòd quando iſta ſunt notoria, non indigent probatione, *& part.* 10. *deciſ.* 89. *numer.* 6. *&c.* Nouar. *in Prag. Regn. Neap. Collect.* 46. *num.* 2. *&c.*

Quòd imò, vt Confraternitates dicantur locus pius, & exemptus à iuriſdictione laicali, non ſufficiat, vt exerceant opera pietatis, & habeant locum pro Miſſa celebranda, ſed oporteat, vt ſint etiam erectæ auctoritate Ordinarij, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 163. *numer.* 19. *&c. & deciſ.* 313. *num.* 9. vbi allegat Carol. de Graſſ. *de effect. Cler. effect.* 1. *num.* 122. & alios plurimos, & turſus Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 278. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi quòd nec etiam ſuffragantur viſitationes factæ ab Epiſcopo, quia poſſunt fieri tanquam de loco pio, & non ob id à iuriſdictione laicali exempto.

Quæ autem aſſeruntur de exemptione huiuſmodi Confraternitatum à iuriſdictione ſæculari, ſunt intelligenda, exceptis illis, quæ in Dominio Florentino reguntur à Magiſtratu DD. Nouem, vt ſuprà dixi; & idem alibi, vbi ſunt ſub protectione Regum, vt in §. *Adminiſtrator*, *numer.* 19.

2 Confraternitas qualiter poſſit probare intentionem ſuam, etiam per teſtes confratres, vel de confraternitate, quando exinde ipſis teſtibus emolumentum aliquod, vel honor, & ſingulis, non reſultat, ſed tantùm vt vniuerſis, & maximè ſi adminiculentur ex numero, & alijs circumſtantijs; quicquid ſecus ſit ſi commodum in proprio, & vt ſinguli ſentirent, Rot. *part.* 1. *recentior. deciſ.* 136. *numer.* 1. *part.* 5. *deciſ.* 290. *numer.* 13. *& part.* 11. *deciſ.* 320. *numer.* 8. *& ſeqq.* facit quod dixi in §. *Teſtes*, *num.* 7.

3 Confraternitates laicorum conſtituunt Collegium perſonale, non naturale, neceſſarium, & reale, de per ſe conſiderantur, & nullam habent coniunctionem cum Eccleſia, vel Capella in qua coadunantur, niſi conſtet de conceſſione, & titulo, alias enim poſſeſſio præſumitur iure familiaritatis, & nullius eſt conſiderationis, ac ideò poſſunt confratres à loco liberè diſcedere, & ad alium locum tranſire, ſicut etiam à Prælato Eccleſiæ expelli, vt probant Coccin. *deciſ.* 472. *per tot. quæ eſt in Bonon. Capella* 25. *Maij* 1609.

4 Confraternitates etiam laicorum, hoſpitalia, & huiuſmodi loca pia qualiter poſſint ab Epiſcopo viſitari, etiam ſi exiſtant in Eccleſijs Regularium exemptorum, & ad redditionem rationum compelli, ita vt, præcipuè ſi ſit in quaſi poſſeſſione viſitandi, poſſit ſuam iuriſdictionem contra reſiſtentes defendere, etiam per fractionem portarum excommunicationem, & inuocato brachio ſæcula-

cula-

culari si opus fuerit, nec detur appellatio, nec recusatio suspecti, & alia, Ciarlin. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 65. *per tot.* vbi limitat nisi huiusmodi Confraternitates, vel loca pia essent sub immediata Regum protectione, intelligendo de Principibus supremis iura Imperij habentibus, & superiorem non recognoscentibus, non autem de alijs simplicibus Ducibus, vide in §. *Administrator*, *numer.* 19. & §. *Episcopus*, *numer.* 3.

5 Confraternitates laicorum an, & quando habeant beneficium restitutionis in integrum aduersus tres conformes, & in alijs casibus ad exemplum Ecclesiæ, & minorum, Odd. *de restitut. in integr. quæst.* 3. *artic.* 4. 5. & 6. Mastrill. *decis.* 110. *per tot.* vbi concludit pro affirmatiua, quando suot tales, vt dicantur locus pius, vel pia causa, & gaudeant priuilegio fori iuxta prædicta, & Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 46.

6 Confraternitates laicorum non possint per Episcopum compelli accedere ad Processiones, sed tantùm inuitari, quicquid alij teneant posse etiam censuris compelli, Gratian. *decis. Marchiæ* 232. August. Barbos. *allegat.* 78. *num.* 24. cum alijs per Hermosill. *ad leg. Partit. tom.* 1. *glos.* 2. *prol. num.* 86. & *seqq. fol.* 11. vbi refert contrarium tenentes, sed primam veriorem fatetur, nisi teneantur ratione voti; Et Episcopum esse competentem ad dirimendas controuersias circa præcedentia in processionibus, appellatione remota ad effectum suspensiuum.

7 De Confraterijs, & Collegijs Artificum qualiter possint condere statuta circa illorum artes inter eos seruanda, an opus habeant Superioris confirmatione, an possiot iurisdictionem exercere, & alia ad rem, Conciol. & Romaguer. *ad Statut. Eugub. lib.* 5. *Rub.* 20. *per tot.* cum pluribus ab eis citatis, facit quod dixi in §. *Statutum circa generalia num.* 23.

8 Alia de Confraternitatibus, vel Confraterijs remissiuè, Castcion. *Alphabet. iurid. verb. Confraternitas*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *eodem verb. fol.* 313.

9 Quod Confraternitates laicorum, etsi auctoritate Episcopi erectæ alicui Ecclesiæ, Capellæ, vel Oratorio affixæ, atque statuta à Summo Pontifice approbata habentes, subsint iudici sæculari, atque illarum bona sint sæcularia, & non Ecclesiastica, plenè comprobat, bis decisum contra Confratres, & Episcopum demonstrat, & exemplis obseruantiæ Regni Neapolitani confirmat videndus Constant. Casar. *specul. peregr. quæst.* 18. *per tot.*

10 Qualiter dictæ confraternitates in Ecclesijs fundatæ possint liberè recedere ab illis, & ad alias se transferre, quid faciendum de eleemosynis, & alia ad rem, Tondut. *quæst. beneficial.* 43. *per tot. lib.* 1.

§. CONIVGES. XXXIX.

1 CONiuges simul vendentes, & pretium recipientes, præsumuntur pro rata recepisse, quod tamen non præiudicat vxori dotem repetenti, cùm huiusmodi confessio facta fuerit emptori, & non marito, cui propterea prodesse non debet, Afflict. *decis.* 209. Boer. *decis.* 23. Menoch. *lib.* 3. *præsumt.* 23. Gratiant. *discept. forens. cap.* 498. *num.* 1. &c. *cap.* 576. *num.* 34. *cap.* 705. *nu.* 5. & *cap.* 961. *num.* 22. Duran. *decis.* 409. *nu.* 11. vide *in* §. *Maritus*, *nu.* 30. & §. *Mulier*, *num.* 18. &c. Rot. *part.* 10. *rec. decis.* 239. *num.* 8. &c.

2 Coniuges possunt simul in eadem carta, siue membrana facere testamentum, seque inuicem instituere, vt ex pluribus probat Altograd. *cons.* 69. *num.* 1. & *seqq. lib.* 1. vbi latè *per tot.* disputat etiam, an posteà illis ex pestilentia mortuis simul, & eodem tempore, ita vt sciri non possit qois priùs illorum decesserit, testamentum fiat caducum, & sit locus successioni ab intestato, & post multas præsumptiones adductas, concludit esse locum successioni ab intestato quando apparere non potest quis eorum prius decesserit, cum ad hoc vt testamentum non remaneat caducum requiratur superuiuentia alterius, quæ illis simul mortois considerari non potest, vide in §. *Mors*, *num*... Parlador. *quæst. forens.* 7. *per tot.*

Qualiter coniuges possint testari, ac se inuicem instituere in eadem scriptura, & testamentum sit reuocabile, Martha *de success. leg. par.* 3. *qu.* 12. *art.* 1.

3 Coniuges facientes testamentum simul, vt ex eo proximi hæredes vtriusque dimidiam capiant, an vno ex illis mortuo possit alter illud reuocare, affirmatiuam opinionem tenet Mynsing. *obser.* 8. *per tot.* etiam quod pacti fuerint, vt neuter sine alterius consensu reuocare possit, & an huiusmodi dispositio dicatur captatoria, & tamquam auferens sub spe lucri libertatem testandi nulla, latè Gratian. *disceptat. forens. cap.* 908. *per tot.* Gamm. *decision.* 231. Spin. *de testam. in* 2. *part. gloss. numer.* 10. cum alijs per Duran. *tractat. de condit.* & *mod. imposs. par.* 3. *cap.* 5. *numer.* 33. Peregrin. *decis.* 50. vide *in* §. *Testamentum*, *numer.* 11. Paul. Christin. *decis.* 12. *numer.* 1. & *seqq. volum.* 4. vbi quando, & qualiter huiusmodi testamentum sit irreuocabile, & *decis.* 58. *volum.* 6. Parlador. *quæst. forens.* 7. *per tot.*

Alia vide in §. *Maritus*, & *in* §. *Vxor*.

Coniuges rari sunt inter quos aliquæ dissidiæ non nascantur, & ad probandum inter eos vulnera, & alia admittuntur serui, & ancillæ, Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 155. *num.* 51. & *decis.* 324. *num.* 33. vide in §. *Testes*, *nu.* 3. §. *Famuli*, *num.* 5. 4

Coniux patris naturalis qualiter excludat filios naturales in totum à patris successione, etiam si ipsa non succedat, Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 3. *titul.* 18. *num.* 2. vide *in* §. *Filiatio*, *num.* 9. §. *Successio*, *num.* 4. *vers. filij naturales tantum*. 5

Coniuges, siue coniugati, qui antea de adulterio inter eos commisso erant polluti, à se ipsis capere non possunt, sed data, & relicta fiscus aufert tamquam ab indignis, & idem in concubinarijs, *l. Claudius*, *ff. de indign.* Capra *cons.* 127. Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 2. *titul.* 10. *numer.* 11. 6

Coniuges non possunt ex causis sibi confictis, etiam cum iuramento, quod esset temerarium, & non obligatorium, se inuicem separare nec respectu thori, nec respectu habitationis, sed requirere debent iudicium Ecclesiæ mediante ordinario loci, quæ non admittit huiusmodi separationem, nisi ex iustis, & legitimis causis ab ipso cognoscendis. Si tameo coniuges simul fecerint votum continentiæ debent separari, quando votum fuit emissum ab vtraque parte, nam emissum ab vno, tenet tantùm in præiudicium illius, vt non possit debitum petere, & si posteà non sint continentes, cogendi sunt adinuicem redire, Ludouis. *decis.* 294. *per tot.* vide in §. *Matrimonium*, *num.* 19. vbi plura, & plures allegaui. 7

Quòd facto diuortio ex causa adulterij, possit innocens reuocare ad se nocentem, & alia ad hoc propositum, Dian. *resolut. moral. part.* 3. *tractat.* 4. *resol.* 257. vide *in* §. *Adulterium*, *num.* 12.

Coniuges ignorantes impedimentum dicuntur in bona fide, & producunt filios legitimos, atque successibiles, ita vt ad hunc effectum sufficiat bona fides vnius ex illis, Gamm. *decis. Lusit.* 220. Ludouis. *decis.* 461. vide *in* §. *Affinitas*, *nu.* 2. *versus finem*, §. *Bona fides*, *nu.* 5. §. *Filiatio*, *nu.* 6. & §. *Matrimonium*, *nu.* 3. 8

Coniuges dicuntur socij diuinæ, & humanæ domus, quia sibi inuicem communicant actiones spirituales, sortum, carnes, ossa, corpus, & animam, ita quod vna caro reputantur, (quod multi per iocum interpretantur, quia post longam cohabitationem, & coeundi consuetudinem amittunt sensum tactus, & ferè omnes gustus, sed hoc procedit ex deprauatis illorum moribus, iurgijs, & corrupta fide, cum aliàs gratia Dei per hoc magnum Sacrameotum collata, imò semper inter eos mirabiliter conseruet, atque augeat verum amorem, & charitatem cum plenitudine consolationum temporalium, & spirituallum, & experto mihi inter alios cede) non tamen dicuntur socij omniom bonorum, vel negotiationum, quia ista societas est amouibilis, altera verò inseparabilis vsque ad mortem, qua mediante solum dissoluitur, ita vt velle asserere inter coniuges tacitam omnium bonorum societatem, esset destruere totam iurisprudentiam, vt ratiocinatur Martha *vot. Pis.* 93. *per tot.* vbi reprobat Alex. Raudens. contrarium tenentem in suis *dec. Pis.* 1. *per tot.* in eadem causa, in qua fuerunt simul iudices delegati, illiusque rationibus respondet. 9

Sed de veritate huius conclusionis vide alios per me citatos in §. *Societas*, *num.* 16. Munoz. *de ratiocin. comput.* 9. *numer.* 10. Petr. Gerard. *sing.* 99. *incip. inter virum*, Alex. Trombett. *tractat. de societ. cap.* 2. *numer.* 11. & 12. qui videntur admittere societatem etiam inter coniuges,

ges, ſiue omnium bonorum, ſiue lucri, & quæſtus ſaltem, Olea *de ceſſ. iur. tit.4. quaſt.8. num.1. & ſeqq.* vbi latè de dicta ſocietate legali inter coniuges ratione matrimonij, per quam bona in matrimonio acquiſita inter eos communia fiunt; loquitur tamen de Conſuetudine, vel lege municipali apud varias nationes vigente; an procedat in matrimonio putatiuo, & an eo ſoluto poſſit mulier ſine ceſſione hæredum mariti agere ad medietatem lucrorum, & alia. Sed iſta non procedunt in partibus noſtris, vbi, ſimilis conſuetudo, vel lex numquam fuit audita.

10 Coniuges an, & quando ſibi adinuicem ſuccedant ab inteſtato, quid ſi vnus ex illis ſit pauper, & alia ad hoc propoſitum Martha *de ſucceſſ. leg. part.3. quaſt.12. per tot.* vbi plenè de omnibus, & ego dixi alios allegando in §. *Succeſſio n.8. & §. Vxor n.20.*

Quòd regulariter non poſſint ſibi adinuicem donare, dixi in §. *Donatio, n.5. & ſeqq.*

11 An teneantur ſibi inuicem debitum coniugale reddere ſtante periculo infectionis morbi, ita vt ſanus excuſetur à peccato ſi non reddat infirmo, Franceſ. *conſult. moral. 7. per tot.*

12 Multa de coniugibus, coniugali quæſtu, ſocietate, & diuiſione, reciproca fide, coniugali debito, impotentia, iuribus, ſucceſſione, teſtamento, mutuo, & huiuſmodi, atque DD. iſtas materias tractantes exhibet Com. Auguſt. Font. *Bibliot. Leg. part.4. verb. Coniuges fol.316.*

13 De miſerijs, & incommodis coniugarum multa habentur Tiraquel. *de legit. connub.* & Lothar. Diac. Card. *in tract. de contempt. Mundi cap.16.* vbi ſolicitudines, diuiſiones, diſtractiones, anguſtiæ, expenſæ, tribulationes, zelotypiæ, & huiuſmodi; ſponſa dum eſt mulier vix oſtenditur, ne prius diſpliceat, quàm ducatur, qualitercumq; obuenerit, ſemper eſt habenda, ſiue fœda, ſiue fœtida, ægra, fatua, ſuperba, iracunda, & quolibet alio modo vitioſa, nec niſi propter adulterium in dedecus dimittenda ſine ſpe alterius coniugij dum vixerit, &c. adde Ioan. Petr. Ferrar. Papienſ. Pract. *in forma libell. quo vx. agit, &c. in verb. Vxor quoniam in principio fol. mihi* 280. vbi quòd Deus ſuo occulto iudicio ſubtrahit duo ab hominum cordibus, primum de propria morte cogitare, alterum de incommodis coniugij, ne contingat humanum genus deperire: ſed (ſalua infinita ſapientia, & prouidentia Dei) quo ad primum mihi potius videntur artes diaboli, & quo ad ſecundum potiùs magnificata incommoda, & à communi inimico ſugeſta, quam vera, præcipuè poſtquam coniugium eſt eleuatum in ſacramentum gratiam conferens; non deterreantur igitur homines à coniugio, quia melius eſt nubere, quàm vri, tot fortè non erunt infortunia, & ſi quæ, cooperante Dei gratia tollerabilia, cùm multò ſatiùs ſit in via Regia Crucis ambulare, quàm in extremo audire verbum damnationis æternæ, vt admonet Gerſon. *de Imit. Chriſti lib.2. cap.12.* & alibi ſæpè, & de bonis matrimonij multa ſcripſit D. Auguſt. *de Ciuit. Dei lib.15. & 16.* nam & Chriſtus Dominus inuitatus venit ad nuptias; Procreantur filij, habetur in diuerſo ſexu ſocietas, carnalis incontinentia ad propagandæ prolis honeſtatem redigitur, vt ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio coniugalis, & huiuſmodi, cæterique hincinde relati *in noua Polyanthea verb. Coniugium,* & apud Tiraquel. *d. tract. de leg. connub.*

§. CONSANGVINITAS. XL.

1 Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum, & diſtinguitur per lineas, & gradus, cùm linea ſit ordinata collectio perſonarum ab vno ſtipite deſcendentium diuerſos gradus continens, & gradus ſit habitudo, ſiue menſura diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota conſanguinitatis diſtantia aliqui inter ſe iungantur, vt benè probat Altograd. *conſ.95. n.9. & 10. lib.2.* Tuſch. *litt. C. concl.739.* Bertachin. *in Repert. verb. Conſanguineus.*

Quòd appellatione conſanguineorum veniant etiam deſcendentes ex fœminis, & maximè ſi illis fuerit iniunctum onus aſſumendi nomen, & arma familiæ, Boer. *deciſ. 146. numer. 6.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §.1. *gloſ.9. numer. 4. &c.* Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt. 364. numer.3.* Duran. *deciſ.116. numer. 2. deciſ. 152. numer.1.* Rot. *part.11. recent. deciſ.346. num.15. &c. part.13. deciſ. 156. num.3. &c.*

Quòd conſanguinei in lata ſignificatione dicantur etiam cognati, in ſtricta fratres tantùm; & de magis communi agnati ſoli, & non cognati ſub nomine conſanguineorum contineantur, & alia de huius vocis ſignificatione in materia ſtatutaria, Rot. *part.6. recent. deciſ.349. numer.2. & ſeqq.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §.1. *gloſ.9. numer.4. & ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt.364. per tot.* vbi an, & quando vocatis conſanguineis veniant tantùm agnati, vel etiam cognati, & Rot. *part.13. recent. deciſ. 387. num.8. & ſeqq. per tot. & deciſ.497. per tot.* vbi licet ex propria ſignificatione veniant agnati, oſtendit venire etiam cognatus, attento vſu loquendi ſtatuentium, & *part.14. deciſ.20. n.1. &c.*

2 Conſanguinitas vnà cum qualitate legitimitatis, qualiter ſit probanda ad effectum ſuccedendi, latè, & diſtinctè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.969. & deciſ.89. per tot.* vide in §. *Matrimonium n.30. & §. Proximitas n.3.* Rot. *p.10. recent. deciſ.145.* vbi ſi non concurrant alij, ſufficiunt leuiores probationes, & plenè *p.14. deciſ.535.* quæ eſt votum D. Marcelli Seueroli.

Quo ad effectum ſucceſſuris probatur ex tractatu, & nominatione, & ex quaſi poſſeſſione, Rot. *p.2. diuerſ. deciſ.130. n.2. & 3.* Surd. *deciſ.145. per tot.* Maſcard. *de probat. concluſ.411. per tot.* vide plenè Rot. *d. part.14. deciſ.535.* vbi quando ſecus.

Probata autem conſanguinitate in certo, & determinato gradu, præſumitur ille conſanguineus proximior, vbi non comparet alius, qui ſe proximiorem contendat, Rot. *part.13. recent. deciſ.513. num.1.* dixi *in §. Proximitas num.3.*

3 Conſanguinitas non probatur per epiſtolam, in qua quis nominetur frater, ſoror, vel alia neceſſitudine coniunctus, quia conſanguinitas procedit ex generalibus principijs, non autem ex ſermone noſtro, qui veritatem immutare non poteſt, *l. non epiſtolis vbi DD. C. de probat.*

Ex huiuſmodi tamen nominatione inducitur præſumptio, quæ transfert onus probandi in aduerſarium, qui ſic nominauit, & conſtituit nominatum in quaſi poſſeſſione ipſius conſanguinitatis, ſi ſit facta per verba clara, & diſpoſitiua, ac principaliter in id prolata, quod procedit tam in iudicio poſſeſſorio, quàm in petitorio, vt latè declarat Genu. *de ſcript. priuat. lib.3. quaſt.33. per tot. fol. 145. & ſeqq. & de verb. enunciat. lib.2. quaſt.33. per tot.* vbi an, & quando poſſit probari per verba enunciatiua, de quo vltimo Rot. *part.9. recent. deciſ.369. per tot.* vbi de probanda deſcendentia in antiquis ex verbis enunciatiuis, Ciarlin. *controu.23. num.20. & ſeqq.* Peregrin. *de fideicomm. art.43. num.67. &c.* Martha *de ſucceſſ. part.3. quaſt.1. art.1. n.18. & ſeqq.*

Quando, & quomodo conſanguinitas ſit diſtinctè probanda per dinumerationem graduum, & perſonarum, vel ſufficiant teſtes de auditu, & ſimiles leuiores probationes, vide Mareſcott. *var. reſolut. lib.1. cap. 70.* Tiraquel. *de nobilit. cap.17.* Maſcard. *de probat. concl. 410. & 411. per tot.* cum alijs per Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.17. numer.299. &c. fol.286.* Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.288. part.1. recent. deciſ.381. numer.3. part.9. deciſ. 351. numer.10. & ſeqq.* vbi ad effectum ſuccedendi in fideicommiſſo, *& deciſ.363. numer.13. ead. part.9.* vbi de iure patronatu, *& deciſ.396.* vbi de ſucceſſione, *& deciſ.498. per tot.* vbi de iure patronatu, *ead. part.9. & part.10. deciſ. 145. n.1. & ſeqq.*

De probatione conſanguinitatis, & deſcendentiæ, plenè Caſtil. *controu. tom.5. c.122. per tot.* & Thoro *compend. deciſ. Neap. p.1. & 3. verb. Conſanguinitas.*

4 Conſanguinei, vel affines alicuius perſonæ defunctæ, non poſſunt intra nouem dies poſt mortem illius conueniri, vel executari, Menoch. *de arbit. caſ. 387. numer.22. &c.* Petr. Pecch. *de iur. ſiſtend. & manu. iniect. cap.5. numer.17. & cap.19. num.10.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.18. numer.53. & cap.243. numer.6.* Rodriqu. *de concur. credit. part.1. art.3. numer.8.* vide in §. *Hæres numer.24. & §. Funus n.1.*

Contrarium tamen fuiſſe pluries deciſum, & quare etiam intra triduum à die obitus contra hæredes, & bo-

na debitoris defuncti, testatur Paul. Christin. *decis. Belgic.* 81. *per tot. vol.* 1.

5 Consanguinei, & affines intra quartum gradum non possunt compelli ad testificandum contra consanguineos suos, & affines, nisi quando aliunde veritas haberi non posset, vel nisi appareret illos non coactè, sed sua spontè deposuisse, Duen. *reg.* 384. Michalot. *de fratr. part.* 3. *c.* 50. *&* 51. vide *in §. Affinitas n.* 7. Tuscb. *litt. T. concl.* 225. *n.* 9. *& seqq.* Clar. *§. fin. quæst.* 24. *num.* 22. Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *resolut.* 10. vbi quòd ideò non tenentur etiam reuelare vigore monitorij, etiam si veritas aliunde haberi non possit, licet alij contra hoc vltimo casu, vide §. *Monitorium n.* 1.

Quòd vbi aliter veritas haberi non potest cogantur omnes priuilegiati testificari, maximè vigore monitorij, vel alios testes informatos nominare, vt semper veritas innotescat, latè pluribus citatis probat Giurb. *decis.* 94. *per tot.* vbi de consanguineis etiam strictissimis, affinibus, procuratoribus, aduocatis, & huiusmodi.

Quòd pro consanguineo, & affine non faciant fidem, Duran. *decis.* 417. *num.* 3. vbi loquitur in ciuilibus, & quid etiam in criminalibus, latè Farinac. *de test. q.* 54. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 408. *&* 414. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 179. *& seqq. fol.* 314. Gabriel. *comm. concl. lib.* 1. *de test. concl.* 13.

An admittantur, & probent in causa matrimoniali, Merlin. *decis.* 684. *n.* 7. *& seqq.* vide *in §. Matrimonium n.* 5. *&c.*

Admittuntur tamen ad defensam etiam si essent fratres simul habitantes, cùm fauore defensionis admittantur etiam alias inhabiles quando agitur ex officio, & non patiuntur alios defectus, nam non censentur dispensati, nisi pro vno defectu, Guaz. *def.* 29. *cap.* 3. *n.* 5. Michalot. *d. c.* 51. *n.* 13. *&c.* Menoch. *de arbit. cas.* 104. *num.* 6. Duen. *reg.* 383. *per tot.* vbi loquitur de fratribus, vide in §. *Affinitas num.* 9. *&* §. *Testes num....*

Quòd vbi aliter veritas haberi non potest admittantur consanguinei, & etiam filij contra parentes, & ipsis magis, quam alijs credendum sit, Crauett. *cons.* 6. *n.* 62. *& cons.* 220. *n.* 9. Farinac. *cons.* 29. *n.* 8. vbi qualiter deponendo de delicto contra matrem illam conuincant.

Quòd consanguinitas operetur multa, & quæ, & quomodo consanguineus præsumatur scire facta consanguinei, Tuscb. *litt. C. conclus.* 740. *&* 741. Bertachin. *in Repert. verb. Consanguineus.*

6 Consanguinei, & attinentes bannitorum, & malorum hominum, cogi possunt pro illis præstare cautionem de nominem offendendo in persona, vel bonis, subsistente tamen iusta causa, & alio contrarium non suadente, cùm vtilitas publica, quæ versatur in euitandis scandalis præferenda sit priuatæ, de quo latè Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 149. *per tot.* vide Ant. Merend. *inter consult. forens.* Vrceol. *cap.* 41. *num.* 38. *& seqq.* cum alijs per eos citatis, & in mea Pract. §. *Offese numer.* 13. *&* §. *Statuti numer.* 42. & in hoc Opere §. *Cautio num.* 21. *&* §. *Statutum num....* Raynald. *syntax. rer. crim. c.* 8. §. 3. *num.* 159. *& seqq.* vbi de modò valdè rigoroso, & aspro à facta Consulta ordinato procedendi contra fideiussores pro contrauentione bannitorum, in offendendo, vel ingrediendo Statum Ecclesiasticum, nempè quod quando fuit contra bannitos ex inditijs transmissa Inquisitio, & facta declaratio super dicta contrauentione procedatur contra fideiussores ad executionem pœnæ absque illorum citatione, eo modo, & forma, quo, & qua fit contra fideiussores de non offendendo.

An possint excusari si receptent bannitos, & alia de receptatoribus bannitorum, Gizzarel. & Addent. *decis.* 75. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 59. *num.* 11. *& seqq.* vide *in §. Statutum puniens.*

Et qua pœna puniantur si ad euitandam ignominiam, procurent tales malefactores carceratos veneno necare, & de astutia quadam ad id faciendum Venetijs adhibita, vide Menoch. *de arbit. cas.* 285. *numer.* 5. *& seqq.*

Sed in atrocissimis parum prodesset, cùm etiam cadauera possint suspendi, vt dixi in §. *Bannitus num....* *&* §. *Cadauera num...*

7 Consanguineorum præsentia excludit metum, & facit illius præsumptionem cessare, intelligendo quando illorum assistentiam potest esse sofficiens ad resistendum violentiæ illius, qui arguitur de metu, alias secus si agatur cum eo, qui pariter poterat esse causa metus ipsis consanguineis, & amicis, vel nisi interueniat enormis læsio, quia tunc ex huiusmodi assistentia non cessat metus præsumptio; bona tamen erit protestatio facienda, quæ consensum abesse declaret, vt benè probat Boer. *decis.* 100. *numer.* 7. *& seqq.* vide *in §. Metus numer.* 9. *&c.* Ludouis. *decis.* 120. *numer.* 24. *decis.* 326. *numer.* 39. Odd. *de restitut. in integr. part.* 1. *quæst.* 22. *art.* 7. vbi quòd præsentia amicorum non facit cessare beneficium restitutionis.

8 Consanguinei, sicut & vicini præsumuntur scire facta consanguineorum, vel vicinorum, vt latè ampliando, limitando, & ad plura inferendo probat Gabriel. *com. conclus. lib.* 1. *tit. de præsumpt. conclus.* 6. *per tot.* vide *in §. Vicinus num.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 407. *&* 413. *per tot.*

9 Plura de consanguinitate, & affinitate indicat Coni. August. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Consanguinitas fol.* 320. *&c.* Ioan. Torre *in tract. de successione in maiorat. & Primogen. Ital. in varijs locis indicatis in eius Repertor. general. in fine part.* 3. *verb. Consanguineus.*

§. CONSILIVM. XLI.

1 CONsilium neminem obligat regulariter, nisi sit dolosum, intelligendo in contractibus, nam in delictis semper regulariter obligat, Ias. *in l.* 2. *n.* 3. *&* 4. *ff. quod quisque iur.* Pract. Papp. *for. inquis. glos. Opem, auxilium &c. per tot. cum Addit.* Clar. *§. fin. quæst.* 88. latè Menoch. *de arbit. cas.* 351. *per tot.* Farinac. *quæst.* 129. *per tot.* Tusch. *litt. C. conclus.* 762. *per tot.* Merlin. *decis.* 216. vbi de proxeneta, vel mediatore contractus, qui regulariter non tenetur pro consilio dato, nisi fuerit dolosum, & ex quibus arguatur, vel excludatur dolos.

Quando aliquis ratione officij tenetur consulere, vt sunt Consiliarij Principum, & huiusmodi obligantur in foro exteriori, & conscientiæ ex malo consilio, etiam non doloso, & tenentur non solum bona, & iusta consulere, sed etiam contraria consilio, & facto quantum possunt impedire, alias (vltra refectionem damnorum) sunt ab officio remouendi, & puniendi, cùm Principum adulatores, non Consiliariorum, sed hostium, & deceptorum, vel Traditorum nomen mereantur, nec valent excusari ob metum, quia debent esse liberi, & liberum dare consilium, cùm melius sit pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione consequi beneficium, nec ex eo quòd ita intellexerint, quia cùm se profiteantur peritos, tenentur de imperitia saltem ad damnum, & interesse, vt egregiè omnia hæc, & alia ad rem probat videndus Cabed. *decis.* 84. *per tot. part.* 2. vide in §. *Princeps n.* 55. *vers. An possint, &c. in §. Causa n.* 21.

2 Consilium, vel auxilium quando non fuit efficax, nec causa efficiens, sed solum excitans animum iam paratum, non obligat in foro conscientiæ ad aliquam restitutionem, sicut non obligat in contractibus, quando fuit datum ab idiota, vel quocumque alio bona fide, & sine dolo, nisi consulens haberet officium consultoris, & reciperet salarium, Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resolut.* 23. *fol. mihi* 191. Et de prima parte huius conclusionis idem Dian. *p.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 47. latè Leotard. *de vsur. quæst.* 94. *num.* 58. *& seqq.* vbi plura quando consulens vsuram obligetur ad restitutionem, vel non, & transit cum allata distinctione, an alias esset facturus, vel non, & an teneatur tantum pro illa vice, vel etiam pro alijs vsuris postea ex consuetudine peccandi commissis.

3 Consilium in delictis vt obliget consulentem ad pœnam plura requiruntur; primò, quòd sit super actu pœna digno; secundò, quòd sit ad malum, ita vt si dubitationem habet ad bonum datum sit interpretandum; tertiò, quòd præcedat delictum, quartò, quòd consulens perseueret, secus si ante delictum illud reuocet efficaciter contrarium suadendo, vel notum faciendo illi, qui offendendus erat, si adhuc dubitet de malo futuro; quintò, quòd ob tale consilium deinde sit sequutum delictum; sextò, quòd principalis delinquens sit pro sequuto delicto condemnatus, Menoch. *de arbit. cas.* 351. *n.* 1. *& seqq. ad* 17. Clar. & Baiard. *q.* 88. Farinac. *qu.* 129. *p.* 3. Boer. *decis.* 262. *n.* 11. *&c. decis.* 167. in meis resolut. c. 4. *n.* 14. & in Pract. §. *Delitti n.* 39. *&c.*

Quòd si consulens reuocauit scitò consilium, etiam si secreto non admonuerit offendendum; non teneatur ad restitutionem damni postea sequuti, Dian. *part.5. tract. 16. resolut.17.& 18. & part.3. tract.5. resolut.*83. vbi quòd nec incurrit irregularitatem, neque excommunicationem si occisus erat Clericus, *& part.5. tract.4. resolut.64.* sequitur alijs citatis P. Steph. de Neapol. *tract. de restitut. lib.1. c.9. num.9.*

Quòd consilium quandoque sit de per se punibile, etiam non sequuto alio delicto, *l.1. §. sed vtrum ff. de seru. corrup.* Farinac. *quæst.129. numer.23.83. & numer.107. & 121.* Leotard. *de vsur. quæst.94. num.62.* vide *in §. Mandatum num.26.*

4 Consulens delictum ei, qui alias non erat facturus, nisi adfuisset tale consilium, sequuto delicto punitur eadem pœna, qua delinquens principalis, & tenetur etiam ad restitutionem damnorum, & interesse parti læsæ, nisi alia specialis pœna sit à lege consultori imposita. Si verò consuluit ei, qui alias etiam sine dicto consilio erat facturus, & sic quando consilium non fuit causa efficiens delicti, sed tantùm excitans animum alterius iam ad delinquendum paratum, sequuto delicto punitur consulens non eadem pœna, sed alia mitiori iudicis arbitrio, quod procedit etiam in delictis atrocibus, Menoch. *de arbitr. dict. cas.351. num.17. & seqq. per tot.* Duen. *reg.149. per tot.* Clar. & Baiard. *d. quæst.88.* Farinac. *d. quæst.129.* Card. Tusch. *litt.C. conclus.762. & 763.* Boer. *decis.262.* vbi de vxore, quæ conspirauit cum adultero in mortem viri, Bonifac. *de furt. §.3. numer.122. & seqq. ad* 140. dixi in Pract. §. *Delitti num.38.*

Dubitans autem vtrum ex suo consilio sequutum fuerit delictum, an teneatur ad restitutionem damnorum, & alia, pulchrè Dian. *part.3. tract.5. resol.84.* vbi refert diuersas opiniones, & infert ad plura notabilia in foro conscientiæ, *& p.4. tract.3. resol.28. & p.8. tract.7. resol.92.* vbi quid si fuerit causa non efficiens, sed vt citiùs committeretur, homicidium iam destinatum, an ex hoc solo consulens incurrat irregularitatem.

5 Consulens, suadens, vel inducens aliquem ad eligendum minus malum, pro maiori malo euitando, quod ille iam ex malitia sua perpetrare absolutè decreuerat, peccat, cùm formaliter se inuoluat per cooperationem in malo, quæ numquam est licita, nisi simpliciter se contineret in offerendo materiam minoris mali, & non efficaciter illam suadendo, quia tunc non peccaret, secundum Caiet. 2. 2. *quæst.78. artic.4.* Tolet. *in sum. lib.3. cap.1.* cum alijs per Barbos. *de Axiomat. iur. Axiom.141. num.8.* Castr. Paiaus *tom.1. tract.6. disput 6. punct.6. num.9.* Hurtado de Mendoza *in 2.2. disput.173. sect.10. §.110.* latè Gabriel Vasquez *opusc. moral. tract. de scandal. art.1. dub.1. per tot. fol. mihi* 23. vbi de omnibus in hoc numero contentis an, & quando liceat alteri suadere minus malum ad euitandum maius.

Contrarium tamen, non solum prædictam simplicem oblationem, & propositionem materiæ minoris mali, sed etiam formalem, & efficacem suasionem minoris mali, pro maiori euitando, omni carere culpa, & non esse peccaminosam quando verumque malum nempè maius, & minus alia ratione, & cum minori damno euitari non potest, quia ita consulens non tendit principaliter, vt minus malum absolutè committatur gerens in animo, vt etiam velit illud euitari si possibile esset, nec illud approbat (alias enim peccaret per formalem in malo cooperationem) sed vt euitetur maius malum, quod aliter euitari non potest, & sic solum formaliter intendit commutationem maioris mali in minus malum, quod est licitum in suadente, quamuis mens indurata delinquere volentis non sit mutanda, nisi talis suasio minoris mali tenderet in præiudicium alterius tertij particularis in indiuiduo, quia tunc non esset licita, secus autem si respiceret alterius præiudicium tantùm in genere, vel si ille tertius non esset molestè tale præiudicium suscepturus, vel si esset alioquin obligatus ad illud suscipiendum, quia his casibus adhuc licita esset talis persuasio minoris mali pro maiori vitando etiam si resultaret in præiudicium tertij in genere, vel etiam in specie, & in indiuiduo si ille non sit egere laturus, vel si alias sit ad huiusmodi damnum suscipiendum obligatus, vt latè ex Nauar. *in manual. c.14. sub num.40. & cap.17. numer.263.* Siluestr. *in verb. Vsura 7. num.1.* Less. *de iust. lib.2. cap.13. num.19. & seqq. & lib.4. cap.3. num.33. & seqq.* Molin. *disput.335. num.9. & seqq.* & alijs declarat, ac de veriori opinione testatur Barbos. *d. Axiom. 141. numer.9. & seqq. ad finem*, adde Salon. *de iust. & iur. tom.2. quæst.78. art.4. fol. mihi* 421. Bonifac. *de furt. §.3. numer.135.* dixi in Pract. §. *Delitti numer.41.* Leotard. *de vsur. quæst.94. numer.65. &c.* Dian. *part.3. tract.5. resolut. 37. part.5. tract.7. resolut.18. per tot. & resolut.19.* vbi an sit licitum consulere volenti surripere nummos pauperi, vt potiùs surripiat diuiti, vel volenti adulterium comittere, vt potius fornicetur, & huiusmodi, & ibidem *resolut.39. vers. nota quintò, & part.11. tract.6. resolut.56.* vbi an talis consulens teneatur restituere damnum illatum ex minori malo alteri, contra quem malefactor delinquere non determinauerat, & videtur affirmare.

Consulens fugam alteri alias facturo non dicitur consulere ad malum, Bald. *cons.220. vol.3.* Boer. *decis.215. n.3. 4. & 16.* vide *in §. Carcer numer.24.* Gabriel Vasquez in S. Thom. 1.2. *tom.2. disput.164. cap.3. per tot. fol.*138. dixi *in §. Fuga n.4.* 6

An, & quando sit licitum consulere fugam carceratis, ac illis instrumenta ad rumpendam carcerem suppeditare, vide Dian. & quos allegat *part.3. tract.5. resol.102.*

Consilium sapientis an requiratur in causis arbitrarijs, quid ex forma statutorum, & an iudex teneatur illud sequi, Menoch. *de arbit. lib.1. quæst.23. per tot. & de præsumpt. lib.6. præsumpt.34. num.27. & seqq.* vide *in §. Arbiter n.8. & §. Sententia n.27.* 7

Plura de Consilio requirendo, & an, & quando sit sequendum, vel non, Paul. Christin. *ad leg. municip.* Mechlin. *tit.1. art.3.* Asin. *in prax. §.25. per tot.*

Quòd de iure consilium sapientis sit concedendum expensis petentis, de consuetudine autem expensis communibus, præsertim si iudex ex officio causam consultori transmittat, Menoch. *de arbit. cas.228. num.22. & seqq.* Surd. *de aliment. tit.1. quæst.63. num.4.* Gratian *discept. forens. cap.57. num.2.* vbi quòd petens consilium sapientis ex forma statuti debet soluere totum salarium consulentis, si verò motu proprio iudicis expensa sit communis, nisi aliter disponatur per statutum, & vide in §. *Statutum num....* Asin. *in prax. §.25. per tot.*

Quòd commissa causa ad consilium sapientis, suspendatur iurisdictio, & consequenter illo pendente interim gesta subiaceant vitio attentatorum, & nullitati, intelligendo non de consilio pro maiori iudicis satisfactione, sed de eo quod vigore statuti, vel commissionis est pro forma adhibendum, nisi calumniosè, & ad diferendum peteretur in re omninò clara, & indubitata, nam his casibus etiam stante statuto non tenetur iudex illud concedere, nec expectare, nisi tamen (iudicio meo) aliter esset expresè dispositum à statuto, Lancellot. *de attent. p.2. cap.9. per tot.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. n.145. & seqq.* & summatim de more Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.14. n.156. & seqq. fol.*227. dixi *in §. Sententia n....*

De petitione consilij sapientis, an sit concedendum à iudice, an sequendum, quid operetur, an valeat sententia sine eo lata, quid possit Consultor, quomodo ferenda sententia, an possit consilium reuocari, an eo pendente currat instantia, & alia latè Tusch. *litt. C. conclus. 767. cum pluribus seqq.* Asin. *in prax. §.2. cap.11. numer.23. &c.* vbi an currat instantia refert diuersas opiniones, & latiùs de consilio sapientis, idem Asin. §.25. *per tot.* Bertach. *in Repert. verb. Consilium 2. per tot.* plenè Pac. Scala *tract. de cons. sap. per tot.*

Quòd vbi Consultores eliguntur vigore statuti, vel rescripti, teneatur iudex illorum consilium sequi, & iuxta illud iudicare, cùm non sit propriè consilium, sed sententia probat Martha *vot. Pis.93. num.23. & seqq.* vbi loquitur de iudicibus officiorum Florentiæ, quos iuris ignorantes appellat, & ideò teneri necessariò sequi consilia sapientum, ac ita fuisse executum iussu Serenissimi Magni Ducis. Sed re vera licet dicti Officiales Florentini sint iuris ignari, sunt tamen valdè ingenio acuti, & perspicaces, & interdum sapiunt plusquam Doctores ordinarij.

Quòd non præsumatur requisitum consilium, & quando sententia non possit exequi, nisi de illo apparet, Mascard. *de probat. concl.*418.

Consilium malum ad delinquendum ex quibus arguatur, & probetur, nempè ex acerbitate facti, ex illicitis, ex breuitate temporis post allocutionem, & sequutum 8

delictum, ex inimicitia præcedente, & huiusmodi, quod in dubio dicatur causa delicti, & ex eo præsumatur motus delinquens, & alias non fuisse facturum, qualiter differat à mandato, & alia, Mascard. *de probat. concl.* 419. vide *in §. Mandatum*.

9 Consilium à viro probo datum præsumitur ad bonum, & in non dubio consilium præsumitur bonum, & non malum, vt benè probat Mascard. *d. concl.* 419. *numer.* 10. *& seqq.*

10 Consilium Vniuersitatis qualiter fieri debeat omnibus conuocatis, & congregatis pro maiori parte, repræsentet totum populum, possit facere electiones, & alia, Thomat. *decis.* 238. *&* 297. *num.* 36. dixi *in §. Vniuersitas*.

11 De Consiliarij Status aliqua exhibet Thoro *compend. decis. Neap. part.* 1. *&* 3. *verb. Consiliarius*, Cabed. *decis.* 64. *in fine p.* 1. & multos materiam tractantes indicat Com. August. Fontan. *Biblioth. leg part.* 4. *verb. Consiliarij fol.* 326. *&c.* vbi etiam de consilio sapientis, Communitatis, consilio malo, & huiusmodi, & latiùs videndus, Castejon. *in Alphab. iurid. verb. Consiliarius, Consulens, Consilium, Consilia Regalia, &c.*

12 Consulens abortum, vel aliud delictum si postea reuocet consilium validè, & faciat quantum in se est, notificando etiam prudenter illi contra quem erat directum, vt caueat excusatur in foro conscientiæ, etiam si sequatur delictum, imò & in foro fori, Valer. *de differ. vtriusque fori verb. Peccatum differ.* 11. *& verb. Mandatum differ.* 1. vbi quid in mandante, & dixi ego in §. *Mandatum*.

§. CONSTITVTVM. XLII.

1 CONstitutum in iure nil aliud est quam constituere se pro alio possidere, & est satis frequens in contractibus, operatur translationem possessionis tam ciuilis, quàm naturalis in constitutarium ad effectum manutenendi, & quoscumque alios effectos, imò etiam translationem dominij in contractu habili ad illud transferendum, Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 785. *& seqq.* vbi plura Gratian. *discept. forens. cap.* 954. *numer.* 2. *& cap.* 483. *in princ.* vbi tamen quòd si contractus principalis sit nullus, non transfertur possessio ex constituto, sed opus est facto, & reali traditione, Rot. apud Post. *de manutent. decis.* 271. *num.* 2. vbi de domino directo manutenendo finita emphyteusi aduersus hæredes emphyteutæ, Ludouis. *decis.* 487. cum Annot. Beltram. Bardellon. *cons.* 175. *per tot.* vbi multa quando Constitutarius ex sola clausula constituti non sit manutenendus, adde Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 25. *& decis.* 91. *num.* 1. *& seqq.* Francisc. de Angelis *de Confess. lib.* 2. *qu.* 63. vbi an confessio constituentis idem operetur quod ipsum constitutum, & alia.

Quòd constitutum transferat veram, & propriam possessionem licet per modum fictum, Altograd. *cons.* 8. *n.* 21. *&* 22. *lib.* 2. *cons.* 55. *n.* 40. *&* 41. *lib.* 2. *& cons.* 74. *n.* 48. *lib.* 2. Spetel. *decis.* 168. *n.* 18. *& seqq. decis.* 171. *per tot.* Thomat. *decis.* 15. 30. 96. 112. 120. *& alibi*.

Quod operetur etiam translationem dominij, si subiecta materia sit habilis, Barbos. *de claus. claus.* 31. *numer.* 4. *&* 5. Rot. *in Nouiss. part.* 7. *decis.* 260. *numer.* 16. *& seqq.*

De materia constituti plenè Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 5. *per tot.* vbi ponit octo notabiles illius effectus, & 36. casus, in quibus non operatur, quos vide penes ipsum cum alijs ab eo allegatis Ricc. *Collect.* 55. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 4. *quæst.* 120. *per tot.* vbi qualiter operetur viam facti, iudice neglecto, vel vrbanius agendo associationem, & alia plura, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 27. *per tot. fol.* 521. Pascal. *de patr. potest. part.* 1. *cap.* 8. *n.* 41. *cum pluribus seqq.*

a Constitutum operatur translationem possessionis etiam in beneficijs Ecclesiasticis, & in iuribus incorporalibus, & iurisdictionalibus, ac etiam non præcedente titulo, quando constituens intelligit solam transferre possessionem, & non dominium, ita vt constitutarius possit propria auctoritate ingredi possessionem rei sibi per constitutum assignatæ, etiam cum violentia, & repugnante ipso constituente, quia cùm nulla remanserit possessio penes dictum constituentem, non potest dicere se spoliatum, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 11. *num.* 43. *& seqq. fol.* 167. *inf. num.* 8.

Quòd transferat veram possessionem, & illam probet contra constituentem, & habentes causam ab eo, etiam ad effectum manutentionis, Rot. *p.* 9. *recent. decis.* 121. *n.* 1. *&c.* vbi concordantes habentur, *& decis.* 172. *n.* 6. *&c. & d. p.* 9. vbi quòd non operatur ad fauorem constituentis contra constitutarium, *& decis.* 335. *&* 356. *ead. part.* 9. vbi de manutentione legatarij vigore constituti in legato appositi, vide §. *Legatum n.* 80.

3 Constitutum simplex est magis vtile quam precarium, quod transfert solum possessionem ciuilem, potest tamen vtrumque coniungi, & habet eamdem vim, vt quando dicitur, *promisit cum clausula constituti, & precarij*, si autem dicatur, *constituit se precario nomine possidere*, cùm fiat sola mentio precarij, & non constituti, sola ciuilis transfertur possessio, Gratian. *discept. forens. cap.* 1000. *n.* 26. Capyc. *decis.* 14. *n.* 8. *& seqq. ad* 18. Tusch. *litt. C. conclus.* 784. *& litt. P. concl.* 785. Gait. *de credit. c.* 4. *quæst.* 7. *num.* 830. *& seqq.*

4 Constitutum potest etiam per epistolam inter absentes rectè celebrari, Genu. *de script. priuat. lib.* 3. *qu.* 15. *fol.* 136.

Ad hoc tamen vt operetur translationem possessionis ad fauorem absentis requiritur illius ratificatio, qua non sequuta constitutum euanescit, licet fuerit appositum in publico instrumento, Amat. *decis.* 40. *num.* 7. *&* 8. Rot. *part.* 3. *recent. decis.* 787. *numer.* 3. *&* 4. Thomat. *decis.* 210. *numer.* 34. *&* 35. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 89. *num.* 1. *&c.*

5 Constitutum habet vim traditionis possessionis non tantùm in stabilibus, sed etiam in incorporalibus dummodò concurrat iurium cessio, Bart. *in l. fin. numer.* 1. *ff. de donat.* Caualer. *decis.* 319. *per tot.* Barbos. *de Claus. claus.* 31. *num.* 6. *&* 7.

Item operatur acquisitionem fructuum, qui debentur constitutario, si aliter non sit conuentum, idem Barbos. *d. claus.* 31. *num.* 11. vel nisi repugnet natura contractus.

Item operatur etiam ad fauorem hæredum constitutarij, Thesaur. *decis.* 105. *per tot.* Cenc. *de cens. q.* 94. *n.* 20. *&c.* Barbos. *loc. cit. n.* 16. *& n.* 22. vide Duran. *decis.* 84. *num.* 30. Ridolphin. *in prax. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 39. vbi intelligit si debitor, vel alius etiam hæredum nomine se possidere constituerat, Olea *de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 5. *num.* 11. vbi de veriori, vt operetur ad fauorem hæredum constitutarij, etiam si de illis non sit facta mentio.

An autem post mortem constituentis, Tiraquel. *de constit. poss. p.* 2. *ampliat.* 13. dixi *infr. n.* 22.

6 Constitutum, & precarium extenditur ad bona futura quando fuerunt in obligatione deducta, nam dum constituens acquirit alia bona post constitutum, vel precarium, non potest mutare animum, ex quo est obligatus ratione præcedentis contractus possidere etiam futura precario nomine, Afflict. *decis.* 37. *num.* 3. Negus. *de pign. p.* 2. *membr.* 2. *num.* 2. Vrceol. plures alios addens *consult. forens. cap.* 34. *num.* 9.

Quòd imò constitutum non extendatur ad futura, Barbos. *de Claus. claus.* 31. *n.* 39. vbi allegat Vrsil. ad Afflict. *decis.* 139. *n.* 5. *&* 6. & alios.

Sed primam opinionem quando obligatio est facta de omnibus bonis præsentibus, & futuris, veriorem ostendit, Vrceol. *d. c.* 34. *n.* 9.

Constitutum operatur vt creditor sine vlla excussione debitoris principalis per remedium, *l. fin. C. de acq. poss.* possit rem sibi obligatam auocare à quocumque possessore, cum dicatur auocare propriam possessionem in se translatam vigore constituti, & precarij, non autem debitoris, quam amisit per constitutum, Pract. Papp. *respons. act. hyp. glos. exceptionem excussionis numer.* 9. Negus. *de pign. part.* 6. *memb.* 1. *num.* 36. Gratian. *discept. forens. cap.* 38. *n.* 8. Capyc. *decis.* 14. *n.* 8. Bellon. *cons.* 34. *num.* 5. *& cons.* 44. *n.* 9. Barbos. *de Claus. claus.* 31. *n.* 21. *&c.* Sanfelic. *decis.* 115. *per tot.* vide in §. *Excussio n.* 20.

Et quod operetur ad fauorem constitutarij omnia remedia possessoria tam retinendæ, quàm reintegrandæ, Vrceol. *consult. forens. cap.* 31. *num.* 8. *& seqq.* vide *in* §. *Remedium n....* Rot. *part.* 10. *decis.* 191. vbi de manutentione, *& part.* 12. *decis.* 391.

8 Constitutum operatur quod creditor virtute suæ posses-

sionis

sionis possit propria auctoritate ingredi rem sibi obligatam, etiam si resistentem inueniat, quia hæc dicitur defensio, non offensio, nec incidat in aliquam pœnam, Bart. *in l.3.C.de pign.vers.sed pone,&c.* Addit.ad Pract.Papp. *respons.act.hypoth.glos.Exceptionem*, Gratian. *discept. forens. cap.*700. *numer.*62. Barbos. *d. claus.*31. *numer.*12. *&c. supra numer.*2. Merlin. *de pign. lib.*4. *tit.*4. *quæst.*120. *numer.*1. *& seqq.*

An constitutio precarij cum pacto de capiendo ad fauorem creditoris, operetur quod possit capturam facere aduersus tertium possessorem etiam non citatum, & negotio nondum liquidato, dixi *in §.Citatio n.*24. *§.Executio num.*8. *& §.Possessio n.*43. Tiraquel. *de iur.constit.p.*1.*n.*43. Sanfelic. *decis.*115.*n.*7.*&c.*

9 Constitutum operatur, vt absque difficultate probatis extremis ratione hypothecæ detur passim mandatum de associando, vel de immittendo per modum verum, & facti, tam contra ipsum debitorem, quàm contra tertium habentem causam ab eo, Gratian. *discept. forens. cap.*855. *numer.*1. *& seqq.& cap.*954. *numer.*5. *& seqq.* Rota *in Nouiss. part.*6. *decis.*34.*numer.*1. *& decis.*65. *numer.*1. *& part.*9. *recent. decis.*97.*decis.*373.*decis.*386.*& part.*10.*decis.*187. quæ est magistralis, & famosa in hac materia, & in terminis creditoris census; & in terminis donationis, vt donatario competat associatio, Rot.*part.*13. *recent. decis.*476. *num.*1. *& decis.*487.*num.*1.*& part.*14. *decis.*508. Vrceol. *consult. forens.cap.*31. *num.*12. *& seqq.* vbi an sit necessaria citatio, & alia, intelligendo nisi constitutum reddatur inutile aliqua ex causis infra dicendis, *& consult.*87.*per tot. vol.*2. Ridolphin.*in prax.part.*2. *cap.*5. *num.*6. *& seqq.* vbi qualiter sit citanda pars ad dicendum contra iura in forma, *num.*34.35.*&* 36.*inf.num.*18.

10 Constitutum operatur, vt vbi alias hypothecaria præscriberetur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes, requirantur indistinctè triginta anni, etiam quod ageretur Saluiano, & non remedio *l. fin. C. de acquir.poss.* Barbos.*de Claus. claus.*31. *n.*41. & latè probat contrarij respondendo Vrceol.*consult.forens.cap.*34.*per tot.* vide *in §.Præscription....*

11 Constituens se possidere nomine creditoris, & postea vendens bona obligata iterùm cum clausula constituti ad fauorem emptoris, an in eum transferat dominium, & vsucapiendi conditionem, Bart. *in l.Celsus ff.de vsucap.* Neguſ. *de pign.p.*6.*memb.*1.*n.*35.

Quòd primus possidens per constitutum præferatur secundo habenti etiam actualem possessionem, quia possessio prima est vera, licet modus fuerit fictus, Barbos. *dict. claus.*31.*n.*17.

Quòd vltimum constitutum non operetur quando concurrit cum altero constituto anteriori, dixit Rot. *in Romana Census* 14. *Iunij* 1636. coram Pirouano *in Nouiss. part.*7. *decis.*150. *numer.*8. vide Sperel. *decis.*171. *num.*3. *& seqq. & numer.*28. *& seqq.* facit quod dixi in §. *Emptor num....*

12 Constituens licet transferat per constitutum possessionem in constitutarium, non liberatur ab actuali traditione facti, & possessionis propriæ, ac naturalis, sed tantùm à traditione ficta, & iuris, vnde ratione iuris deficientis creditori, potest conueniri vtili remedio Saluiani, latè Scapuc. de Saluian. *lib.*1.*qu.*15. Osasch. *decis.*36. *num.*5. Barbos.*d.claus.*31.*num.*15. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3.*lib.*14. *tit.*11.*num.*53.*fol.*168.Rot. *p.*9.*recent. decis.*386. *n.*3.*& seqq.* Mangil. *de euict.quæst.*145.*numer.*35.*&c.* Sanfelic. *decis.*338. *num.*28.

Quòd imò hoc casu non detur Saluianum, vide Gratian. *discept. forens. cap.*38. *numer.*10. vbi refert Surd. *cons.*191.

13 Constitutum plenè probat possessionem constituentis aduersus constitutarium, Rot. *in Nouiss.p.*7. *decis.*100. *n.*2. vide *in §.Extremum n....infr.n.*15. Mangil. *de euict.quæst.*81. *num.*21. *&c.*

Quòd probet vtriusque possessionem, Ruin. *cons.* 169. *numer.*16. *lib.*1. Rot. *part.*14. *recent. decis.*50. *numer.*4.

14 Constitutum continetur sub illa clausula cæterata, *& interim*, *&c.* licet non sit expressum, præsertim quando dicta clausula non potest intelligi de constitutione procuratoris, dum fuit in alia parte explicitè constitutus, Duran. *decis.*401. *numer.*8. *&* 9. Thomat. *decis.*153. *numer.*9. *&c.*

Quòd contineatur sub clausula, *quæ omnia*, *&c.* Benintend.*decis.Bonon.*32.*n.*7.

Et an non expressum à partibus, possit tamquam solitum apponi in instrumento per Notarium, Card. Tusch. *litt. C. concl.*788. Vrceol. *consult. forens.cap.*31. *n.*6. *& seqq.* Benintend. *d.decis.*32.*n.*6.

Constitutum non operatur ad fauorem constitutarij, 15
nisi constet constituentem possedisse tempore facti constituti, vide Caualer. *decis.*319.*numer.*3. Pac.Iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*11. *numer.*52.56. *& seqq.* Tiraquel. *de iur. Constitut.part.*3.*limit.*1. Burati. *decis.*220.*numer.*8.*& decis.*505.*numer.*1. Ridolphin. *in prax.part.*2.*cap.*5.*numer.*48. Pacif.de Saluian. *Inspect.*3.*cap.*2.*numer.*1017. Benintend. *decis. Bonon.*48.*num.*2. Seraphin. *decis.*302. *num.*6. Vrceol.*consult.* 92.*num.*53.*vol.*2.Rot.*part.*12.*recent.decis.*109.*numer.*9. *&c. decis.*391.*num.*8.*&c.* Ioseph.Ludouic. *decis.Perus.*68. *num.*1. *&c.* vbi quòd fallit in antiquis saltem præsumptiuè, & quo ad semiplenam probationem Mascard. *de probat.concl.*422. *per tot.*

Si tamen agatur contra ipsum constituentem, vel habentem causam ab eo absque alia probatione ex sola virtute constituti probatur primum extremum in Saluiano, nempè possessio de tempore contractus, vt dixi *supra num.*13. Scapuc. de Saluian. *lib.*1. *quæst.*28. *per tot.* Barbos. *claus.*31. *numer.*8. *&* 29. Gratian. *discept. forens. cap.*502. *num.*2. *cap.*543. *num.*7. *cap.*718. *num.*10. *& cap.*954. *num.*4. *&* 8. Ridolphin. *d. cap.*5. *num.*33.37.*&* 38.Rot. *part.*9.*recent. decis.*38.*num.*19.*&c.decis.*301.*num.*7.*decis.*362. *numer.* 16.*&* 17.*ead.part.*9. Pacif.de Saluian, *Inspect.*3. *cap.*2. *num.* 1017.*& seqq.*

Quod dicta negatiua scilicet constituentem non possedisse tempore constituti sit probanda ab allegante, facit Gratian. *discept.*907.*n.*18.

Quòd probet possessionem contra constituentem, non autem ad eius fauorem, Caualer. *decis.*473.*n.*2.

Probat etiam possessionem constituentis contra allegantem constitutum pro se, idem Caualer. *decis.*524. *num.*2.

Et quod sufficiat acquisiuisse, & possedisse etiam post constitutum, quia extenditur ad bona futura, quando de illis est facta mentio in obligatione, Vrceol. *consult. forens. cap.*34. *num.*8. *&* 9. Tiraquel. *de constitut. part.*2. *ampliat.* 32. *num.*1.7.*&* 10.Rot.*part.*2.*diuers. decis.*59.*num.*6. *& p.*9. *recent.decis.*386.*n.*2. Pacif.de Saluian. *Inspect.*3. *cap.*2.*num.* 1023.*&c.*

Constitutum non amplius operatur quando quis semel 16
accepit possessionem, quam non potest denuo capere vigore constituti, quod per primam captionem emanauit, sicut nec operatur post decem, vel triginta annos, cùm videatur amissa possessio per negligentiam, & habita pro derelicta, vt dixit Rot. per dilemma coram Caualer. *decis.*5. *n.*4. *&* 5. vbi etiam *n.*6. quòd non operatur re euicta medio tempore, cùm non detur primæua actio, secundum quam regulatur constitutum, vide Rot. *part.*12. *recent.decis.*116. *n.*19. *& seqq.* vbi an, & quando constitutum expiret, vel non in persona primi acquirentis.

Constitutum censetur annullatum, & nihil operatur, 17
quando contractus principalis, cui adijcitur est nullus, vel resoluitur per causam de præterito, Osasch. *decis.*35.*per tot.* Barbos. *claus.*31. *n.*30. Gratian. *discept. forens. cap.*483. *n.*1. *&c.c.*954.*n.*10.*&c.* Merlin.*de pign.lib.*4.*tit.*4. *q.*120.*num.*39. vbi quòd tunc disputandum est petitorium, cum quo confunditur possessorium.

Quòd non operetur stante nullitate contractus, dixit Rot. *in Nouiss.part.*6. *decis.*34. *num.*4. Vrceol. *consult.*92. *numer.*62. *vol.*2. Ricc. *Collect.*3969. Pacif. de Saluian. *Inspect.*3. *cap.*2. *numer.*1028. Rota *part.*13. *recent. decis.*412. *num.*2. *&* 8. vbi intelligit de nullitate clara, & altiorem indaginem non requirente, Caualer. *decis.*473. *num.*3. *& decis.*503. *num.*2. vbi intelligit quando nullitas prouenit ex defectu consensus, aliàs secus, Rot. *part.*12. *recent. decis.* 114. *num.*1. vbi quòd non operatur in donatione nulla ex defectu insinuationis.

Non etiam operatur stante simulatione contractus, quia non tollit suspicionem simulationis, Gratian.*discept.forens. cap.*255.*num.*25.*& cap.*479.*num* 63.Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3.*lib.*14.*tit.*11.*numer.*55.*fol.*168. *& tit.*21.*numer.*77.*fol.*428. vbi allegat Tiraquel.*de constit.part.*3. *limit.*9. *numer.*4.Rot. *part.*9.*recent.decis.*121.*n.*3.*&c.* Farinac. *quæst.*162.*n.*132.*& seqq.*

Quòd imò clausula *Constituit* in venditione apposita tollat omnem suspicionem simulationis, & fraudis, Rot. *in recent.decis.*169. *n.*9.*p.*9. *tom.*1. Sed in donatione contrarium tennit eadem Rot.*decis.*63.*n.*26.*&c.p.*8.*recent.* Vrceol. *consult.*9.*n.*55.*& in Append.in fine* 2.*vol.* Rot.*p.*9.*recent. decis.*81.*n.*7.

18 Constitutum non operatur interim dum disputatur de validitate contractus, nec in contractu conditionali ante purificatam conditionem, nec in ali natione bonorum fideicommissi, nec alienatione rei incertæ per verbum numerale, nec quando statutum requireret veram, & corporalem traditionem, nec in contractu censuali, in quo reputatur ineptum, vt latè omnia declarat Barbos. *d.claus.* 31.*n.*31. *& seqq.*

Quod imò etiam in contractu censuali non sit ineptum, sed plures effectus producat reprobatis Nauarr. Gratian. & Cenc. docet Thomat. *decis.*96. *numer.*42. *& seqq.* Leotard. *de vsur. quæst.*49. *num.*16. vbi reprobat Cencium, & Duardum aliter sentientes, Rot. *part.*14. *recent. decis.*508.

Quòd licet constitutum non transferat dominium, neq; possessionem in emptorem census, tamen operetur vt illi competat associatio pro fructibus, Rot. post Cenc. *de cens. decis.*149. 150. *&* 542. *& p.*9. *recent. decis.*104. vbi etiam quòd licet liberata fuerit persona, non remanet liberatus fundus, nisi aliter appareat *supra n.*9. Rot.*p.*10. *decis.*187.*& p.*14.*decis.*508.

19 Constitutum ratione incertitudinis loci, & quotæ bonorum redditur inutile, ac nullum translatæ possessionis effectum producere potest, Thomat.*decis.*219.*n.*39. Magon.*decis.Luc.*21. *n.*1.*&* 2.vbi etiam *n.*11.*& seqq.* quod appositum in contractu conditionali eius naturam sequitur, & dicitur conditionale, ita vt nullam transferat possessionem, nisi purificata conditione, Altograd. *cons.*13.*numer.*18. *&c.lib.*1. Card. Tusch. *litt.C. conclus.*787. *&* 789.*per tot.* Bardellon. *cons.*175.*per tot.* idem Magon. *decis. Luc.*31. *numer.*35. vbi etiam quòd resoluto contractu principali non operatur, Rot.*part.*9. *recent. decis.*97. *num.*15.*&c.* vbi quòd operatur statim impleta conditione, etiam si ante eius purificationem esset alteri res fictè tradita per aliud constitutum *infr. n.*26.Rot.*p.*18.*recent.decis.*185. vbi quòd Constitutum in donatione transfert possessionem in Constitutarium ad quoscumque effectus, ac ideò illius vigore datur donatario associatio ad bona donata, etiam illorum identitate non probata, quia huiusmodi liquidatio posteà fieri potest in executionem sententiæ.

Et quod Constitutum, vel precarium in genere appositum super omnibus bonis, ratione incertitudinis non operetur translationem possessionis manutenibilis in aliqua parte, Caualer. *decis.*391. *n.*2. vide Duran.*decis.*49.*num.*13. Ridolphin.*in prax.p.*2.*c.*5.*n.*59.vbi contrarium tenent, quia alias obligatio omnium bonorum præsentium, & futurorum seruiret de vento, & quia adest certitudo saltem respectu vniuersi, & alia quando incertitudo non vitiet constitutum, Tiraquel.*de Constitut.part.*3.*limit.*19.*numer.*2. Surd. *cons.*231.*num.*56.Rot.*part.*2.*diuers.decis.*59.*num.*2 *& par.*9. *recent.decis.*97.*num.*8.*&c.* vbi quòd appositum in obligatione omnium bonorum operatur, cùm sufficiat certitudo respectu vniuersi, licet non adsit respectu cuiusuis particularis rei, eadem Rot. *dict.part.*9.*decis.*356.*in fine*, *& decis.*373. *num.*21.*& seqq.*Rot. post Merlin.*de pign.decis.*105.*numer.*12. *& seqq.& part.*13.*recent.decis.*26.*num.*2.*& decis.*476.*num.*2. vbi quòd incertitudo vitiaret si constitutum esset appositum super re particulari incerta, secus si generaliter super omnibus bonis, nam tunc adest certitudo respectu vniuersi, quæ sufficit.

Quòd appositum in donatione bonorum præsentium, & futurorum statim sit validum, licet respectu futurorum operetur solum cùm fuerint acquisita, cùm tunc efficiantur certa respectu quotæ, & loci, licet tempore facti constituti essent vtroque respectu incerta, Rot. *part.*2. *diuers. decis.*59.*num.*6. vide *in §. Incertitudo, & in meis resol.cap.*62. *per tot.*

20 Constitutum appositum in contractu celebrato à tutore nomine pupilli non operatur translationem possessionis, neque dominij, quia non potest tutor per actus fictos possessionem rerum pupilli in alienum transferre, Bart. *in l.*1. *in prin.col.pen.ff.de acquir.poss.* cum alijs per Capyc.*decis.*14. *n.*11.*&* 15.

Quòd autem minor, vel pupillus simul cum tutore, vel curatore constituentes se nomine illius, cum quo legitimè contraxerunt possidere, transferant possessionem, Tiraquel. *de Constitut.limit.*25. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3.*lib.*14.*tit.*11. *n.*46. *fol.*167.

21 Constitutum non operatur remanente in possessione ipso constituente, nisi remaneat iure familiaritatis, Tiraquel. *de Const.limit.*9. Caualer.*decis.*503.*num.*1. Ridolphin. *in prax.part.*2.*cap.*5.*numer.*54. Rot. *part.*9.*recent.decis.*172. *num.*6. *&c.* vbi quod numquam datur manutentio constituenti, vel ab eo causam habenti etiam si actualiter possiderit, aduersus constitutarium, cuius nomine ab initio se possidere constituit.

22 Constitutum, & precarium exinguitur morte debitoris constituentis ad hoc vt amplius effectum suum operari non possit, Rom.*cons.*189.cum alijs per Negus.*de pign.p.*6.*memb.* 1.*num.*36. Gratian. *discept.forens.cap.*172.*n.*17. Tiraquel.*de constit. ampliat.*12.

Quòd tamen procedit respectu constituentis, ne videatur eius hæredibus data facultas possidendi, secus respectu constitutarij, qui adhuc possessionem acquisitam mediante constituto retinet ad effectum manutentionis, & quoscumque alios effectus, Post. *de manutent. obseru.*20. *num.*35.*&* 36. Rot. penes eundem *decis.*28. *num.*4. *& decis.* 89.*num.*7. Gratian.*discept. forens.cap.*954. *num.*5. vbi tamen limitat nisi post mortem constituentis fuerit possessio ab alio apprehensa, & constitutarius neglexerit, Barbos.*d.claus.* 31.*numer.*22.*&c.* latè Merlin. *de pign. lib.*4. *tit.*4. *quæst.*120. *num.*14.*& seqq.* Rot. *in Nouiss.part.*7.*decis.*180.*numer.*6.*&c.* vbi respondit sufficere constitutario ignorasse occupationem huiusmodi à tertio factam, ne dicatur per negligentiam iuri suo renunciasse, & in dubio ignorantiam præsumi, adde Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3.*lib.*14. *tit.*11. *num.*50. *&* 51.*fol.*168. Ricc. *Collect.*3970. vbi benè declara, & Rot.*p.*9. *recent.decis.*189. *num.*1. *& seqq.* vbi sequitur omnia prædicta, & concordantes allegat, addendo etiam quod quatenus virtus constituti expirauerit quoad manutentionem, tamen durat quo ad alia recuperandæ possessionis remedia, & præcipuè ex *l.fin. C.de acquir.poss.* ad tradita per Cyriac. *controu.*258.*n.*39.*&c.* Gratian. *decis.*15. *num.*3. Pac. de Saluian. *Inspect.*3.*cap.*2.*n.*1029. Rot. *part.*8.*recent.decis.*301.*num.*4. *& seqq.*

Quòd Constitutum, & precarium non expiret morte constituentis, vel Constitutarij, sed possit exerceri contra hæredes, & habentes causam ab eis, & ab hæredibus, & habentibus causam ab eis, & quomodo, Rot. *part.*15. *recent. decis.*64. *per tot. & part.*16. *decis.*80. vbi plura, ad rem, *& part.*17. *decis.*85. *numer.*5. vbi quòd non expirat per mortem constituentis, etiam si donans, & eis hæres continuauerit possessionem, nisi saltem lapsi fuerint decem anni, vt requiritur ad effectum amittendi ciuilem possessionem.

23 Constitutum collatum post mortem constituentis non operatur tamquam collatum in tempus inhabile, & quo omnis possessio extinguitur nisi adiecta fuisset clausula, *ex nunc prout ex tunc*, Negus. *de pign. part.*2. *memb.*2. *numer.*2. *&* 3. Rot. *part.*2. *diuers. lib.*2. *decis.*256. *numer.*2. *& seqq.* Gratian *discept. forens.cap.*172. *numer.*18. *& cap.*700. *numer.*62. *&* 63. Bardellon. *cons.*175. *numer.*17. Ridolphin. *in prax. part.*2. *cap.*5. *numer.*49. *&* 50. Vrceol. *consult. forens. cap.*52. *numer.*38. *&c. vol.*2. *& cap.*92. *numer.*54. *& seqq. vol.*2. Ricc. *Collect.*3070. Rot. *part.*9. *recent. decis.*38. *num.*20. Thomat. *decis.*153. *num.*13. *&c. decis.*181. *num.*8. *&c.* vide Merlin. *de pign.lib.*4. *tit.*4. *qu.*120. *num.*23.*& seqq.* vbi benè declarat, & distinguit Rot. *part.*13. *recent. decis.* 89. *n.*3. vbi quòd ad fauorem mulieris collatum de iure existimatur in tempus mortis mariti, & in eius vltimo vitæ spiritu operatur effectum suum, etiam sine clausula, *ex nunc prout ex tunc*.

Quid operetur in constituto clausula, *ex nunc prout ex tunc*, & alia plura ad rem, Rot. *part.*16. *recent. decis.* 80. *per tot.*

Quòd imò clausula, *ex nunc prout ex tunc*, non operetur retrotractionem constituti in præiudicium tertij, magis communem opinionem dicit Magon. *decis. Luc.*21. *num.*15. & contra Negus. *loc. cit.* quo ad limitationem tenet Thess. *decis.*38. *num.*4. *& per tot.* vbi tamen quod potest constitutarius vigore illius officium iudicis implorare pro recuperanda possessione, vide Honded. *cons.*18. *lib.*2. Rota apud Postia. *de manutent. decis.*620. *numer.* 2. *&c.* Giouagnon. *cons.*34. *n.*30. *&c. lib.*2. Cutel. *de donat. tom.*1. *discurs.*

diſcurſ.3.p.6.n.24. Hodier.*contr.29.n.27.* Noguerol.*alleg.14.n.57.* Vrecol. *d.c.92.n.54.& ſeqq.* qui concludunt conſtitutum collatum poſt mortem non operari ſtante ſtaturo continuante poſſeſſionem defuncti in hæredem in terminis de quibus ipſi, nec dictam clauſulam retrotrahi in præiudicium tertij,

Alios plures caſus particulares vſque ad 36. in quibus Conſtitutum non operatur, vide Ridolphin.*in prax.part.2.c.5.n.48.& ſeqq.ad* 62.

24 Conſtitutum habens ad ſui fauorem, & ſic ciuilem, & naturalem poſſeſſionem licet per modum fictum, non priuatur ſua poſſeſſione, quamuis idem conſtituens pariter pro alio poſſidere ſe conſtituat, quia conſtituens non poteſt præiudicare conſtitutario etiam alteri verè tradendo quin ipſe conſtitutarius non poſſit ſuam ciuilem poſſeſſionem recuperare, quam ſi neglexerit, & alius naturalem occupauerit, amittit ſpatio decem annorum, vide Caſtr. *conſ.10.lib.1.* Tuſch.*litt.C. concl.791.* Tiraquel.*de Conſtitut. in prin.num.69.* vbi quod conſtitutarius poteſt agere ſpolio, ſi conſtituens deneget ſibi poſſeſſionem tradere, vel reſtituere, vide *ſupra n.1.7.& ſeqq.* Rot.*p.10.recent.deciſ.191.num.5.&c.* vbi qualiter poſſeſſio amittatur per decennium ex negligentia, & obliuione, maximè ſi ſit per alium occupata, vide in §.*Poſſeſſio n.35.*

25 Conſtitutum alio modo dicitur quando quis pro ſe, vel pro alio conſtituit, ideſt profitetur ſe aliquid ſoluturum, ex quo oritur actio, quæ dicitur de conſtituta pecunia, taliſque conſtituens comparatur fideiuſſori, licet in multis ab eo differat, an habeat beneficium ordinis, & alia, DD. *in §. de conſtituta Inſtitut.de act. & in ff. & C. de conſtitut.pecunia,* Paul.Chriſtin. *deciſ. Belg.23.per tot. vol.3.* Honufr. Cigala *tract. de act. §.8. numer.5.& ſeqq. per tot.* Ariſmin.Tepat.*var.ſent.tit.104.per tot.* Ciarlin.*controu.98.num.1.&c.* Viui.*comm.opin.151.* vbi quòd eſt contractus nominatus, &c.

26 Conſtitutum non operatur abſente conſtitutario, niſi ſequuta ratificatione, vel mediante ſtipulatione Notarij, & iuramento, quicquid alij diuerſimodè ſentiant, Mantic. *de tacit.& ambig.lib.13.tit.8.* Gait.*de credit. c.4. qu.7.n.819.& ſeqq.* vide *in §.Donatio,* Merlin.*de pign.lib.4.tit.4.q.120.n,37.& ſeqq.*

Et ſi fuerit conditionale, pendente conditione non transfert poſſeſſionem, & quamuis purificata conditione retrotrahatur, tamen ſi interim ante euentum conditionis bona ſint alteri vendita, vel donata, & tradita, remanet illi ius quæſitum, quod tolli non poteſt, licet dicta conditio fuerit purificata, quia non retrotrahitur in præiudicium ſecundi emptoris, vel donatarij, vt latè probat Peguer. *deciſ.48.n.12.& per tot.* vide ſupra *num.18.& 19.* Merlin.*de pign.lib.4.tit.4.q.120.n.31.&c.*

27 Conſtitutum, & illius effectus tollitur per decennium, intelligendo quando poſſeſſio eſt penes tertium, nam ſi ſit apud ipſum conſtituentem non præſcribitur, ſed conſtituens dicitur ſemper poſſidere nomine conſtitutarij, & quando conſtitutarius ignorauit poſſeſſionem alterius, nam data eius ſcientia, breuiori etiam tempore amittitur, Addit. ad Butatt. *deciſ.604. n.23.&c.* cum alijs per Merlin. *de pign. lib.4.tit.4.q.120.n.34.&c.*

28 Conſtitutum appoſitum per iudicem in inſtrumento adiudicationis factæ creditori, nihil operatur, Coſta *tract. de re integr. diſt.18. numer.2.* ſequitur Merlin. *loc.cit. num.40.*

Item non operatur in fideicommiſſo ſucceſſiuo ordinato in contractu ad commodum plurium ſucceſſiuè, quia in primo vocato conſumitur, & ſic vlterius ad fauorem aliorum non protrahitur, Giouagn. *conſ.34.n.35.lib.2.* Caualer.*deciſ.5. num.4.* cum alijs deciſionibus relatis per Merlin. *d.q.120.n.42.* Rot.*p.13.recent.deciſ.465.n.3.* vbi quòd virtus Conſtituti, per poſſeſſionem bonorum à primo donatario, & conſtitutario ademptam, expirat.

29 Conſtitutum apponi poteſt, etiam in teſtamentis, vel alijs vltimis voluntatibus cum clauſula, *ex nunc prout ex tunc*, & transfertur in hæredem vera poſſeſſio; niſi hæres fuerit abſens, quia tunc in eum non transfertur poſſeſſio antequam teſtamentum acceptet, & hæreditatem adeat, quia poſſeſſio non acquiritur abſque animo acquirentis, Tiraquel. *de iur. conſtit. ampliat.23.num.1.& 2.& limit.30.n.1.& ſeqq.* Martha *de clauſ. part.1. clauſ.20.num.8.* Rot.*part.1.diuerſ.deciſ.459.* Bich. *deciſ.533.n.5.10.& 11.*

Multa de conſtituto, vel clauſula conſtituti quid operetur, & de conſtituta pecunia remiſſiuè tradunt Ægid. de Caſteion. *Alphab.iurid.verb.Conſtitutum, &c.* Com.Auguſt. Fontan.*in Biblioth.leg.part.4. eod.verb.fol.331.&c.* De conſtituto in Donatione pura (quicquid ſit in conditionali) qualiter operetur manutentionem ad fauorem donatarij, & alia nouiſſimè Iacob. Balduc. in obſeruat. ad Ramon. *conſ.26.n.44.& ſeqq.* Cyriac.*contr.in pluribus locis, vt in Indice verb.Conſtitutum, &c.*

§. CONSVETVDO. XLIII.

1 CONſuetudo dicitur ius non ſcriptum moribus diuturnis populi introductum, vel ius moribus inſtitutum, quod pro lege ſeruatur, vbi lex ſcripta deficit, *§. ex non ſcripto Inſtit.de iur.nat.gent. & ciuili, c.conſuetudo 1.diſtinct.* Iaſ.*in l.de quibus num.81.& ſeqq.ff.de legib.* Card.Tuſch. *litt. C.concluſ.793.* vbi plura Ariſmin. Tepat. *var.ſent. tit.56.& 57.per tot.* Thom.Triuiſ. *deciſ.54. numer.23.lib.2.* Gibalin. *de iur.canon.& Eccleſiaſt. tom.2. lib.6. cap.2. quæſt.1. per tot. fol. mihi* 300. vbi plura de conſuetudine, quid, & quotuplex ſit, quæ dicatur legitima conſuetudo, vel non, de vi, & poteſtate legitimæ conſuetudinis, an, & quomodo obliget, & alia ad rem, de quibus latè etiam Gabriel Vaſquez in S. Thom. 1.2. *tom.2. diſp.177. per tot. fol. mihi* 148. *&c.*

Quòd ſit magnæ auctoritatis, vincat legem, & omnia, quando ſecus, idem Tuſch. *concl.806. &c. & concluſ.954. &c.* Paul.Chriſtin. *deciſ.Belg.55. & ſeqq. vol.2.& ad leges municip.* Mechlin.*in prælud.* vbi etiam qualiter differat à ſtatuto, & alia latè Ant. Piagg. *in tract. de iure conſuetud. qu.1.&c.* Salgad.*Labyrint.credit.p.1.c.1.§.2.n.45.& ſeqq. per tot.* vbi qualiter poſſit minuere ſolemnitates, & alia plura operari.

Quòd conſuetudo de facto obſeruata contra ſtatutum à Principe euulgatum non valeat etiam ſi fuerit 50. vel 60. annis obſeruata per text. *& gloſ. in l.2. C.quæ ſit long. Conſuet.* Paul.Chriſtin. *deciſ. Belg.291. vol.1.* vbi quòd ita fuit iudicatum, facit quod dixi in *§. Statutum circa generalia num.28.*

Non etiam valet conſuetudo contra publicam vtilitatem, & contra legem expreſſam, Thomat. *deciſ.31.num.17.* Seraph.*deciſ.802.n.5.*

Quòd vbi eſt inducta ex pia, & laudabili deuotione, vel alia pia cauſa, ſit omninò, & in perpetuum obſeruanda, nec tolli poſſit, Thomat. *deciſ.297. num.23.& ſeqq.*

Plura de obſeruantia conſuetudinis, Nouar.*in Prag.Reg. Neap.Collect.153.*

2 Conſuetudo vt habeat effectum debet eſſe legitimè præſcripta, tacito conſenſu populi inueterata, vel à Principe approbata, rationabilis, actuum iteratione frequentata, & probata per teſtes reddentes cauſam ſcientiæ, & alia habere requiſita, de quibus Gratian. *diſcept. forenſ. cap.79. num.4.& ſeqq.* Oinot.*in §.ex non ſcripto, Inſt.de iur. nat gent.& ciuil.per tot.* Menoch. *lib.2.præſumpt.8.* vbi quòd cùm ſit quid facti non præſumitur, & etiam idem eſſe in ſtylo, & ritu, & an requiratur fuiſſe ita alias obtentum in contradictorio iudicio, adde Bardellon. *conſ.135. num.37.& ſeqq. lib.2.* Gratian.*deciſ.148.num.10.&c.* facit Dian. *part.5.tract.14. reſolut.62.* vbi quòd ad hoc vt conſuetudo abroget ius poſitiuum debet eſſe rationabilis, & præſcripta in foro fori, in foro autem conſcientiæ ſufficit, quod ſit rationabilis, & quare.

Quænam dicatur rationabilis, & alia, latè Dian.*part.6. tract.5.reſol.1.& ſeqq.per tot.*

Quòd conſuetudo poſſit præſcribi abſque bona fine, & quare, Dian. *p.8.tract.7.reſol.37.per tot.*

Multa de conſuetudine probanda cum ſuis tribus præcipuis requiſitis neceſſarijs, nempè actuum frequentia, temporis diuturnitate, & populi conſenſu, Azor. *in ſum. C. quæ ſit long.conſuet.* Maſcard. *de probat.concl.424.& ſeqq.* Marteſcott. *var. reſol. lib.2.c.100.* Caualer. *deciſ.125.n.8.* Ioſeph. Ludouic.*deciſ.Peruſ.72.n.19.&c.* Bertachin.*in Repert.verb. Conſuetudo per tot.* Rot. *part.12. recent. deciſ.278. num.3.& ſeqq.* Sperel. *deciſ.67. numer.20.& ſeqq. & deciſ 89. numer.17.& ſeqq.per tot.* vbi in materia electionis ſepulturæ, vide Tuſch. *litt.C. concluſ.794. & ſeqq.* vbi colligit 18. requiſita vt valeat conſuetudo, & latè Dian.*part.6.tract.5.per tot.*

Paul. Christin. *decis. Belgic.* 55. *& seqq. vol.* 2. *& decis.* 187. *vol.* 4.

3 Consuetudo est difficilis, & ferè impossibilis probationis, & articulis super illa debent principaliter tria continere; primò actum, siue vsum populi; secundò actus, siue vsus frequentiam scientibus, & consentientibus omnibus, vel saltem maiori illorum parte; tertiò, temporis diuturnitatem, & testes super inducti etiam non interrogati debent reddere rationem sui dicti, vt quia ita viderunt obseruari, & practicari in palatio Communis, & populi publicè, & notoriè, longo tempore in multis litibus, & causis, quibus ipsi interfuerunt, & ita practica communiter seruat, & debent esse concordes, siue contestes super pluralitate actuum, & super diuturnitate incipiente ab aliquo actu notabili, licet de hoc initio alij distinguant, prout videre est in *Practicabil. Rot. Rom. post p.* 3. *diuers. tit. de art. super consuetud. num.* 119. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 212. *n.* 55. *& seqq. vol.* 4. Rot. *p.* 12. *recent, decis.* 278. *n.* 3. *& seqq. decis.* 304. *n.* 18. *&c.* plenè Mascard. *de probat. conclus.* 423. *& seqq. ad* 342. *per tot.* Sum. Angelic. *verb. Consuetudo per tot.*

Si tamen tales testes essent periti, vt Notarij, & Doctores sufficeret quod dicerent ita se habere practicam, & consuetudinem secundum Altograd. *cons.* 18. *num.* 22. *in fine lib.* 1. Dian. *part.* 6. *tract.* 5. *resolut.* 28. vide *in §. Doctor num....*

Quot autem actus requirantur ad inducendam consuetudinem remittitur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. cas.* 81. *per tot.* Dian. *part.* 6. *tract.* 5. *resolut.* 7. vbi quænam actuum frequentia inducat consuetudinem, cum pluribus seqq.

Quòd tria rerum iudicatarum exempla consuetudinem inducant, Peregrin. *decis.* 115. *n.* 6.

Quòd duo saltem actus requirantur quando sunt notorij, & sæpè non occurrentes, nam si sæpè acciderent plures requiruntur arbitrio iudicis, imò etiam vnus actus successiuus posset sufficere, Viui. *comm. opin.* 154.

Et quanto tempore consuetudo formetur, idem Menoch. *de arbitr. cas.* 83. *per tot.* vbi post relatas aliquorum opiniones dicit arbitrio iudicis remitti. Quanto tempore inducatur, & quomodo, latè Tusch. *litt. C. concl.* 796. Diana *p.* 6. *tract.* 5. *resol.* 2. *& seqq.*

Quòd probetur consuetudo, si testes dicant ita semper ab immemorabili tempore, & citra viderunt obseruari, & ipsi ita obseruarunt Altograd. *cons.* 100. *numer.* 90. *in fine lib.* 1. vide Caualer. *decis.* 56. *numer.* 1. *& decis.* 357. *per tot, infr. num....*

An autem non vsus possit inducere consuetudinem, Dian. *p.* 6. *tract.* 5. *resol.* 18.

Consuetudo, vel stylus contra, vel præter ius qualiter probetur, Gratian. *discept. forens. cap.* 694. *numer.* 52. *&c. cap.* 965. *cap.* 861. *numer.* 21. *cap.* 956. *numer.* 22. *cap.* 973. *numer.* 48. *& cap.* 561. *numer.* 23. *&c.* vbi multa de consuetudine quadragenaria, & præscriptione contra ius canonicum.

Quòd stylus Romanæ Curiæ persæpè varietur, Lap. *allegat.* 51. *n.* 2. Cassador. *decis.* 7. *n.* 4. *de rescript.* Rot. *p.* 17. *recent. decis.* 377. *n.* 7.

Plura qualiter stylus differat à consuetudine, & quando sit plenè probandus, vel sufficiat extraiudicialis informatio, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *n.* 573. *&c. fol.* 302. Tusch. *litt. S. concl.* 692. *& seqq.*

Quòd quando est contra ius requirat scientiam, & patientiam superioris saltem in genere, quæ tamen præsumitur ex actuum frequentia, & per suos officiales, Tusch. *litt. C. concl.* 797. *infr.* 11. vide latè Dian. *p.* 6. *tract.* 5. *resol.* 13. *per tot.* Mastril. *decis.* 121. *n.* 28.

5 Consuetudo interpretatiua probatur leuioribus probationibus, ac per simplicem attestationem peritorum, nec requirit tantam temporis diuturnitatem, Caualer. *decis.* 497. *n.* 5. *&* 6. Gratian. *discept. forens. cap.* 158. *n.* 13. *c.* 608. *n.* 16. *c.* 675. *n.* 31. *cap.* 745. *num.* 20. *& cap.* 756. *num.* 16. Tusch. *litt. C. conclus.* 878. vbi quanto tempore inducatur, & quid operetur.

Debet tamen fuisse alias ita obtentum in contradictorio iudicio, idem Gratian. *discept.* 740. *n.* 23. vide Sperel. *decis.* 133. *n.* 28. *&c.* Tusch. *litt. C. concl.* 798. vbi latè *per tot.* Dian. *p.* 6. *tract.* 5. *resol.* 8. vbi probat ad inducendam consuetudinem non requiri actus iudiciales.

An ad validitatem consuetudinis requiratur, quod sit obtenta in contradictorio iudicio, affirmant multi, sed plures alij magis communiter negant, cùm possit induci per actus etiam extraiudiciales in populo vsitatos, Paul. Christin. *decis.* 187. *n.* 7. *&c. vol.* 4. Vasq. *de success.* §. 21. *n.* 114. vbi addit rationem, quia sicuti lex induci potest absque contradictorio, ita etiam consuetudo, quæ non differt à lege scripta, nisi tamquam tacitum, & expressum, Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 62. *n.* 18. *&c.*

Quòd sufficiat vnicus actus in contradictorio iudicio obtentus, nec requiratur præscriptio in hac consuetudine interpretatiua, Altograd. *cons.* 18. *n.* 25. *&* 26. *lib.* 1. vbi etiam *n.* 22. quòd probatur ex pluribus instrumentis vniformiter celebratis.

Quòd non requiratur consuetudinem esse obtentam in contradictorio iudicio, intelligendo in actibus extraiudicialibus, secus in iudicialibus, Viui. *comm. opin.* 162.

De consuetudine vt adhibeatur fides scripturæ priuatæ in archiuio repertæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 582. *numer.* 9. *&c.* Pacif. de Saluian. *Inspect.* 1. *cap.* 7. *numer.* 76. *& seqq.* vbi plura de dicta consuetudine, & eius requisitis necessarijs.

Huiusmodi tamen consuetudo interpretatiua est strictè accipienda, & specificè in eo tantum casu, in quo adest, nec potest trahi ad alios casus, res, vel personas, siue genus personarum, nec ad alias statuti partes, in quibus non inualuit, cùm tantùm habeat de potentia, quantum constat de vsu, aut actu, & non vltra, Altograd. *cons.* 61. *n.* 12. *lib.* 2. Thomat. *decis.* 131. *n.* 37. *&c. & decis.* 240. *n.* 4. *& seqq.*

Consuetudo debet in specie, & in casu, de quo agitur probari, etiam si dicatur notoria, quando est iuri contraria, nec extenditur de loco ad locum, itaut non credatur Doctoribus de ea attestantibus maximè extra locum, in quo ipsi versabantur, & debet esse obtenta in contradictorio iudicio, Altograd. *cons.* 42. *n.* 50 *& seqq. lib.* 2. vbi etiam quòd ex difformitate actuum vitiatur. 6

Quòd sit probanda in specie, & casu de quo agitur, non autem in genere, Caualer. *decis.* 172. *num.* 5. Tusch. *litt. C. conclus.* 805. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 489. *num.* 18. vbi quòd non suffragatur, nisi concurrant eædem circumstantiæ, & qualitates ad vnguem, *& part.* 12. *decis.* 278. *num.* 6. *& seqq. & decis.* 304. *numer.* 6. *&c.* Thomat. *decis.* 131. *num.* 34. *& seqq. decis.* 240. *numer.* 4. *& seqq.* Ludouis. *decis.* 162. *per tot.*

Quòd vt prosit alleganti debeat in eadem facti specie, & concurrentibus omnibus eisdem qualitatibus, & conditionibus probari, quia tantum operatur quantum actus demonstrat, & non vltra, nec possit extendi, Surd. *decis.* 131. *numer.* 8. *& seqq.* Tusch. *litt. C. conclus.* 860. *per tot.* Rot. *d. decis.* 278. *numer.* 6. *& seqq. & decis.* 304. *num.* 6. *& seqq.*

Si tamen consuetudo esset notoria non indigeret alia probatione, sed sufficeret illam allegare, & posset iudex ex se ipso supplere, & se informare, Crauett. *cons.* 137. *n.* 5. *&c. cons.* 104. *n.* 9. Curt. iun. *cons.* 173. *n.* 7. & alij per Pacif. de Saluian. *Inspect.* 1. *c.* 7. *n.* 89. *&* 90. Ciarlin. *contr.* 92. *n.* 34. *vide infr. n.* 9. *in fine*.

Consuetudo loci, siue Ciuitatis dominantis, attenditur vbi deficit consuetudo loci particularis, & suppositi, vbi verò adest propria consuetudo loci particularis, illa debet attendi, & non loci dominantis, Caualer. *decis.* 73 *num.* 3. *decis.* 95. *per tot. & decis.* 107. *numer.* 1. *&c.* Dian. *part.* 6. *tract.* 5. *resolut.* 31. Leoncil. *decis. Ferr.* 47. *numer.* 5. Cacher. *cons. feud.* 21. *num.* 35. 7

Et idem esse in statuto, vide in §. *Statutum n....*

Consuetudo contra ius non extenditur, & sit contra ius naturale non valet, Duen. *reg.* 136. *&* 137. *per tot.* vbi remissiuè de multis ampliationibus, & limitationibus dictarum regularum ad Rocch. de Curt. *tract. de consuetud.* & vide Sperel. *decis.* 37. *n.* 34. *& seqq.* 8

Quòd consuetudo irrationabilis, & contra ius dicatur potius corruptela, & non sit attendenda, Magon. *decis. Luc.* 1. *numer.* 30. *&* 31. Tusch. *litt. C. conclus.* 804. vbi quando sit rationabilis, vel non, & quod remittitur arbitrio iudicis, latè Paul. Christin. *decis.* 212. *num.* 36. *& seqq. vol.* 4.

Irrationabilis autem dicitur quando est contra legem, vel contra libertatem Ecclesiasticam, & plura quando sit rationabilis, vel irrationabilis, Menoch. *de arbitr. cas.* 82. *per tot.* Sperel. *decis.* 179. *per tot.* vbi quòd contra ius, & cæ-

& cæremoniale Episcoporum induci non potest, quando dicatur irrationabilis, & alia, & meliùs decis. 182. num. 37. & seqq. per tot. vbi quòd nec sustineri potest in vim consuetudinis immemorabilis, Christin. d. decis. 212. num. 40. & seqq. vol. 4.

Multos casus, in quibus non valet consuetudo, vide per Tusch. litt. C. conclus. 813. & seqq. Christin. d. decis. 212. num. 36. & seqq. vol. 4.

Quòd consuetudo nutritiua peccati numquam valeat, nec possit induci, quia quantò longior est, tantò damnabilior, & magis execranda efficitur, nam diuturnitas non minuit, sed auget peccatum, etiam si tempus esset immemorabile, vt benè in terminis prætensæ consuetudinis imponendi iniusta vectigalia, qua pessimi Principum Consiliarij illos adulantur, ratiocinatur Paul. Rub. in Annot. ad decis. 217. num. 399. & seqq. part. 9. recent. Capell. Tholos. quæst. 193. num. 7. &c. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 62. num. 39. infr. num. 21.

Quòd consuetudo iniqua non obliget in foro conscientiæ, Tiraquel. de retract. in Præfat. num. 68.

9 Consuetudo vniuersalis non indiget aliqua probatione, sed habetur pro lege, & pro ipso iure communi, non autem consuetudinario, & illi non potest derogari nisi ab habente potestatem legis condendæ, ac ipsum Principem ligat, quatenus non appareat de contraria illius voluntate, vel dispositione, Gratian. discept. forens. cap. 801. num. 11. & seqq. Paul. Christin. decis. 212. num. 42. & seqq. vol. 4. vbi quæ requirantur vt vim legis habeat.

Multa de vi, & efficacia consuetudinis, vide Menoch. lib. 2. de arbitr. quæst. 71. per tot. Dian. part. 6. tract. 5. per tot.

Quòd consuetudo, vel stylus respiciens ordinem iudicij non indigeat formali probatione, sed sufficiat quod de illa fiat fides summariè, & sine scriptis per aduocatos, & procuratores loci apud iudicem, Afflict. dec. 78. Capel. Tholos. quæst. 115. Peregrin. decis. 97. num. 23. Guaz. de pace &c. part. 1. q. 81. num. 17. vbi quòd secus est in concernentibus merita, & decisiones causarum, vide supra n. 6. in fine.

10 Consuetudo excusat in delictis, cùm quælibet causa etiam bestialis indulgentiam præbeat, Clar. § fin. quæst. 60. vers. Et generaliter, Magon. decis. Luc. 27. n. 31. vbi tamen num. 55. intelligit quod excuset a pœna, non autem à refectione damni versus partem, Rot. part. 12. rec. decis. 414. num. 83. & seqq. vbi in materia gabellarum, vt possit excusare à pœna, non autem à restitutione indebitè exactarum.

Quòd consuetudo faciat de non licito licitum, & è contra, ac proinde excuset ab omni pœna temporali, non autem a pœna spirituali peccati, Barbos. de Axiomat. iur. Axiom. 57. num. 3. & 4. Thom. Triuis. decis. 44. num. 6. lib. 2. Tusch. litt. C. concl. 848. &c. Dian. part. 6. tract. 5. resol. 19. & 20. per tot. Ricc. Collect. 2115. Farinac. de pœn. temper. q. 95. Leotard. de vsur. q. 100. n. 55. & seqq. inf. num. 22.

An consuetudo ludendi sit valida, & excuset à pœna, negant aliqui, vt per Burlatt. cons. 116. n. 6. Carpzou. in Praxi q. 134. n. 11.

Qualiter contractus minoris habeat implicitum ſtatum validitatis, & non poſſit nullitas allegari niſi ipſo volente, ſemelque ratificatus non poſſit amplius de nullitate argui, Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 531.

Quòd contractus non poſſit regulariter claudicare, & quando ſecus, Tuſch. *litt. C. concl.* 982.

9 Contractus vnicus non poteſt pro parte acceptari, & pro parte recuſari, vel reprobari, cùm ſit indiuiduus, *l. ſtipulationes non diuiduntur* 72. vbi DD. *ff. de re verb. oblig.* Tiraquel. *de retract. conuent.* §. *fin. num.* 4. *&c.* Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 278. *num.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 301. *num.* 57. *&c.* Hodiern. *contr. for. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 47. Barboſ. *de Axiomat. iur. Axiom.* 57. *num.* 7. Vrceol. *Conſul. forenſ. cap.* 3. *n.* 16. *&c.* Balthaſ. Thomaſ. *loc. ſup. cit. num.* 3363. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 288. *n.* 10. *vol.* 1. Rot. *part.* 10. *recent. dec.* 284. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi de diuiſione facta à peritis, *& part.* 11. *dec.* 75. *n.* 27. *& ſeqq.* Gregor. *deciſ.* 467. *n.* 5. *& ſeqq. cum Addit.* Salgad. *Labyrint. par.* 1. *c.* 34. *n.* 13. *& ſeqq.* Rot. *part.* 17. *recent. dec.* 397. *n.* 15. *& deciſ.* 398. *n.* 10.

10 Contractus continens plura capitula etiam ſeparata dicitur indiuiduus ſtante inter ſe dictorum capitulorum connexitate, & dependentia vnius ab alio, vel ab eadem cauſa, ita vt vno irritato, irritentur omnia ratione indiuiduitatis, Altograd. *conſ.* 105. *num.* 17. *& ſeqq. lib.* 2. vide *in* §. *Tranſactio n.* 22. facit Salgad. *Labyrint. par.* 1. *c.* 34. *n.* 13. *&c.*

Qualiter autem plures contractus contineri poſſint in eodem inſtrumento, & vnuſquiſque ex ſe regulari, nec de vno ad alium poſſit inferri, latè Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 439. *n.* 22. *& ſeqq. n.* 34.

11 Contractus eſt nullus non ſeruata præciſè forma ſtatuti, quamuis de iure communi potuiſſet valere, ſi appareat contrahentes voluiſſe contrahere iuxta illam formam, quia tunc procedit regula: quod potuit noluit, & quod voluit adimplere nequiuit, niſi adeſſet clauſula, *omni meliori modo*, quo caſu intrat alia regula: ſi non valet vt ago, valeat vt valere poteſt, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 647. *num.* 15. *&* 25. *& cap.* 699. *n.* 27. *&* 28. vide Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 23. *n.* 32. *& ſeqq.*

Quòd imò valeat huiuſmodi contractus, vide Rot. *in Nouiſſ. part.* 6. *deciſ.* 363. *num.* 10. *&c.* facit quod dixi *in* §. *Actus n...*

Quòd contractus reſcindi poſſit ob formam non ſeruatam, Altograd. *conſ.* 9. *n.* 78. *lib.* 1.

Quòd non ſeruata forma careat omni actione, & iuris fomento, non ſuſtineatur etiam in foro conſcientiæ, niſi contrahens ſit factus locupletior, nec firmetur iuramento quando forma eſt inducta ob publicam vtilitatem ad obuiandum ſtandibus, vel præſumitur dolo, & metu extortum, benè probat Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 44. *n.* 2. *& ſeqq. & cap.* 92. *n.* 61. *vol.* 2. adde P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 2. *per tot.*

Quòd contractus nullus iure humano in foro exteriori, ſit etiam nullus in foro conſcientiæ, ac idem eſſe in vltimis voluntatibus, Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 75. facit quod dixi *in* §. *Hæres num.* 12. *Hæreditas num.* 25. adde Nouar. *conſ.* 9. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 3. Duran. *deciſ.* 18. *n.* 8. *& ſeqq.* Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 80. *n.* 10. *& ſeqq. & part.* 11. *dec.* 98. *n.* 17. *& ſeqq.*

12 Contractus fieri poſſunt etiam in teſtamento, quo reuocato, non cenſentur illi reuocari, cùm habeant ſtatim effectum à die celebrationis illius non expectata morte teſtatoris, ſi fiant parte præſente, vel notario ſtipulante, quamuis teſtamentum eſſet inualidum, & ſufficiunt duo teſtes, Viui. *comm. opin.* 167. *in verbo Contractus*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 751. *num.* 3. *& c.* 895. *num.* 77. vide *in* §. *Confeſſio num.* 18. *&* §. *Teſtator n...* Tuſch. *litt. C. concl.* 994. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 334. *n.* 13. *vol.* 2. Gamm. *deciſ. Luſit.* 339. *&* 381. Seraphin. *deciſ.* 417. Martha *de ſucceſſ. leg. part.* 4. *q.* 4. *art.* 2. *per tot.* vbi plura in contrarium.

Tales enim contractus retinent in omnibus propriam naturam, & annullantur per adiectionem conditionis impoſſibilis, Duran. *tract. de condit. & mod. impoſſ. part.* 4. *cap.* 2. *per tot.* facit Surd. *deciſ.* 149. *per tot.* vide §. *Conditio num...*

13 Contractus factus contra legem, vel ſtatutum licet ſit nullus quoad commodum, & fauorem eorum, qui ita contraxerunt, tamen valet quoad damnum, & præiudicium ipſorum, quia ex ſua culpa pœnam, non immunitatem conſequi debent, Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 8. *&* §. 26. *gloſ.* 2. *num.* 7. *&c.* Montan. *de tut. cap.* 26. *num.* 37. vide *in* §. *Actus num... &* §. *Notarius n...*

Quòd contractus à lege improbatus non ſuſtineatur etiam volente eo, in cuius fauorem annullantur, quia tali nullitati renunciari non poteſt, Tiraquel. *de leg. connub. gloſ.* 8. *num.* 98. Borgn. *deciſ.* 13. *num.* 29. *&* 30. *lib.* 2. Oſaſeb. *deciſ.* 166. *num.* 7. *deciſ.* 172. *n.* 17. Surd. *deciſ.* 268. *num.* 8. Thomat. *deciſ.* 101. *num.* 19. vide *ſupra n.* 8.

Et ſi ſit nullus ob defectum conſenſus alterius veluti patris, vel mariti, non conualidatur per ſuperuenientiam illius poſt mortem contrahentis, Caſtr. *conſ.* 438. *vol.* 2. Menoch. *de arbit. lib.* 1. *q.* 69. *n.* 6. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 23. *n.* 18. Salgad. *Labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 33. *n.* 9. *&c.*

14 Contrahens non adhibitis ſolemnitatibus ſolitis, & neceſſariis dicitur in mala fide, *gloſ. in l.* 1. *verb. mala fide C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiſ. lib.* 10. *tex. in c. qui contra, vbi gloſ. de reg. iur. in* 6. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. *fin. num.* 42. latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 130. *n.* 33. *& ſeqq. ad* 47. vbi dat tres extenſiones, & quinque limitationes, *& de arbit. caſ.* 225. *num.* 6. *&* 7. Surd. *deciſ.* 179. *n.* 1. *&c.* Franch. *deciſ.* 242. vide *in* §. *Dolus n.* 10. *&c.*

Qualiter contractus ſit nullus, vel ſaltem annullandus quando dolus dat illi cauſam, Card. Mellin. *deciſ.* 162. *n.* 5. *&* 6.

15 Contrahens cum minore, vel Eccleſia non adhibitis ſolemnitatibus per ignorantiam, vel inaduertentiam, & ſic inuoluntariè, ſi re vera aderat iuſta cauſa ſaltem apparens, & putatiua, & omnis prorſus ceſſauit dolus, & fraus, licet poſſit in foro fori conueniri, & adſtringi, etiam tuta conſcientia ex parte Eccleſiæ, vel minoris iure ſuo vtentis ad rem ſibi reſtituendam, tamen ſi ita nulliter contrahens non pulſetur in foro fori, poteſt tuta conſcientia rem ſic ex dicto contractu nullo acquiſitam retinere, ſi dolus, vel fraus abſit vt ſupra, Sperel. *dec.* 163. *num.*

num. 16. & seqq. ad 28. facit quod dixi in §. Hæres num... supra n. 11.

Plura de contractibus minorum, & similium, an, & quando obligent in foro conscientiæ, vel non, P. Stephan. de Neapol. tract. de restitut. lib. 2. cap. 5. per tot.

An, & quando contractus minorum cum iuramento valeant, vel non, latè Gabriel. comm. concl. lib. 2. tit. de minor. concl. 5. per tot. vide in §. Iuramentum, & §. Minor.

16 Contrahentes præsumuntur non tantùm sibi, sed suis etiam hæredibus stipulari etiam in pacto tacito, & in priuilegijs, & quamuis taxatiuè pro se tantùm stipulentur, nisi essemus in actu de sui natura ad hæredes non transitorio, vt benè probat Menoch. lib. 3. præsumpt. 47. per tot. vide in §. Stipulatio num. 7. Paul. Christin. decis. Belgic. 16. vol. 3. vbi etiam qualiter actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipere possint, & ad leg. Municip. tit. 6. art. 9. vbi qualiter contractus ad hæredes transeant, latè Rot. part. 9. recent. decis. 352. n. 7. & seqq. & part. 11. dec. 371. n. 21. & seqq. Salgad. Labyrint. credit. part. 1. cap. 33. n. 14. &c. vbi etiam si contractus sit conditionalis, Rot. part. 14. recent. decis. 85. num. 1. &c. Caldas Pereyra de empt. & vendit. cap. 20. vbi dat plures limitationes.

17 Contrahens cum alio debet perscrutari, & scire illius conditionem, & qualitatem, & ideò præsumitur scire, alias sibi imputet, quod procedit etiam in fœmina, & forense, nisi adesset ignorantia multum probabilis, & iusta, & nisi essemus in hærede contrahentis, l. qui cum alio ff. de reg. iur. Cuiac. lib. 7. obser. cap. 36. Menoch. lib. 3. præsumpt. 88. per tot. vide in §. Societas n. 26. Salgad. Labyrint. credit. par. 2. cap. 9. n. 120. & seqq. vbi benè declarat, & alibi sæpè.

Hæc regula non procedit quando à iure ignorantia iusta reputatur, vt in fideicommisso, Menoch. de Arbit. cas. 182. n. 71.

Nec quando alter contrahens versatur in dolo, quia tunc dolus præponderat culpæ, & non debet suffragari, Rot. par. 2. diuers. dec. 192. n. 5. & 6. & dec. 281. nu. 29. & 30. Salgad. Labyrint. credit. par. 1. cap. 38. n. 28. & seqq. vbi plura ad hoc propositum.

18 Contrahens cum aliquo tanquam hærede talis, censetur illum approbare pro hærede illius, ita vt prætendens contrarium teneatur ipse probare huiusmodi negatiuam, latè Surd. decis. 104. per tot.

Item contrahens cum alio tanquam ciue, non potest negare illum esse talem, Leoncil. decis. Ferr. 27. num. 11.

19 Contrahentes qualiter sortiantur forum in loco contractus si agatur de ipsius contractus obseruantia, secus de dissolutione illius, & dummodo in loco contractus reperiantur, & ibidem citentur ad firmandam iurisdictionem, quid si fuerit apposita clausula quod possint vbique conueniri, & alia, vide per Pac. Iordan. Lucub. vol. 2. lib. 13. tit. 8. num. 208. & seqq. fol. 91. Martha de Claus. part. 1. Claus. 343. Cepol. caut. 70. & alios allegaui in §. Forum num. 1. & 2. §. Debitor num. 70. Ricc. Collect. 339. plenè Felin. in cap. fin. extr. de foro compet. Capell. Tholos. q. 103. per tot. latè Sanfelic. in Praxi sect. 11. Couar. Pract. quæst. cap. 10. Carleual. de iud. disput. 11. q. 5. Thom. Triuis. decis. 48. lib. 1.

20 Contrahentes in dubio censentur se velle conformare cum statutis, & consuetudine locorum, Magon. dec. Flor. 94. num. 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 38. per tot. vbi etiam generaliter quod contractus intelligitur secundum sui naturam, & legis dispositionem, & præsumpt. 43. d. lib. 3.

Quòd semper contrahentes secundùm statuti dispositionem contraxisse censeantur, cùm non possint facere quod statuta locum non habeant in illorum contractibus, Altograd. cons. 9. num. 57. lib. 1. & cons. 95. n. 27. lib. 2. Barbos. de Axiomat. iur. Axiom. 57. n. 10. Peregrin. dec. 18. n. 4. &c.

Quòd magis præsumantur velle se conformare iuri communi, quàm iuri speciali, Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 21. n. 198. &c. fol. 434.

21 Contractus non à cortice verborum, sed ad effectu considerari debent, etiam si fiat impropriatio verborum, & etiam in contractibus stricti iuris, quia qualitas contractuum cognoscitur ab effectu, non autem à sonu verborum, Rom. cons. 509. Afflict. decis. 72. Addit. ad Magon. decis. Luc. 14. num. 5. litt. A. & decis. 24. num. 16. Menoch. lib 3. præsumpt. 105. n. 11. Sperel. decis. 91. per tot. vbi plura latè Tusch. litt. C. concl. 999. vbi quòd cognoscuntur ex substantia conuentionis, & ex verbis, latè Rot. part. 9. recent. decis. 432. & part. 6. decis. 323. num. 68. & 69. & decis. 52. num. 15. &c. part. 13. decis. 121. num. 3. &c. vbi quòd omissum habetur pro omisso, licet maior esset ratio in omisso, quam in expresso, siue alter alteri inhæreat facit quod dixi in §. Testator n. 23. Rot. part. 13. recent. decis. 524. n. 1. &c. vbi quod non censetur repetita qualitas in prima parte contractus adiecta.

Quòd quando verba instrumenti sunt clara, talis contractus præsumatur, qualis ex illius facie apparet, Magon. decis. 12. num. 18. vbi etiam Additio se remittit ad supradicta, vide pulchrè Menoch. lib. 3. de præsump. 104. n. 20. & seqq. & præsumpt. 105. num. 1. &c. Sperel. d. dec. 91. per tot. Rot. par. 6. rec. dec. 110. nu. 7. &c. infr. n. 35.

Quòd contractus recipiant interpretationem à verisimili mente contrahentium, & ab eo, de quo si contrahentes fuissent interrogati, vel cogitassent, verisimiliter dixissent, Rot. part. 2. diuers. dec. 131. n. 1. vide in §. Dispositio n... latè Rot. part. 9. recent. decis. 432. per tot. part. 13. dec. 121. n. 4. vbi quod non possunt trahi ad incerta, & incognita vtrique parti.

Plura de non attendenda mente, & voluntate contrahentium, nisi quatenus ex verbis appareat, cùm alias abstracta à verbis, & in mente retenta nihil operetur, Altograd. cons. 13. num. 16. & seqq. lib. 2. Rot. part. 13. recent. decis. 90. num. 12. & 13. vbi etiam quòd non attenditur quid vnus ex contrahentibus voluerit, sed necesse est, vt probetur mens amborum, & dec. 530. n. 14. d. part. 13.

Plura de proprietate verborum attendenda præcipuè in stipulationibus, & contra fundantem se in verbis, nisi aliter constet de mente, quæ probari debet ab eo, qui vult recedere à proprietate verborum, Rot. par. 2. diuers. dec. 223. per tot. Tusch. litt. C. concl. 1001.

Quòd tales præsumantur contractus quales fuerunt à contrahentibus nominati, Altograd. cons. 90. n. 61. lib. 2. vbi etiam quòd præsumuntur initi prout illorum causa magis ostendit, & vide Magon. dec. Flor. 33. n. 2. & 13. &c. Rot. par. 12. rec. dec. 268. n. 6. &c. par. 6. dec. 14. n. 4. par. 13. dec. 175. n. 4.

Agnita tamen ex verborum serie qualitate contractus, denominatio contrahentium, eiusdem naturam non immutat, Gabriel. cons. 69. n. 1. & 8. lib. 1. Guid. Pap. q. 168. Rot. par. 13. rec. dec. 58. n. 19. &c. decis. 164. n. 2. &c. & decis. 252.

Contractus in dubio præsumitur potius censualis, quam emphyteuticus, Caualer. decis. 201. per tot. Duran. dec. 426. num. 14. Menoch. lib. 3. præsumpt. 106. per tot. vbi etiam quæ sit vtilitas, & causa huiusmodi inuestigationis, Altograd. cons. 14. n. 68. & seqq. per tot. lib. 2. vbi tamen pluribus modis limitat vide in §. Emphyteusis num. 1. Ricc. Collect. 2692. Merlin. decis. 545. per tot. & dec. 670. vbi ex quibus cognoscatur qualitas feudalitatis ad differentiam allodij, census, vel emphyteusis, Rot. par. 9. rec. decis. 8. per tot. vol. 1. & part. 11. decis. 336. & part. 13. decis. 113. n. 7. 22

Contractus locationis, vel potius venditionis, an, & quando dicatur initus, Surd. dec. 326. per tot. 23

An, & quando dicatur contractus locationis, vel emphyteuticus, & quæ sit differentia, Rot. part. 12. recent. decis. 268. per tot. part. 13. decis. 175. num. 4. & seqq.

Contractus mutui, vel depositi, vel donationis, siue innominatos, an sit iudicandus, quando quis alteri non flagitanti dixit, accipe istas pecunias, pendet à coniecturis, de quibus DD. in l. cum quid ff. si cert. pet. Menoch. de arbit. cas. 88. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 34. cum alijs per Rot. coram Merlino in Romana scutorum 4000. 4. Iulij 1635. vbi ex multis coniecturis ibidem recensitis fuit latè firmatum in illo casu fuisse donationem, & habetur inter impressas eiusdem Merlin. dec. 692. per tot. facit in contrarium Rot. part. 9. recent. decis. 309. per tot. vbi quia præcedebat titulus legati, 24

fuit

fuit indicatum in eam causam cedere sequentem dispositionem, & non in causam donationis, vide in §. *Testator*, *num.* 4. *&* §. *Titulus*, *num.* 2. §. *Mutuum*, *numer.* 2. Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 315. *per tot.* vbi pro donatione ex circumstantijs.

25 Contrahentes cum arrhis, si non obseruent contractum, amittunt arrhas, quæ cùm non sint pœna possunt licitè exigi in omni contractu, imò vltra amissionem arrharum, non obseruans tenetur versus partem ad omnia damna, & interesse, Gratian. *discept. forens. cap.* 748. *nu.* 23. *& seqq.* Surd. *decis.* 260. *num.* 25. *& seqq.* Seraph. *dec.* 854. *num.* 9. vbi an sit licita pœnitentia cum amissione arrharum, Hermosill. *ad leg. Partit. tom.* 2. *gloss.* 1. *& seqq. leg.* 7. *tit.* 5. *fol.* 459. *&c.* vbi plura de arrhis.

Sed quod imò stantibus arrhis, non detur alia actio ad interesse, sed arrhæ datæ amittantur, vel duplum restituatur ob inobseruantiam contractus, Bart. & Castr. *in l. Contractus*, §. *illud*, *Cod. de fide instrument.* Ang. Aretin. *in* §. 1. *Institut. de empt. & vendit.* Facbin. *contr. iur. lib.* 2. *cap.* 28. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 61. *num.* 1. *vol.* 3.

Plura de arrhis in contractu sponsalium, idem Christin. *decis.* 125. *vol.* 3.

26 Contractus pignoris, & hypothecæ, an, & quando præsumatur vsurarius, & simulatus, vel emptionis, & venditionis, latè Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 122. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 447. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 258. *per tot.* vide *in* §. *Venditio*, *num.* 56. Ricc. *Collect.* 194. Cassad. *decis.* 1. *de vsur.* vbi quòd ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo præsumitur fæneratitius, etiam si emens non sit solitus fænerari.

27 Contractus stocchi est vsurarius, & prohibitus, ac genus latrocinij maximè execrandum, vt quando aliquid venditur indigenti pecunia pro cariori pretio, vt postea sibi viliori reuendatur.

Si tamen quis venderet iusto pretio etiam rigoroso nihil cogitans de reemptione, posset ab emptore volente reuendere, reemere etiam viliori pretio infimo, intra tamen latitudinem iusti pretij, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 549. *num.* 21. *& seqq.* Cabal. *resolut. crimin. cas.* 188. *num.* 7. *& seqq.* Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *resolut.* 20. *resol.* 33. *resolut.* 58. vbi ampliat etiam si fiat cum intentione reemendi, cessante tamen pacto, & scandalo, vide in §. *Pretium*, *num.* 2. & in mea Pract. §. *Contratti per tot. &* §. *Vsura per tot.* vbi plura tam de iure communi, quàm municipali Status Florentini.

Quòd mutuare centum, vt mutuatarios in mercibus partem recipiat sit illicitum, & vsura, cùm obligetur ad emptionem sibi non vtilem, neque necessariam; & tamen si petenti mutuum nolis concedere, cùm non tenearis mutuare, sed illi merces offeras iusto pretio, quas recipiat mutuatarius, vt pecuniam, qua indiget ex illarum venditione consequatur, est permissum, ad tradita per Dianam *part.* 11. *tract.* 7. *resol.* 24. *in fine*, cum alijs per eum citatis.

Quia sic merces offerens iusto pretio nullam emptori facit iniuriam, & si recipiens illas viliori pretio reuendat, sibi, suæque necessitati, & non alteri imputare debet.

28 Contractus dicitur vsurarius si alicui mutuetur certa summa, & simul eidem vendatur aliqua res sterilis, vel cedatur nomen debitoris inane, & non soluendo pro certo pretio, quando reverà mutuo recipiens alias non fuisset talem rem, vel nomen debitoris empturus, vel quid aliud simile facturus, nisi sibi fieret mutuum, & sic cùm talis contractus inutilis fiat ex causa mutui, dicitur mutuans quid vltra sortem recipere, & committit vsuram, ad notata per Bald. *in l. cum allegat*, *col.* 4. *C. de vsur.* quem refert, & sequitur Capyc. *decis.* 49. *nu.* 2. *&* 3. vbi proptereà infert huiusmodi contractum esse nullum, sed tantum quo ad venditionem, non autem quo ad mutuum, cùm sint inter se separabilia, quo casu vtile per inutile non vitiatur; Sed an istud verum sit quando mutuum, & venditio sunt in eodem contractu inita, vel forsan etiam in diuersis instrumentis ad palliandam vsuram, cùm habeant inter se dependentiam, & connexitatem valdè dubito, & teneo vtrumque vitiari per ea, quæ dixi supra *nu.* 10. *inf. nu.* 34. & in Pract. §. *Contratti*, *nu.* 7. *&* 8.

Quisnam dicatur contractus illicitus, & vsurarius, Ricc. *Collect.* 622. Leotard. *de vsur. quæst.* 7. & alibi sæpè per totum tractatum, vbi plenè, & doctè materiam contractuum vsurariorum explicat Mastril. *decis.* 106. *per tot.* vbi de contractu locationis quando sit vsurarius, vel non.

Quòd contractus in dubio præsumatur iustus, & licitus in foro fori, secus autem in foro conscientiæ, Mascard. *de probat. concl.* 438. Tusch. *litt. S. concl.* 259. *& litt. V. conclus.* 361. Leoncil. *decis. Ferr.* 4. *nu.* 25.

29 Contractus ob turpem causam gestus qualiter possit rescindi etiam si sit iuratus, dixi in §. *Promissio*, *num.*...

Et qualiter ob metum, vide in §. *Metus*, Viui. *comm. opin.* 165.

Qualiter ex falsa causa, Merlin. *decis.* 603. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 383. vide *in* §. *Decretum*, *num.* 6. *&* §. *Obligatio*, *num.* 4.

Qualiter si fuerit per errorem celebratus, P. Stephan. de Neapol. *tractat. de restitut. lib.* 2. *cap.* 3. vide in §. *Error*.

30 Contractus ad negotiandum super cambijs qualiter sit licitus, & à cambio distinctus, ac quomodo cognoscantur, vide Sperel. *decis.* 91. *per tot. vbi num.* 47. quòd talis contractus continet in se virtualiter tres contractus, nempè societatis, assecurationis capitalis, & assecurationis certi lucri, de quo dixi in meis *resol. cap.* 17. *per tot. & cap.* 51. *num.* 33. Dian. *par.* 1. *tract.* 8. *resol.* 30. vide *in* §. *Mutuum nu.* 11. Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *qu.* 5. *per tot.*

Plura de cambio quid sit, quotuplex, quas conditiones pro sui iustitia requirat, & alia, P. Stephan. de Neapol. *tractat. de restitut. lib.* 2. *cap.* 65. 66. *&* 67. *per tot.* dixi in §. *Vsura*, *num.* 5. vbi plures alios allegaui, Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 234. plene Raphael. de Turr. *in tractat. de Camb. per tot.* Leotard. *de vsur. quæst.* 25. *&* 26. *per tot.* vbi ponit plures formulas cambiorum, & casus decisos Romæ iussu Sanctissimi ad instantiam, & petitionem Serenissimæ Reipublicæ Genuensis, Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *per tot.* Scacc. *de Commerc. & Camb. per tot.* Peguer. *decis.* 33. *per tot.*

De contractibus viduarum, & similium personarum bona fide dantium pecunias suas mercatoribus pro certo lucro, dixi in *dict. cap.* 17. *nu.* 8. *& in* §. *Vidua*, *numer.* 4. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 207. *in fine*, *volum.* 1. Gait. *de credit. cap.* 2. *titul.* 7. *quæst.* 5. *per tot.* vbi latè qualiter Doctores, milites, & huiusmodi personæ non solitæ negotiari possint dare suas pecunias mercatori ad negotiandum, cum pacto certi lucri, & an cum pacto capitalis salui, & quibus conditionibus seruatis, vt sint in conscientia tuti, & benè, Rot. *part.* 13. *recentior. decis.* 330. *numer.* 5. *&c.* vbi quòd retinens pecuniam alienam in aliquo negotio, seu cambijs licitis, potest de certa lucri portione cum domino pecuniæ conuenire, *& part.* 14. *decis.* 74. *per tot.*

31 Contractus, vel alia dispositio, etiam testamentalis sustinetur, & probari potest per testes, etiam si per statutum annulletur scriptura, vel instrumentum superindè factum, nisi etiam annulletur contractus, quia aliud est annullari scripturam, aliud annullari contractum, vt benè probat Peregrin. *decis.* 67. *numer.* 5. Surd. *decis.* 43. *numer.* 3. *decis.* 71. *numer.* 7. *& decis.* 277. *num.* 1. *&c.* vbi etiam quòd perdito instrumento, potest contractus probari per testes, vel alias probationes, & an renuncians instrumento videatur renunciare debito ad sui fauorem in eo contento, vide in §. *Statutum generale*, *nu.*... Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 2. *gloss.* 1. *nu.* 1. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 73. *& seqq.* vbi intelligit quando scriptura non est necessaria ad substantiam actus, Olea *de cess. iur. tit.* 8. *quæst.* 3. *num.* 31. Marthà *vot. Pis.* 104. *per tot.*

32 Contractus appellatione venit tantùm validus, ac etiam quasi contractus vbi subest eadem ratio, & æquitas, prout, & distractus, cùm à pari procedat, & eiusdem sit naturæ, Barbos. *de appell. verb. signific. appell.* 59. *per tot.*

Qualiter autem contractus differant ab vltimis voluntatibus, Euerard. *loc. a contract. ad vlt. volunt. numer.* 3. vbi viginti differentias refert Tusch. *litt. C. conclus.* 993.

33 Contractus gesti à debitore in limine decoctionis, qualiter non præiudicent creditoribus, vide in §. *Confessio*, *num.* 32. Stracc. *de decoct. par. vlt. titul. qui pot. in bon.*

bon. decoct. hab. Gratian. *discept. forens. cap.* 768. *num.* 8. *& seqq.* Rot. coram Merlin. *decis.* 543. *numer.* 10. *& part.* 13. *recent. decis.* 308. *num.* 10. *&* 11. vbi de statuto mercatorum Bononiæ præsumente omnes scripturas decoctorum, etiam per annum ante decoctionem factas, fraudulenter, & simulatè compositas fuisse, & de simili statuto Genuæ, & Vrbis, & rursus *part.* 14. *decis.* 167. *num.* 47. *&c.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 4. *cap.* 2. *per tot.* vbi plura de contractibus à debitore gestis post formatum concursum, vt sint nulli, & an solutio eidem factæ liberet soluentem, & alia ad rem, vide in §. *Solutio*, *num.* 41. *in Addit.*

34 Contractus correspectiui qualiter tollantur vno sublato, vide in §. *Obligatio*, *num...* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 1. *num.* 1.

Et quando dicantur correspectiui, vel non, Gratian. *disceptat. forens. cap.* 692. *num.* 38. *cap.* 786. *num.* 19. *cap.* 828. *num.* 18. *cap.* 853. *num.* 32. *&* 33. *cap.* 862. *numer.* 1. *&c. cap.* 897. *per tot. & cap.* 924. *per tot.* Card. Millin. *decis.* 382. *num.* 1. Benintend. *decis. Bonon.* 29. *nu.* 1. Giurb. *decis.* 85. *num.* 18. *& seqq.*

Quòd ex actuum vicinitatem inducatur correspectiuitas, quæ operatur, vt plures contractus censeantur vnus & idem, ac vnum alteri inesse vti partem substantialem alterius, Altograd. *cons.* 5. *num.* 17. *lib.* 1. *& cons.* 35. *num.* 7. *lib.* 1. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 223. *nu.* 15. *& seqq.*

Quòd correspectiui dicantur facti incontinenti vnus post alium, Altograd. *cons.* 90. *num.* 6. *lib.* 2.

Qualiter autem etiam in eodem instrumento, & sub eadem clausula, *actum*, *&c.* possint fieri plures contractus diuersi, ac inuicem independentes, & non correspectiui, ita vt debeant separatim recipi, & non confundi, non obstante actuum vicinitate, vel contextualitate, & licet vnus alteri occasionem dederit, vt quia sint diuersæ naturæ, & qualitatis, pulchrè Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 6. *num.* 26. *& seqq. supra num.* 10. *& part.* 13. *decis.* 530. *num.* 17. *& seqq.*

35 Contractus ex conuentione legem accipiunt cùm partium placita sint seruanda, Magon. *decis. Flor.* 62. *num.* 7. Tusch. *litt. C. concl.* 980. *per tot.* Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 24. *num.* 4. *& decis.* 151. *num.* 16. Leoncil. *decis.* 7. *num.* 23. *decis.* 109. *num.* 5. intelligendo de conuentione licita.

Et quod debeant interpretari ad fauorem eius, cui concessum est arbitrium per verbum, *possit*, Altograd. *cons.* 32. *num.* 15. *lib.* 1. *supra num.* 21.

Cùm autem contractus à pactis, & conuentionibus legem accipiant, quicquid in instrumento clarè non legitur concessum, dicitur expresè vetitum, etiam non attenta consuetudine, vel obseruantia contraria quando sumus in claris, vt in materia gabellarum, benè probat Rot. *part.* 12. *recent. in Append. dec.* 414. *numer.* 26. *& seqq.*

Quòd in contractu non dicitur, nec nos dicere debemus, Coccin. *decis.* 84. *num.* 11.

Nam omissum habetur pro omisso, *l. quicquid adstringendæ, ff. de verb. oblig.* Surd. *decis.* 28. *nu.* 5. *decis.* 195. *nu.* 11. Salgad. *Labyr. par.* 1. *cap.* 31. *nu.* 24.

36 Contractus prohibentur fieri diebus feriatis in honorem Dei, nisi contineant pacta, & transactiones quibus à litibus recedatur, *c.* 1. *de fer.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 13. vide *in* §. *Decretum*, *nu.* 11. §. *Iuramentum*, *num.* 31. *&* §. *Actus*, *num.* 22.

Sunt tamen validi licet contrahentes peccent nisi possint ex aliqua iusta causa excusari, Seraphin. *decis.* 782. *num.* 6. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 1. *num.* 196. *fol.* 504. Leoncil. *decis. Ferr.* 103. *num.* 12. Dian. *part.* 2. *tract.* 15. *resolut.* 34. vbi excusat à peccato cessante scandalo, & ratione necessitatis in rusticis, qui alijs diebus non solent ad ciuitatem venire, Gait. *de credit. cap.* 2. *numer.* 2171. *& seqq.* vbi plura.

37 Contractus non possunt à laicis fieri in Ecclesijs, nisi ad opus pium tendant, facti tamen valent, sed contrahentes peccant, Sperel. *decis.* 51. *num.* 22. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *titul.* 3. *num.* 140. *fol.* 527. Molin. *de contract. disp.* 344. Moisés. *de contract. cap.* 4. *num.* 142. *&c.* Tolet. *lib.* 8. *cap.* 53. Scacc. *de comerc. qu.* 7. *par.* 1. *num.* 60. Gait. *de credit. cap.* 2. *num.* 2159. *&c.*

Conclusionem hic indicatam pluribus exornat Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 1. §. 11. *num.* 1. *& seqq. per tot.* vbi multa de alijs actibus fieri in Ecclesia, vel loco immuni prohibitis ratione reuerentiæ debitæ, & præcipuè de examinatione testium, vel rerum, recognitione corporis delicti, citatione, & huiusmodi, de quibus dixi in alijs locis opportunis.

Contractus, cuius effectus iam fuit finitus, & consummatus per eius executionem, & obseruantiam, non potest amplius peti, vt rescindatur, etiam si in aliquo defecerit causa finalis eiusdem, cùm per obseruantiam illius videatur cuicumque rescissioni renunciatum, sicuti quando fuit petitum contractum obseruari, vt benè declarat Altograd. *cons.* 1. *num.* 18. *& seqq. lib.* 1. 38

Quid si contineat plura capitula separata, vide in §. *Transactio*, *num...*

Contractus factus in fauorem personæ nominandæ, quando, & qualiter valeat, vide Tusch. *litt. C. concl.* 1002. *& litt. E. concl.* 132. *&c.* dixi in §. *Emptio*, *nu.* 39. 39

Contractus quo ad formam, & perfectionem illorum celebrari debent iuxta consuetudinem, & statuta loci, in quo perficiuntur; Sed quo ad illorum executionem spectanda est consuetudo destinatæ solutionis, & non facta alia destinatione solutionis, seruanda erit adhuc consuetudo loci contractus, sicut etiam in decisorijs, ad latè tradita per Paul. Christin. *decis. Belgic.* 283. *per tot. vol.* 1. vide in §. *Statutum requirens*, *nu.* 23. Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 245. *nu.* 2. vbi quòd in respicientibus formam, & solemnitates attenditur locus contractus. 40

Quòd in contractibus sint adhibendæ solemnitates inductæ à statuto loci, in quo celebrantur, & non loci contrahentium, quando statutum loci contrahentium dat simpliciter formam, & non inhabilitat personas, si verò inhabilitet personas, illas comprehendit, & arctat etiam si in alio territorio contrahant, ita vt tunc pro validitate actus non sufficiat adhibere solemnitates locis contractus, sed seruari debeat forma inducta à statuto loci contrahentium, licet alibi, & extra territorium contrahant, hancque distinctionem esse passim à Rota approbatam, nec ab ea recedendum, quicquid inter se variauerint Doctores testatur Rot. *in Ferrarien. restitutionis dotis* 26. *Nouembris* 1633. *coram Merlino inter impressas eiusdem decis.* 601. *per tot.* vbi concordantes DD. & decisiones habentur, vide in §. *Statutum requirens*, *num.* 23. Peregrin. *decis.* 88. *num.* 3. *&* 4. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 283. quæ est eadem cum supracitata coram Merlino, Seraphin. *decis.* 343. 352. *&* 791.

Contractus quando respicit vtilitatem vtriusque partis, præstatur tantùm leuis culpa, non autem leuissima, nisi de ea fuerit specialiter conuentum, & alia, vide per Rot. *par.* 12. *recent. decis.* 26. *num.* 14. *& seqq.* dixi *in* §. *Depositum*, *num.* 17. vbi etiam quid in foro conscientiæ, vide *in* §. *Conductor*, *num.* 29. §. *Commodatum*, *nu.* 4. Alex. Trombett. *tract. de societ. cap.* 4. *per tot.* 41

Contrahentibus an liceat se inuicem decipere sine dolo tamen, infra dimidiam iusti pretij etiam de iure canonico, *c. cùm dilecti*, *cap. penult. de empt. & vendit.* Strac. *de Mercat. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. Gizzarel. *decis.* 29. *num.* 7. *decis.* 81. *num.* 7. Leotard. *de vsur. qu.* 8. *num.* 6. *&c.* latè Cepol. *tract. de simulat. contract. præsumpt.* 2. *nu.* 18. *& seqq. per tot.* vbi quid in foro ciuili, & quid in foro conscientiæ, Aluarez de Velasc. *de iud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 4. *num.* 27. vbi quòd licet in foro ciuili, secus autem in foro conscientiæ sub pœna peccati mortalis, & restitutionis, si in re notabili contingat, Leoncil. *decis. Ferr.* 43. *num.* 12. vbi an id vetum sit tantùm in pretijs, vel etiam in vitijs latentibus, vel patentibus, dixi in §. *Læsio*, *num.* 9. vbi de pretijs, *&* §. *Venditio*, *num.* 39. *&c.* vbi de vitijs, *& nu.* 24. vbi de pretijs. 42

Qualiter autem contractus factus cum deceptione, vel dolo obliget deceptorem ad restitutionem damni, & an sit in potestate decepti rescindere contractum, vel agere ad interesse, & alia ad hoc propositum, P. Stephan. de Neapol. *tract. de restitut. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. *& seqq.*

Contractus, *ad gaudendum*, vel vt vulgò dicitur *à godere*, an sit de iure permissus, & licitus, veluti quando datur domus, vel fundus ad gaudendum, recepto certo pretio, vel pecunia pariter ad gaudendum, & sic vt vnus vtatur domo, vel fundo, & alter pecunia, videtur quod non attenta dispositione iuris canonici, 43

nici, cùm fructus pignoris debeant in ſortem imputari non obſtante contraria conuentione, quæ non poteſt facere licitum, quod alias eſt prohibitum, vt colligitur ex traditis per Borgn. *deciſ.* 47. *nu.* 32. *& dec.* 49. *num.* 13. *part.* 2. quem ſequitur alijs etiam citatis Theil. *deciſ.* 78. *per tot.* vide §. *Fructus*, *nu.* 8. *&* §. *Datio*, *nu.* 6.

Contrarium tamen, nempè huiuſmodi contractum continere emptionem, & venditionem, ac eſſe permiſſum, & licitum, ac paſſim à conſuetudine approbatum Zerola *in Prax. Epiſc. verb. Cenſus*, *nu.* 3. Mynſing. *obſer.* 81. *cent.* 6. Gayl. *lib.* 1. *obſer.* 14. Iaffred. *dec.* 70. Balduin. *tract. de pign. hypoth. cap.* 16. & alij, quos refert, & ſequitur Aloyſ. Ricc. *prax. var. reſol. cap.* 48. *per tot. cap.* 307. *& Collect.* 2044. vide *in* §. *Conſuetudo*, *num.* 22. *&c.* Dian. *reſol. moral. par.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 28. *& reſol.* 82. vbi intelligit eſſe licitum, dummodo adſint duæ conditiones, nempè vt ex traditione pecuniæ lucrum ceſſet illi, qui pecuniam tradit, & apponatur pactum retrouendendi ad fauorem, & libertatem vtriuſque contrahentis, & etiam æqualitas ſeruetur interdictum lucrum ceſſans, & fructus rei ad gaudendum receptæ, alias ſecus, & plures allegat.

44 Contractus an, & quando, vel ex quibus coniecturis præſumatur ſimulatus, veluti ſi modico tempore durauit, ſi venditor, vel donator remanſit in poſſeſſione, alijs tamen adminiculis concurrentibus, ſtante pacto de retrouendendo, vel ſimili, locatione facta ipſi venditori, vel donatori pro modica penſione, ex venditione meliorum bonorum, & retentione minus vtilium, ſi res ſit pro parte vendita, & pro parte donata, ex clandeſtinitate actus, ex coniunctione ſanguinis, ex donatione maioris partis bonorum, & huiuſmodi coniecturis, à quo ſit probanda ſimulatio, qualiter poſſit probari per teſtes, & alijs modis, pleno Maſcard. *de probat. concl.* 438. *cum pluribus ſeqq. vſque ad concluſ.* 449. dixi in §. *Simulatio*, vbi plura, & plures allegaui, vide latè Cepol. *tract. de ſimulat. contract.* vbi ſex caſus principales diſtinguit, & multas notabiles coniecturas adducit, & examinat, quando contractus dicatur ſimulatus emptionis, & venditionis, & verè pignoratitius, & vſurarius, de quo dixi in §. *Pactum*, *nu.* 35. *&* §. *Venditio*, *num.* 56. adde Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.* 231.

45 Contractus poſtquam fuerit perfectus, nullo modo poteſt Principis reſcripto infringi, & anullari, etiam ſi Princeps vellet proprium contractum cum ſubdito initum reſcindere, quia conſenſus eſt de iure naturali, qui non poteſt contrauenire, & Deus noluit contractus, Principum voluntati, vel poteſtati ſubijcere etiam inter alios celebratos, & ſic etiam de plenitudine poteſtatis, contractus non poteſt à Principe tolli, neque reuocari, Iaſ. *in l.* 1. *numer.* 4. *ff. de pact.* Peregrin. *de iure fiſc. lib.* 1. *titul.* 3. *numer.* 19. *num.* 44. *lib.* 6. *titul.* 1. *numer.* 7. Trentacinqu. *var. reſolut. lib.* 3. *titul. de pact. reſolut.* 1. *per tot.* Sanfelic. *in Praxi ſect.* 29. Salgad. *Labyrinth. credit. part.* 1. *cap.* 38. *numer.* 15. *& ſeqq.* vbi plures allegat, vide in §. *Principes*, *num.* 2. *& ſeqq.*

Neque contractus ſemel perfectus poteſt ex interuallo recipere conditionem, modum, vel aliud grauamen ab vno contrahente altero inuito, & ſic niſi vtriuſque partis conſenſus interueniat, *l. perfecta*, *Cod. de donat. quæ ſub modo*, *l. ſicut*, *C. de oblig. & act.* cum ſimilibus per Salgad. *dict. tract. part.* 1. *cap.* 36. *numer.* 16. *& num.* 42. Tiraquel. *de retract. conuent. ad fin. tit. num.* 108. Gamm. *deciſ.* 262. *num.* 5.

46 Contractus geſtus cum inſtitore, vel alio procuratore reuocato eſt validus, antequam reuocatio fuerit intimata, vel aliter notificata, ne contrahentes cum eo ex iuſta ignorantia, & dolo alterius decipiantur, *l. ſed & ſi*, 11. §. *de quo*, *ff. de inſtit. act. l. ſi mandaſſet*, *ff. mandat.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 38. *numer.* 28. *& ſeqq.* dixi in §. *Societas*, *num.* 26. *&* 41. vbi habetur diſtinctio, ex Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 151. *& in* §. *Adminiſtrator numer.* 36.

47 Contractus in vltimo verbo ſcripturæ perficitur, & conſiſtit in inſtanti concluſionis, ac ideò non licet in eo arguere ab ordine ſcripturæ, vel prioris nominationis, ſed plures creditores ex eodem inſtrumento, vel ſcriptura, cæteris paribus eamdem ſequuntur fortunam, nec vnus alteri præfertur, ac idem eſt de pluribus diuerſis inſtrumentis eadem die confectis, niſi tamen vnum contineret horam, & aliud non, vel vnum eſſet fauore dotis, & aliud fauore priuati, vt latè pluribus citatis comprobat Salgad. *Labyrint. credit. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 130. *& ſeqq.* Martha *vot. Piſ.* 75. *per tot.* vbi quod non attenditur ordo ſcripturæ etiam ex protocollo Notarij, & quo ad horam intelligit ſi præcisè conſtet de hora vtriuſque inſtrumenti, alias non eſt præciſa probatio anterioritatis, prout requiritur in eo, qui ſe fundat in tempore, vide Merl. *de pign. lib.* 4. *q.* 4. Olea *de ceſſ. iur. tit.* 8. *q.* 3. *per tot.* dixi in §. *Hypotheca*, *nu.* 7. vbi alios allegaui, & etiam contrarium tenentes in prima parte concluſionis, licet ſit in iure veriſſima, *& in* §. *Inſtrumentum*, *nu.* 12.

Et idem eſſe in pluribus legatarijs, dixi in §. *Legatum*, *nu.* 90. & confirmat Salgad. *d. cap.* 4. *n.* 2. *& ſeqq.*

Contractus nullitatem, vel reſciſſionem petens an, & 48
quando audiendus ſit acceptis prius non reſtitutis, latè Giurb. *deciſ.* 103. *per tot.* & dixi plures alios allegando in §. *Actor*, *num.* 17. §. *Minor*, *num.* 37. §. *Nullitas*, *nu.* 13. *&* §. *Tranſactio*, *num.* 16.

Contractus mutui admittit pactum legis commiſſoriæ 49
ad iuſtam Æſtimationem, quo caſu ſi lapſo termino non reſtituatur pecunia, cenſetur tranſmutatus in contractum veræ venditionis, cuius vigore ob retardatam traditionem prędij venditi debentur emptori fructus recompenſatiui ad formam, *l. curabit*, *C. de act. empt.* Molin. *de contract. diſp.* 324. *num.* 3. *&* 4. Bonacin. *de contract. diſput.* 3. *qu.* 3. *punct.* 8. *num.* 3. & alij plures per Rot. *par.* 13. *recent. deciſ.* 138. *per tot.* vide in §. *Mutuum*, *num.* 12. §. *Pactum*, *num.* 9. *&* §. *Fructus*, *num.* 31. *in fin.*

Contractus initus ad certum tempus cum clauſula, & 50
deindè ad beneplacitum, etiam lapſo primo termino durat idem contractus, & dicitur idem continuatus; Sed ſi ſit initus ad certum tempus abſque alia beneplaciti reſeruatione, lapſo illo tempore cenſetur reſolutus, & finitus, adeò vt ſi poſtmodum ex nouo partium conſenſu expreſſo, vel tacito prorogetur dicatur nouus contractus, & ſtante diuerſitate contractuum, pacta oneroſa, & odibilia in primo adiecta, non cenſentur in ſecundo repetita, vt ex auctoritate Corn. *conſ.* 335. *n.* 9. *lib.* 2. Caſtracan. *de ſociet. cap.* 54. *num.* 6. *& ſeqq.* & aliorum reſoluit Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 524. *& ſeqq.* facit quod dixi in §. *Conductor*, *num.* 5. §. *Societas*. *num.* 41. *verſ. ſecundo finitur*.

Contractus ſi fuerit annullatus, vel effectum non ha- 51
buerit, non poſſunt repeti mercedes datæ proxenetis ob contractum, quia dantur pro ſeruitio, & opera ſua, quæ cùm ſit ſequuta impedit repetitionem, Iaſ. *in l.* 1. *ff. de condict. cauſ. dat. num.* 7. Sanfelic. *deciſ.* 314. vbi tamen limitat quando ex quantitate argueretur merces data non ſolùm pro opera, & labore, ſed etiam pro cauſa ſequuta, nam tunc dempta rata pro labore, & ſeruitio, poſſet reliquum repeti, facit quod dixi in §. *Gabella*, *num.* 22. *&* §. *Venditio*, *num.* 59. §. *Expenſa*, *num.* 13.

Contractus omnes celebrati ex cauſa ludi prohibiti, ſunt 52
irriti, & inanes, Pariſ. Put. *tract. de ludo*, *num.* 15. 21. *&* 41. Caccialup. *eod. tract. num.* 34. *verſ. octauus eſt caſus*, Farinac. *quæſt.* 109. *num.* 203. Ludouiſ. *deciſ.* 47. de quo dixi plura in §. *Ludus*.

De contractibus in genere, & in ſpecie ſi quis plura 53
ſcire cupiat, adeat Thoro *compend. deciſ. Neapol. par.* 1. 2. *&* 3. *in ver. Contractus*, & alios DD. citatos ab Ægid. Caſteion. *in alphabet. iurid. verb. Contractus*, Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliothec. leg. par.* 4. *eod. verb. fol.* 340. *&c.* & à me in alia Addit. & de ſingulis contractibus in locis opportunis.

Contrahentes licet in foro exteriori poſſint ſe inuicem 54
decipere vſque ad medietatem iuſti pretij, tamen ſecùs eſt in foro conſcientiæ; ſicut etiam contrahentes cum minori, vel Eccleſia ſunt tuti in foro exteriori, donec implorentur beneficium reſtitutionis in integrum, non autem in foro conſcientiæ ſtante læſione, vt latè declarat Valer. *de different. vtriuſque fori*, *verb. Contractus*, *diff.* 1. *&* 2. *vbi etiam in ſeqq.* refert alias differentias circa contractus, nempè vt (quicquid ſit foro externo) valeat in foro interno ſtipulatio ſine forma verborum, ſicut & alteri, vel pro alio facta, non ſit licita pœnitentia in contractibus innominatis, non ſubſiſtant contractibus tam bonæ fidei, quam ſtricti iuris ex dolo celebrati, & hujuſmodi, de quibus dixi etiam alibi in locis opportunis.

§. CONRTADICTIO. XLV.

1 CONtradicens in iudicio satis dicitur turbare possessionem ad hoc, vt turbato contra eum competat interdictum vti possidetis, Ias. *in l. si prius, n.22. ff. de oper. nou. nunc.* Addit. ad Pract. Prapp. *Caus. turbat. poss. gloss.*

Ac præsentialiter facit quod dixi in §. *Extremum, n...*

Plura in materia turbatę possessionis dixi in Pract. §. *Possessione per tot.* & in hoc Opere §. *Turbatio possess.*

2 Contradictor legitimus dicitur ille, qui habet parem titulum, & debet citari, alias acta sunt nulla, & alia ad hoc propositum, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 327. *num.* 12. *& seqq. & decis.* 328. *nu.* 9. vide *in* §. *Remedium, numer.* 24. *&c.* §. *Fideicommissum, num.* 37. & alibi Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 28. Thomat. *decis.* 68. *num.* 9. *& seqq. per tot.* vbi in materia *l. fin. C. de edict. D. Adrian. toll.* & reprobat Caualc. *decis.* 20. *num.* 31. *& seqq. lib.* 3. quatenus tenet venientes ab intestato esse legitimos contradictores contra venientes ex testamento, quia non habent parem titulum.

3 De legitimo contradictore plenè Argel. *in tract. de hac materia per tot.* Iul. Capon. *tom.* 2. *discept.* 225. & alij citati per Com. August. Fontan. *in Bibliothec. legal. part.* 4. *verb. Contradictor, fol.* 345. vbi etiam de contradictorum officio, & audientiam, adde Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 3. & Scacc. *lib.* 1. *cap.* 27.

4 Contradictor legitimus est fideicommissarius veniens ex antiquo fideicommisso ad impediendam immissionem agenti ex moderno, si de illo antiquo doceatur incontinenti, Noguerol. *allegat.* 25. *num.* 13. *& seqq.* Rot. *in Senogalien. fideicommissi* 30. *Aprilis* 1677. *n.* 11. *coram Bourlemont* apud Balduc. *in obseru. ad cons. Ramon. decis.* 2.

5 Contradictor legitimus cessante mala fide, aut collusione operatur, vt sententia contra aliquos lata afficiat successores omnes iure proprio posteà venientes, etiam non citatos, nisi haberent ius coæquale, & simultaneum, & de stylo Romanæ Curiæ citantur per proclama omnes interesse prætendentes, idem Balduc. in obseru. ad Ramon. *cons.* 3. *nu.* 3. *& seqq.* vide in §. *Sententia, num...*

§. CONTRAVENTIO. XLVI.

1 COntrauentio vnius in contractibus vltrò, citròque obligatorijs iuratis, liberat alium ab obseruatione, & implemento, Becc. *cons.* 106. *nu.* 31. vide in §. *Exceptio, num...* Tusch. *litt. C. concl.* 1014.

2 Contrauenire quando quis dicatur voluntati testatoris, & quod contrauenienti non applicetur res, sed obseruanti, Tusch. *litt. C. concl.* 1015. *&* 1016. *per tot.*

3 Contrauentio vnius ex pluribus ad fideicommissum vocatis, non nocet alijs regulariter, & quando secus, latè Fusar. *de substit. q.* 575. *per tot.* facit quod dixi in §. *Hæres, num.* 15. vbi an, & quando contrauentio vnius emphyteutæ, vel hæredis in non soluendo canone præiudicet alijs, vel non.

4 Cotrauentionis pœna quando incurratur, quis succedat in casu contrauentionis, & alia ad rem, Aluarez Pegas. *resolut.* 4. *per tot.* facit Cyriac. *contr.* 451. *num.* 30. *&* 135. An in casu reiterabili minori detur restitutio in integrum, Larrea *decis.* 59. *part.* 2.

5 Quòd contrauenìens præiudicet tantùm sibi, & non filijs, qui admittuntur tanquam si contrauenìens esset mortuus, & licet longè post contrauentionem nati fuerint, & alia ad rem, Io. Torre *tract. de success. in Maiorat. & Primog. Ital. par.* 2. *qu.* 56. *num.* 43. *& seqq. par.* 3. *dec.* 26. *num.* 5. *& seqq.*

6 Et quod non excusetur contrauenìens, licet fecerit matre impellente, idem Torre *dict. part.* 2. *quæst.* 49. *numero* 18.

7 De contrauentione præcepti de non discedendo de aliquo loco sub certa pœna, vt illa probata, contrauenìens, & eius fideiussor teneantur ad pœnam promissam, Farinac. *q.* 30. *n.* 55. Muscatel. *in Prax. fideiussor. mod.* 10. *n.* 1. *& seqq.* Cyriac. *contr.* 101. *nu.* 2. *& seqq. vbi per tot.* Multa adducit pro defensione principalis, & fideiussoris ob defectum stipulationis, iniustitiam præcepti, nouationem, & huiusmodi.

§. CONTVMACIA. XLVII.

COntumacia est erga iudicem, vel Prælatum commissa inobedientia, & alia dicitur vera, alia ficta, vel interpretatiua; vera contumacia reputatur quando personaliter citatus, nullum habens impedimentum dicit nolle comparere, vel de facto non comparet, nec impedimentum proponit, aut comparens iudici non obtemperat, vel malitiosè latitat, aut respondere recusat, aut illicentiatus recedit, vel similibus modis præsentiam iudicis effugit, vel impedit ne citatio ad illum perueniat; Interpretatiua autem, siue ficta contumacia dicitur quandoquis legitimè citatus, sed non personaliter, non venit, nec mittit excusatorem sufficientem in termino assignato, Hostien. Goffred. & alij *in sum. vt lit. non contest. & titul. de dolo, & contum.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 183. *& seqq. fol.* 210. Tusch. *litt. C. conclus.* 1017. *& seqq.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 14. *num.* 9. *&c.* Rot. *par.* 6. *recent. decis.* 254. *nu.* 5. Arimin. Tepat. *var. sent. tit.* 130. *per tot.* 1

Qualis autem debeat esse citatio ad constituendum aliquem contumacem, dixi in §. *Citatio, num...*

Contumacia qualiter probetur, & cui incumbat onus illam probandi, Mascard. *de probat. concl.* 449.

Contumax pluribus pœnis afficitur, nam verus de iure non appellat, licet secus de stylo in ciuilibus, condemnatur in expensis, patitur immissionem ex primo, & secundo decreto, quandoque ab habente facultatem excommunicatur si alias creditori consultum esse non possit, & similes patitur pœnas etiam peccati grauissimi, de quibus in *tot. titul. de dolo, & contumac.* vbi gloss. Hostien. & alij, quorum dicta summatim colligit Pac. Iordan. *loc. citat. nu.* 186. *& seqq.* vbi etiam plura ponit de modo procedendi contra contumaces ad immissionem ex primo, & secundo decreto in ciuilibus causis, tam in actionibus personalibus, quàm realibus, quid operetur dictum primum, & secundum decretum, quas probationes requirat, quæ sint necessaria, vt possit deueniri ad secundum decretum, quomodo primum resoluatur solutis expensis, & præstita satisdatione contra annum, quid in iuribus incorporalibus, in interdictis, & similibus ad alia ad rem, vt ibi per eum. &c. Tusch. *litt. C. concl.* 1019. *&c.* Specul. *tit. de contum.* §. *nunc dicamus, gloss. & DD. in l. consentaneum. Cod. quand. & quomod. iud.* Marant. *in prax. part.* 6. *numer.* 9. *& seqq.* Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 91. *& seqq.* vbi plenè de contumacia, & modo procedendi in contumaciam, vel actoris, ac de pœnis contumaciæ, Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 14. *& art.* 18. *num.* 30. *& seqq. & art.* 20. vbi ponit quatuor remedia competentia reo citato aduersus actorem non comparentem, Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Engub. lib.* 2. *rub.* 19. *num.* 43. *& seqq.* vbi plures modernos allegat circa pœnas contumacium. 2

Alia de pœnis contumaciæ, Ricc. *Collect.* 4016. *per tot.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 36.

Quando contumax possit excusari, idem Ricc. *Collect.* 723. Sanfelic. *loc. cit.*

Qualiter contumax amittat priuilegium declinatoriæ fori, si sit talis, qui possit illi renunciare, item priuilegium electionis fori, exceptionem litis pendentiæ, recusationem iudicis, & alia pluribus citatis Salgad. *Labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 7. *nu.* 67. *& seqq. inf. num.* 13.

Et 24. pœnas contumaciæ colligit Nouar. *in Prag. Reg. Collect.* 69. *per tot.*

Qualiter contumax etiam verus possit appellare infra decem dies à latæ sententiæ, fictus verò infra decem dies à die habitæ notitiæ, & quis verus, vel fictus contumax dicatur, Fenzon. *ad stat. Vrb. cap.* 168. *num.* 18. *& seqq.* Scacc. *de appell. quæst.* 17. *limit.* 3. Ridolphin. *in Prax. par.* 1. *cap.* 13. *num.* 124. *& seqq.*

Qualiter contumax verus non possit appellare, nec supplicare, plura Ciarlin. *contr.* 148. *per tot.* intellige de iure, secus de stylo in ciuilibus, vt supra, Michalor. *de posit. cap.* 48. vbi an, & quando contumax in respondendo positionibus possit appellare, vel non à pronuntia pro confessis.

Contumax contra quem per creditorem fuit processum ad captionem pignoris prætorij, auditur, & recupe- 3

cuperat pignus, ſi reficiat expenſas, & caueat de lite ſuſcipienda ſiue de ſoluendo, *l. ſancimus*, *Cod. de iud.* Galeſ. *de obligat. Camer. quaſt.* 37. *num.* 12. Sanſelic. in *Praxi ſect.* 38. Duran. *deciſ.* 364. *num.* 36. *&* 37. vbi etiam quòd debitor non auditur inuito creditore, ſi velit recuperare tenutam ei ablatam in vim mandati executiui, vel rei iudicatæ niſi priùs ſoluat, Poſt. *de ſubhaſt. Inſpect.* 11. *numer.* 17. vbi quòd primo caſu auditur reficiendo expenſas, & ſatiſdando, quia fuit conceſſa tenuta ob contumaciam non comparentis, ſecundo verò caſu non auditur niſi ſoluat, quia fuit conceſſa ob contumaciam non ſoluentis, & non parentis rei iudicatæ, quæ longè inter ſe differunt, & vide Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 3. *lib.* 14. *tit.* 53. *num.* 195. *& ſeqq. fol.* 211. & præcipuè *nu.* 205. *&* 206. *fol.* 212.

Et qualiter contumax in iudicio diuiſorio patiatur miſſionem in poſſeſſionem, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 524. *per tot.*

Quòd contumax amittat priuilegium declinationis fori, & alia ſibi à iure indulta, ac alias patiatur pœnas, de quibus ſuprarelati DD. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 89. *num.* 11. *& deciſ.* 90. *per tot. volum.* 2. Sanſelic. *in Praxi ſect.* 36. *per tot.* vbi etiam qualiter poſſit excuſari, vel in integrum reſtitui.

4 Contumax licet non audiatur niſi refectis expenſis, iuxta *l. ſancimus*, *C. de iudic.* tamen limitari ſolet in minore, qui in omnem caſum ſi refecerit expenſas, vt aures iudicis illi pateant, & cauſa cognita appareat læſus, illas repetit ad latè tradita per Theſ. *deciſ.* 9. *per tot. vbi num.* 6. videtur limitare etiam in muliere, & ruſtico, vide Iaſ. in *d. l. ſancimus*, Menoch. *de arbit. lib.* 1. *quaſt.* 36. *per tot.* vbi videtur tenore, quod dicta regula procedat etiam in minore, & dixi in §. *Actor*, *num.* 5. adde Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 90. *vol.* 2. *& deciſ.* 208. *num.* 10. *&c. vol.* 5. Sanſelic. *in Praxi ſect.* 36.

Quòd etiam minor contumax non audiatur, niſi refectis expenſis, Hieron. Cala *tract. de reſtitut. in integr. deneg. quaſt.* 37. *num.* 1. *& ſeqq.*

Quomodo contumaci denegetur audientia etiam in alia cauſa, Franch. *deciſ.* 271. vide Tuſch. *litt. C. concl.* 1026. *& ſeqq. inf. num.* 20.

Quòd contumax regulariter non amittat cauſam, ſed tantum expenſas, vide Duen. *reg.* 152. *per tot.* vbi vndecim modis limitat Chriſtin. *d. deciſ.* 90. *&* 208.

Quas autem expenſas reficere debeat contumax, qui vult audiri, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 154. *per tot.* vbi quòd remittitur arbitrio iudicis, Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. titul.* 1. *art.* 14. *num.* 7. *&c.* vbi etiam de damnis, & intereſſe, ac alia notabilia, Sanſel. *in Praxi ſect.* 38. vbi quòd tenetur etiam ad damna, & de differentia inter iſtum caſum, & illum, de quo in *l. properandum*, §. *ſin autem*, *C. de iudic.*

5 Contumax quis non efficitur in ciuilibus niſi in die cadentis termini actor compareat, & alleget contumaciam non comparentis, Bart. *in l. ſi finita*, §. *Iulianus*, *nu.* 15. *de dam. infect.* vbi etiam Alex. *n.* 24. cum alijs per Theſſ. *deciſ.* 19. *nu.* 1. *&c.* vbi quòd ſecus ſi agatur criminaliter per inquiſitionem, Cartat. *de execut. ſent. capt. bannit. cap. fin. num.* 170. *& ſeqq.* vide *in* §. *Citatio*, *num.* . . Paul. Chriſtin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 14. *& art.* 21. *per tot.* Sanſelic. *deciſ.* 364. cum Addit. Nouar. *in Pragm. Regn. Neap. Collect.* 69. *num.* 25. *& ſeqq.*

Quòd euitetur contumacia, ſi ex pluribus debitoribus citatis pro eodem debito vnus compareat, & quomodo, vide Franch. *deciſ.* 685. *num.* 2. *&c.*

6 Contumax non dicitur, qui in prima, & ſecunda citatione non comparuit, quia de iure debet ter citari, vel ſemel peremptoriè, Auth. *qui ſemel*, *C. quomod. & quand. iud.* Caſtr. & alij in *l. ſancimus*, *C. de iud.* Theſſ. *deciſ.* 11. *numer.* 2. *vbi tamen num.* 3. quod qui non comparet niſi in tertia citatione ſoluit expenſas primæ, & ſecundæ, licet dicat fuiſſe hoc vltimum inter antiquos valdè controuerſum, Socin. *reg.* 75. *&* 76. vide *in* §. *Citatio*, *num.* 31. *&* §. *Iuramentum*, *num.* . .

Quòd contumacia in vno actu non præiudicet in alijs ſequentibus, & quando ſecus, Tuſch. *litt. C. concl.* 1023.

Quòd vt quis cenſeatur contumax, & poſſit condemnari requirantur tres citationes, & quales, Chriſtin. *dec. Belg.* 139. *vol.* 1. *& ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 14. *num.* 9. Ricc. *Collect.* 74. Addit. ad Sanſelic. *deciſ.* 364. vbi plura, vel ſufficiat vna peremptoria.

7 Contumax non dicitur, qui citatus, fuit impeditus comparere propter odia, & partialitates, non tenetur mittere excuſatorem ad allegandum impedimentum, nec reficere expenſas, niſi ſit in culpa, Afflict. *deciſ.* 29. dixi in §. *Citatio*, *num.* . . .

Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ excuſandi contumacem à pœna contumaciæ, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 153. *per tot.* Ricc. *Collect.* 723. Sanſelic. *in Praxi ſect.* 36.

8 Contumax in reſpondendo præparatorijs iudicij habetur pro confeſſo, vel pro negante ſecundùm quod vtilius eſt actori, & prout ipſe voluerit, Scapuc. de Saluian. *lib.* 1. *quaſt.* 26. *numer.* 8. vide Gizzarel. & Addent. *deciſ.* 48.

Qualiter contumax in reſpondendo Iudici illum de delicto interroganti poſſit ſeruatis ſeruandis haberi pro confeſſo, vel mediante tortura ad reſpondendum compelli, vel diſponi, Scacc. *de iudic. cap.* 86. *num.* 49. Zuff. *de legit. proceſſ. qu.* 202. *num.* 7.

Et quando non habeatur pro confeſſo ſtante aliqua iuſta cauſa, vide Michalor. *de poſit. cap.* 61. cum alijs per Baron. *de citat. tom.* 1. *in Addit. ad quaſt.* 16. *numer.* 6. Gait. *de credit. cap.* 2. *titul.* 9. *num.* 3239. vbi de contumace in recognitione ſcripturarum, an, & quando poſt declarationem pro recognitis, admittatur, vel non ad purgandam moram, vel contumaciam.

Quid autem ſi fuerit contumax in reſpondendo poſitionibus, dixi in §. *Poſitio*, *numer.* 18. latè Michalor. *de poſit. cap.* 61. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 10. *numer.* 88. *&c.* vbi quod habetur pro negante, vel pro confitente prout eſt illi deterius, & magis damnoſum in pœnam ſuæ contumaciæ.

Quòd contumax in actione ad exhibendum, quæ etiam præparatoria dicitur, reputetur in dolo, & contra eum tamquam præſumptiuè doloſum poſſit in litem iurari, ſi aliter actor ſuum intereſſe probare nequierit, Plot. *de in lit. iurand.* §. 23. *numer.* 1. *&c.* cum alijs per Ridolphin. *in prax. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 67.

Qualiter dicta contumacia intelligatur remiſſa per nouam inſtantiam de reſpondendo, admittat probationem in contrarium, & alia, Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Luc.* 5. *n.* 37. *& ſeqq.* vide *in* §. *Poſitio*, *num.* 19.

9 Contumax verus quinam dicatur, an poſſit appellare, à quo tempore incipiat illi currere tempus appellandi, an à die latæ ſententiæ, vel habitæ notitiæ, an a die facti decreti, vel purificatæ conditionis quando fuit dictum niſi infra tres, &c. & alia, vide per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 364. *per tot.* dixi *in* §. *Appellatio*, *num.* 10. *&* §. *Terminus*, *nu.* 5. Tuſch. *litt. C. concl.* 1024. *& ſeqq.* Rot. *par.* 53. *recent. deciſ.* 139. *nu.* 1. *&c.*

Quòd ad conſtituendum aliquem in vera contumacia ne poſſit appellare requiratur citatio perſonalis, nec ſufficiat domi facta, idem Gratian. *cap.* 708. *numer.* 14. *&c.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 5. *titul.* 1. *numer.* 32. vbi vt poſſit mulctari.

Quòd verus contumax non appellet, fictus verò ſic, & quando ſecus, Socin. *reg.* 104. *&* 105. Tuſch. *litt. C. concl.* 1025.

Et quod verus contumax ſicuti non poteſt appellare, ita nec ſupplicare Principi pro reuiſione cauſæ, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quaſt.* 70. *numer.* 38.

Quòd imò de ſtylo Rotæ Romanæ etiam verus contumax admittatur ad appellandum, vide *deciſ.* 396. *part.* 2. *Nouiſſ.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 186. *fol.* 210. *& tit.* 26. *num.* 310. *fol.* 558. *& num.* 563. *fol.* 575. Scacc. *de appellat. qu.* 12. *nu.* 7. *& ſeqq.*

Prout etiam contumax ruſticus poteſt appellare, quia in eo vera contumacia non cadit, Menoch. *de arbitr. caſ.* 194. *num.* 52.

Quòd contumax appellans licet obtineat in gradu appellationis, ſit condemnandus in expenſis vtriuſque iudicij, Specul. *lib.* 4. *par.* 2. *tit. de appell.* §. 4. *num.* 2. ſequitur, & obtinuiſſe dicit Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 841. *fol.* 596.

10 Contumax condemnatus propter ſuam contumaciam poteſt de iure communi appellare, licet ſecundùm ſtatuta vigentia per totam ferè Italiam, & maximè in Statu Florentino in criminalibus non detur appellatio nec à diffinitiua, nec ab interlocutoria, niſi in mate-

materia pacis, treguæ, vel promissionis de non offendendo ruptæ, vel simili habente mixturam causæ ciuilis, vt quia applicaretur aliqua pœna parti, Cabal. *resolut. crim. cas.* 110. *nu.* 1. 16. *& per tot.* vide *in* §. *Appellatio*.

An autem, & quando quis dicatur condemnatus ob contumaciam, vel ob delictum, & quid hoc importet, latè Altograd. *cons.* 98. *nu.* 22. *& seqq. per tot. lib.* 1. Grat. *discept. forens. cap.* 119. *nu.* 9. *& seqq. per tot.* Card. Tusch. *litt. C. concl.* 1022. vide *in* §. *Bannitus*.

Quando contumacia delinquentis probet delictum, vel non, idem Tusch. *litt. C. concl.* 1020. *per tot.*

11 Contumax qui appellauit à sententia de iure communi, non tenetur suam probare innocentiam, sed fiscus, vel accusator delictum, quia noo dicitur habere satis intentionem fundatam ex huiusmodi ficta confessione, quæ per appellationem fuit purgata, adeò vt alio non docto appellans sit absoluendus, Castr. *cons.* 141. *nu.* 2. *lib.* 1.

Contrarium, quod imò contumax si suam innocentiam non probauerit sit condemnandus, firmat Cabal. *resolut. crim. cas.* 110. *numer.* 4. *&c.* vide Gratian. *discept. forens. cap.* 119. *num.* 11. *&c.* Clar. §. *fin. quæst.* 44. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 70. *nu.* 12. *&c. & de arbit. cas.* 416. *num.* 39. *&c.* Cartar. *de execut. capt. bannit. cap.* 1. *num.* 103. *& seqq. ad* 225.

Circa quod distingue prout dixi in §. *Admissio*, *nu.* 1.

12 Contumax, qui suam innocentiam probare non potuit in termino assignato, etiam si ante sententiam comparuerit, sed non in termino solitarum citationum, potest, imò debet absque alijs inditijs ex huiusmodi sola contuoiacia torturæ subijci pro habenda veritate vigore legis, siue Decreti in Statu Florentino edito sub die 16. Septembris 1558. Cabal. *dict. cas.* 110. *numer.* 15. *& cas.* 181. vbi qualiter contra contumaces procedatur, Cartar. *de execut. sent. capt. bannit. cap.* 1. *num.* 225. *&* 275. Scanarol. *de visit. Carcer. in Appendice cap.* 33. *per tot.* vbi in terminis Constitutionis Marchiæ, & dixi in Practica §. *Contumaci*, *num.* 2. *&c.*

Intellige dictam legem nisi purgauerit inditia, vel docuerit de innocentia, vt fuit resolutum, me proponente per Magistratum DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ sub die 28. Maij 1672. in causa contra Bettinum Ferrum in filcia negotiorum dicti Magistratus sub *num.* 5082.

Quòd contumax admissus ad nouas defensiones, nullis alijs præcedentibus inditijs possit torqueri, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 84. *num.* 7. Cartar. *loc. cit. num.* 452. *& seqq.* vide *in* §. *Admissio*, *num.* 1. *&c.*

Et admissus ad nouas defensiones si fuerit condemnatus pœna afflictiua, tenetur in Statu Florentino cauere de se eximendo, & releuando à dicta condemnatione sub pœna lib. 500. paruorum, & si fuerit condemnatus pœna pecuniaria, de soluendo duplum si se non releuauerit, vt supra, & ita seruatur vigore legis de die 14. Iulij 1545. de qua meminit Cabal. *resol. crim. cas.* 110. *nu.* 32. & dixi in Pract. §. *Rimessi*, *numer.* 3. *&c.* vbi vide, & in hoc Opere §. *Admissio*, *num.* 1. *&c.*

13 Contumax in vno loco si inquiratur pro eodem delicto in alio loco, puta à iudice originis, vel domicilij, non potest allegare litis pendentiam in loco delicti, Petr. Cabal. *resolut. crim. cas.* 162. *num.* 12. *& seqq.* vide in §. *Exceptio*, *num...*

Et quod etiam in ciuilibus non possit contumax allegare litis pendentiam coram alio iudice, coram quo comparere neglexit, Ger. Spin. *cons.* 68. *nu.* 16. Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 38. *nu.* 7. Carleual. *de iudic. lib.* 1. *disp.* 2. *qu.* 7. *sect.* 3. *nu.* 981. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 68. *& seqq.* Conciol. *resol. crim. verb. Forum*, *resol.* 6. vbi quod contumax neque potest allegare præuentionem, nisi compareat, non tamen præiudicat iudici, qui potest remissionem causæ contumacis petere.

An autem possit contumax allegare nullitates per procuratorem absque eo, quod ipse personaliter compareat, vide in §. *Bannitus*, *num.* 29.

14 Contumacia defuncti delinquentis, non afficit hæredes, vt contra illos possit procedi ad sententiam pro delicto, eiusdem Cabal. *resol. crim. cas.* 298. *nu.* 33. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 70. *num.* 5. *& per tot.* vbi plures effectus contumaciæ adducit, quos summarim retuli ex Cartar. *de execut. sent. capt. bannit. cap.* 1. *num.* 31. *& seqq. ad* 258. Card. Tusch. *litt. C. concl.* 1017. *cum pluribus seqq. in Practic.* §. *Contumaci*, *nu.* 22. *&c.* vide *in* §. *Mors*, *num...* §. *Heres*, *num...* *&* §. *Actio*, *num...*

Quòd nec etiam præiudicet emptori, vel donatario ad hoc vt alienatio in eos facta possit præsumi in fraudem fisci, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 124. *num.* 58. *&c.*

Et generaliter quando contumacia vnius non possit alijs præiudicare, vide Boss. *tit. de delict. num.* 51. Menoch. *de arbitr. cas.* 349. *num.* 13. Clar. §. *fin. quæst.* 90. *vers. scias etiam*, Card. Tusch. *litt. C. concl.* 1020. *litt. P. concl.* 212. *num.* 53. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 70. *nu.* 3. *&* 19. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 35. Cartar. *de execut. sent. capt. bannit. cap.* 1. *nu.* 295. *& seqq. ad* 358. Guaz. *def.* 33. *cap.* 2. Farinac. *quæst.* 107. *art.* 11. *nu.* 105. *& per tot.* Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 110. *&c.*

15 Contumax vt habeatur pro confesso, an requiratur declaratoria iudicis, an comparens ante huiusmodi declarationem teneatur ipse probare suam innocentiam, vel fiscus delictum, & an saltem fiscus releuetur ab onere legitimandi processum, & repetendi testes examinatos pro informatione Curiæ, vide Scanarol. *de visit. Carcer. in Appendice cap.* 33. *per tot.* Cartar. *de execut. sent. capt. bannit. cap.* 1. *per tot.* Cabal. *resolut. crim. cas.* 110. *per tot.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 1. *art.* 21. vbi an, & quando contumax habeatur pro confesso, vel non, Zuff. *de legit. process. lib.* 3. *quæst.* 195. *cum pluribus seqq.* Francisc. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 32. *per tot.* vbi etiam quid si non constet de corpore delicti, & qualiter pro contumace admittatur quilibet de populo ad allegandum ea, quæ iuris sunt, & non quæ facti, atque extraiudicialiter tantùm, &c. vide in §. *Procurator*, *nu.* 6.

Quòd contumax habeatur pro confesso, intellige quo ad delictum principale, non autem quo ad qualitates illud aggrauantes, nisi etiam quo ad qualitates aggrauantes extarent indicia sufficientia ad sustinendum inquisitionem, nam tunc contumax habetur pro confesso non tantùm quo ad factum principale, sed etiam quo ad qualitates illud aggrauantes, vt benè animaduertit Farinac. *quæst.* 11. *num.* 63. & illum sequitur Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 12. *&* 13. *num.* 26.

Qualiter cootumax pro delicto condemnetur, & posteà captus puniatur, latè Tusch. *litt. C. concl.* 1021. *per tot.* vide in §. *Bannitus num...*

An, & quando contumax in ciuilibus possit purgare contumaciam, & moram, vel non, latè Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 9. *nu.* 3239. *& seqq.* vbi in terminis recognitionis scripturarum, Sanfelic. *in Praxi sect.* 38.

16 Contumax iudicari non debet, qui se præsentat iudici sua spontè, sed præsumitur innocens à crimine, vel in ciuilibus de iuribus suis confidere, Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 91. *num.* 14. *& seqq.*

Qualiter contumax in multis sit deterioris conditionis, & in alijs melioris, & in quibus, Tusch. *litt. C. concl.* 1028. *& seqq.*

Alia de contumacia, & eius effectibus, vide in mea Pract. §. *Contumaci per tot.*

17 Contumacia an, & qualiter sit necessaria ad sententiam excommunicationis proferendam, latè Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 394. *per tot.* vide in §. *Excommunicatio*.

Quòd contumax sit seueriùs puniendus quando constat euidenter de animo deliberato mandatis non parendi, & contra ipsum danda sit aggrauatoria, Rot. *part.* 14. *recen. decis.* 7. *per tot.*

Non potest tamen declaratoria relaxari contra non parentem mandato nullo, cùm nullitas excludat contumaciam, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 146.

18 Contumax verus habetur pro confesso, & conuicto per statuta per totam Italiam vigentia, quæ tamen confessio dicitur ficta, & non vera, & alia de contumacia, ac eius effectibus, Seraphin. *decis.* 290. *numer.* 24. *decis.* 354. *num.* 15. & alibi sæpè prout in eius Repertorio *verb. Contumacia*, *& Contumax*, Cabal. *resol. crim. cas.* 256. *per tot.* vbi plura de interpretatione dictorum statutorum, & dixi in §. *Statutum*.

An autem ista tacita, vel ficta confessio operetur non tantùm quo ad pœnam fisco applicandam, sed etiam quo ad interesse partis, ita vt contumax possit etiam condemnari ad restitutionem rerum ablatarum, & interesse partis, adsunt diuersæ opiniones, vt videri potest per Cartar. *de execut. sent. capt. ban. cap.* 1. *num.* 330. *& seqq. & numer.* 396. *& seqq.* Card. Tusch. *litt. C. concl.*

concl. 1017. *& ſeqq.* Clar. & Baiard. §. *fin. quaeſt.* 2. Magon. *deciſ. Luc.* 91. *numer.* 7. *& ſeqq.* Farinac. *quaeſt.* 107. *num.* 104. *&c. quaeſt.* 1. *tit. de inquiſit. num.* 66. *&c.* Guaz. *de pace, &c. part.* 1. *quaeſt.* 42. *num.* 18. *& ſeqq.* dixi in Pract. §. *Contumaci*, *num.* 24. *& ſeqq.* & in hoc Opere §. *Abſolutio*, *num.* 33.

19 Contumax comparens de ſerò vltimi diei poſt finitam Curiam, vel Magiſtratum an ſit admittendus ad purgandam moram, vel contumaciam, vide Sanfelic. *deciſ.* 32. vbi loquitur in terminis Pragmaticarum Regni, & concludit, quod ſic ſi perſonaliter compareat, ſecus ſi per excuſatorem ad allegandam cauſam abſentiæ, de quo plura Addit. ad eumdem Sanfelic. *deciſ.* 365. *verſ. Eſt verum*.

20 Contumax in vna cauſa criminali, an & qoando poſſit, vel debeat audiri in alia cauſa ciuili, vel criminali, ſiue veniat tanquam actor, ſiue tanquam reus, latè Sanfelic. *deciſ.* 364. *cum Addit.* vbi probat eſſe arbitrium iudici denegare, vel dare audientiam contumaci, & denegandam eſſe, quando cauſæ ſuot inter eaſdem perſonas, & coram eodem iudice, qui ob contumaciam eſt contemptus, intelligendo de legitima, & vera contumacia, idem Sanfelic. *in Praxi ſect.* 36. *num.* 8. *&c.*

21 Multa de contomacia, & illius effectibus, ac de contumacibus, tradit Thoro *compend. deciſ. Neap. verb. Contumax*, & alia, remiſſiuè Caſteion. *in alphab. iurid. ver. Contumacia*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliothec. leg. part.* 4. *eod. verb. fol.* 347. *&c.*

§. CONVENTIO. XLVIII.

1 Conuentio contra naturam contractus facit illum reſolui, & tranſire in alium contractum, quatenus verborum ſignificatio id patiatur, vt donatio cauſa mortis cum pacto de non reuocando, tranſit in donationem inter viuos, Bart. *in l. vbi ita donatur, ff. de donat. cauſ. mort.* Pract. Papp. *libell. donat. gloſ.* 1. *numer.* 3. vide §. *Donatio*, *num....*

2 Conuentio partium poſt contractum mutuo conſenſu celebratum, de conficiendo ſcripturam, vel inſtrumentum, non ſuſpendit contractum, ſed intelligitur pro maiori firmitate, & probatione, ac proinde non eſt locus pœnitentiæ, etiam ante ſcripturæ confectionem, Guttierez. *de Gabell. quaeſt.* 17. *numer.* 5. vbi etiam qualiter de huioſmodi contractu debeatur gabella, & cui Gabellatio, vide in §. *Contractus*, *numer.* 7. *& §. Scriptura*, *num.* 21. *&* 35.

3 Conuentio facta per maiorem partem an, & quando noceat alijs, vel non, Aluyſ. Ricc. *Prax. var. reſol. cap.* 491. *per tot.* vbi in materia iuriſpatronatus.

4 Conuentio inter fratres, vel alios de ſibi innicem ſuccedendo, an, & quando valeat, vel non, Gabriel. *comm. concl. lib.* 3. *tit. de pact. concl.* 1. *per tot.* vide *in* §. *Pactum*, *nu.* 3. 4. 5. *&* 6. §. *Votum*, *num.* 1.

5 Conuentio tacita, quæ dicatur, ex quibus arguatur & alia de his, quæ tacitè aguntur, Anſmin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 339. *per tot.* & latiùs, ac meliùs Mantic. *in ſuo celeberrimo tractatu de tacit. & ambig. conuent. per tot.*

6 Conuentio de ſtando iuramento creditoris circa id, quod intereſt, an, & quando valeat, vel non, Leotard. *de vſur. q.* 76. *num.* 13. *& ſeqq.* vide *in* §. *Damnum*, *&* §. *Intereſſe*.

7 De varijs conuentionibus, & pactis, ac de conuentionibus in iudicio, Thoro *compend. deciſ. Neapol. ver. Conuentio*, Caſteion. *in alphabet. iurid. verb. Conuentio*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliothec. legal. eodem verb. part.* 4. *fol.* 350. & dixi plura io §. *Pactum*, *per tot.*

8 Conuentio, ſiue pactum, vt quis conueniri poſſit realiter, & perſonaliter vbique locorum de iure ſubſiſtit, & ſtante huiuſmodi conuentione poteſt debitor, vbique repertus fuerit, conueniri, maximè in locis vicinis; ſicut illius bona, tam immobilia, quam mobilia vbique reperta, etiam ſine perſona areſtari, & ſequeſtrari poſſunt ad effectum, vt ex illis creditori ſatisfiat, vt latè pluribus citatis probat Cyriac. *contr.* 318. *num.* 17. *& ſeqq. per tot.*

Ceſſante autem pacto prædicto non poteſt forenſis conueniri ratione contractus, niſi ipſi reperiatur, & non mox receſſurus, & qui ſortitur forum ratione rei conueniri poteſt tantùm actione reali, & non actione perſonali vrgeri, idem Cyriac. *contr.* 634. *num.* 2. *& ſeqq.* vide in §. *Forum*.

Alia vide in §. *Pactum*.

§. COPIA. XLIX.

Copia proceſſus, & inditiorum qualiter ſit danda reo ante torturam, vide in §. *Inditium*, *nu...* & §. *Tortura*, *num...* latè Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 350. 1

Copia proceſſus informatiui, ſiue procedatur per inquiſitionem, ſiue alio modo, poſtquam perfectè, & actualiter completa fuerit informatio, eſt tradenda reo etiam non petenti, illius tamen ſumptibus, ſiue ſit perſona idiota, ſiue ſagax, Guaz. *deff.* 24. *cap.* 1. *per tot. & cap.* 2. *nu.* 5. vbi mentionem facit de quibuſdam Bullis Pontificum, quarum vigore huiuſmodi copia eſt indiſtinctè tradenda, vt poſſit reus ſe defendere, imò pauperibus gratis eſſe tradendam, vel ſaltem originalia eorum procuratoribus, & aduocatis oſtendenda, licet alias non poſſiot dicta originalia tradi, vide §. *Defenſio*, *num...* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 350. *per tot.* 2

Quòd accuſatori etiam, vel inſtigatori danda ſit copia proceſſus ſi illam petat, vel ſaltem facultas videnda, & poſſit facere partem contra reum, publicato tamen prius proceſſu ipſi reo, & noo anteà, Conciol. *reſ. crimin. verb. Accuſatio*, *reſol.* 2.

De copia proceſſus, & indiciorum tradenda reo, condemnatis tamen priùs contumacibus, idem Conciol. *verb. Copia*, *reſolut.* 1. *&* 2.

An autem ſit danda copia depoſitionum teſtium ad inſtantiam fiſci, vel partis examinatorum, quamuis fiſcus, vel pars illis vti non intendat, vt quia pro eo noo faciant, Fontanel. *deciſ.* 129. vbi affirmatiuè concludit.

Copia copiæ exiſtentis in actis alicuius tribonalis, an & quaodo probet, vel non, & alia plura de copia, ſiue exemplo cuiuslibet ſcripturæ, libri, vel inſtrumenti, an, & quando probet, vel non abſque exhibitione originalis; qoaliter copia in alio ſenſu denotet abundantiam, vel vbertatem, annonam, facultatem, multitudinem, diuitias, & alia, Gait. *de credit.* cum pluribus ab eo citatis, *cap.* 3. *titul.* 4. *per tot. fol. mihi* 286. *&c.* Scacc. *de indic. lib.* 2. *cap.* 11. *numer.* 628. *cum multis ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 711. *&* 712. *per tot.* Genua *de ſcript. priuat. lib.* 1. *quaeſt.* 16. *fol. mihi* 58. *&c.* Mareſcott. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 81. *per tot.* Sanfelic. *deciſ.* 182. *&* 183. *per tot.* vbi benè declarant an, & quando ſimplici copiæ, vel esemplo ſit præſtanda fides, vel non, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 457. *num.* 12. *& ſeqq.* vbi quando eſt adminiculata, vel obſeruata. 3

Quòd copia ſimplex inſtrumenti cuius originale fuit parti reſtitutum dimiſſa in actis copia collationata plenè probet ſicut ipſum originale, prout etiam probat in antiquis iunctis adminicolis, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 252. *num.* 5. *&* 6. *par.* 17. *deciſ.* 377. *num.* 3. *& ſeqq. in eadem cauſa*, *& deciſ.* 397. *num.* 16. vbi quòd ſcriptura etiam in formis adminiculata plenè probat, maximè ſtante illius obſeruantia, *& par.* 18. *deciſ.* 305. *num.* 3. *& ſeqq. & deciſ.* 133. *num.* 1. *& deciſ.* 460. *per tot.* etiam in formis probet, *& deciſ.* 552. vbi an, & qoando copia ſcripturæ deperditæ probet ſine exhibitione originalis, concludens probare ſtante ſubreptione Notarij, coram quo fuerat producta, & concurrentibus adminiculis, Caldas Pereyra *de empt. & vend. cap.* 35.

Quòd copia copiæ, ſiue ſumptum de ſumpto, licet primum ſumptum fuiſſet legitimè extractum, & haberetur pro originali nullam mereatur fidem, maximè ſi primum ſumptum non eshibeatur, vel extractio non ſit facta cum citatione partis, quid ſi eſſet ſumptum ex archiuio, & alia, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 379. *num.* 2. *per tot.* vide *in* §. *Scriptura*, *num.* 5.

Copia tamen ſtatuti extracta à Cancellario Communitatis dicitur in forma probante, etiam ſine partis citatione, Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 511. *num.* 2.

Copia poſitionum de iore communi non datur parti reſpondere debenti, ne inſtruatur ad reſpondendum; de conſuetudine tamen, vel vigore ſtatutorum contrarium ſeruatur in pluribus locis, vt detur copia petentibus, 4

bus; & vbi seruatur ius commune (prout semper seruari vidi in Statu Florentino) potest instari, per iudicem inspici; an sint admittendæ, vel non, & potest ipse respondens, dum ei leguntur opponere de impertinentia, vel eius Aduocatus, vel Procurator, qui permitti potest assistere arbitrio iudicis, quando agitur de rusticis, personis idiotis, & mulieribus, alias secus, vt latè probat Michalor. *de posit, cap.* 33. *per tot.* Mancin. *de iuram. par.* 2. *art.* 2. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 81. vide in §. *Positio, num.* 12.

5 An autem in locis in quibus de iure non datur copia positionum, debeat saltem dari terminus ad deliberatè respondendum, Michalor, *d. tract. cap.* 34. *per tot.* vbi ponit regulam negatiuam, quam pluribus modis limitat, nempè nisi ex subita responsione posset magnum respondenti fieri præiudicium, vel nisi ageretur de facto alieno, vel cum sene, & generaliter vbi cadere posset obliuio, arbitrio semper iudicis, sed à iusta causa regulato.

6 Copia libelli est danda reo sumptibus actoris; copia verò aliarum scripturarum in libello enunciatarum sumptibus petentis, de quo tamen vide Viuian. *decis.* 11. *numer.* 12. *& decis.* 358. Cancer. *var. resolut. par.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. Muscatell. *in praxi par.* 3. *glos. Comparentis, numer.* 14. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 388. *vers. Verùm si, &c. & in Praxi sect.* 39. *num.* 1. Nouar. *in Prag. Regn. Neap. Collect.* 177.

Alia de diuersis copijs, quando, & quomodo sint dandæ, vel non, Thoro *compend. decis. Neap. verb. Copia*, & Com. August. Fontana *in Bibliothec. legal. par.* 2. *eodem verb. fol.* 352.

7 Copia, siue exemplum, an, & quando probet sine originali, latè videndus Cyriac. *contr.* 204. *numer.* 9. 10. 69. *& seqq. ad* 80.

§. CORPVS DELICTI. L.

1 CORpus delicti debet ante omnia apparere, & quomodo dicatur de eo constare quando sumus in delicto facti transeuntis, vel facti permanentis, & quid si dubitetur an dolosè, vel casu fuerit commissum, adeò vt de illo non constito, non possit secundùm multos captura decerni, vide Clar. §. *fin. quæst.* 4. *per tot.* Guaz. *def.* 4. *cap.* 1. *& seqq.* Ambrosin. *process. inform. lib.* 1. *cap.* 1. *per tot.* vbi tradit formam visitandi corpus delicti, Boss. *tit. de delict. per tot.* Farinac. *quæst.* 2. *per tot.* Card. Tusch. *litt. D. concl.* 171. *per tot.* Cabal. *tractat. de omn. gen. homicid. numer.* 627. *& seqq.* dixi in Pract. §. *Corpo di delitto, numer.* 1. *& seqq.* vbi plura Ricc. *Collect.* 1935. Muscatell. *in Praxi crim. in proœm. numer.* 13. *&c.* Conciol. *in verb. Corpus delicti, resolut.* 3. *&c.* Thom. Triuis. *decis.* 13. *lib.* 2. vbi tamen quo ad capturam, potest fieri etiam non adhuc constito de corpore delicti, cùm semper possit iustificari ex superuenientia indiciorum, & ita verè practicatur in delictis grauibus, ne dum quæritur de corpore delicti, detur delinquentibus commoditas fugæ, & de his non solet disputari, Conciol. *resol. crim. verb. Corpus delicti, resolut.* 1. *& seqq.* Matthæu. Sanz. *de re crimin. contr.* 35. *per tot.* vbi præcipuè in furto, de quo dixi in §. *Furtum, num.* 2.

2 Corpus delicti debet adeò apparere antequam ad aliquem actum deueniatur, vt non possit suppleri per confessionem imputati, siue spontaneam, siue extortam, quæ semper antequam sequatur condemnatio, debet per iudicem omni conatu verificari, Guaz. *def.* 4. *cap.* 3. *per tot.* Cabal. *de omn. gen. homicid. num.* 615. *& resolut. crim. cas.* 255. *& cas.* 150. Boer. *decis.* 259. *numer.* 3. *& decis.* 163. *num.* 10. vbi de confitente occidisse, & in mare proiecisse qualiter puniatur, si aliter de occiso non constet, Conciol. *loc. citat. resol.* 2. Francis. de Angelis *tract. de confess. lib.* 2. *quæst.* 32. *num.* 4. *&* 5. Sperel. *decis.* 137. *num.* 22. *& seqq.* vbi videtur intelligere quo ad pœnam ordinariam delicti, nam ex confessione vera, vel ficta resultante ex contumacia, etiam non constito per euidentiam de corpore delicti, si vrgentia admodum indicia concurrant, potest mitior pœna citra mortem arbitrio iudicis imponi, procedendo tamquam in delicto facti transeuntis, vt latè ibidem declarat.

3 Corpus delicti non sufficit recognosci per solum Notarium, sed super eo debent saltem duo testes examinari, qui illud viderint, Guaz. *deff.* 4. *cap.* 2. *in fine*, Ambrosin. *process. informat. lib.* 1. *cap.* 2. Clar. §. *fin. quæst.* 4. *sub num.* 4.

4 Corpus delicti qualiter apparere dicatur quando homicidium esset veneno commissum, & quod hoc casu recurrendum sit ad iudicium medicorum, Guaz. *deff.* 4. *cap.* 5. Clar. §. *final. quæst.* 4. *in fine*, Foller. *in Praxi, verb. Item quod sororem venenauit, per tot.* plenè Cospius *in Ind. crim. part.* 3. *cap.* 10. *cum pluribus seqq.* Cabal. *de omn. gen. homicid. num.* 627. *& seqq. & resolut. crim. cas.* 180. dixi in Pract. §. *Corpo di delitto, numer.* 21. & latiùs in §. *Veleni, num.* 5. *& seqq. per tot.* vbi vide, quia benè materia discutitur, & in hoc Opere §. *Venenum per tot.* Conciol. *in ver. Venenum, resolut.* 2. Danza *de pugn. DD. titul. de venen. cap. vnic.* Paul. Zacch. *quæst. Medic. legal. lib.* 2. *tit.* 2. *qu.* 6. *& seqq.* vbi plura.

Non tamen omninò standum esset iudicio medicorum, quando temerè deponerent contra veritatem resultantem ex antecedentibus, concomitantibus, & subsequentibus signis veneni, vel propter incertitudinem, & fallaciam artis, vel quia sæpè sunt corrupti, & semper proniores ad deponendum contra fiscum, & contra veritatem ad subleuandos delinquentes in perniciem animarum suarum, & pacifici Reipublicæ Status, præponendo bonum temporale priuatum spirituali, & publico contra omnium legum, & canonum sanctiones, vt aduertunt etiam Rub. *pract. resol. in prælud. nu.* 506. *& seqq.* Zuff. *de legit. process. lib.* 1. *qu.* 17. *num.* 3. *&c.* Zacch. *loc. cit. qu.* 5. *in princip.* Danza *vbi supra*, vide in §. *Medicus*, §. *Peritus, & alibi, vt sup. & in* §. *Homicidium, num.* 21.

5 Corpus delicti qualiter possit per famam probari, concurrente confessione imputati, quod illud commiserit in nemore, vel propè litus, & cadauer in mare proiecerit, & fama sit de aliqua persona certa, licet incognita, legitime probetur, nec sit per contrariam probationem elisa, Guaz. *deff.* 4. *cap.* 4. Cabal. *resolut. crim. cas.* 255. *per tot.* Farinac. *quæst.* 2. Card. Tusch. *litt. D. concl.* 171. *num.* 3. *& seqq.* Boer. *decis.* 163. *numer.* 10. *&c.* Conciol. *verb. Suffocatio, resolut. vnic. numer.* 2. Zuff. *de legat. Process. lib.* 1. *quæst.* 20. *&* 21. vbi etiam an corpus delicti facti permanentis præsumptionibus probatum sufficiat ad pœnam ordinariam, vel saltem extraordinariam imponendam, siue contra præsentem, siue contra absentem, vide §. *Tortura, numer.* 25.

Nota, quod opinio Sanfelic. *decis.* 28. & Salernit. *decis.* 29. idem tenentis est valdè periculosa, & improbatur, ac erronea ostenditur pluribus exemplis relatis à Constantin. Cæsar. *specul. peregrin. quæst. qu.* 27. *nu.* 39. *& seqq. per tot. vbi numer.* 57. minatur etiam de Cabal. *cas.* 255. dum ex solo, quòd vestimenta, & arma prætensi occisi reperta fuerint penes prætensum occisorem cadauere non habito, censuit damnari posse ad mortem, quia (inquit ipse) hac ratione potuisset etiam damnari Ioseph sine pallio comprehensus, & eius pallio penes vxorem Putifaris in lecto iacentem reperto, & tamen consideratiùs processit maritus prætensus offensus, & potens, illum non occidendo, sed in carcerem conijciendo donec veritas iudicio Dei patefieret; & exclamat de ignorantia iudicum, vt sit calamitas innocentium ex Augustino, ac ex Antonio Sancta Crucio in Secretaria Apollinis fol. 167. & 478. maiorem Mundi infelicitate esse iudicari a iudice ignorante.

Vbi qualiter probari possit corpus delicti in delictis occultis. Adde ad comprobationem dictam resolutionem Caren. *de offic. S. Inquisit par.* 3. *tit.* 1. §. 4. *nu.* 25. *& seqq.* vbi etiam plura qualiter in crimine hæresis constare debeat de corpore delicti, & quomodo.

Quòd in delictis atrocibus facti transeuntis, ac etiam facti permanentis, sed difficilis probationis, sufficiat constare de corpore delicti per præsumptiones, & coniecturas, Maiorana *in Opoprax. crim. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 8. *& seqq. & lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 4. Altimar. *de nullit. rub.* 13. *q.* 20. *n.* 67. *& seqq.* Bonden. *collect.* 12. *num.* 41. *& seqq.* Guaz. *deffens.* 4. *cap.* 2. *n.* 15. *& seqq.* cum alijs per Romaguer. in addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 6. *nu.* 15. *& seqq.* vbi bis me citat, & approbat in hoc loco, & quod sufficit, vt supra etiam ad pœnam ordinariam imponendam stante confessione delinquentis: quod confirmat Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 1. *ad* 7. *nu.* 157. *&* 158. *fol.* 96.

Qua-

Qualiter per inditia, & præſumptiones in delictis occultis, & difficilis probationis, ita vt poſſit deueniri ad torturam, etiam non conſtito de homine occiſo, vel ſcelere interempto, vide Marſil. *conſ.* 5. Porr. ad Ambroſin. *proceſſ. infor. lib.* 1. *cap.* 1. Boſſ. *de delict. nu.* 18. & 19. Sanfelic. *deciſ.* 28. *per tot.*

Et ita bis ſeruatum recordor tempore meo à Magiſtratu DD. Octo Baliæ Florentiæ nempè de menſe Auguſti 1675. in quadam cauſa Terræ ſolis contra Dominicum de Boſijs, & alios, qui poſt inquiſitionem, & defenſiones fuerunt dimiſſi ſub fideiuſſione in forma pro valore bonorum ſuorum, licet D. Auditor Bandarum eſſet in voto etiam torquendi; & de menſe Decembris eiuſdem anni in cauſa Aretij contra Doctorem Antonium Paccinellinm, aduerſus quem fuit reſolutum procedi ad inquiſitionem ſpecialem, quamuis in vtroque caſu ex multis diligentijs non fuerint reperta cadauera, ſed primum fuerit in furno combuſtum, & alterum in Eccleſia non nota ſepultum, vt fama ferebat, & fiſcus prætendebat, & ratione ne malitia delinquentium remaneant delicta penitus impunita, & malis detur anſa ſimiles modos pro impunitate excogitandi, & exequendi contra bonum publicum vniuerſale; licet non ignorem alios ex hac cauſa penitus euaſiſſe, ſed non euadent æterni Iudicis iudicium.

6 Corpus delicti, non eſt neceſſe conſtare in proceſſu quando cauſa agitur coram Principe, cùm Princeps alias de delicto informatus poſſit, & debeat ſecundum conſcientiam ſuam iudicare, & non ſecundum iuris apices, Bart. *in l.* 1. *ad fin. C. vt quæ deſunt Aduoc.* Iaſ. *in* §. *Sed iſta num.* 126. *Inſtit. de act.* Crauett. *conſ.* 135. *num.* 5. Nat. *conſil.* 265. Roland. *conſil.* 70. *num.* 20. *lib.* 1. & *conſil.* 68. *num.* 18. *lib.* 3. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 8. *tit.* 17. *n.* 12. *tom.* 1. cum alijs quos refert, & ſequitur Sperel. *deciſ.* 136. *num.* 17.

7 Corpus delicti in ſtupro probatur per inſpectionem, & tactum pudendorum facta ab obſtetricibus, & matronis peritis, nec creditur ipſis puellis, vel pueris aſſerentibus ſe fuiſſe ſtupratos, Guaz. *deff.* 4. *cap.* 6. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 4. *n.* 7. & 8. Farinac. *q.* 142. §. *Probatio per tot.*

Et vbi non ſufficeret peritia obſtetricum, poſſunt adhiberi etiam medici, & chirurgi peririores, nunquam tamen inſpectio eſt facienda per ipſummet iudicem, vel Notarium, vt dixi in Pract. §. *Corpo di delitto n.* 9. vbi adde Sperel. *deciſ.* 141. *num.* 72.

Plura quomodo poſſit conſtare de corpore delicti in materia ſtupri per Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. lib.* 4. *tit.* 2. *de virgin. & ſtupr. per tot. & conſ.* 34. & 41. *per tot. to.* 2. Coſpi Guid. *criminal. part.* 3. *cap.* 38. & 39. *per tot.* dixi in Pract. §. *Corpo di delitto nu.* 9. & 19. & *in* §. *Stupro nu.* 21. & 22. facit Thom. Triuiſ. *deciſ.* 26. *lib.* 2. vbi de modis, quibus amittitur virginitas.

Quòd in crimine ſodomiæ non ſit neceſſe conſtare de corpore delicti, & quare, ac quomodo poſſit, vel dicatur de illo conſtare, vide Plor. *inter conſ. crim. diuerſ. conſ.* 132. *num.* 22. *lib.* 1. Boſſ. *de lict. num.* 32. Baiard. ad Clar. §. *Sodomia num.* 12. Paul. Zacch. *Quæſt. Med. leg. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 5. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 148. *num.* . . & *quæſt.* 2. *n.* 24. vide in §. *Sodomia num.* 5. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 13. *num.* 27. & *ſeqq. lib.* 2. Sanfelic. *deciſ.* 28. *num.* 4. & *deciſ.* 354. *nu.* 1. & *ſeqq.*

8 Corpus delicti per inſpectionem, & tactum pudendorum, non eſt neceſſe conſtare, vbi ageretur de ſtupro cum moniali, etiam mediantibus obſtetricibus, & matronis, propter honorem virginalis pudoris in monialibus pluſquam in cæteris puellis venerandi, & ne ſub fallaci, & redimibili iudicio periclitetur virginis Deo ſacræ honor, ſicuti auctoritate D. Ambroſij benè probat Sperel. *deciſ.* 136. quicquid tenuerit Lap. *allegat.* 53. *num.* 5. cui reſpondet, & declarat in quibus caſibus poſſit illius opinio procedere. Sed abſque dicta inſpectione poteſt procedi, prout in delictis occultis, & difficilis probationis, in quibus cùm corpus delicti neque per inſpectionem, neque per claras probationes haberi poſſit, ſatis eſt de illo per coniecturas conſtet, quarum multas in caſu ſuo ad dictum effectum ponit, idem Sperel. *deciſ.* 136. & 137. *per tot.* vbi etiam quibus pœnis puniatur tam monialis, quàm ſtuprator, Conciol. *verb. Suffocatio reſol. vnic.* & *verb. Tortura reſol.* 2. & dixi in §. *Venenum num.* 4. &c. Raynald. *rer. crim. cap.* 1. §. 14. *num.* 17.

In illis tamen, quæ virginitatem domi vouerunt, vel quæ receſſerunt à viro negantes ſe fuiſſe ab eo cognitas, & in monaſterium receptas, admitti experimentum virginitatis, probat idem Sperel. *deciſ.* 141. *num.* 53.

Quòd corpus delicti non requiratur per euidentiam, etiam in delictis facti permanentis vbi ex ſignis æquiuocis de delicto dubitatur, vt quia aliqui periti aſſerant ſigna denotare mortem naturalem, & alij violentam, ſed tunc poſſit procedi tanquam in delicto facti tranſeuntis, in quo non eſt neceſſe conſtare de corpore delicti, cùm idem eſſe videatur, veſtigia non remanere, vel non dignoſci, ac ideò diuerſimodè non eſſe procedendum, vt putant aliqui, contra quos in materia veneni benè inuehit, Clar. §. *fin. quæſt.* 4. *in fine*, & illum ſequitur, ac tanquam ſingulare dictum notat Ant. de Poſſent. *ſing.* 263. *per tot.* vbi teſtatur ita ſeruaſſe, & conſtito etiam de delinquente pœnæ debitæ locum fuiſſe, cùm delicta maximè de nocte in domo commiſſa benè coniecturis, & præſumptionibus probentur ad Menoch. *de præſumpt. quæſt.* 58. *num.* 11. *lib.* 1. *vide ſupra num.* 4. & 5.

Corpus delicti quando proceditur per iudicem origi- 9
nis, vel domicilij, qui non poteſt in alieno territorio mittere, vel ire ad illud recognoſcendum, probatur per ſententiam latam contra delinquentem in loco delicti, Clar. §. *fin. quæſt.* 54. *verſ. ſed pone*, Boſſ. *de for. compet. num.* 86. Cabal. *reſol. crim. caſ.* 161. *num.* 6. Guaz. *deff.* 1. *cap.* 16. *num.* 7. & *deff.* 3. *cap.* 2. *num.* 21.

Corpus delicti à laico commiſſi in perſonam foro priui- 10
legiatam, quamuis ad iudicem ſæcularem ſpectet cognitio, non poteſt à Curia ſæculari, ſine licentia recognoſci faciendo ſpoliare cadauer, vel adhuc viuum examinando, niſi faciat ad ipſius vulnerati querelam, cui etiam poteſt ſe offerre, licet non compellere, ſed aliter eſt probandum, quia priuilegium durat etiam in cadauere, Card. Tuſch. *litt. M. concl.* 389. Sperel. *deciſ.* 45. *num.* 56. ita vt qui offenderet eſſet excommunicatus, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 28. *fol.* 517. & in his terminis nempè percuſſionum loquitur etiam Tuſch. & Sperel. *loc. cit.* & non recognitionis cadaueris, quam fieri poſſe dixi in Pract. §. *Corpo di Delitto num.* 8. vide in §. *Iudex num* . . . . §. *Cadauer num.* 9. facit Guaz. *deff.* 39. *cap.* 1. *num.* 14. vbi refert fuiſſe Romæ ſuſpenſum cadauer Clerici abſque degradatione, cùm ordines ſacri dicantur ineſſe animæ ac illi, & non corpori cohærere ſecundùm Theologos, ad quos ſe remittit, prout & ego.

Quòd Iudex laicus poſſit ex ſe facere recognitionem corporis delicti, licèt vulneratus, vel mortuus ſit clericus, dummodò reperiatur extra locum immunem, & ſi fuerit in loco immuni cum licentia, alias ratione loci neceſſaria, Pignatel. *conſult.* 122. *num.* 4. *circa finem tom.* 4. & me citato nouiſſimè Raynal. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 11. *num.* 45. vbi licèt dicat non tranſire ſine contradictione, quia ſi Sacerdos mortuus reſurgat, non debet iterùm ordinari, nec alius Chriſtianus iterùm baptizari, at ob id Sacra Congregatio Immunitatis de anno 1674. declarauit quoſdam ex hac cauſa incurriſſe cenſuras; non tamen videtur (ſaluo ſemper meliori Sacræ Congregationis, & Sanctæ Eccleſiæ iudicio) adductas rationes obſtare, quia ſi mortuus reſurgat, redit anima cum ſuo charactere iam impreſſo, & ob id non opus eſt alijs ordinibus, vel baptiſmo, nec iſto caſu poſſet inuitus per Iudicem ſæcularem examinari, nec vulnera viſitari, ſecùs autem durante ſeparatione animæ à corpore, in qua reſidet character; & hinc eſſe puto, vt in dominio Florentino ſemper factæ fuerint, & fiant huiuſmodi recognitiones mortuorum, etiam dum viuebant priuilegiatorum per Curiam laicalem abſque vlla Eccleſiaſticorum contradictione, quòd ſufficit, cùm contra exercentes huiuſmodi actus non ſit impoſita pœna latæ ſententiæ, ſed tantùm ferendæ ex allegatis per Dian. *reſol. moral. part.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 64. & Raynald. *vbi ſup. num.* 20. & 18.

Corpus vniuerſale mercium, vel apothecæ qualiter ve- 11
niat ſub hypotheca, & ſi fuerit alienatum in totum tranſeat cum ſuo onere in acquirentem, quicquid ſecus ſit quoad res particulares alienatas, & alia, Pacif. de Saluian. *Inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 190. & *ſeqq.* dixi in §. *Hypotheca n.* 4. vbi plura, & plures allegaui.

Corpus delicti conſtare debet etiam in materia falſæ 12
monetæ per ocularem inſpectionem antequam deueniri poſſit ad inquiſitionem ſpecialem, ſiue ad torturam, vel

con-

condemnationem, ita vt nec confessio delinquentis possit illud supplere, Bursat. *consil.* 166. *num.* 1. *& seqq.* Cephal. *consil.* 230. *num.* 11. Honded. *consil.* 92. *num.* 11. *lib.* 2. Guaz. *ad deffens. deff.* 4. *cap.* 9. *num.* 4. Conciol. *resolut crimin. tit. de monet. fals. resol.* 1. *num.* 4. *&c.* Anton. Gob. *tract. de monet. quaest.* 9. *num.* 25. *&* 26. vide in §. *Moneta num.* 2. *&c.*

Dicitur tamen constare de corpore delicti per repetitionem falsae monetae, & instrumentorum ad illam cudendam penes hominem malae vocis, & famae, qui ex hoc potest torqueri; imò nec bona fama iuuaret, si simul concurrat inuentio instrumentorum, & falsa moneta illius correspondens, ita vt etsi reus inquisitus hoc indicium purgauerit non sit penitus absoluendus, sed in poenam extraordinariam condemnandus, veluti ad triremes etiam perpetuas, vt sensit Senatus apud Fabr. *in Cod. lib.* 9. *tit.* 15. *deffinit.* 11. *in fine*, vel exiliandus secundùm Spad. *consil.* 114. *num.* 16. *&c. lib.* 1. sicuti alijs etiam citatis refert Anton. Gob. *dict. tract. de monet. quaest.* 11. *num.* 77. *&* 78. Conciol. *verb. Moneta falsa resolut.* 1. *per tot.* Matthaeu. Sanz. *de re crim. contr.* 44. *num.* 25. *& seqq.* Decian. *tract. crim. tit.* 22. *lib.* 7. *cap.* 27. Muscatel. *de probat. delict. Rubric. de fals. monet. num.* 27. *& seqq.* Franciſc. de Magistr. *in Silua Ecclesiastic. part.* 2. *lib.* 1. *tit.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 45. *num.* 14. vbi citat me, & alios, Raynald. *rer. crim. cap.* 5. §. 1. *num.* 33. *& seqq.* vbi aduertit plura.

13 Corpus delicti in materia delationis armorum probari debet per ocularem inspectionem, ac designationem in processu qualitatis, & quantitatis armorum, & quando agitur de capto cum archibusis per experimentum coram testibus an sint onusta iuxtà praxim, quam docet Ambrosin. *Process. inform. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. *& seqq.* Conciol. *resol. crim. verb. Arma resol.* 12. *&* 13. vbi etiam qualiter constare debeat de mensura, quando agitur de archibusettis breuioris mensurae, & videtur requirere, quòd testes dicant vidisse, tetigisse, & mensurasse, cùm alias possint circa mensuram de facili decipi, non tamen sit necessaria ocularis inspectio, quando arma non habentur in fortijs Curiae, quia tunc statur depositioni testium; & ita ego vidi saepè Florentiae; & seruaui excusari delatores huiusmodi armorum à poena maiori ob dictam qualitatem breuioris mensurae non probatam, & condemnari in poenam minorem pro archibusis ordinarijs impositam, licèt non ignorem saepè etiam ex simplici testium depositione de archibusis paruis, vel terzettis, non aliter coarctata illorum mensura fuisse delatores condemnatos in poenam maiorem bannimentorum, de qua materia vide in §. *Mensura num.* 7. vbi benè declaraui an, & quomodo probetur, vel non mensura armorum per testes simpliciter deponentes de visu.

De corpore delicti, qui scripserint in specie Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part. verb. Corpus fol.* 354. vbi etiam de alijs corporibus.

Et quòd pro parte fisci sit concludenter probanda paruitas mensurae à legibus requisita vti qualitas necessaria ad imponendam poenam, Guaz. *de confiscat. bon. conclus.* 13. *ampliat.* 88. *num.* 15. *& seqq. & ad defensam defens.* 4. *cap.* 8. *num.* 3. Farinac. *quaest.* 108. *num.* 54. *& seqq.* Conciol. *verb. Qualitas resol. vnic. num.* 8.

14 Corpus delicti in explosione archibusatae sine alicuius offensione constare debet, hoc modo scilicet archibusum fuisse onustum pila plumbea, vel alia re ad nocendum apta, ita vt posset offendere illum, contra quem archibusata fuit explosa, quòd probari potest per testes, qui ante viderint illud onerari, vel ex post per experientiam ipsam visitando locum, in quo pilae percusserunt, vt colligitur ex Giurba *obseruat.* 33. *num.* 10. *& seqq.* Massin. *de confiscat. bonor. num.* 52. Scanarol. *de visitat. carcer.* §. 12. *cap.* 1. *num.* 11. Muscatel. *in Prax. de cognit. delict. tit. de ictu scopet. n.* 5. *&* 6. Campan. *resol.* 1. Thor. *vot. decis. crim. per tot.* Donat. Anton. de Marin. *resolut. quotid. cap.* 314. *num.* 6. & dixi Ego in Praxi §. *Archibusi num.* 25. quem locum refert, ac ita pluries obseruasse in Legatione Vrbini testatur Conciol. *resol. crim. verb. Corpus delicti resol.* 6. *in secunda editione*.

Praxis de qua dixi in §. *Corpus delicti in primis additionibus num.* 14. *in fine*, comprobatur ex traditis per Vulpel. *respons. crim.* 39. *per tot.* Muscatel. *in Praxi tit. de ictu Scopet. num.* 6. Donat. Anton. de Marin. *quotid. resol.* 314. *num.* 6. *& seqq. lib.* 1. & nouissimè per Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 7. §. 12. *&* 13. *num.* 18. *& seqq.* vbi alia plura quando sit locus poenae ordinariae, vel arbitrariae mitiori in huiusmodi delictis explosionum, & octo casus benè distinguit, & ego dixi in §. *Affectus num.* 5.

Quando tamen explosio non fuit sequuta, sed tantùm *lo sgrilettamente*, quo casu de iure municipali Florentiae, & aliorum locorum est imposita eadem poena, vt dixi in §. *Affectus num.* 5. vel etiam sequuta explosione sine alicuius personae offensione, vel sine loci percussione, vt quia pilae transierint per aerem non percutiendo certum locum particularem, vel multùm a longè, ita vt nesciatur, & non possit visitari, dummodò archibusata non ad aerem, quo casu non esset punibilis, sed contra certam personam, vel personas esset directa, vidi semper seruari, quoad corpus delicti procedi tanquam in delictis facti transeuntis, & probari per testes asserentes audisse rumorem, vel vidisse fauillas, & huiusmodi, saltem ad effectum inquirendi etiam specialiter contra imputatos, imò & saepè condemnandi tam contumaces, quàm carceratos conuictos, vel confessos non se defendentes iuxta facti, & personarum qualitates, de quibus casibus plenae sunt filciae querelarum, negotiorum, & Giornalium Magistratus DD. Octo Baliae Ciuitatis Florentiae, ad quem priuatiuè spectat cognitio, & punitio huiusmodi delictorum, vt alibi dixi, & credo rectè, & iuridicè fieri, cùm verè tunc sint delicta facti transeuntis, alias multa in hac materia remanerent impunita per doctrinam Possent. *sing.* 263. *& aliorum sup. cit. num.* 8.

15 Corpus delicti quomodo apparere debeat in crimine falsi, vide in §. *Falsitas num.* 1.

Qualiter probetur corpus delicti per testes de visu, quando non fuit facilis eius inspectio. Adde Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 1. §. 11. *num.* 20. *& seqq.* vbi quòd testes debent esse plures quam duo, *& num.* 43. *cap.* 5. §. 1. *num.* 40.

Et quomodo in crimine furti, vide in §. *Furtum num.* 2.

16 Corpus delicti per suffocationem commissi qualiter probari debeat ex relatione Medicorum attestantium vidisse signa suffocationis, & strangulationis in gutture; licèt possit etiam per famam probari, quòd talis fuerit suffocatus, repertus tamen suffocatus; in dubio praesumitur potiùs ex morbo naturali, & morte subitanea, quia ex delicto, alio indicio in contrarium non apparente, Conciol. *resolut. crim. verb. Suffocatio resol. vnic. per tot.*

Corpus delicti in Sortilegijs probatur per coniecturas, & per confessionem delinquentis tanquam difficilis probationis; si tamen ex sola confessione damnentur sortilegi, & malefici non poena ordinaria, sed extraordinaria mitiori puniri puniuntur, Carpzou. *Pract. crim. quaest.* 49. *n.* 59. *& seqq.* Capon. *discept.* 40. *vbi plura per tot.* Paiserin. à Sextula *ad cap. accusatus* §. 8. *sane* 4. *de haeret. in* 6. *n.* 362. *& seqq.* Romaguer. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 69. *num.* 7.

17 Corpus delicti an posit perquiri mediante tortura, cùm alias non posit tortura irrogari, nisi priùs constet de corpore delicti, vide Zuff. *de legit. process. lib.* 1. *quaest.* 20. *n.* 5. *& seqq.* & dixi in §. *Tortura num.* 25.

Quomodo probetur corpus delicti in crimine blasphemiae, vide Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 1. *ad* 7. *num.* 51. *& seqq.* vbi quod in blasphemia eodem tempore habetur cognitio facti, & facientis, dummodò per testes referantur verba per reum prolata, an sufficiant testes singulares, & alia ad rem, *ibid. n.* 155. *& seqq.*

18 Corpus delicti cùm sit de ordinatorijs causae potest probari etiam per acta facta coram Iudice incompetentem respectu causae principalis, ad latè tradita per Zuff. *de legit. process. quaest.* 15. *num.* 5. *& seqq.* quam sequitur Conciol. *verb. Corpus delicti resol.* 6. *in fine*.

Quomodo in crimine famosi libelli, dixi in §. *Libellus num.* 6. *in Addit. verb. Libellus Famosus*.

19 Corpus delicti qualiter posit probari per testes de visu, quando non fuit facilis eius inspectio per Iudicem, vel Notarium, & quid in furto cum fractura, Zuff. *d. tract. lib.* 1. *q.* 16. *per tot.*

Reliqua de materia corporis delicti scripsi in *addit. pri-*

mi

*mi tomi fol.*656. *& ſeqq.* vbi videas ſi libet, quia notabilia ſunt, & hic non repetuntur.

20 Corpus delicti qualiter conſtare debeat in delictis extractionum, & contrabandorum, nec ſuppleri poſsit per confeſsionem carceratorum ſine rebus, cùm non ſit in eorum poteſtate facere delictum, quod reuera non apparet delictum, etiamſi dicerent proieciſſe in Flumen, vel Mare; niſi tamen concurrant alia indicia, vel qualitates; veluti mala conditio, & fama, ſolitus delinquere in illo genere delicti, & ſimilia, Ricc. *Collect.* 3356. Mauſon. *tract. de contrab. quæſt.*4. *per tot.* Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.*2. *quæſt.*81. *num.*2. *& ſeqq.* vbi plura, an, & quando extractio, ſiue contrabannum probetur, vel non per confeſsionem reperti in flagranti crimine, vide in §. *Gabella*.

§. CORREVS. LI.

1 CORreus credendi, vel debendi qualiter proſit, vel noceat alteri correo, paciſendo, tranſigendo, exigendo, vel ſoluendo, Pract. Papp. *cauſ. contra plur. reos deb. gloſ. quolibet num.*7. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.*178. *vol.*4. *& tot. tit. C. de duobus reis ſtil. & promit.* idem Chriſtin. *deciſ.*213. *vol.*5. Michalor. *de poſit. cap.*63. *per tot.* vbi de confeſſione facta poſitionibus.

2 Correus debendi totum ſoluens repetit à correo partem illius etiam abſque ceſſione, quando negotium æqualiter ad omnes ſpectat, nam ſi ſpectaret tantùm ad ſoluentem nihil repetit, ſi ad alium totum repetit, & pars intelligitur in dubio de dimidia, vide latè Mart. Medic. *Exam.* 27. *num.* 16. *& ſeqq. & deciſ.* 44. *per tot. cum Addit.* vtrobique dixi in §. *Ceſſio num.* 17. Vrceol. *conſult. forenſ. cap.*40. *num.* 32. *& ſeqq.* vbi loquitur in cenſu, quem poteſt vnus ex correis in totum extinguere, & poſtea ratione vtilis negotij geſti, ab altero pro rata repetere, ſecùs verò ſi extinxerit tantùm pro rata, nam reſpectu alterius ratæ eſt tanquam fideiuſſor correi, & niſi cogente neceſſitate, vel moleſtia, non poteſt compellere illum ad extinguendum pro ſua parte, ſicut non poteſt fideiuſſor cogere debitorem principalem niſi in certis caſibus, vt dixi in §. *Cenſus num.*14. & §. *Fideiuſſor num.*9. adde Rot. *part.*5. *recent. deciſ.* 462. *num.* 1. *& ſequentib. & part.* 12. *deciſ.* 55. *num.*5. *& ſequen.* & poſt Merlin. *de pign. deciſ.* 24. *per totam*, vbi qualiter correus cenſum extinguendo poſſit à correis repetere.

Qualiter plures correi videantur inter ſe inuicem fideiuſſores, non tamen propriè, ſed impropriè, nec ideò veniant ſub diſpoſitione ſtatuti correctorij loquentis de fideiuſſoribus, Cabal. *conſ. deciſ.* 161. *per tot. lib.*1. & vide in §. *Fideiuſſor num.*9. *in fine*.

3 Qualiter correus ſoluens in ſolidum poſſit cogere creditorem ad ſibi cedendum actiones contra correns, vel etiam repetere ratam à correis ſine ceſſione per actionem negotiorum geſtorum, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 114. *num.* 5. *&* 6. *vol.* 3. *& deciſ.* 178. *volum.* 4. *& deciſ.*213. *vol.*5. Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 2. *cap.*7. *num.* 56. *& ſeqq.* Olea *de ceſſ. iur. tit.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 12. *& ſeqq.*

4 Quòd correi, & plures rei debendi dicantur illi, qui acceſſerunt principaliter, & in ſolidum ſuſcipiendo in ſe alienam obligationem, Rot. *part.* 6. *recent. deciſ.*41. *n.* 6. *coram Merlino*.

An autem poſſit vnus conueniri pro toto debito, alijs non requiſitis, Hyppolit. *ſing.*278. Alexan. *in l.* 2. §. *& earum ff. de verb. oblig.* & Sanfelic. *in Praxi ſect.* 31. *num.*7.

5 Si vnus correus ex cauſa oneroſa fuerit ſoluere coactus, à correo ſocio pro rata repetit; Secus autem videtur dicendum quando eſſent plures correi ex cauſa lucratiua, ita vt vnus tunc totum ſoluens nihil repetat ab alio, ad tradita per Surd. *deciſ.*308. *in fine num.* an. Baldaſ. de Angel. in Addit. ad Gizzarel. *deciſ.*69. *num.* 78. vbi tamen quod vltimum de cauſa lucratiua non eſt expeditum, dixi in §. *Ceſſio num.*17.

Quando correus non poſſit repetere à correo, vide in §. *Ceſſio num.*47.

6 An autem correus, cui inſtrumentum fuit redditum à creditore, maneat liberatus, & iſta liberatio proſit etiam alteri correo, vel potius præſumatur creditorem contra eum actiones ſuas ceſſiſſe in fauorem eius, cui traditum fuit inſtrumentum, Olea *de ceſſ. iur. tit.*1. *quæſt.*3. *num.*31. *& ſeqq.*

Correus qui condemnatus ſoluit, non poteſt in eodem foro repetere contra alios obligatos, niſi alias ſit competens, ſed debet eos in illorum foro conuenire; an autem in ſolidum, vel tantùm pro rata, tam pro ſorte, quàm pro expenſis, & alia ad propoſitum, latè Olea *de ceſſ. iur. tit.*5. *per tot.* & dixi in §. *Fideiuſſor*. 7

Correi plures debendi in ciuilibus ſimpliciter condemnati, tenetur vnuſquiſque pro rata, & alicuius inopia alijs non nocet; licet ab initio ex contractu eſſent in ſolidum obligati; niſi actor omiſſa cauſa, vel actione iudicati, & refectis expenſis, agat veteri actione in ſolidum, Gratian. *diſcept.* 33. *num.* 50. Trentacinq. *lib.* 3. *var. titul. de ſolut. reſolut.* 34. *num.* 30. Tepat. *tit.* 247. *per totum*, Giurba *deciſ.* 46. Felic. *de ſocietat. cap.* 30. *num.* 65. Cancer. *var. reſolut. part.*3. *cap.*17. *num.* 292. *& ſeqq.* Salgad. *Labyrint. creditor. part.*3. *cap.* 1. §. *vnic. per tot.* Carleual. *de iud. lib.*1. *tit.* 1. *diſput.* 5. *num.* 42. *&* 43. Olea *de ceſſ. iur. tit.*5. *quæſt.*6. *n.* 1. *& ſeqq.* vide in §. *Debitor num.* 68. §. *Condemnatio num.* 9. *&* §. *Obligatio num.*10. *&c.* 8

In criminalibus verò correi plures condemnati ſimpliciter, tenetur vnuſquiſque in ſolidum ſecundum aliquorum opinionem, licet alij contra, & ſolent in ſententijs declarari, vide Amendol. ad Franch. *deciſ.* 228. *num.* 3. Boer. *deciſ.*310. Coſta *de ration. rat. cap.*40. *& de remed. ſubſid. remed.* 106. *illat.*7. *num.*5. Cancer. *d. cap.*17. *n.*298. Carleual. *d. diſput.* 5. *per tot.* vbi quando iudex ab vno ex reis, vel ſocijs delicti poſſit ſalaria, & expenſas in ſolidum exigere, Sanfelic. *deciſ.* 44. *num.* 3. vbi de pluribus eximentibus.

An vno totum ſoluente alij liberentur, Tepat. *loc. ſup. cit.* Theſſ. *deciſ.*254. Griuell. *deciſ.* 25. Coſta *d. quæſt.* 40. *per tot.*

Et an qui in ſolidum exigitur poſſit ceſſionem prætendere contra alios correos, vel delicti ſocios; dic quod non, & ſi actiones cedantur eſſe inefficaces, quia in delictis ceſſioni actionum locus non eſt, & nulla ſocietas, vel iuſta communicatio damni; niſi eſſemus in quaſi delictis, in quibus non eſt prohibita ceſſio, vide in §. *Delinquens num.* 9. Gratian. *diſcept.* 713. *num.* 6. Ant. Fabr. *de error. Pragmat. Decad.* 80. *err.* 8. Coſta *de ration. rat. quæſt.*154. *num.* 4. Olea *de ceſſ. iur. tit.*5. *quæſt.* 6. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi infert ad iudicem, qui malè iudicauit, & fuit condemnatus ad reſtitutionem, vt ſi per ſordes egerit, non poſsit prætendere ceſsionem, & repetitionem aduerſus partem, in cuius fauorem iniuſtam protulit ſententiam, quia proprij delicti pœnam luit, ſi verò per imperitiam tantùm abſque dolo malè iudicauit, poteſt ceſsionem petere, & releuationem contra partem; nam in primo caſu iudex ex delicto, in ſecundo autem ex quaſi delicto conuenitur.

Plura de correis ſtipulandi, & promittendi qui tales dicantur, vel præſumantur, quæ requirantur, quomodo ceſsio fieri debeat inter eos, vel non, an illis competat beneficium diuiſionis, ad quæ teneantur, vel non, quomodo conueniri poſsint, vel non, & alia latè Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.*494. *per tot.* text. gloſ. & DD. *Inſtit. de duob. reis ſtip. & promit.*

Aliqua de correis remiſsiuè tradit Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *verb. Correus fol.* 356. Thoro *Compend. deciſ. Neapol. verb. Corrent*, *& part.* 2. *eod. verb.* 9

§. CREDITOR. LII.

CReditor propriè dicitur ille, qui ſequitur alterius fidem, & non qui habet actionem realem, qui impropriè, & abuſiuè dicitur creditor, & ideò in materia odioſa non venit ſub nomine creditoris, Franch. *dec.*714. Tuſch. *lit. C. concl.* 155. 1

Quòd ſub nomine creditoris non veniat conditionalis, Cabal. *conſil. deciſ.* 135. *num.*5. *& ſequentib. lib.*2. vbi quòd ideò non comprehenditur ſub ſtatuto diſponente, quòd debitore decocto creditores eius ſatisfieri debeant per æs, & libram, ſed purificata conditione

tione io integrum consequitur, vt dixi in §. *Statutum num.* 50.

Largè tamen, & impropriè sub nomine creditoris venit quicumque, cui aliquid debetur, siue actione personali, siue reali, ac etiam dominus, Bardellon. *cons.* 190. *per tot. lib.* 2. Surd. *decis.* 173. *per tot.* Tusch. *loc. cit.* Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 83. *num.* 17. *&c.*

An creditoris appellatione veniat dominus rei, maximè in materia statutaria, vide Magon. *decis. Flor.* 79. *nu.* 1. vbi videtur tenere quòd sic, licèt alios de contraria communi opinione testantes referat Surd. *d. decis.* 173. Salgad. *Labyr. cred. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 127. *& seqq.* vbi plures allegat Gait. *de credit. cap.* 1. *per tot.*

Quod sub nomine creditoris veniat tantùm purus, & qui potest agere effectualiter, non autem conditionalis, in diem, vel futurus, Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 63. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 170. Sanfelic. *decis.* 308. *&* 310. Surd. *decis.* 151. *& decis.* 283. *per tot.* Mangil. *de euict. quæst.* 9.

Quòd imò etiam creditor in diem, dicatur de præsenti creditor quoad obligationis, & actionis essentiam, licet secus quoad exactionis effectum, benè probat, & substentabiliorem opinionem dicit Sanfelic. *decis.* 308.

Et quod creditor ad certam diem, licet dies nondum cesserit possit agere contra debitorem, vt adueniente die soluat, Surd. *decis.* 151. Osasch. *decis.* 130. Afflict. cum Vrsil. *decis.* 279. Sanfelic. *decis.* 310. *n.* 3.

An autem creditor conditionalis, vel in diem citari, & admitti debeat ad concursum bonorum debitoris cum alijs creditoribus, & qualiter sit illi consultum per consignationem pignoris cum cautione ab illo præstanda de restituendo deficiente conditione, vel per solutionem faciendam alijs cum caotione ab ipsis præstanda de restituendo illi adueniente conditione si sit anterior, latè Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 24. *& seqq. per tot.*

Quòd creditor in diem, vel sub conditione præferatur alijs posterioribus puris, si debitor sit decoctus, Suarez. *in l. post rem limit.* 7. *ff. de re iud.* Ioseph. Feliu. *in Margarit. var. conclus. verb. Creditor* 1. facit Sanfelic. *decis.* 308. *num.* 9.

Quòd creditor propriè non dicatur ille, cuius intentioni iusta aliqua, & perpetua exceptio refragatur, *l. creditores, & l. debitor ff. de verb. signif.* Rom. *cons.* 204. *num.* 13. vide §. *Debitor num.* 1.

2 Creditor hypothecarius qui prior est tempore, potior est in iure, tam ratione sortis, quàm interesse, etiam in bonis postea quæsitis, vt latè hanc regulam cum 20. ampliationibus, & totidem limitationibus declarat Neguf. *de pign. part.* 5. *membr.* 2. *per totum*, Pract. Papp. *for. restit. in integr. glos. sub eadem in Addit. & for. act. hypoth. glos. sub eadem obligatione*, Rodriquez. *de concur. cred. part.* 2. *art.* 1. *per tot.* Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1193. *& seqq. per tot.* Mastril. *decis.* 119. *num.* 11. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 730. *num.* 18. *&c. & cap.* 963. *num.* 1. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 159. *per tot. volum.* 4. Ricc. *Collect.* 4160. *&* 473. Thomat. *decis.* 39. *num.* 14. *& decis.* 185. *num.* 1. vbi de census creditore graduando tam pro sorte, quàm pro fructibus, Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 94. Castrac. *de societ. cap.* 71. Lanfranc. Zacch. *tract. de Salar. & merced. quæst.* 99. *per tot.* Merlin *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. Tosch. *litt. H. conclus.* 129. *per tot. & concl.* 130. vbi qualiter pares debeant simul concurrere pro rata, & non sit melior conditio vnius quam alterius, & quid in cessionario, & alia not.

Quòd anterioritas tam pro sorte, quàm pro fructibus incipiat, vel à die conuentionis, vel à die moræ, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 268. *num.* 5. vbi in terminis fructuum dotis viduæ debitorum à die interpellationis tantùm, & tunc solùm incipiat anterioritas; quicquid secus sit vbi ageretur ex conuentione contra promissorem, & dictam distinctionem benè comprobat Francis. de Angelis *tract. de confes. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 42. *& seqq.*

De regula quod prior in tempore sit potior in iure, vel non, plenè cum ampliationibus, & limitationibus Petr. de Onnate *tract. de contract. tom.* 2. *tract.* 20. *disput.* 60. *sect.* 3. *& seqq. fol.* 997. Gabriel. Vasquez *opusc. moral. tract. de pign. & hypothec. cap.* 5. §. 2. *per tot. fol.* 210.

Quòd anterioritas tam respectu sortis, quàm fructuum incipiat à die contractus, etiam si fructus fuerint promissi in diem, & in casum non solutionis sortis, nam adueniente die, & casu hypotheca retrotrahitur ad diem contractus, intelligendo vbi fructus debentur ex conuentione, nam si deberentur tantùm ex legis dispositione ob moram, tunc illorum hypotheca inciperet solùm à die moræ, vt benè declarat Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 46. *num.* 9. quem sequitur Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 206. *num.* 12. *& seqq.* facit Mastril. *decis.* 119. *num.* 10. *&* 20.

Et idem esse respectu lucri, vt gaudeat ijsdem priuilegijs, & anterioritate sortis, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 360. *per tot.*

Amplia dictam regulam quamuis esset creditor in diem, vel sub conditione quando est periculum in mora, & suspicio fugæ debitoris, Petr. Pecch. *de iur. sistend. & manu. iniect. cap.* 4. *num.* 7. Rodriquez. *d. art.* 1. *num.* 8. *& num.* 9. vide alios supracitatos, *& in* §. *Hypotheca num.* 37. *& num.* 38. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 211. *num.* 8. *& sequent.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 24. *& seqq. per tot. vbi plura.*

Item amplia quamuis anterioritas consisteret tantùm io hora, & puncto, Gratian. *discept. forens. cap.* 766. *num.* 38. Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1863. *&c.* Barbos. *de Axiomat. iur. Axiomat.* 188. *num.* 1. *&c.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 13. *art.* 14. *num.* 4. facit quod dixi in §. *Contractus num.* 47. Martha *vot. Pis.* 75. *num.* 8. *&c.* vbi intelligit quando constat præcisè de hora vtriusque instrumenti.

Quis autem sit præferendus in dubio, vide Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 10. *tit.* 3. *num.* 8. *& seqq. fol.* 220.

Item amplia qoo ad expensas, quæ in ordine hypothecæ sortem concomitantur, Paul. Christin. *decis.* 154. *nu.* 6. *vol.* 4.

Alias ampliationes ad dictam regulam, vide per Neguf. Merlin. Rodriquez. Gait. & alios supracitatos.

Quæ priuilegia habeat creditor hypothecarius, Tusch. *litt. H. concl.* 133. *per tot.*

Limita modo eandem regulam, nam creditores priuilegiati eiusdem tituli in actionibus personalibus, simul concurrunt nulla habita ratione prioritatis, vel posterioritatis, *l. priuilegia*, vbi Ripa *num.* 51. *&c. ff. de priuil. credit.* Duen. *reg.* 162. Card. Tusch. *litt. C. conclus.* 1065. vbi videtur restringere nisi vnus obtinuisset pignus iudiciale, vel solutionem, *infra num.* 5. Piccard. *in* §. *quædam actiones Instit. de act. num.* 57. 84. *&c.* Rodriquez. *de concur. credit. part.* 2. *art.* 3. *num.* 2. *&c.* Gabriel. Pereira *decis. Portugal.* 16. *&* 107. Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 2044. *& seqq. & in Appendice d. cap.* 4. *num.* 126. *& seqq.* vbi quòd in actionibus personalibus non attenditur tempus, sed solum causa si sit priuilegiata, ita vt creditores habentes causam priuilegiatam præferantur alijs non priuilegiatis, vel simul concurrant vt supra cum æqualiter priuilegiatis, sicut etiam de æquitate præferuntur indigentiores, & diligentiores in exigendo, vel sententiam obtinendo, ex veris tamen probationibus, & non ex simplicis confessione debitoris; his autem cessantibus; & sic cæteris paribus omnes veniunt æqualiter in tributum, nisi diuersæ essent negoriationes, nam tunc vnusquisque præferetur in sua, vt dixi *infra num.* 11. *&* 64. intelligendo hæc omnia postquam hypothecarij fuerint satisfacti.

Item limita respectu pœnæ, pro qua anterior non præfertur, sed postponitur, licet pro sorte esset præferendus, maximè quando pœna non petitur tanquam interesse, Afflict. *decis.* 186. *num.* 1. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 304. *num.* 15. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 17. *num.* 476. *fol.* 296.

Item limita in casu decoctionis stante statuto (prout Bononiæ, & Florentiæ) quod debitore decocto debeat satisfieri creditoribus per æs, & libram exceptis aliquibus casibus, vt dixi in §. *Statutum num.* 50. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 6. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 503. vbi plura ad interpretationem statuti Bononiæ de hac materia.

Item limita in bonis emphyteuticis, feudalibus, vel similibus, in quibus præfertur creditor, vel emptor, qui prius beneplacitum domini directi impetrauit, non attento tempore contractus, Afflict. *decis.* 286. *num.* 1. Franch. *decis.* 75. Gratian. *discept.* 730. *num.* 12. *&c.* Bardellon. *consil.* 100.

ſil. 100. *per tot. lib.* 1. Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 31. *num.* 28. facit Duran. *deciſ.* 463. iuxta notata in §. *Iuſpatronatus num...* vide in §. *Bona num.* 8. Merlin. *deciſ.* 810. *num.* 1. *&c.* vbi quòd anterioritas conſideratur ex tempore acquiſitionis dominij, & iuris conditionalis, quia antea debitor non potuit hypothecare, Gait. *de credit. quæſt.* 11. *cap.* 4. *num.* 1854. Salgad. *Labyrint. cred. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 40. *&c. cap.* 21. *num.* 55. *& per tot.*

Item limita in creditore, qui aliquid impendit, vel mutuauit pro aliqua re reparanda, conſtruenda, vel conſeruanda, nam omnibus alijs etiam anterioribus præfertur, quod extenditur ad omne creditum, quod fuerit quocumque modo in cauſa, vt res ſalua, vel perfecta reddita fuerit per text. *in l. interdum cum l. ſeq. ff. qui pot. in pign. hab. & in §. his conſequens Auth. de æqual. dot.* Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1555. *& ſeqq.* vbi infert ad plura ſingularia, & quotidiana, & plenè Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 5. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 327. *per tot.* vbi intelligit quoad expenſas neceſſarias, latè Mart. Medic. *cum pluribus ab eo citatis Exam.* 11. *& deciſ.* 19. *&* 20. *per tot. cum Addit. eiuſdem de anno* 1665. Sanfelic. *deciſ.* 112. vide in §. *Mutuum num.* 7. *&c.* Ricc. *Collect.* 3400. *&* 3667.

Et ſi plures creditores priuilegiati ex dictis, vel ſimilibus cauſis ſimul concurrant, quis illorum præferatur, vel an priuilegia conquaſſentur, latè Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1878. *cum multis ſeqq.* & dixi in §. *Mutuum num.* 7. vbi plures allegaui; & quod conquaſſantur, attenditurque regula iuris communis, & temporis, vt etiam concludit Gait. *loc. cit. num.* 1987. *&c.* vbi tamen excipit nonnullos caſus, qui omnibus præferuntur.

Item limita quoad expenſas proceſſus, executionis, & conſeruationis bonorum, nam iſtæ omnibus creditoribus præferuntur, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 124. *num.* 7. *vol.* 4. *& ad leg. Municip. tit.* 13. *art.* 15. *num.* 1. *&c.* facit Sanfelic. *deciſ.* 113. vbi de creditore ex cauſa Salarij, & mercedis alij præferendo, dixi in §. *Salarium num.* 2.

Alias limitationes, & declarationes ad dictam regulam, vide per Neguſ. Merlin. Gait. & alios ſupracitatos Tuſch. *litt. H. concl.* 131. vbi quando creditor hypothecarius poſterior præferatur anteriori.

Quando prior tempore ſit potior in iure, vel non, latè idem Tuſch. *litt. P. concl.* 465. *per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 159. *per tot. cum ſeqq. vol.* 4.

Quid autem ſi vnus creditor nitatur ex ſcriptura priuata, & alius ex publico inſtrumento, quis eorum ſit præferendus, dixi in §. *Hypotheca num.* 6. & latiùs in §. *Scriptura num.* 24. *& ſeqq.* plenè Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 8. *num.* 3036. *& ſeqq. & cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1531. *& ſeqq.* vbi an etiam in recognitione ſint citandi creditores inſtrumentarij, Martha *vot. Piſ.* 53.

3 Creditor ex numeratione, præfertur creditori ex confeſſione, quamuis anterior, *l. Titius ff. quæ res pign. oblig. poſſ.* Vrſil. ad Afflict. *deciſ.* 402. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 18. *ſub num.* 82. Gratian. *deciſ.* 125. *num.* 4. *&* 5. Maſcard. *de probat. concl.* 372.

De creditore ex numeratione an præferatur creditori ex confeſſione, latè Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 8. *per tot.* vbi limitat niſi dicta confeſſio ſit valdè adminiculata, vel geminata, vel aliter appareat de debito, vel niſi præceſſerit promiſſio, vel lapſum ſit tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 652. *num.* 13. *& ſeqq.* vbi quòd dicta concluſio procedit quando conſtaret confeſſionem fuiſſe factam ſub ſpe futuræ numerationis ſubſequutæ poſt ius quæſitum creditoribus, qui medio tempore contraxerunt, vt eſt caſus *d. l. Titius*, vel quando emanaſſet inter perſonas ſuſpectas, ſecùs autem his ceſſantibus, vt ibidem declarat.

Intelligendo quando ſumus in caſibus, in quibus competat exceptio non numeratæ pecuniæ, quia aliàs ſi non competat dicta exceptio, confeſſio habet vim veræ numerationis, & præiudicat alijs creditoribus, Altograd. *conſil.* 19. *num.* 17. *& ſeqq. lib.* 1. vbi vide, & Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *quæſt.* 26. Capell. Tholoſ. *quæſt.* 218. vbi etiam intelligit probata vera numeratione, ſecus ſi omnes ex ſola confeſſione nitantur dixi in §. *Confeſſio num.* 11.

Quòd creditor ex confeſſione de recepto ceſſante fraudis, & ſimulationis ſuſpicione, ſi ſit anterior præferatur creditori ex numeratione, quia dicta confeſſio probat numerationem etiam in præiudicium tertij, quando non conſtar eſſe factam ſub ſpe futuræ numerationis, tuetur, contrarijs reſpondet, & in praxi ſeruari teſtatur Gait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 3. *num.* 516. *& ſeqq. cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1827. *&c.* vbi concordat cum dicta declaratione.

An autem, & quando creditor ex cauſa depoſiti præferatur alijs, vel non, latè Peguer. *deciſ.* 38. & dixi in §. *Depoſitum num.* 2. *in fine*.

Creditor habens titulum oneroſum præfertur habenti titulum lucratiuum, Cuman. *in l. priuilegia num.* 10. *ff. de priuil. cred.* facit Dian. *part.* 11. *tract.* 3. *reſol.* 13. *verſ. Verùm*, Paul. Chriſtin. *deciſ.* 124. *num.* 8. *volum.* 4. Cephal. *conſ.* 555. *num.* 11. Capyc. *deciſ.* 78. *num.* 7. Caſtil. *deciſ.* 72. Rouit. *deciſ.* 48. Carleual. *de iudic. part.* 2. *diſput.* 30. Ganauer. *deciſ.* 42. *&* 43. *per tot.* Bich. *deciſ.* 662. Caren. *reſolut.* 107. 4

Qualiter etiam creditor ex cauſa alimentorum, ſiue pecuniæ datæ ad alimenta debitoris communis, ſit præferendus omnibus alijs creditoribus anterioribus habentibus etiam expreſſam hypothecam, latè probat Carleual. *de iudic. part.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 29. *per tot.*

Vtrùm autem creditores ex depoſito præferantur inter ſe ex antiquitate temporis, & quomodo in concurſu aliorum creditorum ſit illis ſatisfaciendum latè, & diſtinctè idem Carleual. *de iudic. part.* 2. *tit.* 3. *diſput.* 31. *per tot.* vide in §. *Depoſitum ſub num.* 2.

Et de creditore ex cauſa expenſarum factarum in bonis debitoris, vt cæteri præferatur, idem Carleual. *loc. citat. diſput.* 32. *per tot.* vide in §. *Mutuum num.* 13.

De pluribus claſſibus creditorum ad effectum prælationis inter eos, Berlich. *part.* 1. *concluſ.* 64. *cum pluribus ſeqq.*

An inter creditores perſonales, vel ſimplices chirografarios detur aliqua prælatio ratione temporis in vtroque foro, Valer. *de different. vtriuſque fori, verb. Solutio different.* 4.

De creditore ex cauſa oneroſa, an præferatur creditori ex cauſa lucratiua, Andreol. *contr.* 204.

Hoc tamen procedit ſolum in actione perſonali, nam in hypothecaria, non attenditur prerogatiua cauſæ oneroſæ, Magon. *deciſ. Florent.* 76. *num.* 6. *&* 7. Altograd. *conſil.* 39. *num.* 3. *lib.* 2. Marcian. *diſput. forenſ. cap.* 55. 56. *&* 57. *per tot.* Mantic. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 22. *num.* 23. *& ſeqq.* Seſſe *deciſ. Arag.* 78. Statil. de Saluian. *inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 469. *&c.* Ant. Amat. *reſolut.* 26. Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 40. *num.* 48. Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1274. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 262. *n.* 4. *& ſeqq.* vbi benè declarat, *& deciſ.* 273. *num.* 9. *& ſeqq. part.* 12. *deciſ.* 137. *num.* 4. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 27. *n.* 49. *& ſeqq. per tot.* vbi exarat Marcian. *loc. ſup. cit.* vide in §. *Donatio num.* 64.

Creditor habens bona debitoris obligata præfertur de iure creditoribus chirografarijs etiam priuilegiatis, & in concurſum cum illis non venit, ita vt creditor hypothecarius poſterior præferatur cuicumque creditori chirografario anteriori, *l. eos*, vbi gloſs. Bart. & alij *C. qui pot. in pign. hab. l. creditor* 2. §. *ſi primus ff. eodem*, Surd. *deciſ.* 56. *num.* 6. cum alijs per Altograd. *conſil.* 4. *num.* 14. *lib.* 1. Tuſch. *lit. C. concl.* 1064. *& litt. H. concl.* 127. Neguſ. *de pign. part.* 5. *memb.* 2. *num.* 2. *&c.* Gait. *de credit. cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1538. *&c.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 429. *num.* 2. *&c.* Rot. *part.* 17. *recent. deciſ.* 20. *num.* 1. *& ſeqq. deciſ.* 64. *num.* 35. *& ſeqq. & deciſ.* 253. *num.* 2. latè Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 20. *diſput.* 60. *ſect.* 6. *&* 8. *per tot.* vbi limitat, quo ad creditores chirografarios ſimplices; niſi ſint priuilegiati, nam tales alijs præferuntur, & qui nam ſint iſti priuilegiati explicat, ac inter ſimplices chirografarios non priuilegiatos nullus attenditur ordo, vel præcedentia, nec ex tempore, nec ex cauſa, ſed inter ſe diuidunt bona, quæ extant pro rata iuxta text. *in l. Priuilegia* 17. *C. de priuil. cred.* 5

Creditores verò in ſimplici perſonali ſunt pares, & concurrunt omnes inter ſe per ſolidum, & libram, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 373. Griuel. *deciſ.* 27. *per tot.* Tuſch. *litt. C. concl.* 1065. *ſupra num.* 2. *verſ. limita modo*, idem Tuſch. *litt. H. d. concl.* 127. *num.* 4. *&c.* vbi videtur intelligere niſi vnus etiam ſecundus præuenerit in executio-

tione super bonis, quia tunc acquirit pignus iudiciale, vel prætorium, ex quo alteri præfertur, Paul. Christin. decis. 159. num. 4. &c. vol. 4. Salgad. Labyrint. credit. part. 2. cap. 4. num. 154.

Quòd regula qui prior tempore sit potior iure, procedat tantùm in debitis realibus, & hypothecarijs, non autem in personalibus, & simplicibus chirografarijs, nam in istis creditores omnes siue anteriores, siue posteriores æquale ius habent, & pro rata concurrunt, licet etiam alij contrarium teneant, cùm magna sit temporis prærogatiua, ita vt vtraque opinio in foro conscientiæ reputetur probabilis, & tuta, imò etiam in foro exteriori, sed prima communior non attento etiam an vnus creditor sit pauperior, nisi esset in extrema, vel quasi necessitate, quia tunc esset præferendus, ad tradita per Dian. part. 11. tract. 3. resolut. 11. &c. vbi etiam an ex priori petitione ius acquiratur, infra num. 36. §. Debitor num. 82.

Quòd præferatur habens fauorabiliorem causam, Gizzarel. decis. 1. num. 77. in Addit.

6 Creditores defuncti debitoris, siue hypothecarij, siue etiam simplices chirografarij, præferuntur in bonis ipsius defuncti quibuscumque creditoribus hæredis etiam hypothecam habentibus in bonis eiusdem hæredis, & hoc mediante beneficio separationis, quam petere possunt bonorum defuncti à bonis hæredis, qua separatione facta creditores hæredis nullum ius habent in bonis defuncti, nisi prius satisfactis illius creditoribus, l. 1. §. sciendum ff. de separat. Surd. decis. 310. num. 3. &c. Paul. Christin. decis. Belgic. 124. num. 9. volum. 4. Ricc. Collect. 240. Rot. part. 6. recent. decis. 269. num. 1. &c. Pacif. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 526. & seqq. Merlin. de pign. lib. 4. quæst. 14. num. 4. & quæst. 35. per tot. & quæst. 39. vbi quid si agatur de negotio defuncti per hæredes continuato, de quo etiam Rot. part. 13. recent. decis. 502. n. 8. &c. Decian. consil. 11. num. 114. lib. 1. Altograd. consil. 4. num. 15. & seqq. per tot. lib. 1. vbi quòd hoc casu quoad creditores defuncti non habet locum statutum vocans creditores omnes in tributum ad bona creditoris decocti, si non defunctus, sed hæres decoxit, & sic creditores defuncti non decocti totum suum creditum consequi debent, non obstante decoctione postea sequuta in illius hærede, sequitur Merlin. de pign. lib. 4. tit. 1. quæst. 6. num. 7. &c. Rot. part. 13. recent. decis. 505. num. 9. &c. Andreol. controu. 276. vbi an tradita de creditoribus defuncti, & hæredis procedant quoad fructus ex bonis hæreditatis, &c.

De separatione bonorum, quo pacto, & quibus concedatur, plenè Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 197. Rot. part. 16. recent. decis. 210. num. 2. decis. 326. num. 1. part. 17. decis. 234. num. 10. vide in §. Hæres num. 35. & 38.

Et contra etiam creditores maximè hypothecari hæredis, sunt præferendi creditoribus defuncti in bonis hæredis, Merlin. de pign. lib. 4. tit. 1. quæst. 35. num. 11. & benè probat Marcian. disput. forens. cap. 53. num. 3. & seqq. & facit in cap. 95. vbi quòd per aditionem factam ab hærede etiam sine beneficio inuentarij, non remanet confusa actio hypothecaria ipsi hæredi competens in bonis defuncti in præiudicium creditorum hæredis, nec in eorundem præiudicium, fructus perceptos imputari, quamuis teneatur de illis rationem reddere creditoribus hæreditatis actione personali.

Prædictis adde Franch. decis. 246. & decis. 374. num. 5. 7. & 11. Caualer. decis. 41. vbi quòd hanc separationem potest petere etiam legatarius, qua mediante est anterior creditoribus hæredis, etiam si eidem hæredi data fuerit facultas à testatore de bonis disponendi, & obligandi, quia non ob id dicuntur obligata à testatore, sed tantùm commissa libertati ipsius hæredis, & sic legatarius remanet anterior, item Caualer. in eadem causa decis. 51. 112. & 132. per tot. Rot. part. 13. recent. decis. 502. facit latè Salgad. Labyrint. credit. part. 2. cap. 25. per tot. vbi an ex hæreditate aui delata nepoti patre præmortuo, creditores patris sua credita exigere valeant, siue nepos ex propria persona, siue repræsentatiuè adeat; & quid in hæreditate non adita, sed in hæredem tanquam adeunda transmissa, an scilicet creditores transmittentis præferantur creditoribus hæredis, in quem fit transmissio, & alia notabilia, atque subtilia de hac materia benè explicat.

Creditores etiam chirografarij præferuntur legatarijs, ita sit si æs alienum defuncti absorbet totam hæreditatem, legata non debentur, Rot. part. 13. recent. decis. 436. n. 14. & 15. vide in §. Legatum nu. 79. Rot. d. part. 13. decis. 602. num. 8. & 9. vbi tamen quòd secus est si agatur de creditoribus hæredis, etiam occasione negotij de ordine testatoris continuati.

7 Creditor consentiendo rem sibi hypothecatam alteri obligari, vel alienari efficitur posterior, & sibi præiudicat non solùm respectu illius, ad cuius fauorem præstitit consensum, sed etiam quoad alios, pro quibus immediatè non consensit, Bart. in l. creditor. §. vltimo ff. qui pot. in pig. hab. per text. in l. Lucius ver. Paulus ff. quibus mod. pign. vel hypothec. soluat. Menoch. lib. 3. præsumpt. 119. num. 1. & 2. vbi num. 3. limitat non procedere in muliere renunciante Velleiano, quæ sibi tantùm præiudicat quoad eum, pro quo immediatè consensit, & renunciauit, vide in §. Hypotheca num. 49. latè Salgad. Labyrint. credit. part. 3. cap. 13. §. vnic. Caualer. decis. 526. num. 3. vbi videtur tenere quòd sibi præiudicet tantùm quoad illum, ad cuius fauorem præstitit consensum, Neguſ. de pign. par. 6. memb. 3. num. 12. & seqq. Ger. Spin. consil. 71. per totum, Gait. de credit. cap. 4. quæst. 12. per tot. plenè Merlin. de pign. lib. 4. quæst. 109. per tot. vbi tamen in fine, quòd huiusmodi consensus licèt operetur remissionem hypothecæ, non tamen operatur remissionem crediti, vt omnes DD. supponunt Surd. decis. 163. per tot. vbi an huiusmodi res, quæ semel exiuit obligationem, in eam reincidat, si iterùm perueniat ad debitorem, & concludit affirmatiuè per multas rationes, & distinctiones, de quibus ipse, & illum sequitur Thomat. decis. 181. num. 22. vide in §. Hypotheca num. 49. Paul. Christin. decis. 168. & seqq. vol. 4. Rot. part. 9. recent. decis. 178. num. 14. vbi distinguit, quod aut consensus est absolutus, & præiudicat quoad omnes, aut limitatus ad fauorem certæ personæ, & remanet hypotheca quoad alios, vt latiùs ibidem declarat, etiam quoad mulieres, Rot. part. 14. recent. decis. 408. num. 6.

Quòd consensus creditoris in alienatione rei sibi hypothecatæ extinguat non solùm hypothecam sibi tunc competentem, sed etiam nouam impediat, quæ videtur oriri ex noua eiusdem rei acquisitione per debitorem facta vigore generalis obligationis bonorum præsentium, & futurorum, ita vt dicta res de nouo acquisita, non reincidat in hypothecam, & quare, nisi nouus consensus debitoris interueniat, vel nisi reuertatur ad debitorem ex priori titulo ob non perfectum, vel resolutum contractum cum tertio de consensu creditoris factum, pulchrè Rot. part. 11. recent. decis. 113. ad ornatum text. eum ibi per DD. not. in l. fin. C. de remiss. pign. Mangil. de euict. quæst. 46. n. 9. &c.

An autem pignus censeatur liberatum per dationem alterius pignoris, vide Franch. decis. 708.

Quòd consensus præstitus alienationi bonorum communis debitoris ad fauorem aliorum creditorum operetur remissionem proprij iuris competentis tempore præstiti consensus, non autem iuris, quòd tunc temporis non competebat, & exercibile non erat, sed postea superuenit, Rot. part. 11. recent. decis. 217. num. 24. &c.

Quòd creditor anterior patiens solui posteriori sibi imputare debeat, Rot. part. 9. recent. decis. 40. num. 5. & par. 14. decis. 443. num. 6.

8 Creditor tacens, vel expressè consentiens rem sibi obligatam, vel pignus vendi amittit hypothecam, tacens quando scilicet iudex misit proclamata, quòd quicumque velit contradicere venditioni talis rei, compareat intra certum terminum, si nihil opposuerit, elapso termino, censetur ius suum remisisse, l. si eo tempore C. de remiss. pign. Neguſ. de pign. part. 6. memb. 3. num. 25. facit Gratian. discept. 38. num. 19. & pulchrè in cap. 730. num. 10. 40. & seqq. Seraphin. decis. 994. Marta vot. Pis. 181. per tot. vide in §. Emptor num. . . . & §. Debitor num. . . Tusch. litt. H. concl. 135. per tot. Paul. Christin. decis. 168. vol. 4. Borgn. Caualc. decis. 17. num. 42. vbi videtur concludere, vt sibi præiudicet, ne possit illi iudicio contradicere, sed non impediri agere via ordinaria contra possessorem, loquitur tamen in diuersis terminis adde latè Salgad. & plures alios ab eo citatos Labyrint. credit. part. 1. cap. 8. per tot. vbi plura an, & quando creditor citatus ad concursum bonorum debitoris, si non compareat, vel extra

ter-

terminum, amittat non ſolum hypothecam, & prælationem, ſed etiam creditum ipſum, vel non, quid ſi ſit creditor in diem, vel ſub conditione, illa nondum purificata, & alia notabilia ad propoſitum pro intelligentia *d. l. ſi eo tempore C. de remiſs. pign. & part. 3. cap. 10. per tot.* vbi diſtinguit an fuerit ſpecialiter, vel generaliter tantùm per proclama citatus, Gait. *de credit. cap. 4. quæſt. 12. num. 2162. & ſeqq.*

Quòd ſimpliciter conſentiens, ſiue interueniens venditioni pignoris per debitorem factæ, non minus ſibi præiudicet quam ſi ipſemet venderet, *l. creditor* 118. *ff. de reg. iur.* Duran. *deciſ.* 445. *num.* 57. vide in §. *Cenſus num...*

Quòd quando iudex aſſignauit terminum ad agendum, & eo elapſo pronunciauit, non eſſe amplius audiendum creditorem, amplius non audiatur, Cepol. *caut.* 167. vide latè Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 199. & ſeqq. per tot.* vbi plura de cridis per Fiſcum mittendis circa bona confiſcata quando, & quos afficiant, vel non, Boſſ. *tit. de proclamat. num.* 15. Anguiſol. *conſ. 10. lib. 3.* Odd. *de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 97. art. 3. per tot.* Farinac. *quæſt.* 25. *num.* 181. Salgad. *d. tract. cap. 8. nu. 15. & ſeqq. infra n.* 66. Guaz. *de confiſc. bon. concl. 17. per tot.* vbi qualiter huiuſmodi cridæ afficiant etiam Clericos.

An autem creditores in diem, vel ſub conditione, ligentur huiuſmodi proclamatibus, vide Surd. *deciſ. 151. & deciſ. 283. per tot.* Peregrin. *loc. cit.* Salgad. *dict. cap. 8. num. 24. & ſeqq.* vbi plura, & qualiter ſint graduandi, vel aſſecurandi in concurſu ſuper bonis debitoris.

Et quod præſens ſimpliciter, & tacens, ſed non expreſsè conſentiens obligationi rei ſibi hypothecatæ, non cenſeatur remittere pignus, latè Surd. *deciſ.* 302. *per tot.* vide in §. *Præſens num...* & §. *Tacens num...* Paul. Chriſtin. *deciſ. 168. vol. 4.* Gait. *de credit. cap. 4. quæſt. 12. num. 2162. & ſeqq. per tot.* vbi plura an, quando, & ex quibus actibus inducatur tacita pignoris remiſſio, vel non.

9 Creditores habentes iuſtam ignorantiam, quæ in facto alieno præſumitur poſſunt petere reſtitutionem in integrum contra lapſum temporis opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, vel pecuniæ, cui in eorum præiudicium non potuit debitor renunciare, Iaſ. *in §. fuerat num. 84. Inſtit. de act.* Vrſil. & Afflict. *deciſ.* 402. Merlin. *de legit. lib. 2. t. t. 1. quæſt. 17. num. 8.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 13. num. 5. & num. 15. &* 16. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ. 67. num. 40.* vide in §. *Confeſſio num...* & §. *Exceptio num...* Gait. *de credit. cap. 4. quæſt. 11. n. 1756. & ſeqq.* vbi plura quando creditor poſſit nomine ſui debitoris opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, & *num. 1827. &c.*

Quòd in alijs contractibus præter mutuum, & dotem, non detur dicta reſtitutio creditoribus, nec illis, quorum credita ſunt emanata poſt confeſſionem, & tantò minus poſt elapſum biennium, pulchrè Altograd. *conſ. 19. num. 22. & ſeqq. lib. 1.*

Et quando talis reſtitutio non detur etiam in caſu dotis, vide ſex reſponſiones per Bardellon. *conſ. 196. num. 17. & ſeqq.*

10 Creditores plures hypothecarij ex eodem inſtrumento, ſi ſimul concurrant in bonis debitoris, an præferendi ſint illi, qui ex ordine ſcripturæ reperiuntur anteriores, vide in §. *Hypotheca num. 7.* §. *Contractus num. 47. infra num. 75.*

11 Creditores vnius negotiationis qualiter præferantur in bonis, & mercibus dictæ negociationis, creditoribus alterius diuerſæ negociationis, quando debitor plura exercebat negotia, & apothecas ſeparatas, vide latè Magon. *deciſ. Luc. 1. per tot.* Cabal. *conſ. deciſ. 94. num. 13. & ſeqq.* dixi in §. *Mercator num.* 17. & §. *Officia num.* 17. Card. Tuſch. *lit. C. concl. 1058. per tot. infra num.* 64. Salgad. *Labyrint. credit. part. 1. cap. 9. num. 48. & ſeqq.* Thor. *Compend. deciſ. tom. 2. litt. C. verb. Creditor col. 5.* Gait. *de credit. cap. 4. in Appendice num.* 128. vbi de creditoribus in actione perſonali, Merlin. *de pign. lib. 4. quæſt. 41. n. 20. & ſeqq.*

Quòd creditores rationis bancariæ habeant ius contra capitale ſocietatis, & etiam contra bona particularia ſociorum, maximè poſt ruptam ſocietatem, Rot. poſt Merlin. *de pign. deciſ. 100. n. 20. &c.*

12 Creditor in venditione rei ſibi hypothecatæ admittitur ad offerendum, & licitandum ſicut quilibet alius extraneus, *l. 2. C. ſi in cauſ. iud.* Rot. *in Imolen. Pecuniaria Lunæ 16. Iunij* 1608. *num.* 9. coram Penia penes Poſt. *de manutent. deciſ.* 109. Quo caſu an ſit neceſſaria æſtimatio pulchrè Gratian. *diſcept. 686. num. 3. & ſeqq.* vide in §. *Subhaſtatio num.* 6. Rot. *part. 9. recent. deciſ. 95. num. 5. & 22. &c.* Gait. *de credit. cap. 4. quæſt. 8. num. 972. & ſequent. & num. 1063. & ſequent.* vbi intelligit in re ſubhaſtationi parata, ſecus autem in pignore retento penes creditorem, niſi venditio fiat nomine debitoris, vel alius non reperiatur emptor, vel iniuſtus.

Quòd dicta concluſio procedat tantùm in defectum aliorum oblatorum, Seraphin. *deciſ. 984. num. 1. &c.* cum alijs in Addit. ad Penn. *deciſ.* 1371. vide Ludouiſ. *deciſ. 12. cum Annot.* vbi reprobatur iſta limitatio, & per Anton. Nigr. *de ſubhaſt. part. 1. cap. 7. §. 4. num. 8. &c.* Tuſch. *litt. C. concl.* 1060. vbi de ſtylo Florentiæ, vide Ricc. *Collect.* 2880. & 3753. Cardin. Millin. *deciſ.* 206. Rot. *part. 14. recent. deciſ. 388. num. 9. & ſeqq.* vbi quòd admittitur creditor, etiam ſi adſit alius oblator, ſi iuſtum non offerat, nec eſt neceſſaria æſtimatio ſtante ſubhaſtatione.

Plura autem de adiudicatione, vel addictione pignoris, ſiue rei hypothecatæ facienda creditori, non reperto alio emptore, quæ requirantur vt ſit valida, Anton. Nigr. *de ſubhaſt. part. 2. cap. 35. per tot. fol. 230. & ſeqq.* vbi de æſtimatione, ſubhaſtatione, vt non ſit exceſſiua, fiat pro certo pretio, & credito liquido, citatione debitoris, iuſta cauſa, & huiuſmodi, quæ omnia latè declarat, an creditor poſſit compelli accipere bona in ſolutum, & alia, facit quod dixi in §. *Debitor num.* 44. latè Conciol. cum Romaguer. *ad ſtat. Eugub. lib. 2. rub. 19. per tot.*

Si tamen interuenerit enormiſſima læſio, poteſt debitor ſoluto debito cum intereſſe bona adiudicata repetere cum fructibus etiam contra tertios poſſeſſores, vt latè diſtinguendo declarat Giurb. *deciſ. 105. per tot.*

Quando creditor agnatus, vel cognatus, præferatur alijs in huiuſmodi bonorum ſubhaſtatione, Tiraquel. *de retract. lignag. in præfat. nu.* 41. Gratian. *diſcept. 978. n. 12. &c.* Ant. Nigr. *de ſubhaſt. part. 2. cap. 6. §. 1. num. 15. & ſeqq. ad* 34. vbi plura de prælatione inter licitatores, & Sanfelic. *deciſ. 100. num. 19. &c. & deciſ. 103. per tot. & deciſ. 104. & deciſ. 111.*

Quòd cognatus in pari obligatione præferatur extraneo emptori, & licitatori, & ambobus creditor ipſe, ad cuius inſtantiam bona ſubhaſtantur, & inter creditores, potior ſit ille, cui maior pecunia debetur, text. *in l. 1. ff. de priuil. credit.* Marant. *diſput. 8. num.* 29. Faber. *de error. decad. 56. error. 2.* Salgad. *Labyrint. credit. part. 2. cap. 2. num. 14. & 15.*

Creditor ſecundus, & poſterior habet ius offerendi pri- 13
mum debitum, & rem obligatam euincendi per Saluianum, quando nulla præcedente conuentione fuit data in ſolutum, vel vendita à debitore primo creditori, Afflict. *deciſ. 16. num. 2.* Capyc. *deciſ. 202. num.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 269. num. 31. & per tot.* latè Neguſ. *de pign. part. 5. memb. 3. per tot.* Poſt. *de ſubhaſt. Inſpect. 66. per tot.* Mareſcott. *var. reſol. lib. 2. cap. 136. per tot.* Maſtril. *dec.* 78. Mangil. *de euict. quæſt.* 47. Rot. *part. 14. recent. deciſ. 29. per tot.* Sanſelic. *deciſ. 104. num. 3. &c.* Duran. *deciſ. 445. num. 1. &c.* vbi ampliat quando etiam fuit vendita extraneo emptori, qui ſoluit pretium anterioribus, dummodò venditio ſit facta ab ipſomet debitore, vide Paul. Chriſtin. *deciſ. 161. & 162. per tot. vol. 4.* Ricc. *Collect.* 11. Rot. *part. 9. recent. deciſ. 95. per tot. & part. 13. per tot.* 186. & *deciſ. 289. per tot.* latè Arias de Meſa *var. reſolut. lib. 1. cap. 5. & ſeqq. & num. 14. in fine eodem lib. 1. cap. 25. per tot. & cap. 26. & 27. &c.* Carleual. *de iudic. lib. 2. tit. 3. diſput. 21. per tot. & diſput. 22. per tot.*

Quòd ſufficiat offerre creditum anterius, vide Mart. Medic. *deciſ. 74. per tot.* & dixi in §. *Oblatio nu. 1. & ſeqq.* vbi plura notabilia de hac materia.

Debet tamen oblatio eſſe libera, & cùm primus cogatur inuitus recipere non tenetur cauere de reſtituendo alijs anterioribus, nec alio modo de euictione, latè Rot. *part. 10. recent. deciſ. 118. per tot.*

Quicquid contrarium dixerit Borgn. Caualc. *deciſ. 3. de iudic. num.* 38.

Quòd non teneatur offerre niſi pecuniam, pro qua res erat obligata, Thomat. *deciſ. 99. n.* 25.

Quòd

Quòd teneatur offerre non tantùm sortem, sed etiam interesse, Mastril. *decis.* 119.

14 Creditor primus vendens rem sui debitoris auctoritate legis, vel pacti, facit emptorem securum, vt non possit à secundo creditore conueniri iure oblationis, *l.* 1. *C. si antiq. cred.* Afflict. *d. decis.* 16. *num.* 2. Neguſ. *de pign. p.* 5. *memb.* 3. *num.* 4. *& seqq.* vbi assignat rationem differentiæ inter hunc, & præcedentem casum, Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 121. *num.* 5. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 95. *num.* 4. *& seqq.* vide latè Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæst.* 45. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 186. *& decis.* 289. *per tot.* in eadem causa, vbi receditur à prima decisione.

Nisi primus creditor vendens iure creditoris vendiderit non extraneo, sed alteri creditori eiusdem debitoris, quia tunc esset locus iuri offerendi, Duran. *dec.* 445. *n.* 6. *& num.* 7.

Quando creditor primus vendidit non iure creditoris, sed iure venditoris, vt quia prius emerat ipse, vel in solutum acceperat, & deinde alteri vendit, competit ius offerendi posteriori creditori, Duran. *d. decis.* 445. *num.* 21. *&c.* Gratian. *decis.* 66. *num.* 1. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 186. *num.* 7. *&c.*

Et quod quando creditor primus adiuit iudicem, qui mediante subhastatione vendit, dicatur facta venditio iure creditoris, & non sit locus iuri offerendi, latè probat videndus Duran. *d. decis.* 445. *num.* 5. *& seqq. ad* 93. Gratian. *decis.* 66. *num.* 3. *& seqq.* Franc. *decis.* 224. Sed contrarium facit Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 95. *per tot.* vbi quod in materia ista non interest an contractus celebretur à parte, vel à iudice per subhastationem, & ideò nisi adsit pactum vendendi ab initio in constitutione pignoris primi creditoris, à quo procedit exclusio iuris offerendi, admittitur secundus creditor ad offerendum, non obstante venditione per subhastationem facta, etiam extraneo, sed simulatè pro ipso primo creditore ementi, vt latè deducitur in *d. decis.* 95. vide tamen Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 186. *num.* 11. *& seqq.* vbi benè declarat, *& decis.* 289. *per tot.* in eadem causa vbi fuit reuocata prima decisio.

15 Creditor posterior non habet ius offerendi quando ab initio in constitutione pignoris fuit conuentum inter debitorem, & primum creditorem, vt illi liceat post moram accipere pignus in solutum, si deinde commissa mora primus creditor vigore dictæ facultatis accipiat in solutum à debitore, quia dicta facultas præcessit hypothecam posterioris creditoris, ita vt illa ad effectum perducta, remaneat extincta, & sublata hypotheca secundi creditoris, sine qua non datur ius offerendi, Thess. *decis.* 157. *num.* 2. cum alijs per Duran. *dict. decis.* 445. *num.* 32. *& seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 95. *num.* 4. *& seqq.*

Quòd vigore obligationis cameralis censeatur submissum pignus omnibus compulsionibus ad libitum creditoris, & eidem data licentia ab initio vt possit sibi de illo satisfacere per subhastationem, & consequenter non procedat ius offerendi, iuxta prædicta pulchrè idem Duran. *d. decis.* 445. *nu.* 82. *& seqq.* facit quod dixi in §. *Obligatio num..*.

Quòd etiam cesset ius offerendi, quando citatis posterioribus creditoribus, fuit processum ad subhastationem, & adiudicationem, illis non offerentibus, vel etiam quando simpliciter fuerunt præsentes, & non offerentes, Sanfelic. *decis.* 118. *num.* 10. vide Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 45. 47. *&* 136. vbi tamen quoad præsentiam tenet contrarium, & Baron. *tract. de citat. tom.* 2. *sing.* 82. *per tot.* vide Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 95. *num.* 5. vbi quo ad præsentiam refert Doctores pro vtraque parte.

16 Creditor posterior an habeat ius offerendi quando primo creditori, non vti creditori, sed vti tertio oblatori, fuit res à iudice mediante subhastatione deliberata, articulum multum dubium appellat Duran. *d. decis.* 445. *num.* 86. vbi videtur tenere pro negatiua tanquam magis communi, & veriori, de quo videndus Felician. *de Cens. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 13. *& seqq.* cum alijs ibidem relatis, Arias de Mesa *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 5. *& seqq.* vbi plura de materia iuris offerendi quando competat, vel non posteriori creditori aduersus anteriorem possidentem rem vtrique obligatam.

Quòd imò facta deliberatione ad fauorem creditoris, sit locus iuri offerendi, cùm videatur potius emere tuendi sui iuris gratia, quam acquirendi dominium, admittit ex Rot. idem Duran. *loc. cit. num.* 92. vbi vide, & Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 121. *num.* 6. *& seqq. per tot.* vbi quando creditor primus præsumatur emisse iure sui crediti, ne secundus possit illi offerre, Franch. *decis.* 69. *per tot.* vide Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 95. *per tot.*

Et an creditor primus, cui per ius offerendi soluitur pecunia debita, teneatur cedere iura sua, & quomodo creditori posteriori soluenti, Thomat. *decis.* 185. *num.* 39. *&c.* vbi talia qualia nisi agatur in concursu, Olea *de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 1. *num.* 25. *& seqq.* Gratian. *decis.* 215. *num.* 9. Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæst.* 48. *num.* 5. *&c.*

Qualiter autem posterior creditor possit succedere in locum prioris per solutionem illi factam, Paul. Christin. *decis.* 161. *&* 162. *vol.* 4. & dixi in §. *Emptio num.* 22. *&c.* latè Olea *de cess. iur. tit.* 4. *quæst.* 1. 2. *&* 3. vbi etiam an creditor pro suo interesse possit sine cessione vti remedijs, iuribus, & exceptionibus debitori suo competentibus, veluti remedio *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* insinuatione, solutione canonis, & similibus, concludens quo ad excipiendum posse, non verò quoad agendum, nisi facto concursu.

Creditor post obtentum mandatum executiuum in 17
actione personali, qualiter possit reuocare alienata interim per debitorem, in fraudem paratæ executionis, licèt aliàs hypothecam non haberet, vide in §. *Alienatio num...*

Non tamen potest agere reuocatoria contra illos in quos bona fuerunt alienata, nisi prius facta excussione in bonis debitoris, qui in fraudem alienauit, glos. & Ias. *in* §. *Item si quis in fraudem, Instit. de act.* vbi sex modis declarat Diaz. *reg.* 164.

Creditor obtinens pro iure suo bona debitoris à iudice 18
subhastari, & deliberari, vel vendens ipse iure creditoris, non tenetur regulariter de euictione, *l.* 1. *&* 2. *C. si adu. credit. euict. pign. non deb.* nisi esset sciens prudens, & occultaret vitium, aut seruitutem illorum, *l. fin. C. eod.* vel nisi in limine contractus superueniat periculum euictionis, nam tunc causatiuè per viam exceptionis, potest retineri pretium ab emptore, donec sibi caueatur de euictione, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 281. *num.* 33. *& seqq.* vbi etiam pro qua rata sit præstanda cautio, & videtur quòd tantùm pro rata sit soluenda, nisi fuerit sciens vt supra, quo casu tenetur pro totali interesse, & non solùm pro quæstione tunc mota, sed etiam pro quacumque alia in futurum mouenda, vide Guzman. *de euict. quæst.* 34. *&* 47. Fontanell. *decis.* 222. *&* 223. & alios infra citatos, Cabal. *cons.* 143. *lib.* 2. vbi quòd nec tenetur ad pretij restitutionem; tenetur tamen saltem ostendere se esse creditorem in quantitate cessa, & edere instrumenta.

Quòd creditor vendens vt supra non teneatur de euictione, nisi expressè illam promiserit, sed teneatur debitor ipse, cuius bona venduntur; adeo vt interim non dicatur liberatus, sed remaneat in suspenso, & sequuta euictione possit primæua actione conueniri, latè Neguſ. *de pign. part.* 6. *membr.* 1. *num.* 40. *&c.* Merlin. *eodem tract. lib.* 4. *tit.* 3. *quæst.* 101. *per tot.* Post. *de subhast. inspect.* 63. *&* 64. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 396. *num.* 19. *&c. vol.* 1. *& decis.* 184. *volum.* 4. *& ad leg. Municip. tit.* 13. *art.* 38. Arismin. Tepat. *var. sentent. tit.* 421. Anton. Nigr. *de subhast. part.* 2. *cap.* 30. *num.* 29. *& seqq.* Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. resol.* 17. *per tot.* Mangil. *de euict. quæst.* 44. *& seqq.* Olea *de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 13. *per tot.* vbi qualiter dictus creditor de euictione conuentus teneatur cedere iura sua emptori contra debitorem, & liberetur, & in quo consistat vtilitas dictæ cessionis.

Quòd debitor teneatur de euictione, intellige quando iudex ritè, & rectè processit, aliàs secus, Rot. penes Post. *de subhast. decis.* 4. *num.* 3. *& per tot.* Mangil. *de subhast. quæst.* 20. *num.* 9. Fenzon. *ad stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 194. *num.* 71. *&c.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 15. *num.* 149. *&c.*

Tenetur tamen creditor, si pro pluri, quàm verè sit creditor distrahere faciat, & in alijs casibus, de quibus gloss. *in l.* 1. *C. credit. euict. pign. non deb.* Magon. *decis. Flor.* 32. *num.* 3. *&c.* Arismin. Tepat. *d. tit.* 421. & alij supracitati.

Creditor vt dixi regulariter non tenetur de euictione pi- 19
gnoris pro illo satisfaciendo venditi, quod est verum non tantùm in priuato, sed etiam in fisco, ac etiam in nomine credi-

creditoris hypothecato, & venditio; teneretur tamen vbi vendidiſſet non iure creditoris, ſed tamquam dominus, prout in dubio præſumitur, vel ſi expreſsè promiſiſſet, vel ſi non doceat ſe eſſe creditorem, ac bona vendita eſſe ſibi hypothecata, & ſe eſſe omnibus alijs creditoribus anteriorem, vel ſi ſciat, illa non eſſe debitoris, qui obligauit, vel ſibi non licuiſſe illa vendere, Salic. & alij *in l. 1. & 2. C. cred. euict. pign. non deb.* Duen. *reg. 169. per tot.* Gratian. *dec.* 175. & vide *in meis reſol. cap. 19. n. 18. &c. & cap.* 84. *num.* 3. *&* 4. vbi alios allegaui Paul. Chriſtin. *dec.* 184. *vol.* 4. Peregrin. *deciſ.* 72. vbi etiam an conuentus iure congrui teneatur iſto caſu tantum de facto ſuo, vel etiam docere ſe eſſe cæteris creditoribus potiorem, ſi res ſibi fuerit adiudicata.

Qualiter creditor vendens, vel etiam ſimpliciter conſentiens venditioni rei ſibi hypothecatæ factæ à debitore pro illo ſatisfaciendo ſi receperit pretium ab emptore, & illi iura ſua ceſſerit, ſequuta euictione teneatur emptori reſtituere pretium receptum, latè Maſtril. *deciſ. 28. per tot.* vbi quòd quotieſcumque conſentiens recepit pretium tenetur illud emptori in caſu euictionis reſtituere, etiam ſi emptor habeat alios obligatos de euictione, nempè debitorem, & dominum bonorum, quia iſtud non repugnat, & alia per quæ ſoluit omnia contraria facit quod dixi in §. *Venditio num. 28. & 29.* latè videndus Olea cum pluribus ab eo citatis *de ceſſ. iur. tit. 5. q. 13. num. 24. & ſeqq. per tot.* vbi refert diuerſas opiniones, & ipſe contrarium ſequitur etiam ſi emptor agat in ſubſidium, Thomat. *deciſ.* 81. Fontanell. *deciſ. 222. n. 16. & deciſ. 223. n. 19. & ſeqq.* Poſt. *de ſubhaſt. inſpect. 63. n. 44. & ſeqq.* Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib. 2. rubr. 19. n. 22.*

20 Creditor, cui fuit aliqua res in ſolutum data, ſi ſibi euincatur agit de euictione contra debitorem, *l. ex ſextante §. latinus ff. de execut. rei iud. & l. eleganter ff. de pign. act.* Arias de Meſa *var. lib. 1. c. 38. & ſeqq.*

An autem fideiuſſor qui interceſſerat pro debitore ſit amplius obligatus, & poſſit conueniri, vide in §. *Obligatio n.* ... & §. *Datio in ſolutum*.

Et an agat ſimplici actione exempto ratione euictionis, vel primæua actione, & hypotheca, vide Franch. *deciſ. 50. per tot.* Surd. *deciſ. 266. per tot.* Altograd. *conſ. 16. num. 8. & ſeqq. lib.* 1. vbi quod poteſt abſque dubio agere de euictione per actionem exempto orientem ex contractu dationis in ſolutum, ac etiam iuxta veriorem opinionem redire ad ſua primæua iura, & hypothecas pro credito competentes præcipuè ſtante clauſula reſeruatiua prioris actionis, & hypothecæ, quæ tanquam ſolita debet haberi pro appoſita, vel quando ſumus in cauſa dotis ſoluendæ, vel reſtituendæ etiam ſoluto matrimonio, vel quando datio in ſolutum non fuit perfecta, vel alias non habuit effectum, vel quando debitor alias non eſſet ſoluendo, cùm in ſubſidium ſemper competant primæua iura ſi per actionem ex empto non poſſit eſſe conſultum creditori, prout etiam ſemper competit poſſeſſori retentio ratione hypothecæ, quæ reuiuiſcere dicitur ſi agatur de reuocando dominio propter quod fuit extincta, & obiectis ſatisfacit multos allegando, idem firmat Bardellon. *conſ. 197. num. 15. & ſeqq. lib. 2.* Rot. *par. 10. recent. deciſ. 21. num. 13.* vbi quòd ex priuilegio dotis datur regreſſus ad primæua iura, ac ſi datio in ſolutum facta non eſſet, vide Mangil. *de euict. q. 145. per tot.* vide *in §. Hypotheca num.* 48. Rot. *par. 13. rec. dec. 488. n. 9. & ſeqq.*

Ac idem eſſe in permutatione, in qua ſequuta euictione datur regreſſus ad rem etiam penes tertium exiſtentem, vide Surd. *deciſ. 173. per tot. & deciſ. 182. per tot.* vbi quòd hoc procedit etiam abſque alio aſſenſu domini ſi agatur de re emphyteutica.

An autem, & quando teneatur creditor reficere expenſas culturæ debitori, qui illas facit, idem Surd. *deciſ. 294. per tot.*

An, & quomodo creditor re in ſolutum data ſibi euicta poſſit redire ad primæua iura cenſus, vide Thomat. *deciſ. 185. per tot.*

21 Creditor habens generalem, & ſpecialem hypothecam, incipere debet à ſpeciali, *l. quæ ſpecialiter C. de diſtract. pig. & l. 2. C. de pign.* Neguſ. *de pign. part. 8. memb. 1. num. 20. & part. 5. membr. 2. num. 51. & ſeqq.* Rodriquez. *de concur. cred. part. 2. art. 1. num. 4. &c.* Gait. *de credit. cap. 4. quæſt. 11. num. 1544. & ſeqq.* Surd. *dec.* 44. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor. 124. num.* 2. dixi *in §. Remedium num. 1. &c.* vbi latè declaraui, & §. *Mulier num. 4.* Tuſch. *litt. H. concl. 117. per tot.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 152. num. 4. & ſeqq. vol. 4.* Merlin. *deciſ. 28. per tot.* Ricc. *Collect.* 198. Molin. *de Primog. lib. 4. cap. 7. n. 21. & ſeqq.* Thomat. *deciſ.* 96. vbi plura Pacif. de Saluian. *inſpect. 3. cap. 3. per tot.* Ant. Nigr. *de ſubhaſt. part. 2. cap. 8. §. 4. per tot.* latè Merlin. *de pign. lib. 4. tit. 1. q. 21. per tot.*

Creditor an poſſit agere hypothecaria non ſolùm ad ipſam rem, ſed etiam ad fructus, Pract. Papp. *act. hypoth. gloſ. vlt.* vide *in §. Fructus num.* 40. Sanfelic. *dec. 119. per tot.* 22

Creditor poteſt rem ſui debitoris etiam furtiuè accipere ſine peccato, dummodo ſit verus, & certus creditor, nullum ſequatur ſcandalum, & non poſſit alio modo, vel mediante iuſtitia ſuum conſequi, Iaſ. *in l. 1. num. 8. C. de teſt.* Addit. ad Pract. Papp. *for. inquiſ. gloſ. furto verb. An autem*, Menoch. *de arbit. caſ. 516. per tot.* Duen. *regul. 88. limit.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 826. num.* 23. dixi in §. *Famulus num.* 11. & in Pract. §. *Creditori num.* 11. §. *Seruitori num.* 25. adde Dian. *part. 2. tract. 16. reſol. 48.* vbi adijcit plures conditiones neceſſarias ad dictam compenſationem faciendam, & præcipuè vt notificetur debitori, vel eius hæredibus, ne bis ſoluant, quo autem ad adeundum iudicem non putat neceſſarium, de quo idem Dian. *part. 7. tract. 10. reſol.* 17. P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtit. lib. 1. cap. 6. num. 42. & ſeqq.* Conciol. *reſolut. crim. verb. Furtum reſol. 10. per tot.* Petr. de Onnate *de contract. tom. 1. tract. 3. diſput. 8. ſect.* 8. Gibaln. *de vniuerſ. negot. tom. 2. lib. 5. cap. 2. art.* 9. vbi addit plures conditiones, nempè quòd debitum ſit ex iuſtitia, ſit certum, fiat minimo debitoris damno, non noceat tertio, res ſit debitoris, non fuerit commodata creditori, fiat in re eiuſdem ſpeciei, debitum contractum iam ſit, & non poſſit aliter recuperari, vt latè ibidem ſingillatim declarat, & benè etiam P. Zamoran. *tract. de compenſ. diſp. 2. per tot.* & vide *in §. Compenſatio*. 23

An qui probabiliter putat rem eſſe ſuam, etiamſi probabiliter ab alio teneatur, poſſit de illa occultam compenſationem facere, ſi ius ſuum non poſſit coram iudice defendere, Dian. *part. 9. tract. 9. reſol. 44. per tot.* vbi refert contrarias opiniones, & negatiuæ adhæret, vide in §. *Compenſatio n.* 26.

Creditores poſteriores in executione iudicati poſſunt cogere anteriores, vt vel ipſi vendant pignus, & rem hypothecatam, vel venditioni conſentiant, ad hoc vt ex pretio primo eiſdem anterioribus ſatisfiat, & ex reſiduo ſequentibus, quicquid alias anterior non cogatur rem vendere, ſed illam poſſit retinere loco pignoris, donec ſuum creditum conſequatur, *l. quamuis ff. de pign. act. & l. à diuo Pio §. quod ſi res ff. de re iudic.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 941. num. 3. & ſeqq.* Salgad. *Labyrint. credit. part. 1. cap. 11. num. 6. & ſeqq.* Burat. *deciſ.* 627. Vrceol. *Conſul. for. 52. num. 20. & cap. 87. num. 17. vol. 2.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 182. per tot.* Salgad. *d. tract. part. 3. cap. 11. n. 10. & ſeqq.* Cenc. *de cenſ. q. 98. n. 42. & ſeqq.* Rot. poſt illum *deciſ.* 451. Merlin. *de pign. lib. 3. q. 76. n. 14.* & latius *lib. 4. q. 96. & 97. per tot* Rot. *part. 13. rec. deciſ. 424. num. 10. & ſeqq.* vbi tamen quòd anterior non debet amoueri à poſſeſſione donec ex pretio ſatisfiat, & *part. 14. deciſ. 422. num.* 6. Duran. *deciſ. 445. in princip.* Caualer. *deciſ.* 429. Rot. *part. 7. Nouiſſ. deciſ. 180. n. 4. & 5.* vide *in §. Vxor num.* 31. & in Pract. §. *Creditori n.* 24. vbi de lege municipali Florentiæ ferè idem diſponente. Rot. *par. 9. recent. deciſ. 71. num.* 11. vbi quod creditor anterior poſteriorem impedire non valet, quin ſuper bonis communis debitoris executionem faciat ad effectum tantùm ſubhaſtandi, & de pretio ſatisfaciendi prius creditori anteriori, & ſoluendi reſiduum poſteriori, & *dec. 218. num. 7. eadem part. 13. & deciſ. 340. num. 10. &c.* vbi benè declarat. 24

Quid autem ſi non inueniatur emptor pro iuſto pretio, an poſſit creditor poſterior compellere anteriorem ad recipiendum in ſolutum bona communis debitoris pro iuſto pretio, vt ſuum creditum poſterius conſequatur, diſputat Franch. *dec.* 82. vbi videtur negatiuè concludere, & ſequitur Flau. Amendol. *in Addit.*

Quòd quando vtrique creditori, anteriori ſcilicet, & poſteriori commodè ſatisfieri poteſt, ſit vtrique conceden-

cedenda immisso ex optima æquitatis ratione, Rot. *part. 5. recent. decis.* 559. *n.* 5. *& part.* 11. *decis.* 378. *num.* 12. *part.* 6. *dec.* 318. *n.* 30. *infr. n.* 26. *in fine*, Thomat. *dec.* 206. *num.* 39. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 153. *n.* 9. *& dec.* 488. *n.* 13.

25 Creditor an, quando, & quomodo possit vendere pignus, vel rem sibi hypothecatam latè cum ampliationibus, & limitationibus tradit Neguf. *de pign. part.* 6. *membr.* 1. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæst.* 45. *num.* 1. *& seqq. & quæst.* 93. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 777. *num.* 14. *&* 22. Duran. *decis.* 445. *num.* 8. *& seqq.* Altograd. *consil.* 3. *n.* 44. *& seq. lib.* 1. Tusch. *lit. C. concl.* 1059. *& seqq.* Ridolphin. *in Prax. part.* 1. *cap.* 15. *n.* 67. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 170. *& seqq. vol.* 4. vide in §. *Pignus*.

Quòd annullata venditione facta à creditore vendente iure creditoris recuperet ipse creditor prima iura sua, Franch. *decis.* 64. *num.* 11. *&* 12. Giurba *decis.* 24. *num.* 9. *&* 10. cum alijs per Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 301. *n.* 3.

An autem, & quando debitor possit pignora vendita recuperare, Carlevall. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 3. *Disput.* 24. *per tot.*

Quale ius habeat creditor in pignore, & hypotheca pro securitate sui crediti, quomodo possit illud vendere, obligare, aut aliter de eo disponere pro eadem quantitate, & cum eisdem pactis, & conditionibus, ac idem fieri possit à secundo creditore alteri, & sic deinceps, & alia, Gait. *de credit. c.* 4. *q.* 8. *n.* 964. *& seqq.*

Quomodo possit exercere licentiam sibi à debitore concessam capiendi bona propria auctoritate, & an sit necessaria citatio, vide in §. *Facultas num.* 8. *&* §. *Licentia num.* .. *&* §. *Possessio n.* 4. *infr. n.* 68. latè Gait. *de credit. cap.* 4. *q.* 7. *n.* 834. *cum multis seqq.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *d. quæst.* 93.

Et si plus valeat pignus, sed creditor nondum receperit pretium ab emptore, an teneatur de suo restituere residuum debitori, vel sufficiat ei cedere actionem contra emptorem, & quomodo, vide Duen. *reg.* 165. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 4. *q.* 99. vbi etiam an possit habere fidem de pretio, & dixi in §. *Subhastatio*.

An valeat statutum siue consuetudo, vt adiudicetur creditori pignus, licet plus valeat quam sit debitum, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 132. *vol.* 1. vbi quod non contra Bald. *in l. fin. C. de iur. domin. impet.* facit quod dixi in §. *Pactum n.* 9.

26 Creditor missus in possessione ex Saluiano, non potest rem vendere, sed tantùm retinere donec ex fructibus fuerit satisfactus, ac sibi debet imputare si elegit hanc viam, cum potuisset vendere si per hypothecariam possessionem adeptus fuisset præcedente intimatione facta debitori ad reluendum. Posset tamen etiam in casu Saluiani post adeptam possessionem agere petitorio, quod prius fuerat suspensum, & ita rem ad publicam hastam, vel alio modo distrahere, quam si de facto absque alio iudicio alienauerit, statim debito ex fructibus soluto, vel alio modo, potest debitor suam possessionem recuperare per remedium reintegrandæ probatis extremis, vide latè Scapuc. de Saluian. *lib.* 3. *quæst.* 10. *&* 11. *per tot.* Merlin. *decis.* 317. vbi quod tenetur de spolio, *& decis.* 414. *& decis.* 677. *& dec.* 766. vbi de liquidatione fructuum, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 86. dixi in §. *Remedium num.* 9. §. *Terminus num.* .. Pacif. de Saluian. *inspect.* 4. *cap.* 2. *num.* 14. Mangil. *de subhast. quæst.* 126. *num.* 14. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 161. *num.* 12. *& seqq. & in Romana nullitatis deliberationis 6. Iunij* 1642. *coram Ghisilerio*, Rot. *par.* 9. *rec. decis.* 215. Conciol. *ad stat. Eugub. lib.* 2. *rub.* 31. *num.* 10. *& seqq.*

De consuetudine tamen seruari, quod etiam in Saluiano bona subhastentur, Gratian. *decis.* 208. *n.* 9. *& seqq.* Ant. Nigor. *de subhast. part.* 2. *cap.* 4. §. 19. *n.* 10. *& seqq. & cap.* 12. *n.* 14. *& seqq. fol.* 49. *&* 89. Merlin. *de pign. lib.* 4. *q.* 93. *num.* 93. 94. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 15. *n.* 88. *&* 89. vbi quod debet fieri de Principis licentia, quæ solet concedi, quando ex fructibus non potest creditori satisfieri nisi post longum tempus ac de modo, & formula supplicandi ibidem, *& part.* 2. *cap.* 6. *n.* 42. *&* 93. vide etiam alios supracitatos.

Et quod quando creditor fuit immissus, ex secundo decreto, extinguatur causa pignoris, ex qua prius possidebat, & efficiatur dominus, si talis erat debitor, contra quem obtinuit adiudicationem, Rot. *part.* 2. *diuers. dec.* 143. *per tot.*

An autem creditor, qui euicit bona pro suo credito, possit cogere illum, à quo fuerunt euicta ad illa recipiendum soluto sibi credito, Beruntend. *decis. Bonon.* 25. vbi fuit negatiuè conclusum, quia non tenetur emptor, vel alius possessor, à quo fuerunt euicta bona illa retinere, vt notat Castr. *in l. emptorem* §. *idem Neratius ff. de act. empt.* Mangil. *de euict. q.* 39. *n.* 17.

Quòd creditor quoad debitorem possit retinere rem magni valoris pro modico credito, donec sibi satisfiat, secus quoad alios concreditores, Leonci. *decis. Ferr.* 118. *n.* 3. *supra n.* 24. *in fine*, Thomat. *decis.* 206. *n.* 32. *& decis.* 254. *num.* 26. *&c.*

An autem immissus ex Saluiano, si fructus non sint sufficientes possit per nouum iudicium procedere ad subhastationem aliorum bonorum debitoris, probata tamen dicta insufficientia, Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 451.

Creditor missus in possessionem ex Saluiano tenetur 27
ad instantiam debitoris, vel eius, qui possessione fuit spoliatus, singulo anno exhibere notulam fructuum iuratam, & conficere librum, in quo omnia scribantur, alias potest contra eum in litem iurari, & hoc modo fit liquidatio fructuum, quæ alias per iudicium ordinarium esset facienda, & debent æstimari iuxta valorem currentem in loco, in quo recollecti fuerunt, & de tempore recollectus, Grattan. *discept. forens. cap.* 706. *num.* 62. *&c.* Scapucc. de Saluian. *lib.* 3. *q.* 13. *per tot.* vbi inserit vnam decisionem, quæ prædicta declarat in terminis creditoris census immissi tam pro decursis, quàm pro decurrendis præstationibus, vide Rot. *part.* 14. *rec. dec.* 302. *per tot.*

Quòd tamen dicto libro non credatur pro scribente, si alias debitor probet quantitatem fructuum perceptorum, & plura de modo liquidandi huiusmodi fructus, Merlin. *dec.* 766. *per tot.* Rot. *part.* 13. *rec. dec.* 451. vbi plura de liquidatione fructuum perceptorum quomodo sit facienda, quando immissus prætendat illos non esse sufficientes, & valet per nouum iudicium procedere ad subhastationem aliorum bonorum debitoris.

Et si semel locauit domos, vel alia bona, præsumitur cum eadem locatione continuasse, & integras pensiones recepisse iuxta summam in locatione contentam, cùm liquidatio fructuum probetur à solito, Rot. *par.* 9. *rec. decis.* 411. *n.* 1. *& seqq.*

Quòd debeant computari fructus ad rationem quinque pro centenario valoris bonorum iuxta taxam legalem, Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 451. *n.* 4.

Quòd debitor prætendens creditorem immissum ex Saluiano fuisse satisfactum, debeat id concludenter probare, nec resultet ex simplici immissione, sed sit probanda fructuum perceptio, & realis exactio in prædijs vrbanis iuxta *cons. Natt.* 384. *n.* 2. Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 53. *n.* 2. *& seqq. per tot.*

Si tamen creditor immissus voluerit variare, & agere contra alia bona, tenetur ipse liquidare quantitatem fructuum perceptorum, vt sui crediti residuum maneat iustificatū, quia isto casu creditor efficitur in sua exceptione actor ad euitandam incertitudinem, & illiquiditatem sui crediti, vt benè distinguit Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 77. *n.* 45. *& seqq.* quem sequitur Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 451. *n.* 12. & subiungit Merlin. *loc. cit.* quòd tunc probatio deduci non potest ex priuatis notulis, & domesticis documentis cessantibus adminiculis, licet secus esset illis concurrentibus.

Qualiter creditor immissus teneatur reddere rationem fructuum perceptorum, & qui percipi potuerunt, & alia ad hoc propositum in terminis census, Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 302. *n.* 5. *&c.*

Creditor missus in possessionem etiam nulliter, habet re- 28
tentionem si constet de credito liquido, donec sibi totum soluatur, & agens ad nullitatem tenetur debitum offerre, vide §. *Retentio num.* 3. *&c.* Thomat. *decis.* 181. *per tot. & dec.* 153. *n.* 24. Mastril. *dec.* 88. *per tot.* Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 204. *per tot.*

Quòd creditor habeat retentionem pignoris donec sit satisfactus à debitore pro vtroque debito, scilicet tam hypothecario, quàm chirografario, per text *in l. Cod. ob chirograf. pecun. pign. retign. poss.* vbi DD. Neguf.

de pign. par. 5. memb. 3. n. 46. & ſeqq. Duen. reg. 167. Thomat. dec. 19. per tot. vbi plura de retentione competente creditori poſſidenti, etiam ſine hypotheca, licet agatur ſpolio, & immiſſio nulla fuerit, & idem quando creditum eſt omninò certùm ex partis confeſſione, vel re iudicata, ita vt poſſit debitor executiuè compelli, vt competat retentio ad inanes circuitus vitandos, probat Rot. part. 13. recent. dec. 140. per tot.

Quòd creditor poſſit retinere rem ſui debitoris pro debito vero, licet datio in ſolutum non teneret, vel eſſet facta pro debito putatiuo, Capyc. dec. 11. n. 2.

Et qualiter ſatisfactus pro vno credito poſſit retinere pro alio credito, pro quo habeat hypothecam, Pacif. de Saluian. Inſpect. 4. cap. 1. num. 216. &c. Gait. de credit. cap. 4. n. 1065. &c. vbi etiam pro credito perſonali, Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 11. n. 181. fol. 177. Merlin. decis. 677.

Impeditur tamen huiuſmodi retentio pro alio credito, per exceptionem fideicommiſſi incontinenti probatam, vel ſi illud non ſit omninò clarum, certum, & liquidum etiam in quantitate, Rot. part. 9. recen. decis. 83. per tot. & part. 10. decis. 86. vbi quòd vt detur retentio pro alio credito, debet eſſe omninò liquidum, & certum.

Item qualiter poſſit retinere pro neceſſarijs impenſis in re factis, l. ſi neceſſarijs, & l. ſi ſeruus ff. de pign. act. Paul. Chriſtin. decis. 154. vol. 4. Et pro melioramentis, Merlin. dec. 351. per tot. vide in §. Retentio n. 12. & §. Melioramenta.

29 Creditor miſſus in poſſeſſionem ex Saluiano, cùm non acquirat plenum ius, ſed tantùm poſſeſſionem ad effectum conſequendi fructus, tenetur ſtare locationi factæ à debitore, Rot. in Romana caſalis Luna 1. Iulij 1602. coram Ludouiſio decis. 68. cum alijs per Pacif. de Saluian. Inſpect. 3. cap. 1. num. 5. &c. vbi dat plures ampliationes, & limitationes, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 37. per tot. Mangil. de euict. quæſt. 147. num. 10. & ſeqq. Magon. decis. Luc. 97. num. 8. &c. & decis. Flor. 140. num. 7. Franc. decis. 488. Tiraquell. de retract. conuent. §. 3. gloſ. 1. num. 15. & ſeqq. vide in §. Immiſſio n. 3. & §. Succeſſor n. 14. vbi plura, Peregrin. de fideicom. art. 40. n. 100. vbi idem firmat de creditore immiſſo ex ſecundo decreto, & datione in ſolutum, cùm reſpectu debitoris ſit ſucceſſor neceſſarius, Amat. var. reſol. tom. 2. cap. 68. Olea de ceſſ. iur. tit. 4. q. 3. n. 10. &c. vbi intelligunt quando locatio fuit facta ſine fraude, & non adeſt læſio vltra dimidiam, nam competeret remedium reſciſſorium ſtante dicta læſione.

Fideicommiſſarius autem, ſiue emptor, & ſimiles, qui rem iure dominij auocant, non tenentur ſtare locationi, & quid ſi conductor iam ſeminauerit, Surd. decis. 40. per tot. vide in §. Conductor num. 12. & ſeqq. §. Emptor num. 42. & §. Succeſſor num. .. Ludouiſ. decis. 68.

30 Creditor miſſus in tenutam bonorum debitoris ex primo decreto, vigore ſtatuti Florentini lucratur quinque pro centenario quolibet anno, etiam ſi creditum non ſit alias de ſui natura fructiferum, Lup. tract. de vſur. Comment. 1. §. 4. ad l. curabit Cod. de act. empt. num. 91. Marc. Medic. Exam. 54. num. 19 vbi quod ita fuit approbatum per Conſtitutiones Synodales Florentiæ editas à Leone X. Pontefice ſub Rub. de vſur. cap. 12. vide in §. Intereſſe num. .. & §. Vidua num. .. Tuſch. litt. H. concl. 132. n. 3. plenè Fontanel. decis. 208. cum pluribus ſeqq. & num. 32. eundem Fontanel. decis. 486. vbi etiam an quoad futura teneatur ipſe creditor ad expenſas, & quid ſi de præſenti nihil ſit debitum.

Qualiter autem creditor poſſidens pignus teneatur imputare fructus in ſortem, vel non, dixi in §. Fructus num. 8. &c. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. quæſt. 6. n. 2242. & ſeqq. & plenius cap. 4. q. 8. n. 979. cum multis ſeqq. infr. num. 70.

31 Creditor quando, & quomodo ob ſolutionem ſibi factam tempore debito, poſſit capere pecunias ad cambium, & recambium expenſis debitoris, & alia plura circa conuentionem, & exactionem intereſſe creditoris contra debitorem moroſum, vide in §. Intereſſe num. ..

32 Creditor pro annuis præſtationibus ſibi debitis ſiue ex teſtamento, ſiue ex contractu, poteſt agere non ſolum pro decurſis, ſed etiam pro in futurum decurrendis; dummodo de præterito ſibi aliquid debeatur, & vt ſuo tempore ſoluatur, petendo etiam immiſſionem ex Saluiano, Rot in Romana Saluiani 28. Martij 1648. coram Ghiſilerio penes Tondut. de præuent. part. 3. decis. 7. per tot. vide in §. Debitor num. 13. & 14. & dicta deciſio habetur in part. 10. recent. decis. 172. vbi etiam quando reſiduum debeat deponi ad computum capitalis, Thomat. decis. 206. n. 30. & ſeqq.

Creditor poſtquam fuerit de ſuo credito ſatisfactus, qualiter teneatur reſtituere debitori inſtrumenta, & ſcripturas, in quibus debitum continebatur, vide in §. Inſtrumentum num. ..

Creditor hypothecarius, & non ſimplex chirografarius poteſt agere contra debitorem debitoris ſui ad conſequendum creditum ſuum, l. nomen Cod. quæ res pign. oblig. poſſ. quo caſu nulla requiritur excuſſio, Pract. Pap. reſponſ. act. hypoth. gloſ. Exceptionem num. 8. quamuis quoad excuſſionem contrarium teneat Benedict. de Plumb. tract. de diſcuſ. num. 5. niſi huiuſmodi creditor fuiſſet conſtitutus procurator in rem ſuam, vide Tuſch. litt. C. concl. 1062. num. 16. & ſeqq. Ricc. Collect. 4149. vbi etiam quòd ſtante obligatione Camerali, poteſt executiuè procedere contra debitorem debitoris eadem obligatione affectum, Thomat. decis. 111. num. 13. & decis. 290. num. 3. Rot. part. 14. recent. decis. 394. per tot. Sanfelic. decis. 116. Rot. part. 16. recent. decis. 304. & par. 17. dec. 267. n. 24. Bich. dec. 534. Noguerol. allegat. 35. n. 37. & ſeqq. 34

Quòd vt creditor poſſit directè agere contra debitorem ſui debitoris tria requirantur, de quibus in l. 2. 3. & 4. C. quando fiſc. vel priuat. Rot. part. 16. recent. dec. 18. num. 8. Noguerol. d. allegat. 35. num. 15. & ſeqq. & per tot.

Quæ autem requirantur ad prædicta, & quomodo poſſint practicari, vide Rom. conſ. 416. Petr. Pecch. de iure ſiſten. & manu. iniect. cap. 4. num. 10. Neguſ. de pign. part. 8. memb. 1. num. 19. Scapuc. de Saluian. lib. 1. q. 17. num. 1. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 356. num. 32. & cap. 704. num. 49. Tuſch. d. concl. 1062. per tot. Gomez. Leon. decis. Hiſpalen. 41. vbi quod ſoluens creditori creditoris ſui liberatur, etiam ſi non conſtet de numeratione, ſed tantùm de confeſſione, & etiam ſi creditor ratam ſolutionem habere nollet.

Quòd creditor poſſit agere vtili actione hypothecaria contra bona ſuo debitori obligata, Vrſil. ad Afflict. decis. 8. num. 3. Franch. decis. 75. num. 8. & decis. 273. Neguſ. de pign. part. 2. membr. 3. num. 21. &c. Thomat. decis. 44. num. 11. &c. Rot. part. 9. recent. vol. 1. decis. 7. num. 13. & decis. 40. n. 59. &c. d. part. 9. vbi benè declarat, & decis. 227. n. 1. & ſeqq. per tot. Gait. de credit. cap. 4. q. 7. n. 366. &c. melius in Appendice num. 136. & ſeqq. Merlin. decis. 2. vbi quòd licet dicta hypotheca extinguatur per ſolutionem nominis, tamen non extinguitur per tranſactionem, vel ſimilem alienationem eiuſdem, vide in §. Debitor num. 66. §. Nomen num. 4. & §. Saluianum num. 5. Ricc. Collect. 4149. vbi quod debitor non prohibetur bona fide, & ante inhibitionem ſoluere ſuo creditori, etiam ſi ſciat ipſum habere debita, & pro illis hypothecaſſe nomen ipſius debitoris, ſecus autem ſi ſolutio fiat mala fide poſteriori creditori, vide Rot. par. 9. recent. dec. 226. num. 15. &c. vbi quod liberatio facta à creditore, ipſi tantùm, & eius hæredibus nocet, non autem alijs ſuis creditoribus anteriora iura in huiuſmodi credito habentibus, loquitur tamen de liberatione gratuita, & vide decis. 247. num. 33. in eadem cauſa d. part. 9. vbi contra ſtante tacita compenſatione, quæ veræ ſolutioni æquiparatur reſpectu liberationis, & iterùm in eadem cauſa decis. 357. num. 27. & ſeqq. d. part. 9. vbi quod debitor poteſt ſoluere ſuo primo creditori, & liberatur, ſi nunquam fuit inhibitus, & decis. 499. num. 10. ead. part. 9. vbi quod poteſt hypotheca remitti, etiam in præiudicium creditorum, ſi non præceſſit intimatio, Pacif. de Saluian. inſpect. 3. cap. 2. n. 206.

Quòd in actione perſonali, non detur actio contra nomen debitoris, niſi tribus concurrentibus, primò, ſcilicet quòd principalis debitor ſit condemnatus; ſecundò, quòd debitor debitoris fateatur debitum; tertiò, quòd principalis fuerit excuſſus, & repertus non ſoluendo, Surd. decis. 306. num. 15. Buratt. decis. 793.

Ricc. *Collect.* 4149. Sperel. *decis.* 91. *num.* 1. latè Tusch. *d. concl.* 1062. *num.* 1. *& seqq.* Paul. Christin. *dec. Belg.* 18. *num.* 2. *&c. vol.* 3. vbi ponit dicta requisita absque distinctione Gutierez. *de Gabell. quæst.* 164. *num.* 18. *&c.* Thomat. *decis.* 51. *num.* 18. *&c. & decis.* 290. *num.* 1. *& seqq.* vbi benè declarat Pacif. de Saluian. *Inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 307. Cala *de mod. art. & prob.* §. 2. *glos. vn. n.* 1177. Olea *de Cess. iur. tit.* 4. *quæst.* 4. *per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 2. *quæst.* 30. *num.* 29. *& seqq.* vbi tamen quod non est necessaria formalis dictorum requisitorum probatio, nam quoad primum sufficit ex instrumentis constare de debito; quoad secundum si neget, potest probari, & de mendacio conuinci; & quoad tertium non esse necessariam excussionem iuxta magis communem omnia comprobans ex Rot. *part.* 2. *recent. decis.* 760. *& alijs, & par.* 14. *dec.* 394.

35 Creditor agens hypothecaria contra tertios possessores, debet probare quod bona, quæ prætenduntur obligata fuerint in bonis, & de bonis sui debitoris, nec est necesse probare de illius dominio, Afflict. *decis.* 383. vide *in* §. *Actor num.* 8. Tusch. *litt. H. concl.* 123. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 456. *per tot.* Gait. *de credit. cap.* 4. *q.* 7. *n.* 597. 600. *& seqq.* 999. *& seqq.* 788. *& seqq.* vbi quid in Saluiano, &c.

36 Creditor primus, & anterior, non reuocat per hypothecariam pecuniam vel aliam rem solutam secundo, & posteriori creditori, quando amplius non extat, sed fuit bona fide consumpta, nisi primus creditor hypothecarius præter anterioritatem haberet etiam causam priuilegiatam, Afflict. *decis.* 190. Ricc. *Collect.* 1241. & 3907. Thes. *quæst. for.* 16. Fontanel. *de pact. nupt. clau.* 5. *glos.* 8. *part.* 6. *num.* 31. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 25. *num.* 2. *& seqq.* Matescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 36. Mattha *vot. Pis.* 42. *&* 48. *num* 3. *&* 4. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de iur. fisc. resol.* 7. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 95. *num.* 8. Gratian. *discept. forens. cap.* 304. *per tot. cap.* 943. *num.* 7. *& cap.* 964. *num.* 12. Capyc. *decis.* 78. *per tot.* Maur. *de solut. cap.* 68. *per tot.* Pacif. de Saluian. *Inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 229. *cum pluribus seqq.* Seraph. *decis.* 950. *&c.* 1074. *num.* 3. Thomat. *decis.* 51. *num.* 65. Merlin. *de pig. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 28. *per tot.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 83. *per tot.* Brun. *de Cess. bonor. quæst.* 24. *per tot.* Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1296. *& seqq.* Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 5. *& seqq.* Rot. *part.* 7. *recent. decis.* 77. *num.* 30. *&c. part.* 10. *decis.* 211. *num.* 15. *&c.* Ger. Spin. *cons.* 42. *per tot.* Paul. Christin. *de leg. municip. tit.* 13. *art.* 3. vbi etiam quod habens pignus penes se præfertur alijs licet priuilegiatis, *& d. tit.* 13. *art.* 13. *& art.* 14. dixi *in* §. *Pecunia num.* 8. adde Tusch. *litt. C. concl.* 1065. *num.* 4. *&c. & concl.* 1066. eundem Fontanel. *decis.* 254. *& seqq. de pact. nupt. tit.* 2. *claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 6. *&* 7. *fol.* 124. *&c.* Anton. Gob. *Consult.* 89. *per tot.* Andreol. *contr.* 351.

Quòd creditor posterior possit tuta conscientia retinere pecuniam sibi solutam, vel aliam rem, Dian. *par.* 3. *tract.* 5. *resol.* 10. vide *in* §. *Compensatio num.* 26. *&* §. *Debitor num.* 82.

Quòd creditor, qui de ordine sui debitoris recepit ab alio quod sibi debebatur, non teneatur ad restitutionem, licet pecunia depositata, & soluta non spectaret ad ordinantem, contra quem, & non contra recipientem de ordine, erit dirigenda actio, Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 243. vide *in* §. *Repetitio n.* 4.

Quòd creditor ex causa onerosa, possit in subsidium auocare à creditoribus posterioribus pecuniam illis solutam ex causa lucratiua, siue bona, siue mala fide fuerit consumpta, Costa *de remed. subsid. remed.* 55. Rot. *par.* 2. *recent. decis.* 595. *num.* 2. *&c. decis.* 760. *n.* 3. *& part.* 10. *decis.* 43. *num.* 40. vide *part.* 11. *decis.* 25. *num.* 3. *&c.*

Item quòd possit auocare stante decoctione, Seraphin. *dec.* 1074. *n.* 4. Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 365. *n.* 24. *vide infra num.* 72.

Item stante obligatione de restituendo prioribus, quo casu pecuniæ habentur pro extantibus, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 149. *num.* 1. *&c.* vide *in* §. *Emptor num.* 23.

37 Creditor liberans vnum ex fideiussoribus, sibi non præiudicat quoad alios in solidum obligatos, ita vt possit solidum ab illis consequi, si renunciauerint omnibus beneficijs fideiussorum, de quo vide Franch. *dec.* 476. *per tot.* vbi etiam quid in pluribus correis debendi, & dixi *in* §. *Liberatio n...* §. *Pupillus n...* *&* §. *Fideiussor n.* 23. *& in resol. cap.* 30. *nu.* 28. vbi vide.

Alias autem non potest creditor liberare vnum ex pluribus fideiussoribus simul obligatis, cùm vnusquisque aliorum etiam contemplatione intelligatur se obligasse, ac vt mutuum, siue communicabile inter eos esset periculum, & non aliter, Franch. *decis.* 55. Seraphin. *decis.* 865. Maur. *de fideiuss. sect.* 6. *cap.* 5. *n.* 26. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 18. *&* 19. & ideò si liberauerit, sibi tantum, & non alijs fideiussoribus præiudicabit.

Creditor liberans vnum ex debitoribus, siue correum, vel socium, vel in solidum obligatum, sibi non præiudicat quoad portiones alijs tangentes, sed tantùm quoad eum, cum quo actus fuit gestus, nam actus cum vno non prodest, neque nocet alijs in quacumque dispositione versentur, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 966. *num.* 11. *& seqq.* vbi dicit contraria procedere quando liberatio esset satis ampla de omni, & toto eo quod esset debitum, vide Franch. *decis.* 476. *per tot.* Olea *de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 2. *num.* 43. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 178. *num.* 14. *& seqq.* vbi loquitur in censu, vt etiam liberato fundo ad fauorem illius domini, saluis iuribus contra alios obligatos, census non remaneat extinctus, sed sustineatur contra alios tanquam super fundo alieno de consensu domini, quod benè declarat. 38

Qualiter autem creditor, qui vnum liberauit, exceptione cedendarum repellatur, si velit contra alium, vel alios in solidum obligatos agere pro tota summa, latè Olea *de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 2. *num.* 25. *& seqq. per tot.* & dixi *in* §. *Exceptio*, §. *Fideiussor*, *&* §. *Renunciatio*.

Et quod creditor census teneatur cedere iura census viui, & sic translatiuè, & non extinctiuè fideiussori, correo, tertio possessori, & posteriori creditori sortem cum fructibus offerentibus, Cenc. *de cens. q.* 71. Olea *d. quæst.* 2. *num.* 1. *& seqq.*

Creditor non potest cogi ad liberandum aliquem fideiussorem, licet loco illius offeratur alius æquè idoneus, & quando secus, vide Franch. *decis.* 202. *per tot.* & dixi *in* §. *Fideiussor num...* 39

Si fuerit negligens in exigendo à debitore principali, an & quando sibi præiudicet, vel non quoad fideiussores, vide *in* §. *Fideiussor n.* 42. & latè Merlin. *de pign. lib.* 5. *q.* 57.

Creditor agens contra vnum ex fideiussoribus, & ab eo totum debitum recipiens, tenetur illi cedere iura, & actiones contra alios obligatos, alias repellitur exceptione cedendarum, nisi huic beneficio fuit expressè renunciatum, nam non comprehenditur sub generali renunciatione etiam iurata, Marsil. *in repert. Rub. de fideiuss. num.* 28. *& seqq.* Montan. *de tut. c.* 39. *n.* 131. *& seqq.* vide *in* §. *Fideiussor num...* latè Olea *de cess. iur. tit.* 5. *q.* 2. *n.* 25. *& seqq.* 40

Quòd creditor teneatur fideiussori soluenti cedere actiones reales, & personales, & si non possit efficaciter cedere repellatur exceptione cedendarum, & quando secus, vide Neguf. *de pign. part.* 5. *membr.* 3. *num.* 33. *& seqq.* Duen. *reg.* 163. *&* 164. Olea *loc. cit. per tot. & q.* 3. *per tot.*

Et dubitetur circa modum cessionis, erit facienda cum expressione, vt operetur prout iuris, an autem possit retorqueri contra cedentem, & alia, vide per Franch. *decis.* 260. *per tot.* dixi *in* §. *Cessio*.

Creditor contra tertium possessorem rei sibi obligatæ nullam habet actionem personalem, quia cum eo nullum contractum, vel quasi gessit, sed habet tantùm hypothecariam contra rem obligatam, Rot. *in Romana Census* coram Rubusterio penes Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *quæst.* 6. *in fine*, Gratian. *discept. forens. cap.* 24. *per tot.* vide *in* §. *Possessor num.* 41. Peregrin. *decis.* 49. *per tot.* 41

Quòd imò aduersus possessorem rei censuatæ habeat actionem personalem in rem scriptam, Gratian. *discept.* 955. *num.* 38. *&c.* Ricc. *Collect.* 3588. vbi refert contrarias opiniones.

Creditor non est idoneus testis pro suo debitore, quando potest sibi ex depositione aliquod commodum, 42

dum, vel intereſſe reſultare, alia autem admittitur, & idem eſt in debitore, vt non poſſit eſſe teſtis pro creditore, tanquam illi quodammodo ſubditus, & ſeruus, de quo vide Farinac. *de teſt. q.* 60. *Illat.* 10. *per tot.* cum alijs per Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 565. *fol.* 333. vide *in* §. *Debitor n...*

43 Creditor legans debitori ſimpliciter pignus quod penes ſe habebat, videtur in dubio liberationem tantùm pignoris, & non debitum principale legaſſe, ita vt hæres teneatur tantùm reſtituere pignus liberum, non autem debitum principale remittere, quod per actionem perſonarum conſequi poterit, *gloſ. in l. ſi tibi in gloſ.* 2. *ff. de leg.* 1. vbi Bart. & Iaſ. qui tribus modis declarant, & limitant prout refert Diaz. *reg.* 161. *per tot.* vide in §. *Legatum n... &* §. *Liberatio num...*

44 Creditor habens creditum ſuum liquidum, ſi illud conſequi velit non expectato diſcuſſionis iuditio, & aliorum creditorum concurſu, tenetur ſatiſdare de reſtituendo prioribus, & potioribus, & contribuendo cum æqualibus, caſu quo ipſe non ſit potior, & primus omnium, *tot. tit. ff. qui pot. in pign. hab.* Seraphin. *deciſ.* 1311. *num.* 3. *part.* 2. Maur. *de fideiuſſ. part.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 12. *alias* 21. *per tot.* Franch. *deciſ.* 75. *num.* 9. *& deciſ.* 200. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 950. *num.* 16. Altograd. *conſ.* 90. *num.* 15. *in fine lib.* 1. vide *in* §. *Emptor n.* 23. Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 27. *& ſeqq.* vbi enumerat caſus, in quibus creditor tenetur præſtare cautionem, Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 118. *num.* 14. *& ſeqq.*

Facta autem ſententia graduatoria, licet ab ea fuerit appellatum, agendum eſt via ordinaria, quia concurſus creditorum non habeat viam executiuam, quamuis aliqui ex illis haberent debitorem obligatum in forma Cameræ, vel alio pacto executiuo, *l. Titia ſi non nupſerit ff. de condit. & demonſtr.* Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 16. *num.* 2. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 503. *n.* 1. *&* 2.

45 Creditor qui non habet probationes de ſuo credito, quibus cautelis vti poſſit, vide in §. *Cautela num.* 5. *&c.* Maſcard. *de probat. concl.* 457. *concl.* 80. *& concl.* 510. Tuſch. *litt. C. concl.* 1069. *litt. L. concl.* 374. dixi *in* §. *Littera n.* 11. *&c.*

46 Creditor habens pignus de facili vendibile, non poteſt fideiuſſores conuenire, ſed illud debet vendere, & emptore non reperto facere ſibi in ſolutum adiudicare, Maur. *de fideiuſſ. par.* 2. *ſect.* 4. *c.* 19. quem refert, & ſequitur Thomat. *dec.* 100. *n.* 22.

Quòd imò quando pignus non poſſet commodè vendi, & eſſet creditor pecuniæ, poſſit eo non obſtante adſtringere fideiuſſorem ad ſoluendum, Marſil. *in repert. Rub. de fideiuſſ. n.* 18.

47 Creditor non poteſt compelli ad recipiendum partem debiti, cùm particularis ſolutio multa habeat incommoda, niſi debitor propter impotentiam eſſet inhabilis ad ſolutionem totius, Imol. *in cap. Odoardus de ſolut.* Maur. *de ſolut. cap.* 30. vbi dat nouem ampliationes, & treſdecim limitationes ad hanc regulam, quam latè etiam explicat Neguſ. *de pign. par.* 5. *memb.* 3. *par.* 2. *n.* 18. *& ſeqq.* vide *in* §. *Dominus n...* §. *Solutio n.* 25.

Nec è contra poteſt creditor petere partem debiti, ſeu crediti inuito ipſo debitore, ſed agere debet ad totum, ſi debitor opponat, Mattheſ. *not.* 115. Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 137. *n.* 1. *circa medium*, vide Ger. Spin. *conſ.* 69. *n.* 11. *&c.* Tuſch. *litt. C. concl.* 1061.

Contrarium autem in hac parte per *l. in commodato* 17. §. *duobus ff. commod.* firmat Anton. Nigr. *de ſubhaſt. par.* 1. *c.* 15. §. 31. *n.* 14. *fol.* 126.

Quòd quando pars eſt liquida, & alia pars illiquida, cogatur creditor partem liquidam recipere, licet alia pars illiquida non ſoluatur, prout etiam ſi agat cum fideiuſſore cogitur partem ab eo oblatam recipere, Socin. *reg.* 106. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 57. *num.* 10. *& ſeqq.*

Quòd tamen reſpectu fideiuſſoris ego intelligo, niſi ſit obligatus tanquam principalis in ſolidum, & non renunciauerit beneficijs ſibi competentibus.

Sicut etiam ſi ſit creditor ex pluribus cauſis, tenetur recipere ſi offeratur totum illud, quod ex vna cauſa debetur, licet aliæ remaneant, Altograd. *conſ.* 21. *num.* 40. *lib.* 1. vbi plura.

An autem recipiendo ſortem poſſit poſtea petere intereſſe, pœnam, fructus, vel ſimilia acceſſoria, ſiue potius intelligatur remiſiſſe, dixi *in* §. *Intereſſe num.* 30. latè Gait. *de credit. cap.* 3. *tit.* 1. *num.* 56. *& ſeqq.* Ludouiſ. cum Beltramin. *dec.* 93.

Et an coactus recipere particulares ſolutiones, cenſeatur remiſiſſe damna, & intereſſe ob id ſibi cauſata, vide Surd. *dec.* 345. *per tot. lib.* 2.

Creditor petens certam ſummam in iuditio abſque aliqua conditione taxatiua, non videtur fateri ſibi plus non deberi, & non ſibi præiudicat ad reliquum de iure debitum petendum, Rot. *in Bononien. Succeſſionis* 11. *Maij* 1635. coram Motman. *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 45. *num.* 22. Duran. *deciſ.* 419. *num.* 8. Altograd. *conſ.* 24. *num.* 43. *lib.* 1. Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 108. *n.* 6. facit quod dixi *in* §. *Confeſſio num...* Tuſch. *litt. C. concl.* 1061. *num.* 5. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 157. *num.* 11. *vol.* 2. Leoncil. *deciſ. Ferr.* 63. *num.* 7. Olea *de ceſſ. iur. tit.* 6. *quæſt.* 11. *in Miſcelan. num.* 33. *&c.* vbi limitat niſi petat, vel accipiat pro reſiduo; & quid ſi pro reſiduo accipiat à fideiuſſore, an poſſit fideiuſſor totum repetere à debitore, vel ſi ſit creditor ex pluribus cauſis nempè iure proprio, & ceſſo, an petito, vel acceptio pro reſiduo referatur ad omnia, videas ipſum, & Sanfelic. *in Praxi ſect.* 34. 48

Et idem eſt ſi debitori interrogatus an debeat centum, reſpondeat ſe debere tantùm quinquaginta, nam poteſt creditor vti hac confeſſione ad conſequendum illa quinquaginta, & poſtea non prohibetur reſiduum petere, ſi poſſit aliunde probare, Menoch. *de arbit. caſ.* 93. *num.* 35.

Creditor recipiens fructus vigore contractus celebrati per procuratorem, videtur eundem contractum ratificare, & approbare in genere tantùm, non autem in ſpecie reſpectu qualitatum præiuditialium, niſi probetur ſpecifica ſcientia quoad huiuſmodi qualitates, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 699. *num.* 17. vide *in* §. *Ratificatio num...* & facit quod dixi *in* §. *Mandatum num...* §. *Solutio num...* & in Pract. §. *Procuratori num.* 10. *& ſeqq.* 49

Creditor habens plures debitores ſibi inſolidum obligatos pro eodem debito, ſi recipiat ab vno partem illi præciſè tangentem, facit diuiſionem debiti, & non poteſt alios poſtea in ſolidum conuenire, ſed tantùm pro rata vnicuique tangente, niſi receperit vnam partem ſaluo iure ſolidi quoad alios, Bellon. *conſ.* 44. Maur. *de ſolut. cap.* 38. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 359. *per tot. & cap.* 566. *num.* 20. Rot. poſt Pacif. de Saluian. *deciſ.* 147. *num.* 5. *&c.* Ludouiſ. *deciſ.* 302. *num.* 7. *&* 8. Sanfelic. *in Praxi ſect.* 33. *per tot.* vbi facit plures diſtinctiones Afflict. & Vrſil. *deciſ.* 142. vbi habentur plura requiſita, vt dicta concluſio procedat, ſed contrarium firmat Gratian. *loc. cit. num.* 21. & vide latè Tuſch. *litt. D. concl.* 539. *per tot.* vbi quando, & qualiter inducatur diuiſio inter plures obligatos, Cepol. *cau.* 250. Ronchegal. *in l.* 3. §. *vbi duo num.* 30. *&c. de duobus rei*, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 92. *num.* 1. *vol.* 2. Ricc. *Collect.* 1053. *&* 3288. Beintend. *deciſ. Bonon.* 81. *num.* 6. *&c.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Luc.* 21. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi limitat, ſi alter ex correis efficiatur non ſoluendo, vel ſi plus, vel minus rata tangente receperit, latè Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 1. §. *vnic. per tot.* vbi an ſi poſtea fiat concurſus ad bona vnius, poſſit ille creditor integrum conſequi, vel ratam tantùm, & diſtinguit, an veniat vigore primæuæ obligationis, & tunc poſſit in ſolidum petere, an vigore ſententiæ ſimpliciter condemnantis, & tunc ratam tantùm exigat, vide *in* §. *Condemnati n.* 9. 50

Creditor, cui plures res ſunt alternatiuè obligatæ, habens electionem, ſiue ex prouiſione ſua, ſiue legis, ſi ſemel elegerit litem conteſtando ſuper vna re, non poteſt amplius variare, & aliam petere, Capyc. *dec.* 33. *per tot. & dec.* 46. *n.* 6. Scapuc. de Saluian. *lib.* 2. *q.* 15. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 164. *n.* 17. vide *in* §. *Electio n.* 1. *&* §. *Promiſſio num.* 40. 51

Quòd ſemper mediocre ſit eligendum in omni diſpoſitione, Magon. *dec. Luc.* 16. *n.* 14. Gratian. *cap.* 610. *n.* 5. *& cap.* 700. *n.* 1. *&c.*

Quòd poſſit variare, vide Bardellon. *conſ.* 197. *per tot. lib.* 2. Gizzarel. *deciſ.* 69. *num.* 12. *& ſeqq. in Addit.*

Quòd in executiuis vna via electa possit ad aliam redire, dixi in §. *Executio n.* 24. vide Tusch. *litt. C. concl.* 1063. *per tot.* vbi qualiter possit facere plures executiones donec sit satisfactus, *& concl.* 1069. *per tot.* benè Merlin. *decis.* 623. Rot. *par.* 10. *rec. dec.* 172. *n.* 21. *& seqq.* Gizzarel. *in Addit. dec.* 69. *n.* 1. *& seqq.*

Si tamen fuerit missus in possessionem vnius fundi, ex quo possit commode satisfieri, ex illius longa retentione præsumitur satisfactus, nec potest per nouum iuditium procedere ad subbastationem aliorum bonorum debitoris, nisi saltem facta prius liquidatione remanentis sui crediti, & concludenter probata insufficientia fructuum preceptorum, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 451. *per tot.*

Et an habens viam ordinariam, & executiuam si cœperit agere via ordinaria, possit illa omissa ad executiuam redire, vide Vrceol. *consult. forens. cap.* 43. *n.* 21. *& seqq.* vbi quòd non regulariter, nisi refectis expensis, vel nisi debitor fuerit contumax, vel creditor egerit cum protestatione sine præiuditio viæ executiuæ, Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 117. *& seqq.* Rot. *part.* 11. *rec. decis.* 350. *num.* 3. *& seqq. & decis.* 353. *n.* 2. *& seqq.* vide *in §. Actor. n.* 22. Mastrill. *dec.* 157. *per tot.* Giurb. *dec.* 55. *n.* 18. *&c.*

52 Creditor habens vt supra plures res alternatiuè obligatas, potest eligere in quibus satisfieri velit, cùm quælibet res intelligatur sibi in solidum obligata vsque ad integralem satisfactionem, Gratian. *discept. forens. cap.* 730. *n.* 22. Thomat. *decis.* 66. *num.* 25. *& seqq. & dec.* 99. *n.* 57. *& seqq.*

Qualiter autem arbitrium creditoris non procedat in præiudicium aliorum creditorum, ita vt dicatur in dolo versari si dum potest ex vna re viliori satisfieri cum minori incommodo, velit rem pretiosiorem vendere, & ideò qualem ordinem seruare debeat, Martha *vot. Pis.* 130. *per tot.* facit quod dixi in §. *Executio n.* 1. *& §. Debitor n.* 24.

Quando electio sit debitoris in alternatiuis, nempè si vtrumque principaliter sit in actione, & obligatione, Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 159. *n.* 26.

Et habens plures actiones, & remedia potest eligere quod magis voluerit, idem Gratian. *discept.* 787. *num.* 7. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 26. *in fine*, vbi quod habens duas promissiones, potest ex qua maluerit agere.

Quòd creditor in alternatiuis habeat decem electiones, vide Marant. *in l. si actor num.* 32. *ad* 72. *ff. de procur.*

Quòd habeat electionem circa multa contra debitorem, Tusch. *litt. C. concl.* 1069.

53 Creditor succedens suo debitori, qualiter præsumatur statim sibi soluisse, & facit fructus suos, quamuis fuerit grauatus alteri hæreditatem restituere, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 129. *num.* 25. *cap.* 214. *per tot.* Marescott. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 37. *per tot.* Surd. *dec.* 179. *per tot.* Thomat. *decis.* 99. *num.* 48. *& seqq.* Mastrill. *decis.* 53. latè Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 332. vbi benè declarat dixi *in §. Hæres n.* 36. *&c. & §. Obligatio n.* . . §. *Solutio n.* 65.

Si fecit inuentarium potest suum creditum exigere mediante separatione, Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap* 9. *num.* 29. *& seqq.* dixi *in §. Hæres n.* 35. *&c.* Imò etiam non facto inuentario conseruat suum creditum, sed tenetur de illo sicuti de alijs bonis proprijs, satisfacere cæteris creditoribus hæreditarijs, idem Salgad. *d. tract. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 65. *&* 66. Rot. *par.* 11. *rec. decis.* 227. *n.* 2. *&c.* dixi *in §. Hæres n.* 38.

54 Creditor qualiter non possit infra nouem dies molestare hæredes sui debitoris defuncti à die mortis illius, sicut nec ipsum debitorem infirmum moribundum, vide *in §. Hæres n.* 24. *& §. Consanguinitas n.* 4.

55 Creditor, vel debitor pupilli non potest esse illius tutor, vt dixi in §. *Tutor n.* . .

56 Creditor pupilli volens cum eo iuditio contendere, debet ad validandum iuditium, vocatis coniunctis, & affinibus pupilli, petere à iudice, illi tutorem, vel curatorem constitui, Montan. *de tut. cap.* 17. *nu.* 9. vide *in §. Curator num.* . . . *& §. Pupillus n.* . . .

57 Creditor si fateatur recepisse pecuniam per manus Titij soluentis, dicitur recepisse de pecunijs ipsius debitoris, & non Titij, qui nudum præstitit ministerium, Magon. *decis. Flor.* 43. *num.* 14. vide *in §. Pecunia num.* . . . *& §. Solutio num.* . .

Creditor quis præsumitur, licet non appareat quan- 58
do ei fuit facta solutio, aut mandatum alteri, vt ei soluat, quia id præsumitur factum ex legitima causa præcedentis debiti, cùm qui soluit, vel solui mandat confiteatur debitum, quia nemo præsumitur soluere velle indebitum, & si scienter soluat videtur donare, ac iuri suo renunciare, vt benè deducit Altograd. *cons.* 6. *n.* 31. *& seqq. lib.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 1325. *n.* 11. *&c.* vide *in §. Solutio n.* 64.

Creditor præsumitur Titius Sempronij, vbi est facta 59
promissio Titio, pro Sempronio, ita vt si Titius illam promissionem acceptet, videatur acceptare vnum debitorem pro alio, Altograd. *d. cons.* 6. *n.* 37. *lib.* 1.

Creditores plures habentes inter se creditum commune 60
contra alium, vel alios, an possit vnus ex illis totum petere, & obtinere, alijs absentibus, vel non petentibus, præstita cautione de soluendo partem suam alijs, affirmatiuè concludit Merlin. *decis.* 652. *num.* 17. *&* 18. vbi allegat Bald. & Castr. *in l. peto §. Fratre ff. de leg.* 2. Surd. *cons.* 359. *num.* 15. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 694. *num.* 23. *&c.* Thess. *decis.* 4. *in fine*, dixi in §. *Fideicommissum num.* 44. §. *Hæres num.* 10. *& §. Proximitas n.* 4. Mangil. *de euict. quæst.* 166. *num.* 13. *& seqq.* Olea *de cess. iur. tit.* 4. *quæst.* 6. *num.* 27. *& seqq. per tot.* vbi loquendo in hæredibus concludit, vt in indiuiduis possit vnus tantùm agere in solidum, sine aliorum cessione, præstita tamen cautione, & licet non possit alijs præiudicare, sed tantùm prodesse; indiuiduis verò non nisi pro sua parte, & si pro alijs agere voluerit teneatur cauere de rato, nec possit desiderare vt integra summa sibi soluatur, sed tantùm partem suam exigere, & alias aliorum partes facere deponere.

Creditor, & debitor, & sic recipere, dare debens, si 61
vult recipere, quod sibi debetur tenetur prius ipse quod debet dare, vel offerre, *glos. in l. ædiles in fine verb. præstet. ff. de ædilit. edict.* Dec. *cons.* 421. *n.* 10. Rom. *cons.* 244. *n.* 4. Rot. *par.* 9. *rec. dec.* 228. *n.* 8. vide §. *Actor n.* 20. *& §. Exceptio.*

Creditor inuitus an possit compelli ab hærede beneficia- 62
to accipere bona in solutum, Gizzarel. & Addent. *decis.* 7. dixi *in §. Hæres n.* 29.

Item an, & quando possit cogi capere in solutum bona debitoris iuxta Auth. *hoc nisi C. de solut.* Gizzarel. & Addent. *d. decis.* 7. *num.* 8. *&c.* dixi *in §. Debitor num.* 44.

Creditor constitutus procurator à debitore ad exi- 63
gendum ab alijs, non potest in præiuditium anteriorum sibi satisfacere de suo credito, & idem est in negotiorum gestore, vt non possit vti retentione, vel compensatione pro suo credito in præiuditium anteriorum, Garzia, Card. Millin. *decis.* 280. *num.* 1. *& seqq.* vide *in §. Compensatio num.* 26. *& §. Debitor num.* 82. & dicta decisio habetur etiam in recollectis per Farinac. *decis.* 242.

Quòd creditor posterior, & minus priuilegiatus non possit vti compensatione in præiuditium aliorum creditorum anteriorum, Carleual. *de Iudic. lib.* 2. *tit.* 3. *disp.* 27. *per tot. qui firmat contrarium*, & quare latè comprobat Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 31. *& seqq.* vbi plures allegat, & registrat vnam *decis. Rot. Rom. & cap.* 28. *per tot.*

Creditores vnius Prouinciæ sunt præferendi creditori- 64
bus alterius Prouinciæ, *l. si procuratoris §. si plures ff. de tribut. act.* intelligendo in creditoribus mercatorum, qui habent plures negotiationes separatas in diuersis Prouincijs, alias secus quando non fuit habitus respectus ad negotiationes, sed ad vniuersum patrimonium, Castr. *cons.* 286. *num.* 3. *lib.* 3. Card. Millin. *decis.* 280. *num.* 5. & per Farinac. *decis.* 242. facit quod dixi *in §. Compensatio num.* 23. *&* 24. *supra num.* 11. Rot. post Merlin. *de pign. decis.* 51. *num.* 10. *& seqq.* vbi an idem sit in hæredibus, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 315. vbi quod creditores Banchi in ijs, quæ reperiuntur in Banco præferuntur alijs creditoribus extraneis, etiam si illorum creditum fuerit trasportatum in libris alterius rationis absque eorumdem speciali, & valido consensu, cùm alias non inducatur nouatio.

Quan-

Quando creditores non possint agere super omnibus bonis hæreditarijs, sed teneantur agere contra illum hæredem, qui institutus est in bonis, quorum respectu contractum fuit debitum, Franc. Marc. *decis.* 436. Martha *vot. Pis.* 242. dixi *in* §. *Testator num.* 25. & facit *in* §. *Hæres num.* 22.

65 Creditor qualiter possit sequestrare bona forensis in loco contractus, vel vbi sunt ratione hypothecæ, & facto sequestro teneatur agere intra tempus instantiæ aliarum causarum, vbi sequestrum non habet aliam instantiam particularem, illudque iustificare coram iudice competenti, alias sequestrum non noceat, latè Borgn. Cauale. *decis.* 3. *de indit. per tot.* & dixi *in* §. *Sequestrum vbi videas.*

66 Creditores debitoris confiscati debent per veras probationes docere de suo credito, nec confessio debitoris sufficere tanquam suspecta, & an id, quod à fisco exigere non potuerunt possint consequi ab ipso debitore postea effecto soluendo, siue potius remanserit in totum liberatus per confiscationem, Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 54. *&* 55. *& num.* 208. vide *in* §. *Debitor num.* 51. vbi plures allegaui Guaz. *de confisc. bon. concl.* 17. *per tot.*

An autem creditores non contradicentes cridis factis per Fiscum de bonis confiscatis, habeant saltem recursum aduersus bona ex nouo delicto confiscata, idem Peregrin. *d. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 199. *& seqq. per tot.* vbi plura de huiusmodi cridis 20, & quando, siue quos afficiant, vel non, *supra n.* 8.

Quid seruatur Florentiæ, dixi in Pract. §. *Beni*, §. *Creditor*, *& alibi.*

67 Creditores quando possint probare illorum credita per tales cum debitis recontris, vide *in* §. *Caupones num.* 5.

68 Creditor habens facultatem ingrediendi possessionem bonorum debitoris propria auctoritate, licet adiuerit iudicem pro associatione ex vrbanitate absque partis citatione, dicitur sua facultate vsus, & non elegisse viam iudiciariam, & iudex vti priuatus licentiam concessisse, nec ob id vitiatur immissio, & quatenus esset nulla adhuc creditori competeret retentio constito de vero illius credito, Thomat. *decis.* 153. *num.* 23. *& seqq.* dixi *in* §. *Possessio num.* 4. vbi plura, & plures allegaui, *& supra num.* 25. adde Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 2091. 2101. 2104. *&* 2105. vbi quòd est necessaria citatio, vide Rot. *in Romana*, *seu Veliterna restitutionis dotis* 17. *Decembris* 1646. coram Bichio post Merlin. *de pign. decis.* 142. *num.* 6. *& seqq.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 335. vbi quod secus est si elegerit viam iudiciariam, nam tunc censetur renunciasse facultati vendendi propria auctoritate, & venditio facta spreto iudicio inchoato est omninò nulla, ad Rot. *par.* 9. *rec. decis.* 439.

69 Creditor immissus ex primo decreto non efficitur possessor, sed simplex detentor, & ideò non potest expellere debitorem, sed vterque in re permanere debet, nempè debitor vt dominus, & possessor, creditor autem vt detentor, & custos, & fructus præsumuntur percepti à debitore, qui sua possessione non fuit priuatus, nisi ipse probet peruenisse ad creditorem, vel ipsum creditorem post executionem possedisse, & ipsum debitorem fuisse impeditum illos percipere, Negus. *de pign. part.* 3. *memb.* 2. *num.* 6. Rot. *part.* 5. *recent. decis.* 248. *n.* 7. Gregor. *dec.* 50. *n.* 2. Seraphin. *decis.* 1107. *num.* 3. Thomat. *decis.* 174. *n.* 24. *& seqq.* vide *supra n.* 26. *&c.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 37. *per tot.* vbi de effectibus possessionis ex primo decreto, & differentia inter immissum in actione personali, & actione rei.

70 Creditor non potest regulariter vltra sortem aliquid stipulari, vel capere, nec prætextu consuetudinis potest in foro conscientiæ excusari à restitutione; quando autem ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, siue alijs iustis de causis id efficiatur permissum, & cum quibus conditionibus, & alia in materia vsurarum, & interesse, plenè Leotard. *de vsur. quæst.* 3. *& seqq. per totum tractatum*, *vt in repert. verb. Creditor.* & dixi *in* §. *Interesse* §. *Vsura*, *&* §. *Consuetudo*, vbi plura, & plures allegaui.

Et recipiendo fructus ex pignore tenetur eos regulariter in sortem imputare, & quando secus, plenè Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 8. *num.* 979. *& seqq.* dixi *in* §. *Fructus num.* 8. *&c.*

Quòd creditor non possit vti pignore, nisi vsus cedat ad commodum debitoris, vel sit absque vllo detrimento, vel sit solitus gratis concedi, alias committat furtum vsus, vide Gait. *loc. cit. n.* 1070. *& seqq. & n.* 1182. *& seqq.* dixi *in* §. *Furtum sub n.* 3.

Quando autem præsumatur possidere simpliciter iure creditoris, vel iure dominij, vt faciat fructus suos, vide *in* §. *Datio n.* 6. *&* §. *Debitor n.* 61.

Creditor qui contraxit cum procuratore debitoris sui, 71
& sic mediante mandato debitoris, an acquirat hypothecam à die mandati virtute retrotractionis, vel potius tantum à die contractus, vide Bald. *cons.* 198. *vol.* 1. Tusch. *litt. H. concl.* 129. *num.* 14. *&c.* Noguerol. *alleg.* 11. *num.* 100. Io. Bapt. Cost. *de retrotract. cap.* 8. *cas.* 31. *num.* 3. *&c.* qui apertè tenet habere hypothecam à die mandati, & præferri alijs medio tempore, post mandatum, & ante illius executionem contrahentibus cum eodem debitore.

Contrarium tamen, & dictam opinionem esse falsam, & improbabilem, creditoremque habere hypothecam tantùm à die sui contractus, & non à die mandati contrarij respondendo probat, & tuetur Salgad. *Labyrint. credit. par.* 3. *cap.* 30. *per tot.*

Creditor primus, & anterior, licet regulariter non 72
possit auocare, siue reuocare pecuniam posteriori solutam, exceptis aliquibus casibus, vt dixi *supra num.* 36.

Tamen secus est vbi adest concursus creditorum super bonis communis debitoris, & sententia graduatoria, quia tunc, cùm fiat concursus, vt vnusquisque sciat quo gradu exigere valeat, si aliquis illo pendente præmaturè exigat, possunt alij creditores potiores pecuniam solutam repetere, siue extet, siue fuerit consumpta, vel immixta, & hoc modo solutionem, & exactionem præposteram annullare ob dolum, malam fidem, & fraudem administratoris soluentis, & creditoris non seruato ordine recipientis, dirigendo actionem ad libitum, vel contra administratorem, qui ordinem soluendo præposterauit, vel contra posteriorem creditorem, qui illo non attento solutionem recepit, siue pecunia extet, siue non, vt dixi; ita vt dicti creditores anteriores habeant etiam liberum arbitrium, & electionem in auocanda pecunia à quolibet ex posterioribus creditoribus, qui præmaturè exegerunt, nec teneantur incipere ab vltimo, & gradatim ascendere quousque omnes satisfiant; Sententia tamen reuocatoria lata ad fauorem primi creditoris contra secundum, vel tertium, potest retorqueri, & executioni demandari absque alio iudicio, vel processu per ipsum condemnatum contra alios posteriores in gradu sequentes, quibus pariter intempestiuè fuit solutum, quamuis cautius agere possit ad tollendum omnem scrupulum, & dilationis causam ille creditor secundus, qui fuit reuocatoria conuentus à primo, si simul citet tertium, & alios præmaturè solutos, & aduersus eos etiam reuocatoriam intentent, vt pari passu omnes condemnentur, sicuti quotidiè seruari solet, licet non sit necessarium, vt benè hæc omnia explicat, & comprobat Salgad. *Labyrint. credit. part.* 3. *cap.* 14. *per tot. & part.* 1. *cap.* 4. §. 2. *& cap.* 10. ac alibi sæpè, & præcipuè *d. part.* 3. *cap.* 8. *per tot.* vbi etiam an administrator concursus, qui præposterè soluit, & de suo fuit coactus anterioribus creditoribus satisfacere, habeat saltem regressum contra eos, quibus malè soluit ad repetendum, vel tantùm eorum locum, & gradum subintret in concursu, & varijs modis distinguit, ac benè declarat, vide in §. *Administrator n.* 41.

Quòd creditores, qui alibi sententias obtinuerunt contra debitorem pendente concursu, non possint credita seorsim exigere, sed teneantur ad concursum cum alijs venire, & alia, idem Salgad. *d. part.* 1. *cap.* 4. §. 2. *n.* 60. *& seqq.*

Qualiter creditores possidentes pignus, vel aliam rem, siue nomen, etiam in solutum, teneantur instantibus alijs creditoribus anterioribus conferre in concursum, vt sibi, & alijs gradatim satisfiat, & alia, latè idem Salgad. *d. tract. part.* 1. *cap.* 11. *& cap.* 12. *per tot. vide supra n.* 24. *& inf. n. seq.*

Si autem agatur de auocanda pecunia, vel alia re

à Clerico, quis sit iudex competens, vide Sanfelic. *decis.* 2. *n.* 16. *&c. dec,* 144. *n.* 14.

73 Creditor habens pignus si fuerit mercator præfertur in illo pignore alijs creditoribus etiam anterioribus, sic æquitate negotiationis suadente, Scacc. *de Comerc.* §. 2. *glos.* 5. *num.* 438. ac idem esse in omni creditore pignus possidente, per tex. *in l. pupillus ff. qua in fraud. credit.* Cephal. *cons.* 762. *n.* 25. *vol.* 5. Maur. *de retent. n.* 24. Gait. *de credit, c.* 4. *q.* 8. *n.* 1067. *&c.*

Sed de veritate huius conclusionis, vide DD. per me citatos *supra num.* 63. *in* §. *Compensatio num.* 26. *&* §. *Debitor n.* 82. Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 11. *& cap.* 12. *per tot.*

74 Creditor in pignore tenetur de dolo, lata, & leui culpa, imò etiam de leuissima, & casu fortuito si id expressè in se assumpserit, & ideò tenetur de vestibus à tineis, vel muribus corrosis, vel si fuerit in mora restituendi pignus tenetur de leuissima, & casu fortuito, Neguf. *de pign. par.* 7. *membr.* 3. *num.* 4. *concl.* 2. latè Sebast. Medic. *de cas. fortuit. part.* 2. *q.* 10. *n.* 124. *& seqq.* Nauar. *in Manual, cap.* 17. *n.* 203. Scacc. *de comerc.* §. 2. *glos.* 5. *n.* 114. *&c.* Gait. *de credit. cap.* 4. *q.* 10. *n.* 1178. *& seqq.* facit quod dixi *in* §. *Debitor n.* 9. *&* 10. Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de pign. & hypoth. resol.* 3. *&* 4. *per tot.* latè Merlin. *de pign. lib.* 4. *q.* 130. *per tot.*

Habet tamen è contra idem creditor, vel eius hæres actionem pignoratitiam contrariam aduersus debitorem, eiusque hæredem ad repetendum expensas necessarias, & vtiles factas in pignore, vel si sibi esset facta fraus dando vnum pro altero, & huiusmodi, *l. creditor C. de pign. act. l. si necessarias ff. eod. l. si quis in pignore ff. eod.* Neguf. *de pign. part.* 3. *memb.* 3. Gait. *d. cap.* 4. *n.* 1190. *&c.*

75 Creditores plures habentes parem hypothecam, æquale ius habent, & non constito de anterioritate pariter sunt in possessionem bonorum debitoris immittendi; si tamen hypotheca esset contracta in diuersis instrumentis, & temporibus, tunc esset melior conditio possidentis, si constare non possit, cui prius, vel posterius fuerit constituta, Neguf. *de pign. par.* 5. *memb.* 3. *num.* 31. Costa *de port. rata quæst.* 115. *num.* 4. Pacif. de Saluian. *Inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 432. *& seqq.* vbi intelligit nisi adsit aliqua persona, vel causa priuilegiata, & alijs etiam modis declarat, vide *in* §. *Contractus n.* 47. §. *Hypotheca n.* 6. Olea *de cess. iur. tit.* 8. *q.* 3. *n.* 17. *& seqq. per tot.*

76 Creditor existens in quasi possessione exigendi fructus census, debet in illa manuteneri, etiam aduersus quemcumque rei censuatæ tertium possessorem, quia metiri debet ius suum ex persona sua, & non rei conuenti, ac ideò mutatio personæ rei non tollit quasi possessionem actoris, Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 388. & vide in §. *Quasi possessio.*

De creditoribus cupiens alia plura inuestigare, vltra Doctores per me in hoc §. citatos, nè pigeat videre Thoro *Compend. dec. Neap. part.* 1. *s. &* 3. *in verb. Creditor,* & plurimos alios citatos ab Ægid. de Castejon. *in Alphabet. iurid. verb. Creditor à n.* 1. *& seqq. ad* 125. & Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. par.* 4. *eod. verb. fol.* 357. *&c.* Io. Torre *in Indice tract. de success. in Maiorat. & Primogen. Ital. verb. Creditor.*

77 Creditor posterior qualiter possit excludere anteriorem à bonis communis debitoris per exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel si penes se habeat pignus, valdè controuersum, vide Anton. Gob. *cum ab eo citatis Consult.* 94. *per tot.*

Creditor census an teneatur in solutum recipere bona stabilia, & an exindè liberetur fideiussor, dic vt in sequenti consultatione Nati.

Adsit Deus.

Reuerendissimus D. Carolus de Mianis creditor census librarum 700. & nonnullorum fructuum decursorum super bonis Marci de Panninis vocatus per proclamata generalia ad concursum aliorum creditorum, exhibuit instrumentum dicti census, instans graduari pro sorte, & fructibus in loco sibi competenti, sine tamen præiudicio suorum iurium contra fideiussorem pro eodem censu ad eius fauorem tanquam principalem principaliter in solidum, & in causa propria obligatum.

Modò quæritur an possit compelli capere tot bona stabilia pro dicto censu, & fructibus, & ad quid teneatur fideiussor.

Quoad primum resolutiuè procedendo, dicitur, quòd licet regula sit, vt creditor in iudicio particulari, & voluntaria oblatione facta à debitore non possit compelli capere bona in solutum, nisi pluribus concurrentibus relatis per Genitorem meum *in Summa* §. *Debitor num.* 44. tamen secùs est in iudicio vniuersali concursus creditorum, in quo postquam bona debitoris fuerint subhastata, & nullus repertus emptor, vel solum qui infimum pretium offerat in notabile damnum corporis concursus, dantur tunc bona ipsa iusto valore, & pretio taxata in solutum creditori census, & cuilibet alteri pro sorte, & fructibus, vt pluribus citatis concludit Salgad. *Labyrinth. cred. i. par.* 1. *cap.* 22. *n.* 21. *& seqq. per tot.* & conuenit Cenc. *de cens. q.* 105. *num.* 13. *vers. prout quotidie, & seqq. vltima impressionis.*

Quoad secundam partem dubij respectu fideiussoris, resolutiuè pariter procedendo dicitur, quod si creditor census in concursu graduatus verè, realiter, ac cum translatione in eum dominij irreuocabilis acceperit, vt suprà tot de bonis debitoris in solutum, non potest amplius molestare fideiussorem, cùm solutione eius, quod debetur omnis tollatur obligatio per iura notissima.

Sed creditor census habens fideiussorem, licet venerit ad concursum, & fuerit in sententia graduatus, antequam actualem, & effectiuam executionem sententiæ graduatoriæ, & bona ipsa in solutum receperit, & in eorum possessionem realem missus fuerit, non innouatur, nec extingitur obligatio fideiussoris, & ideò potest pœnitere, & via concursus relicta, redire ad fideiussorem pro sua satisfactione, Felician. *de cens. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 6. *& seqq.* Gutierez. *Pract. quæst. lib.* 1. *cap.* 46. *n.* 60. *& seqq.* Cenc. *de cens. d. q.* 108 *num.* 13. *vers. Et quod,* & plenè pro omnibus sufficiens, Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 17. *&* 18. *per tot.*

Quod tantò magis obtinebit in casu prædicto, ex quo D. Carolus venit ad concursum cum protestatione, & reseruatione suorum iurium contra fideiussorem, vt prædixi saluo, &c.

Obsequentissimus

Guidus Antonius Sabelius I. V. D.

§. C V L P A. LIII.

CVlpa generaliter sumpta est quædam deuiatio ab eo, 1
quod bonum est, & quod per diligentiam hominis præcaueri poterat; Diuiditur autem culpa in plures species, nam alia dicitur latissima, quæ idem est cum dolo manifesto, alia latior, quæ idem est cum dolo præsumpto, alia lata, alia leuis, alia leuissima, alia consistens in committendo, alia in omittendo, & alia dolum continens, siue comprehendens, alia à dolo separata, & diuersa, Bart. *in l. quod Nerua ff. depos.* Farinac. *quæst.* 88. *n.* 50. *& seqq.* vbi benè omnes istas culpas declarat Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 46. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 157. *& seqq. fol.* 209. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 93. *per tot.* Sebast. Medic. *de cas. fort. par.* 1. *q.* 10. *per tot.* Tusch. *lit. C. concl.* 1092. *per tot.* P. Stephan. de Neapol. *tract. de restit. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 8. vbi infert neminem teneri ad restitutionem (secluso contractu) ob damnum alteri datum ex culpa leui, vel leuissima, sed tantùm ex lata, vel dolo.

Culpa latissima, & latior quid sit, vide in §. *Dolus* 2
num. .. cùm vt dixi sit idem cum dolo manifesto, vel præsumpto.

Culpa lata, est deuiatio indiscreta, siue incircumspe- 3
cta, ab ea diligentia, quàm communiter omnes eiusdem professionis, & conditionis adhibere solent, *l. lata culpa ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. quod Nerua num.* 17. *ff. depos.* Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 46. *num.* 9. *&c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *n.* 161. *fol.* 209. Farinac. *loc. sup. cit.*

Lata

Lata culpa in contractibus æquiparatur dolo, ſecus autem in delictis, Pract. Papp. *for. inquiſ. gloſ. Appenſate numer.5.&c.cum Addit.* Bart. *in d. l. quod Nerua ff. depoſ.* Farinac. *quæſt.87. num.14.& ſeqq.* Pac. Iordan. *loc.cit. num. 149.& ſeqq.*

Quòd lata culpa in pœnis pecuniarijs æquiparetur dolo, Magon. *deciſ. Flor.120. numer.19.* Ioſeph. Feliu. *in Margarit.var. concluſ. verb. culpa*, vbi quòd ſecus eſt quo ad pœnas corporales.

Lata culpa in delictis punitur mitiùs, quam dolus; leuis, vel leuiſſima non punitur, vbi non adeſt accuſator, & in omnem caſum mitiùs quam lata, vide Farinac. *d. q.87. Inſpect.2.per tot.* Pac. Iordan. *loc.ſup.cit.n.171.& 172.fol.210.* & dixi *in §. Dolus n....*

4 Culpa leuis, dicitur deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam homines diligentes eiuſdem profeſſionis adhibere ſolent in rebus ſuis.

Leuiſſima autem dicitur deuiatio incircumſpecta ab ea diligentia, quam homines diligentiores, & diligentiſſimi eiuſdem profeſſionis, & conditionis adhibere ſolent, vt latè explicant Bart. Farinac. & Iordan. *in loc. ſup. cit.*

5 Culpa lata, eſt non inueſtigare quod alij perquirere ſolent, ſimiliter culpa reputatur ſe immiſcere rei ad ſe non ſpectanti; Culpa autem carere dicitur qui ſcit, ſed prohibere nequit, vel qui omittit facere actum fruſtratorium, vel dubium, an pro futurum, vel non, qui omittit id, ad quod non tenetur, vt probat Pac. Iordan. *vbi ſupra num. 173.& ſeqq. fol.210.*

Qualiter autem prædictæ culpæ ſpecies veniant præſtandæ in contractibus, vide Bart. *in l. quod Nerua numer. 30. & ſeqq. ff. depoſ.* Syluestr. *in Verb. Reſtitutio numer. 12.* P. Steph. de Neapol. *tract. de reſtitut. lib.1. cap.1. numer.8.* & alibi ſæpè, vbi plures allegat, & dixi ego in locis opportunis de ſingulo contractu, plenè videndus Aluar. Pegaſ. *reſolut. for. cap.3. per tot.* vbi an, & quando obliget, vel non in omnibus contractibus, & negotijs.

6 Culpa quando non eſt ordinata ad caſum, de quo agitur, non eſt conſiderabilis nec ad pœnam, nec ad commodum, *l. non omne ff. de ſtat. lib.* Menoch. *de arbit. caſ. 182. numer. 59. &c. & caſ. 449. numer. 13.* facit quod dixi *in §. Intereſſe numer.35.& §. Damnum numer.4.* Rot. *part.12.recent. deciſ.26. numer.3.* Sebaſt. Medic. *de caſ. fort. part.1. quæſt.16. numer.46.* Rot. *part.13. recent. deciſ.161. numer.21.* vbi etiam quòd requiritur certa, & concludens probatio, nec ſufficit ex coniecturis, & præſumptionibus elicita.

Quòd culpa, licet non ordinata ad caſum officiat aſſecuratis, quando Nauarcus illam committens erat ipſe dominus mercium aſſecuratarum, alias ſecus, Odd. *conſ.31.* Rot. *part.16.recent. deciſ.420. n.21.* vide *in §. Delinquens num.22. in addit.*

Quando autem culpa dicatur ordinata ad caſum, vide Altograd. *conſ.45. numer. 18. lib.2.* vbi quòd tunc dicitur ordinata ad caſum, quando ex ea caſus contingere poteſt.

Quòd vbi damnum datum eſt dolo, intret obligatio reſtitutionis in foro animæ, & idem eſt de lata culpa, ſecus autem ſi culpa leui, vel leuiſſima datum ſit, probat Vaſquez *de ſucceſſ. §.28. numer.28. verſ. illud dubium eſt.*

7 Culpæ appellatione, venit culpa leuis, non autem lata, nec leuiſſima, Alciat. *in l. culpæ latæ numer.2.ff. de verb. ſignificat.* Curt. iun. *conſ.19. numer.6.* Menoch. *lib.5. præſumpt.3. numer.136.* Barboſ. *de appellat. verb. ſignificat. appellat.64. numer.1.* vbi tamen, quòd hoc intelligi debet iuxta ſubiectam materiam, quia vbi illa ſuaderet, venit etiam dolus, & lata culpa, ſicuti quando lex, vel ſtatutum vult aliquem teneri de culpa, quia multò magis tenetur etiam de dolo, vide Farinac. *quæſt.88. num.91. & ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.13. numer.178. & ſeqq. fol.210.*

Quòd culpa non poſſit imputari ei, qui facit rem licitam pro vitando damno, Crauet. *conſ.8. num.21.* Thomat. *deciſ.93. num.29.*

8 Culpa tam omiſſionis, quàm commiſſionis regulariter non præſumitur, ſed alleganda, & probanda eſt in ſpecie, niſi eſſemus in his, quæ non ſolent contingere ſine culpa, vt incendium, furtum, & ſimilia, vel niſi ex qualitate facti culpa præſumatur, vel ſimus in eo, qui ratione officij tenetur ad cuſtodiam, vide Maſcard. *de probat. tom.1. concluſ.467.* Farinac. *quæſt.89. numer.10. &c.* Menoch. *lib.5. præſumpt.3. numer.218.* cum alijs per Pac. Iordan. *d. lib.14. tit.13. numer.55. & ſeqq. fol.204.* dixi in §. *Animalia num.....* & §. *Dolus num....* Tuſch. *litt. C. concluſ.1093. per tot.* Thomat. *deciſ.93. num.2. & ſeqq.*

Culpa vnius non debet alteri obeſſe, *cap. non debet de reg. iur. in 6.* Bellamer. *deciſ.694. n.5. de confeſſ. procur.* Michael. de Accolt. *conſ.94. n.15.& 16. inter conſilia Diuerſ. de vltim. volunt.* per Zilett. *vol.1.* 9

Culpa, ſiue omiſſio commiſſa per patrem, vel alium primum acquirentem, ſiue etiam per vnum ex pluribus hæredibus in non ſoluendo canonem regulariter præiudicat alijs, itaut omnes cadant à iure ſuo, niſi fuerit facta diuiſio de conſenſu domini, vel niſi vnus ceſſauerit in fraudem aliorum, & ad illorum excluſionem, vel quando alijs nihil imputari poteſt, vt latè declarat Corbul. *de emphyt. tit. de priuat. ob non ſolut. canon. ampliat.7.& 8. per tot.* dixi in §. *Emphyteuſis num.11. num.50. & §. Hæres numer.15.* vbi vide plura, & alios citatos de hac materia. 10

Culpa, ſiue negligentia viri in non exigendo, vel inueſtiendo dotem, mulieri præiudicare non debet, quando dos fuit ab alio quàm ab ipſa muliere promiſſa, ac etiam ſi eſſet à patre promiſſa, ſed quomodocumque vir, vel eius hæredes tenentur dotem licèt non exactam reſtituere, *l. ſi extraneus 33. cum ibi not. ff. de iur. dot. l. ob res ff. de pact. dot.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.6. gloſ.1. part.2. numer.77.* Cyriac. *controu.110. numer.5.* Rot. *in Romana dotis 31. Ianuarij 1652.* coram Bichio poſt Salgad. *Labyrint. credit. deciſ.3. num.14. & ſeqq.* dixi *in §. Mulier numer.11.& 12.* vbi plura, & alios allegaui. 11

Culpa, vel dolus vnius, an, & quando compenſetur cum culpa, vel dolo alterius, dixi in §. *Compenſatio num.29.* 12

Alia plura de culpa, eius effectibus, & obligatione remiſſiuè Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Culpa*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliotb. leg. part.4. eod. verb. fol.364.* 13

Culpa an, & quando conſiderari poſſit in eo, qui mercede conuenta ſuſcipit rem aliquam vehendam de loco ad locum, vt teneatur ad damnum contingens in itinere, latè Cyriac. *controu.166. per tot.* & dixi plures allegando in §. *Locatio n.10.& 11. cum addit.* 14

Culpæ mutuæ, an, & quomodo compenſatione tollantur, vel extinguantur, an culpoſus poſſit opponere, vel excipere de culpa alterius, quid ſi vnus agat de lucro captando, alter verò de damno vitando, aliaque plura in terminis euictionis ſequutæ ex culpa poſſeſſoris, vel eius anteceſſoris, plenè Cyriac. *controu.191. per tot. & 197. per tot.* facit quod dixi in §. *Compenſatio num.29. cum addit.* 15

Alia de diuerſis culpis, & earum effectibus, idem Cyriac. *in diuerſis locis, vt Indice verb. Culpa.*

§. CVMVLATIO. LIV.

CVmulatio actionis criminalis, & ciuilis qualiter admittatur, & quomodo vna intentata poſſit alia intentari, & qualiter alteri per alteram derogetur, Clar. *§. fin. quæſt.2. per tot.* Pract. Papp. *for. libel. act. real. gloſ. Saluo iure numer.10. vbi Addit. & act. hypoth. gloſ.1.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.935. numer.28.* Farinac. *quæſt. 100. numer.120. & ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.9. numer.16. & ſeqq. fol.160.* vbi plura de cumulatione diuerſarum actionum, an, & quando ſit permiſſa, vel non, Tuſch. *litt. C. concluſ.1096.* Paul. Chriſtin. *deciſ. 154. vol.2.* vbi etiam de cumulatione aliarum actionum, Ricc. *Collect.636.935.2101.& 2449.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.114.* latè Sanfelic. *deciſ.72. per tot.* Viui. *comm. opin.173.* 1

Cumulatio remedij adipiſcendæ, & recuperandæ quando, & quomodo admittatur, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.173. numer.16. &c.* Pacif. de Saluian. *Inſpect.1, cap.3.* 2

cap.3. numer.51. & seqq. per tot. Menoch. de adipisc. poss. remed.4. numer.510. & seqq.

3 Cumulatio petitorij cum possessorio qualiter in spolio non admittatur etiam stante clausula, arbitrio &c, Cavaler. decis.507. per tot. Merlin. decis.57. per tot.

Quando admittatur cumulatio petitorij, & possessorij, Card. Millin. decis.258. n.4. Thomat. decis.40. n.40. vbi quòd admittitur parte non opponente.

Item quando per superuenientiam noui tituli sine alia declaratione cumuletur noua causa possidendi, idem Millin. decis.431. num.3. & 4. dixi in §. Possessio n.23. & §. Vxor num.38.

4 Cumulatio causarum qualiter fiat stante indiuiduitate iudicij, ad quem iudicem spectet illas omnes cognoscere, quòd regulariter ad primum, qui præoccupauit, & præuenit, idem quo ad notarios, vt illi, qui primam habuit sint aliæ cumulandæ, & alia plura de regulis obseruandis in cumulatione plurium causarum ad vnum iudicem, vel Notarium, ne quis aliàs indebitè à pluribus, & in diuersis tribunalibus, vel à pluribus iudicibus, & Notarijs, etiam in eodem Tribunali vexetur, Salgad. Labyrint. credit. part.1. cap.2. numer.3. cap.4. numer.6. & seqq. & numer.37. & seqq. facit Sanfelic. decis.72. num.37. & seqq. per tot.

5 De cumulatione actionum, & remediorum diuersorum an, & quando sit permissa, vel non, Laurent. Vrsel. concl.35. per tot. Capyc. Latr. decis.101. lib.1. & alij relati à Com. August. Fontan. in Biblioth. leg. part.4. verb. Cumulatio fol.365. Christophor. de Pau. tract. de tenuta cap.70. vide in §. Calumnia n.7.

6 Cumulatio pœnarum, vel summarum resultantium ex eodem delicto, vel ex eadem actione, siue petitione est facienda ad fauorem Iudicis maiorem iurisdictionem habentis cum peremptione iurisdictionis inferioris Iudicis, qui potest cognoscere tantùm causas vsque ad certam summam limitatam, & ab indè supra alter Iudex superior, maximè si versetur fauor in dicta cumulatione, vt latè explicat Cyriac. contron.66. per tot. vide in §. Iudex num.13. cum addit.

7 Cumulatio petitorij cum possessorio qualiter admittatur, vbi causa coram supremo Iudice, vel sola facti veritate inspecta cognoscitur, vel cùm de proprietate ita constat, vt reddatur calumniosa suspensio, vel cùm de consensu partium fuerunt factæ probationes super vtroque, & sententia tunc habet executionem solum in petitorio, Cyriac. contr. 642. num.5. & seqq.

§. CVRATOR. LV.

1 Curator datur vigore statuti, vt interueniat in contractu minoris, vel mulieris, tenetur iurare contractum esse illis fauorabilem, nec posse eisdem nocumentum afferre, & in casu læsionis, eius bona remanet obligata, sicuti de quodam Doctore, qui tamquam curator fuit coactus soluere scuta ducenta, refert Pic. ad Stat. Vrb. glos.20. num.25. Buratt. decis.120. num.4. decis.924. numer.12. Gregor. decis.333. numer.6. Rot. part.14. recent. decis.378. numer.8. vbi quòd ex defectu dicti iuramenti annullatur contractus.

Et quòd de iure non possit talis Curator in eodem instanti, vel breui tempore auctoritatem præstare, sed omnia debeat prius diligenter examinare, licèt contrarium seruetur de consuetudine, vide latè Surd. decis.334. per tot. lib.2. facit quod dixi in §. Decretum n....

Quòd non possit dari curator ad contractum minori alium tutorem, vel curatorem habenti, nisi illo remoto, per text. in l. curatorem C. qui dar. tut. vel curat. Rot. in Perusina donationis 21. Iunij 1613. coram Caualerio post Pacif. de Saluian. decis.120. n.5. &c.

2 Curator præsens, & tacens non dicitur præstare auctoritatem, sed requiritur loquela prout idem est in tutore, vnde muti huiusmodi officijs fungi non possunt, & debet illam præstare in ipso actu, nec sufficeret ante, vel post interuenisse, cùm requiratur pro integranda persona contrahentium, secus si consensus, vel auctoritas requireretur propter interesse illius, qui debet consentire, nam tunc ante, & post præstari posset, Gratian. discept. forens. cap. 647. n.3. & seqq.

Curator non potest dari in testamento, & datus debet à iudice confirmari, tam de iure ciuili, quàm canonico ad petitionem ipsius minoris, aliàs omnia per eum gesta, sunt ipso iure nulla, ita volente ipso minore, nisi esset datus furioso, prodigo, vel mentecapto, quia tunc valeret datio, Gratian. discept. forens. cap.225. per tot. & cap.282. per tot. vbi sustinet confirmationem curatoris factam præsente minore, licèt non appareat de illius petitione, & instantia, facit Montan. de tut. cap.8. numer.20. cap.29. numer.13. & seqq. & cap.37. reg.1. numer. 86. &c. Rot. part.1. recent. decis.470. numer.2. &c. & in alia causa post Salgad. Labyrint. credit. decis.33. numer.10. Ludouis. decis.260. numer.8. & 9. vbi etiam numer.10. quòd in hoc non attenditur communis error, & reputatio ad effectum conualidandi actus gestos falso curatore, vide in §. Pater num.... Capell. Tholos. quæst.270. vbi quòd ideò si non administrauit non tenetur de negligentia ante confirmationem, & tantò minus si sit datus in testamento non solemni, Sanfelic. decis.207. vbi etiam an sit confirmandus potiùs à patre datus, vel ab adulto petitus, & resoluit præferendum esse nominatum ab ipso adulto, qui si curatorem petere recusauerit, potest per iudicem tunc confirmari datus à patre. 3

Curator datus in testamento si administrauerit, potest conueniri actione negotiorum gestorum, non autem pro tutelæ, vel procuræ, & quid hoc importet, Gratian. discept. forens. cap.335. per tot. Montan. de tut. c.29. n.34. in fine, Soccin. iun. cons.79. lib.2. Guttier. de tut. cap. 12. n.6. Sanfelic. decis.207. n.3. 4

Curatores in paucissimis differunt à tutoribus, & in dispositione legis, quicquid sit in dispositione hominis vnus venit appellatione alterius, vnde statutum de vno loquens, in altero etiam verificatur, Montan. de tut. cap.29. numer.1. &c. vbi nonnullas tamen adducit differentias. 5

Quòd multoties curator accipiatur pro tutore, & è contra, Gratian. discept. forens. cap.830. n.1. &c. benè Rot. p.14. recent. decis.473. n.11. & seqq.

Curator tenetur conficere inuentarium, & quomodo, aliàs patitur iuramentum in litem, & quando possit excusari, vide latè Montan. de tut. cap.32. reg.5. & reg.6. per tot. 6

Ad quæ teneatur tutor, & quid possit, Tusch. litt. C. concl. 1106. & seqq.

Item est illi decernenda administratio à iudice, debet iurare vtilia facere, & inutilia prætermittere, satisdare, & suis loco, & tempore rationem reddere cum reliquorum restitutione, Magon. decis. Flor.139. n.6. &c. Montan. d. cap.32. reg.7. per tot.

Datus tamen ad vnicum actum non astringitur ad solemnitates, Rot. p.14. recent. decis.473. vbi plura ad sustinendum contractum.

Curatores non dantur inuiti, sed voluntarij sunt quærendi, nisi ex necessitate, vel magna commoditate, vel nisi essemus in curatore dando pupillis, prodigis, vel furiosis ad integrandam illorum personam, vel in curatore ad lites, vt latè declarat Montan. de tut. cap.29. num.20. & seqq. Paul. Christin. decis.148. n.12. &c. vol.3. Mastril. decis. 174. per tot. 7

Non etiam dantur inuitis minoribus, sed illis volentibus, præterquam Regibus, & Principibus, ac omnibus alijs iurisdictionem habentibus, quibus etiam inuitis ob publicam vtilitatem dantur curatores, Montan. de tut. cap.28. num.87. & cap.29. numer.16. Gratian. discept. forens. cap.225. numer.5. & seqq. & cap.914. numer.22. Christin. d. decis.148. numer.12. &c. vol.3. Thomat. decis.85. numer.12. vbi simpliciter quòd non datur inuitis, iuxta text. in §.1. Instit. de Curat.

Et regulariter durant vsque ad 25. annum completum minoris, Montan. de tut. cap.37. reg.2. num.1. &c. ad 98. Tusch. litt. C. concl.1112. per tot.

Quòd etiam inuitis minoribus debeat dari curator ad litem, ita vt si ipsi fuerint contumaces sibi curatorem eligendo, teneatur iudex ex officio prouidere, ne fiant acta nulla, §. item inuiti Institut. de curat. Boer. decis. 92. Giurb. plures allegans, & latè comprobans decis.109. per tot.

Curatores dantur Ecclesiæ vacanti, item bonis debitoris distrahendis quando est persona egregia, item 8

bonis

bonis illius, qui bonis ceſſit, vt rectè, & æquè diſtrahantur inter creditores, item pupillis ad lites, item bonis abſentium, vel vagabundorum, quorum mors ignoratur, niſi procuratores dimiſerint, vel niſi agatur de latitantibus ſua culpa, item Regibus, Ducibus, Comitibus, & Baronibus ſi ex accidenti fiant inhabiles, non tamen dantur cæcis, cùm ipſi etiam aliorum tutores remaneant, vide Montan. *de tut. cap.*28. *numer.*66. *& ſeqq. per tot.* Salgad. *Labyrint. credit. part.*1.*cap.*2.*§. vnic. cap.*13.*per tot.* ac alibi ſæpè vt in *Repert. verb. Curator*, vbi plura de curatore, vel adminiſtratore dando bonis, de quibus debet fieri concurſus inter creditores, & de eius officio, & poteſtate.

Qualiter, & quomodo dentur bonis abſentium, & vagabundorum, & quæ tunc requirantur, vide Menoch. *de arbit. caſ.*150. *numer.*15. *& ſeqq. per tot.* Ricc. *Collect.* 2757. Et in hac cura præferuntur illi, qui & in ſuccedendo eſſent præferendi, excepta matre, & auia, quæ licet eſſet à ſucceſſione excluſa, non tamen intelligitur excluſa à tutela, & cura filij, cùm illam habeat ob fiduciam, non ob ſucceſſionis commodum, niſi expreſsè excludatur etiam à tutela, idem Menoch. *d. caſ.*150. *num.*32. *& ſeqq. per tot.* vide §. *Tutela n....*

Quando poſſit curator bonis dari, vel non, & quæ requirantur, latè Tuſch. *litt. C. concl.*1104.*per tot.*

9 Curator debet dari hæreditati iacenti dum hæredes deliberant circa addictionem, alias proceſſus contra illam factus eſſet nullus, etiam ſi extaret filius propter beneficium abſtinendi, & hoc ex officio iudicis cum decreto adminiſtrationem decernentis, qui quidem curator poteſt mouere actiones, diſtrahere peritura, compromittere vigore ſtatuti, & omnia alia neceſſaria expedire; Non erit tamen opus curatore quando de proximo ſperatur ſucceſſor, cui datur terminus ad adeundum, vel repudiandum, nec quando agitur de re modici præiudicij, & quando agitur de ſatisfaciendo creditoribus, non datur, niſi prius nominatim citatis illis, quorum intereſt, & prima cauſa ſucceſſionis tangit, Montan. *de tut. cap.*28. *numer.*56. *& ſeqq. ad* 66. Menoch. *de arbitr. caſ.*150. *per tot.* Galuan. *conſ.*45.*per tot.* vide *in* §. *Hæreditas num....* Ridolphin. *in Prax. part.*1.*cap.*5. *numer.*46. *& ſeqq. per tot.* vbi quibus alijs dari debeat curator ad lites, & alia de hac materia Salgad. *Labyrint. credit. part.*3.*cap. vlt. numer.*71. *& ſeqq. & part.*1. *cap.*32.*per tot.* Rot. *part.*14. *recent. deciſ.*227. vbi quòd non poteſt hæreditas dici iacens, ſi adſit hæres, qui ideò debet citari, & non curator nulliter datus, alias iudicium, & mandatum eſt nullum.

Quinque requiſita ſeruanda in huiuſmodi datione curatoris hæreditatis iacentis, nempè vt detur ad inſtantiam maioris partis creditorum, citentur nominatim illi, quorum eſt prima cauſa ſuccedendi, ſtatuatur tempus ad deliberandum, fiat inuentarium, & præſtetur ſatiſdatio, vide per Cæpyc. *deciſ.*87. *numer.*1. *& ſeqq.* quem ſequitur Caualer. *deciſ.*414. *numer.*4. latè Tuſch. *litt. C. concluſ.*1106. vbi à quo dari debeat, & quid poſſit, Ridolphin. *loc. cit. numer.*48. *& ſeqq. infr. num.*13. *verſ. Quod licet*, Rot. poſt Merlin. *de pign. deciſ.*85. *num.* 2. *&c.*

Quòd poſſit dari etiam dum diſputatur an hæreditas ſit iacens, vel non, vt vndequaque iudicium reddatur validum, Merlin. *deciſ.*668.

Quòd curator datus hæreditati iacenti poſſit facere compromiſſum neceſſarium vigore ſtatuti, non autem voluntarium, Dec. *conſ.*12. Ang. *conſ.*192. Benintend. *deciſ. Bonon.*21.*n.*5.*&* 12.

Item poteſt præſentare ad beneficia vacantia de iurepatronatu hæreditatis, Viuian. *de iurepatron. lib.*4. *cap.*5.*numer.*6.*lib.*12.*cap.*9.*numer.*44. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.*3.*c.*12. *numer.*230. Salgad. *Labyrint. credit. part.*1.*cap.*14. *numer.*91. Romaguer. in Addit. ad Conciol. *ſtat. Eugub. lib.*2.*rub.*35. *numer.*29. vbi etiam *numer.*15.*& ſeqq.* alia traduntur de obligatione, & poteſtate dicti curatoris, & qualiter differat à curatore bonorum.

10 Curator hæreditatis iacentis habet hypothecam pro ſuo ſalario cum prælatione quoad omnes alios creditores hæreditatis licet anteriores, Mart. Medic. *deciſ.*19.*per tot.* Merlin. *de pign. lib.*3.4.5. *n.*30.

11 Curator an poſſit dari minori ad auctorandum in donatione per eum fienda, vide in §. *Minor num.*21. vbi quòd non, & probat Rot. poſt Pacif. de Saluian. *deciſ.*120.*n.*6.*&c.* quæ eſt coram Caualerio 21. *Iunij* 1613. *in Peruſina donationis inf. num.*26.

Poſſe tamen ad hunc effectum donandi etiam inter viuos, conſtitui mulieribus videtur præſupponere, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*657. *n.*12.*&c.*

Curator ad lites debet dari pupillo citatis prius omnibus 12
conſanguineis, & amicis, quibus nolentibus huiuſmodi munus ſuſcipere, iudex prouidet ex officio, Gratian. *diſcept.*225. *numer.*28. *&c. & cap.*668. *numer.*26 Montan. *de tut. cap.*17. *numer.*1. *& numer.*9. vide *in* §. *Minor numer.*1. *&* §. *Pupillus numer.*16. Paul. Chriſtin. *deciſ.*158. *vol.*3. *& ad leg. Municip. tit.*19. *art.*25. Ricc. *Collect.*843. 2314. Rot. *part.*9. *recent. deciſ.*248. *numer.*13. *& part.*11. *deciſ.*50. *numer.*2. *&c. deciſ.*159. *numer.*12. *&c. part.*12. *deciſ.*51. *numer.*7. *& ſeqq. & deciſ.*175. *numer.*21. *& ſeqq.* Giurb. *deciſ.*109. *per tot.* vbi quo ad lites datur etiam inuitis, Rot. *p.*13. *deciſ.*192.

Plura de curatore minori dando ad lites cuius expenſis ſit dandus, & alia, Fontanel. *deciſ.*273.275.*&* 276. vbi etiam an dicto curatori debeatur ſalarium.

Curator ad lites, prout nec tutor, vel actor, non poteſt 13
inter abſentes per epiſtolam conſtitui, cùm requiratur decretum iudicis, quod non debet ſtare in pendenti, & cùm tales curatores, & tutores teneantur ſe obligare ad multa, quod facere non poſſunt niſi ſint præſentes, Genu. *de ſcript. priuat. lib.*3. *quæſt.*16. *per tot. fol.*136. Capell. Tholoſ. *q.*247. vbi qualiter teneantur bona ſua obligare, ſatiſdare, vtilia facere, inutilia prætermittere, & indefenſum non relinquere ad inſtar tutoris.

Quòd licet de iure tales curatores ad lites teneantur ſatiſdare, tamen ſecus ſit de ſtylo ſeruari ſolito in omnibus Curijs, & Parlamentis, ſecundum quem admittuntur ſine dicta cautione, vide Gratian. *deciſ.*75. *per tot.* Buratt. *deciſ.*524.*n.*10. Ridolphin. *in Prax. part.*1.*cap.*5.*n.*55. vbi de ſtylo Rotæ Romanæ.

Curator datur ventri viduæ prægnantis, vt illi ci- 14
bum, potum, veſtitum, & tectum pro facultatibus, & dignitate ex defuncti bonis tribuat, Montan. *de tut. cap.*27. *num.*13. *& cap.*29. *num.*11. vide *in* §. *Mater num....* *&* §. *Præteritio numer....* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.*182. *per tot.*

Curator datur omnibus illis, qui ſuis rebus ſupereſſe 15
nequeunt, vt captiuis, mutis, ſurdis, ac furioſis licet maioribus 25. annis, ſiue ſint perpetuò furioſi, ſiue ad tempus, id tamen fieri debet cum plena cauſæ cognitione, & non procedit quando furioſus habet patrem, filios, vel agnatos, ad quos illius cura ſpectat, & tenentur de eius delictis ſi negligenter cuſtodiat, Montan. *de tut. cap.* 28. *numer.*1. *& ſeqq. ad* 25. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 476. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.*4. *tit.*2. *qu.*13. vide *in* §. *Furioſus n.*8.

Rectè tamen datur etiam habenti patrem, ſed fugitiuum, Coccin. *deciſ.*378.*n.*8. vbi agitur de recuperandis bonis per patrem alienatis.

Datur etiam mentecaptis, & qualiter conſtare debeat de furore, & potius credatur teſtibus deponentibus de ſana mente, quam de furore, Rot. penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. Legal. tom.*2. *deciſ.*30. *per tot.* Boer. *deciſ.* 23. *numer.*35.79.98.*&c.* vbi quòd furioſo datur à lege, prodigo autem à iudice, & cui eſt datus à lege, dari non oportet, an datio curatoris impediat teſtamenti factionem, & alia.

Item datur ſeni deliro, Montan. *de tut. c.*28. *n.*25.

An autem filio familias litiganti, vide in §. *Filius n...*

Item ad inſtar furioſi datur prodigo etiam non petenti, debet tamen citari, niſi eſſet notoriè prodigus, & valet datio, ac interdictio adminiſtrationis etiam ſi non eſſet verè prodigus, donec per appellationem fuerit reuocata, Montan. *de tut. d. cap.*28. *numer.*26. *& ſeqq. ad* 49. Caualer. *deciſ.*273. *per tot.* vide in §. *Prodigus num....*

Item datur aſſiduo luſori, ac mulieri prodigè, & luxurioſè viuenti, quod ſecundum aliquos extenditur etiam ad virum pariter luxurioſum, licet contrarium ſit verius, niſi ſit etiam prodigus, ita vt mulier luxurioſa poſſit etiam à fiſco ſpoliari donis datis ab amaſio, vide Montan. *d. cap.*28. *numer.*49. & quæ dixi in §. *Meretrix num....*

Qui-

Quibus dari possit curator, vel non, latè Tusch. *lit. C. conclus.* 1103. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 173. *per tot. vol.* 3. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 273. *&* 476. *per tot.*

Quòd datus prodigo, sicut interdictio illi facta, vbique locum obtineat etiam extra territorium, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 18. *numer.* 15. vide *in §. Prodigus num....*

16 Curator non tenetur de gestis à tutore, nec è contra, vt dixi in §. *Tutor numer.....* nisi nomina assignata agnouerit, & assumpserit, vide Montan. *de tut. cap.* 39. *num.* 262. *&c.*

Qualiter plures curatores dati nulla facta diuisione teneantur in solidum, maximè si omnes administrauerint, Tusch. *lit. C. conclus.* 1111. *per tot.* Coccin. *decis.* 378. *n.* 7. vide *in §. Tutela.*

17 Curator quem esse, quomodo ex cursu temporis præsumi possit, vide latè Sord. *decis.* 231. *per tot.*

18 Curatores, tutores, & similes, non possunt esse testes in causa minoris, vel pupilli, vt latè declarat Farinac. *quæst.* 60. *illat.* 8. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *numer.* 561. *fol.* 333. vide *in §. Testis numer.....* *&* §. *Tutor num.....*

Plura de Curatoribus latè, sed confusè, vide per Balthas. Thomas. in suo vberrimo *tract. de tut. & curat. per tot.* & præcipuè *Deca.* 4. *tract.* 1. *fol. mihi* 1120. *& seqq.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 473. *de curat. in gen. &c.*

19 Curatores, & tutores qualiter post litem contestatam tamquam domini lites effecti, possint etiam inuito aduersario procuratorem in causa constituere, vide Beninsend. *decis. Bonon.* 80. *per tot.* & dixi in §. *Tutela numer.* 41. vbi plura.

An autem, & quando possint cogi, vel non, ad respondendum positionibus, & respondendo de facto an præiudicent pupillis, & alia ad hoc propositum, Michalor. *tract. de posit. cap.* 68. *per tot.*

20 Curator non potest hæres institui à suo pupillo, vel adulto, quicquid sit in legatis, quorum cessante dolo est capax curator, Castr. *cons.* 231. *vol.* 2. Caualcan. *de tut. & curat. numer.* 79. Montao. *eod. tract. cap.* 30. *numer.* 79. *&* 80. Duen. *reg.* 31. *verb. Administrator. ampliat.* 6. Peregrin. *de iur. fisc. tit.* 6. *numer.* 12. Martha *vot. Pis.* 198. *num.* 3. *& seqq.*

21 Curator, tutor, vel procurator alienans, vel aliter contrahens, an & quando obligetur in proprio de euictione, vel tantùm nomine officij, vide latè Mangil. *de euict. quæst.* 186. 187. *&* 188. *per tot.* dixi plures allegando in §. *Tutela num.* 27.

22 Curator deputatus minori ad certam causam in vno loco veluti in prima instantia agitatam, tenetur comparere, & illum defendere etiam in alio loco, & coram alio iudice, veluti appellationis, quando causa est eadem, secus autem si causa esset diuersa, Menoch. *cons.* 790. *num.* 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 225. *numer.* 68. Put. *decis.* 197. *lib.* 2. Rot. *part.* 1. *recent. decis.* 674. *num.* 6. & post Merlin. *de pign. decis.* 104. *num.* 2. *&c.*

23 Curator datus à iudice tam in iudicio, quàm extra, potest ea omnia facere, quæ potest tutor, cùm ista nomina sæpè inuicem confundantur, maximè stante clausula, *omni meliori modo*; potest etiam dari vterque ad vnicum actum (licet quo ad tutorem contrarium sit de iure, sed sustinetur de consuetudine) & sic datus non tenetur solemnia adimplere, sed si videat bona (etiam infantis) esse peritura, vel imminere grande æs alienum, nec aliquem adesse tutorem, potest si fuerit à iudice deputatus de consilio coniunctorum prouidere, & sustinetur contractus, nam gesta etiam à tutore, vel curatore minus legitimè constituto, sæpè approbantur, ne bona fide cum illis contrahentes decipiantur, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 89. *numer.* 9. cum alijs pluribus relatis per Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 473. *per tot.* vide in §. *Alienatio numer.* 23. Rot. *part.* 15. *recent. decis.* 107. *& decis.* 213. *in eadem causa*, vbi fuit confirmata prima decisio, & resolutum huiusmodi curatores ad certum actum deputatos non teneri satisdare, maximè de consuetudine, & posse dari etiam vbi adest tutor generalis, stante illius absentia, ac alijs circumstantijs, ex quibus sustinetur contractus.

Sed pro nullitate deputationis dicti curatoris, & contractus ab eo gesti non seruatis prius de iure seruandis, & non probata dicta consuetudine in indiuiduo præscripta, in contradictorio iudicio obtenta, & per nullum actum contrarium interrupta, latè Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 206. *num.* 10. *& seqq. per tot.*

Curatores qui propriè sint, & vnde dicantur; quot 24
sint illorum species, quibus dentur, qui, & à quibus dari possint; quando, quomodo, & in quo loco dari debeant; quæ facere, & adimplere teneantur; qui possint, vel debeant petere, & facere constituere curatores; quam auctoritatem habeant ipsi curatores, an possint facere compromissum tam necessarium vigore statuti, quam voluntarium, & alia huiusmodi circa bona administrata, vel personas, quarum curam gerunt; an possint præiudicare minori per eorum confessiones tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & de consuetudine; & an ipsi minores per se confitendo sine eorum auctoritate sibi præiudicent maximè in criminalibus, & quando curatores possint se excusare ab hoc munere, vel non, & an possint vti suspecti remoueri, & ex eisdem causis sicut tutores; quousque curatorum officium duret, & finiat; qualiter finita cura teneantur rationem reddere, & reliqua restituere actione mandati, vel in factum, quid si fuerint inutiliter testamento dati; regulariter tenentur tantùm de dolo, & lata culpa, non leui, & tantò minus de leuissima, & casu fortuito; si sint plures curatores an agant, vel conueniantur in solidum, & alia de hac materia plenè Balthas. Thomas. *in tract. de tut. & curat. Deca.* 4. *per tot. fol. mihi* 1120. *& seqq. ad* 1165.

Curatores, & tutores non possunt per constitutum 25
transferre possessionem rerum ab ipsis administratarum; nisi alienarent seruatis de iure seruandis, & in casibus permissis, quia tunc possent tradere, & transferre possessionem, etiam mediante constituto, vt benè explicat Tiraquel. *tract. de Constitut. lim.* 15. *&* 16. vbi idem in similibus administratoribus, & sequitur Hieron. Marilian. *in repert. l. quoties C. de rei vendic. numer.* 92. *& seqq.* habetur post eiusdem decisiones *fol. mihi* 21. vide in §. *Constitutum.*

Curatores, tutores, cæterique administratores pos- 26
sunt bona minorum remunerationis causa donare, etiam sine iudicis decreto, cùm non videatur donatio, sed potius debiti solutio, compensatio, vel permutatio, intelligendo quatenus merita donatarij sint æquiualentia rebus donatis arbitrio iudicis æstimanda; quæ conclusio in rebus mobilibus transit sine scrupulo, in immobilibus verò satis est controuersa, licet etiam in istis communem asserat, & ex pluribus probet Vivi. *comm. opin.* 222. *per tot. in verb. Donatio, vbi numer.* 23. dicit in omnem causam, siue casum posse tutores, & curatores, Principis bona donare, quatenus Princeps consuetus erat, vide Simoncel. *de decret. lib.* 1. *tit.* 2. *inspect.* 4. & alios, quos allegaui in §. *Donatio numer.* 25. *&* §. *Minor num.* 21. *supra num.* 11.

Curatores, ac tutores possunt facere pacem de 27
iniuria, & morte patris pupilli, vel minoris, etiam si mors sit notoria; sicut & ipse minor absque tutoris, vel curatoris auctoritate, & sine spe restitutionis in integrum, maximè quo ad rancorem, & vindictam, quicquid fortè secus sit quo ad interesse pecuniarum pro iniuria, vel damno debitum, an valeat promissio pœnæ, & alia ad rem, Viuian. *comm. opinion.* 564. *verb. Prax.* latè Balthas. Tomas. *de tut. & curat. tit.* 19. *cap.* 24. *numer.* 3988. *& seqq. fol. mihi* 898. plenè Farinac. *quæst.* 15. & alij plures per me citati *in §. Pax numer.* 5. *&* §. *Tutor num.* 29.

Curator si fuerit datus alicui tamquam minori in iudi- 28
cio criminali, præsumitur ille minor, ita vt etiam aliter non docto de minori ætate sit minuenda pœna, nisi fiscus probet maiorem ætatem, Hieron. Laurent. *decis. Auenion.* 63. *per tot.*

Et facit ad hoc propositum quod sæpius seruatum vidi, & ipse seruaui in Magistratu DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ, vt quoties dubitatur de ætate alicuius inquisiti etiam contumacis, & ex processu habetur sumus minoris ætatis, vel alterius qualitatis ex grauantis, fiscus ex officio perquirat veritatem,

vt

ut poſſit iuſtas pœnas imponere; quicquid aliàs ceſſante dicto fumo ſemper ſit onus inquiſitorum ſuas defenſiones allegare, & probare, conſtituendo, ſe in carceribus, vel cum fideiuſſoribus iuxta qualitatem cauſarum, & contumaces non audiantur, nec quidquam pro illis admittatur.

Verùm ne quis ex dicta deciſione decipiatur; putando in cauſis criminalibus dari minoribus curatores, & ſine illis non rectè procedi, ſciendum eſt quòd quicquid ſit de iure per text. *in l. clarum C. de auct. præſt.* non ſeruatur de conſuetudine, & minor ætas prodeſt ſolùm ad effectum minuendi pœnam, ad tradita per Clar. §. *fin. quæſt. 50. in princ.* Farinac. *quæſt. 81. numer. 352. & 370. cum ſeqq.* & alios plures, quos retuli in §. *Minor num. 1. & 2.*

De diuerſis curatoribus, eorum officio, & obl Thoro *compend. deciſ. Neapol. part. 1. & 3. in ve tor*, cæterique plures allegati ab Ægid. de Caſten *phabet. iurid. verb. Curator*, & Com. Auguſt. Fc *Biblioth. legal. part. 4. eod. verb. fol. 365. &c.*

Curator an detur inuitis minoribus, & ceſſet tractum matrimonij, quid in filijs Regum, Regn. ſoribus, & alia ad rem, plenè Vela *Diſſert. 1. cum ſeqq. vol. 1.*

Curator an poſſit à minore adulto, cuius curat hæres inſtitui in teſtamento, eſt controuerſum inu ctores relatos ab Andreol. *controuerſ. 357.* vbi pro ne detecto dolo curatoris ex facti circumſtantijs, aliàs p firmatiua.

Reliqua vide in §. *Tutor.*

Finis Libri Tertij.

MAR-

MARCI ANTONII SABELLI I. V. D.

SVMMA DIVERSORVM TRACTATVVM.

LIBER QVARTVS.

De littera D.

§. DAMNATI. I.

1 Damnati ad mortem cùm statim lata sententia efficiantur serui pœnæ, non possunt testari, & testamentum antea factum annullatur; si verò fuerint tantùm deportati, confinati, vel aliter ex banniti possunt testari seruata forma iuris communis, non autem statutorum Ciuitatis, à qua sunt ex banniti, Pract. Papp. *for. Inquis. glos. vlt. numer.* 3. Clar. §. *testamentum quæst.* 19. 20. & 21. vbi dicit, quòd de consuetudine tales damnati ad mortem testantur quando eorum bona non confiscantur, Marant. *in l. is potest numer.* 108. *ff. de acquir. hered.* Oinot. *in §. fin. numer.* 10. *Institut. quib. non est permiss. fac. testam.* Soccin. *reg.* 107. *verb. Damnatus*, Guaz. *deff.* 38. *cap.* 1. *per tot.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 17. *numer.* 11. *& seqq.* P. Manar. *Noct. malencon. Interrog.* 37. *fol.* 71. vbi quòd de consuetudine testantur quando bona non confiscantur, idem tenet Farinac. *quæst.* 102. *Inspect.* 2. *numer.* 31. dixi in *Pract.* §. *Condemnati numer.* 12. vide in §. *Bannitus numer.* 19. & §. *Condemnatio numer.* 10. Tusch. *litt. D. conclus.* 2. *per tot.* & *litt. T. conclus.* 105. *numer.* 19. & *seqq. per tot.* Dian. *resolut. moral. part.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 120. & *part.* 7. *tract.* 6. *resolut.* 7. latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 15. *numer.* 58. & *seqq.* Scalona *de testam. lib.* 2. *cap.* 3. Cald. Pereyra *de nominat. quæst.* 5. & alios plures ab istis citatos, & nouissimè à Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.* 4. *verb. Damnati fol.* 370. vbi plura remissiuè de damnatis ad mortem, ad triremes, &c.

2 Damnati ad mortem admittuntur ad confessionem sacramentalem, & sumptionem Sanctissimæ Eucharistiæ, non autem ad extremam vnctionem, quia non posset omnem suum operari effectum sanandi etiam corpus quatenus animæ expediat, Marant. *in d. l. is potest num.* 118. *ff. de acquir. hered.* Clar. §. *fin. quæst.* 99. Guaz. *deff.* 38. *cap.* 3. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3803. Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 3. *qu.* 25. vbi quòd admittuntur ad sumptionem Sanctissimæ Eucharistiæ etiamsi non sint ieiuni, sicut infirmi; sed si nolint confiteri peccata ad persuasiones religiosorum virorum, non debet differri executio sententiæ ad aliam diem, nisi Principe consulto.

Quòd debeant communicari, & vnde talis mos originem sumpserit, & quid si non sint ieiuni, Manar. *Noct. Malencon. Interrog.* 19. & 23. Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *resolut.* 59. & *p.* 5. *tract.* 3. *resol.* 38.

Quòd etiam possit illis dari extrema vnctio si sint infirmi, aliàs secus, idem Manar. *Interrog.* 35. *fol.* 68. & *Interrog.* 67. *fol.* 114.

Quòd debeant etiam sacro chrismate confirmari, sicut alij infirmi, si prius non fuerint confirmati, adeò vt illis petentibus teneatur Episcopus accedere ad carceres ad hunc effectum pro euitandis difficultatibus, quæ oriri possent circa immunitatem, si illos ad se duci vellet, idem Manar. *Interrog.* 109. *fol.* 178.

Quòd dicantur in articulo mortis constituti, ita vt nulla adsit reseruatio, Dian. *p.* 5. *tract.* 3. *resol.* 61. vbi quòd possunt absolui prout alij moribundi.

An teneantur manifestare veritatem prius negatam, aliqui affirmant, sed alij negant, & non esse ad id vrgendos per Confessarios, probat Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resolut.* 103. alia vide in §. *Delinquens numer.* 10. & §. *Negatiua num.* 18.

3 Damnati ad mortem possunt habere Ecclesiasticam sepulturam, & cum missis, & solitis officijs sepeliri, non autem possunt de furca deponi sine licentia iudicis, Marant. *in d. l. is potest numer.* 119. *ff. de acquir. hered.* Clar. §. *fin. quæst.* 100. & *vlt.* Manar. *Interrogat.* 97. *fol.* 162. Ricc. *Collect.* 2875.

Quòd etiam possint frui indulgentijs pro remissione pœnæ temporalis Purgatorij, quomodo, & quibus, & an alij pro eis possint illas suscipere ad effectum prædictum, affirmat idem Manar. *interrogat.* 99. & 100. *fol.* 165. &c.

Quòd mors ab huiusmodi damnatis patienter tollerata in remissionem suorum peccatorum, & virtute clauium eleuata, deleat saltem pro magna parte pœnas alias in Purgatorio tollerandas, sicuti pro fide Iesu Christi tollerata, animam penitus sanctificat, probat idem Manar. cum alijs ab eo citatis *interrog.* 106. *fol.* 175.

An autem animæ dictorum damnatorum saluentur, vel damnentur, vide eumdem Manar. *interrogat.* 123. *fol.* 198. &c. vbi quòd accedente debita dispositione, sine dubio saluantur, & reprehendit illos, qui ex sententia D. Augustini, vel aliorum, quos minimè intelligunt, affirmant, quòd pro maiori parte damnentur, id quod verum non esse ostendit, facit quod dixi in §. *Peccatum num.* ...

Damnati ad mortem, interdum propter atrocitatem 4
delictorum non solùm furca suspenduntur, etiam illorum cadauera scinduntur affigenda in loco delicti ad aliorum terrorem, & exemplum, Guaz. *deff.* 38. *cap.* 7. *per tot.* faciunt plura tradita per Francisc. de Angel. *tract. de confess. lib.* 3. *cap.* 26. vbi an si carceratus confessus, vel conuictus de delictis pœna mortis dignis sibi mortem inferat, possit eius cadauer in loco publico, & consueto suspendi, vide in §. *Cadauer n.* 1. &c.

Damnati ad mortem, si in executione sententiæ rema- 5
neant illæsi, vt quia frangatur laqueus, vel securis non offendat, debent absolui quando id ex manifesto Dei miraculo in signum innocentiæ accidit, nec debet supplicium reiterari, & in dubio debet Iudex Principem consulere, vt ipse dicat quid agendum, & ita cautus erit, licèt secundum aliquos possit repeti genus mortis, donec sententia suum sortiatur effectum, & damnatus moriatur, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.* 257. *per tot.* Clar. cum Baiard. §. *fin. qu.* 98. *n.* 9. *vers. vlt.* P. Manar. *Noct. malencon. interrog.* 48. *fol.* 88. & *interrog.* 68. *fol.* 116. Boer. *decis.* 217. *n.* 18. &c. Guaz. *deff.* 38. *cap.* 3. *n.* 3.

Casus iste accidit Pisis sub die 23. Ianuarij 1672. in quodam Ioanne Inardo, qui tamquam monetarius in tormento Capræ confessus, fuerat per me, & alios Iudices Delegatos Florentiæ cum eius patrino furcis damnatus, & Pisis pro Anotomia transmissus, & laqueo de more strangulatus, ac ad atrium Anotomiæ delatus, post aliquot horas reuixit, de quo consultus Serenissimus Magnus Dux, vitam ei ex summa sua pietate condonauit, prout aliàs in simili fecisse suos Prædecessores, testatur Cabal. *d. cas.* 257. *n.* 8. vbi plura de hac materia; fuit tamen dicto Inardo iniunctum exilium sub pœna reincidentiæ, & tantò faciliter gratiatus, cùm esset in hospitali loco immuni, nouissimè Raynal. *Syntax. rer. crim. c.* 4. §. 1. *ad* 4. *sub n.* 7. *vers. dicit secundo, fol.* 306. vbi refert casum Fauentiæ sequutum in quodam facinoroso, qui fracto laqueo viuus remansit, sed postea reuersus ad furca fuit verè suspensus, & mortuus in eadem Ciuitate, & alia.

Quòd possint tuta conscientia fugere ad euitandam mortem, etiam si iustissima sit sententia, nec possint offen-

offendi à birruarijs, nisi ipsi resistant cum armis, vel alij pro illis, notat Marant. *interrog.44. fol.81. & interrogat.56. fol.98.* Dian. *part.5. tract.4. resolut.31. vers. sed aliqui.*

Quando verò sententia esset iniusta, possunt in foro conscientiæ quouis modo illis possibili euadere, Menoch. *de arbitr. cas.301. num.15. & 16.* Guaz. *deff.5. cap.4. n.10.* Manar, *interrogat.176. & 177.* Cabal. *cas.42. num.2.* vide in §. *Carceratus num.15. & 25. & in Pract. §. Condemnati num.23. & seqq.* Dian. *part.9. tract.9. resolut.43.* vbi quid si essent re ipsa innocentes, sed tamen secundum acta, & probata iustè condemnati, & refert contrarias opiniones, latè Gabriel. Vasquez in S. Thomam 1.2. *tom.2. disput.174. per tot.*

6 Damnati ad mortem dicuntur mori naturaliter, & non violenter, ac ob id amittunt societatem officij, quam lucrantur officiales, Castrac. *de societ. off. cap.29. n.1. & seqq.* refert Guaz. *deffect.38. c.5. in fine.*

Quando autem mors dicatur naturalis, vel violenta ad effectum prædictum societatis officij, vide Paul. Zacch. *Quæst. medic. legal. lib.1. tit.4. per tot.* vbi octo quæstiones examinat.

7 Damnati ad mortem infamem, possunt sine peccato optare mortem naturalem antequam sibi violenta, & infamis irrogetur, dummodò tamen nil aliud agant pro accelerandа sibi morte naturali ad euitandam violentam, & infamem, aliàs grauiter peccarent, vide Manar. *interrog. siue respons.100. fol.180.*

8 Damnati ad mortem, si postea innocentes appareant ex aliqua causa, vt quia testes fuerunt falsi detecti, vel aliter, debet iudex supersedere ab executione, & Principem certiorare pro liberatione, Clar. §. *fin. quæst.98.* Manar. *interrog. 193. fol.301.*

9 Damnati ad triremes, vel exilium, vel similem pœnam ad tempus, intelliguntur damnati per decennium, quando verò nulla fuit facta mentio temporis, intelliguntur damnati in perpetuum, sicut quando sint ad beneplacitum Principis, censentur damnati quousque expresse beneplacitum reuocetur, illud enim numquam finitur, etiam per mortem ipsius Principis, sed transit in successores, Petr. Cabal. *resol. crim. cas.143. per tot.* vide in §. *Bannitus num...*

Qua pœna puniantur fugientes à triremibus, vel rumpentes exilium, vide *l. relegati, l. aut damnum §. quisquis ff. de pœn.* Clar. §. *fin. quæst.71. numer.13.* Cabal. *cas.8. num.47. & seqq.* Farinac. *in frag. verb. Bannitus num.92. & seqq.* Scanarol. *de visit. Carcer. lib.1. §.31. cap.1. numer.17. fol.357.* Franch. *decis.140.* Menoch. *de Arbitr. cas.530.* Guaz. *deff.33. cap. vlt.* dixi in Pract. §. *Confinitati num.11.* Raynald. *cap.3. §.2 ad 6. numer.59. & seqq fol.257.* vbi etiam allegat Cortiad. *decis.86. numer.65. & alios*, ac refert contrarias opiniones, quas distinguendo conciliat sub *num.65. & seqq.*

10 Damnati ad triremes si fuerint ab hostibus cum triremibus capti, & mox à Christianis recapti, debent de æquitate à priori pœna liberari, licèt tempus condemnationis non expleuerint, & alia de captis in bello, & de bello iusto, vel iniusto, Calum. *de æquit. lib.2. c.21. per tot.* vide in §. *Captura n.2. & seqq.*

An autem fugientes à triremibus ad Ecclesiam gaudeant illius immunitate, dixi in §. *Immunitas numer.12. vers. Quod imò.*

Alia vide in §. *Condemnatus*, & in Practica §. *Condemnati per tot.*

§. DAMNVM. II.

1 DAmnum propriè, & strictè loquendo, dicitur diminutio patrimonij, vel deperditio iam quæsitorum non subiectorum casibus, sed in re præsenti, *l.3. & l. Proculus ff. de damn. infect.* Bald. *cons.182. numer.2. & seqq. lib.1.*

Plura de damnis datis, an causæ damnorum datorum sint criminales, & alia, Cortiad. *decis.33. n.79.* Quesada, & Pilo *controu.7. n.2.* Muscatell. *in Prax. crim. cap. de incend.* Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.6. rub.6. & per tot. librum sextum.*

De damno dato in columbis, & per Columbos, Conciol. & Romaguer. *vbi sup. rub.16. per tot.* vide in §. *Furtum numer.3. vers. Item à capientibus.*

Ac differt à furto, nam furtum fit per asportationem rei furatæ animo lucri faciendi, damnum verò per corruptionem, deuastationem, vel incisionem, Paris. *cons.158. vol.2. & 3. vol.4.* cum alijs per Card. Tusch. *litt. D. concl.4. & 5. per tot.* Bossiet. *de damn. dat. num.9.* Magon. *decis. Luc.27. n.24. & per tot.* vbi plura in materia damni dati, Peregrin. *decis.133. n.4. & seqq.*

An qui comedit vuas, vel alios fructus in vineis, vel agris alienis teneatur de damno dato, vide in §. *Vua n.2.* vbi retuli contrarias opiniones.

Damna omnia non respicientia fructus, vel quæstualia 2
inter simplices socios, propria, & non communia esse debent, cùm sint extra societatem, illa verò quæ veniunt ratione societatis, communia sunt si absit dolus, & culpa, & si societas fuerit illorum causa proxima, & immediata, non autem remota tantùm, Michalor. *de fratr. p.2. c.11. n.26. & 27. & c.31. n.19.* Hector. Felic. *de societ. cap.27.* Ricc. *Collect.3067.* vbi quòd si culpa vnius obueniant, alijs non nocent.

Quoad lucra, vide in §. *Lucrum num...*

Damna omnia prouenientia vni ex socijs omnium bo- 3
norum, sunt alijs communia, si absit eius dolus, vel culpa, & sic veniant casu fortuito, vt si ob iniustam querelam, & falsam depositionem fuerit condemnatus, vel captus ab hostibus, vel in bello, Michalor. *d. tract. part.2. cap.31. per tot.*

Ad quem spectet damnum in contractibus gratia vtriusq; celebratis, vide in §. *Periculum n.2, &c.*

Damnum dedisse dicitur ille, qui damni dedit occa- 4
sionem, intelligendo de causa, & occasione propinqua, Barbos. *de Axiom. iur. Axiom.63. numer.1. &c.* vbi infert ad damnum datum in re communi ab inimicis vnius ex socijs, & vicinum derubatum propter portam relictam apertam ab alio vicino, vel à locatore, vel à conductore, vt resarciri debeat ab eo, qui illius causam proximam dedit, vide tamen Rot. *part.9. recent. decis.304. num.11. &c. decis.487. num.2. &c.* Velasc. *de iud. perfect. rub.14. annot.5. num.5. &c.* Card. Tusch. *litt. D. conclus.6. per tot. & concl.7.* vbi etiam qualiter sit reficiendum ab illis, quorum contemplatione causatur, *& concl.8.* vbi generaliter qui damnum reficere teneantur facit quod dixi in §. *Interesse n.35.*

Quòd damna sint reficienda ab attentante, etiam si præter intentionem accidant, quia attentando dedit operam rei illicitæ, & quomodo sint probanda, Bich. *dec.125.* vide in §. *Attentata*; & idem esse in Clericis recurrentibus ad iudices laicos eadem ratione delicti, & dationis operæ rei illicitæ, vt teneantur ad omnia damna, & expensas aduersarij, etiam si præter intentionem acciderint, idem Bich. *decis.389. per tot.*

Quòd qui alium mouet, aut inducit ad inferendum graue damnum tertio, non teneatur ad restitutionem istius damni illati, dixerunt aliqui, sed hæc propositio est expressè damnata, & reprobata per decretum Innocentij Papæ XI. Romæ publicatum 4. Martij 1679. *sub num.39.*

An autem qui potuit absque proprio incommodo impedire damnum alterius, & non impediuit teneatur ad restitutionem, affirmant aliqui, sed alij negant, nisi obligetur ex officio, vel ratione contractus ad custodiam, nam tunc teneretur etiam ad restitutionem si potuit impedire, & non impediuit, vt latè explicat Dian. *p.11. tract.8. resol. 88. per tot.* vbi etiam an teneantur ad pœnam, quam delinquens soluisset, si denunciatus fuisset.

Quòd qui causa libidinis, vel iniuriæ fregit ianuam alterius, ob quam fures non ab eo inducti furati sunt, non teneatur furti, cùm culpa non sit preordinata ad casum, & idem in similibus per text. *in l.2. & l. qui iniuria ff. de furt.* Rot. *p.9. recent. decis.304. n.11. &c.* vide tamen distinctionem Castr. *in l. fin. §. si ea conditione num.1. &c. ff. ad l. Rod. de iact.* quam approbat Rot. *loc. cit.* dixi in §. *Culpa num.6.* Rot. *d. part.9. decis.487.* vbi quando quis dat operam rei licitæ, vel illicitæ.

Damna facta per animalia vendita cum reseruatione 5
dominij, an sint resarcienda ab emptore, vel à venditore, stante statuto quòd dominus teneatur damnum emendare, vide Gratian. *discept. forens. cap.772. num.13. &c.* vbi tenet debere emendari à venditore stante dicta reseruatione, & probata illius scientia, sed contrarium verius esse

dixi

dixi in *Practica* §. *Animali num.*3. & videtur tenere idem Gratian. *loc.cit.num.*7. & *num.*15. vide in §. *Periculum n.....* & §. *Venditio num....*

6 Damna ab animalibus irrationalibus data debent ab illorum dominis emendari prout iudici videbitur, Menoch. *de arbitr. cas.*368. Card. Tusch. *litt. D. conclus.*9. *per tot.* Baiard. ad Clar. *quaest.*99. *num.*9. vide in §. *Animal. num.*2. & 3. & 10. Sanfelic. *decis.*8. vbi plura de fida soluenda, vel damno pro animalibus pascua in alieno sumentibus, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.*6. *rub.*32. *per tot.* vbi quòd in foro conscientiæ debet resarciri tantùm damnum datum dolo, vel lata culpa; non autem si leui, vel leuissima culpa, quicquid sit in foro fori, & alia ad rem, ac in specie quod excusatur qui mittit animalia per alienum, quia via sit diruta, ita vt non possit per illam iri.

Quando autem possit dominus animalis illud pro noxa, idest damno, dare damnificato, Oinot. *institut. si quadrup. pauper. fec. dic.* Card. Tusch. *d. conclus.*9. Costa *de remed. subsid. remed.*104. *num.*5. vbi quòd non datur animal pro noxa nisi in subsidium, & quando dominus caret omni culpa in custodiendo, & idem esse in seruis delinquentibus sciente domino, Paul. Christin. *decis. Belg. num.*2. *vol.*2. vide in §. *Animal.*

Et de damnis datis ab hominibus, ac qualiter illa sint æstimanda, & resarcienda, latè idem Oinot. & alij *instit. de leg. Aquil.*

Plura de damnis reficiendis per actionem legis Aquiliæ, Paul. Christin. *decis. Belgic.*178. *vol.*2. & *ad leg. Municip. tit.*2. *art.*17. vbi de damnis datis à columbis, & similibus, & an quis possit columbarium facere, Ricc. *Collect.*103. Magon. *decis. Flor.*111. *n.*24. & *seqq.* Rot. *p.*12. *recent. decis.*159. *n.*10. & *seqq.*

7 Damna data in messe nondum matura, vel alijs fructibus immaturis, iudicari, & æstimari debent secundum illud tempus facti damni, & non ex tempore messis superuenientis, vel futuræ, Crauett. *cons.*40. *num.*10. Menoch. *de arbitr. cas.*140. *numer.*21. Viuian. *decis.*280. Ricc. *Collect.*103. pulchrè Gratian. *decis.*57. *per tot.* vbi quòd resarciri debent, etiam si casualiter euenerint, Dian. *part.*3. *tract.*6. *resolut.*6. facit contra quod dixi in §. *Aestimatio numer.*5. & §. *Furtum num.*4. Nouar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.*149. *numer.*6. &c. Romaguer. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.*6. *rub.*10. *num.*10. vbi hunc locum, & alios modernos allegat, & plura an animalia damnum dantia possint retineri, vel occidi in *rub. seq.* de quo ego dixi in §. *Animal n.*2.

8 Damna emergentia debentur quando creditor ob retardatam solutionem, & non ad aliam causam fuit necessitate coactus accipere pecuniam sub vsuris, vel propter moram incidit in aliquam pœnam, latè Gratian. *discept. forens. cap.*67. *num.*16. *cap.*524. *num.*8. & *n.*53. & *seqq. cap.*829. *per tot. cap.*911. *num.*20. & *cap.*987. *num.*7. & *seqq.* vbi ponit plura requisita ad hoc vt huiusmodi damna debeantur, vide etiam Bardellon. *cons.*86. *num.*4. & *seqq. lib.*1. & *cons.*186. *num.*14. & *seqq. lib.*2. Mascard. *de probat. vol.*1. *concl.*472. *num.*8. &c. Menoch. *de Arbitr. cas.*119. *num.*12. & *seqq.* vbi quòd damnum emergens est detrimentum, quod patitur mutuator causa solius mutui, quæ requirantur, quæ probari debeant, & in quibus casibus debeatur dixi in §. *Interesse num.*10. &c. & *in resolut. cap.*51. *per tot.* & *cap.*100. *num.*22. & 23. vbi vide, quòd probandum est, si creditor pecunias habuisset à debitis, & damnis se liberasset, cùm id non præsumatur, & tum cùm potuerit in alios vsus illas conuertere, & plenius me citato, ac pluribus Rotæ Romanæ decisionibus, ostendendo Rotam perpetuò hanc opinionem tenere, reprobato Ruin. *cons.*104. *lib.*4. & illius sequacibus comprobat Vrceol. *consult. forens. cap.*84. *per tot. vol.*2. exemplificando etiam quomodo de facili possit id probari, quicquid contrarium nempè præsumi fuisse satisfactum æri alieno si pecunias habuisset, latè defendant Leotard. *de vsur. cap.*75. *numer.*10. & *seqq. per tot.* Caualer. *decis.*210. Andreol. *contron.*19. & 405. Bonden. *Collect. leg.*14. *inspect.*3. *num.*71. &c. Castil. *contrau. lib.*2. *cap.*1. *num.*78. Borgn. *decis.*2. *num.*29. *lib.*3. & *alij per eos cum Ruina citata.*

Sed non est recedendum à priori sententia cum Rota firmata per Vrceol. & me *loc. cit.* Rot. *part.*9. *recent. decis.*486. *numer.*8. &c. & *part.*11. *decis.*86. *num.*18. vbi quòd Rota semper reiecit opinionem Ruin. & vide *p.*14. *decis.*210. *per tot.*

Damna, & interesse veniunt præstanda ob pacta non seruata, & dicuntur esse pretium ipsius rei promissæ, debent tamen liquidari ante executionem possit ferri sententia ad damna, & interesse reseruata liquidatione, Gratian. *discept. forens. cap.*677. *in princ.* & *cap.*692. *num.*18. Rot. *part.*2. *diuers. decis.*315. *numer.*10. Magon. *decis. Luc.*3. *numer.*2. &c. Bich. *decis.*359. *numer.*11. & *seqq.* vbi quòd non debentur damna sine mora, & quòd stipulatio damnorum concepta non simpliciter, sed in casu necessitatis non procedit, nisi probetur necessitas rei ab eo, qui in ea se fundat. 9

Damna, & interesse petens, non tenetur ab initio exprimere certam quantitatem, sed benè postea lite pendente, vt certa sententia ferri possit, alias esset nulla, quando damna, & interesse fuerunt principaliter, & de per se petita, secus autem si accessoriè, & in consequentiam, quia tunc sententia licet incerta esset valida, vt supra, Ger. Spin. *cons.*35. *per tot.* vide in §. *Sententia num....* 10

Damna, & interesse debent arbitrio iudicis resarciri illi, qui alterius facto iniquo detrimentum passus fuit, vt benè probat Menoch. *de arbitr. cas.*122. *per tot.* vbi exemplificat in artifice vulnerato, & similibus, & *de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.*114. *n.*2. Dian. *tract.*6. *resol.*22. & 53. Manar. *interrog.*45. vide in §. *Homicidium num....* 11

Damna non probantur iuramento damnificati, etiam stante statuto ita disponente, quando agitur ad emendationem contra tertium, nec quando dubitatur de qualitate iurisdictionis, vel loci, sed tale statutum restringitur ad ipsum damnum, & contra damnificantem, Gratian. *decis.*57. *numer.*13. & 14. Pac. iordan. *Lucub. vol.*3. *lib.*14. *tit.*22. *n.*374. &c. *fol.*463. Nouar. *in Pragm. Reg. Neap. Collect.*149. *n.*7. 12

Intelligitur etiam huiusmodi statutum dummodò aliter constet de ipso facto, vt dixi in §. *Statutum num....* vide Peregrin. *decis.*133. *num.*14. &c. Mascard. *de probat. vol.*1. *concl.*470. & *seqq.*

Quando autem, & quomodo damna possint probari, vel liquidari iuramento damnum passi, Mascard. *de probat. conclus.*471. 507. & 935. *per tot.* Card. Tusch. *litt. D. concl.*11. & *seqq. litt. S. concl.*500. & *seqq.* Magon. *decis. Flor.*123. *num.*3. Staiban. *de Interess. lib.*1. *q.*24. vide in §. *Interesse num....* & *in Pract.* §. *Damni* 27. & *n.*30.

Quod in materia damnorum, & interesse non statur iuramento, nisi aliunde constet de damno, & agatur tantùm de illius liquidatione, Gratian. *discept.*772. *numer.*21. Mastril. *decis.*60. *numer.*2. Rot. *in Bonon. de Vizzanis* 7. *Maij* 1643. *coram Bichio*, Vrceol. *consult.*84. *num.*18. *vol.*2. Rot. *part.*10. *recent. decis.*251. *numer.*2. vbi etiam stante pacto.

De omnibus hoc numero contentis me, & pluribus alijs modernis citatis Conciol. & Romaguer. *lib.*6. *rub.*8. *per tot.* & *numer.*13. idem Romaguer. in addit. ad Conciol. *lib.*6. *rub.*32. *numer.*9. & 10. & *numer.*14. *eod. lib.*6. *rub.*12. *per tot. num.*17. Quid veniat sub nomine damnorum, & expensarum, an lucrum deperditum, & interesse, Mans. *consult.*261. *per tot. lib.*3.

Damna passa ab eo, cuius bona leuandæ nauis gratia in mari proiecta sunt, debent ab alijs in eadem naui existentibus pro rata valoris mercium cuiuslibet resarciri, *l.*2. §. *cum in eadem*, *l.* & *vlt. in fine ff. ad l. Rhod. de iact.* Menoch. *de arbit. cas.*245. *numer.*8. Gibalin. *de vniuers. negot. lib.*2. *cap.*1. *art.*9. *numer.*17. & *seqq.* vbi etiam plenè quando teneatur Nauta de naufragio ob aliquam eius culpam. 13

Et idem est quando truncandi ignis causa, aliqua domus deuastaretur, vel destrueretur, nam tenentur alij vicini contribuere ad illud damnum, quod factum fuit pro abundanti cautela ad impediendum ignis progressum, secus autem si omninò certum esset domum deuastatam fuisse comburendam, *l.*1. & 2. *ff. ad l. Rhod. de iact. l. alij* §. *est etiam ff. quod vi, aut clam*, Gail. *obseruat.*22. *lib.*2. Diaz. *reg.*331. Gratian. *discept.*354. *num.*48. &c. Farinac. *qu.*110. *n.*144. & *seqq.*

Intellige quo ad vicinos domorum conseruatarum, non autem combustarum, nisi eorum culpa fuerit causatum incendium, Tusch. *litt. D. concl.*7. *n.*1.

Alia plura in materia damni dati, maximè vigore bannimentorum status Florentini dixi in *Practica* §. *Damni per tot.*

14 Damnum an, & quando debeat emendari à Communitate, Villa, siue Castro, & quomodo, latè Tusch. *litt. C. concl.* 15. dixi in §. *Vniuersitas num.* 2.

15 Damnum qui sentit, debet sentire commodum, siue lucrum, & è contra, *l. secundum naturam ff. de reg. iur.* Tusch. *litt. D. concl.* 13. *per tot.*

Quòd magis sit fauendum ei, qui tractat de damno vitando, quàm ei, qui tractat de lucro captando, latè Tusch. *litt. D. concl.* 14. *per tot.*

16 Damnum passus an habeat bona damnificantis tacitè obligata pro refectione damni, Ricc. *Collect.* 203. vide in §. *Hypotheca num.* 21.

17 Damnum regulariter non venit sub simplici expensarum condemnatione, & appellatione, Surd. *decis.* 261. Thesaur. *decis.* 67. *num.* 5. Cacheran. *decis.* 46. Gratian. *discept. forens. cap.* 883. *num.* 25. *&c.* Barbos. *de appellation. verb. signif. verb. Damnum, & verb. Expensa*, Fontanel. *decis.* 97. *num.* 2. *&c.* Aluarez de Velasc. *tract. de iud. perfect. Rub.* 14. *annot.* 5. *num.* 53. vbi in casu suo ob eandem rationem expensarum, & damni, concludit venire damnum, per text. *in §. hac autem Instit. de pœn. temer. litigant. & in l. fin. C. de pœn. iud. qui male iudic.* vide in §. *Expensa num.* 24. Sanfelic. *in Praxi sect.* 38. vbi de expensis ratione contumaciæ, sub quibus veniunt etiam damna, & de differentia inter condemnationem expensarum contumacialium, & illam, de qua in *l. properandum §. sin autem C. de iudic.*

Quòd sub nomine damnorum veniant etiam expensæ, *l. Sancimus C. de iud. cap. in nostra de iniur. & damn. dat.* Alex. *cons.* 34. *in fine lib.* 3. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 110. *num.* 3.

An autem damnorum appellatione veniant expensæ, & sic an condemnatus ad resarciendum damna teneatur etiam ad refectionem expensarum in lite, & causa litis factarum, dic quòd sic in iudicijs, in quibus fit lata interpretatio, secus in contractibus in quibus fit stricta interpretatio, Rom. *sing.* 346. *cum Addit.* Grat. *cons.* 72. *num.* 12. *lib.* 2. Gayl. *obseru.* 151. Afin. *in Prax.* §. 32. *cap.* 4. *num.* 3. ac ita fuisse decisum recordor per Magistratum DD. Octo Florentiæ de anno 1676. in Banca D. Clementis Sancassiani vnius ex Cancellarijs dicti Magistratus, patrocinante Excellentissimo D. Ioan. Philippo Ticciato.

18 Damna, & interesse qualiter debeantur ob factum promissum non adimpletum, vide in §. *Factum num.* 12. §. *Interesse num.* 10. §. *Obligatio num.* 7. *&* §. *Promissio num.* 26. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 116. *num.* 1. *&c.*

19 Damnum infectum, idest nondum sequutum, sed iminens qualiter possit euitari, vel reparari per cautionem, quæ dicitur de damno infecto præstandam ab eo, à quo, vel cuius rei causa damnum timetur ad fauorem eius, cui damnum iminet, quis teneatur dictam cautionem præstare, quæ remedia competant contra nolentem cauere, quæ veniant in hac cautione, quando dicatur commissa stipulatio, & alia *tot. tit. ff. de damn. infect.* vbi DD. Arismin. Tepat. *var. sent. part.* 1. *tit.* 99. *per tot.* & alios allegaui in §. *Cautio num.* 7.

20 Damnum in dubio præsumitur illatum ab inimico, vel vicino malæ conditionis, & famæ, *l. si ita §. vlt. ff. de fund. instruct. & l. ne quid ff. de incend. ruin. & naufrag.* Crauett. *cons.* 35. *n.* 3. Rom. *cons.* 7. cum alijs per Mascard. *de probat. vol.* 1. *concl.* 472.

21 De damni infecti cautione, & de damno dato ab animalibus, vel aliter dolo, culpa, vel casu, latè Laurent. Vrsel. *concl.* 108. & alij plures citati ab Ægyd. de Casteion. *alphabet. iurid. verb. Damnum*, & à Com. August. Font. *in Biblioth. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 370. *&c.* vide in §. *Cautio num.* 7. *&* 42.

22 Damnum datum ex sola culpa leui, vel leuissima extra contractus non debetur in foro conscientiæ, quicquid sit in foro exteriori, quia prouisio legis Aquiliæ super refectione damnorum non habet locum in foro animæ, nisi quoad damna illata ex dolo, vel lata culpa, vel in contractibus; vt inferendo ad multos casus particulares, & præsertim ad Iudices, & Officiales, declarat Valer. *de differ. vtriusque fori verb. Damnum differ.* 1. *per tot. vbi etiam in seqq.* an damna data per delegatos imputentur delegantibus; & quòd in contractibus vtriusque gratia celebratis, damnum contingens casu fortuito sine culpa alicuius ex contrahentibus, in foro exteriori spectat ad dominum rei, in foro verò conscientiæ diuiditur inter vtrosque contrahentes pro medietate, de quo dixi aliàs in §. *Periculum num.* 2.

23 De damnis animæ in scandalizando proximum; de incidentibus arbores, vel aliter lædentibus res alienas, vt saluent proprias; de morosis an teneantur ad damna extrinseca alteri ob moram obuenientia; de damnis per seruos, vel animalia datis, an teneantur eorum domini, quòd inter socios, & huiusmodi, tam in foro externo, quàm interno, idem Valer. *loc. cit. verb. Damnum per tot.*

§. DATIO IN SOLVTVM. III.

1 Datio in solutum facta per debitorem creditori liberat fideiussores, & sibi imputet creditor si non reseruauit iura sua, & actiones contra illos in casu euictionis rei in solutum datæ, alias in casu euictionis sibi competit tantùm vtilis actio ex empto contra debitorem, & non pignoratica, vt dixi in §. *Obligatio num.* 34. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 165. *per tot.* Martha *vot. Pis.* 109. & latè tradit Gratian. *discept. forens. cap.* 3. *num.* 5. *& seqq. per tot.* vide in Practica §. *Dazioni in soluto nu.* 2. *&* 3. vbi plures hinc inde allegaui, facit quod dixi in §. *Census num.* 53. §. *Hypotheca num.* 48. *&c.* Rot. post Vrceol. *de transact. decis.* 81. vbi plura an, & quando secuta euictione reuiuiscant priora iura, & quæ, vel non, Cabal. *cons.* 111. *lib.* 1. vbi quòd stante reseruatione primorum iurium in casu euictionis, illa sequuta, potest creditor executiuè agere, prout poterat antè adiudicationem, Arias de Mesa *var. resol. lib.* 1. *cap.* 38. *cum plurib. seqq.* vbi plenè an, & quando sequuta euictione rei in solutum datæ, possit creditor redire ad primæua iura, vel non.

Et in dote ex speciali priuilegio dari regressum ad primæua iura, Rot. post Vrceol. *d. tract. decis.* 58. *num.* 14. *& part.* 17. *recent. decis.* 398. *num.* 16. *&* 17. vide in §. *Euictio num.* 26.

Quòd vbi datio in solutum, vel cessio non fuit valida, sed resoluitur per non existentiam crediti cessi, habeatur ac si facta non fuisset, nec extinguat primæuas actiones, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 85. *num.* 11. *&c.*

Sed vide alias decisiones in eadem causa emanatas *dict. part.* 12. *decis.* 155. *& decis.* 215. *per tot.* vbi quando cessio extinguat primas actiones, & debitum, pro quo fuit facta.

Quòd etiam in dote ex speciali eius priuilegio detur mulieri regressus ad primæua iura, ac si nullatio in solutum præcessisset, sicut etiam quando fuit reseruatus, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 488. *num.* 10. *&* 11. vide in §. *Creditor num.* 20.

Quòd datio in solutum nominis debitoris pro pretio rei emptæ extinguat debitum, ita vt non possit venditor agere ex venditio, sed ex datione in solutum si impediatur exigere nomen cessum, Martha *vot. Pis.* 144.

2 Datio in solutum ex modo pretio cum pacto de retrouendendo, quando dicatur facta in fraudem vsurarum, maximè si præcedat mutuum, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 258. *num.* 15. *&* 16. Viui. *comm. opin.* 174. vbi alia plura de datione in solutum.

Quid sit datio in solutum, qualiter fiat, quando sit valida, vel non, an differat à venditione, & quomodo, Tusch. *lit. D. concl.* 23. *& seqq.* latè etiam Ricc. *Collect.* 3495. *&* 3501. *cum pluribus seqq.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 248. *per tot.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 416. *per tot.* vbi plura notabilia.

3 Datio in solutum facta iudicialiter in minori quantitate quam verè sit debitum, est nulla, etiam si in obolo tantùm esset excessus, quod intellige quando fuit erratum in debito, & causa, nam vbi non fuit petita maior quantitas, tenet datio in solutum in quantum se extendit debitum, Magon. *decis. Flor.* 109. *num.* 5. *& seqq.* Capyc. *decis.* 41. *num.* 9. Merlin. *decis.* 309. *num.* 5. *&c. & decis.* 621. *& decis.* 683. *num.* 5. vbi tamen quòd sustinetur si res commodam non patiatur diuisionem, vide Ricc. *Collect.* 4044. *&* 3578. & alibi prout in *repert. verb. subhastatio*, Surd. *decis.* 15. *&* 46. *per tot.* vbi etiam si sit nulla, an saltem detur retentio donec debitum persoluatur, facit quod dixi in §. *Debitor num.* 53. §. *Executio num.* 27. *&* §. *Sententia num.* 21. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 26. *&* 36. *per tot. & decis.*

decis. 89. *num*. 10. vbi benè declarat an possit sustineri si exburseretur residuum pretij, Rot. *part*. 18. *recent*. *decis*. 397. vbi qualiter ratione excessus vitietur, Andreol. *controu*. 160. *per tot*.

Ex quibus autem coniecturis datio in solutum, vel adiudicatio facta à iudice detegatur collusiua, & simulata, ac consequenter nulla, Merlin. *decis*. 13. *per tot*.

4 Dare nemo potest alteri quod ipse non habet, *l. traditio ff. de acquir. rer. dom.* & latè explicat Tusch. *lit. D. conclus*. 17. *per tot*.

De verbo, *dare*, siue verbis, *dedit*, *vendidit*, *& tradidit*, qualiter importent translationem dominij, idem Tusch. *lit. D. conclus*. 16. *per tot*.

5 Datio in solutum requirit præcedentem æstimationem, & vbi est iudicialis requirit etiam factum executoris, siue cursoris, qui in executionem decreti iudicis adiudicet, ac in solutum tradat, nec ad dominij translationem sufficit iuris decretum quod bona dentur in solutum, etiam si creditor iam possideret, quia aliud est dictum decretum, aliud ipsa datio facti, sicuti ex istis, & alijs rationibus, contrarijs respondendo, latè pro nullitate dationis in solutum resoluit Rot. *part*. 9. *recent*. *decis*. 248. *per tot*. *& decis*. 270. *num*. 11. *&c*. facit quod dixi in §. *Possessio num*. 4.

Plura de datione in solutum iudiciali, & pignoris addictione facienda creditori, vt sit valida quæ requirantur, Ant. Nigr. *de subhast. part*. 2. *cap*. 35. *per tot*. *fol*. 231. *&c*. Rot. *part*. 13. *recent*. *decis*. 26. *&* 36.

Quod datio in solutum præsupponat debitum certum, & non aliqua exceptione elidibile, alias non teneat, & resoluatur in simplex pignus, Rot. *part*. 12. *recent*. *decis*. 45. *num*. 14. *&c*.

6 Datio in solutum non præsumitur, sed potius pignus nisi doceatur bona fuisse in solutum data, vel à Iudice, vel à patre, & sic in dubio quis præsumitur potius possidere iure pignoris, quàm dominij, nisi sint lapsi 30. anni, Afflict. *decis*. 373. *num*. 5. *&c*. Buratt. *decis*. 372. *num*. 2. Mangil. *de subhast. quæst*. 200. *num*. 7. *&c*. Post. *eod. tract. inspect*. 67. *num*. 49. *&c*. Rot. *part*. 12. *recent*. *decis*. 80. *n*. 22. *&c*. *& part*. 13. *decis*. 411. *per tot*. Sanfelic. *decis*. 108. vbi intelligit quando non præcessit æstimatio, nam sequuta æstimatione videtur translatum dominium, Rot. *part*. 15. *recent*. *decis*. 249. vbi quòd in dubio præsumitur potius datio in solutum, quam pignus, maxime concurrentibus coniecturis, de quibus ibidem, *& part*. 17. *decis*. 114. *& part*. 18. *decis*. 228. vbi fauore dotis, & stante æquiualentia bonorum cum credito, ita vt non sit spes luitionis, *& decis*. 703. *num*. 15. *& seqq*. vbi plura ad inducendam dationem in solutum ex coniecturis, & præsumptionibus, quæ saltem transferunt onus probandi contrarium in aduersarium.

Intellige tamen vbi retentio prouenit à iudice, vel à parte, vt requiritur in datione in solutum, secus si bona fuerint à creditore occupata pro sui securitate, quia tunc dicitur pignus, cui potest creditor incumbere, sed non eius dominium sibi appropriare, & ideò stante defectu potestatis capiendi bona in solutum, non potest præsumi, vel induci retentio in solutum, sed tantùm in pignus, Rot. *d. part*. 18. *decis*. 750. *num*. 6. *& seqq*. *& part*. 19. *decis*. 374. *per tot*. vbi quòd pendet à voluntate debitoris, & creditoris, ac ex coniecturis, & ibi pro pignore.

Quòd datio in solutum pendeat ab irreuocabilitate rei traditæ, & ideò non possit dici talis contractus celebratus quando fuit aliquid fructiferum datum in pignus, vel ad fruendum creditori, sed ipse creditor teneatur fructus imputare in sortem, & postquam ex illis fuerit satisfactus rem ipsam, siue bona restituere, & alia circa pignoris naturam, & retrotractionem, latè Rot. *p*. 12. *recent*. *decis*. 129. *per tot*. *& part*. 13. *decis*. 411. *per tot*. vide in §. *Fructus n*. 8. *& §. Contractus num*. 43. vbi qualiter valeat contractus ad fruendum, vel gaudendum absque imputatione fructuum.

Conclusionem supradictæ contrariam, nempè in dubio præsumi potius dationem in solutum, quàm pignus, maximè stantibus verbis translationem dominij importantibus, Menoch. *lib*. 3. *præsumpt*. 150. *num*. 1. Seraphin. *decis*. 242. *num*. 2. Gregor. *decis*. 194. *num*. 12. Rot. *p*. 14. *recent*. *decis*. 205. *num*. 11 *& seqq*. vide in §. *Debitor nu*. 61. Rot. *d. part*. 14. *decis*. 260. *num*. 1. *& seqq*.

7 Datio in solutum facta pro sorte census, si sit nulla, & reducatur ad non titulum, qualiter reuiuiscat census, & illius domious, vel creditor possit redire ad primæua iura, & consequi etiam fructus, vide Thomat. cum alijs ab eo citatis *decis*. 185. *per tot*. & quæ ego dixi in §. *Census num*. 52.

8 Datio in solutum ex falsa debiti quantitate, etiam in minima parte est nulla in totum, & potest fundus in solutum datus in totum repeti vnà cum fructibus, etiam non extantibus, sed consumptis, vel saltem illis computatis in sortem, ne creditor videatur locupletari cum aliena iactura, vt latè textualiter probat Ganauet. *cons*. 33. *per tot*. post eius decisiones, vbi tamen limitat non procedere, quando datio in solutum esset de rebus consistentibus in pondere, numero, vel mensura, & sic recipientibus functionem in genere suo, quia tunc repetitur tantùm quantitas excessiua; nec quando datio in solutum non fit, vt totius debiti liberatio sequatur, sed ad computum; nec quando res data in solutum fuit sine errore quantitatis debiti, sed æstimata minus, vel plus iusti, nam tunc subsistit quidem datio in solutum, & sola æstimatio iustificanda est per nouam æstimationem. Quoad fructuum autem liquidationem hoc non procedere, si creditum pro quo fuit facta datio in solutum esset fructiferum, quia tunc fieret compensatio ex æquitate, *l. Curabit C. de act. empt. iuxta ea, quæ scripsi in §. Emptio num*. 4. & melius ad rem in §. *Fructus num*. 9.

De datione in solutum aliqua notat Thoro *compend. decis. Neap. part*. 1. 2. *&* 3. *verb. Datio in solutum*, & plura Asin. *tract. de execut*. alijque relati per Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part*. 4. *verb. Datio in solutum fol*. 372.

9 Datio in solutum non est verè, ac propriè emptio, & venditio. Sed similis illi, & ex iuris interpretatione includit in se tacitum contractum emptionis, & venditionis; & ideò secundùm aliquos non venit sub dispositione statuti de emptione, & venditione loquentis; licèt contrarium sit verius quando agitur de datione in solutum pro pecunia voluntariè, siue ex partium conuentione facta, & aliorum sententia procedat tantùm vbi datur in solutum res inæstimata pro alia re, vel specie debita, vel etiam pro pecunia debita, sed ex iudicij necessitate, Tiraquel. *de retract. consang*. §. 1. *glos*. 14. *num*. 5. *& seqq*. & benè explicat alios adducens Vela *Dissert*. 36. *nu*. 8. 74. *& seqq*.

§. DEBITOR. IV.

1 Debitor propriè dicitur ille, qui iuris remedijs adstringi potest ad soluendum, non autem qui perpetua exceptione se defendere potest, *l. debitor ff. de verb. signif. l. 1. ff. si cert. pet. l. qui exceptionem de condit. indebit*. Spetel. *decis*. 177. *num*. 26. *& seqq*. facit quod dixi in §. *Creditor nu*. 1. latè Tusch. *litt. D. concl*. 34. *& seqq*. Ricc. *Collect*. 2750.

2 Debitor principalis dicitur ille, qui commodum percipit ex contractu, alij verò dicuntur fideiussores, quamuis sint obligati vti principales, & in solidum, nam respectu solius creditoris pro talibus habentur, Gratian. *discept*. 701. *num*. 5. facit quod dixi in §. *Correus num*. 2. Rot. *p*. 5. *recent*. *decis*. 462. *num*. 1. *& seqq*. *part*. 12. *decis*. 55. *num*. 5. *& seqq*. *part*. 13. *decis*. 324. vbi quòd si fideiussor recipiat pecuniam, efficitur ipse debitor principalis, ac tenetur ad restitutionem, & indemnem seruare principalem, maximè si iam agnouit debitum, & procedit etiam in hæredibus.

3 Debitor qui ex gratia creditoris obtinuit compositionem soluendi quolibet anno certam quantitatem pro eo quod vna tantum vice soluere tenebatur, si deficiat in vno termino an possit pro tota, & integra summa conueniri, vide in §. *Promissio num*. 10.

Quòd perdat beneficium dilationis si deficiat in primo termino, vbi adest iuramentum, Scanarol. *de visit. Carcer. lib*. 3. §. *fin. num*. 17. *fol*. 587. vide tamen Rot. *part*. 14. *recent*. *decis*. 282. *per tot*. vbi plura ad excusandum debitorem ab amissione dilationis, cùm in pœnalibus mitior, & benignior interpretatio semper sit capienda, vt debitor quantò minus fieri potest grauetur.

4 Debitores plures, inter quos adsit Clericus, an debeant omnes conueniri coram iudice Ecclesiastico, Gratian. *discept. forens. cap.* 115. *num.* 8. *& cap.* 641. *per tot.* dixi in §. *Causa num.* 13. §. *Frater num.* . . *&* §. *Laicus num.* . .

5 Debitor deponens id quod debet de mandato iudicis, vel saltem eo sciente, & tollerante, qualiter liberetur à debito, etiam quod postea superueniat inopia depositarij, vide in §. *Depositum num.* 7.

An autem possit ante acceptionem creditoris reuocare depositum, & exigere pecuniam à depositario, Arismin. Tepat. *var. resol. tit.* 354. *cap.* 13. Larrea *decis.* 59. *num.* 24. Olea *de Cess. iur. tit.* 1. *quæst.* 1. *num.* 19. vbi quòd non.

6 Debitor qui non fuit extraiudicialiter interpellatus, licèt excusetur ab expensis litis, tamen si postea in iudicio neget soluere, debet in expensis condemnari, nam sicut recusat in iudicio, ita præsumendum est quòd recusasset extra iudicium, Dec. *in l. qui in alterius num.* 8. *ff. de reg. iur.* Gratian. *discept. forens. cap.* 33. *num.* 48. facit quod dixi in §. *Expensa num.* . .

7 Debitor confessus post litem contestatam, habet tempus quadrimestre ad soluendum, confessus autem nullo oblato libello, nec lite contestata tempus decem dierum de consuetudine faciendo illi præceptum, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 146. *num.* 2. vide in §. *Terminus num.* 9.

Tempus huiusmodi esse in iudicis arbitrio, vide Menoch. *de arbit. cas.* 27. *&* 28. *per tot.*

Plura de termino competente debitori confesso, vel condemnato ad soluendum tam de iure, quàm de consuetudine, & praxi, Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 77. *& seqq.* vbi etiam quid operetur susceptio termini ad soluendum, & alia.

8 Debitor in quærendis potest creditoribus præiudicare, nec illos dicitur fraudare, vnde potest hæreditatem, vel legatum repudiare, licèt in foro conscientiæ ipse, & ei tale consilium dans peccent mortaliter, Gratian. *discept. forens. cap.* 132. *per tot. & cap.* 182. *num.* 30. Surd. *decis.* 140. *per tot.* Franch. *decis.* 101. *per tot.* Ricc. *Collect.* 3540. vbi ampliat etiam quoad legitimam, & supplementum allegans Surd. *decis.* 160. Franch. *decis.* 374. & alios, vide Pantinol. *in sua Idea Consil.* 26. *per tot.* latè Salgad. *Labyrint. credit. part.* 2. *cap.* 14. *& cap.* 25. *num.* 74. *& seqq.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 29. *per tot.* plenè Olea *de cess. iur. tit.* 2. *quæst.* 3. vbi etiam quando ex cessione inducatur aditio, & quid operetur, Caren. *resolut.* 202. *per tot.* vbi an, & quando debitor fisci possit renunciare, vel repudiare ius sibi delatum in præiudicium fisci.

Quòd possit renunciare lucro dotali, nec renunciatio valeat retractari per creditores, Roland. *de dot. quæst.* 40. Gratian. *decis.* 17. *num.* 5. Olea *d. quæst.* 3. *num.* 22. *&c.* vbi intelligit de quærendis, secus de quæsitis, & plura similia adducit, vide in §. *Maritus num.* 33.

Hæc conclusio videtur intelligenda respectu creditorum simplicium chirografariorum, non autem habentium hypothecam, quibus cùm sit ius quæsitum ex hypotheca super actione nata ad fauorem debitoris, non potest ipse debitor præiudicare, per text. *in l. nomen C. quæ res pign. oblig. poss.* Vrsil. *decis.* 8. *num.* 3. Negus. *de pign. part.* 2. *memb.* 3. *n.* 21. *& seqq.* Peregr. *de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 38. *&c.* Gratian. *decis.* 17. *per tot.* vbi tamen ipse firmat contrarium ex Franc. & alijs per eum adductis, vide in Pract. §. *Debitori num.* 2. *&* 3. Card. Tusch. *litt. H. conclus.* 20. *per tot.* vbi meminit de duabus legibus Florentinis facientibus ad fauorem creditorum de anno 1477. 1478. & hanc opinionem de æquitate, quæ reijcit omnem fraudem, & dolum sequitur, & iudicatum refert Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 21. *art.* 7. vbi quòd creditores possunt cogere debitorem ad hæreditatem illorum periculo adeundam, vel ipsi eam acceptare, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 29. *num.* 19. *&c.* Andreol. *controu.* 208. Arias de Mesa *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 41. *per tot.* Mans. *consult.* 24. *lib.* 1. plenè Carleual. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 3. *Disput.* 25. *per tot.* vbi post plura videtur distinguere inter creditores ex causa lucratiua, vt istis possit debitor non acquirendo præiudicare, & creditores ex causa onerosa, & istis maximè hypothecarijs non possit præiudicare, & alia plura ad rem notabilia, & præcipuè an filius debitis grauatus possit consentire, & approbare onus super legitima sibi à patre iniunctum in damnum, & præiudicium suorum creditorum, & allegat pro vtraque parte DD.

Non posse etiam in fraudem creditorum renunciari legitimæ, latè probat Merlin. *de legitim. lib.* 3. *titul.* 2. *quæst.* 29. *per tot.* Paul. Christin. *loco citat.* vide alios in §. *Legitima num.* 37. Olea *loc. sup. citat. num.* 21. licèt in hoc etiam, & in supplemento contrarium videatur firmare Gratian. *d. cap.* 882. *num.* 32. Mangil. *de imput. quæst.* 4. *num.* 19. *& seqq. & quæst.* 117. *num.* 9. *& seqq.* Martha *de success. part.* 4. *quæst.* 21. *art.* 10. *num.* 81. *&c.* vbi quòd creditores filij non possunt ex illius persona facere detractiones, vide Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 9. *num.* 10. *& num.* 19. vbi qualiter creditores mortuo filio, qui legitimam non agnouit, possint illam petere in vim transmissionis.

Sicut nec debitor fisci potest in ipsius fisci præiudicium renunciare, vel repudiare ius sibi delatum, & hoc non tantùm ratione tacitæ hypothecæ, quæ competit fisco, sed magis ex priuilegio, & fauore fisci, per text. *in l. in fraudem de iur. fisc.* Gratian. *decis.* 17. *num.* 2. *& num.* 20.

Intellige post condemnationem, & vide Peregrin. *de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 190. *& seqq. & lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 17. *& num.* 38. *& sequent.* dixi in Pract. §. *Delinquenti num.* 22. *&* §. *Fisco num.* 6. *& seqq.* vbi alios citaui vide in §. *Confiscatio num.* 16. *caut.* 4. Mangil. *de imput. quæst.* 4. *num.* 6. *& seqq.* Merlin. *de legit. lib.* 3. *titul.* 2. *quæst.* 29. *in fine.*

Debitor speciei perempta specie sine illius culpa liberatur, 9
sicut etiam debitor quantitatis debitæ ex certo, & determinato fundo, quia tunc huiusmodi quantitas debetur vt species, aliàs secus si deberetur vt genus, Socin. *reg.* 108. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 62. *num.* 12. *cap.* 128. *num.* 19. *cap.* 654. *num.* 9. *& cap.* 932. *num.* 29. vide in §. *Obligatio num.* 14. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 275. *num.* 8. *&c. vol.* 1. vbi quoad debitorem quantitatis ex certo fundo refert plures leges contrarias, & asserit distinguendum an fundus sit adiectus demonstratiuè tantùm, vel limitatiuè, & alia, vt ibi, *& decis.* 5. *num.* 3. *& seqq. vol.* 3. vbi de debitore speciei, generis, & quantitatis, an & quando liberetur, vel non per interitum, *& decis.* 213. *num.* 27. *& seqq. vol.* 4. vbi de hærede respectu rei legatæ, de quo vltimo, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 273.

Qualiter debitor speciei per interitum ante moram liberetur quidem ab actione præscriptis verbis, & dolo, non autem a conditione ob causam, qua mediante potest repeti quod datum fuit pro habenda illa specie, declarant Bolognet. Cagnol. & alij in *l. quod te ff. si cert. pet.* Loffred. *cons.* 2. *num.* 46. Viuian. *comm. opin.* 184.

Quòd è contra augmentum speciei sit creditoris, idem Gratian. *cap.* 766. *num.* 43.

Quòd debitor quantitatis, perempta quantitate etiam casu fortuito, non liberetur nisi in certis casibus Duen. *reg.* 176. *per tot.* vbi ponit sex limitationes vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 172. *volum.* 1. vbi loquendo de quodam administratore Principis probat, quantitatem pecuniæ penes se repositam, & casu fortuito amissam, periculo ipsius Principis, & non administratoris perijsse, & qualiter amissio probetur, vide in §. *Administrator num.* 26.

Quando debitor possit soluere id quod est in obligatione, veluti certam quantitatem, vel id quod est in facultate, veluti speciem loco quantitatis, vt quando quis promisit decem in aliqua specie, Tusch. *litt. D. conclus.* 53. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 63. *num* 6 *& seqq. per tot.* Merlin. *de pign. lib.* 1. *tit.* 8. *q.* 19. *n.* 88.

Debitor speciei actionibus realibus, illa perempta 10
eo modo, quo fuisset etiam peritura penes dominum liberatur, licèt fuerit in mora restituendi, secus autem in actionibus personalibus, Bart. *in l. quod te num.* 10. *&c. ff. si cert. pet.* cum alijs per Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 138. *num.* 1. *& seqq.* vide latè Dian. *part.* 11. *tract.* 4. *resol.* 39. *per tot.* vbi loquitur in fure, & quolibet alio iniquo possessore, vel detentore, refertque varias opiniones, rationes, & declarationes, & eadem *part.* 11. *tract.* 6. *resol.* 5. *vers. nec refert*, *& tract.* 7. *resol.* 45. *per tot.* vbi ad quem spectet interitus rei legatæ, vide Paul. Christin. *decis.* 12. *n.* 2. *&c. vol.* 3. vbi quoad debitorem ex contractu, vel quasi

sequitur prædicta, secus autem in fure, nisi rem obtulerit, *& decis. 56, num. 8. &c. vol. 5.*

An, & quando debitor speciei, perempta specie liberetur, vel non, latè Cresp. de Valdaur. *obseruat.* 102. 103. *&* 104. *per tot,*

Quòd debitor morosus teneatur de casu fortuito post moram occurente circa rem debitam, Altograd. *consil.* 45. *num.* 9. *lib.* 2. vide in §. *Mora num.* 1. *&* §. *Periculum num.* 2. *&c.* §. *Creditor num.* 74. facit Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 273. *num.* 8. *& seqq.* vbi de legato certæ speciei peremptæ ex facto, vel mora hæredis, nam tunc loco illius succedit æstimatio, & intra hypotheca, & Saluianum super alijs bonis non solùm testatoris, sed etiam hæredis morosi, Viuian. *com. opin.* 187. vbi quòd debitor morosus tenetur de interitu rei debitæ, nulla facta distinctione an eodem modo apud creditorem ipsum fuisset peritura, vel non,

Et quòd odio morosi debitoris secundùm multos absolutè præsumatur, rem non fuisse eodem modo perituram penes dominum, sicut perijt penes debitorem, vel secundùm alios (& verius iudicio meo) si perijt morte sua naturali, præsumptio stet pro debitore, nisi ei possit aliqua negligentia imputari, secus autem si perijt casu fortuito, nam tunc non præsumitur quod perijsset apud creditorem, cùm ex locorum mutatione sæpissimè euitentur infortunia, idem Menoch. *d. præsumpt.* 138. *num.* 6. *& seqq.* Surd. *decis.* 81. facit quod dixi in §. *Animalia num.... inf. num.* 56. vide Couar. *in regula peccatum* 2. *part.* §. 6. *nu.* 1. & alios relatos per Dian. *dict. part.* 11. *tract.* 4. *resol.* 39. *per tot, & tract.* 7. *resolut.* 45. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 170. *volum.* 1. *num.* 5. vbi quòd stante mora debitoris non attenditur vtrum eodem modo fuisset peritura apud actorem; mora tamen ad hunc effectum in iudicijs vniuersalibus, puta petitionis hæreditatis non inducitur per litis contestationem, idem Christin. *decis.* 56. *num.* 18. *&c. volum.* 5.

11 Debitor si offerat debitum creditori, qui nolit recipere, & res oblata pereat liberatur, Gratian. *discept. forens. cap.* 388. *num.* 9.

Et quod realis oblatio non sit necessaria, vbi verbali oblationi creditor respondit, se nolle recipere, Magon. *decis. Flor.* 118. *num.* 5.

Quando debitor liberetur per oblationem, & depositum, Tusch. *litt. D. conclus.* 55. vide in §. *Depositum num.* 4.

Quòd debitor ad euitandam omnem executionem realem, & personalem, si habeat promptam pecuniam possit illam tradere executoribus, & cesset executio, Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 361. Salust. Tiber. *lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 9. vide in §. *Birruarij num.* 3. *in fine.*

12 Debitor conuentus pro maiori summa, quam verè debeat, potest totum negare, nec aliquam pœnam incurrit, quamuis ponens vsus fuerit clausula, *si non credit de tanta summa, dicat de quanta*, non enim tenetur diuidere positionem; & summam verè debitam confiteri, licet contraria opinio sit magis tuta, & seruanda in foro animæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 109. *num.* 20. *& seqq.* vide in §. *Positio num.* 13. *&* §. *Negatiua num.* 2. Ricc. *Collect.* 3466.

13 Debitor annuus, vel semestralis potest non tantùm conueniri pro fructibus decursis, verùm etiam pro decurrendis vsque ad extinctionem debiti, Gratian. *discept. forens. cap.* 151. *num.* 34. *&c.*

Quòd hoc fieri possit, vt adueniente die parata sit executio, Ciarlin. *contr.* 95. *num.* 31. *&c.* vbi tamen *num.* 34. declarat esse verùm quando dies est apposita à lege, secus si ab homine, & citat Afflict. *decis.* 179. *num.* 1. Peregrin. *de fideicommis. art.* 41. *nu.* 3. & alios vide in §. *Creditor num.* 32.

14 Debitor potest eligere, & declarare in quam causam soluerit, quando creditor adnotauit in libro solutum non animo tollendi obligationem, sed tamquam creditum soluentis, & vt vulgò dicitur *dato credito*, quod potest esse maximi effectus, Gratian. *discept. forens. cap.* 105. *num.* 16. *&* 17. Surd. *decis.* 186. *per tot.* Magon. *decis. Florent.* 39. *num.* 9. *&c. vbi num.* 18. quòd non potest variare si semel declarauit, vel si fuit præuentus à creditore, vide in §. *Mercator num.... &* §. *Solutio num...*

15 Debitor morosus qualiter teneatur ad interesse, multa differit Gratian. *discept. forens. cap.* 241. *per tot.* & dixi in §. *Interesse num.... inf. num.* 57.

16 Debitor existens in longinquis partibus, quando sit expectandus per annum, vel arbitrio iudicis, & quando eius agentibus debeat dari terminus ad certiorandum, idem Gratian. *cap.* 583. *num.* 57. *&c.*

17 Debitori, an creditori competat electio in alternatiuis, vide in §. *Creditor num.... & in* §. *Promissio num....*

18 Debitor census, vel alterius summæ an possit soluere hæredi grauato ante restitutam hæreditatem, & ab eo liberationem consequi, vel vsufructuario, maximè postquam fuit intimatus, ne illis soluat, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 636. *per tot. & in* §. *Vsufructuarius num.* 6. *&* §. *Grauatus num.* 1.

Quòd debitor pecuniæ fideicommisso subiectæ, vel reinuestiendæ ex aliqua causa, si cum tali onere illam accepit, non possit soluere, nisi sit certus quod in causam ordinatam, & destinatam erogetur, alias non remaneat liberatus, secus autem si sit simpliciter debitor absque tali onere illi iniuncto, & ab eo acceptato, nam tunc soluendo hæredi, vel alteri legitimæ personæ liberatur, nec debet esse solicitus de reinuestimento, nisi sciret pecuniam esse consumendam, quia tunc fortè posset teneri si pecunia fuerit deperdita, & consumpta, Altograd. *cons.* 43. *per totum lib.* 1. vide in §. *Hypotheca num..*

Quando soluens non domino liberetur, vel non, Tusch. *lit. D. concl.* 42. *&c.*

19 Debitor Census dotalis an possit illum redimere, & liberetur soluendo soli marito, vide in §. *Census num.* 37. *&* §. *Maritus num...*

An soluendo vsusfructuario, vel proprietario, vide in §. *Vsusfructuarius num.* 6. Olea *de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 6. *num.* 19. *& seqq.* vbi infert ad alia notabilia.

20 Debitor census, qui illum imposuit, an, & quando possit conueniri pro fructibus, vel pro repetitione sortis, si fundum desinat possidere, eo quia fuerit peremptus, siue alienatus, siue euictus, vide Matt. Medic. *Exam.* 18. *per tot. cum duabus decis. seqq. & Addit.* dixi in §. *Census.*

An possit per protestationem impediri ne censum extinguat, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 336. dixi in §. *Census num.* 15. *&* 16. *& in* §. *Hypotheca num.* 47.

21 Debitor census volens illum extinguere debet ante bimestre denunciare creditori, qua denunciatione facta, potest intra annum compelli, & vbi nec volens intra bimestre redemerit, vel inuitus intra annum coactus non fuerint, potest nihilominus quandocumque redimere præuia semper dicta denunciatione, etiam quod pluries, & pluries fuerit facta, & effectus nunquam fuerit sequutus, Bulla Pij V. de Censibus, posita per Cenc. & alios *in tract. de Cens.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 95. *num.* 1. *&c. vol.* 3. vbi quòd dicta denunciatio etiam longioris temporis potest in pactum deduci, & alia.

Quod huiusmodi disdicta possit magis anticipatè fieri, & quomodo, Cenc. *de cens. q.* 112. *num.* 4. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 147. *n.* 8.

Et in hac redemptione, vel sortis consignatione debitor consideratur vt actor, & tenetur sequi forum creditoris rei, in illoque deponere, & non in suo, iuxta opinionem, quam profitetur veriorem Salgad. *Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 27. *& cap.* 7. *num.* 87. *&c.* referendo tamen Cenc. *de cens. quæst.* 103. *num.* 16. & alios contrarium tenentes, de quo vide Oleam *de cess. iur. tit.* 3. *quæst.* 12. *n.* 16. *& seqq.*

22 Debitor census facta supradicta denunciatione, potest censum extinguere etiam ante transactum bimestre, & si creditor recipere recuset, potest pecunias deponere, & liberatur, transacto tamen postea bimestre tenetur soluere fructus huiusmodi temporis, Gratian. *discept. forens. cap.* 8. *per tot.* Cenc. *de cens. quæst.* 91. *num.* 43. *& seqq.* Olea *de cess. iur. tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 59. *& seqq.* vbi limitat nisi rumor mutationis monetæ ad Laream *decis.* 25.

Debitor tamen, qui pecuniam deposuit cum fructibus census pro illius extinctione, & redemptione potest reuocare depositum antequam sit acceptatum, secus autem postquam fuit a creditore acceptatum, Gratian. *loc. cit.*

*cit. num.*26. Surd. *cons.*365. Duat. *de Cens.* §.6. *q.*10. Costa *tract. de re integra distinct.*92. Olea *de Cess. iur. tit.* 1. *q.* 1. *num.* 17.

23 Debitor census cùm præcisè teneatur soluere in pecunia n umerata, non soluens potest carceribus mancipari, quamuis offerat in solutum prædium censui suppositum, Cenc. *de Cens. quæst.*96. *num.*30.

Quòd imò possit cogere dominum census ad capiendum fundum, vide Nauar. & alios apud Filliuc. *de Cens. cap.*3. *num.* 302. Alex. Seriulian. de Burgo S. Sepulcri *in cons. de Censuum extinct. num.*43. *& seqq. per tot. inf. n.* 44. *& intellige vt ibi.*

24 Debitor etiam in casibus, in quibus est permissa carceratio pro debito ciuili, non potest carcerari, nisi seruato ordine tradito in *l. à Diuo Pio* §. *in venditione ff. de iud.* Scilicet facta prius excussione in bonis, nisi statutum daret expresse electionem creditori, Alexan. *cons.* 159. *lib.* 2. Matant. *part.* 6. *de citat. num.* 58. Addit. ad Pract. Pappiens. *for. inquis. glos.* 1. *verb. promisit sistere, &c.* Capyc. *decis.* 169. *num.*2. Viui. *comm. opin.* 180. Gratian. *discept. forens. cap.* 7. *num.* 25. *& seqq.* Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 347. *&c.* vbi plura de dicto ordine.

Et quando talis ordo non attendatur, idem Gratian. *discept.* 353. *&* 375. *per tot.* Ridolphin. *loc. cit. num.*348. vbi quòd non attenditur stante obligatione Camerali, vel Guarantigia, sed potest incipi à captura, & etiam fieri vtraque executio realis, & personalis vnico contextu, vide in §. *Executio num.*24. *& num.* 1. *infra num.*42.

Quòd stante hypotheca, & obligatione Camerali non teneatur creditor dictum ordinem seruare, sed possit ad sui electionem agere, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 37. *num.* 5.

Quòd de Iure nemo possit regulariter carcerari pro debito ciuili quando habet bona sufficientia, Tusch. *litt. D. concl.*48. *per tot.*

25 Debitor quamuis vigore pacti possit se ipsum adstringere ad carceres non soluendo tempore conuento, non tamen potest huiusmodi pacto afficere suum hæredem, vt possit carcerari, licet secus esset in statuto permittente carcerationem, quod afficit etiam hæredes debitoris, Ias. *in l. si accesserit num.*13. *ff. qui satisd. cog.* Natt. *consil.* 29. *num.* 10. Rom. *consil.* 320. Addit. ad Pract. Pappiens. *for. Inquis. glos.* 1. *verb. Promisit sistere &c.* Socin. *reg.*178. *limit.*1.

Quòd possit debitor per pactum se adstringere ad carcerem, Grass. *de except. in Prælud. nu.* 90. *&* 91. Altograd. *cons.*18. *num.*5. *lib.*1. *& cons.*42. *num.*33. *lib.* 1.

Sed in prædictis non esse differentiam inter pactum, & statutum, & pactum huiusmodi, sicut & statutum afficere etiam hæredes debitoris, quia sunt vna persona cum defuncto, illumque quoad actiones ciuiles actiuè, & passiuè repræsentant, vulgatissimum dicit, & sequitur Rot. *part.* 10. *recent. decis.*343. *num.*3. *& seqq. per tot.* vide in §. *Instrumentum num.* 8. *in fine*, vbi etiam quid in Clerico, vide in §. *Clericus num.*58.

Quòd de iure communi cessante pacto, vel statuto, pro causa pecuniaria debiti priuati, non possit debitor carcerari ad instantiam creditoris sed tantùm ex iudicis arbitrio, vel pro debito fiscali, Menoch. *de arbitr. quæst.*88. *num.*6.

Quoad carcerationem contra hæredes, intellige, vt dixi in §. *Executio num.* 9.

Quòd imò debitor non possit per pactum se obligare ad carceres, nec renunciare cessioni bonorum, etiam cum iuramento, Viui. *comm. opin.* 183. Sed tu non recedas à prædictis, *& infra num.*46.

26 Debitor non potest pro debito ciuili priuato inuitus extrahi de domo, & ad carceres duci, cùm domus debeat esse cuique tutissimum refugium, quod procedit tam in domo propria, quàm conducta, vel gratis habitata, & quamuis ostium esset apertum, in horto, molendino, naui, & similibus locis securitatis, per text. *in l. plerique ff. de in ius voc. l. nemo de domo ff. de reg.* Ias. *in d. l. plerique num.*3. *& seqq. ad* 30. vbi hanc regulam duodecim modis ampliat, & quatuordecim limitat Duen. *reg.* 288. *per tot.* Gabriel. *comm. conclus. lib.* 7. *de malef. conclus.* 10. *per tot.* Cabal. *resolut. crim. cas.* 299. *num.* 19. *&* 20. Ferett. *caut.* 22. *per tot.* vbi conatur dare varias cautelas ad extrahendum debitorem de domu, & tenet debitorem iuratum posse extrahi, licet ipse fateatur non potuisse obtinere in practica à quodam Iudice Paduæ. Et irrefragabiliter seruari in statibus Florentiæ, & Senarum, testatur Vulpin. *in suo*, Farinac. *quæst.*27. *num.* 26. vt dixi in Pract. §. *Debitori num.* 4. *& num.* 28. & vide in *Resol. cap.*52. *num.*18. *&c.* Tusch. *litt. D. conclus.*620. Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 31. *per tot.* vbi quòd neque potest grauari in bonis, sed tantùm verbaliter citari, si efficiatur contumax mulctari, & postea pro mulcta tanquam delicto etiam carcerari, & pro debito recomendari, & alia de hac materia Conciol. *resol. crim. verb. Captura resol.* 1. *per tot.*

Quamuis in facto huiusmodi priuilegium non seruari testatur Farinac. *in Fragmen. verb. Domus num.* 130. *& d. quæst.*27. *num.*91. *in fine*, sed debet intelligi in statu Ecclesiastico vbi ipse versabatur, & fortè vigore obligationis Cameralis, quæ in omni contractu, vel obligatione solet apponi, & plurimos operatur effectus, vt alibi dictum fuit, ac quando ostium principale domus esset apertum, nec vllus resistit, secus si sit clausum, ex quo orta est cautela, quam docet Bart. *in l. cum eo ff. ad l. Iul. pecul.* intimandi debitori ad tenendum ostium apertum, alias ad videndum concedi mandatum ad illud per vim aperiendum.

Et quod non possit fieri executio per effractionem ostij domus debitoris absque iudicijs licentia sub pœna restitutionis ablati, damnorum, & interesse, Ant. Fab. *in suo C. tit. de execut. rei iud. definit.* 15. Paul. Christin. *decis.* 102. *num.*12. *vol.*4. *& ad leg. municip. tit.* 1. *art.* 31. *per totum*, Farinac. *quæst.*27. *num.*94.

Si tamen domus esset assignata pro carcere in causa criminali, durante huiusmodi aresto, non potest fieri captura pro debito ciuili, quamuis ostium esset apertum, & nullus resisteret, Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 3. §. 10. *cap.* 10. *num.* 1. *&c. fol.* 572. vide in §. *Carceratus num.* . .

Pro causa verò criminali, potest quilibet capi, & carcerari etiam in domo, & cum fractura, Menoch. *de arbit. quæst.*88. *num.*2. Vulpin. *loc. cit. num.*27.

Quid si debitor esset suspectus de fuga *inf. num.* 37. *& in resol. cap.*52. *num.*19.

Quòd vbi debitor captus in domo non est soluendo, & constat de veritate debiti, non attendatur dicta nullitas, sed captura debeat de æquitate confirmari, ne creditor amittat suum creditum, Martha *vot. Pis.* 79. *num.*2. *&c.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 40. *n.* 2. *&c.* Farinac. *dict. quæst.* 27. *num.* 91. Thomat. *decis.* 277. *per tot.*

Debitor in statu Ecclesiastico vigore Constitutionum 27
Pij V. & Paoli V. non potest carcerari pro minore summa aureorum septem de iulijs duodecim pro aureo, & sic nisi summa excedat iulios 84. non computatis expensis, vt benè declarat Scanarol. *de visit. carcer. lib.* 3. §. 10. *cap.* 8. *num.*1. *& seqq. fol.*567.

Ego tamen pluries seruari vidi in Romandiola Ecclesiastica, concedi capturas debitorum, quotiescumque summa excedebat libras viginti, quæ sunt scuta quinque monetæ Romandiolæ ad rationem iuliorum octo pro scuto, & in stato Florentino pro qualibet modica quantitate arbitrio iudicis, nisi sint milites, qui pro debito capi non possunt, *inf. num.* 31. *& in* §. *Milites num.* 6.

Debitor suspectus de fuga, si huiusmodi suspicio superueniat post contractum, vel aderat tempore contractus, si creditori incognita, ad cuius notitiam postea deueniat, potest personaliter capi, & carcerari, Fontanel. *decis.* 230. *cum pluribus seqq.* Mans. *Consult.* 417. *lib.* 5. Florid. Mauson. *tract. de caus. execut. quæst.* 3. *& seqq.* si verò suspicio aderat tempore contractus, & creditori cognita, non potest ex hac causa carcerari, sed creditor debet sibi imputare si cum suspecto contraxit scienter, *l. si is à quo* §. *si semel*, vbi Bart. *ff. vt in poss. leg.* Caccialup. *tract. de debit. suspect. & fugit. quæst.* 6. *per tot.* Gratian. *discept. cap.* 875. *num.* 13. *& seqq.* Maur. *de fideiuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 38. *alias* 48. *num.* 3. Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. §. 8. *cap.* 2. *cum tribus cap. seqq. per tot. fol.* 503. *&c. ad* 520. vbi latè hanc materiam suspicionis fugæ ampliando, & limitando declarat, *& in Appendice decis.* 3. *& decis.* 23. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 160. *& decis.* 354. & ego dixi in meis resol. *cap.* 39. *per tot.* vbi examinaui, & pro-

& probaui quinque requisita necessaria, ad hoc vt sustineatur mandatum capturæ vigore suspicionis fugæ, vide ibidem, *& in cap. 52. fere per tot.* & in Pract. §. *Debitori num. 7.* vbi summatim Baron. *tract. de citat. tom. 1. quæst. 5. per tot. & in Addit. ad d. quæst. 5. in tom. 2.* Tusch. *litt. F. concl. 524. & seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 258. vol. 1. & ad leg. Municip. tit. 3. art. 3. per tot.* vbi plura de arestis, & sequestrationibus bonorum, vel personarum, *& tit. 13. per tot.* Rot. *par. 15. recent. decis. 81. & decis. 401.* vbi etiam plura de nullitate capturæ, non seruata forma Constitutionis Iustinianæ in Ciuitate Bononiæ concessæ, & exequutæ.

Quòd non detur captura nisi noua causa superueniat, Socin. *reg. 111. limit. 2.* Thess. *decis. 220. num. 4.* Mascard. *de probat. concl. 455.* vbi declarat tria principalia requisita necessaria, nempè debitum, suspicionem, & quod superueniat post contractum.

Probata autem suspicione per deteriorationem conditionis, posse relaxari mandatum capturæ contra suspectum, etiam pendente termino iudicali, Caualer. *decis. 329. num. 2.*

Et vbi statutum disponeret solo iuramento suspicantis posse capi debitorem vbi constet de credito, tamen debet postea captura iustificari, vel captus relaxari, Alexand. *cons. 19. lib. 3.* Nat. *cons. 29. num. 10.* Martha *vot. Pis. 182. num. 4.*

Item etiam si Magistratus, vel Princeps securitatem de non molestando intra certum tempus concesserit, vel licet esset debitor in diem, cùm de instanti fuga suspicio est, potest arestari donec caueat de soluendo adueniente die, Surd. *decis. 307.* Christin. *d. decis. 258. num. 6. vol. 1.* Sanfelic. *in Praxi sect. 27. num. 5. & seqq.* vbi limitat nisi fuerit concessa dilatio sine cautione *infra num. 39.*

29 Debitor dicitur suspectus de fuga si in loco vbi esset conueniendus, non possidet tota bona immobilia, in quibus tanta cadat affectio, vt verisimiliter nolit recedere, quæ si habeat etiam quod debito non sint æquiualentia, non potest tamquam suspectus capi, Gratian. *discept. forens. cap. 875. num. 11. &c.* Caccialup. *d. tract. quæst. 1. num. 9. & 10.* Menoch. *de arbitr. cas. 87. num. 13.* & in meis resol. *d. cap. 39. num. 14. & 15.* vbi quòd ad euitandam suspicionem fugæ, sufficit etiam bona mobilia debito æquiualentia, & quæ verisimiliter, ac de facili non possint occultari, & asportari, possidere, & habere, Rot. *part. 15. recent. decis. 81. & decis. 401.*

Posset etiam ex alijs causis iudici arbitrarijs dici suspectus, vt quia cœperit componere sarcinulas, accipere pecunias sub magni vsuris, emere ad credentiam, & postea viliori pretio præsenti pecunia reuendere, vel habere merces in loco periculoso, vel vendere bona, & similia facere, quæ illum reddant suspectum arbitrio iudicis, Caccialup. *d. tract. cap. 1. num. 9. & seqq.* Menoch. *de arbitr. cas. 87. per tot. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 59. num. 3. & seqq.* vide in resol. *cap. 39. num. 18. & seqq.* Tusch. *litt. F. concl. 522. & 523. per tot.*

Quòd si solutio sit facienda Romæ, vel Perusij, non sufficiat possidere in alio statu, puta in Regno, vel senis dixi Rot. *in Ianuen. prætensæ excarcerationis 19. Decembris* 1636. coram Coccino penes Scanarol. *de visit. Carcer. in Appendice decis. 3. num. 19.*

Forensis tamen sufficit vt possideat in loco suæ originis, Rot. *in Veneta pecuniaria 11. Iunij* 1605. *num. 4.* coram Penia penes eundem Scanarol. *decis. 16.* & dixi in resol. *d. cap. 39. num. 16.* Rot. *part. 14. recent. decis. 160. num. 10. & seqq.* vbi etiam plura ad intelligentiam statuti Vrbis de hac materia loquentis *lib. 1. cap. 98. & decis. 354. num. 7. &c.*

30 Debitor vt possit tanquam suspectus carcerari, requiritur quod per creditorem coram iudice narretur de credito, & de suspicione, quæ emanauerit post contractum, vel saltem ad notitiam venerit, probetur saltem summariè per iuramentum ante capturam quando agitur de fuga instante, vel per testes, & instrumenta si ex eo solo quod immobilia non possideat, illo tamen non citato, ne instruatur ad fugam, & post capturam debet plenariè doceri de credito, & alijs incumbentijs necessarijs, Bart. *in l. si creditores ff. de priuil. credit.* Caccialup. *d. tract. quæst. 6. per tot.* Pet. Pecch. *de iur. sisten. & man. iniect. cap. 11. per totum,* Franc. Curt. *de sequestr. quæst. 2. num. 41. & seqq.* Castr. *consil. penult. lib. 1.* Baris. *consil. 107. num. 54. lib. 3.* Mascard. *de probat. conclus. 455. per tot.* & in meis resol. *dict. cap. 39. num. 3. & seqq.* Martha *vot. 120.* Menoch. *de Arbitr. cas. 87.* Ceuallos *comm. contr. com. quæst. 134.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 258. num. 9. &c. vol. 1. & ad leg. Municip. tit. 3. art. 3. per tot. & tit. 13. art. 18.* Franc. Viui. *comm. opin. verb. Debitor* §. 1. vbi quòd de consuetudine sufficiat iuramentum; cui tamen contradicunt alij tenentes probandam esse legitimam suspicionis caussam, & debitum, ad tradita per Christin. *loc. cit.* Sed tu non recedas à prædicta magis communi distinctione, quam approbat etiam Rot. *part. 14. recent. decis. 354.* vbi pro nullitate capturæ, non factis dictis probationibus, itaut corruat etiam obligatio fideiussorum à debitore pro se liberando à carceribus præstitorum, ad tradita per Duran. *decis. 327. num. 6. & 7.* Martha *vot. Pis. 120. per tot.*

Quòd sit probanda deterioratio notabilis post contractum, Gratian. *discept. forens. cap. 875. num. 13.* vide latè Ioseph. Ludou. *decis. Perus. 41. per tot.* vbi qualiter possit probari per iuramentum, & contra laniones concedi mandata executiua, etiam sine deterioratione.

Et quòd quando agitur contra suspectum possit eius debitum probari per scripturam priuatam, quæ tunc plenè probat, cum etiam fuga probationem debiti inducat, Bursat. *cons. 242. num. 17. lib. 3.* Genu. *de script. priuat. lib. 1. quæst. 4. num. 182. fol. 19.*

An autem pro debito incerto, & illiquido, veluti in administratore ante calculatas rationes, possit mandatum capturæ vigore suspicionis fugæ relaxari, negatiuè concludunt Ludou. *decis. Perus. 41. num. 3.* Muta *decis. 43. n. 22. 34. & 38.* Giurba *decis. 15.* Thesaur. *decis. 220. n. 2.* Fontanel. *decis. 234. n. 12. &c.*

Sed quòd imò sustineatur mandatum suspicionis fugæ, & captura, probatis alijs requisitis, si non ad effectum soluendi ob non dispunctas rationes, saltem ad effectum cauendi de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, ne futurum iudicium redditionis rationis reddatur elusorium, verius docent Scanarol. *de visit. carcer lib. 3. §. 8. num. 27. & seqq.* Fontanel. *decis. 235.* quos refert, & sequitur pluries proposita causa Rot. *in Bononien. Assecurationis iudicij 5. Maij* 1684. 23. *Iunij* 1684. *coram Heruault, & 11. Decembris 1676. coram Rondinino,* vbi fuerunt confirmatæ præcedentes decisiones, quæ omnes habentur penes Modern. Iacob. Balduc. *in Obser. ad cons. Ramon. decis. 17. 18. & 19. per tot.*

Materiam debitoris suspecti de fuga tractant Mausson. *de caus. execut. q. 3. &c.* Conciol. cum addit. ad Romaguer. *ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 40. & 41. per tot.* Mans. *Cons. 417. lib. 5.* Rot. *in cit. decis. apud Balduc.*

31 Debitor minimæ quantitatis, non potest tanquam suspectus pro debito carcerari, quæ autem dicatur parua, vel magna quantitas remittitur arbitrio iudicis, Caccial. *d. tract. quæst. 3. nu. 5.* Socin. *reg. 111. limit. 1.* Curt. *de sequestr. num. 38.* Ludouic. *decis. Perus. 41. num. 9.* Menoch. *de arbitr. cas. 87. num. 21. vide supra num. 27.* Fontanel. *decis. 234. num. 1.*

32 Debitor potest dici de fuga suspectus non tantùm ab ipso creditore, sed etiam ab eius procuratore habente mandatum ad agendum, licet secundum aliquos requiratur speciale, Rom. *cons. 60.* Petr. Pecch. *de iur. sisten. & man. iniect. cap. 3. num. 3.* Caccialup. *de debit. suspect. & fugit. cap. 2.* Alex. *cons. 113. lib. 6.* Sanfelic. *in Praxi sect. 27. num. 9.* vide in §. *Mandatum num. . .*

Quid si sit minor vide in §. *Minor num. . .*

33 Debitor suspectus quando est in actu fugæ potest capi, & carcerari coram quocumque iudice licet non suo, & incompetente, si verò ex eo solo arguatur suspectus quia immobilia non possideat, cùm tunc non sit magnum periculum in mora, debet arestari coram suo iudice competente, Caccialup. *d. tract. quæst. 4.* quem sequitur respondendo contrarijs Gratian. *discept. forens. cap. 876. per tot.* & dixi in resol. *cap. 52. num. 10. &c.* vbi vide, & latè Bore. Caualcan. *decis. 1. part. 1.* Sanfelic. *decis. 141. num. 8.* vbi quòd tunc licet laico capere etiam Clericum debitorem, vt illum præsentet iudici Ecclesiastico, idem Sanfelic. *in Praxi sect. 27. num. 12. & seqq.*

Quicquid alias videantur indistinctè DD. tenere, quod possit arestari coram quocumque iudice etiam incompetente, Rom. *cons. 239.* Thess. *decis. 220.* vide

Tusch.

Tusch. litt. F. concl.525. per tot. Scanarol. de visit. Carcer. lib.3. §.8. cap.2. num.95. & cap.4. num.29. Rot. part.14. recent. decis.160. num.1. & seqq.

34 Debitor suspectus de fuga potest capi etiam diebus feriatis, glos. in l. si super C. de fer. quamuis essent feriati in honorem Dei, vt pluribus relatis probat Fenzon. ad stat. vrb. cap.58. num.32. Asin. in praxi §. 31. cap.2. ampliat.13. Caccialup. d. tract. quæst.8. per tot. Petr. Pecch. d. tract. quæst.7. Socin. reg.111. Montan. de tut. cap. 29. num. 26. vbi etiam quòd potest capi ab ipsomet creditore priuato si adsit periculum in mora, vide in resol. cap. 52. num. 12. &c. vbi an de nocte, & qua hora incipiat dies, & finiat, ac alia ad hoc propositum, Sanfelic. decis.141. num. 8. vbi quòd stante periculo in mora potest capi quibuscumque diebus feriatis in honorem Dei, etiam Natiuitatis, vel Paschatis Domini.

35 Debitor aduena, & illicò recessurus sciente creditore, qui illi credidit merces, non potest iurari suspectus de fuga, sed creditor sibi imputet quod cum tali contraxerit, nisi recedat cum mercibus non soluto pretio, quod statim promiserat soluere, Caccialup. d. tract. quæst. 16. in fine, Petr. Pecch. de iur. sisten. & manu. iniect. cap. 4. num. 5. Bardellon. cons.178. num.11. &c. dixi in resol. cap.39. num. 12. &c.

Quicquid nonnulli in verbis diuersimodè disponere exullment Statutum Mercantiæ Florentiæ videndum, & considerandum, quia ego puto de iure intelligendum vt supra, alias de eius iniustitia dubitari posset, quod non est dicendum.

36 Debitor suspectus potest regulariter propria auctoritate capi vnà etiam cum rebus, quas secum defert, nisi suspicio resultaret ex eo solo, quod immobilia non possideat, vide Caccialup. loc. cit. quæst.4. num. 12. & per tot. vbi plures casus considerat, dummodò copia iudicis haberi non possit, & postea ducatur ad iudicem, & benè Tusch. litt. F. concl.528. per tot. Honufr. Cigala de all. §. 1. num. 53. & seqq. ad 71. fol. mihi 12. &c.

37 Debitor fugitiuus potest vbicumque reperiatur capi, & arestari, Caccialup. d. tract. quæst. 7. Duen. reg. 175. per tot. Fontanel. decis. 241. vbi plura pro nullitate capturæ in casu suo, & Romaguet. ad statut. Engub. lib. 2. rub. 41. per tot.

Non tamen potest arestari in Ecclesia, nec in alio loco immuni, Duen. d. reg.175. limit. 3. Petr. Pecch de iur. sisten. & manu. iniect. cap.6. num.1. &c. Gnaz. deff.1. cap.37. n.6. &c. & dixi in resol. cap.52. num.16. &c.

Nec in propria domo, vel conducta, nisi agatur de debito fiscali, vel sit debitor omninò fugitiuus, & suspectus, vel omni legum auxilio, & fauori renunciauerit, Petr. Pecch. d. cap.6. num.3. & seqq. dixi in resol. cap. 52. num.19. vide supra num.26.

38 Debitor licet post contractum factus fuerit deterioris conditionis, & suspectus, si creditor sciuerit, & per multum tempus tacuerit, nec mandatum de capiendo petierit, videtur iterum approbatus, & non potest tanquam suspectus capi, quod multum tempus æstimabitur arbitrio iudicis; nisi esset debitor ex maleficio, vel ex quasi contractu, quia posset quandocumque capi, cùm non possit imputari creditori quod illum approbauerit, ex quo factus fuit creditor ex necessitate, & non voluntariè, vide Caccialup. d. tract. quæst.6. num. 4. & seqq. Menoch. de arbit. cas.87. num.19. circa medium, & in resol. cap. 39. num.11.

39 Debitor in diem, vel sub conditione vergens ad inopiam, potest etiam per viam suspicionis fugæ compelli ad satisdandum de soluendo adueniente tempore, l. in omnibus, vbi Ang. ff. de iud. Alex. in l. si finita §. eleganter num. 15. ff. de damn. infect. Sanfelic. decis. 308. num. 9. Cancer. var. resolut. tom.2. cap.10. num. 18. cum alijs per Rot. in Ianuen. pratensa excarcerationis 19. Decembris 1636. n. 9. coram Coccino penes Scanarol. de visit. Carcer. in Appendice decis.3. fol.88. vide latè Tusch. litt. D. conclus. 52. per tot. Paul. Christin. decis. Belgic.258. num. 6. &c. volum. 1. Merlin. decis.387. num.4. &c. vi limitat non procedere quando creditor esset munitus speciali bonorum stabilium hypotheca, adde Sanfelic. in Praxi sect.27. num.5. & seqq. ad 22.

Et prædicta sunt vera si inopia, vel alia causa superueniat post contractam obligationem, alias secus, Maur. de fideiuss. part. 1. sect. 3. cap. 1. alias 10. per tot. & cap. 38. alias 48. Caccialup. de debit. suspect. & fugit. quæst. 3. per tot. Petr. Pecch. de iur. sisten. & manu. iniect. cap.4. num.7. &c. dixi in resol. cap.39. num.24. Tusch. d. concl.52. per tot. Christin. d. decis.258.

Prout etiam non obstante dilatione concessa, si debitor efficiatur suspectus de fuga potest arestari vt satisdet, Socin. reg.127. limit. 21. Bardelon. cons. 178. per tot. vbi quod potest recomendari si fuit ad instantiam alterius tanquam suspectus carceratus, etiam si nondum venerit dies solutionis ad effectum satisdandi, vide supra num. 28. in fine.

Quòd debitor possit cogi ad satisdandum quando timetur eius inopia, ægestas, & paupertas futura superueniens post contractum, Bart. in l. cum non facile ff. si cui plus quam per Falcid. Maur. dict. tract. cap. 3. alias 12. & cap. 38. alias 48.

Ad effectum autem exigendi, non potest debitor conueniri ante diem, etiam stante illius latitatione, vel decoctione, Caualer. decis. 486. num. 4. & decis. 524. num. 7. Tusch. d. concl.52. per tot. Rot. part. 11. recent. decis.217. num.27. Sanfelic. decis.308. num.9. & decis.310. num.3. vbi quòd potest conueniri, vt adueniente tempore soluat, vide §. Creditor num.1.

Et quod nec debitor sub conditione apposita ad fauorem creditoris liberetur soluendo ante illius implementum, l. qui Romæ, vbi Bart. & alij ff. de verb. oblig. Altogr. cons.6. n.15. lib.1. inf. n.52.

Quòd debitor sub conditione non dicatur verè, & propriè debitor ante euentum conditionis, Bart. in l.1. nu.32. ff. si cert. pet. Surd. decis.283. num.1. &c. Rot. part.11. recent. decis.61. num.2. & seqq.

40 Debitor carceratus vigore suspicionis fugæ, potest ad euitandos carceres, præstare fideiussorem de iudicio sisti; & iudicatum soluendo, & liberatur à carceribus, Afflict. decis. 108. & decis. 170. num. 4. Maur. de fideiuss. part. 1. sect. 3. cap. 37. alias 47. per tot. & part. 2. sect. 4. cap. 28. vide in §. Fideiussor num.... Paul. Christin. decis. Belgic. 258. num. 2. &c. volum.1. Conciol. verb. Captura resol.10. vbi quòd per dationem fideiussoris censetur approbata captura nulla, quando cautio est præstita publicato processu, & sic data scientia nullitatis, & voluntariè, alias secus.

An suspectus de fuga captus, sit sub cautione iuratoria relaxandus stante impossibilitate inueniendi fideiussorem, plenè hincinde Fontanel. decis. 236. 237. & 238. per tot.

Dans autem fideiussorem vt supra censetur approbare capturam, de cuius nullitate amplius dicere non potest, Bart. quæst.6. num.18. Magon. decis. Flor.126. num.2. Fenzon. ad stat. Vrb. cap.98. num.26. vbi tamen allegat Caccialup. Pecch. & alios contrarium tenentes, prout contrarium videtur tenere Gratian. discept. forens. cap.875. num.32. &c. vbi quòd per fideiussionem præstitam de parendo mandatis iudicis, non censetur approbata illius competentia, & hanc partem sequitur Paul. Christin. ad leg. municip. tit.13. art.10. num.2.

Et ideò ad euitandas difficultates debet debitor protestari, se facere citrà animum approbandi capturam, vt sibi remaneat saluum ius dicendi de nullitate, l. si debitor, §. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypot. sol. Gratian. discept. 980. num. 3. & seqq. dixi in resol. cap. 39. num. 25. & seqq. vbi etiam an admittatur cautio iuratoria, stante impossibilitate inueniendi fideiussorem.

41 Debitor si vti suspectus fuerit carceratus vigore cessionis illi non denunciatæ ad instantiam cessionarii, est nulliter captus, & debet relaxari, Thess. decis. 220. num.4. Boer. decis.10. num.1. Fenzon. ad stat. Vrb. cap. 98. n. 33. Scanarol. de visit. Carcer. lib.3. §.8. cap.2. num.... & §.10. cap.3. num.17. & 18. vbi quòd idem est, si appareat, fuisse satisfactum cessionario à principali debitore, vide Olcam de cess. iur. tit.6. quæst. 4. num. 9. & seqq. vbi tenet cessionarium nulla denunciatione, vel notificatione indigere cessionis, si de illa constet per instrumentum, quo exhibito simul cum nomine, & instrumento cesso executionem illi decernendam esse.

Sed ego non recederem à prædictis, quia non facta denunciatione cessionis ignorat debitor quidquam debere cessionario; cogita, quia saltem sciebat se esse debitorem cedenti, cui soluere poterat ad euitandam executionem....

Qualis autem debeat esse huiusmodi denunciatio, vide in §. *Cession.* 43. & 45. & §. *Denunciatio n.* 6.

Quòd pro credito nouato, & sic vigore nouationis extincto, non possit concedi mandatum suspicionis fugæ, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 160. *in fine.*

42 Debitor captus non seruato iuris ordine, potest retineri in carceribus, & non liberari donec soluerit, si appareat quod verè sit debitor, *l. fin. §. fin. ff. quod met. caus.* Ias. *in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iud.* Diaz. *reg.* 168. Gratian. *discept. forens. cap.* 706. *num.* 11. *cap.* 734. *num.* 13. & *cap.* 921. *num.* 19. Ioseph. Ludouic *decis. Perus.* 40. *per tot.* Borgn. *decis.* 1. *num.* 49. & *decis.* 3. *num.* 11. Martha *vot. Pis.* 79. *per tot.*

Intelligendo tamen, ne decipiaris, quando constat de debito omninò claro, certo, & liquido ex confessione ipsiusmet debitoris, vel re iudicata, siue alio modo indubitato, & habente executionem paratam, Marant. *part.* 4. *distinct.* 9. *num.* 127. Caccialup. *de debit. suspect. & fugit. quæst.* 14. *per tot.* Bart. *in disput. Lapus*, Felin. *in cap. qualiter §. licet autem de accusat.* Diaz. *reg.* 123. Magon. *decis. Florent.* 126. *per tot.* Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 151. *num.* 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 734. *nu.* 13. & *seqq.* & alibi vt supra, Fenzon. *ad statut. Vrb. cap.* 98. *num.* 34. & 39. Cornazan. *decis.* 2. *num.* 18. & *seqq.* Ludouic. *decis. Perus.* 40. Cancer. *var. resolut. tom.* 2. *cap.* 10. *num.* 27. &c. Rot. *in Iannen. prætensa excarcerationis* 19. *Decembris* 1636. coram Coccin. apud Scanarol. *d. tract. decis.* 3. *num.* 16. *in Appendice*, vide §. *Carceratus num.* 9. *sup. num.* 24.

Quòd vbi constat de bono iure, ita vt si non esset facta executio, esset omninò facienda, debeat substineri etiam si esset nulla ad euitandos circuitus, & parcendum sumptibus, quicquid aliqui sentiant esse reuocandam, & postea de nouo seruatis seruandis concedendam, Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 354. &c. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 140.

43 Debitor impetrans moratoriam à Principe, vel dilationem quinquennalem, siue decennalem tenetur interim satisdare de soluendo, transacto termino aliàs non valet, nec sibi opitulatur rescriptum, si huiusmodi satisdatio petatur à creditoribus, Maur. *de fideiuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 2. *alias* 11. *per tot.* Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 1. *cap.* 30. *per tot.* latè Genu. *de script. priuat. lib.* 3. *tit. de annal. & quinquen. dilat. n.* 7. & *seqq. ad* 31. *fol.* 177. vbi tamen quòd si facta diligenti perquisitione, non possit inuenire fideiussorem, non ob id amittit priuilegium, sed admittitur cum cautione iuratoria, & hanc esse receptissimam opinionem pluribus relatis, testatur, hæc omnia probat etiam Dian. *part.* 7. *tract.* 8. *resolut.* 34. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 70. & *num.* 71. *vol.* 2. Viui. *comm. opin.* 176.

Imò huiusmodi cautionem non esse necessariam, & quare, vide Rodriquez. *de concur. credit. part.* 1. *num.* 24. & 25. & in meis resol. *cap.* 95. *num.* 8. &c. Christin. *loc. cit.* vbi distinguit *sub num.* 6. vt debitor locuples teneatur satisdare, pauper verò non, Sanfelic. *decis.* 305. *sub num.* 7. vbi quod possit remitti per gratiam, & in Praxi *sect.* 27. *num.* 7.

De huiusmodi dilationibus, vide §. *Saluusconductus per tot.*

Quòd non possint concedi vltra quinquennium, & si concedantur nec quoad quinquennium permissum sustineantur, vide Genu. *de script. priu. lib.* 3. *tit. de annal. & quinquen. dilat. num.* 3. & 4. *fol.* 176.

Et quando dilatione ad differendam solutionem possint de honestate concedi per Principem, etiam si agatur de debito instrumentario, & iurato, vide Genu. *d. lib.* 3. *tit. de litt. iudicial. siue dilat. fol. mihi* 171. Viui. *comm. opin.* 176. *verb. debitor*, in meis resol. *d. cap.* 95. *nu.* 9. & in hoc Opere §. *Saluus conductus num.* 11. & *seqq.*

44 Debitor quantitatis, & pecuniæ, stante impossibilitate soluendi potest cogere creditorem ad recipiendum in solutum bona stabilia cum cautione euictionis, iuxta *Auth. hoc nisi C. de solut.* & §. *quod autem Auth. de fideiuss.* dummodo doceat de huiusmodi impotentia, perquisiuerit emptorem, omnia per litteram cum iuramento consignet, det electionem creditori, mobilia non habeat, *dicta Auth.* non renunciauerit, & non agatur de debito iurato, quod promiserit soluere in pecunia numerata, Rom. *cons.* 163. Pract. Pappiens. *Respons. act. hypoth. glos. exceptionem solutionis num.* 3. & 4. *cum Addit.* & *glos. satisfacere cum Addit.* Capyc. *decis.* 169. *per tot.* Maur. *de fideiuss. part.* 1. *sect.* 3. *cap.* 7. *alias* 16. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 116. *num.* 1. & *seqq. cap.* 853. *num.* 38. & *seqq. ad* 48. & *num.* 69. & *seqq. ad* 90. Magon. *decis. Luc.* 16. *n.* 16. *cum Addit.* Thess. *decis.* 153. *per tot.* Rot. Bonon. coram Botello *inter Consult. forens. Vrceol. cap.* 29. *nu.* 62. & *seqq.* Gratian. *decis.* 141. *per tot.* Cancer. *variar. resolut. tom.* 3. *cap.* 2. *num.* 143. & *seqq.* Amat. *decis.* 91. Surd. *decis.* 30. Benintend. *decis.* 28. & plenè Alex. Seruilian. *in consil. inf. cit. per tot.* Paul. Christin. *decis.* 215. *per tot. volum.* 5. Ricc. *Collect.* 5498. Ioseph. Ludouic. *decis. Perus.* 64. *per tot.* vbi quando locum habeat etiam in debito iurato absolutione obtenta, latè Alphons. Guzman. *tract. de euict. cap.* 22. *per tot.* Salgad. *Labyrint. creditor. part.* 1. *cap.* 22. *per tot.* Anton. Nigr. *de subhast. part.* 2. *cap.* 35. §. 10. *per totum, fol.* 241. & *sequent.* vbi plura, & de obseruantia diuersorum locorum ibidem §. 11. &c. Mangil. *de euict. q.* 146. *nu.* 12. & *seqq.* vbi etiam qualiter multum minuatur de valore, si non præstetur cautio euictionis.

Quòd possit *d. Auth.* renunciari maximè cum iuramento, latè Nouar. *loc. inf. cit. quæst.* 3. Franch. *decis.* 81. *num.* 83. vbi an talis renunciatio obstet hæredi cum beneficio inuentarij; Sed in contrarium quòd non possit ei renunciari, & quare, vide Benintend. & Ioseph. Ludouic. *loc. cit.*

Quòd *d. Auth.* non habeat locum, si reperiatur emptor, licèt non iustum offerat pretium, stante maximè renunciatione iurata, vide Marcian. *disput. forens. cap.* 81. *per tot.* Sanfelic. *decis.* 111. *per tot.* & *decis.* 268. vbi alia ad rem, Nouar. *inf. cit. quæst.* 11. *part.* 2. vbi contra cessante renunciatione.

De materia *dicta Auth.* & ejus requisitis, quibus cessantibus non procedit, & plura ad illius exclusionem Rot. post Oleam *de cess. iur. decis.* 24. est in Firmana Pecuniaria 4. Decembris 1615. plenè Nouar. *in tract. siue Praxi dationis in solution. necess. post Collect. ad Pragmat. Regn. Neap.* vbi per 12. quæstiones in prima parte examinat omnia requisita, vt sit locus dispositioni *d. Auth. hoc nisi C. de solut.* & §. *quod autem Auth. de fideiuss.* & in secunda parte per alias 25. quæstiones in quibus casibus, vel debitis procedat, vel non.

5 Debitum ex vna causa, potest ex partium conuentione in aliam causam conuerti, nec potest allegari simulatio, maximè quando primum debitum erat verum, quo caso potest conuerti in solutionem pretij, & iudicatur idem ac si pecunia numerata interuenisset, Gratian. *discept. forens. cap.* 321. *num.* 9. *&c. & cap.* 652. *num.* 11. *&c.* vbi an possit conuerti in emptionem censuum, & pro illorum pretio deseruire, & tenet quod sic in foro conscientiæ quando verè constabat de debito, quicquid aliud sit in foro fori, vide in §. *Census, num.* 6. & pluribus citatis probat Sperel. *decis.* 28. *num.* 31. *&c.* Altograd. *cons.* 17. *num.* 1. *& seqq. ad* 14. *lib.* 1.

6 Debitum ex causa dotis, siue alio contractu priuilegiato transfusum, & commutatum in causam mutui, seu mutuum, an transeat cum eisdem priuilegijs quoad cursum vsurarum, multa pro affirmatiua adducit Capyc. *decis.* 183. vbi tandem contrarium concludit, de quo vide Altograd. *cons.* 17. *num.* 10. *& seqq. lib.* 1. *& num.* 44. *per tot.* vbi multis similibus comprobat, originalem causam debiti semper esse attendendam, & huiusmodi transfusionem intelligi factam cum omnibus qualitatibus, & priuilegijs prioris debiti, & declarat Capyc. *loc. cit.* vide in §. *Mutuum, num.. & §. Nouatio, num..* latè Fontanel. *decis.* 559. *&* 560. *per tot.* & alia de varijs debitis DD. citati supra *verb. Debitor.*

7 Debitum quid sit, & quotuplex, vide in §. *Obligatio, num..*

8 Debitum ex sola charitate obligat tantùm in foro conscientiæ, non autem in foro exteriori, quia ad ipsum præstandum quis cogi non potest ex lege iustitiæ, quæ sola attenditur in foro iudiciali, posset tamen per viam Euangelicæ denonciationis compelli, vel per implorationem officij Iudicis, etiam sæcularis, vt docet Valer. *de different. vtriusque fori, verb. Debitum, different.* 1.

9 Debitum coniugale quando sit reddendum, & quomodo, vel non, & alia latè Siluestr. *in Summ. verb. Debitum coniugale per tot.* & Valer. *de different. vtriusque fori, eodem verb.*

10 Debitum quaodo dicatur necessarium, vel voluotarium ad effectum, vt intret compensatio, vel non, Iacob. Balduc. *in obseruat. ad Ramon. cons.* 36. *num.* 2. *& seqq.* dixi ego *in §. Debitor, num.* 59. *cum Addit. & §. Legatum, num.* 82. *&* 83.

§. DECIMA. VI.

1 DEcima propriè dicitur de decem partibus vna quando est adiectum verbum integra, cum alias quicquid soluitur pro decima etiam multum diminuta, decima appelletur, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 165. *per tot. part.* 12. *recent. decis.* 350. latè Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 19. *per tot. fol.* 449. *&c.*

Quid sit, & quo iure debeatur, Tosch. *litt. D. conclus.* 62. Ricc. *Collect.* 192. *&* 1136. vbi quòd est de iure diuino, intelligendo de Ecclesiastica.

An, & quando decimarum quantitas pendeat à consuetudine, & alia de decimis, Ricc. *Collect.* 3076. Peregrin. *decis.* 143. 144. *&* 145. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 64. *&* 110. vbi plura de manutentione in quasi possessione exigendi, *decis.* 123. *dict. part.* 9. *recent.* vbi de consuetudine, *& part.* 10. *decis.* 158. vbi de decimis temporalibus.

Plura de decimis, & primitijs, Fagundez. *de præcept. Eccles. de quinto præcept. per tot. fol. mihi* 753. & an sint de iure diuino, & qualiter differant à primitijs, Rot. *par.* 17. *recent. decis.* 230.

2 Decima dicitur onus reale, vel saltem in rem scriptum, & ideò sequitur fructuum detentorem, & tertium possessorem, contra quem potest actione reali peti, etiam pro tempore præterito, quo ille non possedit, ita vt etiam si fuerit initum pactum, quod alienans prædium teneatur ad decimam, & non acquirens, istud oon præiudicet Ecclesiæ volenti contra possessorem agere, *gloss. in cap. in aliquibus de decim.* Capyc. *decis.* 20. *nu.* 26. *&* 27. Franch. *decis.* 107. vbi etiam quòd est soluenda à proprietario, & non à conductore, & alia, Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 65. *num.* 1. *&c.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 26. *numer.* 1. *&c. vol.* 2. vbi dicit probabiliorem esse sententiam oouum possessorem, ad quem fructus non peruenerunt non posse conueniri, cùm decima sit onus fructuum, & non prædiorum.

Qualiter pro decimis competat tacita hypotheca, Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 7. *per tot.* dixi in §. *Hypotheca, num.* 27. *&* 28.

Quòd decimæ insolitæ sint exigendæ, vsusque, ac consuetudo in illorum exactione seruari debeat, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 236. *vol.* 1. Ricc. *Collect.* 3076. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 100. *num.* 11. *&c.*

Decimæ cùm sint de iure diuino institutæ non nisi Ecclesiæ, vel eius ministris debentur, oec possunt à laicis percipi, vel præscribi, nisi tempore immemorabili cum communi fama, & opinione, quod fuerint suis maioribus concessæ ante Concilium Lateranense, Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 86. *per tot.* Peregrin. *decis.* 144. *per tot.* Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 125. *per tot. & part.* 9. *recent. decis.* 123. *num.* 12. *& seqq. & decis.* 234. *per tot. dict. part.* 9. *& part.* 10. *decis.* 158. *per tot.* vbi qualiter debeantur ex priuilegio Apostolico per famam probato, *& decis.* 270. Pac. Iordan. *Lucub. volum.* 2. *lib.* 10. *titul.* 13. *num.* 48. *& seqq.*

ſeqq. ad 72. *fol*. 357. plenè Rot. *in Rauennaten. ſeu Ferrarien. Decimarum* 26. *Iunij* 1647. *coram Cerro, & rurſus in eadem cauſa confirmata* 5. *Martij* 1649. *coram Merlino*, penes Tondur. *de prauent. part*. 3. *deciſ*. 8. *& inter recent. part*. 10. *deciſ*. 97. *&* 291. *& part*. 11. *deciſ*. 5. *in eadem cauſa*, Tuſch. *litt. D. concl*. 72. *per tot*. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic*. 235. *volum*. 1. Merlin. *deciſ*. 694. *num*. 13. *& ſeqq. deciſ*. 710. *numer*. 11. *& ſeqq. deciſ*. 795. *per tot. & deciſ*. 807. *per tot*. Ricc. *Collect*. 993. 1136. & alibi prout in *Repert. verb. Decima*, Bich. *deciſ*. 323. *num*. 6. *& ſeqq*. Rot. *part*. 15. *recent. deciſ*. 67. *per tot. & par*. 18. *deciſ*. 574. 575. *&* 661. vbi qualiter debeantur parocho, Bich. *deciſ*. 205. Rot. *part*. 16. *deciſ*. 321. vbi etiam quod quaſi poſſeſſio in parte propter vniuerſalitatem cauſæ trahitur ad totum; ſecùs tamen in primitijs, quæ non habent vniuerſalitatem cauſæ ſicut decimæ, & quomodo differant inter ſe decimæ, & primitiæ, Rot. *par*. 17. *deciſ*. 230.

Quòd Eccleſia prædialis habeat iuris aſſiſtentiam pro ſe contra Eccleſiam ſacramentalem, niſi iſta probet conſuetudinem ad ſui fauorem legitimè præſcriptam, Rot. *part*. 16. *deciſ*. 382. *& par*. 17. *deciſ*. 208. *in eadem cauſa*, vbi fuit confirmata prima deciſio.

Quòd decimæ de iure non ſpectent ad Eccleſiam Sacramentalem, & prædiales cui debeantur; quomodo ſi Eccleſia Parochialis de nouo erigatur intra limites alterius antiquæ Parochialis, cùm duæ decimæ de eadem re non debeantur, & alia ad rem, Bich. *deciſ*. 48. *&* 97.

Quòd decimæ Parochialis vnitæ ſpectent ad Rectorem Eccleſiæ, cui facta, eſt vnio, quamuis curam animarum exerceat per Curatum à ſe deputatum, Bich. *deciſ*. 505. *num*. 4. *&* 5.

Quòd decimæ in dubio præſumantur ſpirituales, & quando non eſſent tales, ſed temporales, tunc immemorabilis non requiratur, Rot. *part*. 9. *recent. deciſ*. 64. *num*. 6. *&c*.

Quòd etiam laici ſint capaces ſolius commoditatis, & emolumenti decimarum à iure decimandi ſeiuncti, Bald. *conſ*. 274. *lib*. 5. Rot. *part*. 2. *diuerſ. deciſ*. 215. *numer*. 5. *part*. 4. *recent. deciſ*. 545. *numer*. 2. *& part*. 10. *deciſ*. 175. *num*. 7. *&c. & deciſ*. 291. *per tot*. vbi plenè, *& part*. 14. *deciſ*. 424. *per tot*. vbi quòd decimæ conſideratæ non vt ius decimandi, ſed vt quid facti, poſſunt etiam à laicis percipi, maximè concurrente immemorabili, quæ etiam indirectè probari poteſt.

Quòd de iure debeantur Parocho, & non alijs, Caualer. *deciſ*. 203. *num*. 1. Merlin. *deciſ*. 434. *num*. 2. *&c*. vbi quòd Parochus habet de iure fundatam intentionem etiam quo ad decimas ex prædijs nouiter cultis, Peregrin. *deciſ*. 143. *num*. 14. *&c*. Rot. *part*. 11. *recent. deciſ*. 303. *per tot. deciſ*. 316. *per tot*. vbi quòd dicta iuris aſſiſtentia non ſuffragatur, quando conſtet de pertinentia ad alium, & ex quibus remaneat iuſtificata *par*. 13. *deciſ*. 216. *& deciſ*. 520. *par*. 14. *deciſ*. 493.

Quòd ius decimarum competat Eccleſiæ Parochiali priuatiuè etiam quo ad Epiſcopum, quamuis Eccleſia deſinat eſſe Parochialis, cùm ſufficiat quod habitu ſit talis, Merlin. *deciſ*. 648. *per tot*.

Qualiter Parochus ſit manutenendus in quaſi poſſeſſione exigendi decimas, vbi vltra iuris aſſiſtentiam docet de ſua quaſi poſſeſſione, ex quibus probetur, & alia, Rot. *part*. 10. *recentior. deciſ*. 250. *per tot. & deciſ*. 253. *per tot*. vbi quòd procedit etiam ad fauorem aliorum participantium, & alia ad excludendam immemorabilem in contrarium allegatam, *& part*. 11. *deciſ*. 345. *per tot*.

Si tamen decimæ, quæ iuris aſſiſtentia ad Parochum ſpectare præſumuntur, fuerint ab alio longo tempore poſſeſſæ, concurrente etiam titulo, beneplacito Apoſtolico, munito, dicta aſſiſtentia remanet excluſa, Rot. *part*. 11. *recent. deciſ*. 82. *per tot*. quæ eſt ibi duplicata *deciſ*. 83. in meo Codice, & in alia cauſa *deciſ*. 101. *per tot*. vbi de immemorabili quaſi poſſeſſione alterius, quæ facit ceſſare aſſiſtentiam iuris Parochi, *deciſ*. 316. *per tot. & part*. 13. *deciſ*. 216. *num*. 3. *&c. deciſ*. 520. *per tot*.

Quòd poſſint concedi etiam laicis à Papa, idem Caualer. *deciſ*. 229. Merlin. *deciſ*. 694. *num*. 17. *& ſeqq*.

Quòd Reges in aliquibus locis poſſideant Decimas Eccleſiaſticas, quas nuncupant tertias, quæ poſtquam fuerunt incorporatæ Regali Patrimonio temporales efficiuntur, Cabed. *deciſ*. 63. *part*. 2. Larrea *alleg*. 27. Caſtil. *de teſt. cap*. 12. & alij citati per Antun. Portugal. *de donat. Reg. lib*. 2. *cap*. 34. *num*. 15. *& ſeqq*.

Cui Eccleſiæ debeantur, an ſcilicet illi, in cuius parochia ſita ſunt bona, vel illi, in qua adminiſtrantur ſacramenta, vide Rot. *part*. 2. *diuerſ. deciſ*. 163. *per tot*. Tuſch. *litt. D. concluſ*. 64. *& ſeqq*. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic*. 354. *num*. 4. *vol*. 1. Merlin. *deciſ*. 434. *per tot*. Rot. *part*. 12. *recent. deciſ*. 102. *num*. 4. *&c. & deciſ*. 253. *num*. 2. *&c. part*. 13. *deciſ*. 201. *num*. 8. *& ſeqq*. vbi quòd debentur Eccleſiæ prædiali, *& deciſ*. 344.

Quòd de iure debeantur Eccleſiæ prædiali, licèt de conſuetudine poſſint ſpectare etiam Eccleſiæ ſacramentali, Caualer. *deciſ*. 73. *nu*. 1. *& deciſ*. 107. Ricc. *Collect*. 2468. Merlin. *d. deciſ*. 434. *per tot. & deciſ*. 474. vbi quòd huiuſmodi conſuetudo debet probari ſaltem per decem annos, vide Rot. *part*. 13. *recent. deciſ*. 344. *per tot*. vbi etiam an debeantur ab Eccleſia, ſiue a Parocho, vel Clerico, alteri Eccleſiæ, vel Parocho, vel Clerico pro bonis, &c. *& par*. 14. *deciſ*. 27. *per tot*.

Quando ſint perſonales, vel prædiales, Rot. *part*. 3. *lib*. 3. *Diuerſ. deciſ*. 285.

Quòd multæ ſint decimarum ſpecies, & quales, Tuſch. *litt. D. concl*. 63. *& ſeqq*.

De decimis temporalibus, & ſpiritualibus, & qualiter exemptio non extendatur ad ſpirituales, niſi ſit expreſſum, & quare, & alia Rot. *part*. 12. *recent. deciſ*. 183. *per tot*.

Quòd decimæ debeantur illi, penes quem eſt cura animarum, non autem ei, penes quem eſt nudum exercitium, cui debetur ſua congrua tantùm, Ludouiſ. *deciſ*. 174. vbi etiam quando cauſa decimarum cenſeatur profana, & alia *inf. num*. 9.

Decimæ alicui conceſſæ liberè in recompenſationem 4
laborum, & cauſa eum ſubleuandi ab expenſis, & oneribus paſſis pro recuperando iura Eccleſia vſurpata, ſpectant ad hæredes, ſi decedat ante illarum exactionem, intelligendo de decurſis illo viuente, licèt alias ad inſtar fructuum beneficij ſpectare deberent ad ſucceſſorem in beneficio, Rot. *in Nouiſſ. part*. 6. *deciſ*. 19. *per tot*. Merlin. *deciſ*. 503. facit quod dixi in §. *Clericus, num*. . . .

Decima poteſt per debitores præſcribi in totum, quo 5
caſu non ſufficit poſſeſſio, ſed requiritur implicitus titulus per immemorabilem cum fama priuilegij, vel explicitus cum quadragenaria, & in parte, vel in quota docendo de vniformi præſtatione per tempus ſufficiens, & de poſſeſſione, quæ conſiſtit in eo, quod agenti ad integram decimam, denegata fuerit ſolutio, vel exactio, & ipſo acquieuerit, Rot. *in Nouiſſ. par*. 6. *deciſ*. 23. *per tot. & deciſ*. 30. *num*. 13. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap*. 595. *num*. 16. *& per tot*. vbi plura in hac materia decimarum, Rot. *part*. 13. *deciſ*. 201. *num*. 10. *& ſeqq*.

Eſt tamen neceſſaria ad effectum acquirendi quaſi poſſeſſionem libertatis à ſolutione decimarum, ſcientia, & acquieſcentia Eccleſiæ, cui non poteſt præiudicari ex negligentia Prælati ſine iuſta cauſa, & alia, Rot. *part*. 9. *rec. deciſ*. 302. *num*. 22. *& ſeqq*. vbi excluditur dicta patientia ex pluribus, *& part*. 10. *deciſ*. 22. *nu*. 14. *&c. & deciſ*. 333. *part*. 11. *deciſ*. 242. *num*. 8. *&c*.

Quòd decimæ non poſſint alienari, præſcribi, nec componi ſine aſſenſo Summi Pontificis, Thom. Triuiſ. *deciſ*. 29. *per tot*. Viuian. *comm. opin*. 153. vbi an, & quando conſuetudo non ſoluendi decimas excuſet, vel non, & ſic an poſſint præſcribi, & non ſolui ſine peccato.

Qualiter poſſint ex præſcriptione reddi immunes à ſolutione decimarum, & an valeant ſtatuta prohibentia decimas exigi contra laicos, Dian. *part*. 5. *tract*. 14. *reſolut*. 42. Couar. *var. reſol. lib*. 1. *cap*. 17. *numer*. 10. Vaſq. *contr. illuſtr. lib*. 2. *cap*. 79. *num*. 10. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg*. 236. *num*. 8. *&c. vol*. 1. vbi quòd iſta præſcriptio poteſt eſſe quoad totum, vel in quantitate, ſiue qualitate, & modo ſoluendi, Ricc. *Collect*. 3076. Rot. *part*. 10. *recent. deciſ*. 100. *&* 101. *per tot*.

Decima ſoluenda Eccleſiæ de fructibus recollectis, 6
intelligitur ſine vlla deductione expenſarum ſeminis, & culturæ, vel aliarum factarum gratia recolligendorum

rum ipsorum fructuum, ex quibus soluitur decima, *glos. in l. si a domino, §. vltim. ff. de pet. hered.* Peregrin. *decis.* 143. *numer.* 12. *&c.* Capyc. *decis.* 20. Menoch. *de arbitr. cas.* 258. *num.* 39. vbi intelligunt de decima reali, siue prædiali, secus in personali, ex qua deducitur impensa, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 232. *num.* 16. Bich. *decis.* 322. vbi plura de Parocho, *& part.* 18. *decis.* 582. *& decis.* 563. in eadem causa, vbi, quòd cùm agatur de decima iure vniuersali debita, ei non præiudicatur per mutationem seminis, & fructuum, *& decis.* 688. *d. part.* 18. vbi distinguitur inter ius decimandi vniuersale, & particulare, vt in primo dicta procedant, secùs in secundo.

Quòd onus decimæ spectet ad colonum pro rata fructuum, & conductorem in totum, quando soluit mercedem in pecunia, & percipit omnes fructus, quia est onus fructuum, Pacion. *tract. de locat. & conduct. cap.* 34. *§.* 1. *num.* 40. *&* 41.

Quòd decima debeatur Parochu ex qualibet fructuum specie, nec possit eo inuito præstari in pecunia, & si quandoque fuerit recepta in pecunia, non obligat in futurum, maximè successores, Rot. *part.* 11. *recentior. decis.* 110. *per tot. & decis.* 125. *per tot.* in eadem causa confirmata, *& decis.* 133. *per tot. & part.* 12. *decis.* 350. vbi qualiter debeatur ordinario de omnibus fructibus, ac etiam de apibus, nisi probetur exemptio, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 102. vbi de fæno.

Et quod tale onus decimæ spectet etiam ad colonum partiarium pro fructuum portione sibi spectante, Menoc. *de arbitr. cas.* 562. *num.* 40. Licet dominus quo ad se esset exemptus, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 145. *num.* 11. vide *in §. Coloni, num.* 13.

Quòd decima sit soluenda de quacumque operariorum mercede, & similibus lucris, Lanfranc. Zacch. *tract. de salar. & merced. quæst.* 45. *per tot.*

Et de omni fructu, opificio, & negociatione, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 64. *num.* 9. *&c. part.* 12. *decis.* 350. *part.* 13. *decis.* 102. vbi de fæno, & alijs fructibus noualibus.

7 Decima an admittat appellationem, & sic an in causis decimarum detur appellatio, quo iure debeatur, qua actione petatur, quomodo præscribatur, & alia, vide per Gratian. *decis.* 100. *per tot. cum Addit.* Ricc. *Collect.* 2391. & alibi, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 106. *per tot. vol.* 1. vbi qualiter decimæ ab omnibus sint soluendæ etiam ex Noualibus stante priuilegio, vel immemorabili consuetudine illas exigendi, & manutenendus sit exigens appellatione non obstante.

Quòd à decreto solutionis decimarum non concedatur appellatio suspensiua, & ideò causa appellationis commissa cum clausula, *arbitrio Rotæ*, non impediatur manutentio existenti in quasi possessione exigendi, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 100. *per tot. & part.* 12. *decis.* 223. *per tot.*

8 Decima an debeat in horreo consignari, vel sufficiat illam soluere in area, vide Franch. *decis.* 124. vbi videtur concludere, esse attendendam consuetudinem, Olea *de cess. iur. tit.* 1. *quæst.* 6. *num.* 65. vbi quòd cessante consuetudine, de iure debitor decimæ tenetur ad horrea Ecclesię deferre Exod. *cap.* 23. Malach. 3. *cap. reuertimini* 16. *quæst.* 1. *cap.* 116. *qu.* 7.

Quòd valeat concordia, siue transactio super decimis, Caualer. *decis.* 95. *in fine*, vide in §. *Transactio, num.* 14. Ricc. *Collect.* 2391. *&* 2992. vbi intelligit procedere quo ad perceptionem decimarum, & non quo ad ius decimandi, & non excedere transigentium vitam.

9 Decimarum causa tanquam spiritualis ad forum Ecclesiasticum spectat, vbi agitur an debeantur nec ne, & qualiter, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 297. *num.* 7. *&c.* Si verò agatur de illarum mera solutione, & exactione, causa dicitur merè ciuilis, & potest cognosci etiam per iudicem sæcularem, cùm simplex compulsio sit facti, & non super iure decimarum, & intersit Ecclesiæ plures habere iudices pro decimarum exactione, Federic. de Sen. *cons.* 96. *&* 245. Calder. *cons.* 129. *alias* 15. *de iudic.* Tusch. *litt. D. concl.* 73. *per tot.* Peregrin. *decis.* 145. vbi latè pro iudice laico in possessorio, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 235. *num.* 16. *vol.* 1. *& decis.* 222. *num.* 40. *& seqq. vol.* 5. vbi quòd in possessorio spectat ad iudicem laicum, & quando ius percipiendi decimas spectat ad laicos, ad tradita per Menoch. *cons.* 268. *num.* 8. *& de recuper. remed.* 15. *num.* 211. vide Ricc. *Collect.* 2467. Oleam *de cess. iur. tit.* 6. *quæst.* 3. *num.* 15. *& seqq.* Dian. *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 89. *& seqq. ad* 94. vbi plura de exemptione decimarum quocumque modo à iurisdictione sæculari, *& part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 50. dixi in §. *Iudex, num.* 30. *facit inf. num.* 13. *in fin.*

Decimæ possunt exigi per rei vindicationem in fructi- 10
bus a solo separatis, & alijs modis, qualiter non possint alienari, quæ debeantur Episcopo de iure communi, quæ sint Papales, quomodo debeantur, & alia de decimis, Tusch. *litt. D. concl.* 74. *& seqq.*

Quòd retinentes decimas committant sacrilegium, ac æternæ damnationis periculum incurrant, & qualiter declaratoria contra illos ferri possint, Rot. *part.* 8. *recent. decis.* 142. *& par.* 9. *in Append. decis.* 448. *& part.* 11. *decis.* 12. vbi declaratoria concedenda.

Qualiter non soluentes decimas possint excusari à peccato vigore consuetudinis, licèt sint de iure diuino, Balb. *de præscript. part.* 5. *quæst.* 7. *col.* 4. cum alijs per Ricc. *prax. var. resolut. cap.* 171. *num.* 2. vbi intelligit quo ad quotam.

Decimæ an sint soluendæ à Regularibus, & illorum 11
colonis, an pro prædijs posteà acquisitis, vel pro noualibus, & alia, Dian. *part.* 10. *tractat.* 12. *resolut.* 51. *&* 52. vide in §. *Coloni, num.* 13. *& §. Priuilegium, num.* 20. Peregrin. *decis.* 143. *num.* 29. *& seqq.* vbi refert contrarias opiniones nihil certi firmando, Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 99. vbi quando Religiosi non soluant decimas ex Noualibus ab ipsis cultis.

Quæ sint propriè noualia, vt ex illis decimæ non soluantur, & quomodo testes deponere debeant in probatione Noualium, benè Rot. in select. per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *decis.* 223. *per tot.*

Quòd debeantur etiam ex noualibus stante iure vniuersali decimarum, Paul. Christin *decis. Belgic.* 106. *per tot. vol.* 1. Merlin. *decis.* 434.

Quòd decimæ Noualium spectent Parocho loci, & si ager noualis sit inter plures Parochias vnicuique pro rata, si extra fines Parochiæ Episcopo loci, Paol. Christin. *decis.* 236. *num.* 10. *& seqq. vol.* 1. vbi etiam quòd Nouale ad hunc effectum dicitur ager primum proscissus, qui ante desertus, nec ab hominum memoria cultus fuit, *c.* 1. *c. quod per Nouale* 21. *de verb. significat.* & quando decimæ non extendantur ad Noualia. De hac materia iterùm idem Christin. *decis.* 26. *vol.* 2. Merlin. *d. dec.* 434. Thom. Triuis. *decis.* 65. *lib.* 1. vbi quòd priuilegium de non soluendis decimis pro bonis alicuius monasterij, non extenditur ad bona posteà acquisita.

Decimæ non possunt exigi contra Patres Societatis Je- 12
su, quia isti ex priuilegio sunt exempti à solutione decimarum, etiam contra possidentes ius decimandi per centenariam, vel immemorabilem consuetudinem, & ex causa onerosa, quæ requirantur, vt immemorabilis consuetudo suffragetur laicis in hac materia, & alia, plenè Rot. *in Corduben. Decimarum de Lucena* 7. *Februarij* 1639. coram Merlin. inter impressas eiusdem *decis.* 795. & iterùm sub die 13. Maij 1639. penes Merlin. *decis.* 807. *per tot. in eadem causa*, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 302. *num.* 8. *&* 9. *& part.* 10. *decis.* 22. *per tot.* vbi de priuilegijs Patrum Prædicatorum, siue Dominicanorum, de quibus *num. seq.* Quo ad Iesuitas, & Mendicantes, plenè Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 181. *per tot. quæ est in Hispalen. Decimarum* 26. *Iunij* 1647. *coram Corrado*, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 253. vbi quòd PP. Iesuitæ in Regno Nauarræ sunt à Decimis exempti ex pluribus priuilegijs, quæ non fuerunt sublata per Breue Leonis XI. restrictum ad sola Regna Castellæ, & Legionis, licèt illa fuerint principaliter vnita cum eodem Regno Nauarræ, & quare, *& par.* 18. *decis.* 134. *& decis.* 258. *per tot.* vbi fuit confirmata prima decisio.

De priuilegijs Carthusianorum circa exemptionem à Decimis, & qualiter concessa ex causa paupertatis illa cessante, ipsa quoque cessent, Rot. *par.* 18. *recen. decis.* 511. *per tot.* vide in §. *Priuilegium.*

Quòd vbi priuilegium exemptiuum est fundatum in paupertate, vel alia qualitate, non suffragetur nisi probata dicta qualitate, & sic versari in casu priuilegij, Bich. *dec.* 570. *per tot.* vbi in terminis Monialium Ordinis S. Claræ.

Qua-

Qualiter tamen Patres Ieſuitæ, & alij Regulares Regni Poloniæ teneantur (non obſtantibus eorum priuilegijs, & exemptionibus) ſoluere Parochis decimas bonorum acquiſitorum à laicis, & quæ ſoluebantur ab ipſis laicis, antequam ad eos perueniſſent iuxta decretum Sacræ Congregationis de anno 1645. in futurum, & non pro præteritis ſeruandum, Rot. *part.* 11. *recent. decif.* 9. *per tot.* facit quod dixi in §. *Clericus num.* 45. & rurſus Rot. *part.* 11. *recent. decif.* 133. *per tot.* vbi etiam quòd debentur in ſpecie fructuum, & non in pecunia dixi *ſupra num.* 6.

De priuilegijs dictorum Patrum Societatis Ieſu in materia decimarum, & quomodo fuerint moderata ad vigeſimam in Regnis Caſtellæ, & Legionis per Conſtitut. Leonis XI. quæ tamen tamquam localis, non extenditur ad alias Prouincias, Rot. *part.* 11. *recent. decif.* 276.

13 Decimæ qualiter ſpectent ad Epiſcopum tamquam ad Parochum vniuerſalem, vel pro eo ad Capitulum, non ſolum ex aſſiſtentia iuris, iuxta *cap. nuper extra de decim.* Sed etiam ex quaſi poſſeſſione exigendi, in qua debet manuteneri etiam contra Equites Hieroſolymitanos, licet prætendant ſe, & eorum bona eſſe exempta ex priuilegio ſuæ Religioni conceſſo per Pium IV. in eius *Bulla* 9. §. 64. & per Pium V. *Bulla* 77. §. 3. ac Gregor. XIV. *Bulla* 5. §. 3. confirmato, cùm dictum priuilegium non ſit clarum, ſed varias recipiat interpretationes, & ideò non poſſit impedire manutentionem Epiſcopi in quaſi poſſeſſione exigendi decimas etiam contra dictos Equites, vt latè dixit Rot. *in Hiſpalen. Decimarum* 27. *Iunij* 1644. coram Corrado *part.* 9. *recent. decif.* 302. *per tot. & in alia Cauſa Hiſpalen. Decimarum* 15. *Februarij* 1647. coram Meltio *part.* 10. *recent. decif.* 22. *per tot.* vbi idem firmatur contra Patres Prædicatores, vel Dominicanos, non obſtantibus illorum priuilegijs, quæ cùm indigeant diſcuſſione, non poſſunt impedire manutentionem per prædictas, & alias rationes in deciſione deductas; & rurſus de hac materia in alia *Hiſpalen. Decimarum* 26. *Iunij* 1647. coram Corrado *d. part.* 10. *recent. decif.* 101. *per tot.* vbi plura, & quod cauſæ Decimarum reputantur prophanæ, ſicut aliæ omnes, in quibus non agitur de titulo beneficij, faltem ad effectum remiſſoriarum concedendarum, vt ibidem *numer.* 1. *& decif.* 100. *numer.* 1. *&c. decif.* 220. *& decif.* 333. *per tot. d. part.* 10. *& part.* 11. *decif.* 81. *&* 82. *& decif.* 100. *n.* 10. *& ſeqq. per tot.* vbi iterùm de priuilegijs Hieroſolymitanæ, quæ recipiunt varias interpretationes, & non impediunt manutentionem vt ſupra, *& d. part.* 11. *decif.* 192. vbi de priuilegijs Equitum de Calatraua, *& decif.* 195. vbi de alijs priuilegijs.

Qualiter autem Epiſcopo, imò nec Parocho hodie ex ſimplici iuris aſſiſtentia, non detur manutentio in exactione decimarum, niſi etiam doceant de quaſi poſſeſſione exigendi, vide Rot. *part.* 13. *recent. decif.* 61. *per tot. & decif.* 97.

14 Quòd manutentio in exactione decimarum ſit concedenda Epiſcopo, & Parochis, conſtito de quaſi poſſeſſione exigendi, quæ ſuffragatur etiam contra ſucceſſores in bonis decimæ ſubiectis, quia ex mutatione perſonæ contra quam poſſidetur non variatur ius poſſidentis, licèt dicti ſucceſſores eſſent priuilegiati, & exempti, quia priuilegiorum diſcuſſio eſt reſeruanda in petitorio, niſi eſſent clara, & indubitata, ac iam per ſententias canonizata, iuxta Duran. *decif.* 215. Rot. *part.* 7. *recent. decif.* 44. *& part.* 10. *decif.* 212. *per tot. & decif.* 333. *per tot.* vbi plura notabilia de hac materia, & an bona ſubrogata in locum aliorum bonorum exemptorum ſint exempta, vide §. *Subrogatio numer.* 7. quid ſtante communicatione priuilegiorum, & alia, vide in §. *Priuilegium numer.* 8. *& numer.* 20. Rot. *part.* 12. *recent. decif.* 16. *per tot.* vbi plura quando decimæ debeantur Epiſcopo tamquam Parocho vniuerſali, vbi non eſt alius Parochus particularis deputatus, *& d. part.* 12. *decif.* 183. *per tot.* vbi etiam quando, & à quibus ſuffragetur exemptio, vel non, & eadem *part.* 12. *decif.* 223. *per tot. & decif.* 283. *&* 284. *& decif.* 299. vbi fuit receſſum à prædicta *decif.* 183. & latè quando exemptio ſuffragetur etiam quo ad decimas ſpirituales, & loquitur in Epiſcopo Ferrariæ.

Quòd ius vniuerſale decimandi reſultet in bonis exiſtentibus intra fines Parochiæ, & ideò ex perceptione aliquorum fructuum acquiratur ius, quo ad omnes, quicquid ſecus ſit vbi de iure particulari deberentur, & Decimæ non minuantur, nec tollantur ex mutatione ſeminis, vel variatione culturæ, Rot. *part.* 17. *recent. decif.* 319. *per tot.*

Quòd exemptio à ſolutione decimarum per verba vniuerſalia, & clauſulas multum prægnantes conceſſa à Papa comprehendat omnes decimas, & cenſeatur derogare, *cap. nuper de decim.* quando meminit de Concilijs generalibus, & alia pro exemptione ad fauorem Caſſinenſium Ordinis S. Benedicti, Rot. *part.* 12. *recent. decif.* 334.

An autem mandatum de manutenendo in exactione 15 Decimarum intelligatur tam quo ad decimas ante, quàm poſt litem motam decurſas, vel tantùm quo ad decurſas poſt litem conteſtatam, vide Rot. *in Hiſpalen. Decimarum* 10. *Decembris* 1649. coram Bichio *par.* 10. *recent. decif.* 354. *per tot.* vbi adhibita diſtinctione circa modum agendi concludit omnes decimas comprehendere.

Decimæ non poſſunt ab Eccleſia alienari, vel diſmembrari abſque ſolemnitatibus in alijs alienationibus bonorum Eccleſiaſticorum neceſſarij, vt benè probat Rot. *part.* 11. *recent. decif.* 47. *per tot. & decif.* 85. *per tot.* vbi qualiter Eccleſia ſit reintegranda, etiam per interdictum, vnde vide pro malè, & nulliter alienatis. 16

In diſmembratione Eccleſiæ decimas non cenſeri comprehenſas, cùm decimæ non poſſint ab antiqua Eccleſia auferi, vt alteri voluntariè applicentur, maximè ſi de illis non ſit facta expreſſa mentio, vel ſi erant debitæ iure ſpeciali, & extraordinario, & plura ad rem, Rot. *part.* 17. *recent. decif.* 213. *&* 351. *in eadem cauſa*, *& part.* 18. *decif.* 437. *in eadem cauſa*.

Decimæ an poſſint exigi ab Eccleſia in loco, in quo habet bonorum dominium, videtur quod non, ne detur actio, & paſſio in eodem ſubiecto; niſi adſit particularis conuentio, quæ facit ceſſare dictam repugnantiam, cùm tunc poſſint exigi contra affictuarios, conductores, arendatarios, & colonos, Rot. *part.* 11. *recent. decif.* 145. *per tot.* facit latè *part.* 12. *decif.* 16. *num.* 25. *& ſeqq.* vbi an, & quando poſſint exigi à Clericis, vel non pro fundis Eccleſiæ, & alia plura ad hoc propoſitum. 17

Decimæ qualiter præſumantur reſeruatæ Eccleſiæ matrici, donec illarum aſſignatio Eccleſiæ filiali facta probetur *gloſ. in c. ſtatuimus verb. baptiſmale* 16. *q.* 1. *not.* Rebuff. *de decim. q.* 6. *n.* 12. Rot. *part.* 1. *recent. decif.* 410. *n.* 3. *part.* 6. *decif.* 311. *num.* 12. *part.* 6. *decif.* 12. *numer.* 16. *& part.* 12. *decif.* 315. *num.* 2. *&c.* 18

Si Eccleſia actionem ſuam pro decimis alteri cedat, an poſſit ceſſionarius vti priuilegio fori, & alia ad propoſitum, Olea *de ceſſ. iur. tit.* 6. *q.* 3. *n.* 15. *& ſeqq.*

Decimæ qualiter probari poſſint per teſtes ſingulares, & quid probare debeat laicus illas percipiens, vt poſſit retinere, Maſcard. *de probat. concl.* 483. vide *ſup. n.* 3. 19

Varia de Decimis notat Thoro *compend. decif. Neap. p.* 1. 2. *&* 3. *verb. Decima*, Cancer. *var. p.* 1. *cap.* 23. *per tot.* & latiùs remiſſiuè Ægid. de Caſteion. *in alphabet. iurid. verb. Decimæ*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliothec. legal. part.* 4. *eod. verb. fol.* 377. *&c.* vbi indicant multos Auctores materiam decimarum tractantes. 20

De vſurpantibus quoquomodo decimas Eccleſiaſticas, aut impedientibus, vel impugnantibus, ac ſcrupulum pœnitentibus non facientibus, & eorum pœnis, Carol. Ant. Theſaur. *de pœn. Eccl. verb. Decimæ fol.* 140. 21

Quòd Decimæ indiuidualiter non expreſſæ, non veniant ſub qualibet diſpoſitione, etiam ampliſſimis verbis concepta, an laici ſint capaces iuris decimandi, & alia ad rem, Ramon. *conſ.* 47. *& ſeqq.* cum Annot. Iacob. Balducc. 22

§. DECLARATIO. VII.

Declaratio animi poteſt fieri quocumque tempore, & loco, ac etiam extraiudicialiter, & per actum nullum, Caualer. *decif.* 326. *n.* 2. *&c.* 1

Quòd declaratio nihil de nouo conferat, & quid operetur, latè Tuſch. *litt. D. concl.* 86. *& ſeqq.*

Declaratio an fieri poſſit ex interuallo in præiudicium tertij, & quæ propriè dicatur declaratio, ſiue noua diſpoſitio, vide Vrceol. *conſult. forenſ. cap.* 4. *n.* 24. *&c.* Tuſch. *litt. D. concl.* 87. *& ſeqq.* 2

Declaratio eſt de re dubia, & non valet in caſu claro, quia 3

quia tunc dicitur noua dispositio, vel correctio, de quibus fieri possit, & ad quem spectet, quod non requirat partis præsentiam, vel citationem quando agitur verè de re dubia, & obscura, & quando secus, quam probationem, & solemnitatem requirat, qualiter debeat esse pura, quando necessaria contra ipso iure priuatum vel non, & alia, latè Tusch. litt. D. concl. 88. & seqq. per tot.

4 Declaratio voluntatis testatoris probari potest per duos testes, etiam fœminas, licet istæ alias in testamentis non admittantur, ac etiam per vnicam testem, cui demandatum sit à testatore addito iuramento, & sine partis citatione si verè agatur de re dubia, Mascard. de prob. vol. 1. concl. 485. per tot. dixi in §. Voluntas n. 2. vbi plura, & plures allegaui, & §. Testator n. 24.

5 Declaratio siue declaratoria facti qualiter sit necessaria in omni casu, de quo ius disponit, vide in §. Pœna, & §. Sententia, & §. Dispositio n. 22.

6 De diuersis declarationibus, & declaratorijs, quomodo faciendæ, & quid operentur plura Thoro Compend. decis. Neap. part. 1. 2. & 3. verb. Declaratio, & Declarare, Castelun. in alphabet. iurid. verb. Declaratio, & Com. August. Fontan. in sua Bibliothec. legal. part. 4. eod. verb. fol. 380. &c. Io. Torre in Repert. generali tract. de success. in Maiorat. & Primog. Ital. verb. Declaratio, vbi multa notabilia.

7 Declaratio nihil de nouo inducit, nisi exprimat, sed tantùm quod est detegit, quam regulam pluribus exornant Gabriel. com. conclus. lib. 6. tit. de reg. iur. conclus. 3. Giurb. ad Consuet. Messan. cap. 2. glos. 1. numer. 4. & 5. Castil. quotid. controu. tom. 3. cap. 10. numer. 30. cæterique relati à Vela Dissert. 2. in fine, Dissert. 8. numer. 44. & Dissert. 24. num. 75. Cyriac. contr. 210. n. 11. & seqq. contr. 295. 312. &c.

8 Declaratio vxoris, vel hæredum defuncti in fauorem alicuius, an fidem faciat in præiudicium creditorum, vel alterius tertij; de declaratione quod quis emerit nomine alterius, an retrahatur ad initium; qualiter facta à mulieribus, & minoribus, etiam cum iuramento præsumatur captiosa, & huiusmodi, latè idem Vela Dissert. 38. n. 37. 53. 66. & 67. vide Cyriac. loc. sup. cit. ac alibi, vt in Indice verb. Declaratio.

§. DECRETVM. VIII.

1 DEcretum in contractibus, & maximè in redditione rationis facta à tutore debet à iudice cum magna causæ cognitione interponi, alias probata læsione etiam per coniecturas nihil operatur, Gratian. discept. forens. cap. 563. n. 37. 38. & 44.

Et tenetur ipse iudex subsidiaria actione ad omnia damna, & interesse, vt dixi in §. Iudex num... & facit in §. Curator num...

2 Decretum interpositum sine causæ cognitione est nullum, Duen. reg. 186. per tot. vbi nouem modis ampliat, vide Montan. de tut. cap. 33. num. 289. & seqq. Paul. Christin. decis. 176. num. 5. vol. 3. Rot. part. 13. recent. decis. 400. n. 2. & seqq.

Et ideò est adhibendum, & interponendum probatis, ac excussis causis in scriptura separata, Duen. d. reg. 186. ampliat. 6. Menoch. de arbitr. cas. 171. numer. 23. & seqq. Merlin. decis. 714. numer. 34. Rot. part. 12. recent. decis. 63. numer. 2. &c. part. 13. decis. 479. num. 3. & decis. 521. num. 3. vbi quòd ita litteraliter disponit Statutum Vrbis lib. 1. c. 13. & ideò seruandum, & causam expressam debere esse certam, & determinatam, nec vagam, & generalem sufficere.

Nisi de consuetudine loci talis excussionis interueniant consanguinei, à quibus possit præsumi iudex informatus præuio illorum iuramento circa vtilitatem, vel necessitatem contractus, Gratian. discept. forens. cap. 409. numer. 30. cap. 153. per tot. cap. 555. numer. 12. & cap. 657. numer. 15. idem Gratian. decis. 130. numer. 8. & seqq. & decis. 237. numer. 14. &c. Vrceol. consult. forens. cap. 28. num. 24. &c.

Prædictam excussionem per scripturam separatam non seruari de consuetudine etiam in quocumque negotio grauissimo requirente causæ cognitionem, & subtilissimum omnium circumstantiarum examen, & huiusmodi consuetudinem valere, & per eam tolli posse ius positiuum, & statutum, testatur idem Gratian. discept. forens. cap. 861. numer. 13. &c. Surd. decis. 334. per tot. lib. 2. Vrceol. d. cap. 28. numer. 26. &c. Sperel. decis. 109. num. 52. &c.

Quòd causæ cognitio dicatur satis constare ex verbis instrumenti, causa mature, & diligenter discussa, & inspecta, vel cognita, illisque standum dixit Rot. in Nouiss. p. 7. decis. 89. num. 8. ex Alex. cons. 80. num. 6. lib. 5. & alijs infr. num. 5.

Decretum iudicis præsumitur iustum nisi constet de læsione etiam per coniecturas, Menoch. lib. 2. præsumpt. 75. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 409. num. 33. cap. 435. n. 10. & cap. 553. num. 5. Vrceol. consult. forens. cap. 28. num. 1. & alij passim. 3

Quòd tamen videtur intelligendum de decreto interposito per iudicem superiorem, vel etiam inferiorem, sed Doctorem, & peritum, alias pro eo nihil præsumitur, Rot. p. 2. diuers. decis. 72. numer. 34. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 37. & seqq. Menoch. lib. 2. præsumpt. 67. numer. 19. & 20. Gratian. discept. forens. cap. 13. num. 1. cap. 153. per tot. cap. 233. numer. 55. cap. 555. num. 12. cap. 657. num. 14. & cap. 831. num. 2. &c. Duen. reg. 189.

Quòd stante enormissima læsione nihil operetur decretum, curatoris auctoritas, nec iuramentum, & similes cautelæ, Rot. part. 2. diuers. decis. 82. n. 2. Fachin. contr. iur. lib. 3. cap. 10. Gabriel. comm. concl. tit. de empt. & vendit. conclus. 1. n. 57. Paul. Christin. decis. 28. n. 12. & 13. vol. 5. vbi de læsione vltra dimidiam.

Quòd præsumatur solemniter factum ex antiquitate temporis, & enunciatione solemnitatum in genere, imò etiam sine enunciatione stante longissimo tempore 30. annorum, Rot. part. 2. diuers. decis. 143. num. 8. &c. & decis. 193. per tot. vide in §. Solemnitas num... Tusch. litt. S. conclus. 322. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 487. & 488. vbi an, & quando præsumatur ex antiquitate temporis, & faciat præsumi omnia solemniter acta.

Decretum potest interponi à iudice domicilij illius, qui indiget decreto, licet bona immobilia, super quibus contrahitur, sint alibi sita, nec est necessarium alium decretum iudicis loci, in quo sita sunt bona, sed sufficit illud iudicis domicilij, quod ratione iurisdictionis, quam habet in personam extenditur ad omnia bona alibi sita, Gratian. discept. forens. cap. 861. num. 18. Paul. Christin. decis. 176. n. 7. vol. 3. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 7. n. 17. & 18. & lib. 2. tit. 4. facit quod dixi in resol. cap. 69. num. 38. vbi quòd spectat ad Episcopum Ecclesiæ alienantis, & non ad eum, in cuius diœcesi sita sunt bona auctoritatem interponere, vide §. Iudex n.... infra n. 16. 4

Non valet tamen, nec quidquam operatur interpositum ad ipsius iudicis interponentis fauorem, cùm nemo possit contractum ad sui commodum autorizare, Rot. part. 13. recent. decis. 360. vel 370. numer. 17. in Rauennat. reuelationis, & decis. 400. numer. 21. in eadem causa.

Decretum non præsumitur ex iusta causa interpositum stante temporis breuitate, & præcipitantia, quæ dicitur iustitiæ nouerca, & vbi aliquid permittitur ex causa, non est de facili sumenda occasio, sed maturè, ac deliberatè, & cum expressione cognitionis causæ, quæ est omninò necessaria exprimi, alias non præsumitur etiam in Principe, vbi agitur de tollendo iure quæsito, Magon. decis. Flor. 131. n. 6. & seqq. vide supra n. 2. & 3. 5

Quòd decretum iudicis faciat præsumere iustitiam, & veritatem causæ, Surd. cons. 451. n. 28. Rot. part. 3. recent. decis. 643. n. 2. & p. 13. decis. 110. n. 9.

Decretum interpositum ex falsa causa est ipso iure nullum, Bart. in l. Seia n. 3. ff. de tut. & curat. dat. ab his, Afflict. decis. 218. n. 4. Rot. par. 2. diuers. decis. 33. num. 16. Pic. ad stat. Vrb. glos. 21. num. 35. Gratian. discept. forens. cap. 122. num. 5. cap. 691. num. 31. & cap. 961. num. 24. & 25. Tusch. litt. D. conclus. 124. &c. Paul. Christin. decis. 175. numer. 11. vol. 3. Ricc. Collect. 3164. Rot. part. 16. recent. decis. 312. num. 22. & seqq. vbi etiam quòd Iudex debet certior fieri de veritate causæ aliunde quam ex assertione contrahentium, & part. 17. decis. 331. n. 14. 6

Supplet enim tantùm defectum solemnitatum non autem defectum causæ, Duen. reg. 185. per tot. vbi quatuor modis ampliat, & septem limitat, idem Gratian. discept. 624. numer. 16. Duran. decis. 373. numer. 15. Rot.

part.

part. 13. *recent. decis.* 109. vbi pro nullitate contractus mulieris ex defectu veritatis causæ, vel si causa adducta fuerit nimis vaga, & generalis, *& d. part.* 12. *decis.* 193. *per tot. & decis.* 200. *per tot. & decis.* 383. *per tot.* vbi de nullitate census à muliere constituti pro extinguendo alio censu nullo, vide in §. *Obligatio n.* 4. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 512. *& part.* 14. *decis.* 31. *per tot. & decis.* 163. *num.* 6. *& seqq.* vbi quòd causa non debet esse damnosa, & læsiua, *& decis.* 265. *n.* 6. *& seqq.*

Habet tamen pro se præsumptionem veritatis causæ, super qua fuit interpositum, ita vt alleganti contrarium incumbat onus probandi, Caualer. *decis.* 482. *n.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 486. vide Tusch. *d. concl.* 124. *n.* 3. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 109. *n.* 10. *&c.* vbi quòd verum est in dubio, secus autem dum causæ ineptitudo conuincitur ex nimia generalitate.

7 Decretum partim ex vera, & partim ex falsa causa interpositum est nullum, Bart. *in l. Fulcinius §. Prætor ait. ff. ex quibus caus. in poss. eat.* Scapuc. de Salutan. *lib.* 3. *quæst.* 12. *numer.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 162. *numer.* 19. Duen. *dict. reg.* 185. *ampliat.* 4. Capyc. *decis.* 51. *numer.* 1. *& seqq. ad* 8. Odd. *de restitut. in integr. quæst.* 77. *numer.* 48. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 63. *numer.* 5. *& seqq.* vbi quòd est nullum in totum, *& decis.* 109. *num.* 9. *&c. decis.* 200. *per tot. decis.* 340. *num.* 9. *part.* 13. *decis.* 479. *num.* 8. *part.* 14. *decis.* 378. *num.* 9.

Si tamen sit interpositum ex pluribus causis, sufficit vnam esse veram, Caualer. *decis.* 482. *numer.* 5. vide *in §. Mulier num.* 19. §. *Causa numer.* 23. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 221. *num.* 3.

Quòd debeat esset distinctum super quo contractu interponatur, ita vt alternatiuè interpositum, & concessum, veluti de alienando, vel pignori dando, non valeat, Menoch. *de arbitr. cas.* 171. *n.* 16. *&c.*

Quòd sit indiuiduum, & ideò impositio census pro parte nulla ex defectu versionis in vtilitatem minoris, corruat in totum, Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 162. *numer.* 14. *& decis.* 163. *num.* 15. *&c.* vbi quando ista conclusio non procedat, *& decis.* 265. *numer.* 12. *&c.* vbi quòd licèt decretum sit nullum, tenetur mulier, vel minor de in rem verso pro parte, quæ in extinctionem proprij debiti cessit, *& decis.* 378. *d. part.* 14.

8 Decretum fundatum super causa præcedente nulla, & inualida nihil operatur, vt si mulier, vel minor sine solemnitatibus confessi fuerint in apoca aliquid recepisse, licet de illa postea fiat instrumentum cum decreto, non operatur tamquam fundatum super dicta apoca nulla, Gratian. *discept. forens. cap.* 669. *n.* 6. *& per tot.* facit Magon. *decis. Luc.* 13. *n.* 33. vide in §. *Obligatio n.* 4. *&* §. *Positio n....* Duran. *decis.* 373. *n.* 15. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 495. vbi quòd prima obligatio nulliter contracta, tunc reddit nullam secundam pro extinguenda prima factam, quando nullitas primæ iam erat opposita, secus autem si adhuc erat in implicito statu validitatis, nam hoc casu sufficit ad sustinendum secundum contractum, vide in §. *Statutum requirens &c. n.* 13. *& n.* 20.

9 Decretum iudicis facit præsumere vtilitatem, Gratian. *discept.* 861. *n.* 4.

Interpositum tamen perfunctoriè numquam impedit restitutionem in integrum, idem Gratian. *cap.* 761. *num.* 11.

Quòd imò nunquam facit cessare restitutionem in integrum, latè Simoncel. *de decret. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 3. *& seqq.* Odd. *de restitut. in integr. quæst.* 22. *art.* 9. 10. *&* 11. *per tot.*

Quòd operetur multa, & qualia, Tusch. *litt. D. concl.* 126. *per tot.*

Qualiter suppleat defectum insinuationis, vide in §. *Insinuatio n.* 12. *in fine.*

Quòd suppleat omnium solemnitatum defectum, *l. etiam in prin. ff. bon. lib.* Gratian. *discept.* 564. *num.* 22. Merlin. *decis.* 226. *num.* 9. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 224. *num.* 11. *&c. infra n.* 14.

10 Decretum latum, siue interpositum ex falsis probationibus est ipso iure nullum absque beneficio restitutionis in integrum, licet in eo non sit expressa falsa causa, & idem est in rescripto, Bart. Ias. & alij *in l. diuis ff. de except.* Odd. *de restit. in integ. q.* 77. *art.* 9. *per tot.*

11 Decretum non potest interponi die feriata in honorem Dei, nisi in re pia, & in casu necessitatis, Guid. Pap. *decis.* 215. *numer.* 10. Duen. *reg.* 188. *cas.* 4. Fenzon. *ad stat. vrb. cap.* 58. *numer.* 11. *&c.* vide *in* §. *Contractus numer.* 36. §. *Iuramentum num.* 31.

12 Decretum debet interponi à iudice sedente pro tribunali, ad instantiam contrahentium, & in scriptis redigi per Notarium, alias est nullum, latè Pic. *ad stat. Vrb. glos.* 21. *n.* 15. *& per tot.* vbi plura.

Quòd non sufficiat interuentus iudicis, sed positiuè requiratur illius decretum, per quod appareat discussisse vtilitatem, & approbasse contractum, huiusmodi tamen defectus diceretur remissus si minor factus maior tacuerit per quinquennium, Merlin. *decis.* 535. *per tot.*

13 Decretum interpositum in fine cum clausula, *super omnibus, & singulis, &c.* refertur non solum ad substantialia contractus, sed etiam ad omnia enunciata, & incidenter prolata, & operatur vt eis credatur, Rot. *p.* 2. *diuers. decis.* 316. *numer.* 17. Pic. *d. glos.* 21. *num.* 20. *& seqq. ad* 32.

14 Decretum adhibitum iuxta formã statuti illud requirentis pro confirmatione, & validitate actus, non potest supplere alios defectus, nam interpositum ad vnum effectum, & vnum actum non extenditur ad alium, Gratian. *discept. forens. cap.* 483. *num.* 12. *&c. cap.* 485. *n.* 16. *cap.* 767. *num.* 23. *& cap.* 827. *num.* 6. *&c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 211. *n.* 9. vbi quòd vnus iudex non potest suas, & consanguineorum vices supplere, sed adhibendi sunt duo iudices, vnus qui interponat decretum, alter qui suppleat defectum consanguineorum, vbi opus fuerit, supra n. 9.

15 Decretum iudicis pro forma requiritur in alienatione rei immobilis facta per minorem, vel pupillum, vltra alias solemnitates, de quibus in §. *Alienatio num....* quo deficiente alienatio est ipso iure nulla, *l. magis puto §. si at alienum ff. de reb. eor. l. si quidem, & l. si prædium C. de præd. min.* Iodoch. Damhouder. *de subhast. c.* 2. *n.* 13. *& seqq.* Montan. *de tut. c.* 33. *per tot.* Menoch. *de Arbitr. cas.* 171. *per tot.* latè Tusch. *litt. D. concl.* 124. *& seqq.* vbi quando sit nullum, Merlin. *decis.* 535. *per tot.*

16 Decretum iudicis requiritur in alienatione rerum Ciuitatis, præsumitur interpositum ex iusta, & rationabili causa, & cum interuentu omnium solemnitatum, ac sufficit esse interpositum à iudice ordinario loci, in quo sita sunt bona, licet secundum alios debeat interponi à iudice domicilij, & secundum alios à Præside Prouinciæ, Gratian. *discept. forens. cap.* 654. *n.* 20. *& seqq.* vbi remissiuè quæ alia requirantur in huiusmodi alienatione rerum Ciuitatis, vide in §. *Alienatio n.... supra n.* 4.

Viginti casus, in quibus est necessarium iudicis decretum, & ex quibus annulletur, vide per Duen. *reg.* 187. 188. *&* 189. Tusch. *litt. D. concl.* 124. *& seqq.*

17 Decretum iudicis appositum in inuentario supplet solemnitates illius, si fuerint omissæ, quod intellige si fuerint saltem enunciatæ alias secus, Gratian. *discept. forens. cap.* 767. *n.* 11. *&* 13.

An autem sit necessarium in inuentario, vide §. *Inuentarium num....*

18 Decretum, & aliæ solemnitates statutariæ, non requiruntur in expeditione actus necessarij, vt in extinctione census facta cum pupillo, *l. à diuo Pio §. fin.* vbi Alex. & Ias. *ff. de re iud.* Felic. *de societ. cap.* 4. *numer.* 35. Pic. *ad Stat. Vrb. glos.* 7. *numer.* 14. vide in §. *Statutum num....*

19 Decretum iudicis non requiritur in alienatione rei, quæ seruando seruari non potest, prout pecunia, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 89. *n.* 1. *&* 2.

Alia vide in §. *Statutum requirens certas solemnitates per tot.*

20 Decretum de torquendo requiritur antequam deueniatur ad torturam, à quo decreto de iure datur appellatio, licet de consuetudine non seruetur, vide §. *Iudex num.... &* §. *Tortura n....*

21 Decretum irritans dicitur habere oculos retrò, & operatur nullitatem ab ipso initio, ac afficit omnia quæ sequuntur, ita vt nec effectum, nec iuris fomentum habeant, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 149. *numer.* 2. Plura de vi decreti irritantis, vide per Sperel. *decis.* 161. *numer.* 6. *& seqq.* & dixi in §. *Clausula num.* 41. Tusch. *litt. D. concl.* 115. *& seqq.* vbi ad quid inuentum, ex quibus inducatur, quando incipiat ligare, an liget ignorantes, quando, & quid operetur, vel non, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 14. *num.* 53. *& seqq.*

& seqq. decis. 127. *n.* 12. *&c.* vbi quòd stat accessoriè, non ampliat dispositionem, non ligat ipsum Papam, nec eius prouisiones afficit, nisi expressè dicat.

Ex quibus verbis colligatur decretum irritans, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 253. *n.* 3. *&c.*

Quòd decretum irritans inficiat possessionem iuris tantùm, & non facti, Caualer. *decis.* 8. *num.* 8. cum alijs per Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 402. *n.* 27. *& seqq.*

22 Decretum primum, & secundum quid sit, & operetur contra contumaces, vide in §. *Contumacia n.* 2. latè Tusch. *litt. D. concl.* 111. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 222. *vol.* 1. & dixi in §. *Immissio n.* 3. Merlin. *decis.* 391. vbi de immissione vigore primi decreti, Peregrin. *decis.* 122. *n.* 14. *& seqq. per tot. & decis.* 123.

23 Decretum iudicis suppletur, vel non est necessarium vbi fuit impetrata venia ætatis à Principe ad certum actum specialiter peragendum, *l.* 2. *C. quand. decret. opus non est*; quicquid sit quando venia ætatis ad omnes actus generaliter esset Minori à Principe concessa, nam tunc in quolibet actu debet pernecesse etiam iudicis decretum adhiberi, *l. penult. C. de his qui ven. ætat.* Surd. *decis.* 268. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 82. *num.* 10. *&* 11. vide *in* §. *Ætas num.* 7. latè Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 2. *cap.* 19. *per tot.*

24 Plura de diuersis decretis Thoro *compend. decis. Neap. part.* 1. *&* 3. *verb. Decretum*, Casteion. *in alphabet. iurid. verb. Decretum*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. leg. p.* 4. *eod. verb. fol.* 382. *&c.*

25 Decretum Iudicis in donatione, vel alio actu interpositum operatur, vt pro validitate illius sit præsumendum, Ramon. *cons.* 42. *num.* 40. & alia plura de vi, & efficacia decreti Iudicis in contractibus mulierum, & minorum, quando ex falsa causa, vel partim vera, & partim falsa interpositum annulletur, qualiter præcedere debeat contractum, vel saltem inesse contractui, & non postea adhiberi, quam cognitionem causæ requirat, & huiusmodi, latè Cyriac. *contr. in pluribus locis relatis in Indice verb. Decretum.*

§. DEFENSIO. IX.

1 Defensio est de iure naturali cuilibet, & contra quemlibet permissa, dummodò intra defensionis limites consistat, alias si sit multum excessiua, quod arbitrio iudicis æstimatur, punitur excedens non quidem pœna homicidij, vel vulneris ordinaria, sed alia mitiori iudicis arbitrio pro qualitate excessus, sicuti ex Cicerone, Platone, & alijs, docet Menoch. *de arbitr. cas.* 277. *&* 278. *per tot.* Duen. *reg.* 192. *per tot.* Ricc. *Collect.* 296. *&* 2262. Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 129. *per tot.* benè Viui. *comm. opin.* 189. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 1. *tit. de defens. per tot.* plenè Farinac. *q.* 123. *per tot.* vide in §. *Animalia n.* 3. vbi qualiter sit permissa etiam inter bruta, & contra illa, Conciol. & Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 34. *per tot.* vbi plures alios citant.

Tunc autem dicitur intra defensionis limites consistere, quando fit seruato moderamine inculpatæ tutelæ, & operatur, vt factum inde sequutum sit omninò de iure impunibile, *l.* 1. *C. vnde vi.* Quod quidem moderamen consistit in tribus.

Primò circa modum, vt fiat eodem genere armorum, quamuis hoc de paritate armorum non reperiatur iure cautum, & excessus in armis non sit considerabilis, nisi esset ex proposito, & deliberatione, Cabal. *resolut. crim. cas.* 248. *num.* 31. Gratian. *discept. forens. cap.* 837. *n.* 4. *&c.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 1. *tit. de defens.* vbi plura vide in §. *Aggressio numer.* 6. & in Pract. §. *Difesa num.* 3. *&c.*

Secundò circa tempus, idest incontinenti, quod æstimatur arbitrio iudicis iuxta subiectam materiam, Menoch. *de arbitr. cas.* 9. *cum aliquibus seqq.* Barbos. *de dict. dict.* 155. *per tot.* Sperel. *decis.* 23. Trentacinq. *vbi supra num.* 18. *& seqq.* Giurb. *cons.* 86. Gizzarel. & Addent. *decis.* 18. *per tot.* vbi plura in materia defensionis permissæ, latè Matth. Sanz. *contr.* 29. *n.* 39. *& seqq.* & dixi in §. *Incontinenti num.* 1. & Sanfelic. *decis.* 337. cum tribus Allegationibus, & Addit. ad defensionem mariti pro nece vxoris adulteræ, & adulteri.

Tertiò circa causam, idest ad defensam, & non ad vindictam, & si fuerit excessum, punitur excedens tantùm pro excessu arbitrio iudicis, nisi excessum fuerit in vno tantùm ex prædictis requisitis, quia tunc diceretur in leuissima culpa, & in nihilo puniretur, vel ex calore iracundiæ, cùm primis motus non sint in nostra potestate, quod tamen totum residet in arbitrio iudicis iuxta facti, & personarum qualitatem, §. *Homicidium num.* 24. Boer. *decis.* 169. Cabal. *de omn. gen. homicid. numer.* 67. 92. *&c.* Guaz. *def.* 29. *cap.* 5. Ioseph. Mele in Addit. ad Gizzarel. *decis.* 18. *numer.* 21. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 125. *numer.* 396. *& seqq.* vide *in* §. *Aggressio numer.* 4. *&c.* in Pract. §. *Difesa numer.* 2. *&c.* Paul. Christin. *ad leg. Municip. tit.* 2. *art.* 31. *numer.* 6. *&c.* Mascard. *de probat. conclus.* 489. Viuian. *comm. opin.* 189. *per tot.* latè Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 1. *tit. de def.* Conciol. *verb. Defensio resolut.* 3. *cum pluribus seqq.* Maioran. *in Opoprax. Crim. lib.* 2. *cap.* 4. *per tot. fol.* 137. vbi latè examinat dicta tria requisita Matth. Sanz. *contr.* 22. *n.* 27. *& seqq.* vbi benè declarat, quando dicatur factum ad defensam, & non ad vindictam, nempè quando aggressor stat ad faciem, nec se retrahit, nec fugit, quia tunc aggressus timere debet repetitionem vulnerum, ac ideo propriam salutem tuendo, potest impunè aggressorem occidere; secus autem si aggressor postquam vulnerauit fugit, & aggressus vulnerat, vel occidit, per aliquod interuallum temporis, licet modicum, nam tunc, quia à simili aggressore fugiente non poterat timere repercussiones, dicitur facere ad vindictam potiùs, quam ad defensionem, & punitur extra ordinem de excessu, vt est de mente omnium DD. & vide in §. *Aggressor.*

Prædicta tria requisita pro iusta defensione benè comprobat nouissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. c.* 7. *in rub. n.* 16. *& seqq.* vbi etiam *n.* 13. *&* 14. me citato laudat, & confirmat consuetudinem non relinquendi homicidia vnquam penitus impunita, vt ibidem notaui.

In statu tamen Florentino sicuti de facili ex causa receditur à pœna ordinaria homicidij, ita etiam vigore cuiusdam laudabilis consuetudinis ibidem vigentis, nunquam homicidia, quamuis ad necessariam defensionem commissa, impunita penitus relinquuntur, sed pro omni culpa, & negligentia, quæ potuerit adesse circa moderamen inculpatæ tutelæ, aliqua leuiori pœna, puta breuioris confinij, vel pecuniaria, puniuntur iuxta facti, & personarum qualitatem, vt dixi in Practica §. *Omicidio num.* 22. *&* 57.

Et idem seruatur in delictis explosionum, siue exonerationum scloporum contra aliquem animo offendendi, quæ cùm sint multum exosa, & mortem de sui natura inferant, nunquam penitus impunita relinquuntur, quamuis ad defensam fiant, & offensio non sequatur, sed vt supra aliqua leuiori pœna puniuntur, licet de hoc sciam quandoque delinquentes ex causa fuisse in totum absolutos.

An quandoque aggressori sit licita defensio contra insultatum, vide in §. *Delinquens num.* 9. *vers. Et an*, in Pract. §. *Omicidij n.* 51.

Defensio qualiter sit licita pro tuitione vitæ, membrorum, honoris, vel rerum suarum, & non tantùm pro se, sed etiam pro amicis, coniunctis, & socijs, plenè Farinac. *q.* 125. *part.* 4. *&* 5. *per tot.* Thom. Triuis. *decis.* 58. *lib.* 2. vbi quando secus Gizzarel. & Addent. *decis.* 18. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 189. Dian. *resol. moral. part.* 5. *tract.* 4. *resol.* 1. *cum plurib. seqq.* vbi multa notabilia de defensione ex prædictis causis permissa etiam in foro conscientiæ, *& part.* 8. *tract.* 7. *resol.* 41. *cum pluribus seqq. & part.* 11. *tract.* 1. *resol.* 20. vbi an Religiosi possint defendere suum honorem, & Religionis occidendo inuasorem, vel calumniatorem, & negatiuè concludit Conciol. *verb. Defensio resolut.* 3. *& seqq. & resol.* 7. vbi quòd licet quis possit alium defendere, tamen id non tenetur ex necessitate, etiam de iure Canonico, & in foro conscientiæ, nisi agatur de persona valdè Reipublicæ necessaria, vel coniuncta, vel nisi magnum sequatur damnum, & alia ad rem. 2

An autem quis teneatur proximum suum defendere ab inuasore iniusto, etiam illum occidendo si aliter fieri non possit, dic quod sic ad tuendam vitam innocentis, licet alij contra, ad tradita per Dian. *part.* 11. *tract.* 6. *resol.* 52. *in fine*, vide Viui. *comm. opin.* 190. *per tot.* vbi an, & quando quis teneatur alium defendere, & delicto obuiare, vel non, tam de iure ciuili, quàm in foro conscientiæ, dixi in §. *Delictum n.* 12.

Quòd

Quòd sit permissa pro tuitione rerum, ita vt possit resisti inferenti vim turbatiuam, vel ædificanti, etiam congregando amicos, & vicinos, & pro defensione dignitatis, vel officij, vide Duen. *reg.* 191. *per tot.* Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 132. *num.* 11. *&* 12. facit quod dixi in §. *Fur num....*

Hæc tamen in practica patiuntur difficultates, ne detur occasio faciendi tumultus, & ius sibi dicendi, contra bonum publicum, nisi fiat cum moderamine, & requisitis de quibus supra, & in omnem casum ad vitandas vexationes criminales, satius est ad iudicem pro obtinenda iustitia recurrere; quamuis hodie possent multi replicare, imò satius esse iura sua defendere, & aliquantisper criminaliter molestari, quam ciuiliter litigare.

Qualiter etiam in forò conscientiæ sit licita defensio honoris, etiam insequendo offensorem incontinenti post acceptam iniuriam, vel ante; quid si offensus poterat fugiendo vitam saluare, & alia, Duen. *p.* 2. *tract.* 15. *resol.* 15. *&* 16. vide in §. *Homicidium n.* 4. Dian. *p.* 8. *tract.* 7. *resol.* 43. *vers. notandum, & resol.* 45. *per tot.*

3 Defensio propter illius fauorem probatur præsumptionibus, & coniecturis, & eo magis, si etiam offensio, vel intentio fisci fuerit coniecturis probata, admittit dubias probationes, & minus concludentes, ac testes alias inhabiles, Boss. *tit. de fauor. def. per tot.* Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 132. *&* 134. *per tot.* Mascard. *de probat. concl.* 490. Guaz. *def.* 29. *per tot.* vbi tractat de fauoribus defensionum, & maximè *in c.* 3. Arisinin. Tepat. *var. sent. tit.* 329. *& seqq. ad* 336. vbi plura de defensione reorum in genere, in homicidio, mandato, & ratione ætatis, rusticitatis, sexus, ignorantiæ, &c.

Alia vide in §. *Aggressio*, §. *Insultus* & in Pract. §. *Difesa per tot.* §. *Omicidi, & alibi, &c.*

4 Defensiones assignandas esse cuicumque prætenso reo, vel delinquenti, etiam confesso, conuicto, notorio, vel in flagranti reperto, præterquam in aliquibus leuibus delictis, etiam si non fuerint petitæ, Viui. *decis.* 467. *numer.* 16. *&c.* Vermigliol. *cons.* 18. *num.* 4. *&c.* Mauson. *de contraband. quæst.* 14. *numer.* 14. *&c.* Addit. ad Sanfelic. *decis.* 350. vbi plura Farinac. *quæst.* 39. cum alijs per Vrceol. *consult. forens. cap.* 42. *per tot. cum Addit.* vbi benè aliquibus modis declarat, & loquitur de contrabandis, & similibus, Conciol. *verb. Confessio resol.* 6. vbi quòd etiam reo spontè confesso sunt assignandæ defensiones, & bannito ad dicendum causam quare sententia exequi non debeat, *& verb. Defensio resol.* 1. Francisc. de Angelis *tract. de Confess. lib.* 3. *q.* 12. *n.* 35. *& seqq.*

Quòd defensio sit de iure naturali, & non possit tolli, Tusch. *litt. D. conclus.* 130. Dian. *p.* 3. *in Addit. resol.* 29. vide in §. *Princeps n.* 1. *&* §. *Renunciatio num.* 20. vbi an, & quando possit per reum defensionibus renunciari, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 350. Thom. Triuis. *decis.* 1. *lib.* 2. *& decis.* 33. *num.* 10. *d. lib.* 2. vbi quòd ad defensam possint quandocumque testes, & probationes recipi, cùm numquam concludatur in causa.

5 Defensor necessarius quis dicatur in ciuilibus, & an, ac quomodo in eius personam sit concipienda sententia, vide Gratian. *decis.* 80. *per tot. & in* §. *Sententia n.....*

An possit ex propria persona declinare forum si sit Clericus, dixi in §. *Clericus n....*

Defendere obligatus ad quid teneatur, & qualiter defensor necessarius possit assistere liti pro suo interesse etiam inuito actore, & reo, Tusch. *litt. D. concl.* 136. *&* 137. vide in §. *Venditio n....*

6 Defensiones nouæ solent per Principem concedi reo in contumaciam condemnato intra annum, si velit de sua innocentia docere, imò in statu Ecclesiastico sine alia concessione auditur reus infra annum super sua innocentia, & quandoque post annum ex gratia, & captus si in recognitione sententiæ neget delictum, & indicia sint leuia debet torqueri, vel extraordinariè puniri, Clar. §. *fin. q.* 94. *n.* 12. Tusch. *litt. D. concl.* 138. *per tot.* vide in §. *Admissio n.* 1. *&c.*

7 Defensiones factæ à carceratis, vel alias ab vno socio criminis, an, & quando possint prodesse alijs contumacibus, vel aliter non se defendentibus ad ostendendam illorum innocentiam, vide Farinac. *cons.* 73. *numer.* 1. *& seqq. per tot.* Spad. *cons.* 104. *in fine*, vbi benè declarant, quos sequutus est Magistratus DD. Octo Baliæ Virorum Ciuitatis Florentiæ sub die 13. Iunij 1674. in causa expedita contra Archangelum Io. Sabbatini, & alios facit quod dixi in §. *Socius num.* 55.

De varijs defensionibus, qui scripserint indicantur ab Ægid. de Casteion. *in Alphabet. iurid. verb. Defensio*, & à Com. August. Fontan. *in Bibliothec. legal. p.* 4. *eodem verb. fol.* 384. *&c.* 8

Defensio sicuti permissa est in foro exteriori seruatis seruandis, an idem sit in foro conscientiæ, latè Valer. *de different. vtriusque fori verb. Defensio per tot.* vbi notat plures differentias, inferendo præcipuè ad carceratos, siue iustè, siue iniustè an possint tuta conscientia fugere, & videtur affirmare. 9

An autem sicuti in foro exteriori licitum est pro defensione honoris exponere vitam periculo mortis, iuxtà illud, *Pro honore moriendum*, quia viuere sine honore est mori, & honor non solum æquiparatur vitæ, sed etiam præfertur inter personas honoratas, illustres, & nobiles; ita etiam sit in foro animæ, in quo inter Christianos non videtur tanti æstimandus honor mundanus, vt eius pro tuitione, liceat vitam periculo exponere, latè per plures conclusiones explicat idem Valer. *d. tract. verb. Vita, & honor, diff.* 1. *per tot.*

§. DELATIO. X.

Delatio pugionis est prohibita per edicta generalia status Ecclesiastici, & per Bullas Pij IV. & Pij V. sub pœna vltimi supplicij, & confiscationis bonorum, quæ tamen pœna non seruatur de consuetudine saltem quo ad mortem etiam si sequuta fuerit aliqua offensio, Farinac. *quæst.* 109. *numer.* 52. Guaz. *def.* 29. *cap.* 2. *numer.* 16. *& def.* 4. *cap.* 8. *per tot.* vbi etiam qualiter constare debeat de corpore delicti, & de qualitate armorum, idem Guaz. *de confisc. bon. conclus.* 13. *ampliat.* 88. Raynald. *rer. crim. cap.* 10. §. 1. *n.* 2. *&c.* 1

In statu verò Florentino punitur prout in lege generali Armorum de anno 1623. & dixi in Practica §. *Armi n.* 7. *&c.* pœna scutorum quinquaginta auri quo ad pugiones ordinarios, quo verò ad prohibitos vulgò *stiletti*, & similes d. pœna scutorum 50. & amplius annorum quinque carceris stincarum ciuibus, alijs verò triremium pro eodem tempore.

Delatio armorum quando fuit momentanea non est punibilis aliqua pœna, Conciol. *resolut. crim. verb. Arma resol.* 16. *n.* 1. *& ad stat. Eugub. cum Romaguer. lib.* 4. *rub.* 37. *n.* 4. 9. *&c.* nec comprehenditur in statuto prohibente delationem armorum, etiam quod fieret ad offendendum, offensione tamen non sequuta, Farinac. *qu.* 108. *n.* 43. *&c.* Guaz. *def.* 29. *cap.* 2. *num.* 17. Baiard. ad Clar. *quæst.* 82. *n.* 74. Conciol. *verb. Arma resolut.* 16. vbi ampliat etiam in retinente arma domi modico tempore, & in transeunte, in loco prohibito per modicum tempus. 2

Sed quod decem momenta conficiant punctum, & quatuor puncta horam, & vbi non sumus certi de animo deferendi per momentum, sed possibile sit, quòd deferens per maius tempus detulisset, si non cessasset causa, non potest excusari delatio, tamquam modica, vel momentanea, maximè sequuta offensione, & alia ad excludendam momentaneam delationem, Francisc. Ant. Tranchedin. *cons.* 104.

Plura autem ad excludendam momentaneam delationem, & vt sit locus pœnæ, non obstante quod delatio fuerint modica, vel momentanea, vide penes Francisc. Ant. Tranchedin. *Consult.* 104. *num.* 14. *& seqq.* Cortiad. *decis.* 71. *per tot.*

Dicitur autem momentanea, quando non est deliberata, & ex proposito, sed ex accidenti sumuntur arma in loco rixæ de domo, vel latere alterius, siue etiam propria si aliquis inhabitet, qui possit illa retinere, vel alio modo, & his casibus, etiam offensione sequuta, non puniuntur in statu Florentino delatores pro huiusmodi momentanea delatione, prout sæpissimè seruatum vidi.

Deferens arma ex aliquo priuilegio sibi concesso, vel à lege, vel ab homine, caueat ne delinquat cum illis, quia amittit priuilegium huiusmodi, & puniri potest de armorum delatione, Marsil. *Pract. crim.* §. *pro complemento num.* 9. Farinac. *quæst.* 108. *numer.* 131. Guaz. *def.* 29. *cap.* 2. *num.* 19. Baiard. ad Clar. §. *fin. qu.* 82. *n.* 75. Cabal. *resolut. crimin. cas.* 63. *numer.* 9. Conciol. *verb. Arma resolut.* 3. vbi sequitur opinionem, quod habens facultatem 3

armorum non puniatur pro delatione, sed tantùm pro delicto, nisi in impetratione licentiæ promisisset illis non abuti, & potest grauius puniri, cùm dicatur ostendere benignitatem Superioris.

In statu Florentino habens facultatem armorum, non punitur pro delatione, sed tantùm pro delicto, vt dixi in Practica §. *Delatori n.4.*

4 Delatio armorum confunditur cum insultu, & volneribus indè sequutis, adeò quod offendens cum armis, puniatur solum de offensionibus, & non de armorum delatione, *glos. in l. qui de crimine C. de accusat.* Bart. *in l. quemadmodum §. illud ff. ad l. Aquil. & in l. inficiendo §. Infans in fine de furt.* Marsil. *in d. §. pro complemento num.* 38. Cephal. *cons.* 204. *n.* 42. *& seqq. lib.* 2. sequitur Farinac. *qu.* 22. *n.* 20. *& seqq.* vbi Vulpin. *in fuco numer.* 5. idem Farinac. *quæst.* 108. *n.* 166. vbi etiam idem Vulpin. *in fuco n.* 17.

Contrarium tamen quod scilicet puniatur delatio armorum, & offensio, ita vt vna pœna alteram non tollat, sed vtraque imponatur, quando delator non habebat licentia armorum, maximè in statu Florentino vbi pœnæ pecuniariæ non confunduntur, sed tantùm afflictiuæ, in quibus maior minorem absorbet, vide per Cabal. *resol. crim. cas.* 158. *& cas.* 155. *per tot.* quem sequitur Gratian. *discept. forens. cap.* 840. *n.* 4. *& seqq. & cap.* 956. *num.* 1. *& seqq.* Guaz. *eff.* 29. *cap.* 2. *num.* 18. & dixi in Pract. §. *Delatori numer.* 7. *& §. Pene num.* 19.

Nec dissentit Farinac. *loc. cit.* quatenus dictam conclusionem declarat, non procedere, quando arma deferuntur contra prohibitionem nec quando pœna delationis esset maior, nec vigore bannimentorum generalium status Ecclesiastici de anno 1599. cap. 24. quibus expreſsè cauetur; pœna armorum, non esse confundendam cum pœna delicti cum illis commissi, adde Nouar. *in Prag. Regn. Neapol. Collect.* 24. *n.* 4. *& seqq.* Raynald. *rer. crim. c.* 10. *§.* 1. *&* 2. vbi plura ad rem.

5 Deferens arma prohibita, siue contra prohibitionem legis, vel bannimentorum, si fuerit cum illis inuentus, amittit, & de iure applicantur fisco, quod etiam seruatur de consuetudine, & vigore bannimentorum in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, quamuis in statu Ecclesiastico vigore pariter consuetudinis, & bannimentorum applicentur Barisellis, & executoribus inuenientibus delatores, Farinac. *quæst.* 108. *numer.* 10. *&* 11. Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 18. Baiard. ad Clar. *quæst.* 82. *num.* 64. Guaz. *deff.* 29. *cap.* 2. dixi in Pract. §. *Armi n.* 37. *&* 42. Conciol. *resol. crim. verb. Arma resol.* 23. *numer.* 2. *ad stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 37. *num.* 5. vbi tamen quòd archibusetta breuioris mensuræ non applicantur birruarijs, sed debent deuastari.

Et quod dicitur de pœna delationis, & amissionis armorum, quamuis de iure videatur intelligendum, quando quis fuit cum armis inuentus, & captus, & sic non sufficiat sola inuentio, sed requiratur etiam captura, cùm verba sint intelligenda cum effectu, iuxta doctrinam Bart. & aliorum *in l. Barsatoram C. de fideiuss. & mandat.* Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *n.* 42. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 108. *num.* 132. *& seqq. ad* 144. vbi plura Guaz. *deff.* 5. *cap.* 8. *num.* 3. vide in §. *Arma n.* 3. *&* 8. Peguer. *decis.* 55. Martha *vot. Pis.* Bellitec *decis.* 257. *p.* 2. Gamm. *decis.* 172. Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 21. *n.* 2.

Tamen contrarium seruatur vigore bannimentorum Status Florentini, secundum quæ, potest contra huiusmodi delatores procedi etiam ex officio, & per inquisitionem, & passim condemnari vidi, vbi constat de delatione, quamuis per birruarios non fuerint inuenti, neque capti cum armis, vt dixi in Practica §. *Delatori n.* 1.

Ac de simili obseruantia in statu Ecclesiastico respectu maximè archibusorum prohibitorum, testatur Farinac. *d. quæst.* 108. *numer.* 140. *&* 143. vbi dat plures distinctiones. Et in Regno Neapolitano, Nouar. *Collect.* 21. *num.* 2.

Sed quando delatores non fuerunt capti cum armis, non creditur birruarijs circa delationem deponentibus, vt dixi in §. *Birruarij n.* 1. *vers. non etiam.*

6 Deferens arma ad sui, vel alterius defensionem an sit puniendus aliqua pœna, vide Cabal. *resol. crim. cas.* 62. *& cas.* 88. *in fine*, Farinac. *q.* 108. *n.* 68. *&c.* dixi in §. *Arma num...* *& §. Banna num...*

Quid si ad persecutionem bannitorum, qui possint impunè offendi, idem Cabal. *cas.* 45. *per tot.* Farinac. *dict. quæst.* 108. *num.* 116. *& seqq.* dixi in §. *Banna num.* 7. §. *Arma num.* 14. & in Pract. §. *Armi num.* 38. vbi quòd nec ad persecutionem bannitorum possunt deferri, vigore bannimentorum tam status Ecclesiastici, quàm Florentini, & posse prodesse tantùm ad obtinendam gratiam à Principe, adde Nouar. *in Pragm. Regn. Neapol. Collect.* 21. *& seqq.* vbi plura in materia delationis armorum licèt Florentiæ quandoque huiusmodi delatores fuerint absoluti, vel non molestati, vt notaui in *Addit. ad Pract.* §. *Armi num.* 38. per doctrinam Cabal. *cas.* 62.

Alia dixi in §. *Arma per tot.* & in Pract. §. *Armi per tot. & §. Delatori per tot.* vbi an delatio armorum continuata, siue pluries reiterata habeatur pro vnica delatione, & vnica tantùm, vel pluribus pœnis puniatur.

Delationis armorum materiam tractant DD. citati ab Ægid. de Casteion. *in alphabet. iurid. verb. Arma*, & à Com. Augustin. Fontan. *Bibliothec. legal. part.* 4. *eodem verb. Arma fol.* 125. *&c.* 7

§. DELEGATIO. XI.

DElegatio per interuentum nouæ personæ, quæ sit debitrix delegantis, liberat debitorem, quando creditor illam acceptauit, & debitori finem fecit, Foller. in Addit. ad Marant. *part.* 6. *vers. Testium productio num.* 49. Afflict. *decis.* 353. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 134. *numer.* 50. *& seqq.* Tusch. *litt. D. conclus.* 144. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 255. *& decis.* 215. *per tot.* 1

Et liberat etiam fideiussores, Maur. *de fideiuss. part.* 2. *sect.* 10. *numer.* 5. vide Gratian. *discept. forens. cap.* 64. *per tot. cap.* 252. *in prin. & decis.* 117. *per tot.* dixi in §. *Nouatio num..*

Quòd delegatio possit fieri, & probari per epistolam, Genu. *de script. priuat. lib.* 3. *q.* 10. *per tot. fol.* 131.

Quando delegatio non habeat vim solutionis, & non liberet debitorem delegatum à creditore delegante, Surd. *decis.* 23. *per tot.* Tusch. *d. concl.* 144. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 47. *per tot.* vbi plura ad extinctionem delegationis, Salgad. *Labyrint. credit. p.* 3. *c.* 2. *n.* 45. *& seqq.* Sanfelic. *decis.* 360. *per tot. cum Addit.*

Et si debitor fuerit iussus soluere, non liberatur si solum promittat, ac ideò potest molestari ab alijs creditoribus delegantis, Surd. *decis.* 187. *per tot.*

Quid sit delegatio debiti, quid operetur, quæ requirat, & alia, Tusch. *litt. D. conclus.* 142. *& seqq.* Paul. Christin. *decis.* 180. *vol.* 4. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 177. *per tot.* Scacc. *de Cambijs* §. 2. *glos.* 5. *n.* 180. *& seqq.*

Delegatio vt rectè facta dicatur, requiritur quod delegatus sit debitor delegantis, per stipulationem promittat soluere creditori delegantis mandante ipso delegante suo creditore, & quod promittat tamquam debitor, Gratian. *discept. forens. cap.* 64. vbi latè quando delegatio liberet delegantem, vel non, & quid quando est facta per litteras cambij scriptas alteri mercatori, vide in §. *Littera num.* 1. *&c. & §. Mercator num...* Ludouis. cum Beltramin. *decis.* 217. *n.* 3. *& seqq. per tot.* 2

De requisitis delegationis ad effectum liberandi delegatum, idem Gratian. *cap.* 968. *numer.* 13. Mart. Medic. *decis.* 66. *numer.* 8. *& seqq. per tot.* Caualer. *decis.* 38. *num.* 6. *& decis.* 137. *per tot.* Ludouis. *decis.* 217. *numer.* 3. *&c.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 134. *numer.* 69. vbi colligit quinque requisita, quæ sunt eadem cum prædictis, Genu. *de script. priuat. in Addit. quæst.* 7. *numer.* 8. *& seqq. fol.* 47. Altograd. *cons.* 6. *num.* 19. *& seqq. lib.* 1. vbi quòd tria requisita sunt necessaria, nempè quod delegatus sit debitor delegantis, 2. quod delegatus promittat per stipulationem de mandato ipsius delegantis, 3. quod tamquam debitur promittat, quibus concurrentibus, fit nouatio, etiam si expreſsè non dicatur, vt ibi latè per eum Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 91. *n.* 2. *&c.* latè Sanfelic. *decis.* 360. *per tot. cum Addit.* vbi quòd cessantibus aliquibus ex dictis requisitis non inducitur nouatio, neque delegantis liberatio.

Quòd inter Mercatores possit fieri delegatio sine stipulatione, & sic simplici, & nudo pacto, si alia requisita concurrant, idem Altograd. *d. cons.* 6. *n.* 28. *lib.* 1.

Delegatio extinctiua inter delegatum, & delegantem inducitur etiam si ille, cui solui debet, non sit creditor mandantis, cùm istud inter requisita delegationis non numeretur, imò nec refert secundum multos, quod 3

dele-

delegatus ſi debitor delegantis maximè inter mercatores ex generali conſuetudine, Altograd. *d. conſ.58. & ſeqq. lib.1.* vide latè Marr. Medic. *deciſ.66.n.11.& ſeqq. per tot. cum Addit.* Rot. *in Romana Cambiorum Lunæ 6. Iunij* 1605. coram Ludouiſ. *deciſ.217. per tot.* Sanfelic. *deciſ.360. per tot. cum Addit.*

An autem debitor ceſſus, poſſit promiſſionem factam fauore creditoris abſentis, reuocare, nondum ſequuta acceptatione, plura hincindè vbi per Magon. *deciſ. Flor.39. numer.4. & ſeqq.* & latè plures caſus diſtinguendo declarat Genu. *de ſcript. priuat. tit. de ſcartafac. lib.5. numer.8. & ſeqq. fol.287.*

Et quod delegans vni ante acceptationem poſſit alteri delegare, Addit. ad Sanfelic. *deciſ.360. verſ. ſecundo, &c.*

Quòd debitor ceſſus, vel delegatus, qui præſens fuit ceſſioni, vel delegationi, & ſoluere promiſit ceſſionario abſque vlla proteſtatione, non poſſit aliquam contra eum opponere exceptionem, quam haberet contra cedentem, vel delegantem, Olea *de ceſſ. iur. tit.6.q.11.n.34.& ſeqq.* facit quod dixi in §. *Ceſſio num.57. in fine.*

4 Delegatio non ſemper liberat debitorem delegantem, vt quando non fuit quæſita obligatio ei, cui facta fuit, vel ſi periculo delegantis ſit acceptata, vel ſtante proteſtatione, quod delegans non cenſeatur liberatus ante ſolutionem, quo caſu tamen non debet delegationem recipiens eſſe in mora exigendi, alias ſibi imputaretur decoctio, quaſi non exigendo videatur illius fidem ſequi, vel ſi promiſſio ſit in diem, vel ſub conditione, vel ſi fiat reſeruatio priorum iurium, vel ſi delegans ſciebat, debitorem ſuum delegatum de proximo decocturum, vt latè declarat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.74. num.22. & ſeqq. ad finem,* Bertazol. *de Clauſ. clauſ.33. gloſ.18. num.3. &c. DD. in l. ſingularia ff. ſi cert. pet.* Genu. *de ſcript. priuat. in Addit. q.7. num.38. & ſeqq. fol.50. & lib.5. in ſingul. fol.294.* Rot. *part.10. recent. deciſ.47. per tot.* vbi alia plura conſiderat ad excluſionem delegationis, & nouationis, & rurſus in eadem cauſa *deciſ.91. & deciſ.260. per tot. d. part.10.*

Quando autem delegatio, vel ceſſio habeat vim dationis in ſolutum, & ſolutionis, ita vt cedens remaneat liberatus, & ceſſionem acceptans non poſſit ad primæua iura redire, latè Rot. *part.12. recent. deciſ.155. & deciſ.215. per tot.* Salgad. *Labyrint. credit. part.3. cap.2. num.45. & ſeqq.* vbi plura de differentia inter ſimplicem ceſſionem, & ceſſionem per viam dationis in ſolutum, ſiue veræ delegationis, facit benè Sanfelic. *deciſ.360. cum Addit.* & Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.217.*

Quòd ſimplex accolatio debiti pro alio non extinguat hypothecas creditoris, niſi concurrant requiſita veræ delegationis, Merlin. *deciſ.634. per tot.* Rot. *part.12. recent. deciſ.141. n.2. &c.* & poſt Merlin. *de pign. deciſ.106. n.14.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.360.*

An inducatur delegatio per acceptationem litterarum cambij dic quod non, Ricc. *Collect.3497.* vide in §. *Litteræ num.1. &c.* Rot. *part.10. recent. deciſ.47. per tot. & deciſ.91. & 260. per tot. p.10.*

Qualiter accollans ſibi debitum alienum, ſi in ſolutione deficiat teneatur ad damna, & intereſſe tam reſpectu ſortis, quàm fructuum, licet facta extinctione per principalem debitorem fructus non debeantur, quid ſi tranſlatiuè, & non extinctiuè, & alia, latè Rot. *part.19. recent. deciſ.138. per tot.*

Quòd accollans efficiatur verus, & principalis debitor, Rot. *part.10. recent. deciſ.213. num.3. &c.* Thomat. *deciſ.202. n.1. & 23. deciſ.211. n.14.* Rot. poſt Merlin. *de pign. deciſ.116. num.8.*

Item accollatio ſuccedit loco pretij, ita vt venditor non poſſit excipere de non implemento ob non factam ſolutionem, Thomat. *deciſ.112. n.13. &c.* quia accollatio habet vim ſolutionis, idem Thomat. *deciſ.202. n.24.*

Quòd creditor non poſſit agere contra accollantem, quia cum eo nulla eſt facta conuentio, niſi adſit obligatio Cameralis, vel alia ſtipulatio pro abſentibus, Rot. poſt Merlin. *de pign. deciſ.117. n.10. & 11.*

Quòd imò creditor poſſit de æquitate agere contra accollantem, licet ipſe non fuerit præſens, nec pro eo ſtipulatum, Rot. *in Leodienſ. Pecuniaria 28. Iunij 1647.* coram Bichio poſt Oleam *de ceſſ. iur. deciſ. 7. per tot.* Franch. *deciſ.273.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.360.* vbi alia ad rem.

Delegatio quomodo fiat, an liberet debitorem delegantem, & alia plura ad rem tradunt DD. allegati per Caſtelon. *in alphabet. iurid. verb. Delegatio,* Cyriac. *contr.214. & alibi, vt in Indice,* & à Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. part.4. eodem verb. fol.390.* Cæſar. de Afflict. *controu. iur. cap.35. & ſeqq.* vbi plura an delegatarius ſubmoueri poſſit exceptionibus ex perſona, vel facto delegantis prouenientibus; quid ſi in delegante fuerit dolus, vel promiſſio delegati debitoris fuerit acceſſoria, conditionalis, vel correſpectiua ad alia per delegantem promiſſa, & non adimpleta, & alia plura in *cap.37. & 38. per tot.* 5

§. DELEGATVS. XII.

Delegatus Principis cùm loco Principis ſit, & illius perſonam repræſentet, cenſetur maior quolibet ordinario, *cap. ſanè de off. deleg.* Sanfelic. *deciſ.368. cum Addit.* vbi etiam quòd habet facultatem auocandi à quocumque cauſam ſibi commiſſam, & alia plura de hac materia Thom. Triuiſ. *deciſ.11. lib.2.* 1

Quòd tamen eſt intelligendum quo ad ipſam cauſam delegatam, & illius reſpectu, ſecus autem quo ad alias, quarum reſpectu pro priuato habetur, Menoch. *de arbitr. q.91. n.17.* Bellon. *tract. de mand. iuriſdict. cap.9. qu.9. per tot. fol. 357. & ſeqq.*

Quòd delegatus Principis habeat plura priuilegia, & qualia, Tuſch. *litt.D. concl.148. & ſeqq.*

Quando autem ordinarius ſit maior delegato, & poſſit illum compeſcere, & punire, idem Tuſch. *litt.I. concluſ.436. per tot.* vide in §. *Iudex n.10. in fine,* Sanfelic. *deciſ.411. cum Addit. obſeru.8.*

Delegatus Principis ſubdelegare poteſt, ipſe autem delegatus, vel ſubdelegatus, non poteſt ſubdelegare, ne res in infinitum progrediatur, Iaſ. *in l.1. numer.65. ff. de offic. eius &c.* Tuſch. *litt.D. concluſ.149. & 150. per tot.* vide Fachin. *controu. iur. lib.1. cap.45.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg. 151. vol.2.* Ricc. *Collect.1017.* latè Bellon. *tract. de mandat. iuriſdict. c.5. q.4.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.368. verſ. An poſſit delegatus.* 2

De Cardinali Legato Sedis Apoſtolicæ, cui aliquid per Papam committitur quòd poſſit ſubdelegare, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.738. n.1. & ſeqq.*

Sicut etiam delegatus ipſius Cardinalis, vel Legati de latere, poterit alteri ſubdelegare, Vant. *de nullit. ex defect. iuriſdict. deleg. n.23.*

Et quòd Delegatus poſſit ſubdelegare aliquem particularem articulum, Gratian. *d. c.738. n.35. & 36.*

Principis autem nomine ad hunc effectum venit Papa, Imperator, Reges, & ſupremi Principes ſuperiorem non recognoſcentes, non autem alij inferiores, Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.13. tit.6. n.78. fol.55.*

Delegatus Principis quo ad cauſas meri, & mixti imperij ſibi commiſſas, non poteſt alteri vices ſuas demandare, & ſic non poteſt in illis ſubdelegare, prout contra multorum opinionem, illorum argumentis, & rationibus ſatiſfaciendo, rectè probat Menoch. *de arbit. lib.1. qu.54. per tot.* contrarium tenet Tuſch. *litt.D. concl.150. n.1.* vbi ſe remittit ad concl. 146. quo loci tranſit cum opinione Menoch. & citat Clar. §. *fin. q.41. in prin.* 3

Quando delegatus Principis non poſſit ſubdelegare, Magon. *deciſ. Luc.9. numer.1. & ſeqq.* Menoch. *lib.2. præſumpt.21.* Vant. *de nullit. ex defect. iuriſd. deleg. numer.21. &c.* Spetel. *deciſ.106. numer.46. & ſeqq. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.13. tit.6. numer.26. & ſeqq. fol.51.* Rot. *part.2. Diuerſ. deciſ.130. numer.4.* ex quibus habetur non poſſe ſubdelegare ſtante clauſula, *conſcientiæ tuæ committimus,* ſecus tamen in clauſula, *ſuper quo tuam conſcientiam oneramus,* quæ cenſetur adiecta tantùm in vim monitionis, nec quando commiſſio ſibi facta fuit per verba imperatiua, *mandamus, & præcipimus,* & ſimilia, vel cum hoc, vt ipſe cognoſcat, vel vbi aliàs colligi poteſt, fuiſſe induſtriam ſuæ perſonæ electam, vide in §. *Induſtria,* Bellon. *tract. de mand. iuriſdict. cap.5. q.4.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.368.* 8

Quòd delegatus à Principe ſupremo poſſit alium ſubdelegare, non ſolùm circa articulum nudi miniſterij, ſed etiam circa articulum iuriſdictionem continentem, & in tota cauſa ſibi commiſſa, ac etiam ſi electa ſit induſtria perſonæ, & quamuis non vnus, ſed plures fuiſ-

fuissent deputati in solidum, quando subdelegans præuenit in subdelegando, ita vt subdelegatus ex præuentiua occupatione subdelegantis sit præferendus alijs in solidum delegatis, probat de veriori opinione Rot. *p.53. recent. decis.* 504.*n.9. & seqq.*

4 Delegatus à Principe ad audiendum, censetur etiam delegatus ad deffiniendum, & delegatus ad exequendum, si negotium non fuit per delegantem examinatum, potest etiam de meritis cognoscere, cùm talis cognitio quasi præambula ad executionem censeatur demandata, prout idem est in cæteris incidentibus, emergentibus, accessorijs, & connexis, de quibus absque alio speciali mandato cognoscere poterit, Vant. *de nullit. tit. Qualiter sentent. à nullit. poss. deff. numer.66. & seqq.* Menoch. *de arbit. lib.1. quæst.37. & 38. per tot. & quæst.74.* vbi an delegatus in cognoscendo, & deffiniendo possit suam sententiam executioni demandare, Sanfelic. *decis.*368. *cum Addit.* vbi quòd rescripta delegatoria respectu virtutis, extensiuæ sunt strictè intelligenda, respectu verò comprensiuæ latè interpretanda quatenus verborum significatio patitur.

5 Delegatus Principis in decisorijs iudicij tenetur seruare stylum Curiæ delegantis, in ordinarijs verò consuetudinem loci, in quo causa peragitur, Sperel. *decis.*85.*n.5.* vbi de appellatione, quæ ad effectum suspensiuum dicitur respicere ordinatoria.

6 Delegatus Principis maximè ad vniuersitatem causarum, potest sibi nuncios, & executores deputare, & illos facere iurare, & si delinquerint in officio punire, & remouere, quod secus esset, si vtatur nuncijs, & executoribus iudicis ordinarij, Cabal. *resol. crim. cas.*262. *per tot.*

Potest etiam sibi deputare Notarium actuarium, cui de stylo creditur etiam quo ad deputationem, si de illa aliter non constet, Gratian. *discept. forens. cap.*841. *num.3. &c.*

Contrarium de iure non esse credendum assertioni, nec ipsius iudicis quo ad suam iurisdictionem, Menoch. *de arb.tr.q.76.n.4. & seqq.*

7 Delegatus etiam si sit persona excelsa, tenetur suæ delegationis rescriptum ostendere, & etiam copiam dare, vbi agitur de præiudicio tertij, nisi esset in eodem loco ipse delegans, vel nisi fuisset iam à partibus lis contestata, Menoch. *lib.2. præsumpt.15. & de Arbitr. dict. quæst.* 76. Pac. Iordan. *Lucub.vol.3. lib.13.tit.6.num.49.& seqq.fol.*53. Tusch. *litt.D.concl.*154 *per tot.* Merlin. *decis.*129. *n.3.* Sanfelic. *decis.*411. *cum Addit.*

Quòd debeat esse certus de sua iurisdictione, & qualiter possit constare, Gratian. *discept. forens. cap.*551.*per tot. cap.* 639.*n.1.&c.& cap.*877.*per tot.* Magon. *decis.Flor.*87.*num.*7. vbi quòd alias omnia sunt nulla, quando non fuit petitus certus iudex, nec in rescripto nominatus, latè Rot. *p.9. recent.decis.*264.*n.*14.*& seqq per tot.* vbi pro nullitate omnium gestorum, ac etiam citationis, ante productionem rescripti, ita vt non possint conualidari per taciturnitatem, & consensum partium.

Et quando sententia sit nulla ob errorem, vel ignorantiam arbitrij, & potestatis, quam habet ordinarius, vel delegatus, Menoch. *de arbitr.qu.*75.*per tot.* Vant. *de nullit. ex defect.iurisdict.n.*167. *& seqq.*

Qualiter possit, & debeat delegatio probari, Mascard. *de probat.concl.*491.*&* 492.*per tot.*

8 Delegatus tenetur seruare formam rescripti, alias dicitur sine iurisdictione, & omnia sunt nulla, cùm metiatur iurisdictionem suam à rescripto, Gratian. *discept. forens. cap.*938. *per tot. cap.*960. *numer.*41. *& cap.*961. *numer.* 50. *&c.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib 13. tit.6. numer.*48. *&c. fol.*53. Altograd. *cons.2. numer.1. lib.1.* Paul. Christin. *decis. Belg.*151. *numer.*14. *& seqq. vol.*2. vbi quòd non potest excedere commissionem in modo, nec in forma, nec circa personas, res, tempus, causas, vel qualitates, vide Addit. ad Sanfelic. *decis.*368. vbi ad quæ extendatur delegatio generalis.

9 Delegatus habet iurisdictionem minus fauorabilem, & magis strictam, quam sit ordinaria, quando autem ratione connexitatis, & dependentiæ possit extendi, Gratian. *discept. forens. cap.*960. *numer.*34. *&c.* Magon. *decis. Flor.*87.*numer.3.&c.* vide in §. *Iurisdictio num.* Sanfelic. *decis.*368.*cum plena Addit. vbi plura, & decis.*411.*cum Addit. per tot.*

Delegatus plures simul, vnus sine alijs, nihil facere potest regulariter, Gratian. *discept. forens. cap.*474. *n.*31. Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. deleg. n.*36. Ricc. *Collect.* 3963. vide in §. *Index n.*54. 10

Quando autem vnus sine alijs possit deffinitiuè, vel interlocutoriè pronunciare, idem Gratian. *cap.*812. *num.*35. *&c.* Menoch. *lib.2. præsumpt.*18.*num.*34.*&c.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisdict. num.*175.*& seqq. per tot.* vbi de ordinarijs, delegatis, & compromissarijs, vide Ricc. *d. Collect.*3963. *vbi in fine*, quod fuerunt reiectæ nullitates allegatæ, ex quo in omnibus actis non interuenerint, nec se subscripserint singuli, ac omnes delegati per text. *in l.4. C. quando prouoc. non est necess.* Cabal. *resolut. crim. cas.*119. *numer.*33. *& seqq. per tot.* vbi quòd licet in sententia deffinitiua omnes iudices, vel maior pars interuenire debeat, tamen secus est in interlocutoria, in qua potest vnus solus ex ordinarijs iudicibus procedere, nisi habeat vim diffinitiuæ, & licet plures teneant secus esse in pluribus delegatis, vt vnus non possit sine alio procedere, tamen ipse sequitur opinionem Castrensis, quam dicit pluries seruatam vidisse, quod etiam vnus ex delegatis ad vnam, vel plures causas possit sine alio procedere, & interloqui, dummodò non sit interlocutoria, quæ finem iurisdictioni imponat, vel alias vim deffinitiuæ habeat, vel sit magni præiudicij, prout tortura, ad quam numquam voluit procedere sine Collega cum eo delegato.

Delegatus an possit punire, & qua pœna impedientes suæ iurisdictionis exercitium, latè Menoch. *de arbitr. cas.* 438. *per tot.* 11

Quòd delegatus extendat iurisdictionem ad omnia, quæ eius iurisdictionem impediant, vel lædunt, *cap.1. de off. & potest. iud. deleg.* Sanfelic. *decis.*368. *numer.4. cum Addit.*

Delegatus ad vniuersitatem causarum, non amittit iurisdictionem per obitum delegantis, maximè quo ad incœptas, Gratian. *discept. forens. cap.* 941. *numer.* 9. *&c.* facit Menoch. *de arbitr. lib.1. quæst.69. per tot. inf. num.*17. 12

Quando res non est integra, quo ad Commissarium, non expirat commissio per mortem Papæ delegantis, etiam in negotio particulari, secus autem re integra, Duran. *decis.*327.*num.*21.*& seqq.* Franch. *decis.*253. Ricc. *Collect.*1048. latè Bellon. *tract. de mandat. Iurisdict. c.*10.*q.*3.*per tot.* vbi benè declarat an, & quando morte delegantis finiatur delegatio, vel non, quem sequitur Addit. ad Sanfelic. *decis.*368. *vers. Delegatio.*

Delegatus siue sub nomine proprio, siue dignitatis, an, & quando transmittat arbitrium sibi datum ad suum successorem, & quid in negotio extraiudiciali, vide Menoch. *lib.1. de arbitr. q.*68.*per tot.* Sperel. *decis.*31.*num.*12.*& seqq.& decis.*166. *per tot.* Ricc. *Collect.*1232.*&* 1621. latè Bellon. *tract. de mandat. Iurisd. c.*10. *q.*8. vbi pluribus modis distinguit, & declarat cum multis citatis, quem sequitur Addit. ad Sanfelic. *decis.*368.*&* 411. 13

Delegatus ad vniuersitatem causarum, potest aliquam ex eis alteri committere, & subdelegare, vt videmus in Vicario Episcopi, qui licet non possit vices suas in totum alteri demandare, & alium facere Vicarium, aliquas tamen causas, vel certam illarum speciem, committere, etiam sine speciali mandato, Vant. *de nullit. ex defect. Iurisd. deleg. n.*24. *&* 25. vide in §. *Vicarius.* 14

Quòd delegatus ad vniuersitatem causarum loco ordinarij habeatur, Tusch. *litt. D. conclus.*152.

An autem in delegatione vniuersali omnium causarum veniant reseruata Principi, allegat hincinde Addit. ad Sanfelic. *decis.* 368. vbi videtur affirmatiuam amplecti.

Delegatus vt possit de causis sibi commissis cognoscere, requirit quod deleganti competierit iurisdictio actu, & potentia tempore factæ delegationis, alias omnia acta essent nulla, & ideò si Proconsul, vel Legatus, siue alius officialis, antequam ingrediatur Prouinciam sibi commissam, vel ante adeptam possessionem Officij, alteri subdeleget, non valet subdelegatio, ita vt nec sustineri possit ex facultate postea superueniente, & idem est si quouis alio modo iurisdictio delegantis fuerit impedita, vel suspensa, vel alias in eum efficaciter non translata, quia nemo potest in alium transferre id, quod penes se verè, & efficaciter non habent, Vant. *de nullit. ex defect. Iurisdict. deleg. n.*29. *& seqq.* 15

Ex

Ex quibus autem cauſis delegatus, reddatur incapax iuriſdictionis ſibi demandatæ, dixi in §. *Iudex num...*

Qui poſſint eſſe iudices delegati, quæ cauſæ delegari, & à quibus Tuſch. *litt. D. concl.* 145. *& ſeqq.*

16 Delegatus, vt poſſit rectè procedere, eſt conſiderandum an cauſa ſibi delegata, tempore delegationis eſſet ad forum delegantis deuoluta, vel alio modo pertinens, an fuerit delegabilis, an commiſſio ritè impetrata, an contra defunctum, quia non teneret, qua forma fuerit commiſſa, quia ſi fuerit appoſita aliqua conditio, debet prius illa, parte citata verificari, quo loco, & tempore fuerit demandata, quid in ſupplicatione narratum, an delegatus tempore habili vſus fuerit iuriſdictione ſibi commiſſa, vel an aliquo modo expreſsè, vel tacitè, fuerit reuocata commiſſio, & reſoluta iuriſdictio, vel alias ſuſpenſa, quia ex his multæ colligi poſſunt nullitates, Vant. *de nullit. ex defect. iuriſd. deleg. n.* 85. *& ſeqq. per tot.*

Qualiter autem ſententia poſſit ab iſtis nullitatibus defendi, idem Vant. *d. tract. tit. Qualiter ſent. poſſ. à nullit. deff. n.* 51. *& ſeqq.*

17 Delegatio qualiter expiret per lapſum temporis, per mortem, per reuocationem, per ſubſtitutionem, vel ſubdelegationem, per ſententiam, & alijs pluribus modis, vide Specul. *tit. de off. deleg. §. fin. per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 6. *num.* 95. *& ſeqq. fol.* 56. latè Bellon. *tract. de mand. iuriſdict. cap.* 10. *per tot.* vbi nouem quæſtionibus benè explicat, quibus modis iuriſdictionis mandatum extinguatur *fol. mihi* 372. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. D. concl.* 155. *per tot.* Merlin. *deciſ.* 131. vbi qualiter expiret per ſententiam.

Quòd iudex delegatus non poſſit regulariter ſuam exequi ſententiam abſque ſpeciali commiſſione, & quando ſecus, Ridolphin. *in Prax. par.* 1. *c.* 13. *n.* 629. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 101. *n.* 11. *vol.* 4. vbi limitat in Delegato Principis, vt ipſe poſſit ſuam exequi ſententiam, Ricc. *Collect.* 1076. vbi quod delegatus Principis, vel ſtante contrario ſtylo ſuam exequitur ſententiam.

Alia vide in §. *Cauſa* §. *Iudex*, *&* §. *Iuriſdictio*.

18 Delegatus ad cauſam appellationis ab aliquo articulo, ſiue interlocutoria, ſi pronunciauerit benè appellatum, & malè iudicatum, poteſt cognoſcere etiam de negotio principali abſque alia noua delegatione, & quando ſecus, latè Tuſch. *litt. D. concl.* 153. *per tot.* vbi plures caſus diſtinguit.

19 Materiam delegationis iuriſdictionis, & iudicum tractant DD. citati plena manu à Caſteion. *alphab. iurid. verb. Delegatio, Delegatus*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. legal. par.* 4. *eod. verb. fol.* 389. *&c.*

§. DELICTVM. XIII.

1 Delictum non præſumitur, & in dubio in foro fori (quicquid ſecus ſit in foro animæ, in quo tutior pars eſt eligenda) facienda eſt interpretatio excluſiua delicti, cum in conflictu boni, & mali, lex faueat innocentiæ, & excluſioni delicti, adeò vt ſi aliquis fuerit accuſatus cognouiſſe mulierem per vim, & ita etiam teſtes deponant, intelligi debeat, accuſatum paſſum fuiſſe vim à muliere ad excluſionem doli, & delicti, Bart. *in l.* 2. *in fine ff. de duobus reis*, Marſil. *in repert. Rub. ff. de fideiuſſ. num.* 46. *& ſeqq.* Sperel. *deciſ.* 175. *num.* 1. *& ſeqq.* Quæ tamen illatio non admitteretur in practica per modernos criminaliſtas; & benè, vt etiam aduertit idem Sperel. *loc. cit. num.* 2. *in fine*, licet alias regula ſit in ſe veriſſima, de qua Farinac. *q.* 85. *per tot.* Tuſch. *litt. D. concl.* 165. *per tot.* Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 97. *per tot. vol.* 1. Ricc. *Collect.* 3262. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 2. *per tot.* Maſcard. *de probat. concl.* 495. intelligendo vt dixi *in* §. *Dolus n.* 3. & in Pract. §. *Delitti n.* 49. *& ſeqq.* Conciol. *verb. Delictum reſol.* 1. vbi quòd dicta regula non procedit quando militat aliqua præſcriptio ſpecialis incluſiua delicti, nec in actibus de ſui natura malis, & de iure prohibitis, *& in verb. Interpretatio reſol. vnic.*

2 Delictum non præſumitur ſine cauſa commiſſum, vnde ſi conſtet aliquem, alium occidiſſe, cum quo nullum odium, vel inimicitiam habebat, præſumitur feciſſe ad inſtantiam, & requiſitionem alterius, & abſque alijs inditijs poteſt torqueri, vt nominet mandantem, Farinac. *num.* 154. *de indic. & tort. q.* 37. Addit. ad Ambroſin. *Proceſſ. informat. fol.* 459. *deciſ.* 58. vide in §. *Cauſa n.* 26. Conciol. *verb. Mandatum reſol.* 4. *in verb. Reus reſolut.* 10. *num.* 7.

Quòd ceſſante, vel non exiſtente cauſa delicti, ceſſent etiam inditia, & præſumptiones delicti, cùm nemo præſumatur ſine cauſa delinquere, & ideò requiratur cauſa, & non leuis, ſed proportionata delicto, ita vt ſi non adſit corruat etiam confeſſio rei; ſicut è contra ex cauſa delinquendi oriatur indicium, quod tamen tanquam remotum non ſufficit ad torquendum, niſi alia concurrant adminicula, benè Conciol. *verb. Delictum reſol.* 5. Maioran. *in Opoprax. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 157. *& ſeqq. fol.* 233. vide *in* §. *Confeſſio n.* 40. *in addit.*

Quòd & qualiter debeat delictum conſtare vt poſſit delinquens puniri, vel contra eum procedi, Clar. §. *fin. q.* 4. latè Tuſch. *litt. D. concl.* 171. *per tot.* & dixi in §. *Corpus delicti*.

Quòd delictum præſumatur commiſſum ab eo, cuius intereſſe concernit; ſicut idem eſt in alijs actibus, qui præſumuntur facti ab illis, quorum intereſſe reſpiciunt, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 529. *per tot.* cum alijs per Beltramin. ad Ludouiſ. *dec.* 278. *n.* 8. *&* 13.

Delictum ſine dolo commiſſo non punitur pœna ordinaria, pro illo impoſita, ſed alia mitiori arbitrio iudicis pro qualitate facti, & perſonarum, vt latè loquendo in homicidio declarat Menoch. *de arbit. caſ.* 324. *per tot.* Farinac. *q.* 87. *Inſpect.* 1. *&* 2. *per tot.* vide *in* §. *Statutum puniens num...* 3

Quòd delicta ex propoſito, & voluntare delinquendi diſtinguantur, latè Tuſch. *litt. D. concl.* 160. *per tot.*

Delictum dormientis non punitur, cùm dormiens tempore delicti non ſit mentis compos, benè verum eſt, quòd ſi ſciat talia ſibi euenire ſolere in ſomnijs, teneretur de culpa, niſi caueat, & poſſet extraordinariè puniri, Clar. §. *fin. q.* 60. *verſ. quæro etiam*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 327. vbi etiam quòd non peccat, ſi quid contra licitos mores faciat, niſi poſtea expergefactus à ſomno ratum habeat quod malè fecit, Farinac. *q.* 98. *n.* 62. *& ſeqq. ad* 77. 4

De delicto obſeſſi à Dæmone an poſſit puniri, & alia ad rem, Griuel. *dec.* 33. *per tot.*

De delicto ebrij, vel furioſi, vide in §. *Ebrietas*, *&* §. *Furor*.

Delictum commiſſum in ludis, vel ſpectaculis publicè permiſſis, an, & quando ſit punibile, vel non, vide Menoch. *de arbit. caſ.* 400. *per tot.* vbi nouem caſus diſtinguit Farinac. *q.* 126. *par.* 1. *n.* 25. *& ſeqq.* vbi etiam Vulpin. *in ſuco n.* 6. *&c.* vide *in* §. *Homicidium n...* 5

Multa de delictis imprudenter, & citrà dolum commiſſis, Menoch. *de arbitr. caſ.* 324. Alex. *conſ.* 140. *lib.* 2. cum alijs per Magon. *deciſ. Luc.* 36. *num.* 23. *vbi Addit.*

Quòd caſualiter commiſſa non puniatur, Ricc. *Collect.* 3238.

Delictum clam commiſſum grauius punitur, quando ſumus in genere permiſſorum ex ſui natura, & principio, nam videtur doloſè facere qui facit clam id, quod palam facere poterat; quando verò ſumus in genere prohibitorum de ſui natura, & principio grauius punitur palam, quàm clam commiſſum ratione ſcandali, Clar. §. *fin. q.* 60. *verſ. ſed an forte*. 6

Et quando ex actu palam geſto reſultet excluſio delicti, ad plura inſerendo, tradit Menoch. *de arbitr. caſ.* 244. *per tot.* vide *in* §. *Actus n...* *&* §. *Malum*.

Delicta omnia regulariter ſpatio 20. annorum præſcribuntur, ita vt nec iudicem poſſit vlterius de illis inquiri, ſiue ſint publica, ſiue priuata, alias iudex contrafaciens poſſet grauiter puniri, etiam quod ſtatutum daret liberam facultatem inquirendi, vel etiam quod delinquens ſpontè fateatur delictum; iſtud autem tempus in delictis iteratis, & continuatis, ſiue manifeſtis, ſiue occultis, incipit tantùm à die vltimi delicti, & non primi, & à die commiſſi, non à die, quo peruenit ad notitiam Curiæ, excepto crimine adulterij, quod quinquennio præſcribitur, ſicut ſtuprum, lenocinium, & inceſtus, debet tamen in omnibus prædictis opponi præſcriptio, & durat perpetuò ad excipiendum, latè Guaz. *deff.* 2. *c.* 2. *per tot.* Clar. §. *fin. q.* 51. Cabal. *reſol. crimin. caſ.* 5. 6. 7. *&* 239. Farinac. *q.* 10. *per tot.* Card. Tuſch. *litt. P. concl.* 571. Thom. Triuiſ. *dec.* 5. *lib.* 2. *& deciſ.* 59. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 7

num. 357. & seqq. ad 382. fol. 498, Ricc. Collect. 208, Sanfelic. decis. 378. per tot, cum Addit. & decis. 393. vbi qualiter præscriptione viginti annorum excludatur fiscus à bonis sibi ob delictum etiam ipso iure delatis, & non incorporatis, vide in §. Fiscus, & dixi in Pract. §. Malefizi per tot. vbi plura, & quid seruetur in partibus Etruriæ iuxta legem municipalem de die 22. Septembris 1562, & in §. Prescrizione.

Valere statutum, quod delicta minori tempore præscribantur, & alia ad rem, Conciol, resol. crimin. verb. Delictum resol. 7. & ad stat. Eugub. cum Addit. Romaguer. lib. 4. rub. 3. per tot.

Amplia vt dicta præscriptio possit opponi quandocumque etiam post litem contestatam, imò & post sententiam ad illam annullandam, & impediendam executionem, Addit. ad Capell. Tholos. q. 67. ad Magon. decis. Luc. 31. lit. B. Balb. de præscript. part. 1. q. 9. Farinac. q. 10. n. 35. cum alijs, quos refert, & sequitur Guaz. loc. cit. n. 10. & seqq. vbi pluribus alijs modis ampliat, & declarat; ac in terminis dictæ legis municipalis Florentiæ, annullando, & cassando sententiam post decursum tempus præscriptionis à die cõmissi delicti latam, per oppositionem post ipsam sententiam factam, porrectis precibus Serenissimo Magno Duci, & causa commissa Magistratui DD. Octo, fuit resolutum de anno 1676. ad fauorem Vincentij Bessi Chirurgi de S. Ioanne, vt in Giornali 649. à c. & antea sæpè vt notaui in Addit. dictæ Praxis.

Caueant delinquentes, ne confiteantur delicta, etiam post præscriptionem, cùm hoc casu magna sit inter Doctores controuersia, vt videri potest per Farinac. d. quæst. 10. num. 14. Guaz. vbi supra n. 17. & deff. 32. cap. 21.

Licet verior sit opinio, vt etiam ex confessione emanata post completam præscriptionem non possit sequi condemnatio, Franch. decis. 653. & 654. Carpzou. in Praxi q. 141. num. 29. Mascard. de probat. concl. 351. num. 15. Cabal. cas. 5. num. 6. Phæb. decis. 53. num. 11. Farinac. loc. cit. & alij passim, ac ita in contingentia facti seruatum fuit per Magistratum DD. Octo Florentiæ sub die 15. Octobris 1676. in causa contra Dominicam Cincagliam de Marciano.

Et quando quis fuit in contumaciam condemnatus ante præscriptionem, potest semper sentẽtia executioni demandari, nulla obstante præscriptione post sententiam completa, vel decursa, Cabal. resol. crim. cas. 239. Cartar. de execut. sent. cap. bannit. cap. fin. n. 313. & seqq. Thess. dec. 76. Bardellon. cons. 40. n. 2. lib. 1.

Si tamen sententia esset nulla ex defectu citationis, vel huiusmodi, non potest reus haberi pro contumace, neque pro confesso, neque pro condemnato, cùm id, quod nullum est, nullum producat effectum, ac ideò captus, & carceratus, atque ex dicta nullitatis causa ad nouas defensiones admissus, si à die commissi delicti effluxerit tempus præscriptioni necessarium, potest ipsam præscriptionem allegare, ac debet liberari, & in pace dimitti, ad latè tradita per Sanfelic. decis. 387. per tot. cum Addit. Zuff. de legit. process. q. 93. n. 12. & seqq. Cabal. d. cas. 239. num. 13. Cartar. d. cap. fin. n. 150. & 186. Scacc. de iud. cap. 97. nu. 180. 197. Carpan. ad stat. Mediol. cap. 112. n. 30. &c. Baron. de citat. q. 9. & 45. n. 23. 29. & 80. ac ita per prædicta fuit decisum Florentiæ in terminis legis municipalis, in causa contra Sebastianum Guetterinum de mense Martij 1670. prout in Giornali Magistratus DD. Octo Baliæ Virorum 628. à c. 3. & postea sæpè, Altimar. de nullit. tom. 1. part. 1. rub. 4. q. 9. n. 65. & seqq. quem refert, & sequitur Francis. Romaguet. in Addit. ad Conciol. stat. Eugub. lib. 1. rub. 9. n. 29. vbi quòd præscriptio delicti non potest opponi à forinudicato, seu condemnato delinquente ad impediendam sententiæ executionem.

Sed huic difficultati fuit opportunè occursum in Statibus Serenissimi Magni Ducis Etruriæ per legem declaratoriam sub die 15. Nouembris 1677. qua fuit cautum condemnatos in pœnam vitæ, vel triremium ante completam præscriptionem, non posse vti beneficio præscriptionis municipalis breuioris, non obstante qualibet nullitate, ex qua fuerint admissi ad nouas defensiones, sed recurri ad ius commune, vt dixi in mea Praxi nouæ impressionis anni 1681. in §. Malefizi n. 14. vbi plura.

Quòd contumaces habiti pro confessis vigore statuti, vel consuetudinis possint condemnari, etiam post peremptam instantiam, Cart. d. tract. cap. 1. num. 30. quamuis referat in contrarium Roland. cons. 94. num. 13. lib. 3. vide Guaz. d. deff. 2. cap. 2. num. 11. & seqq. & alios supra citatos.

Quòd post peremptam instantiam in causis criminalibus, remaneat extincta omnis actio fisci, & accusatoris, nec possit procedi, quamuis superuenitet confessio inquisiti, qui etiam fuerit antea carceratus, lis ei contestata, tortus, & dimissus sub fideiussore in forma, & non deffinitiuè absolutus, Franch. decis. 653. & 654. per tot. vide in §. Instantia n. 15.

Sunt tamen nonnulla delicta, quæ propter illorum atrocitatem non præscribuntur, & possunt rei dum viuunt perpetuò accusari, & puniri, nempè hæresis, læsa maiestas, apostasia, assassinium, falsa moneta, simonia, concussio, abortus, partus suppositio, parricidium, stuprum violentum, latrocinium, & similia atrocia, Marsil. in l. qui falsam §. Accusatio ff. ad l. Cornel. de fals. Bonifac. de furt. §. 7. n. 38. & 39. Triulš. decis. 5. lib. 2. vbi contra quoad simoniam, Farinac. q. 10. n. 29. & seqq. per tot. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 24. n. 233. fol. 491. dixi in Pract. §. Malefizi n. 13. vbi etiam an dicta præscriptio procedat tantùm, quoad actionem criminalem, vel etiam quoad ciuilem pro interesse partis, quæ solet 30. annis durare, de quo glos. in l. querela C. ad l. Cornel. de fals. Bonifac. §. 12. n. 76. & seqq. Farinac. d. q. 10. n. 24. &c.

Quòd in omnem casum delicta præscriptione extincta possint cumulari cum nouis ad augendam illorum pœnam præcipuè in furtis, & alijs delictis famosis, Ricc. Collect. 2559. in §. Furtum n. ..

Delictum, an sit puniendum secundum leges, & 8
statuta, vel bannimenta de tempore, quo commissum fuit, vel potius secundum leges, & bannimenta renouata tempore sententiæ, vide Cabal. resol. crim. cas. 156. per tot.

Et an secundum leges, & statuta loci commissi delicti, vel originis, siue domicilij delinquentis, Bart. in l. cunctos populos num. 47. & seqq. C. de sum. Trin. Clar. §. fin. q. 85. num. 4. Cabal. cas. 162. num. 33. &c. & cas. 129. num. 17. &c. Card. Tusch. litt. D. concl. 181. num. 32. Sanfelic. dec. 393. n. 11. dixi in Pract. §. Delitti n. 56. & §. Statuti n. 12.

Qualiter publicè intersit delicta puniri, latè Tusch. litt. D. concl. 157. per tot.

Delictum quando dicatur successiuum, ad hoc vt 9
commissum à famulo, possit dici cum scientia domini, & de illo teneatur, Gratian. discept. forens. cap. 625. num. 39.

Et quando dicatur commissum voluntate patris, domini, affinis, vel amici, Menoch. lib. 5. præsumpt. 27. per tot.

Delictis pluribus resultantibus ex eodem facto, puta ho- 10
micidio, ad quod perpetrandum interuenerit delatio armorum, plura vulnera, vel similia, an maius absorbat minus, ita vt vnica tantùm pœna, & non plures pœnæ sint infligendæ, latè Cabal. resol. crim. cas. 158. per tot. Farinac. q. 22. per tot. Grazzatel. & Addent. decis. 90. per tot. vide in §. Delatio num. 4. §. Homicidium n. .. & §. Pœna num. ..

An autem, & quando delicta continuata, vel reiterata dicantur vnum delictum, vel plura, ita vt vna pœna, vel plures sint imponendæ, Tusch. litt. D. concl. 169. per tot. Decian. tract. crim. lib. 8. c. 4. Farinac. q. 108. n. 170. & dixi in Pract. §. Delatori n. 16. vbi de armorum delatione, idem Farinac. q. 22. per tot.

Delictum commisisse se iactans, & glorians, potest de 11
huiusmodi iactatione arbitrio iudicis puniri, siue verum sit delictum, siue non, per text. in c. sit graue de excess. Prælat. Menoch. de arbit. cas. 331. per tot. Boer. q. 108. in fine, vbi tamen de hoc dubitare videtur Baiard. ad Clar. §. fin. q. 21. n. 132. & seqq. vbi allegat, & sequitur Menoch. loc. cit. Ricc. Collect. 1542.

An autem iactantia de aliquo peccato habeat eandem malitiam ipsius peccati in confessione explicandam, & quando sit peccatum, vel non, Dian. part. 4. tract. 4. resol. 44. & par. 9. tract. 20. per tot. & part. 11. tr. 7. resol. 36. per tot.

Delicti futuri conscius, an, & quando teneatur illud 12
detegere, & ei obuiare, quod hunc locum refert, & sequitur Romaguer. in Addit. ad Conciol. Stat. Eugub. lib. 4. rub. 3. num.

num. 15. quid in foro conscientiæ, de iure canonico, & de iure ciuili, quid in crimine læsæ maiestatis, & similibus, Menoch. *de arbitr. cas.* 355. *per tot. cas.* 473. *num.* 40. *cas.* 537. *num.* 27. *& seqq. & cas.* 414. Farinac. q. 51. *per tot.* Gigas *de crim. læs. Maiest. quæst. fin.* Gabriel. *comm. concl. lib.* 7. *tit. de malef. concl. vlt.* Franch. March. *decis. Delfin.* 780. Card. Tusch. *litt. R. concl.* 310. Clar. & Baiard. §. *fin. quæst.* 87. *per tot.* facit idem Tusch. *litt. P. concl.* 894. vide §. *Malum num.* 7. §. *Scientia num.* 6. Gratian. *discept. forens. cap.* 635. *num.* 12. *& seqq.* Sanfelic. *decis.* 30. *n.* 7. *&c.* vbi quòd vxor tenetur de scientia necis viri, quoad pœnam tamen relinquit cogitandum, an sit locus ordinariæ.

Quòd ad detegendum delictum possint non solum testes verisimiliter informari, & negantes torqueri, vt dixi in §. *Testes n.* 14. *&* §. *Tortura n...* Guaz. *def.* 19. *per tot.* verùm etiam principalis offensus recusans manifestare delinquentem possit per torturam compelli, quando Iudex de eo est certus, secus autem si delictum fuisset de nocte commissum, vel in Nundinis, vel multitudine gentium, vel in similibus casibus, in quibus esset verisimilis ignorantia, Addit. ad Thesaur. *dec.* 42. Card. Tusch. *litt. T. concl.* 333. *in fine*, Farinac. *quæst.* 78. *num.* 197. Guaz. *def.* 19. *c.* 4. *n.* 5. Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 179. *num.* 38. *& seqq.* Conciol. *verb. Offensio resol.* 1. vbi ampliat etiam ad hæredes interfecti, vt cogi possint ad detegendum delinquentes, ne occultentur.

Quæ tamen Doctrina cùm fuisset proposita in casu cuiusdam stupratæ, quæ dicebat fuisse ab incognito compressa, vt manifestaret stupratorem, non fuit approbata sub die 26. Februarij 1677. in processu Vici Pisani contra Alexandrum Borsi, & Pompeium Barini, vt videre est in filcia Negotiorum Magistratus DD. Octo Baliæ Florentiæ sub n. 2250. Sed in stupro militant rationes diuersæ.

Quomodò intelligenda sint bannimenta imponentia pœnam capitalem non reuelantibus delicta, Palma *cons.* 97. *per tot.* vbi vt minus derogent iuri communi, quàm fit possibile, & ideò non obligare eos, qui ex priuilegio iuris non tenentur reuelare, vt consanguinei, affines, & illi, qui sciunt in secreto, nec eos, qui probare non possunt, & in omnem casum scientia debet esse certa, plena, indubitata cum omnibus suis qualitatibus, & circumstantijs ex proprio visu, vel alio sensu proprij corporis, aliàs non est locus pœnæ bannimentali, vt plurimis citatis singillatim probat, & vide *in* §. *Malum n.* 7. *& in* §. *Scientia n.* 7.

Et quod non solum testes, verùm etiam ipsi principales offensi, possint cogi ad se examinandum, & indicandum offendentes, & sic reuelare etiam delicta iam commissa, Farinac. *q.* 78. *n.* 197. cum alijs per Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 19. *n.* 123. *fol.* 385. vide in Pract. §. *Delitti n.* 2. *&* 5. vbi quid in hoc disponant leges municipales Status Etturiæ dixi *in* §. *Denunciatio n.* 11. *&* 12. Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 255. vbi quando de iure canonico quis teneatur manifestare delictum, illique obuiare, Addit. ad Sanfelic. *decis.* 394. *vers. Circa hoc, vt vers. Et dum &c.* vbi quòd quis non tenetur denunciare delictum commissum, nec committendum, nisi in crimine parricidij, & læsæ Maiestatis; neque obuiare delicto, nec succurrere offenso acclamanti, & alia; sed ego intelligo in foro fori, & ad euitandam pęnam, secus autem in foro conscientiæ, vt dixi in locis citatis, & præcipuè *in* §. *Scientia n.* 6.

Quòd de iure communi nemo teneatur reuelare delinquentes, nisi in crimine læsæ Maiestatis, quando potest probare, & non habet sub secreto, nec potest excusari ob metum, vel obliuionem, & in causa hæresis, in qua quilibet omninò reuelare tenetur, quia ex se facit magnum indicium, nisi tanquam inimicus accuset, Thom. Triuis. *dec.* 51. *per tot. lib.* 2. vbi vide cum citatis, latè, ac benè declarantem Raynald. *Syntax. rer. crimin. cap.* 2. §. 2. *per tot. &* §. 4. *num.* 73. *& seqq.* vbi quinam possint excusari à reuelando delictum vigore edicti id iubentis sub pœna extra casus hæresis, & læsæ Maiestatis, vide in §. *Denunciatio num.* 12. *&* §. *Indultum sub n.* 12. *&* §. *Banna n.* 11.

13 Delictum in aliquo loco notorium notorietate iuris, vel facti, vel famæ, an possit alibi publicari, vbi ignoratur, & apud illos, qui cognoscunt imputatum, dic quod sic, dummodò absit mala intentio, & non est peccatum mortale contra iustitiam, de cuius rigore nemo tenetur seruare famam illi, qui iam eam amisit, posset tamen esse veniale, imò aliquando graue, & mortale si non contra iustitiam, saltem contra charitatem, si talis publicatio non procedat ex bona intentione, vt benè explicat P. Manar. *Noct. Malencon. Interrog.* 199. *fol.* 305. & ideò melius est semper abstinere vbi non interest Reipublicæ tale delictum detegi, cùm ex charitate teneamur alijs non facere id quod nobis fieri displicet, adde Dian. *part.* 3. *tract.* 5. *resol.* 17. *& part.* 14. *tract.* 4. *resol.* 128. qui ad tollendos omnes scrupulos probat non esse peccatum nec contra iustitiam, nec contra charitatem; Sed tu intellige vt supra cessante mala intentione, alias secus, vide eundem Dian. *par.* 10. *tract.* 12. *resol.* 5. *per tot.*

Delictum omne, quod caret suo speciali, & proprio nomine, stellionatus nomen assumit, sic dictum à stellione animale simili lacertæ, & fraudulentissimo, ac multum inuido, puniturque pœna extraordinaria arbitrio iudicis iuxta qualitatem doli interuenientis, Boss. *tit. de crimin. stell.* Menoch. *de arbitr. cas.* 381. *per tot.* Bonifac. *de fort.* §. 9. *n.* 100. *&c.* Farinac. *q.* 19. *n.* 32. *&c.* Tusch. *litt. S. concl.* 691. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 201. *n.* 13. *&c. vol.* 4. *& ad leg. Municip. tit.* 7. *art.* 5. latè Rot. *part.* 10. *recen. dec.* 288. *n.* 11. *& seqq. per tot.* Olea *de ceß. iur. tit.* 7. *q.* 2. *per tot.* Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 288. *n.* 6. *& seqq.* vbi de petente debitum iam solutum. 14

Delictum commissum per laicos in Ecclesia, vel alio loco sacro, siue immuni, à quo iudice puniatur, an ab Ecclesiastico ratione loci, vel à sæculari ratione personarum delinquentium, dixi in meis resol. *cap.* 9. *per tot.* vide *in* §. *Delinquens num.* 7. §. *Laicus n.* 4. *&* §. *Sacrilegium n...* 15

Delictum causa, & amore alterius commissum, licet eo non mandante, nec re cum illo pertractata, quoad eum, nulla pœna videtur puniendum secundum multos, quamuis alij teneant, esse locum pęnæ arbitrariæ, de quo vide Osasch. *dec.* 104. *n.* 2. Menoch. *de arbil. cas.* 471. *per tot.* facit quod dixi *in* §. *Mandatum n...* 16

An autem, & quando ratificans delictum iam commissum possit puniri, vide in §. *Ratificatio n.* 24.

Quòd delictum præsumatur commissum ab eo, cuius interesse respicit; si tamen plures sint, qui possint habere interesse, præsumptio reddatur æquiuoca, & non possit in ea fieri fundamentum, Ludouis. *dec.* 96. vbi de recursu clericorum ad iudices laicos.

Delictum, an, & quando possit probari per scripturam, vel instrumenta, vide Genu. *de script priu lib.* 1. *q.* 25. *per tot. fol.* 57. *& q.* 4. *n.* 108. *fol.* 12. Card. Tusch. *litt. D. concl.* 174. Farinac. *q.* 84. *per tot.* Ricc. *Collect.* 1713. Mascard. *de probat. concl.* 460. *&* 499. Caren. *de offic. S. Inquisit. par.* 3. *tit.* 4. §. 1. *fol.* 265. Mattheu. Sanz. *contr.* 28. vbi latè contra Farinac. sustinet rectè probari delictum per scripturam, vel instrumentum, vide Zuff. *de legit. proceß. lib.* 1. *q.* 41. *per tot.* Francis. de Angelis *de confeß. lib.* 3. *quæst.* 18. *per tot.* vbi quòd talis probatio operatur tanquam extraiudicialis confessio, & alia ad rem, remittendo se ad Farinac. *d. q.* 84. 17

Quòd delicta probentur cum difficultate, cùm pauci sint, qui pro fisco velint deponere, qualiter probentur per confessionem extraiuditialem, testes, instrumenta, & alijs modis, Tusch. *litt. D. concl.* 172. *& seqq.* Mascard. *d. concl.* 460. *cum seqq. & concl.* 493. *& seqq.* vbi qualiter probentur per præsumptiones, per testes, per famam, confessionem extraiudicialem, fugam, instrumentum, transactionem, & veniæ petitionem.

Delicta commissa in confinibus duorum territoriorum, ita vt dubium sit in quorum altero fuerint patrata, vel quando ex vno territorio emittitur sagitta, vel exoneratur sclopus contra existentem in alio territorio, & similibus casibus, spectant ad cognitionem vtriusque iudicis dictorum territoriorum, & est locus præuentioni, Clar. §. *fin. q.* 38. *num.* 9. Farinac. *q.* 7. *n.* 52. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 170. *fol.* 87. *& ibidem num.* 187. Salgad. *de reg. potest. part.* 1. *c.* 2. §. 4. *n.* 17. Tondut. *de præuent. par.* 2. *c.* 31. *n.* 7. Card. Tusch. *litt. D. concl.* 168. *per tot. & concl.* 170. dixi in Pract. §. *Archibusi n.* 27. *&* §. *Delitti n.* 55. *&* 56. vide *in* §. *Præuentio n...* 18

Et de delictis cęptis in vno loco, vel territorio, & completis in alio, qualiter itidem possint puniri à iudicibus vtriusque territorij salua præuentione, Pac. Iordan. *loc. cit. num.* 194. *& seqq. fol.* 89. & alij supracitati, qui aliquibus modis limitant, & declarant Tusch. *d. concl.* 168. *per*

per tot. Dian. *part. 5. tract. 9. resol.* 33. vbi ad effectum incurrendi censuras, vel casum reseruatum, an delictum sufficiat esse inchoatum, vel consummatum in loco, vbi viget huiusmodi dispositio.

19 Delicta de nocte commissa dicuntur difficilis probationis, & ideò probantur præsumptionibus, & coniecturis, ad effectum imponendi pœnam extraordinariam mitiorem, non autem ordinariam pro qua probationes luce meridiana clariores (vt dici solet) requiruntur, vide §. *Probatio num...* Conciol. *verb. Delictum resol.* 11. vbi qualiter delicta difficilis probationis possint præsumptionibus, & coniecturis probari, & ad quos effectus, *& verb. Nox resol*, 1. vbi quod commissa de nocte dicuntur difficilis probationis, & possunt præsumptionibus, & coniecturis, vel etiam per testes inhabiles probari, & quando dicatur nox, vel dies ad hunc, & alios effectus, vide in §. *Dies n. 2. &* §. *Statutum augens n.* 7.

Alia plura dixi in Pract. §. *Delitti per tot.*

20 Delictum quando dicatur consummatum, vel attentatum, & quando vtroque, vel neutro modo commissum, vide Tusch. *litt. D. concl. 166. per tot.*

Quòd autem negligentia, & omissio in faciendo ea, ad quæ quis tenebatur transeat in delictum de per se, & dicatur delictum consummatum, dum omittens tenebatur ad factum, quia non facere, quod quis facere debet, est delictum, sicut est delictum facere, & ideò tunc delictum in omittendo efficitur delictum in committendo, vt benè ratiocinatur Rouit. *decis.* 36. *num.* 11. *& seqq.* & dixit Rot. *Floren. in Pisana Officij Massarij Montis Pietatis die* 21. *Nouembris* 1676. *in Motiuis vers. Exercendi officium in fine*, Cresp. de Valdaur. *obseru.* 98. *num.* 10. *& seqq.* Amaya *in C. lib.* 10. *de canon. largit. lib.* 3. *num.* 17. *& seqq.* Catleual. *de iudic. tom.* 1. *tit.* 1. *Disput.* 2. *num.* 518. *& seqq.* Cabed. *decis.* 87. *num.* 5. *part.* 2. & ego latè in Motiuis in causa Magonæ de anno 1687. *num.* 102. *& seqq. & num.* 144. quæ erunt impressa inter resolutiones.

Qualiter puniatur delictum consummatum, & attentatum, latè idem Tusch. *litt. D. concl.* 167. *per tot.* vide in §. *Affectus.*

21 Delictum potest regulariter cognosci per quatuor iudices, nempè originis, domicilij, delicti, & loci, in quo delinquens plurimum conuersatur, *l. 1. vbi DD. C. vbi de crim. ag. oport.* Iudoch. *pract. crim. cap. 55. in fine*, Conar. *pract. quæst. cap.* 10. Ricc. *Collect.* 2946. vbi etiam quòd iudex originis, vel domicilij non potest remittere delictum à subdito suo extra territorium commissum, cùm talis remissio spectet ad iudicem loci commissi delicti, vt latiùs ibidem declarat inserendo Consultationem Io. Mariæ Nouar. vide in §. *Delinquens num.* 6. §. *Iudex num.* 45. *&* §. *Forum*, vbi quod in aliquibus locis, & nominatum in Dominio Veneto, & Florentino, non solet procedi contra subditos alibi delinquentes nisi in atrocissimis. De ista conclusione ad quos iudices spectet cognitio delictorum, & illorum gratia, latè videndus Sanfelic. *dec.* 336. cum plena additione, vbi habentur plura notabilia, & præcipuè ad intellectum, *l. nullum C. de test.* de quo latiùs idem Sanfelic. *in Praxi sect.* 25. *per tot.*

22 Delicta in mari commissa spectant ad cognitionem Iudicis territorij, cui mare adiacet per centum milliaria intus mare, Angel. Bart. & alij *in Rub. l. vnic. C. de Class. lib.* 11. *DD. in l. Insulæ ff. de iud.* Marsil. *in l. fin. num.* 283. *ff. de iurisd. omn. iud.* Osasch. *decis.* 115. *num.* 3. Franch. *decis.* 142. *num.* 6. Ricc. *var. resol.* 13. *num.* 4. Sanfelic. *decis.* 419. *num.* 18. vbi tamen quod in Regno Neapolitano spectant ad Magnum Admiratum, & eius Magnam Curiam, de cuius origine, priuilegijs, & iurisdictione multa ibidem *per tot.* & quoad delicta in mari commissa, idem Sanfelic. *in Praxi sect.* 25. *n.* 19. Caldas Pereyra *cons.* 26. *num.* 6. *& seqq.* Cabed. *decis.* 46. *part.* 2.

Delicta alia sunt Ecclesiastica, alia sæcularia, & alia misti fori, de quibus Conciol. *verb. delictum resol.* 2. vbi refert plura delicta mixti fori, & alia, Farinac. *q.* 8. *per tot.* Guaz. *def.* 1. *cap.* 11.

23 De delictis commissis in vijs publicis, & Regalibus, cuius sit cognitionis, an Baronum, & feudatariorum, vel potius Principis supremi, Francisc. Romaguer. cum pluribus citatis in addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.* 5. *rub.* 54. *num.* 7. *& seqq.* vide in §. *Feudum n.* 26.

Alia multa de delictis publicis, & priuatis, & de illorum punitione tractant DD. relati per Casteion. in *Alphabet. iurid. verb. Delicta*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. par.* 4. *eod. verb. fol.* 391. *&c.* 24

De delictis commissis de vno in aliud territorium circa confinia iuxta per me notata hic *num.* 18. adde Ant. Gob. *Consult.* 128. *num.* 38. *& seqq.* vbi quòd possint ab vtroque Iudice puniri intelligit quoad delicta de sui natura talia; secus sentiens in delictis ex sola Principis prohibitione resultantibus, vt in venationibus, in quibus non ita rigidè proceditur, & ideò à nemine puniri posse, vt ibi exemplificat, & declarat. 25

§. DELINQVENS. XIV.

DElinquens non potest inuitus extrahi ab Ecclesia, Palatio Episcopi, vel domibus Cardinalium, Clar. §. *fin. q.* 30. *vers. pen.* Guaz. *def.* 1. *cap.* 37. *n.* 20. *&c.* de quo plura Addit. ad Sanfelic. *decis.* 330. & dixi in §. *Immunitas n.* 7. *&c. &* §. *Iudex num.* 27. vbi vide latè Thom. del Bene *de immunit. Eccles. part.* 2. *cap.* 16. *dubit.* 31. *per tot.* vbi benè declarat quando reus existens in Ecclesia possit condemnari, vel non in pœnam corporalem, & quid seruetur de consuetudine. 1

Quòd dum reus existit in Ecclesia non possit à iudice laico damnari ad aliquam pœnam corporalem, imò nec postquam fuit egressus, cùm semel ad Ecclesiam confugiens gaudeat dicto priuilegio pro illo delicto secundum aliquorum opinionem, quæ non est admittenda nisi in aliquibus casibus; non tamen, debet reus vt suprà impunè ab Ecclesia dimitti, sed à iudice Ecclesiastico condemnari pœna pecuniaria, ac ad damna, & interesse versus partem offensam, vel si non sit soluendo ad aliquam pœnam corporalem mitiorem, ad tradita per Dian. & alios ab eo citatos *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 33. *per tot.* vide *in* §. *Citatio n.* 4.

An possit extrahi ab Ecclesia, si dum ducitur ad supplicium ad illam confugiat, vide P. Manar. *Nott. Malencon. Interrog.* 69. *fol.* 116. & dixi in §. *Immunitas n.* 12.

Quòd Cardinalis obuiam factus delinquenti dum ducitur ad supplicium, possit illum à pœna mortis liberare, non autem à pœna arbitraria, & quod tale priuilegium Romæ non seruetur ob præsentiam Summi Pontificis, P. Manar. *d. tractat. Interrog.* 72. *fol.* 121. vbi etiam quòd eadem facultas competit filio Regis. De hoc priuilegio DD. Cardinalium quando casu, & non data opera contingit Dian. *part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 29. vbi probat illis competere, & multos idem tenentes allegat, licet Farinac. & alij per eum citati contrarium asserant *in Fragment. crim. part.* 1. *num.* 631.

Quid in Episcopo processionaliter cum Clero procedente, vel in alijs processionibus solemnibus, an possit liberare delinquentem obuiam factum, videtur affirmare idem P. Manar. *Interrog.* 73. *fol.* 121. vide *in* §. *Immunitas num...*

Quòd confugiens ad Ecclesiam, si ipsam reperiat clausam, gaudeat nihilominus immunitate tangendo portam, annulum, porticum, vel scalas, Aloys. Ricc. *Prax. var. resol. cap.* 429. Sanfelic. *decis.* 330. vbi idem concludit in tangente ostium Monasterij, hospitalis, cæmeterij, atrij, & similium locorum immunitate gaudentium, cùm ostium dicatur illorum pars.

Item gaudet existens in Ecclesia, & debet restitui, si præ timore familiæ fugerit, & fuerit captus extra Ecclesiam, Ricc. *loc. cit. c.* 430.

Item si fuerit blandis verbis extractus debet restitui, idem Ricc. *c.* 327. vide in §. *Immunitas n.* 14.

Delinquens confugiens ad Sacerdotem sacram Eucharistiam deferentem, non potest inuitus ab illo extrahi, Clar. §. *fin. q.* 30. *vers. vltimo quæro*, Vasq. *de success. lib.* 3. §. 22. *num.* 55. Petr. Royz. Maur. *dec. Lituan.* 5. *n.* 131. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 330. *& dec.* 402. *obser.* 29. vbi idem asserit si ingrediatur cubiculum infirmi, ad quem communicandum Sacerdos accessit, vel se immisceat inter associantes Sanctissimum Sacramentum, licet neque pallij hastam tangat, Guaz. *def.* 1. *c.* 37. *n.* 36. *&c.* P. Manar. *Interrog.* 70. *fol.* 117. vbi tamen quòd secus est si Sacerdos portans Eucharistiam, ipse accedat ad delinquentem, causa illum liberandi, cùm talis confugiendi actus debeat procedere à 2

delin-

delinquente, non à Sacerdote, & Interrog. 71. vbi quod non liberaretur delinquens, si Sacerdos, ad illius collum appenderet hostiam consecratam, adde Sperel. dec. 49. n. 5. &c. Pac. Iordan. Lucub. vol. 2. lib. 11. tit. 3. n. 207. fol. 534. Dian. resol. moral. part. 1. tract. 1. resol. 28. vbi quòd gaudet dicta immunitate etiam quando intrauit cubiculum ægrotantis, vbi Sacerdos cum Sanctissimo adstabat, vel se associauit per viam, licet non tetigerit Sacerdotem, nec hastam Baldachini, secus tamen est in Sacerdote portante oleum Sanctum, vel finita functione Communionis, nisi reportetur Sacramentum ad Ecclesiam, Cortiad. decis. 84. num. 6. Raynald. rer. crim. cap. 1. §. 8. num. 11. & 12. fol. 103. Et totam materiam immunitatis Ecclesiæ, tam respectu locorum, quàm respectu personarum tractat videndus Cortiad. decis. 40. cum multis seqq. vsque ad 120. per tot. secundum tomum, prout melius notaui in §. Ecclesia in addit.

An autem confugiens ad reliquias Sanctorum, vel eorum imagines, dum processionaliter circumferuntur, vel amplexans Sacerdotem ambulantem gaudeat immunitate, videtur affirmare Dian. part. 4. tract. 1. resol. 48. vbi tamen in fine fatetur inta loqui tantum de Ecclesijs, & DD. de Sacerdote Eucharistiam deferente, & ideò in alijs non gaudere.

Quòd Ecclesiastici impedientes iurisdictionem laicalem possint carcerari per familiam sæcularem, ad effectum vt remittantur, & puniantur ab illorum ordinarijs, Dian. part. 4. tract. 1. resol. 79. vide in §. Clericus n. 66. &c.

3 Delinquens confugiens ad Statuam Principis, est securus, nec de iure potest extrahi, licet in practica esset difficile obtinere, Clar. §. fin. quæst. 30. vers. vlt. Guaz. d. cap. 37. num. 56. P. Manar. Interrog. 72. fol. 121.

Et contrarium de facto seruari, testatur Pac. Iordan. Lucub. vol 2. lib. 11. tit. 3. n. 210. &c. fol. 534.

Et certè, hoc non solum, numquam seruari vidi, sed nec etiam allegari.

Quòd tamen Palatium Regis gaudeat immunitate, non autem Palatium Baronis, Addit. ad Sanfelic. dec. 330.

4 Delinquens assumendo habitum Clericalem post commissum delictum, sine dolo, & non animo fraudandi iurisdictionem sæcularem, ab ea eximitur, & liberatur, secus autem si animo fraudandi, huiusmodi habitum assumpserit, & qualiter iste animus fraudandi, vel non præsumatur, vide Couar. pract. quæst. cap. 32. num. 4. Clar. §. fin. q. 36. vers. sæpe, & seqq. Cabal. resol. crim. cas. 108. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 226. n. 29 Farinac. q. 8. n. 104. & seqq. Franch. decis. 209. decis. 384. in fine, & dec. 709. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 8. num. 97. &c. fol. 81. Tondut. de præuent. part. 2. cap. 53. num. 6. vbi quod, quoad personam indistinctè eximitur à potestate sæculari, quo verò ad bona attenditur prædicta distinctio, vel etiam quoad personam, in casibus degradatione dignis, auctoritate tamen Ecclesiæ fienda, & quando sæcularis iudex iam præuenerat in processu fabricando, vide Sanfelic. decis. 2. num. 19. &c. Dian. resol. moral. par. 1. tract. 2. resol. 25. & 26. vbi probat indistinctè eximi à iurisdictione sæculari, cùm exempta persona eximantur etiam bona, ne per vnam viam concedatur quod per aliam denegatur, fatetur tamen communem esse contrariam sententiam, & distinctionem, ac idem esse in Nouitio religionem ingresso, idem Dian. part. 3. tract. 1. resol. 33. & 67. & part. 4. tract. 1. resol. 84. vbi de Notario effecto Clerico post falsitatem commissam, & resol. 95. vbi ampliat etiam si præcesserit diffamatio, & inquisitio, vt eximatur à iurisdictione sæculari etiam quoad bona, Anton. de Ballis tract. var. lib. 5. tit. de cleric. num. 21. & seqq. latè Cabal. cas. 108. vbi benè omnia declarat de eo, qui post delictum commissum effectus est clericus, vel Religiosus an, quando, & quomodo cuitet iurisdictionem sæcularem, vel non.

In omnem tamen casum, ne delicta remaneant impunita, esset puniendus à iudice Ecclesiastico, Cabal. resol. crim. cas. 259. per tot. & alij supracitati, vide in §. Clericus n. 36.

Et si fuerit formata inquisitio, & sequuta condemnatio, antequam delinquens, sit factus Clericus, per talem mutationem fori, non eximitur à iurisdictione sæculari, quoad bona, sed tantùm quoad personam, nisi etiam quoad personam iudex sæcularis præuenerit ante Clericatum (vt quia delinquentem habuerit in suis carceribus, vel sub fideiussore, & fracto carcere, vel fideiussione fugerit, & habitum clericalem in fraudem sumpserit) nam tunc facta prius degradatione à iudice Ecclesiastico cum cognitione causæ, potest etiam personaliter puniri à iudice sæculari, qui vt supra præuenit, Duen. reg. 100. limit. vlt. vide Thom. Triuis. decis. 48. per tot. lib. 2. Tondut. de præuent. part. 2. cap. 53. num. 6. Sanfelic. decis. 2. n. 19. & seqq. Farinac. d. q. 8. alijque supra relati, & dixi in Pract. §. Delinquenti n. 6. Paul. Christin. decis. Belgic. 17. n. 7. vol. 2. vbi dicit audisse iudicatum quod Clericus factus post delictum non gaudeat priuilegio, ne sit subsidium iniquitatis, neue iurisdictio sæcularis iam ex delicto commisso radicata reddatur elusoria, Fontanel. decis. 311. & 312. per tot. Raynald. Syntax. rer. crim. Proœm. §. 10. n. 15. & seqq. Griuel. dec. 58.

Non est tamen à prædictis, & infra dicendis recedendum de magis communi aliorum opinione, cùm qua postea conuenit, idem Christin. decis. 33. per tot. d. vol. 2. vbi etiam quid dicendum sit in causis ciuilibus.

In casibus verò degradatione dignis, non obstante præuentione iudicis sæcularis, debet quoad personam remitti ad iudicem Ecclesiasticum, Franch. decis. 709. Tondut. loc. cit. adde Capel. Tholos. quæst. 174. vbi quòd Clericus, qui in carceribus fecit sibi tonsuram, qua carebat, nullo modo debet remitti ad iudicem Ecclesiasticum, & si fiat Clericus lite pendente in causa criminali, non mutatur iudex, sed sententia mandabitur executioni per Ecclesiasticum, vide Sanfelic. decis. 2. n. 19. & seqq.

Quòd si delinquens, ante delictum fecisset votum clericale, vel intrandi religionem, & postea sequuto delicto, vel condemnatione, sumeret habitum, vigore voti præcedentis, eximatur à iurisdictione sæculari, probat Dian. loc. cit.

Quamuis hoc, quod dicitur de voto præcedente, non sit in praxi receptum, neque recipiendum, nisi iuxta prædictas distinctiones, vt testatur Franch. decis. 449. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 13. tit. 8. num. 97. &c. fol. 81.

Et quod relegatus, vel confinatus ex delicto, si postea efficiatur Clericus, & fugiat à confinio, non possit pro isto nouo delicto fracturæ confinij, molestari, vel puniri a iudice sæculari, Franch. decis. 395. decis. 709. & decis. 656. vbi de laico obligato penes acta, si efficiatur Clericus an declinet forum, vide Paul. Christin. ad leg. municip. tit. 2. art. 21. num. 6. vbi dicit esse dubiam opinionem Ricc. Collect. 724. in fine, Sanfelic. decis. 2. n. 27. & seqq. Gennens. in Prax. Neapol. cap. 8. Dian. part. 1. tract. 2. resol. 118. vbi etiam quid è contra in Clerico relegato à iudice Ecclesiastico, si efficiatur laicus, & frangat confinium, à quo sit puniendus, idem Dian. part. 4. tract. 1. resol. 22. & 23. vbi de debitore effecto Clerico post obligationem, vt debeat conueniri coram Ecclesiastico contra Franch. loc. cit. vide in §. Clericus n. 36. §. Confinatus n. 6.

Delinquens in habitu Clericali, & sic dum est Cleri- 5
cus, si postea dimittat habitum, efficiatur laicus, & ducat vxorem, à quo iudice sit puniendus pro delictis commissis tempore Clericatus, Gramat. decis. 10. Gratian. discept. forens. cap. 226. Cabal. resol. crim. cas. 147. n. 10. &c. Franch. decis. 417. Sanfelic. decis. 218. per tot. Thom. Triuis. decis. 48. lib. 2. vbi videtur concludere quod sit locus præuentioni, sed ipsos consulas, & quæ dixi in §. Clericus n. 78.

Delinquens non potest puniri in loco personæ offensæ, 6
quando illam offendit extra suam patriam, & territorium, nam in criminalibus non attenditur forum personæ offensæ, sed commissi delicti, vel originis, vel domicilij ipsius delinquentis, Cabal. resol. crim. cas. 3. per tot. Bertazol. cons. crim. 443. n. 2. sequitur Paul. Christin. dec. Belgic. n. 3. &c. vol. 2. vide in §. Delictum n. 21.

Sed quod Baro, vel alius iudex possit punire offendentem suum vasallum, extra territorium suum, quamuis non sit vasallus delinquens, Andr. in c. 1. quibus mod. feud. amitt. vers. de eo vero, & in §. Sed nec præterea, quæ sit prim. caus. benef. amitt. Sanfelic. in Praxi sect. 25. n. 13.

Delin-

Delinquens extra territorium quando, & qualiter possit puniri, an delinquens in vno territorio possit puniri in alio pro eodem delicto, & alia, latè Tusch. *litt. D. concl.* 181. *& seqq.* vide *in* §. *Iudex num.* 45. §. *Statutum pœnale n.* 8. Christin. *d. decis.* 2. *per tot. vol.* 2. Ricc. *Collect.* 2946.

Solet tamen etiam in loco personæ offensæ formari processus informatiuus ad effectum cognoscendi an interuenerit aliquis subditus, faciendi constare de corpore delicti, & similia, vide in §. *Iudex n.*45.

Quòd delinquens in mari puniatur à iudice, qui præest territorio propinqoo illius maris, Corsett. *sing.* 154. *verb. Iurisdictio*, Sanfelic. *decis.* 336. *n.* 4. dixi in §. *Delicta num.* 22.

Qualiter laicus percutiens clericum, vel ministrum etiam Satellitem Curiæ Ecclesiasticæ suum officium exercentem possit puniri per iudicem Ecclesiasticum, ac etiam per laicum, Scacc. *de iud. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 13. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 32. *num.* 1. *&c. vol.* 2. Sperel. *decis.* 86. Dian. *part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 3. vbi quòd est delictum mixti fori quando offensio sequitur ex caosa priuata, si verò in executione officij spectat priuatiuè ad iudicem Ecclesiasticum, licet etiam alij teneant vtroque casu esse mixti fori, vt Cartar. *decis. crimin.* 96. *num.* 30. 33. *&* 34. & quando ex causa priuata spectare ad iudicem sæcularem, quod verius puto, & pluries seruatum scio.

Et quod sit locus præuentioni ratione sacrilegij, & quoad sacrilegium, quando offenditur persona Ecclesiastica, Cabal. *dict. cas.* 3. *num.* 1. *&* 12. *& cas.* 194. quamuis vt aliàs dixi in delictis mixti fori, in multis locis, & Florentiæ quoad pœnas temporales contra laicos procedat tantùm iudex sæcularis *inf. num.* 7. *in fine*.

Quòd offendens iudicis familiam, proroget illius iurisdictionem, possitque puniri ab eo iudice, cuius familiam offendit, Sperel. *dec.* 160. *n.* 31. *&c.* Intellige (prout etiam loquitur Sperel.) Si offentio sit facta ratione officij, & iudex offensus præuenerit, alias secus, vt dixi in §. *Episcopus n.* 52. *in fine*, *&* §. *Iudex n.* 10.

Qualiter delinquens sortiatur forum ratione delicti, etiam quoad vtrumque iudicem in delictis mixti fori, tale forum dicatur potentius alijs ratione originis, vel domicilij, & alia, vide Clar. §. *fin.* q. 38. Farinac. q. 7. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *num.* 187. *& seqq. fol.* 89. Paul. Christin. *decis. Belgic.* 162. *vol.* 2. *& ad leg. Municip. tit.* 6. *art.* 11. *&* 12. Ricc. *Collect.* 4199. vbi qualiter delinqoens coram aliquo iudice efficiatur de illius foro, vide in §. *Testis num.* 35. & latè Sanfelic. *decis.* 250. *per tot.* & in sua Praxi *sect.* 25. *num.* 17. *& seqq. & decis.* 336. cum plena additione.

7 Delinquens in Ecclesia, vel alio loco immuni, siue contra personam Ecclesiasticam, à quo iudice sit puniendus, dixi in meis resol. *cap.* 9. *per tot. in* §. *Laicus n.* 4. in Pract. §. *Delinquenti num.* 10. vide Cabal. *resol. crim. cas.* 194. *per tot.* Tusch. *litt. I. concl.* 59. *num.* 6. *& seqq.* Dian. *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 67. Paul. Christin. *decis.* 200. *n.* 9. *&c. vol.* 4. Ciarlin. *contr. for. cap.* 55. *per tot.* Guaz. *deff.* 1. *cap.* 11. *num.* 19. *&c.* Mastrill. *decis.* 68. Menoch. *de arbitr. cas.* 389. *num.* 40. *&c.* Tondut. *de præuent. par.* 2. *cap.* 29. *num.* 33. *& seqq.* Balthas. Thomas. *tractat.* 7. *tit.* 19. *de tut. curat. ampliat.* 339. *fol. mihi* 440. Sperel. *decis.* 62. *decis.* 104. *num.* 3. *& num.* 56. *decis.* 134. *num.* 53. *&c.* & plenius *decis.* 3. *&* 4. *per tot.* vbi citat inter alios Cabal. *d. cas.* 194. & post relatos quatuor opiniones, sequitur quintam distinguentem, quam latè comprobat, & defendit, nempè pro delicto principali merè laico, ad iudicem sæcularem priuatiuè spectet cognitio, & punitio; pro sacrilegio verò ratiooe loci immunis, vel personæ Ecclesiasticæ offensæ, sit locus præuentioni inter iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem, ratione culos sacrilegij, præcedente maximè querela partis, cùm clericus offensus habeat fori electionem, possit iudex Ecclesiasticus non solum spirituales pœnas imponere, sed etiam temporaliter coercere, & punire personas etiam laicales extra tamen pœnam sanguinis, si præuenerit vt supra, & quamuis idem Sperel. *d. decis.* 3. *sub num.* 8. dicat vidisse seruari, vt quoties iudex Ecclesiasticus præuenit, & pro sacrilegio condignam pœnam imposuit, vel ritè absoluit, laicus iudex non puniat rursus delinquentem pro illato vulnere, nisi in casibus, in quibus esset imponenda pœna sanguinis, debet intelligi quod iudex laicus, non puniat rursus delinquentem pro illato vulnere in pœnam sacrilegij, cuius & ipse iudex laicus cognitionem haberet si præuenisset, prout aperto ore probat ipse Sperel. *loc. cit. per tot.* alias esset sibi contrarius, cùm verissimam profiteatur dictam distinctionem, illamque ab impugnationibus vindicet, vt videre est penes illum *sub num.* 10. *&* 13. *d. decis.* 3. *& decis.* 4. *num.* 14. & in omnem casum aliàs loqueretur contra co nmunissimam, & ab omnibus approbatam opinionem, quam & ipse vt dixi latè tuetur, & nihil de asserta obseruantia allegando, imò iuridica fundamenta, & auctoritates multas in contrarium, non facit negotium, nec obstat, cùm erubescamus sine lege, aut saltem auctoritate loqui, nec ideò potest in hac parte ad fauorem Ecclesiasticorum allegari pro excludendo iudice laico à cognitione, & punitione delicti in loco immuni per laicos patrati, cùm imò vt patet, ipse teneat (secluso sacrilegio, pro quo de iure locus est præuentioni) cognitionem delicti sæcularis in Ecclesia, vel alio loco immuni, siue contra personas Ecclesiasticas commissi, ad iudicem laicum priuatiuè spectare, ac quatenus allegata obseruantia esset vera, cùm non sit iuridica ex prædictis, nec vnquam in contradictorio iuditio, citato procuratore Principis laici, vel ipso Principe, de cuius iurisdictione ageretur obtenta, tanquam subreptitia, vi, clam, vel precario procedens, nullo modo præiudicare, aut derogare posset iurisdictioni Principum sæcularium, qui ei consensum non præstiterunt per notissima cuicumque professori nostro iuris fundamenta.

Quapropter non est, cur doleant Ecclesiastici de dicta mea *resol.* 9. illamque auctoritate Sperel. impugnare contendant, cùm vir ille doctissimus eandem omninò sequatur, & latius comprobet distinctionem per me de more breuibus relatam *in d. cap.* 9. *per tot.* quia Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ licet exemptæ, dicuntur de territorio, & iurisdictione Principum sæcularium, vt fatetur idem Sperel. *d. decis.* 3. *num.* 11. *&* 12. vide *in* §. *Clericus num.* .. *&* §. *Statutum requirens num.* .. nouissimè, & latè materiam pertractantem Raynald. *Synt. rer. crim. cap.* 1. §. 10. *n.* 37. *& seqq. per tot.*

Et qualiter puniatur delinquens in Ecclesia, vel alio loco immuni per lasciuiam, actus inhonestos, verba turpia, & huiusmodi idem Raynald. *d. cap.* 1. §. 11. *num.* 73. *& seqq.*

Quòd delicta in loco Ecclesiastico à laicis commissa, eatenus ad forum Ecclesiasticum spectent, quatenus sunt sacrilegia (dummodo etiam præuenerit vt supra) & non aliter, certum dicit idem Sperel. *dec.* 62. *n.* 10. *&c.* vide *in* §. *Sacrilegium n.* .. Paul. Christin. *dec.* 200. *num.* 9. *&c. vol.* 4. Ciarlin. *contr.* 15. *per tot.*

Imò etiam pro sacrilegio, licet de iure sit mixti fori, in aliquibus locis, & Florentiæ de consuetudine iudices Ecclesiastici procedunt tantùm quoad pœnas spirituales, & non temporales contra laicos, vt dixi supra *num.* 6. & alibi generaliter in delictis mixti fori, nec esse etiam a iure alienum, sed de communi opinione testatur Clar. §. *fin.* q. 37. *n.* 8.

Ao autem delinquens in Ecclesia gaudeat immunitate illius pro eo delicto, & pro alijs extra Ecclesiam commissis, vide in §. *Furtum num.* 9. *&* §. *Immunitas n.* 5. *& num.* 23. *&* §. *Sacrilegium num.* 9. Sanfelic. *decis.* 243. 270. *&* 402.

8 Delinquens non accusatus, nec condemnatus, etiam si ipso iure pro delicto esset imposita confiscatio bonorum, vel alia pœna, non tenetur in foro conscientiæ bona sua fisco deferre, vel aliam pœnam soluere, sed tantummodò emendare damnum parti illatum, Clar. §. *fin.* q. 80. *vers. vlt.* dixi *in* §. *Fiscus num.* 8. *&* §. *Pœna n.* .. §. *Confiscatio num.* 18.

Quia nunquam deuenitur ad executionem pœnæ, nisi saltem præcedat senteotia declaratoria facti super quo ius disponit, Guaz. *deff.* 33. *cap.* 25. *in fine*, Manara *Interrog.* 139. *fol.* 228.

An autem possit interim alienare bona saltem pro alimentis latè Surd. *de alim. tit.* 9. q. 32.

9 Delinquentes plures simul ex proposito, tenentur omnes in solidum ad pœnam, idest omnes eadem pœna puniuntur, nec vnus soluens liberat alios, quoad publi-

blicam vindictam, & pœnam fisco debitam, quod tamen ſecus eſt quoad intereſſe partis offenſæ, vel damnificatæ, ad quod tenentur pariter omnes in ſolidum ſed vna ſolutione ſufficiente; ceſſante verò propoſito, ſiue præmeditatione delinquendi, in caſibus merè accidentalibus, & rixoſis, tenetur vnuſquiſque tantùm de eo, quod fecit, & operatus eſt in rixa, & non de facto ſociorum, quando poteſt diſcerni factum vnius à facto alterius; ſi verò talia facta non poſſint diſcerni, tenentur omnes in ſolidum ad pœnam pecuniariam, & intereſſe partis, vnica ſolutione ſufficiente, Boſſ. *tit. de pœn. num.* 2. *& ſeqq.* Baiard. ad Clar. §. *Homicidium n.* 119. *& ſeqq. per tot.* Cabal. *reſolut. crim. caſ.* 198. *n.* 11. 12. *& per tot.* Magon. *deciſ. Luc.* 27. *n.* 27. *&* 54. Card. Tuſch. *litt. D. concl.* 186. *per tot.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 362. *per tot.* vbi nouem caſus diſtinguit, *& num.* 23. *&* 24. quod quamuis rixa fuerit accidentalis, & non conſtet quis mortale vulnus, vel vulnera intulerit, ſed appareat quis fuerit ipſius rixæ auctor, ipſe præſumitur homicida, vel vti dans operam rei illicitæ, de rigore tenetur pœna ordinaria homicidij, & alij de auxilio; Et quod auctor, & promotor rixæ teneatur pœna ordinaria delicti, & etiam alij ſocij, vbi conſtat de præcedente tractatu, & deliberatione, vide Farinac. *q.* 96. *num.* 63. *&* 64. *& per tot.* Cabal. *tract. de omn. gen. homicid. num.* 11. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 33. Theſ. *deciſ.* 31. *per tot.* Peguer. *quæſt. crim.* 14. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 20. *per tot.* Conciol. *reſol. Crim. verb. Homicidium reſol.* 2. *per tot. & verb. Rixa reſol.* 2. *n.* 4. *&* 5. dixi in §. *Homicidium n.* 13. *&* 14.

An quandoque Auctor rixæ poſſit allegare ſe fuiſſe conſtitutum in periculo vitæ vide reſolutionem Magiſtratus DD. Octo Baliæ Florentiæ cum voto eius Aſſeſſoris, & approbatione Sereniſſimi Magni Ducis ſub die 1. Martij 1677. in cauſa contra Franciſcum nuncupatum Rouina pergole in filcia negociorum *ſub num.* 2255. *& in Giornali* 652. & dixi *in Praxi in Addit. in* §. *Homicidij n.* 51. & rurſus ſub die 2. Iunij 1678. in cauſa Anglaris contra Laurentium Benedicti, qui licet Auctor rixæ fuit excuſatus a pœna ordinaria homicidij commiſſi in perſonam tertij, quia ad fauorem aggreſſiſſe intromiſerat contra ipſum rixæ Auctorem, vt in filcia proceſſuum 652. num. 189.

Sed iſta opinio in caſibus rixoſis aliquando non fuit ſeruata Florentiæ, intelligendo quando non conſtat de animo occidendi, nec ipſum auctorem fuiſſe verè homicidam; quia ſi fuerit ipſi verè homicida, & auctor rixæ, ac animum occidendi habuerit, qui animus poteſt ex pluribus argui, tunc abſque dubio his tribus copulatiuè concurrentibus, Florentiæ, & alibi imponitur pœna ordinaria, ad tradita per Farinac. *q.* 126. *n.* 49. & alios paſſim.

Et an quandoque auctor rixæ poſſit allegare, ſe fuiſſe poſtea conſtitutum in periculo vitæ, & ad ſuam neceſſariam defenſionem aduerſarium occidiſſe, & ſic poſſit à pœna ordinaria excuſari, Bald. *conſ.* 312. *lib.* 4. quem ſequitur Card. Tuſch. *litt. D. concl.* 129. *num.* 11. & ego in Pract. §. *Omicidij num.* 51. *verſ. Circa, l. autor della riſſa, &c.* vbi vide, quia eſt doctrina de nouo benè declarata, & de pane lucrando, in qua adhuc perſiſto cum circumſtantijs ibidem relatis, & ſequitur Dian. *par.* 2. *tr.* 15. *reſol.* 16. *in fine.*

Doctrinam ibi contentam me citato latè comprobat Raynald. *Syntax. rer. crim. c.* 7. *in rub. n.* 21. *& ſeqq. fol.* 420. dixi *in* §. *Homicidium n.* 4. *&* 14.

Et ſi vnus ex dictis pluribus ſimul delinquentibus ſoluerit, vel fuerit exactus in ſolidum, non poteſt ab alijs pro rata repetere, quia proprij delicti pœnam ſubijt, & ex re turpi non datur actio, ita vt nec ceſſionem prætendere, aut ſperare poſſit, cùm ſoluenti proprium debitum non ſit facienda ceſſio, *l.* 1. §. *nunc tractemus ff. de tut. rat. diſtrah. l. nulla C. de ſolut.* Franch. *dec.* 662. *num.* 8. *&c.* Merlin. *deciſ.* 533. *num.* 35. *&c. dec.* 589. *per tot.* Leoncil. *deciſ. Ferr.* 40. *num.* 6. Tuſch. *d. concl.* 186. *num.* 3. *&* 8. vbi citat Bart. *conſ.* 24. *lib.* 2. vide *in* §. *Promiſſio num.* 7. *&* §. *Locus num.* 8. *in fine, &* §. *Correus n.* 8. Carleual. *de iudic. tit.* 1. *Diſput.* 5. *n.* 45. *fol.* 293. vbi etiam an illis competat beneficium diuiſionis, & affirmat in officialibus, latè Valer. *de differ. vtriuſque fori verb. Reſtitutio different.* 29. *per tot.*

An autem condemnatis pluribus ratione delicti ad pœnam fiſco applicandam, poſſit exigi in ſolidum ab vno, alijs non exiſtentibus ſoluendo, *DD. in l.* 2. *ſi plur. vna ſent.* Paul. Chriſtin. *dec. Belgic.* 187. *n.* 2. *vol.* 2. vbi refert contrarias opiniones, *& dec.* 106. *vol.* 4. Carleual. *d. diſp.* 5. *per tot.* vbi in ſpecie de ſalario Iudice, an poſſit ab vno inſolidum exigi, vide Salarium.

Quòd quando ſatisfactione vnius alij liberantur tenentur pro rata ſua illi refundere, Chriſtin. *deciſ.* 12. *n.* 9. *&c. vol.* 5. *per text. in l. nam ſeruus ff. de neg. geſt. & DD. in l. ſi familia ff. de iuriſd. omn. iud.* P. Stephan. de Neap. *de reſtit. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 30. vbi in conſcientia, Carleual. *loc. cit. n.* 46. vbi quòd in foro conſcientię qui ſolutione alterius liberati ſunt, tenentur ei pro rata ſatiſfacere.

Quid ſi inter plures delinquentes adſit Clericus foro priuilegiatus, an omnes remitti debeant ad iudicem Eccleſiaſticum, dixi in §. *Laicus n...*

An quandoque propter incertitudinem delinquentis, vel multitudinem delinquentium excuſentur omnes, vide Tiraquel. *de pœn. cauſ.* 47. Menoch. *de arbit. caſ.* 598. *n.* 40. Farinac. *q.* 96. *per tot.*

10 Delinquens negando per mendacium, etiam coram iudice, ſe commiſiſſe delictum, non punitur aliqua pœna pro huiuſmodi mendacio, cùm vnicuique ſit permiſſum in foro fori per fas, & nefas proprium ſanguinem redimere, nec etiam ſi faciat vt ſuo nomine alter falsò compareat, *l.* 1. *C. de his, qui ſibi mort.* Socin. iun. *conſ.* 38. *n.* 5. *&* 10. *lib.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.* 314. *n.* 18. *&* 19. Farinac. *q.* 160. *n.* 294. *& ſeqq.*

Quòd ſi neget medio iuramento, dic adhuc excuſari à periurio, & illius pœna in foro fori, non autem in foro conſcientiæ, Farinac. *loc. cit.* & alij relati per Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 22. *n.* 207. *& ſeqq. fol.* 452. vide *in* §. *Negatiua n.* 18. §. *Interrogatio n.* 4.

Mendacium tamen facit inditium, vt dixi in §. *Mendacium num...*

11 Delinquens præſentatus iudici per patrem, vel filium ipſius delinquentis, non debet pœna mortis puniri, ſed alia miniori, *l. milites* §. *deſertorem ff. de re milit.* Cepol. *caut.* 1. Menoch. *de arbit. caſ.* 347. *per tot.*

Hanc tamen cautelam, hodie per iudices in practica non attendi, Clar. §. *fin. q.* 60. *verſ. ſolet etiam*, Farinac. *q.* 98. *n.* 164. *& ſeqq.*

12 Delinquens amore captus, & ex cauſa amoris, an excuſetur à pœna ordinaria, vide in §. *Amor n...*

13 Delinquens an poſſit renunciare defenſionibus, tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ, P. Manar. *Interrog.* 195. *fol.* 302. Farinac. *q.* 39. *n.* 11. *&c.* vide §. *Defenſio n.* 4. *&* §. *Renunciatio n.* 20.

14 Delinquens publicus, & notorius, an poſſit tanquam de proximo banniendus, impunè vti bannitus offendi, dixi in §. *Bannitus n...*

Alia plura de delinquentibus, dixi in Pract. §. *Delinquenti per tot.*

15 Delinquens, in flagranti crimine deprehenſus, qualiter poſſit inquiri, & torqueri, ſi cauſa id patiatur, & quid operetur deprehenſio in flagranti, Clar. §. *fin. q.* 8. *per tot.* Tuſch. *litt. D. concl.* 185. *per tot.*

16 Delinquens quando poſſit excuſari à pœna ſaltem ordinaria ratione minoris ætatis, ſenectutis, furoris, temporis decurſi, iræ ſiue iracundiæ, amoris, ebrietatis, ſomni, ignorantiæ, metus, mandati, prouocationis, incertitudinis, dubietatis, iuſti doloris, clandeſtinitatis, ſpontaneæ confeſſionis, pœnitentiæ, iuſtæ credulitatis, bonæ conditionis, & famæ, nobilitatis, & dignitatis, incidentis probationis, præexcellentiæ artis, benemeritorum in Principem, amicitiæ cum iudice, caſus fortuiti, præſentationis à patre factæ, multitudinis delinquentium, longæ carcerationis, & huiuſmodi, Tuſch. *litt. D. concl.* 188. *per tot.* Clar. §. *fin. q.* 60. Menoch. *de arbitr. caſ.* 329. *&c.* Tiraquel. *tract. de pœn. per tot.* Farinac. *de pœn. temper. q.* 87. *cum pluribus ſeqq. per tot.* vbi pleniſſimè vide *in* §. *Pœna, &* §. *Minor.*

De excellente in arte, vel benemerito Principis qualiter poſſit à morte excuſari, Ricc. *Collect.* 1842.

De delinquente ex ira, conſiderato an ex iuſta, vel iniuſta cauſa proceſſerit ira, Sanfelic. *dec.* 369. *cum Addit.* vbi de blaſphemante, & plura de ira, & eius effectibus.

Qualiter delinquens dicatur conſentire in pœnam, & non debeat eſſe melioris conditionis quam non delinquens, latè idem Tuſch. *loc. cit. concl.* 189. *&* 190. *per tot.*

De-

17 Delinquens, vel criminosus an ratione criminis à testimonio repellatur, & quando, ac in quibus admittatur, latè Mascard. *de probat. concl.* 464. *per tot. cum duabus seqq.* vide *in* §. *Peccatum n.* 7. *&* §. *Testes n.* 6. *& num.* 12.

18 Delinquens vt possit dici testibus conuictus, & tanquam talis pœna ordinaria delicti damnari, si fuerit in fortijs Curiæ deductus (cùm alias tanquam contumax si fuerit legitimè inquisitus, & citatus habeatur pro confesso, & possit etiam pœna ordinaria affici, cum reseruatione quindecim dierum, vel Mensis ad se constituendum) plura requiruntur. Primò, vt sint saltem duo, vel tres testes, *l. vbi numerus ff. de test. c. si quis* §. *vbi* 4. q. 3. Secundò, vt sint contestes, & non singulares, *c. causam de probat. c. cum dilectus de accusat.* Tertiò, vt nedum sint integri, sed omni exceptione maiores, Bald. *in c. cum causam num.* 9. *de test. & in l. sciant cuncti*, vbi Salic. & alij *C. de probat.* Quartò, vt concludam pernecesse, & de visus, vel alio sensu iuxta qualitatem delicti, Boss. *tit. de conuict. num.* 11. Farinac. *cons.* 193. *num.* 41. *lib.* 2. *& cons.* 182. *n.* 1. Ità vt nec duæ semiplenæ probationes ad effectum condemnandi vti conuictum possint coniungi, ad Gandin. *de præsumpt. & indit. indubit. num.* 2. Boss. *loc. cit. n.* 23. Gabriel. *de probat. concl.* 1. *n.* 23. *&* 26. Farinac. *d. cons.* 82. *n.* 2. de quo tamen vide Peguer. *decis. crim. cap.* 17. *n.* 41. *& seqq.* vbi quòd vera est conclusio quando probationes essent in sua specie imperfectæ, secus autem si essent perfectæ, vel alijs inditijs, & coniecturis adminiculatæ, nam tunc posse coniungi affirmat ad effectum etiam pœnæ ordinariæ, ac ita fuisse pluries decisum, & exequutum testatur; sed hæc opinio apud nos rigorosa reputatur, & vide *in* §. *Probatio n.* 3. *& n.* 18. §. *Indicium n.* 9. Sanfelic. *dec.* 392. *cum Addit.* vbi an, & quando ex indicijs indubitatis possit deueniri ad pœnam ordinariam.

19 Delinquens in officio qualiter priuari debeat illo officio, & etiam salario, & tunc quis dicitur in officio delinquere vbicumque fauore, calore, colore, auctoritate, prætextu, vel contemplatione officij deliquit, *l. si aliquod C. de suscept. lib.* 10. Capyc. *dec.* 121. Franc. Marc. *decis.* 390. *&* 654. Capel. Tholos. *dec.* 370. cum alijs per Nouar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 150.

20 *Delinquens*, vt quis dici possit ad effectum, vt habeat locum dispositio legis, vel Statuti loquentis de *delinquente* opus est, quod delinquens sit verè talis, & conuentus de delicto per veras probationes, nec sufficit quod sit indiciatus per coniecturas, & indicia, Nouar. *in Prag. Reg. Neap. Collect.* 224. & benè probat Gamm. *decis. Lusit.* 363. *per tot.* vbi etiam quòd non potest quis tanquam *delinquens* remitti ad alium iudicem deprecantem, & petentem, nisi verè de delicto ab eo perpetrato constet; quod est valdè notandum, cùm sæpè fiant huiusmodi remissiones absque alia cognitione prætensi commissi delicti, & indebitè, ad tradita etiam per Sanfelic. *decis.* 64. *per tot.* dixi in §. *Remissio n.* 1.

21 Delinquens tanquam talis accusatus, si fuerit ex defectu delicti absolutus, non potest arbitrariè in exilium mitti, quia sine delicto nemo puniri debet, & absoluere, & condemnare sunt contraria, ac ideò vno, eodemque tempore in idem subiectum cadere non possunt, vt benè probat Thom. Triuis. *dec.* 23. *per tot. lib.* 2.

Quando tamen quis esset valdè suspectus, omisso termino absolutionis, vel condemnationis, vidi sæpè per Magistratum DD. Octo Baliæ Ciuitatis Florentiæ, vel per D. Auditorem Fiscalem fieri præcepta de se absentando à Ciuitate per tot milliaria sub pœna arbitrij rigorosi, & inobedientes arbitrariè puniri.

22 Delinquens dum dat operam rei illicitæ nulla videtur excusatione dignus, sed hoc procedit respectu illius criminis, quod quis scienter committit, non autem respectu alterius sibi occulti, & non præcogniti, & multò minus respectu pœnæ indè procedentis, quia si id agnouisset forsan quid tale non commisisset, & nunquam punitur id, quod sequitur ex opere illicito, si præter intentionem agentis contingat, Farinac. *de delict. carn. q.* 149. *n.* 187. quem sequitur Rot. *part.* 16. *recent. dec.* 267. *num.* 21. *&* 22. vbi in materia incestus ignoranter commissi, facit quod dixi in §. *Culpa n.* 6.

Quòd solo culpa, quæ contrahitur dando operam rei illicitæ non sufficiat, sed requiratur, quòd cadat in delictum, ac vlterius sit ordinata ad subsequutum casum proxima, & immediata, Farinac. *quæst.* 126. *n.* 64. 78. *&* 79.

Ita vt nec dans operam rei illicitæ, si inde sequatur homicidium, vel aliud delictum teneatur pœna ordinaria delicti inde sequuti, nam considerari debent tanquam duo delicta, alterum dolo, alterum culpa commissum; dolo dicitur committi delictum in illa re illicita, quæ principaliter, & intentionaliter agebatur, & istud debet puniri pœna ordinaria, culpa dicitur committi aliud delictum; puta homicidium inopinatum inde sequutum, & istud nunquam punitur pœna ordinaria, vt colligitur ex traditis per Vasquez *contr. illustr. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 19. Honded. *cons.* 104. *per tot. vol.* 1. dixi *in* §. *Homicidium n.* 6. vbi plures alios allegaui.

Quòd dans operam rei illicitæ teneatur de homicidio inde sequuto ad pœnam capitalem, & sic ordinariam delicti, quando ipse fuit actor violentiæ, siue occisus fuerit ex parte sua, siue ex parte patientis, secùs in socijs, & auxiliatoribus, nisi omnes fuerint æquè principales, & Auctores violentiæ ex præmeditatione, quia tunc tenerentur omnes eadem pœna, *l. quoniam multa facinora* 6. *C. de vi pub. & priuat.* vbi DD. Farinac. *q.* 126. *num.* 61. *& seqq.* latè Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 34. *num.* 7. *& seqq. per tot. vbi num.* 23. *&* 24. dicit veram resolutionem esse excusari solum ab homicidio dantem operam rei illicitæ, si adhibuerit omnem diligentiam, ne homicidium sequeretur, & actus illicitus sit ex illis, qui non tendunt directè ad id, de quo homicidium sequi solet, aliàs autem secus, vt in casu suo, in quo fuerunt omnes condemnati ad pœnam mortis naturalis propter violentiam armata manu factam, ex qua sequutum fuerat homicidium in personam vnius ex aggressoribus, facit Conciol. *verb. Rixa resol.* 2. *num.* 5. vbi quòd si præcessit collectio personarum ab Auctore rixæ facta, & Auctor rixæ aliquod illicitum fecit, ex quo mors, seu vulnera sequi possent, tunc tenetur pœna ordinaria, vide in §. *Vis n.* 7. vbi latiùs declaraui.

Aliqua de delinquentibus, & delictis notat Thoro *compend. decis. Neap. part.* 1. *&* 3. *verb. Delinquens*, & plura remissiuè Casteion. *in alphabet. iurid. verb. Delicta*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. leg. part.* 4. *verb. Delinquens*, *fol.* 393. *&c.* Io. Torre *in Indice generali tract. de success. in Maiorat. & Primog. Ital. verb. Delictum, Delinquens*.

De modo persequendi, & capiendi delinquentes in 23
delictis grauibus in Catalonia cum sono campanæ emisso, vulgò *Sometent*, ac cum vociferatione *viafora*, *viafora*, qualiter hoc modo initientur processus criminales, & de multis quæstionibus occurrentibus, Cancer. *var. resol. par.* 3. *cap.* 5. *per tot.*

§. DEMONSTRATIO. XV.

Demonstratio falsa, an, & quando vitiet legatum, 1
vel non, *l. Quintus Mutius ff. de aur. & arg. leg.* Bart. *in l. demonstratio num.* 6. *&* 16. *ff. de condit. & demonstrat.* Alex. Ias. & alij, *in l. si sic* §. *cum si decem ff. de leg.* 1. Surd. *decis.* 142. 144. 161. *&* 337. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 988. *num.* 2. *&c.* vide *in* §. *Legatum num.* 4. *&c.* Tusch. *litt. F. concl.* 60. 61. *per tot.* vbi generaliter quando vitiet instrumentum, legatum, siue aliam dispositionem, vel non, Ricc. *Collect.* 3615. Rot. *par.* 11. *rec. dec.* 326. *n.* 3. *& seqq.*

Demonstratio falsa, & erronea quando generaliter no- 2
ceat, & mutet substantiam veritatis, Gratian. *discept. forens. cap.* 923. *n.* 4. *& seqq.*

An vitiet contractus vltrò, citròque obligatorios, Surd. *dec.* 104. *n.* 31. *&c.*

Quòd non vitiet quando ex alijs constet de certo corpore, Gratian. *discept.* 957. *n.* 7. Rot. *par.* 10. *rec. dec.* 320. *n.* 8. *& seqq.* vbi pluribus exornat.

Quomodo autem probetur constare de corpore, vt demonstratio falsa non vitiet dispositionem, latè Mascard. *de probat. concl.* 503. *per tot.*

Quòd regulariter non vitiet actum, nisi sit circa sanguinis coniunctionem, quia cùm tunc præsumatur causa finalis vitiat, Surd. *dec.* 144. *n.* 1. *&c.*

Demonstratio tamen respiciens consanguinitatem præ-

præſumitur vera, ita vt dicens contrarium teneatur probare, idem Surd. decif. 145. num. 7. &c.

3 Demonſtrationis cauſa, vel diſpoſitionis qualiter cognoſcatur, Caſtr. conſ. 338. lib. 1. Tuſch. litt. D. concl. 191. vbi quòd quando eſt ſub vnica oratione dicitur cauſa diſpoſitionis, ſecus ſi ſub diuerſa, & alijs modis vt ibidem declarat, & quid iſtud importet, & dixi in §. Legatum n... vide Rot. part. 10. recent. decif. 320. num. 8. & ſeqq. vbi quòd in dubio verba potius demonſtratiuè, quàm diſpoſitiuè ſunt accipienda.

4 Demonſtratio falſa, an, & quando vitiet contractus, legata, teſtamenta, vel alias diſpoſitiones, an reſtringat, & alia, Caſtil. lib. 4. controu. cap. 54. & per totum, & alios allegat Com. Auguſt. Fontan. in Bibliothec. Legal. part. 4. verb. Demonſtratio fol. 395. &c. Ioan. Torre tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. part. 2. q. 55. vide in §. Legatum num. 4. & 5. Cyriac. contr. 336. num. 4. vbi quòd demonſtratio falſa adiecta executioni non vitiat legatum, & num. 29. & ſeqq. per tot. vbi ſubtiliter, & per exempla declarat, an, & quando demonſtratio falſa in nomine appellatiuo vitiet diſpoſitionem, vel non ſi conſtet de corpore certo infallibiliter, & contr. 337. n. 12. & ſeqq.

Quòd demonſtratio falſa non officiat, l. demonſtratio 17. in princ. & §. 1. l. falſa 33. l. nominatim 34. in princ. & §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. §. huic proxima, vbi Pichard. num. 1. Inſtit. de legat. benè explicat, & Vela Differt. 29. num. 39. & num. 40. vbi quòd ſi non nocet falſa, multò minus nocere poteſt vera, licet ſuperflua, & inepta, aut quaſi facta gratia tollendæ dubitationis.

§. DENVNTIATIO. XVI.

1 Denunciatio futuræ venditionis fundi cenſiti, vel vicini ſtante ſtatuto prælationem vicinis concedente, eſt facienda domino cenſus, vel vicino, etiam aliundè ſcientiam habentibus, cùm non fiat ſolum ad effectum, vt ſciant venditionem, ſed etiam vt deliberent, & declarent, an ipſi emere velint, ita vt nec ſufficiat quod ſint præſentes venditioni, ſed omninò ſit neceſſaria denunciatio prædicta, iuxta thenticam Bart. in l. denunciaſſe §. quid ergo, & l. qui vxori ff. ad l. Iul. de adult. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 742. num. 4. Cenc. de Cenſ. quæſt. 64. num. 19. & 20. dixi in reſol. cap. 36. num. 2. Peregrin. decif. Pat. 19. num. 5. & ſeqq.

Quando autem non ſit neceſſaria dicta denunciatio, idem Gratian. cap. 433. num. 71. & 93. & cap. 957. num. 8. dixi in §. Ius congrui num...

Quod ſufficiat aliunde ſcientiam habuiſſe, quando denunciatio non eſt inducta pro forma, & incipiat currere tempus à die ſcientiæ, Magon. decif. Flor. 40. per tot.

Et quando extraiudicialiter requiſitus dixit nolle emere, idem Magon. decif. Flor. 118. per tot. vide in §. Ius congrui num...

2 Denunciatio prædicta an ſit facienda conſanguineo, vel vicino pauperi non habenti modum emendi, quaſi tunc videatur ſuperflua, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 433. n. 83. & 84. vbi allegat Tiraquel. §. 1. gloſ. 9. num. 59. ad 76. & gloſ. 1. §. 5. num. 3. & 4. Magon. decif. Flor. 26. num. 10. &c. vbi videtur negatiuè concludere, ſed num. 30. & 31. quòd fundans ſe in huiuſmodi paupertate tenetur illam probare, vide in §. Paupertas num...

3 Denunciatio prædicta facta tutori, vel eo deficiente agnatis, & affinibus pupilli, afficit ipſum pupillum, ita vt tranſacto tempore excludatur à retractu etiam per viam reſtitutionis in integrum, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 957. num. 1. & ſeqq. vide in §. Reſtitutio num...

Non enim poteſt pupillus interpellari, nec in mora conſtitui ſine tutore, Montan. de tut. cap. 30. num. 106. &c. vide in §. Pupillus num...

An autem dicta denunciatio ſit facienda à venditore, vel ab eo, qui emere intendit, vide Cenc. de Cenſ. quæſt. 64. num. 31. vbi videtur tenere eſſe faciendam ab eo, qui emere vult, cuius magis intereſt non retrahi, quam venditoris, Ludouiſ. decif. 193. num. 11. &c.

4 Denunciatio in prædictis caſibus, ſtante curſu longiſſimi temporis, vel etiam decem annorum tantùm, ſecundum aliquos præſumitur interueniſſe, quamuis de illa non appareat, vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 433. n. 51. & ſeqq. Magon. decif. Flor. 26. num. 43. & ſeqq. vbi contrarium firmat, & quòd non ſufficit generalis, ſed debet eſſe certa cum omnibus qualitatibus, quia requirebatur antè contractum, & non in ipſo contractu potuit interuenire, ac ideò non præſumitur, &c. vide in §. Solemnitas num...

Denunciatio litis motæ facta debitori principali, pu- 5
ta venditori, afficit etiam fideiuſſores euictionis, qui poſſunt conueniri alia denunciatione illis non facta, etiam quod cauſam agitari ignorauerint, l. authore laudato, vbi Salic. & alij Cod. de euict. Maur. de fideiuſſ. part. 2. ſect. 9. §. 24. Sanfelic. in Praxi ſect. 62. num. 7.

Quòd quando venditor intrauit ſuſcipere defenſionem emptoris, non ſit neceſſaria denunciatio litis, ſi ſciat litem motam, quod probatur ex litteris miſſiuis, Rot. p. 2. diuerſ. decif. 69. num. 3. & ſeqq.

Alia de huiuſmodi denunciatione vide in §. Emptor num. 8. Ricc. Collect. 91. 442. & 3336. Peregrin. decif. 89. num. 5. &c. Rot. part. 9. recent. decif. 404. num. 5. &c. Sanfelic. in Praxi ſect. 62. per tot. Mangil. de euict. quæſt. 3. & 4. Ariſmin. Tepat. var. ſentent. tit. 422. per tot. Martha vot. Piſ. 65. vbi qualiter ſit neceſſaria denunciatio litis, etiam iuxta formularium Florentinum, alias non poſſit agi de euictione, & alia pro intelligentia dicti formularij, ad quod ſæpè ſe remittunt contrahentes in his partibus.

Denunciatio ceſſionis facienda per ceſſionarium 6
debitori ceſſo, iuxta terminos l. 3. Cod. de nouat. vt afficiat, fieri debet cum tranſmiſſione inſtrumenti ceſſionis, & conſtare de veritate cauſæ, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 356. num. 39. & 40. intelligendo tamen vt ibi per eum, niſi ſit facta in iudicio, & iudicis auctoritate, quia tunc tenetur aduerſarius credere intimationi, etiam ſibi non tranſmiſſa copia ceſſionis, & Rot. part. 2. diuerſ. decif. 151. num. 1. part. 11. recent. decif. 245. num. 4. vbi quòd debet verificari cauſa per exhibitionem inſtrumenti, ad Buratt. decif. 534. num. 4. & poſt Cenc. de Cenc. decif. 161. vide in §. Ceſſio num. 35. & num. 45.

Denunciatio, intimatio, notificatio, ſeu certioratio, 7
non eſt neceſſaria in eo, qui iam ſcit, & certus eſt, cùm ſemel certus, non debeat amplius certiorari, quia certioratio fit ad effectum, vt quis ſciat, ergo ſi iam ſcit, non eſt neceſſaria alia certioratio, l. 1. ff. de act. empt. c. eum qui de reg. iur. in 6. Tiraquel. de retract. lignag. gloſ. 2. §. 36. num. 24. Barboſ. de Axiomat. iur. Axiom. 41. num. 1. vbi num. 2. declarat, niſi certioratio eſſet de ſubſtantia, vel forma, vel ad incitandum ad aliquid faciendum, vel non faciendum ordinata, vel ad effectum acquirendi ius notificanti, & faciendi notificatum in moram, vel pœnam incidere, quia his caſibus ſola ſcientia non ſufficeret; vbi verò agitur ſolum de inducenda mala fide, vel de commodo eius, qui denunciationem prætenderet, ſemper ſufficit ſola ſcientia, ex traditis per Alex. conſ. 27. in princ. lib. 6. & conſ. 138. lib. 7. Card. Tuſch. litt. C. concluſ. 199. nu. 8. & ſeqq. Tiraquel. loc. ſup. cit. num. 28. Sperel. decif. 107. num. 50. & num. 81. & ſeqq. Paul. Chriſtin. decif. Belg. 262. num. 17. &c. vol. 1.

Denunciatio de non amplius continuando in locatio- 8
ne, vel ſimilis, vt afficiat, non debet eſſe dubia, vel incerta, ſed exactè ſpecificata, vt intimatus poſſit plenè inſtrui, & debet eſſe perſonaliter, & non domi facta, maximè ſi fuit conuentum, quod ſit facienda eidem, vel ipſi conductori, vel per ſimilia verba perſonalitatem denotantia, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 715. num. 6. 14. & 15.

Quoad denunciationem de non continuando in locatione, vide in §. Conductor num. 5. in addit.

Et quod debeat eſſe in termino reproducta legitimè executa cum relatione facta iudici, vel notario in actis, alias non afficiat, idem Gratian. d. cap. 715. num. 1. & ſeqq. vide in §. Citatio num...

Denunciatio damni, & periculi imminentis eſt facien- 9
da per conductorem, ne ipſe teneatur verſus locatorem, vt dixi in §. Conductor num...

Denunciationes requiſitæ in matrimonijs iuxta Con- 10
cilium Tridentinum, quamuis poſſint ab Ordinario

ex causa remitti, non tamen possunt fieri diebus ferialibus etiam de eiusdem licentia, & factæ in vna Parochia, si antequam sequatur matrimonium, sponsi mutent Parochiam, solent in illa noua Parochia reiterari pro vna vice, & elapsis duobus mensibus post illas factas, ac nondum sequuto matrimonio, seruatur de nouo fieri, de consensu tamen contrahentium, Grat. *discept. forens. cap.83. n.28. &c. per tot.* vbi plura, an sint de substantia matrimonij, & an omissæ illud vitient.

Quòd non sint de substantia, sed tantùm de præcepto, & omissæ non vitient, Manar. *Noct. malencon. Interrog.* 118. Rot. *in Romana bonorum* 17. *May* 1621. coram Buratto penes Paul. Zacch. *Quæst. medic. legal. tom.2. decis.46. num.15. &c.* Caualer. *decis.444.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.301. num.3. &c. decis.375. num.* 10. Gratian. *discept.* 841. *num.21. & seqq.* vbi etiam quòd possunt remitti à Vicario Episcopi, sicut ab ipso Episcopo, Paul. Christin. *decis. Belgic.327. vol.1.* vbi qualiter puniatur neglectus, & non possit Parochus etiam ex causa illas omittere sua auctoritate.

Et quod possint in totum ex causa arbitrio Episcopi remitti, vel ad minorem numerum reduci, Menoch. *de arbitr. cas.453. num.5.*

Debent fieri à proprio Parocho, qui dicitur ille, sub cujus Parochia toto anno, vel maiori parte, contrahentes habitant, & recipiunt sacramenta, Menoch. *lib.6. præsumpt.* 88. *per tot.*

Et quod credatur attestationi Parochi circa huiusmodi denunciationes, Rot. *part.2. diuers. decis.91. num.1.*

Quales autem reputentur iustæ causæ dispensandi in denunciationibus matrimonialibus, Sanchez *de matrim. lib.3. disput.9.* Barbos. *de off. Episcop. Allegat.33.* Sperel. *decis.109. num.29. & 49.* vbi quòd sufficit extraiudicialiter ordinatio constare de causa dispensandi, vbi non adest contradictor.

Et de omnibus prædictis, ac alijs in hac materia denunciationum matrimonialium videndus Pac. Iordan. *Lucub. vol.1. lib.3. tit.7. num.1. & seqq. ad 65. fol. 231. &c.* Dian. *resol. moral. part.3. tract.4. resol.235. & seqq.* vide in §. *Matrimonium num.3.* Ricc. *Collect.* 702. & 2894.

11 Denunciatio maleficiorum quid, & quotuplex sit, per quos sit facienda, & quomodo, latè Tusch. *litt. D. concl.* 192. *& seqq.* Farinac. *q.78. n.197.* Clar. §. *fin. quæst.7. per tot.* vide in §. *Delictum num.12.* & §. *Sindaci*, Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.1. art.9.*

Qualiter denunciatores teneantur probare id quod denunciant, & quando non probantes possint excusari, vel non, Mascard. *de probat. concl.505. & 506. per tot.* dixi in §. *Accusatio.*

De denunciationibus vigore monitorij, vide in §. *Monitorium num.1.*

12 Denunciatio est triplex, nempè Euangelica, iudicialis, & canonica, de vnaquaque illarum, & qualiter fiant, Mascard. *de probat. concl.504.* Tusch. *litt. D. concl.196. per tot.* vbi plura de denunciatione Euangelica, Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.1. art.9.*

Plura de denunciationibus faciendis ex edicto Sanctæ Inquisitionis contra hæreticos, & de sollicitatione in confessione, vel occasione confessionis facta vigore Bullæ Gregorij XV. contra huiusmodi sollicitantes, an sit præmittenda correctio fraterna ante denunciationem, an emendati sint denunciandi, an quis teneatur denunciare patrem, vel alios suos coniunctos, quid si timeat damnum notabile, & alia, maximè de dicta sollicitatione reuelanda, Dian. *resol. moral. part.1. tract.4. per tot. & par.4. tract.3. resol.61.* & plenius *d. part.4. tract.5. per tot.* vbi resoluit 53. casus valdè dubitabiles, & practicabiles circa Confessarios sollicitantes denunciandos, & à quibus, ac quomodo sint puniendi, *& part.9. tr.8. resol.46.* vbi an qui scit sub secreto teneatur denunciare, *& d. part.9. tract.9. resol.32. &* 33. vbi plura curiosa, *& part.10. tr.13. resol.46. d. part.10. tr.14. resol.40.* vbi an metus excuset confessarium, & alia in *resol. seqq.* Caren. *de Offic. S. Inquisit. part.2. tit.9. per tot.* & alibi sæpè.

Qualiter puniantur Confessarij sollicitantes, Ricc. *Collect.4191.* facit quod dixi in §. *Hæresis num.17.* §. *Delictum n.12.* §. *Monitorium n.1.*

An autem peccata, siue delicta pertinentia ad Tribunal Sancti Officij sint denuncianda, etiam si probari non possint, affirmatiuam opinionem (quicquid nonnulli contrarium minus rectè astruere tentauerint) probat Dian. *part.7. tract.12. resol.21. per tot.* quia in dicto Tribunali ex generali consuetudine denunciator habetur pro teste, alias destrueretur Tribunal in maximam perniciem Christianæ Reipublicæ, idem probat Thom. Triuis. *decis.29. lib.2.* quia huiusmodi denunciatores intendunt correctionem, & non vindictam, maximè si præcessit charitatiua monitio, ac ideò admittuntur in testes, idem Triuis. *decis.51. d. lib.2.* vbi quòd tales denunciatores, dummodò non accusent tanquam inimici, faciunt magnum indicium, & ideò tenentur denunciare.

Denunciatio, siue notificatio, vel intimatio, tanquam actus simplicis certificationis, non inducit litis pendentiam, neque litem motam, nec iuditij, nec actorum pars dicitur, sed tanquam actus voluntarius, & voluntariæ iurisdictionis potest vbique semper, & omni loco exerceri, Magon. *decis. Flor.90. num.6. & seqq.* vbi quòd ideò nimis properè fuit de incompetentia oppositum propter dictam notificationem, quæ litem, & causam non inducebat. 13

De varijs denunciationibus, quando sint necessariæ, vel non, quomodo faciendæ, quid operentur, & alia remissiuè, Castejon. *in alphabet. iurid. verb. Denunciatio, Delatio*, & nouissimè Com. August. Fontan. *in Bibliothec. legal. part.4. eodem verb. fol.395. &c.* 14

Quando denuncians delictum, & non probans teneatur ad expensas, & alia, vide in §. *Accusatio num.6. & 14. cum addit.* 15

Denunciatio furum, vel aliorum malefactorum, & delinquentium, an, & quando sit necessaria, vel non, & quæ in hoc sit differentia inter forum iudiciale, & forum conscientiæ, latè explicat Valer. *de diff. vtriusque fori verb. Denunciatio per tot.* 16

Quando quis vt hæreticus sit denunciandus S. Officio, vel non, idem Valer. *d. tract. verb. Hæresis.* 17

De denunciationibus infirmorum, ægrotorum, & mortuorum fiendis, tempore pestis, & quomodo, plura Card. Gastald. *tract. de auert. & proflig. pest. vt in Indice verb. Denunciare.* 18

§. DEPOSITVM. XVII.

DEpositum dicitur illud, quod ad custodiendum alteri datur, & quasi seorsum à deponente positum, ac quandoque fit per oblationem realem debiti cum illius consignatione, & depositione, creditore recipere recusante, quandoque per sequestrum rei litigiosæ, & quandoque per voluntariam rei depositionem penes amicum custodiæ causa tantùm, quomodo inter se differant huiusmodi species depositi, ad quid teneatur depositarius, quæ actiones ex hoc contractu nascantur, & alia, vide per Oinot. *in §. Præterea Instit. quib. mod. re contrah. obligat. per tot.* vbi etiam Soac. & alij Interpretes communiter Ludouis. cum Beltram. *decis.146.* Tusch. *litt. D. conclus.198. & seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.48. n.1. vol.3.* Arismin. Tepat. *var. sent. tit.364.* Petr. de Onnate *de contract. tom.2. tract.19. per tot.* plenè Hermosill. *ad leg. Partit. tom.1. tit.3. leg.1. gloss.1. & seqq. fol.212. &c. ad* 263. vbi quid, & quotuplex sit depositum, regulariter non transit in dominium depositarij, & quando secùs, ad quid teneatur depositarius, & illius hæres, an in deposito admittatur compensatio, & alia plura, Romaguer. in addit. ad Conciol. *stat. Eugub. lib.1. rub.51. per tot.* vbi de depositario pignorum iudicialium ad quid teneatur, & alia. 1

De deposito in vniuersum, quid, & quotuplex sit, cum omnibus quæstionibus incidentibus, latè D. Gregor. Rosignol. *in sua Nouiss. Praxi Theolog. leg. contract. 9. tit. de commodat. & Deposit. fol.460. & seqq. per tot.*

De depositario pecuniæ publicæ, an, & quando teneatur ad interesse, vel de peculatu, residuis, vel stellionatu vtendo dictis pecunijs, latè ad exclusionem vtriusque Ant. Gob. *Consult.38. per tot.* Sed vide in §. *Pecunia.*

De officio Thesaurarij publici, & cuiuslibet Depositarij, latè Otter. *de Official. Respub. part.2. cap.11. & 12. per tot.*

Quid

Quid ſit depoſitum, & quomodo probari poſſit per confeſſionem, vel per teſtes, Maſcard. *de probat. concl.* 509. *& 510. per tot.*

2 Depoſitum habet plura priuilegia, nempè paratam executionem, nullum terminum ad ſoluendum, non admittit compenſationem, nec exceptionem non numeratæ pecuniæ, non exceptionem dominij, & alia de quibus Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 10. *tit.* 10. Leotard. *de vſur. quæſt.* 32. *n.* 12. *& ſeqq.* Staiban. *de Intereſſ. lib.* 2. *tit.* 14. *n.* 28. *& ſeqq.* Onnot. & Soac. *vbi ſupra inf. num.* 5. Tuſch. *litt. D. concl.* 200. *per tot. & ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 48. *vol.* 3. vbi tamen quòd depoſitum poteſt retineri pro expenſis neceſſarijs in eo factis, & quomodo ſit reſtituendum quando agitur cum pluribus deponentis hæredibus, vel ſi plures ſint depoſitarij hæredes, vide in §. *Hæres num.* 10. Carleual. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 3. *Diſput.* 31. *per tot.* Hermoſill. *loc. cit. leg.* 9. *gloſ.* 1. *fol.* 260.

Quòd depoſitario poſſit fieri ſequeſtrum, quo ſtante tenetur non ſoluere ſuo creditori, aut iterum ſoluere creditori ſui creditoris ſequeſtranti, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 485. *in princip.* Rot. *par.* 11. *recen. deciſ.* 443. *in fine, & part.* 15. *deciſ.* 276. *n.* 1.

Qualiter reddendum ſit depoſitum abſque vlla excuſatione, Onnat. *loc. ſup. cit. ſect.* 5. *fol.* 895.

Quòd depoſitum habeat executionem paratam, Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 64. *num.* 1. *&c.* Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. depoſit.*

Intelligendo prædicta de vero depoſito, nam illud, quod fit per numerationem, & tranſit in dominium depoſitarij, admittit compenſationem, exceptionem non numeratæ pecuniæ, & ſimiles, & depoſitarius illo vtendo non committit furtum, Sperel. *deciſ.* 29. *num.* 28. *& ſeqq.*

Habet etiam depoſitum ius prælationis quo ad creditores chirographarios, ſiue perſonales, etiam ſi illius vſus fuerit conceſſus depoſitario, & quo ad omnes alios quoties depoſitum extat, & non tranſiuit in mutuum, nec in dominium Depoſitarij, *l. ſi hominem, §. Vſus ff. depoſit.* Azor. *Inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 7. *cap.* 8. *q.* 6. Molin. *diſp.* 526. *num.* 9. Bonac. *diſp.* 3. *quæſt.* 12. *punct. vlt. num.* 6. P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtit. lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 13. vide latè Peguer. *deciſ.* 38. *per tot.*

Non tamen habet hypothecam, ſed ſolum actionem perſonalem, niſi procedat à perſonis priuilegiatis, Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæſt.* 27. Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 429. *per tot. inf. num.* 4.

3 Depoſitum conſiſtens in pecunia numerata tranſit in dominium depoſitarij, & quaſi mutuum reputatur, *l. Lucius*, vbi Caſtr. *& l. dies ſponſaliorum depoſ.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 728. *num.* 22. Magon. *deciſ. Flor.* 1. *num.* 55. Staiban. *de Intereſſ. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 19. *& ſeqq.* Sperel. *d. deciſ.* 29 *num.* 22. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.* 17. *num.* 50. *&* 51. *lib.* 1. vbi quòd præcipuè procedit ſi depoſitario data fuerit facultas vtendi, vide Peguet. *deciſ.* 38. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 91. *num.* 2. vbi quòd ſtante facultate recuperandi remanet penes deponentem, *& part.* 14. *deciſ.* 179. *num.* 17. *& ſeqq.* vbi quòd quando conceſſus eſt vſus, vel actum de vſuris à menſularijs recipiendis tranſit in mutuum, & dominium, ac tunc deponens à cæteris creditoribus non ſeparatur.

Ad quem autem iſto caſu ſpectet periculum depoſiti, vide Gabriel. *comm. concl. tit. de reb. credit. concl.* 2. *per tot.* Sperel. *d. deciſ.* 29. *num.* 30. vbi quòd ſtante numeratione, & translatione dominij ſpectat ad depoſitarium, ſecus ſi pecunia in ſacculo deponatur vt ſpecies, vide Paul. Chriſtin. *deciſ.* 5. *num.* 4. *&c. vol.* 3. Merlin. *deciſ.* 188. *num.* 6. *& ſeqq.* vbi diſtinguit inter mercatorem, & alium priuatum, etiam data facultate vtendi, ſi non fuerit vſus, Peguet. *d. deciſ.* 38. Ludouiſ. *deciſ.* 146. *num.* 11. *&c. cum Beltramm.* Mantic. *de tacit. lib.* 10. *tit.* 9. Honded. *conſ.* 43. *lib.* 2.

4 Depoſitum quando conſiſtit in pecunia, vt ſit validum, neceſſe eſt quod pecunia coram teſtibus numeretur, Bart. *in l. cum ſeruus, ff. de condit. & demonſtrat. & alij in l. acceptam C. de vſur.* Rol. *conſ.* 63. *num.* 24. *lib.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 541. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. caſ.* 232. *n.* 20. Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 146.

Et ſtante depoſito in pecunia numerata, poſſe per depoſitarium opponi exceptionem non numeratæ pecuniæ infra biennium, vt in mutuo, ſi de eo appareat tantùm confeſſio, & à deponente ſit probanda numeratio, Marta *vot. Piſ.* 137. *per tot.* vide *in §. Exceptio num.* 42. *& ſeqq.*

Quòd depoſita facta in banchis dicantur irregularia, & dominium pecuniarium tranſeat in bancherios, ideòque talia depoſita non habeant priuilegia veri depoſiti, & creditores ex hac cauſa ſint tantùm priuilegiati in actione perſonali, Marta *vot. Piſ.* 83. *ſupra num.* 2.

Depoſitum an in dubio præſumatur, vide in §. *Pe-* 5
cunia num. 11. Quomodo probetur, Tuſch. *litt. D. concl.* 199.

An admittat compenſationem, vel retentionem, vide in §. *Compenſatio num.* . .

Et quod non, niſi agatur de expenſis in re depoſita factis, Staiban. *de Intereſſ. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 33. *& ſeqq. ad* 40. *ſupra num.* 2.

Depoſitum confeſſionatum habet priuilegia veri de- 6
poſiti, quando aliud debitum fuit conuerſum in depoſitum, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 321. *num.* 10. *& cap.* 728. *num.* 28. *&c.* vide in §. *Debitum num.* . . Franciſc. de Angelis *de confeſſ. lib.* 1. *quæſt.* 7. *effect.* 13. vbi qualiter depoſitum probetur per confeſſionem, ita vt ſic confeſſus non poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, ſed benè compenſationem, & reconuentionem, & alia ad rem.

Et quod depoſitum etiam confeſſionatum habeat omnia priuilegia veri depoſiti iuxta veriorem opinionem, Altograd. *conſ.* 42. *num.* 38. *lib.* 1. quicquid regulariter confeſſionatum, non habere priuilegia veri depoſiti per numerationem, vtrumque tamen per epiſtolam probari, concludit Genu. *de ſcript. priu. lib.* 3. *quæſt.* 9. *per tot. fol.* 130. Maſcard. *de probat. concl.* 509. vbi quòd non habet priuilegia veri depoſiti, & licet probetur per confeſſionem, intelligitur quo ad præiuditium confitentis, non autem tertij, & quare.

Illud autem certum eſt, quod depoſitarius fictus, qui ſcilicet ſe obligauit in forma depoſiti, habetur potius loco fideiuſſoris, quam veri depoſitarij, niſi probetur, bona fuiſſe eidem cum effectu conſignata, & tradita, quia ex communi ſtylo, & obſeruantia, fiunt paſſim obligationes in forma depoſiti ad euitandas euacuationes domorum, & ne mobilia deperdantur, aut deteriorentur, vel ne aſportentur, & ſolum apparenter datur nomen depoſiti, cùm bona verè reliquantur penes eundem debitorem grauatum, & ideò attendenda eſt potius veritas, quàm ſimulatum nomen depoſiti, & non reſtituens, non dicitur in dolo, nec infamis, Corn. *conſ.* 262. *num.* 13. *lib.* 4. Mandel. *conſ.* 3. *num.* 7. *lib.* 1. Buratt. *deciſ.* 516. Card. Tuſch. *litt. D. concl.* 200. *num.* 35. *&* 36. Scanarol. *de viſit. Carcer. lib* 3. §. 1. *cap.* 5. *num.* 68. *& ſeqq. ad* 78. *fol.* 424. dixi in Pract. §. *Depoſito num.* 5.

Depoſitum ſemel legitimè factum de mandato iudicis, 7
vel ſaltem eo ſciente, & tollerante, dicitur iuditiale, & liberat debitorem deponentem, qui amplius non tenetur, quamuis ſuperueniat inopia depoſitatij ſine ſua culpa, vel facto, cùm creditori fuerit quæſita actio contra depoſitarium, quem ſolum poterit executiuè conuenire, adeò vt ſi fuerit relaxata executio contra debitorem deponentem, ſit nulla, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 8. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 154. *num.* 92. vide in §. *Executio num.* . . . *& §. Debitor num.* 5. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 80. *numer.* 1. *&c.* Gregor. *deciſ.* 214. *&* 216. Rot. *d. part.* 13. *deciſ.* 91. *num.* 4. *& ſeqq.* vbi plura quando habeat vim ſolutionis, & liberet deponentem, vel non, *& deciſ.* 352. *num.* 10.

Quòd depoſitarius pecuniarum debitoris ad effectum ſoluendi creditoribus, ſi decoxerit, hæc decoctio cedat damno creditorum, & non debitoris, quando creditores ipſi fuerunt negligentes in exigendo, Rot. in ſelect. per Farinac. *part.* 1. *tom.* 1. *deciſ.* 253. *per tot.*

Qualiter habeat vim ſolutionis quando ſubeſt cauſa ſoluendi, & patiat liberationem ſi ſit legitimè factum, & alia, Tuſch. *litt. D. concl.* 201. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 228 *num.* 4. *& ſeqq. per tot. & deciſ.* 229. *num.* 18. *&c.*

An autem facto depoſito de ordine iudicis, teneatur deponens ſuſcipere diſcuſſionem iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ peten-

petentium illius consignationem sibi fieri, Seraph. decis. 1019. num. 5. Rot. part. 10. recent. decis. 190. num. 5. vbi quòd non, sed spectat ad iudicem consignationis.

Et quando consignatio depositi iudicialis habeat vim executionis sententiæ, Rot. part. 10. recent. decis. 203. per tot.

8 Depositarius non liberatur à restitutione depositi, quamuis illud apud alium deposuerit, & sit paratus contra eum cedere iura, nec potest appellare, sed executiuè conuenitur pro restitutione depositi, Gratian. discept. forens. cap. 665. num. 17. & seqq. & cap. 667. num. 13. facit Ludouis. decis. 146. per tot.

Quando depositarius restituens depositum liberetur, vel non, Tusch. litt. D. conclus. 214. per tot.

An possit opponere de dilatione, & securitate concessa debitori principali, idem Gratian. cap. 12. num. 13. &c.

Depositum à pluribus factum, cui, vel quibus sit restituendum, & factum penes vnum, vel plures, à quibus, & qualiter restituendum, Tusch. litt. D. conclus. 208. & conclus. 209.

Quòd depositarius non seruans formam sibi traditam in deposito, circa illius restitutionem, non liberetur, sed teneatur iterum soluere, Rot. part. 12. recent. decis. 73 n. 1. &c. vbi etiam qualiter teneantur illius fideiussores. Si verò legem depositi adimpleuit, ad aliud non tenetur, nec in eius præiudicium admittitur mutatio voluntatis, Rot. par. 13. recent. decis. 9.

9 Depositum vt liberet debitorem deponentem, debet esse integrum, ita vt si deficiat in nummo, non releuet, etiam si deponens protestetur de illud reintegrando quatenus defecticium reperiatur; quod procedit non solum respectu sortis principalis, sed etiam fructuum decursorum, & non solutorum pro rata temporis; diceretur tamen integrum, si debitor deposuerit totam summam à creditore petitam, licet verè maiorem deberet quantitatem, Cenc. de Cens. quæst. 111. num. 38. & seqq. Gratian. discept. forens. cap. 260. num. 17. &c. Menoch. de arbitr. cas. 232. num. 21. & seqq. vbi etiam quòd requiritur, vt fiat de re verè debita, Card. Tusch. litt. D. concl. 203. & 212. per tot. Merlin. decis. 744. vbi quòd pro extinctione census debet esse integrum, & purum citra vllas conditiones extrinsecas, & Rot. part. 14. recent. decis. 266. per tot. vbi plura quale debeat esse depositum pro extinctione census, vt cessent fructus.

Quòd emphyteuta possit soluere canonem pro vno anno ad euitandam caducitatem, quia sic tollitur cessatio per biennium, vel triennium necessaria ad incurrendam caducitatem, Cabal. cons. 77. lib. 1. vide in §. Mora num. 16. in fine.

Quòd debeat esse integrum, alias sit nullum, & non liberet emphyteutam à caducitate, licet in minimo deficeret, & quod si debitum erat speciei, non iuuet factum in quantitate, Altograd. cons. 24. num. 66. & seqq. ad 84. lib. 1.

Item debet esse reale, & actuale, & vnà cum fructibus, vel sufficit verbale ad effectum redimendi, vel francandi, Rot. part. 9. recent. decis. 63. num. 11. & seqq. & part. 10. decis. 2. num. 23. & seqq.

Defectus tamen quilibet depositi censetur sublatus ex subsequuta confessione, & ratificatione partis, ita vt approbanti depositum non integrum detur tantùm actio pro residuo, Rot. part. 13. recent. decis. 15. num. 8. & sequent.

Quòd teneatur creditor partem debiti confessatam recipere, & de parte dubia litigare, Bart. in l. quidam 11. ff. si cert. pet. Rot. part. 13. recent. decis. 238. num. 22.

10 Depositum dicitur integrum, & releuat deponentem, si sit pro tota sorte, & fructibus, & quamuis non pro expensis, pro quibus ante liquidationem non est opus aliquo deposito, Gratian. discept. forens. cap. 686. num. 7. &c.

Quòd sufficiat deponere summam certam, & liquidam, dando fideiussores de soluendo pro incertis facta liquidatione, Magon. decis. Flor. 132. num. 16. Menoch. de arbit. cas. 232. num. 14. & 15. Altograd. cons. 24. num. 99. lib. 1. Tusch. litt. D concl. 211. per tot. vide in §. Oblatio num... Rot. part. 9. recent. decis. 228. num. 13. &c. vbi quòd dicitur integrum si sit factum de tota summa liquida, licet plus debeatur, postea deponendum facta liquidatione, & decis. 2. num. 23. & seqq. part. 10. recent.

Quòd admittatur depositum vnius iulij cum oblatione soluendi residuum liquidandum, quando agitur de summa incerta, & non liquida, Duran. decis. 403. in fine, Rot. part. 12. recent. decis. 138. num. 30. vide in §. Expensa n. 25. Ridolphin. in prax. part. 2. cap. 14. num. 162. & seqq. vbi an, & quando sufficit depositum vnius iulij cum obligatione vt supra ad effectum vt spolium dicatur purgatum quoad fructus, & expensas.

Depositum debet esse purum, & liberum, non continens aliquam conditionem extrinsecam, quicquid sit in modo, & conditione intrinseca, debet esse integrum, in moneta expendibili, nec de proximo reprobanda sciente debitore, debet fieri cum auctoritate iudicis in sacris ædibus, hoc est super Monte Pietatis, vel alibi eius iussu, Gratian. discept. forens. cap. 260. per tot. & cap. 515. n. 3. &c. Menoch. de arbitr. cas. 232. num. 24. & seqq. Duran. decis. 421. num. 5. & seqq. vbi quòd licet debeat esse purum, & liberum, admittit tamen conditionem intrinsecam, quæ illud conditionale non reddit, continens autem conditionem extrinsecam nihil operatur, Rot. part. 2. diuers. decis. 71. nu. 9. Merlin. decis. 744. Rot. part. 9. recent. decis. 228. num. 17. & decis. 229. num. 4. & seqq. per tot. & part. 13. decis. 91. num. 7. & seqq. 11

Quòd debeat fieri auctoritate iudicis, & eo deficiente coram honestis personis cum protestatione, & de his rogari Notarius, Menoch. d. cas. 232. num. 28. Rot. d. part. 9. decis. 229. num. 18.

Quòd debeat esse liberum, & non cautelosum, ita vt liberè possit recipi sine cautione, Magon. decis. Luc. 31. num. 19. Ricc. Collect. 3178. Ludouis. decis. 146. num. 7. &c.

Conditionale factum à debitore census, non liberat à cursu fructuum, & non arctat nisi facto de mandato iudicis competentis, Gratian. discept. forens. cap. 795. num. 1. & per tot. vide Rot. part. 14. recent. decis. 266. per totam, vbi plura quale debeat esse depositum pro extinctione census.

De deposito conditionali, quoad cessionem iurium, quando releuet, vel non, idem Gratian. cap. 686. num. 8. &c. Rot. part. 9. recent. decis. 229. num. 6. & seqq. vbi quòd releuat, quia cessio iurium dicitur de natura actus, & conditio intrinseca, quæ non vitiat depositum, & part. 12. decis. 63. num. 17. & seqq.

Et quando primum depositum fuit nullum, potest aliud denuo fieri in quauis parte iudicij, Menoch. de arbitr. cas. 232. num. 33.

Quòd sit faciendum in loco publico apud ædem sacram, idest Montem, quo facto, non possit per creditorem ad vlteriora procedi, & deponenti solum incumbat interpellare creditorem ad recipiendum solutionem, alias ad videndum deponi, Gratian. discept. 686. num. 5. & seqq. Rot. part. 10. recent. decis. 2. per tot. vbi plura de nullitate depositi, ex eo quod non præcesserit oblatio, & citatio ad recipiendum, non fuerit factum penes ædem sacram, vel alium locum à iudice deputandum, & non fuerit integrum, vide in §. Fructus num. 32. in fine.

Quòd sit faciendum in tempore, & loco opportuno arbitrio iudicis eligendo, & declarando, Menoch. de arbitr. cas. 232. num. 30. & 31.

Quòd possit fieri etiam penes personam priuatam idoneam de partis, & iudicis consensu, ac liberet deponentem, Sperel. decis. 154. num. 92. nisi deponens retineat claues capsæ, Ludouis. decis. 146. num. 4. &c. vbi alia plura, ex quibus deponens non liberatur.

Depositum factum cum conditione aliqua intrinseca, quoad periculum interim spectat ad ipsum deponentem, cùm per huiusmodi conditionem dicatur abesse animus abdicationis dominij, Bart. in l. si soluturus 139. num. 5. ff. de solut. Gratian. discept. forens. cap. 260. num. 3. &c. 12

Et quando remaneat in dominio deponentis, Rot. part. 2. diuers. decis. 281. num. 10. &c. vide supra num. 3. inf. num. 17.

Quando autem dominium dicatur translatum in creditorem non obstante aliqua conditione implenda per ipsum creditorem pecuniæ depositatæ, veluti si ipse in libris sit creatus creditor, ita vt tunc ad eum, & non ad deponentem spectet periculum, Merlin. decis. 233.

Factum pro absente quando possit reuocari, vel non ante acceptationem, late Tusch. litt. D. concl. 213.

Depo-

13 Depoſitum in materia retractus non releuat ſi fiat antequam ſolutio fuerit oblata in pecunia illi, à quo deponens retrahere intendit, & ab eo recuſata, Gratian. *diſcept.* 541. *num.* 16. *&* 17. *& cap.* 786. *per tot.* vbi etiam quando deponens lucretur fructus perceptos à recuſante reuendere, & multa quando depoſitum non ſit neceſſarium in cauſa retractus, idem Gratian. *cap.* 742. *num.* 43. *& ſeqq.*

Quòd debeat præcedere dicta interpellatio, & denunciatio facta creditori, vt veniat ad accipiendum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 232. *num.* 29. *&c.* Card. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 207. *per tot.* vbi quibus caſibus ſit neceſſarium depoſitum, vel non.

14 Deponere non eſt ſoluere, & ſic obligatus ad ſoluendum, non liberatur per depoſitum, maximè quando pars non recuſat, imò anhelat ſolutionem, vel ſi depoſitum eſſet conditionale, & non liberum, Caualer. *deciſ.* 156. *per tot.* Ludouiſ. *deciſ.* 146. *num.* 1. *& ſeqq.* Tuſch. *litt. D. concluſ.* 201. *per tot.* vbi quando habeat vim ſolutionis, vel non.

Quòd debitor non relaxetur niſi ſoluto debito, vel data cautione in forma depoſiti, quæ potius de ſtylo, quam de iure admittitur, cùm deponere non ſit ſoluere, Saluſt. Tiber. *lib.* 1. *cap.* 4. Ridolphin. *in prax. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 318.

15 Depoſitarius an, & quando poſſit prætendere ſalarium, vel non, & alia, vide Lanfranc. Zacch. *tract. de ſalar. & merced. quæſt.* 63. *per tot.*

16 Depoſitarius tenetur ad intereſſe de iure ciuili ex triplici cauſa, videlicet ſi adſit pactum, vel mora, vel vtatur re depoſita. De iure vero canonico ſecus eſt, niſi probetur intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis in deponente, & quatenus interſit, quamuis non deſint etiam grauiſſimi Auctores, qui fortè melius aſſerant, depoſitarium ſaltem ex honeſtate, & gratitudine teneri aliquid dare deponenti ratione vſus rerum, aut pecuniarum depoſitarum, & abſque dubio teneri, ſi res depoſita eſſet de ſui natura fructifera, de quo videndos Leotard. *de vſur. quæſt.* 32. *per tot.* Staiban. *de intereſſ. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 43. *& ſeqq.* Caualer. *deciſ.* 331. *num.* 7. vbi quòd de iure canonico, quod debet attendi, non tenetur, *& deciſ.* 345. *n.* 6. *&* 7. Card. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 200. *num.* 4. *& ſeqq. & concluſ.* 202. *per tot.* Matthæu. Sanz. *de re crim. contron.* 40. *num.* 112. *& ſeqq.* vbi qualiter vſura committatur in depoſito, vide §. *Intereſſe*, *& §. Vſura*.

Quòd poſſit depoſitarius ſua ſpontè dare deponenti integrum, vel dimidium lucrum, ſiue aliam partem, ſua induſtria ex pecunia depoſitata perceptum, & deponens recipere, abſque tamen pacto, & principali intentione deponentis, licet depoſitarius det ſperans, quod per huiuſmodi ſuam largitatem, deponens non auferat pecuniam ab eius banca, ſed libentius illam ibi teneat, dummodo in vtroque deſit principalis intentio, pactum, & obligatio dicti lucri, Nauar. *in ſum. cap.* 17. *num.* 242. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 174. *num.* 6. Sperel. *deciſ.* 29. *num.* 2. *&c.*

Dicta concluſio de non percipiendo lucro per deponentem ex depoſito iuxta prædicta, videtur intelligenda in depoſito facto per numerationem, cuius dominium, & periculum tranſit in depoſitarium, nam ſi pecunia eſſet depoſita clauſa, & ſignata ad inſtar ſpeciei, vt eadem reſtituatur, tunc depoſitarius vtendo ratione delicti, & contrectationis contra voluntatem domini, tenetur ad vſuras, ſicut etiam ſi ſit in mora reſtituendi, Lup. *de vſur. Comment.* 1. §. 5. *nu.* 6. quem refert, & ſequitur, ac iudicaſſe teſtatur Sperel. *d. deciſ.* 29. *num.* 33. *& per tot.* Sed an benè, vel malè, attento iure canonico, vide DD. ſupracitatos, & Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 304. *per tot.* vbi quoad moram approbat *num.* 4. latè Hermoſil. *ad leg. Partit. to.* 1. *tit.* 3. *leg.* 8. *gloſ.* 6. *&* 7. *fol.* 351. *&c.*

An autem depoſitarius poſſit vti re depoſita vſu conſumptibili, Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 68. vbi quòd ſic in foro conſcientiæ, ſi omninò certum ſit nullum damnum poſſe domino reſultare, vt quia debitis temporibus res æquè bona ſit reſtitutioni parata, & de his omnibus, ac alijs in materia depoſiti, P. Stephan. de Neapol. *tract. de reſtit. lib.* 2. *cap.* 27. *per tot.*

17 Depoſitarius tenetur tantùm de dolo, & lata culpa, quando depoſitum fuit factum in gratiam deponentis tantùm, ſi verò in gratiam vtriuſque, vt quia præmium recipiat, tenetur etiam de leui culpa, & quandoque de leuiſſima, vt ſi ita ſe obligauerit per pactum, vel officium depoſitarij affectauerit; & quando cum depoſito eſt iunctus contractus locationis, veluti in cauponibus, nautis, ſtabularijs, ſartoribus, fullonibus, & huiuſmodi, qui recepta mercede alienarum rerum cuſtodiam ſuſcipiunt, tenentur de leui culpa, imò aliquando etiam de leuiſſima; & hæc omnia vera ſunt in foro fori, in foro autem conſcientiæ, in quo magis veritas, & æquitas conſideratur, licet multi, & magis communiter idem aſſerant, tamen probabilis eſt etiam opinio aliorum exiſtimantium, neminem teneri in conſcientia, niſi ex culpa graui, & lata, imò ſecundum laxiorem opinionem, niſi ex dolo vero, Rebell. *de oblig. iuſt. part.* 2. *lib.* 6. *quæſt. vnic. num.* 5. *& ſeqq.* quem tamen acriter impugnat Valer. *in diff. vtriuſque iur. verb. Depoſitum diff.* 4. *num.* 4. prout refert Dian. *part.* 1. *tract.* 8. *reſolut.* 74. vide in §. *Conductor num.* 29. *&c.*

Ad quid teneatur depoſitarius, latè Onnat. *de contract. tom.* 2. *tract.* 19. *diſput.* 55. *ſect.* 3. *&* 4. *per tot.* Michael. Ferro Manrique. *quæſt. vicar. part.* 2. *quæſt.* 104. *per tot.*

Et ex noſtris ad quid teneatur depoſitarius in foro fori, vide Tuſch. *litt. D. concluſ.* 204. *&* 205. Farinac. *de furt. quæſt.* 169. *part.* 2. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 260. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 281. *num.* 10. Bonifac. *de furt.* §. 8. *num.* 59. *& ſeqq. cum alijs ſupra n.* 3. *&* 12. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 48. *per tot. vol.* 3. *& ad leg. municip. tit.* 8. *art.* 15. Merlin. *deciſ.* 188. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 192. vbi diſtinguit vt ſupra Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *tit. de depoſit.* Arias de Meſa *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 34. *&* 35. Hermoſil. *vbi ſup. fol.* 233. & Andreol. *contr.* 36. vbi quando teneatur de caſu fortuito.

An autem ſi depoſitarius, vel commodatarius ſi dubius vtrum res ſit ſua culpa amiſſa, teneatur in foro conſcientiæ illam reſtituere, Dian. *part.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 30. *per tot.*

Quòd depoſitarius aſſerens perdidiſſe rem depoſitam præſumatur in dolo ſi res proprias ſaluas habeat, niſi probet caſum fortuitum quoad rem depoſitam, vel per alias coniecturas dolum excludat, *per text. in cap.* 2. vbi Abb. *num.* 2. *de depoſ.* Natt. *conſ.* 131. *vol.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 508. *per tot.*

18 Depoſitum factum penes conſanguineum deponentis, & non præſente pecunia poteſt videri ſimulatum, & ſine iudicis decreto, ac partis citatione nullo modo ſuffragatur, Roland. *conſil.* 61. *num.* 2. *lib.* 1. Gregor. *deciſ.* 146. *num.* 6. *&* 9. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 326. *num.* 10.

19 Deponens ciſtam, valiſiam, vel quid ſimile ſigillatum penes aliquem, ſi fuerit reſtitutum ſine ſigno, & dicat aliquid ſibi fuiſſe ablatum, deficientibus alijs probationibus admittitur ad iurandum circa ea, quæ in ciſta, vel valiſia exiſtebant, per text. *in l.* 1. §. *Depoſiti*, *& §. Si ciſta ff. de poſ.* Bart. *in l. in actionibus col. vlt. num.* 23. *de in lit. iur.* vbi etiam Alex. *num.* 18. Maſcard. *de probat. concluſ.* 507. *per tot.* vbi tamen limitat non procedere quando conſtat ab alio, & non à depoſitario fuiſſe ſignum ablatum, nec ſi facti, & perſonarum qualitas aliter ſuadeat, nec inſpecta qualitate perſonæ volentis iurare, vt in hæretico, vel iudæo, nec quando depoſitarius vellet contrarium probare, vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 208. *num.* 26. *& ſeqq.* & alios quos citaui in §. *Furtum num.* 7. *in fine, & in §. Hoſpes num.* 1.

20 Depoſitarius vtens re depoſita qualiter impropriè dicatur committere furtum, Cabal. *reſol. crim. caſ.* 136. Menoch. *de arbitr. caſ.* 298. Tuſch. *litt. F. concl* 553. Boniſac. *de furt.* §. 8. Farinac. *quæſt.* 168. *&* 169. qui idem concludunt in ſimilibus caſibus, vt dixi in §. *Furtum num.* 3. *& §. Dolus num.* 14. vbi quando debeat agi ciuiliter, vel etiam poſſit agi criminaliter.

Quòd Depoſitarius pecuniarum Communitatis pro emendo frumento, non poſſit vti dictis pecunijs ad alium vſum, ſed teneatur ſtatim ad petitionem Communitatis illas reſtituere, alias contra eum poſſit ad areſtationem, & capturam perſonæ procedi, Ludouiſ. *deciſ.* 106. *per tot.* facit quod dixi in §. *Adminiſtrator num.* 2. *& ſeqq.*

21 Depoſitarij plures tenentur ſinguli in ſolidum, §. *Si duo l.* 1. *ff. depoſit.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 390. *num.* 19. *& ſeqq.* vbi etiam quòd mora, & culpa vnius nocet alijs.

Quòd si ex pluribus deponentibus vnus repetat suam ratam, non teneatur illam alijs communicare, etiam si emergat decoctio depositarij, & quare, Costa *de ration. rat. quæst.* 122. *per tot.* vide in §. *Societas num.* 12.

Quòd depositarius Communitatis non possit soluere illius debita, imò nec vnum numum ex suo capite sine mandato, & ordine Priorum, vel Magistratus, Bald. *in rub. C. de non num. pecun.* Choel. *in Bull. boni Regim. cap.* 24. *num.* 13. *& seqq.* Munoz. *de ratiocin. cap.* 23. *num.* 21. Concinl. cum Addit. ad Romaguer. *ad stat. Eugub. lib.* 1. *rub.* 26. *num.* 1. *& seqq.*

22 De depositario pignorum captorum in causam iudicati, eius officio, & obligationibus, latè cum pluribus citatis, Romaguer. *vbi sup. lib.* 1. *rub.* 51 *per tot.*

23 Multa alia de deposito, & depositarijs, tradunt Casteion. *in alphabet. iurid. verb. Depositum, Depositarius*, Florid. Mauson. *de caus. execut. ampliat.* 39. Com. August. Fontan. *in Bibliothec. legal. part.* 4. *eodem verb. fol.* 398. *&c.* Thoro *Compend. decis. Neapol. part.* 1. 2. *&* 3. *verb. Depositum*, Cancer. *variar. resolut. part.* 3. *cap.* 8. *per tot.*

24 Quòd deposita Ecclesiarum, vel Ecclesiasticarum personarum, non possint ab aliquo sequestrari, vel occupari sub pœna excommunicationis, Carol. Ant. Thesaur. *de pœn. Eccles. part.* 2. *verb. Deposita fol.* 141.

25 Depositarius ad quid teneatur tam in foro fori, quàm in foro conscientiæ, latè Valer. *de different. vtriusque fori, verb. Depositum per tot.* vbi etiam *differ.* 3. notat, quòd si reus capitalis iudicij ad saluandum rem aliquam à fisco, illa deponat penes tertium, & postea repetat extra iudicium, est illi restituenda in foro conscientiæ, licet in foro iudiciali esset fisco restituenda, & sic confessarius compellet depositarium ad restituendum deponenti, Iudex verò fori contentiosi faciet reddere fisco.

§. DICTIONES. XVIII.

1 Dictio, *vt*, & dictio, *pro*, qualiter inducant causam finalem, & immediatam, Gratian. *discept. forens. cap.* 924. *num.* 20. *&c.* vide in §. *Causa num.* . .

De dictione, *ita vt*, quòd sit ad oculum demonstratiua causæ finalis, à qua tota dispositio regulatur, & manifestatiua præcisæ voluntatis testatoris, Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 16. *num.* 19. *& seqq.*

Et quod dictio, *vt*, propriè causam finalem ostendat, regulariter tamen importet modum, & non conditionem, ac alia de illius natura, & significatione, Barbos. *dict.* 439. *per tot.*

De dictione, *prout*, quòd sit antedictorum relatiua, & relationem significet, ac restrictionem, idem Barbos. *dict.* 296. *per tot.* vbi latè declarat Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 402. *num.* 6.

2 Dictio, *maximè*, denotat identitatem in casu contrario, exprimendo casum minus dubitabilem, *l.* 1. §. *vel maximè ff. de excusat. tut.* Couar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 7. Gratian. *discept. forens. cap.* 962. *num.* 4. Altograd. *consil.* 65. *num.* 75. *lib.* 2. Barbos. *dict.* 197. *per tot.* Dian. *part.* 5. *tract.* 13. *resol.* 83. *in fine.*

Et idem esse in dictione, *præsertim*, quæ pariter implicat casum magis dubitabilem, Menoch. *de arbit. cas.* 66. *num.* 7.

3 Dictio, *dummodo*, adiecta actui imperfecto semper inducit conditionem, & possit importare modum, Gratian. *discept. for. cap.* 991. *num.* 13. *&* 14. *cap.* 995. *per tot.* vbi quando inducat conditionem, formam, vel modum, Barbos. *dict.* 95. *per tot.* Ger. Spin. *cons.* 98. *per tot.* Sperel. *decis.* 40. *num.* 37. *& seqq. & decis.* 154. *num.* 1. *& seqq.* vide in §. *Dispositio num.* . . Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 253. *n.* 14. *& decis.* 254. *num.* 8. vbi qualiter præseruet aliena iura anteriora, *& part.* 10. *decis.* 267. *num.* 8. *& part.* 14. *decis.* 240. *num.* 5. vbi quòd est modificatiua præcedentis dispositionis, illamque secundum nouas conditiones qualificat, & restringit, Ludouis. *decis.* 314. vbi quòd opposita in rescripto Papæ reddit gratiam conditionalem, & quando Papa intelligatur voluisse præuenire Ordinarium in collatione beneficij, Beltram. *ibid. num.* 6. *&c.*

Quando dictio, *dummodo*, non reddat gratiam conditionalem, nec sit iustificanda, sed tantùm ius alterius præseruet, Ludouis. cum Beltram. *decis.* 350.

Dictio, *&c.* siue cætera, qualiter indigeat extensione, quæ comprebendat, vel non, & alia, vide in §. *Clausula num.* 42. Ricc. *Collect.* 2773. Arismin. Tepat. *variar. sent. tit.* 355. 4

Dictio, siue copula, *&*, an inducat repetitionem qualitatis positæ in præcedenti oratione, Bart. *in l. Seio, & Caio ff. de fund. instr. & l. repetendis ff. de leg.* 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 70. *per tot. cap.* 147. *num.* 16. *cap.* 773. *num.* 17. *&* 25. *& cap.* 808. *nu.* 9. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 1431. *&* 2777. 5

Quòd vbi copula, *&*, punitur inter duo incompatibilia resoluatur in disiunctiuam, *vel*, *l. si à Titio ff. de vsuf. legat. ff. legat.* Bich. *decis.* 262. *num.* 20.

Quòd dicta copula aliquando stet ampliatiuè, aliquando expositiuè, an inducat nouam dispositionem, & alia de huiusmodi dictionem, idem Bich. *decis.* 537. *n.* 2. *& seqq.*

Quòd interdum vsitetur pro dictione, *vel*, & resoluatur in disiunctiuam, præsertim si occurrit inter ea, quæ sunt eiusdem potestatis, & effectus, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 137. *num.* 3. *& seqq.*

Quòd inducat repetitionem qualitatis præcedentis, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 230. *num.* 2. *part.* 6. *recent. decis.* 283. *num.* 15.

Quòd copula, *&*, ponatur inter diuersa, coniunctionem confirmet, non inducat, quid si posita sit inter orationes diuersas, & quod stet aliquando inceptiuè, & non copulatiuè, Altograd. *cons.* 54. *num.* 30. 58. 74. 75. 113. *&* 119. *lib.* 1. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 283. *num.* 13.

Quòd dictio, *&*, vti copulatiua, requirat concursum omnium copulatorum, & faciat plura loco vnius haberi, Gratian. *discept. forens. cap.* 530. *num.* 43. *cap.* 968. *num.* 16. *& cap.* 973. *num.* 20. *& seqq.*

Quando tamen cadit inter duo, quorum vnumquodque potest de per se stare, vt quia vnum de necessitate non comprehendat aliud, tunc dicta copula non requirit concursum vtriusque, sed stat augmentatiuè, & ampliatiuè, Altograd. *cas.* 22. *num.* 30. *lib.* 1. vide in §. *Dispositio num.* . . Magon. *decis. Flor.* 117. *num.* 34. *&c.* vbi quòd quando copulat plura subiecta, quæ possit per se stare, non requiritur omnium concursus, sed tantùm quando copulat plures qualitates, vel conditiones, Rot. *par.* 11. *recent. decis.* 282. *num.* 5. *&c. part.* 14. *decis.* 124. *num.* 10. vbi quòd de eius natura est alterum ex duobus verificati.

Quòd dictio, *&*, stet disiunctiuè, & perdat officium suum copulandi, quando alias induceretur correctio, & contrarietas in dispositione, Altograd. *cons.* 70. *num.* 99. *lib.* 1. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 311. *num.* 7. vbi quòd resoluitur in disiunctiuam quando alias sequeretur absurdum, & incompatibilitas, *& part.* 14. *decis.* 124. *num.* 9.

Quòd copula, *&*, repetat qualitates præcedentis extremi, easque attribuat sequenti, simul vniformiter iungendo, Altograd. *cons.* 84. *num.* 121. *& seqq. lib.* 1. Ludouis. *decis.* 308. *num.* 2. *&* 3. vbi etiam quòd vna pars copulæ recipit declarationem ab alia.

Quòd posita inter genus, & speciem, exponi debeat pro *idest*, Altograd. *cons.* 79. *num.* 16. *lib.* 2. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 181. *num.* 22. *part.* 6. *decis.* 38. *num.* 12. *part.* 7. *decis.* 173. *num.* 35.

Quamuis dictio, *&*, quandoque possit resolui in disiunctiuam, vt mens testatoris saluetur, debet tamen intelligi si præcisa vrgeat necessitas, alias standum est proprietati verborum, vnde tantò minus resoluitur in disiunctiuam, quando resultaret quid inuerisimile, & absurdum, nec quando induceretur inæqualitas inter fratres, quando resolutio fieret contra mentes testatoris, nec quando augeretur grauamen, licet resoluatur quandoque ad restringendum onus, vt benè declarat idem Altograd. *cons.* 84. *n.* 60. *& seqq. ad finem lib.* 2.

Quòd copula, *&*, perdat officium suum, si duo coniungantur, vt veniant per ordinem successiuum, Magon. *decis. Flor.* 134. *num.* 17.

Plura de dictione, *&*, & varijs illius significationibus, Barbos. *dict.* 110. *per tot.* Tusch. *litt. D. concl.* 274. *per tot.* Aluarez. de Velasch. *tract. de ind. perfect. Rub.* 9. *annot.* 12. §. 5. *num.* 5. *& seqq. & num.* 15. *& seqq.* Martha *vot. Pis.* 212. *num.* 49. *&c.*

Quòd

Quòd aliquando ſtet diſpoſitiuè, Socin. iun. *conſ.* 181. *num.* 35. *lib.* 2. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 327. *num.* 3.

Quòd ſtet ampliatiuè iuxta proprietatem ſermonis, & diuerſa coniungat, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 844. *num.* 10.

De dictione, *ac*, quæ ponitur pro *&*, quando ſtet coniunctiuè, diſpoſitiuè, illatiuè, vel ſimilitudinariè, vide Barboſ. & quos allegat *dict.* 3. *per tot.*

De dictione, *&*, *ſic*, ao ſtet illatiuè, vel expoſitiuè, ſiue potius modum deſignet, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 128. *num.* 4.

6 Dictio, *&*, coniungit principaliter, dictio verò, *cum*, coniongit acceſſoriè, vnde ſi legetur equus cum ſella, extincto legato quoad equum, erit etiam extinctum quo ad ſellam, ſecus autem ſi fuerit dictum, lego equum, & ſellam, Pract. Pappienſ. *libel. leg. rei ſing. gloſ.* 1. *nu.* 89. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 675. *num.* 28. *& ſeqq. & cap.* 70. *per tot.*

7 Dictio, *donec*, *quouſque*, *quoad*, & ſimiles limitationem temporis ſignificant, & diſpoſitionem reſtringunt, Bart. *in l. ſi filius ff. ad Tertul.* vide latè Barboſ. *dict.* 93. Tuſch. *litt. D. concl.* 271. *per tot.*

Quòd dictio, *donec*, principaliter denotet tempus, & adiecta ad ſignificandum incoactionem diſpoſitionis, importet etiam conditiooem, Altograd. *conſ.* 87. *num.* 2. *&* 89. *lib.* 2.

Quando importet condictionem, Magon. *deciſ. Luc.* 31. *num.* 10.

Quòd dictiones, *donec, & quandiu extent maſculi*, temporalem tantùm fœminarum excloſionem importent, intelligendo vbi conſtat fœminas io vocatione cum maſculis ab ioitio eſſe comprehenſas, & earum admiſſionem maſculorum intuitu vſque ad illorum deficientiam ſuſpendi, ſecus autem qoando huiuſmodi dictiones ſunt appoſitæ in vocatione reſtricta ad ſolos maſculos, tunc enim fœminæ in defectum maſculorum, & in ſubſidium non intelliguntur vocatæ, Gabriel. *conſ.* 132. *quæſt.* 5. *lib.* 1. Butat. *deciſ.* 272. *num.* 15. *& ſeqq.* Rot. *part.* 14. *recent. deciſ.* 462. *num.* 3. 15. *& ſeqq.*

8 Dictio, *interim*, non excedit tempus, cui ſuit adiecta, *l. qui ad certum verb. interim ff. locat. l. libertus §. in quæſtionibus verb. interim ff. ad municip.* Caualer. *deciſ.* 199. *num.* 3.

Quòd ſignificet medium tempus, & apponatur etiam pro *donec*, & *quandiu*, idem Caualer. *deciſ.* 541. *num.* 4.

Quòd denotet conditionem ſoſpenſiuam ſi implementum non ſequatur, vel reſolutiuam ſi ſequatur, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 126. *num.* 1. *&c. part.* 13. *recent. deciſ.* 311. *num.* 15.

9 Dictio, *ſolum*, *ſolummodo*, & aliæ taxatiuæ quid ſignificent, Bart. *in l.* 1. *ff. ſi quis iuſdic. non obtemp.* Viui. *comm. opin.* 193. vbi quòd dictio taxatiua appoſita in lege ſauorabili, vel pia impedit extenſionem ad caſus ſimiles.

De dictione, *tantùm*, & alijs taxatiuis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 821. *num.* 7. *& ſeqq.*

Quòd dictio, *tantum*, diuidat qualitatem à ſubiecto, & neget reſiduum, Magon. *deciſ. Luc.* 31. *num.* 30.

Quòd neget quidquam aliud deberi, Genu. *de verb. enunciat. lib.* 2. *quæſt.* 22. *per tot. fol.* 52. vide 10 §. *Teſtator*, *num.* . .

Quòd includat perſonas expreſſas, & omnes alias excludat, Altograd. *conſ.* 13. *num.* 2. *lib.* 2. Barboſ. *dict.* 401. *num.* 2. Grat. *de dict. dict.* 260. *num.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 434. vbi appoſita in donatione facta aliquibus perſonis tantùm qualiter alias excludat, non tamen operetur reuerſionem donationis ad donantem, ſed dicta taxatiua non obſtante tranſire ad hæredes vltimi donatarij non iure donationis, ſed tranſmiſſionis.

Non tamen excludere caſus ſimiles, vide Sperel. *deciſ.* 152. *num.* 80.

10 Dictio, *vſque*, ao includat, vel excludat terminum, cui adijcitur, Pract. Pappienſ. *for. capitul. ad ætern. rei mem. gloſ. Vſque*, Tuſch. *litt. D. concl.* 238. *num.* 3. & Paul. Chriſtin. *deciſ.* 61. *num.* 9. *& ſeqq. volum.* 6. Ricc. *Collect.* 389.

Quòd regulariter includat terminum, cui apponitur in quacumque materia ſiue ſauorabili, ſiue odioſa, & pœnali, tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, & etiam in materia confinium, niſi ioluſio eſſet contra legem, vel niſi præcedat oratio negatiua, vel aliter conſtet de mente contrahentium, vel niſi applicetur termino, qui non ſit de eſſentia rei, & alia, vide per Barboſ. *dict.* 437. *per tot.*

Quòd adiecta numero, & gradui includat, non autem excludat, nulla habita ratione odij, vel ſauoris, niſi reſultaret paruus intellectus, vel contra legem, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 170. *per tot.* vbi etiam quòd includit, vel excludit, prout iuris ratio, & mens diſponentis ſuadent.

Dictio, *A*, vel *ab*, *hinc*, & *abhinc*, ac ſimiles mono- 11
ſillabæ tempori adiectæ, an, & quando includant, vel excludant terminum, cui ſunt adiectæ, & dato quod includant, an includant integraliter, vel momentaneè, ideſt totam diem ab ortu ſolis, vel ab hora factæ conuentionis, latè Magon. *deciſ. Flor.* 8. *per tot.* vbi videtur concludere, quòd non integraliter, ſed de momento ad momentum includant, licet dicat non poſſe dari certam regulam, ſed reſidere in arbitrio iudicis, plenè Card. Tuſch. *litt. A. concluſ.* 1. *per tot.*

De huiuſmodi dictionibus quando ſtent incluſiuè, vel excluſiuè, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 161. *& deciſ.* 124. *num.* 4. *&c.* Barboſ. *dict.* 1. *per tot.* Pract. Papp. *loc. ſup. cit. num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 75. *nu.* 2. *& ſeqq. ad* 15. Toſch. *d. concl.* 1. *per tot. & litt. D. concl.* 238. *n.* 1. *&c.* Ricc. *Collect.* 389. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 402. vbi quòd ſtant incluſiuè.

Quòd in quantitate, vt ſi ſtaturum, vel lex dicat *à ſcutis* 150. *infra*, comprehendat etiam dictam ſummam ſcutorum 150. *præciſam*, Franch. *deciſ.* 703.

Dictio, *tunc*, temporis extremitatem ſignificat *l.* 4. *in* 12
fine ff. condit. & demonſtrat. gloſ. in l. lecta ff. ſi cert. pet. verb. tunc, vbi Bart. *& in conſ.* 16. *num.* 4. Ang. & Iaſ. *in §. rurſus Inſtit. de act.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 415. *nu.* 5. *cap.* 773. *num.* 6. *& cap.* 813. *num.* 40. Magon. *deciſ. Flor.* 37. *num.* 23. *& ſeqq. per tot.* vbi quòd eius natura eſt reſtringere diſpoſitionem ad caſum expreſſum, & negare extenſionem, Caualer. *deciſ.* 441. *num.* 7. *&c. & deciſ.* 569. *num.* 1. latè Barboſ. *dict.* 409. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 95. *nu.* 33. vbi quòd reſtringit diſpoſitionem ad perſonas eo tempore extantes.

Quòd verba, *tunc*, *& eo caſu*, licèt ſint reſtrictiua, oon tamen ſemper ſtent taxatiuè, niſi addantur dictiones, *tantùm*, *duntaxat*, & ſimiles, oec ſiot apta impedire extenſionem fideicommiſſi, quæ reſultat ex veriſimili mente diſponentis, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 226. *num.* 6. *& num.* 7.

Quòd dictio, *tunc*, oon ſit taxatiua, nec excluſiua, ſed demonſtratiua, ſiue declaratiua rei, cui adijcitur, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 140. *num.* 5.

De dictione, ſiue clauſula, *tunc*, *& eo caſu*, quid ſigni- 13
ficet, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 487. *num.* 17. *cap.* 662. *num.* 16. *cap.* 774. *num.* 7. *& cap.* 979. *num.* 30. *&c.* Altograd. *conſ.* 76. *num.* 75. *lib.* 1. Barboſ. *de Clauſ. clauſ.* 182. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 152. *nu.* 178. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 354. *num.* 100. vbi quòd non eſt taxatiua, ſed potius demonſtratiua, niſi adijciantur aliæ dictiones, *tantùm*, *duntaxat*, & ſimiles.

Dictio, ſiue clauſula, *nunc prout ex tunc*, quid importet, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 818. *num.* 6. *&c.* Altograd. *conſil.* 32. *num.* 13. *lib.* 1. vbi quòd trahit tempus futurum ad præſens, Barboſ. *de clauſ. clauſ.* 61. *per tot. & de dict. dict.* 118. *&* 230. vide in §. *Clauſula num.* 75. & latè Sanfelic. *deciſ.* 192. *num.* 11. cum allegationibus ſequentibus.

Quòd dictio, *nunc*, extremitatem temporis ſignificet, Duran. *deciſ.* 416. *num.* 10.

Dictio, *ſecundum*, quando apponitur relatiuè ad ali- 14
quam diſpoſitionem, operatur vt tota diſpoſitio habeatur pro expreſſa, & alia, Barboſ. *dict.* 358. Gratian. *diſcept.* 937. *num.* 14. *&* 27. Altograd. *conſil.* 58. *num.* 45. *&c. lib.* 1.

Dictiones, *ita*, *ſicut*, *ſimiliter*, *prout*, *eodem modo*, *ſe-* 15
cundum, & ſimiles, ſunt continuatiuæ, & repetitiuæ formæ, ac qualitatis præcedentis diſpoſitionis, illam limitando, & taxando, cum omnimoda ſimilitudine, & identitate, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 832. *num.* 5. *&c.* Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 243. *num.* 6.

De dictione, *ita*, quæ inducit formam, & modum determinatum, idem Gratian. *cap.* 575. *num.* 34.

Dictio, *ita quod*, declarat mentem disponentis, & regulat præcedentem dispositionem, Altograd. *conf.90.n.7.* *& 8. lib.2.*

16 Dictio, *etiam*, stat augmentatiuè, & ampliatiuè, *l. etiam C. de test. & l. etiam in princ. ff. solut. matr.* Pic. *ad stat. Vrb. glos.1. nu.1.* Vrceol. *Consult. for. cap.79. n.13. &c. vol.2.*

Quòd de sui natura explicet casum magis dubitabilem, nisi sequatur absurdum, Menoch. *de Arbitr. lib.1. quæst. 49. num.8.* Altograd. *consil. 9. num. 51. lib. 1. & consil. 97. num. 71. lib. 1.* vbi etiam quòd casum minus dubitabilem includit, & posita in statuto vtrumque pariformiter decidit.

Quid significet vide Barbos. *dict. 112. per tot.* Franch. *decis.517. num.4.* Vrceol. *d. cap.79. num.13. & seqq. vol. 2.* Ricc. *Collect.2768.*

Quòd etiam in materia stricta dispositionem augeat, & extendat, speciesque ab expressis diuersas tacitè includat, & maiora implicet, Barbos. *dict.95.* cum alijs per Pontirol. *in Respons. siue tract. pro Mambellis num. 353. & 354. Cesenæ impresso de anno* 1645.

17 Dictio, *quacumque*, *quomodocumque*, & similes vniuersales quod comprebendant, & quando itidem restringantur, Asin. *in prax. §.1. cap.7. per tot.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.1. glos.7. nu.20. & seqq.* Altograd. *conf.97. num.49. &c. lib.1.*

Quòd restringat ex subiecta materia odiosa, ac ex mente disponentis, Ponsirol. *d. Respons. num.205. & seqq.*

18 Dictio, *quilibet*, & dictio, *omnis*, qualiter differant, & quid quando dictio, *omnis*, est apposita in numero singulari, vel *omnes*, in plurali, & de dictione, *non solum*, & dictione, *sed*, Gratian. *discept. forens. cap.742. num.64. & seqq.*

De dictione, *in totum, & per totum*, quòd importet omnimodam exequutionem, ac totalitatem, Rot. *part.17. recent. decis. 16. num.22. & 23.*

De dictione, *alcune*, vt postposita substantiuo omnia comprebendat, anteposita verò modicam denotet quantitatem, Rot. *part. 18. recent. decis. 194. num. 35. & 36.*

De dictione vniuersali, *omnibus*, quod contineat omnia mobilia, & immobilia, iura, & actiones, Rot. *part. 2. diuers. decis.184. num.3. &c.* vide in §. *Legatum num...* latè Rot. *part. 13. recent. decis. 282. secunda per tot.* vbi plura de dictionibus vniuersalibus in legato mobilium appositis, an faciant comprehendi res venales, & negatiuè concludit, faciendo differentiam an sint adiectæ rebus, vel existentiæ in loco.

De dictione, *totum*, qualiter omnia comprehendat, Gratian. *cap.775. num.6. &c.*

De dictione vniuersali, *omne*, quod nihil excludat, sed omnia comprehendat, Surd. *decis.150. num.6. & seqq.* in meis resol. *cap.10. num.29. & seqq.*

De dictione, *aliquis*, vel *aliqua*, quod tanquam vniuersalis omnia comprehendat, & excludat iuxta subiectam materiam, Magon. *decis. Flor. 38. num. 13.* Altograd. *consil. 97. num. 48. lib. 1. & consil. 89. num. 63. & 64. lib 2.* Surd. *decis. 283. num. 7. & per tot.* Ricc. *Collect.2767.*

De dictione, *quomodolibet*, quod sit distributiua omnium modorum cogitabilium, Magon. *decis. Flor. 64. n.4.* Gratian. *discept. 528. num.38.*

De dictione, *pro quolibet*, quod sit distributiua, tribuens vnicuique actum in solidum, Magon. *decis. Flor. 143. num.7.*

Et idem in dictione, *cuilibet*, vt pariter stet distributiuè, & attribuat vnicuique actum in solidum, aliaque plura de huius verbis virtute, & significatione, Altograd. *conf.103. num.100. & seqq. lib.2.*

De dictione, *quicunque*, quod sit vniuersalis, & nihil excludat, latè Barbos. *dict.317.*

Quod huiusmodi dictiones vniuersales, *quocumque*, *& quibuscumque*, sint adeo effrænatæ, vt nullo obice contineantur quominus omnia comprehendant, Rot. *part. 12. recent. decis. 334. num.1.* vbi in terminis exemptionis à solutione decimarum, *& part. 13. decis. 134. num. 18. & seqq.* vbi in terminis detractionum, *& decis.435. nu.7.* vbi quòd impropria etiam, & maiora expressis comprehendit.

19 Dictio, *omnis*, vel *omne*, siue *omnia*, est adeò generalis, vt nihil excludat, & adeo plurium collectiua, vt in vno saluari, & verificari non possit complectitur omnia, ac etiam ea, quæ alias non includerentur sub indeffinita dispositione, nisi ex verbis præcedentibus, vel ex subiecta materia, colligatur animus, & voluntas restringendi, vel nisi resultaret absurdum, prout etiam non extenditur ad bona prohibita alienari, & an extendatur ad futura, latè Barbos. *dict. 241. per tot.* vide in §. *Legatum num. . .* & in meis resol. *cap. 10. num. 29. & seqq.* Ludouis. *decis. 315. num. 11. &c.* vbi quò neminem excludit, & idem operatur, ac si de singulis esset facta specialis expressio, nec potest referri ad duos tantùm, sed prædicatur de pluribus.

De dictionibus, *ogni*, *tanto*, *quanto*, quod sint vniuersales, & omnes species includant, Rot. *part. 11. recent. decis.118. num.4. & seqq.* vide in §. *Verba num. 69.*

Dictiones illæ, siue clausula, *omnia*, *& singula*, an de- 20
notent separationem, & disiunctionem, ita quod comprebendant omnia simul, & singula de per se, vel habeant vim copulatiuam, vide Surd. *decis. 268. num. 4. &c. & num.14. &c.*

Dictio, *ipsius*, & similes genitiui casus, quid signifi- 21
cent, Gratian. *discept. forens. cap.104. num. 13.* vide in §. *Genitiuus num...*

Quòd dictio, *ipse*, vel *ipsius*, sit personalissima, Caualer. *decis.340. num. 2.* Sperel. *decis.60. num.11.* Rot. *par. 9. recent. decis. 261. num.10.* vbi etiam quòd omnes alias personas excludit, *part.11. decis.330. num.40. &c. par.14. decis.489. per tot.*

Quando per huiusmodi dictionem personalitatem denotantem, censeatur electa industria personæ, Gratian. *discept. forens. cap.644. num.23. &c.* vide Barbos. *dict.177. per tot.* vbi plura.

Quòd quamuis dictio, *ipsius*, sit personalissima, possit tamen aliquando stare non restrictiuè, sed demonstratiuè, iuxtà subiectam materiam, Duran. *decis. 410. num.2.* Rot. *part.11. recent. decis.72. num.6.* vbi quod non facit actum personalem si subiecta materia repugnet, sed tunc stat demonstratiuè, & non restrictiuè.

Dictiones, *eius*, *suus*, *ipsius*, & similes, quando refe- 22
rantur ad testatorem agentem, vel ad tertiam personam non agentem, & diuersam à testatore agente, Altograd. *conf.48. num.2. &c. lib.1. per tot.* vbi etiam quando inuicem confundantur.

Quòd pronomen, *suis*, in stipulatione emphyteutica, referatur non tantùm ad personam stipulantis, & illius filiorum, sed etiam ad personam fratris, & aliorum, pro quibus stipulatur, Altograd. *consil. 10. num. 20. & 21. lib.1.*

Dictio, *alius*, *alia*, *vel aliud* nedum includit similia, 23
sed etiam diuersa, & omissa, Magon. *decis. Flor. 38. n.14. &c. & decis. 146. num.9. &c.*

Quòd adiecta terminis, illos omninò diuersos ab expressis designet, *l. si fundum §. si libertus ff. de leg. 1.* Rot. *part.14. recent. decis.232. num.2.*

Quòd dictio, *alius*, sit implicatiua casus, tituli, & modi simili præcedenti expresso, licet iungatur cum verbis quantumuis vniuersalibus, vt si dictum fuerit, *quocumque alio modo*, vel *titulo*, nam semper implicat modos, & titulos similes eiusdem qualitatis, & naturæ, prout sunt alij modi, & tituli expressi, Altograd. *conf.3. n.36. & seqq. lib. 1. & num. 40.* vide in §. *Institutio num. 11. in fine*.

Quòd possit etiam repetere qualitates dissimiles iuxta subiectam materiam, & includere diuersa ab expressis, Barbos. *dict.26. num.16. & 17.* Altograd. *conf. 8. num. 63. lib. 1.*

De dictione, *alias*, quod inducat dispositionem contrariam præcedenti, sicut dictio, *alioquin*, Rot. *part. 10. recent. decis.43. num.34. &c. & decis.73. num.12.*

Dictiones, *in*, *super*, *de vltra*, & *amplius*, quid si- 24
gnificent, Gratian. *discept. forens. cap. 116. num. 22. & sequent.*

Quòd dictio, *in*, denotet intrinsicitatem, & solemnitatem in ipso actu, & non postea adhibendam, Altograd. *conf.44. num.2. lib.2.*

Quòd dictio, *in*, & similes iunctæ actui, seu tempori denotent intrinsicitatem, & perfectionem, ita vt quod fieri debet, sit faciendum intra ipsum actum, vel tempus, non propè, aut extra illud, Grat. *discept. for. cap.460. n. 6n. &c.*

Quòd

Quòd dictio, *in*, iuncta caſui ablatiuo ſignificet intrinſicitatem, & includat ipſam rem, cui adijcitur, Altograd. *conſil.74. num.65. lib.2.* Sperel. *deciſ.60. num.9.* Rot. *part.9. recent. deciſ. 471. num. 5. & 6.* vbi quòd idem eſt, ac ſi dictum fuerit intra talem locum, quando agitur de re in certo loco conſignanda, *& deciſ. 489. nu. 3. &c.* vbi latiùs declarat, *& part. 14. deciſ. 229. num. 6. &c.* vbi quòd denotat intrinſicitatem, & comprehenſionem.

25 Dictio, *ſuper*, importat fideiuſſionem, vt quando quis ſcribit alteri, adhibe fidem tali, *ſuper me*, vel *ſopra di me*, Gratian. *diſcept. 673. num. 5.* vide in §. *Fideiuſſor num.2.*

Quòd dictio, *ſuper*, importet etiam hypothecam, & alia, vide Magon. *deciſ. Florent. 62. nu. 14. &c.* Franch. *deciſ.714. num. 2.* Barboſ. *dict.393. per tot.* dixi in §. *Hypotheca num. . .* Martha *vot. Piſ. 150. num. 2.* vbi etiam quòd denotat bona fuiſſe appoſita pro cautione, & non pro ſolutione, & ſic quantitatem ſuper bonis donatam, vel promiſſam eſſe ſoluendam in pecunia, & non in bonis.

26 Dictio, *de*, vel *ex*, relata ad locum, ſignificat cauſam immediatam, nempè Ciuitatem ipſam, vel locum, non autem mediatam, hoc eſt territorium, & ſic magna eſt differentia dicere V. G. de Florentina, & Florentinus, primò, enim modo complectuntur tantùm nati in Ciuitate Florentiæ, ſecundò, autem modo non ſolum nati in dicta Ciuitate, verùm etiam in territorio, & Diœceſis, per doctrinam Bart. *in l. ſi finita §. de his ff. de damn. infect. & in l. 1. §. ex incendio ff. de incend. & ruin.* Pac. Iordan. *Lucub. volum.2. lib. 10. tit. 25. num. 17. & 18. fol. 414.* vide in §. *Appellatiua num. 35.* §. *Legatum num. . .*

Qualiter dictio, *de*, vel *ex*, importet hypothecam, vide in §. *Hypotheca num. . .*

Quòd ſignificet cauſam proximam, & immediatam, & partem, ac intrinſicitatem rei, ad quam refertur illiuſque ſeparationem, Altograd. *conſ.68. num.10. & 23. lib.1.* Rot. *part.12. recent. deciſ.244. num.1. &c.* vbi de dictione, *ex*, quæ cauſam immediatam deſignat, *& part.14. deciſ. 233. n.7. & ſeqq.* vbi quando denotet etiam cauſam mediatam, & remotam.

Quòd poſſit denotare etiam cauſam mediatam, & remotam iuxta ſubiectam materiam, idem Altograd. *conſ. 92. num.12. & ſeqq. lib.2.*

Et de huiuſmodi dictionibus, *de*, & *ex*, latè Barboſ. *dict.76. & dict.115. per tot.* Ricc. *Collect.2771.*

Quòd dictio, *ex*, denotet diſmembrationem, & ſeparationem, Rot. *part. 11. recent. deciſ. 249. num.20.*

27 Dictio, *vltrà*, & *vlterius*, eſt repetitiua, implicatiua, & continuatiua præcedentium, & facit omnia eodem iure regi, Gratian. *diſcept.679. num.48.* Rot. *part.12. recent. deciſ.15. num.7. & ſeqq.* vbi quòd eſt ampliatiua, & extenſiua diſpoſitionis, ac ſeparat vnum capitulum ab alio.

Et eſt incluſiua omnium narratorum, idem Gratian. *cap. 591. num. 29.* Caualer. *deciſ. 190. num. 2.* vide Barboſ. *dict. 428. per tot.* Merlin. *deciſ. 568. num. 40. &c.* vbi quòd eſt incluſiua, & implicatiua præcedentium, & confirmat etiam quæ fuerunt inutiliter data, vel diſpoſita.

Non tamen includit, nec repetit, ſed excludit, quando additur rei à iure prohibitæ, vel vbi abſonus, odioſus, & legibus repugnans reſultaret intellectus, nam tunc dictio, *vltrà*, ſignificat, *extrà*, benè Altograd. *conſ.76. num.28. & 30. lib.2.*

28 Dictiones, *nec non*, *ſimiliter*, *item*, *pariter*, *amplius*, *vt præmittitur*, & ſimiles qualiter repetant omnes qualitates prius expreſſa, & quando ſecus, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.769. num. 38. & ſeqq. ad 58.* vide in §. *Qualitas num. . .*

Quòd repetant ſi ſint poſitæ inter duas rationes imperfectas, alias ſecus quando ponuntur, *inceptiuè*, in duabus ſeparatis diſpoſitionibus, vel orationibus, latè idem Gratian. *diſcept. 828. num. 10. & ſeqq. per tot. & cap. 937. num. 3. & per tot.* & vide in meis reſolut. *cap. 10. num. 21. & ſeqq.*

Quòd dictio, *amplius*, affirmet de præterito, & neget de futuro, Barboſ. *dict.32. num.8.* Rot. *part. 11. recent. deciſ.132. num.28.*

Quòd dictio, *item*, ſtet continuatiuè, & denotet principium alterius ſubſequentis diſpoſitionis, Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ.230. num.3. part.13. recent. deciſ.156. num.13.* vbi quòd continuationem ſermonis præſefert, non autem repetitionem qualitatis inducit.

Quando dictio, *item*, ſtet continuatiuè, vel inceptiuè, & ſeparatiuè, vel repetitiuè, latè Altograd. *conſ. 79. n. 18. & ſeqq. lib.2.* Barboſ. *dict.185. per tot.*

De dictione, *inſuper*, quæ pariter ſtat inceptiuè, & nouum conſtituit capitulum, Rimin. iun. *conſil. 482. num. 38.* Rot. *part. 10. recent. deciſ. 285. num. 18.* Grat. *dict. 101.* Barboſ. *dict. 146.* Rot. *part.13. deciſ. 356. nu. 9.* vbi quòd coniungit ſequentia præcedentibus, & continuatiuè addit eiſdem terminis retentis, *& part. 14. deciſ. 149. num.11.*

Quòd prædictæ dictiones, poſitæ inter duas orationes ſeparatas, & perfectas, nihil repetant, niſi ex denegata repetitione, ſequens diſpoſitio inutilis prorſus reddatur Pontirol. *in Reſponſ. ſiue tract. pro Mambellis num.182. & 183. Caſenæ impreſſo de anno 1645.* vbi etiam *num.178. & ſeqq.* plura alia de repetitione, quod non procedat, vbi non agitur de qualitate, vel conditione repetenda, ſed de ipſa ſubſtantia, nec vbi agitur de materia odioſa, nec quando alias diſpoſitio ſuum ſortitur effectum ſine repetitione.

Dictiones, *in circa*, *plus*, vel *minus*, *ferè*, *vltrà*, & ſimiles quid importent, & an teſtes deponentes per huiuſmodi dictiones probent, & ad quam quantitatem poſſint referri, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 277. num. 10. & per tot.* Ricc. *Collect. 3239.* Barboſ. *de dict. 134.* Marta *de clauſ. part.1. clauſ.59.* 29

De dictione, *in circa*, Rot. *part. 16. recent. deciſ. 126. num.26.* vbi quòd ſolet augere quantitatem expreſſam vſque ad quartam partem, *& part.17. deciſ. 1. num. 9. & ſeqq.* vbi quòd certum, ac determinatum numerum excludit, adeò vt nonnulli vſque ad quartam partem, alij ad ſextam, & alij veriùs, ac frequentiùs ad decimam partem extendant.

De dictione, *in circa*, idem Gratian. *cap. 512. num. 9. & ſeqq.*

De quanto tempore intelligatur dictio, *in circa*, vide Menoch. *de arbitr. caſ.46. per tot.* vbi quòd verificatur in modico iudicis arbitrio, & Mediolani importare quinque pro centenario, & à centenario infrà ad ratam tam in tempore, quàm in quantitate, Rot. *part.9. recent. deciſ.392. num.2. & ſeqq.* vbi quòd refertur etiam ad ſex menſes ante, vel poſt pro concordandis teſtibus.

De dictione, *circa*, quid ſignificet, & quòd teſtis illa vtens non probet, Barboſ. *dict. 57. num. 11. & per tot. & dict. 154. per tot.* Rot. *part. 9. recent. deciſ. 135. num. 19. &c.* vbi in quo verificetur, *& part.13. deciſ. 310. num.18.* vbi quòd excludit certam quantitatem, & operatur vt poſſit fieri augmentum, vel diminutio in modico, *& deciſ.415. num.7. & 8.* vbi quod in magna ſumma magis extenditur arbitrio iudicis, inſpecta qualitate, & quantitate rei, vel ſummæ.

De dictione, *& plus*, quid importet, & an, & quando vitiet teſtis depoſitionem, Menoch. *de arbitr. caſ. 47. per tot.*

Quòd dictio, *& plus*, appoſita in contractibus, vel ſtatutis, verificetur in modico arbitrio iudicis, vel etiam in magna ſumma, ſi aliàs ſequatur abſurdum, idem Menoch. *de arbitr. caſ.145. per tot.*

Quòd dictio, *in circa*, non ſemper ad modicum vt ſupra, ſed etiam ad tempus trium, & quatuor annorum extendatur arbitrio iudicis ſecundum ſubiectam materiam, Gregor. *deciſ.344. num.10. & ſeqq. Addit. ad eundem deciſ.128.* Rot. *part.13. recent. deciſ.461. num.30.*

Dictio, *imo*, quando ſtet ampliatiuè, ſiue electiuè, vel correctoriè, vide Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 923. n. 9. & ſeqq.* 30

Dictio, *niſi*, poſtpoſita orationi negatiuæ affirmat, poſtpoſita verò orationi affirmatiuæ negat, *auth. niſi rogati C. ad Trebell.* Genu. *de verb. enunciat. lib.2. quæſt.31. num. 7. fol.64.* Altograd. *conſ.32. num. 2. lib.2.* 31

Quòd huiuſmodi dictio, *niſi*, poſita poſt orationem negatiuam faciat expreſſam conditionem, Altograd. *conſil. 9. num. 50. lib. 1.* Rot. *part. 13. recent. deciſ. 142. num.7.*

Quòd ſit exceptiua, & interdum etiam conditionalis,

lis, vt quando est ad futurum tempus relata, & apposita orationi affirmatiuè neget, apposita verò negatiuè affirmet, & includat, cùm de sui natura sit præcedentibus semper contradicere, Barbos. *dict.* 217. *per totam*.

. Quòd dictio, *nisi*, importet conditionem in vltimis voluntatibns ab ipso principio, Gratian. *discept. forens. cap.* 540. *num.* 26. *& cap.* 771. *num.* 30. Altograd. *cons.* 87. *n.* 32. *lib.* 1. vbi loquitur in statutis.

Quòd modificet, & restingat dispositionem antecedentem, Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 261. *num.* 9. *&c.*

Quòd vbi præcedit negatiua includat, & affirmet io exceptis, Caualer. *decis.* 77. *num.* 1. Gratian. *discept. for. cap.* 416. *num.* 3. Coccin. *decis.* 244. *num.* 1. Burat. *decis.* 84. *num.* 3. Rot. *in Bononien. Domus de Maluasia* 24. *Ianuarij* 1667. coram Emerix apud Vrceol. *Consult.* 86. *num.* 28. *vol.* 2.

32 Dictiones duæ negatiuæ faciunt affirmatiuam, vt de dictione, *nisi*, quando præcedit oratio negatiua, tradit Gratian. *discept. forens. cap.* 416. *num.* 4. *& cap.* 542. *num.* 21.

Hoc tamen non procedere in Italico sermone, vide in §. *Negatiua num.* . .

33 Dictio, *nulla*, est vnioersalis oegatiua totum excludens, sicut dictio, *nullatenus*, etiam ea, quæ alias non excluderentur, Magon. *decis. Flor.* 38. *num.* 10. *&c.*

34 Dictio, *infrascriptis*, posita in statuto, illud restringit ad casus litteraliter expressos, Gratian. *discept. forens. cap.* 418. *num.* 6. Barbos. *de dict. dict.* 162.

An autem posita in testamento loquente de hæredibus *infrascriptis*, verificetur tantùm in illis, qui proprijs nominibus fuerint instituti, ita vt oculis corporeis legi possint, vel etiam in alijs sub nomine collectiuo vocatis, puta agnatorum, pauperum, & similium, Surd. *decis.* 338. *per tot. lib.* 2.

Et notabilem effectum huiusmodi verbi *infrascriptis*, vide per Caualer. *decis.* 296. *num.* 1. 2. *&* 3. Curt. iun. *cons.* 115. *num.* 21. *& seqq. num.* 9. Gabriel. *de verb. signif. concl.* 6. *num.* 121. *&c.* Molin. *de Primog. Hispaniar. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 64. vbi quòd facit, vt censeatur repetita qualitas masculinitatis, vel alia similis, & plura capitula, vel dispositiones considerari, non tanquam diuersas, & separatas, sed potius tanquam vnam, vel duas connexas in vnam, vide in §. *Verba num.* . .

35 Dictio, *infra*, habet relationem ad ioferiùs dicenda, assumendo quod postea dicetur, & omittendo quod prius dictum fuit, Gratian. *discept. forens. cap.* 575. *num.* 28. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 311. *num.* 5.

Quòd dictio, *infra*, vel *intra*, relata ad tempus, sua extrema includat, & sic vltimam diem completam, & non inceptam solum requirat, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 75. *num.* 19. *& seqq.* vide Barbos. *dict.* 161. *per tot.*

36 Dictio, *vt supra*, repetit omnes qualitates prius expressas, ita vt dispositio sequens reguletur in omnibus ab antecedente, Gratian. *discept. forens. cap.* 575. *num.* 36. *& num.* 37. *cap.* 585. *num.* 11. *cap.* 836. *num.* 14. *& cap.* 648. *num.* 4. *&c.* Magon. *decis. Flor.* 37. *num.* 37. Altograd. *consil.* 60. *num.* 5. *& num.* 6. *lib.* 1. *& cons.* 78. *num.* 4. *lib.* 2. vbi tamen *num.* 16. quod in dubio cessat repetitio, si ex ea dispositio reddatur inutilis, vel contra voluntatem disponentis, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 309. *num.* 12. *&* 13. vbi quòd repetit omnes qualitates supra expressas, ita vt sit habenda relatio indistictè n ad omnia, nempè ad locum, tempus, modum, & alia, ad Rot. per Merlin. *decis.* 92. *num.* 5. *&* 6. *& part.* 6. *recent. decis.* 179. *num.* 12. *part.* 13. *decis.* 345. *num.* 4.

37 Dictio, *prædicti*, refert præcedentia cum suis qualitatibus, Gratian. *discept. forens. cap.* 629. *num.* 20. *&c.* Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 194. *num.* 7. vide latè Giouagn. *cons.* 66. *lib.* 1. Decian. *cons.* 17. *lib.* 1. Vrceol. *Consult. for. cap.* 79. *vol.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 7. *nu.* 41. *&c.* vbi qualiter restringat dispositionem ad primos hæredes, licet alias veniant etiam hæredes hæredum.

Quòd importet repetitionem etiam propriorum nominum, Altograd. *consil.* 54. *num.* 17. *lib.* 1. Rot. *part.* 1. *diuers. decis.* 713. *num.* 2. Rot. *Bonon. Nouiss. decis.* 116. *num.* 31.

De dictione, *supradicta*, vel *suprascripta*, quod repetat omnia præcedentia, ac si essent singula repetita, & iterùm nuncupatim expressa, & nominata, Barbos. *dict.* 342. *num.* 4. *&* 5. cum alijs per Pontirol. *in Respons. pro Mambellis num.* 431. *& seqq. Casenæ impresso de anno* 1645. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 295. *per tot.* vbi plura de dictione, *dicta*.

De dictione, *decti*, pulchrè Sperel. *decis.* 152. *num.* 17. *& seqq. & num.* 78. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 133. *n.* 14. *& seqq.* vbi quòd non attenditur eius natura repetitiua, si ex sequentibus verbis constet de contraria voluntate contrahentium.

Dictio, *huiusmodi*, est relatiua eorum, quæ supra dicta 38
fuerunt, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 149. *sub num.* 1. *& part.* 11. *recent. decis.* 354. *num.* 37. vbi quòd est repetitiua omnium qualitatum, & conditionum.

Dictio, *vsqueque*, qualiter conditionem importet, Al- 39
tograd. *cons.* 32. *num.* 3. *lib.* 1.

Dictiones, *semper*, *perpetuò*, *continuè*, *numquam*, & si- 40
miles quid significent, Gratian. *discept. forens. cap.* 601. *num.* 36. *&c.*

De dictione, *semper*, quod significet diuersitatem, & pluralitatem temporum, & casuum, ac continuam, & æqualem dispositionem in omnibus, & in omni casu, & tempore in perpetuum seruandam, idem Gratian. *cap.* 621. *num.* 18. Magon. *decis. Flor.* 37. *num.* 35. vide in §. *Verba num.* . .

Quòd per huiusmodi dictiones amplietur dispositio, & extendatur ad omnes descendentes, idem Gratian. *cap.* 648. *num.* 15.

Quòd dictio, *semper*, licet accipiatur pro omni tempore, & casu, tamen intelligitur etiam secundum subiectam materiam, ita vt applicata actui non continuo exponatur, *semper*, idest congruis temporibus, & horis statutis, Magon. *decis. Flor.* 91. *num.* 30.

Qualiter dictiones, *continuè*, *quotidie*, *semper*, & similes, a testibus prolatæ in materia possessionis, intelligi possint pro illis saluandis à falsitate, si alius per interuallum possiderit, Capye. *decis.* 37. *num.* 5. *& per tot.* 41

Dictio, *respectiue*, est restrictiua, distinguit personas, & singula singulis refert, Gratian. *discept. forens. cap.* 627. *num.* 36. *& cap.* 705. *num.* 7. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 263. *num.* 1. *& seqq.* vbi plura de oatura huius dictionis, quæ est eiusdem virtutis, & clausula, *singula singulis*, *&c.* 42

Dictio, *omninò*, accipitur pro *funditus*, *prorsus*, *ipso iure*, & *in totum*, sicut & dictio, *omnimodo*, denotat præcisam necessitatem, & executionem, Gratian. *discept. forens. cap.* 630. *num.* 12. *& seqq. cap.* 735. *num.* 3. *cap.* 973. *num.* 23. *cap.* 917. *num.* 5. *& cap.* 905. *num.* 7. *&c.* vbi etiam de dictione, *nunquam*.

Quòd adiecta orationi negatiuæ accipiatur pro *nullo modo*, & *nullo casu præcisè*, Magon. *decis. Florent.* 16. *num.* 22. Altograd. *cons.* 77. *num.* 25. *&c. lib.* 2. vbi etiam quòd excludit omnes casus, qui excogitari possint, & idem significat, ac *absolute*, *liberè*, *totaliter*, *simpliciter*, *aut penitus*.

De dictionibus, *omninò*, & *omnimodo*, latè Barbos. *dict.* 239. *&* 240. *per tot.*

De dictione, *affatto*, vt exponatur pro omni, & in totum, habeat præcisam naturam, ac nullam admittat limitationem, vel modificationem, Marescotr. *var. resolut. lib.* 1. *cap* 23. *num.* 6. Franch. *decis.* 119. *num.* 12. *decis.* 169. *num.* 1. Scraphin. *decis.* 447. *num.* 4. Rot. *part.* 7. *recent. decis.* 305. *num.* 14. *& part.* 13. *decis.* 309. *num.* 4.

Dictiones, *extantes*, *penes*, & *integraliter*, quid 43
significent, Gratian. *discept. forens. cap.* 737. *num.* 6. *& per tot.*

De dictione, *ex integro*, idem Gratian. *discept.* 734. *n.* 1. *& seqq.*

Dictio, *videlicet*, de sui natura stat restrictiuè, & mo- 44
dificatiuè, sicut dictio, *sic*, Magon. *decis. Flor.* 50. *n.* 19. 39. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 118. *num.* 15. vbi quòd derogat generalitati.

Dictio, *vel*, est disinoctiua, & facit quod sufficiat al- 45
teram partem esse veram, si tamen ponatur inter persoas resoluitur in coniunctiuam requirentem concursum copulatorum, & maximè si coouenıat intentioni stipulantium, Magoo. *decis. Flor.* 143. *num.* 2. 6. *&c.* Socin. iun. *cons.* 50. *lib.* 4. *num.* 3. 4. *&* 11. Altograd. *cons.* 49. *num.* 39. *lib.* 1. vbi quòd stat inter diuersa, ac indicat rem diuersam, & distinctam.

Quòd

Quòd poſita inter perſonas reſoluatur in coniunctiuam, intellige vbi inter huiuſmodi perſonas, non poteſt conſiderari aliquis ordo affectionis, charitatis, vel prælationis, vel ratio diuerſitatis, alias ſecus, vt dixi in §. *Statutum excludens num.* . .

Quando dicta alternatiua reſoluatur in copulatiuam, vide Caualer. *deciſ.*546. *in fine*, Altograd. *conſ.*60. *num.*22. *&* 23. *conſ.*84. *num.* 117. *& conſ.* 88. *num.* 3. *&* 15. *lib.* 1. Bardellon. *conſ.*189. *per tot. lib.*2. Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 282. *num.*2. *&c. part.*14. *deciſ.*123. *num.* 30. *&c.*

46 Dictio, *ſiue*, vel *ſeu*, eſt alternatiua, & quando diſiungat tam ſenſum, quàm verba, & denotet ordinem ſucceſſiuum inter vocatos, Altograd. *conſ.*59. *num.* 6. *&c. & conſ.*60. *num.*30. *& ſeqq. per tot. lib.*2. in meis reſol. *cap.*82. *num.*15.

Quòd non ſemper ſtet alternatiuè, ſed interdum etiam copulatiuè, & augmentatiuè, *l. ſi quis iſta ff. de verb. oblig.* Rot. *part.* 3. *diuerſ. lib.* 2. *deciſ.* 232. *num.* 4. & latè declarat videndus Altograd. *d. conſ.* 60. *per tot. lib.* 2. Rot. *part.*14. *recent. deciſ.*331. *num.*9. vbi quòd natura dictionis, *ſeu*, eſt diſtinguere tantum verba, ſed non mentem, & quandoque exponitur pro copulatiua, & augmentatiua.

De huiuſmodi dictionibus, *ſiue*, *vel*, *aut*, quando ſtent alternatiuè, diſiunctiuè, vel copulatiuè, vel ampliatiuè, quid in diſpoſitione legis, ſtatuti, vel hominis, latè Barboſ. *dict.* 361. 375. *&* 415. Altograd. *d. conſ.* 60. 61. 62. *&* 63. *per tot. lib.*2. *in eadem cauſa*.

47 Dictio, *ſi tamen*, eſt conditionis ſignificatiua, Bart. *in l.*1. *ff. de condit. & demonſtrat.* Magon. *deciſ. Flor.* 144. *num.*8.

Quando autem poſſit etiam importare modum, vide in §. *Diſpoſitio num.* . .

De dictione, *ità tamen*, Ricc. *Collect.*2763.

48 Dictiones, *cum pacto*, *& conditione*, an importent conditionem, vel modum, & quod poſſint vtrumque ſignificare, & cognoſcatur, ex hoc, quod ſi prius debeat ſequi implementum, denotent conditionem, alias autem modum, Magon. *deciſ. Luc.* 21. *num.* 10. Duran. *tract. de condit. & mod. impoſſ. part.*5. *cap.* 1. *num.* 53. *&c.* Gratian. *deciſ.*153. *num.*1. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.*354. *n.*5. *& ſeqq.*

De dictione, *cum*, quot modis accipiatur, & quid ſignificet, Barboſ. *dict.*75. *per tot.*

49 Dictio, *quando*, iuncta verbo futuri temporis conditionem importat, Crauett. *conſ.*15. *num.*3. Magon. *deciſ. Luc. num.*28. Rot. *in Narnien. terrarum 6. Februarij* 1626. coram Manzanedo penes Scanarol. *de viſit. Carcer. in Appendice deciſ.*20. *num.*1. *&c.* Bich. *deciſ.*196. *num.*8. *& ſeqq.* vbi quando non importet conditionem, ſed temporis dilationem iuxta ſubiectam materiam, veluti ſi reſpiciat executionem.

50 Dictio, *proximè*, vel *proximos*, tempori adiecta operatur, vt ſtatim ab illo momento præſcripto tempus currere incipiat, Duran. *deciſ.* 365. *num.* 31. *&* 34. Surd. *deciſ.* 189. *per tot.* Barboſ. *dict.* 297. vide in §. *Tempus num.* . .

51 Dictio, *friuola*, de qua ſæpè fit mentio, ſignificat id quod prodeſſe non poteſt, quaſi ſit infirmum, & fragile, vel nulla fide ſubnixum, quando autem id quod proponitur dicatur friuolum remittitur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbit. caſ.*197. *per tot.*

52 Dictiones, *nuper*, *olim*, *dudum*, licet videantur de præterito, tamen comprehendunt tria tempora, nempè præſens, præteritum, & futurum, *gloſ. in l.* 1. §. 1. *ff. de nou. oper. nunc. cap. olim de off. deleg.* Rebuff. *in prax. part.* 1. *tit. de declarat. non. prouiſ. verſ. Exhibita num.* 4. vide in §. *Tempus num.* . .

53 Dictio, *perindè*, denotat fictionem, *l.* 1. *vbi gloſ. ff. de recep. l.*2. *& l. vlt. ne nat. reſt.*

Et denotat omnimodam iuris ſimilitudinem, Iaſ. *in l. Titia §. fin. ff. de verb. oblig.* Pariſ. *conſil.* 78. *lib.* 4. Rebuff. *in prax. part.* 2. *tit. de ſcript. etiam, & perinde valere num.* 7. *& ſeqq.* vbi etiam *num.* 4. & latiùs *num.* 27. *& ſeqq.* quòd reſpicit actum retrò, & facit illum valere à die primæ gratiæ, ſi nulli fiat præiudicium, alias ſecus, & quando reſpiciat perſonam, tempus, vel actum, ac alia plura de huiuſmodi dictione in reſcripto Papæ appoſita.

Quòd dictio, *perindè ac*, faciat vt quod verè non eſt, habetur tanquam eſſet quoad iuris effectum, Barboſ. *dict.* 252. *num.* 1. Grat. *dict.*164. *num.*1. Altograd. *conſ.* 71. *num.* 29. *lib.* 1.

De dictione, *tanquam*, quod importet maiorem expreſſionem veritatis, licèt aliàs etiam importet ſimilitudinem, *l. ſæpe ff. de verb. ſignif.* Bald. *conſ.*402. *num.* 2. *vol.* 1. Mantic. *de coniect. lib.*3. *tit.*16. *num.*6. Rot. *part.*12. *recent. deciſ.*475. *num.*18.

54 Dictio, *multi*, reddit incertam quantitatem, cùm poſſit verificari in duobus, tribus, vel quatuor, aut etiam pluribus, & ideò eſt omninò ambigua, Grat. *dict.* 127. Barboſ. *dict.* 204. *&* 263. Altograd. *conſ.* 11. *num.*10. *lib.*1.

55 Dictio, *poſtquam*, quando eſt ſignificatiua temporis conditionem importat, cùm æquiparetur dictionibus, *ſi*, *cum*, & *vbi*, eandem conditionem ſignificantibus, ſicut etiam conditionem denotat ordo adiectus per prius, & poſterius, Altograd. *conſ.*46. *n.*2. *& ſeqq. lib.*1. vbi loquitur in diſpoſitione teſtatoris, & oſtendit huiuſmodi conditionem cenſeri datam pro forma, ſpecificè, & non per æquipollens implendam illaque non adimpleta, ſubſtitutionem effici caducam, non tantùm in primo gradu, ſed etiam in alijs gradibus ſequentibus, & vide Barboſ. *dict.*272.

56 Dictio, *vnà cum*, repetit, copulat, & ſimul iungit æqualiter in diſpoſitione nominatos etiam in diuerſis orationibus, & ſtat præcisè pro vnitate, vide Altograd. *conſ.* 54. *num.* 15. *lib.* 1 vbi *num.* 16. 74. 75. 108. 109. 102. *&* benè declarat.

57 Dictio, *immediatè*, omne temporis interuallum excludit, Barboſ. *dict.* 129. Altograd. *conſ.* 22. *num.* 21. *&* 24. *lib.* 2.

Quid importet in materia præcedentiæ, Merlin. *deciſ.* 607. *num.* 1. *&c.*

58 Dictio, *ſæpe*, in duobus verificatur, *ſæpius*, in tribus, *ſæpiſſimè*, in quatuor, & non denotat regulam, ſed potius illam eſſe in contrarium, Rebuff. *in l. ſæpe* 53. *ff. de verb. ſignif.* Altograd. *conſ.* 60. *num.* 64. *lib.* 2. Barboſ. *dict.* 362. vbi quòd arbitrio iudicis relinquitur quot actus requirant huiuſmodi dictiones.

59 Dictio, *cioe*, vel in latino, *ſcilicet*, vel *ideſt*, eſt reſtrictiua generalitatis præcedentis, ſicut dictio, *quelli*, vel *olli*, demonſtrando ad oculum ſupra nominatos, & ad eos diſpoſitionem reſtringendo, Altograd. *conſ.* 82. *num.* 3. *&c. lib.*2.

60 Dictio, *abſque*, eſt negatiua, excluſiua, & ſeparatiua, niſi ei præcedat aliàs negatiua, quia tunc ſtaret incluſiuè, & non excluſiuè, Barboſ. *dict.* 2. *per tot.*

61 Dictio, *fortè*, *forſitan*, *forſan*, *fortaſſe*, vel *fortaſſis*, denotat cauſam impulſiuam, & non finalem, ac interdum etiam ſtat per modum increpandi, & alia de vi, & natura huiuſmodi dictionum, remiſſiuè Tiraquel. *tract. ceſſant. cauſ. limit.*10. *inter reg. diuerſ. fol. mihi* 177.

Quòd vbi reſpicit factum dubitationem præſeferat, nihil certum ponat, & ideò cauſam finalem non inducat, Burat. *deciſ.* 550. *num.* 2. Rot. *part.* 2. *recent. deciſ.* 104. *num.* 1. *& part.*10. *deciſ.*312. *num.*5. *&c.*

62 Dictiones, *propterea*, *propter*, *ob*, *pro*, *ex*, *de*, & ſimiles interdum denotant cauſam remotam, interdum verò proximam, latè Tiraquel. *d. tract. limit.*20. *nu.*24. *& ſeqq. ad* 35. *fol. mihi vt ſupra* 190.

6 Dictio, *poſt*, licet denotet actum immediatum, ſubſequentem, tamen quandoque etiam poteſt referri ad actum mediatum, & prolatam à teſte, pro illum ſaluando à falſitate debet referri etiam ad longum interuallum, Capyc. *deciſ.*37. *num.*2. *&c.*

Quòd dictio, *poſt*, denotet tempus indeterminatum tam reſpectu principij, quàm finis, Dec. *in l. mutuum §. creditum num.*2. *ff. ſi cert. pet.* Ludouiſ. *deciſ.*247. *num.* 14.

Quod importet materia præcedentiæ, Merlin. *deciſ.*607. *num.*2. *&c.*

64 Dictio, *iuxtà*, ſtat ſimilitudinariè, & demonſtratiuè, quando non conſtat de relato, vbi verò de illo conſtat relatiuè, & reſtrictiuè ad illud, Rot. *in Romana quarti dotalis* 20. *Nouembris* 1634. *coram Dunozet. n.*4. *&c.* penes Paul. Zacch. *Quæſt. Medic. legal. tom.*2. *deciſ.*67.

Denotat etiam confines, Ludouiſ. *deciſ.*155. *num.* 1.

De dictione, *verſus*, quod regulariter denotet excluſionem termini, cui adijcitur, Rot. *part.* 5. *recent. deciſ.* 509. *num.*5. *& part.*14. *deciſ.*229. *num.*22. *&c.*

Dictio

65 Dictio, *hactenus*, designat tempus præteritum decursum vsque ad præsens, Caualer. *decis.* 380. *num.* 1.

66 Dictiones, *deinceps*, *postea*, *deinde*, & similes, qualiter importent tempus futurum, Caualer. *decis.* 566. *per tot.*

67 Dictio, *prorsus*, excludit omnia, quæ possent in contrarium excogitari, idem Caualer. *decis.* 569. *n.* 2.

68 Dictio, *eo ipso*, apposita in constitutione annullante, inducit nullitatem ipso iure, Caualer. *dict. decis.* 569. *num.* 3.

69 Dictio, *statim*, non physicè, sed moraliter intelligenda, & importat magnum, vel modicum interuallum arbitrio iudicis secundum subiectam materiam, ac vt plurimum intelligitur de duorum, vel trium dierum spatio, Sperel. *decis.* 38. *num.* 14. vbi de remissione Regularis ad suum Superiorem ab Episcopo facienda.

De dictione, *statim*, vel *confestim*, qualiter possit extendi ad plures menses, & plures annos iuxta subiectam materiam arbitrio iudicis, maximè ad euitandam pœnam, vt in hærede, qui iussus fuerat statim nouitiatum in certa religione erigere, vt intelligatur cum possibili solicitudine post hæreditatem acquisitam, quia cum pecunijs hæreditarijs actus erat explendus, Rot. post Vtceol. *de transact. decis.* 43. *num.* 12. *& decis.* 52. *num.* 3. *in eadem causa*.

Sed si ageretur de remissione Clerici ad Episcopum per iudicem sæcularem facienda non tam laxasset habenas, & nec per momentum retineri posse dixisset, *vt in decis.* 17. *& decis.* 132. *num.* 42. *&c.* Sed pro saluando Sperel. potest considerari differentia capacitatis; & incapacitatis iurisdictionis.

De dictione, *confestim*, vt verificetur in momento temporis, vel quamprimum, vel quandoque plurimum dierum spatio, iuxta subiectam materiam, Petr. Royz. Maur. *decis. Lituan.* 3. *num.* 190. *& seqq.* vbi quando etiam possit extendi ad annos.

70 Dictio, *incontinenti*, quid significet, vide in §. *Incontinenti num...*

Alia vide in §. *Clausula*, & §. *Verbum*, latissimè Tusch. *litt. D. conclus.* 238. *& seqq. vsque ad conclus.* 405. Grat. *in tract. de edict. per tot.* Barbos. *eodem tract. per tot.* in quibus locis enumerantur plurimæ aliæ dictiones, & illarum significationes, Ricc. *in suis Collect. in repert. verb. Dictio*, Arisinin. Tepat. *var. sent. tit.* 347. *per tot.*

71 Dictio, *quatenus*, adiecta verbo futuri temporis importat conditionem, Bart. *in l.* 1. *num.* 20. vbi Castr. Imol. & Soc. *ff. de condit. & demonstrat.* Barbos. *de dict. dict.* 312. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 80. *num.* 13. & 14. vbi de clausula, *quatenus de iure*, vt nihil firmet, sed sub conditione relinquat, & incertitudine denotet, vide in §. *Clausula num.* 89.

Non tamen inducit conditionem vbi non adest necessitas, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 173. *num.* 13. *& part.* 13. *decis.* 364. *num.* 17.

72 Dictio, *ad*, significat propinquitatem, & non intrinsicitatem, Bart. *in l. quidam Hiberus ff. de seruit. vrb. prad. num.* 3.

Denotat exteriotitatem, & non interioritatem, Corn. *cons.* 40. *num.* 16. *vol.* 3. *& cons.* 232. *num.* 19. *vol.* 2. Rot. apud Farinac. *decis.* 509. *num.* 5. *part.* 1. *tom.* 2. Grat. *de dict. dict.* 3. *num.* 1.

Quòd importet vicinitatem, & non intrinsicitatem, Alexan. *consil.* 54. *num.* 8. *& sequentib. lib.* 5. Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 239. vbi qualiter importet etiam conditionem.

Adiecta tamen loco potest etiam includere, iuxta text. *in l. item sic §. qui habet ff. de seruit. rustic. prad.* Oldrad. *consil.* 49. Bertach. *in repert. verb. Ad*, vide Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 238. *& conclus.* 291. *num.* 13. *& seqq. per tot.* vbi quando includat terminum cui apponitur.

73 Dictio, *eo quia*, causam dispositionis pro certo, & constanti importat, *l. demonstratio falsa* 17. §. *quod autem*, vbi Bart. *num.* 6. *& seqq. ff. de condit & demonstrat.* Gramat. *decis.* 59. *num.* 3. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 126. *num.* 3.

74 Dictiones, *quoddam pratensum*, renduntt potius ad negandum, quam ad affirmandum, & ideò adhibitæ in productione scripturarum approbationem non inducunt, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 472. *num.* 14. 15. & 16. vide in §. *Productio*.

75 De alijs dictionibus, & DD. qui Dictionaria, & materiam dictionum scripserunt indicat Com. August. Fontan. *Biblioth. legal. par.* 4. *verb. Dictionarium, &c. fol.* 406. Castelon. *Alphabet. iurid. verb. Dictiones*; & multas dictiones ordine alphabetico indicat, ac in locis indicatis declarat Ioan. Torre *tract. de success. in Maiorat. et Primog. Ital. in Repertorio generali verb. Dictiones varia in fine part.* 3.

§. DIES. XIX.

1 DIei appellatione non facta alia declaratione venit dies naturalis horarum 24. & non venit nox, nisi per fictionem, & comprehensionem, & intelligitur de continuo, non antem de vtili, nisi aliter sit expressum, Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.* 71. *num.* 1. *& seqq.* facit quod dixi in §. *Appellatiua num...* & §. *Tempus num....* Conciol. *ad statut. Eugub. lib.* 6. *Rub.* 49. *num.* 6. *&c.*

2 Dies quando incipiat, & qua hora finiat, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 720. *num.* 21. *& seqq. & cap.* 972. *per tot.* vbi infert ad plura notabilia scitu digna Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.* 2. *art.* 10. *per tot.* Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 407. Scanarol. *de visit. Carcer. lib.* 3. §. 10. *cap.* 12. *num.* 13. *& seqq.* Clar. §. *fin. quæst.* 82. *stat.* 9. *num.* 4. dixi in resol. *cap.* 52. *num.* 14. & in Pract. §. *Notte num.* 2. vbi quòd incipit ab ortu Solis, & durat vsque ad occasum, vel ad albore de mane, vsque ad crepusculos de sero, prout fauorabilius fuerit reo ad euitandam, vel minuendam pœnam, arbitrio iudicis, vide in §. *Statutum augens nu.* 7. Martha *vot. Pis.* 157. *per tot.* vbi quòd post occasum Solis, & 24. horas dicitur nox, & non dies etiam in delictis, Conciol. *verb. nox per tot.* & latè Rot. *part.* 19. *recent. decis.* 98. *per tot.* vbi plura de huiusmodi computatione sumenda à media nocte in collatione beneficiorum.

De pœna euntium de nocte sine lumine vbi viget statutum, Conciol. & Romaguer. *in Addit. ad stat. Eugub. lib.* 4. *rub.* 62. *per tot.*

Qualiter autem prima medietas noctis attribuatur diei antecedenti, & secunda medietas diei subsequenti in materijs beneficialibus, & similibus Ecclesiasticis, ita vt dies incipiat à media nocte præcedente, & duret vsque ad mediam noctem subsequentem, & ita more Romano seruari in omnibus dispositionibus, in quibus ciuiliter agitur, *l. more ff. de fer.* Gratian. *d. cap.* 972. Rot. *part.* 2. *Nouiss. decis.* 244. *num.* 2. Altograd. *cons.* 86. *num.* 2. *&c. lib.* 2. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 10. *tit.* 12. *num.* 43. *et seqq. ad* 54. *fol.* 351. Tusch. *d. concl.* 407. *num.* 6. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 76. *per tot.* vbi ad effectum diuisionis mensium inter Papam, & Episcopum, si mors sequatur in nocte vltima mensis, & quid si horologia variè pulsauerint, nam tunc stari debet numero pluribus ad instar testium.

De hac materia secundum diuersitatem casuum vltra citatos, vide Fermosin. *in cap. quoniam de ferijs quæst.* 1. *per tot.* Mans. *consult.* 120. *num.* 30. *lib.* 2. & Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.* 1. §. 9. *num.* 80.

Quomodo autem tempus mediæ noctis sit sumendum in præceptis Ecclesiasticis, Dian. *part.* 7. *tract.* 10. *resol.* 15.

3 Dies quot requirantur ad constituendum vnum mensem, vel plures, quando de mense, vel mensibus fit mentio, vide Menoch. *de arbitr. cas.* 50. *per tot.* dixi in §. *Appellatiua num...*

4 Dierum festiuorum vbi fit mentio in Breui *extra tempora*, vel in alijs dispositionibus, intelligitur de festiuis sub præcepto, quamuis etiam probabilis sit aliorum opinio tenentium posse intelligi de diebus duplicibus, & festiuis tantum non sub præcepto, sed in ordine ad officia diuina, Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.* 71. *num.* 31.

Dies autem festiui qualiter sint obseruandi, & quando quis possit excusari, Ricc. *Collect.* 3950. *et* 4049. vbi plura vide in §. *Feria, siue festa num.* 6. *et* 7.

5 Dies termini regulariter non computatur in termino, Duen. *reg.* 196. *et* 197. *per tot.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 11. *num.* 17. *et seqq.* Gratian. *discept. forens.*

renſ. cap.161. per tot. vbi infert ad plura, Magon. *deciſ. Flor.8. num.6. & ſeqq. per tot.* Rot. *part.2. Diuerſ. deciſ.75. num.2. &c. ad* 15. Vant. *de nullit. ex defect. iuriſd. n.* 160. Gratian. *deciſ.*124. *per tot.* Tuſch. *litt. D. concl.*409. *per tot.* vbi limitat 15. modis, Fontanel. *deciſ.*408. & 409. *per tot.* Vela *Differt.*18. *per tot. vol.*1.

Quòd in fauorabilibus dies termini computetur in termino, ſi fauor id ſuadet, Gratian. *diſcept.*413. *num.* 18. *&c.*

Sicut etiam dies termini computatur in termino quando iungitur cum tempore, quod eſt de initio actus, vel quando alias ſequeretur abſurdum, vel quando ita eius intereſt, cui terminus eſt ſtatutus, & non reſultat niſi incommodum concedentis, qui debeat apertius legem dicere, latè Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.75. num.2. & ſeqq. ad* 15. vbi propterea concludit, diem præſtiti conſenſus in reſignationibus beneficiorum ex cauſa infirmitatis, computari in termino viginti dierum ſupraiuentiæ neceſſariæ, vide Tiraquel. & Tuſch. *loc. cit.* vbi plures alias addunt limitationes.

6 Dies cęptus quando habeatur pro completo in materia profeſſionis, ſuſceptione ordinum, & ſponſalibus, & quod generaliter in fauorabilibus dies cœptus habeatur pro completo, ſecus in odioſis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*413. *num.*18. *& ſeqq. & cap.*607. *num.*6. 15. *& per tot.* Magon. *deciſ. Flor.*10. *num.*24. *&c.*

Hanc concluſionem brocardicam appellat, & multis modis declarat Rot. *part.2. diuerſ. deciſ.* 75. *num.* 16. *& ſeqq. per tot.* vbi latè probat, vltimam diem cœptam, non haberi pro completa in reſignationibus beneficiorum.

Quòd dies cœptus habeatur pro completo quando non reſtat per eum, qui finire debet, veluti in laboratore conducto ad diem, qui dimiſſus media die, ſalarium, & mercedem totius diei conſequi debet, Nouar. *quæſt. for.* 40. *num.* 9. *tom.*1. Ricc. *Collect.*3442.

7 Dies appoſita executioni, & exercitio obligationis, non alterat principalem actum prius perfectum, nec illum ſuſpendit, vel impedit ipſam obligationem iam natam, ſed ſolum exercitium illius, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*671. *nu.*19. *&c.* vide Coccin. *deciſ.* 272. & 472. vbi an, & quando dies incerta faciat conditionem, vel non.

8 Dies certa non impedit ortum actionis, quia dies non poteſt non venire, vnde debitum ſub die certa, non conditione, ſed mora ſuſpenditur, & ad hæredes tranſmittitur, niſi verſemur in his, quæ ſuapte natura non tranſmittuntur, Duran. *deciſ.* 448. *num.* 15. & *ſeqq. vbi num.* 37. hoc vltimum dictum intelligit quando dies certa fuit adiecta in diſpoſitione hominis gratia differendæ ſolutionis, ſecus autem ſi gratia diuidendæ pro tempore, vt commodius fieri poſſit, quia tunc non impeditur ortus obligationis in principio cuiuslibet anni.

9 Dies incerta habetur pro conditione, ſiue reſpiciat ſubſtantiam, ſiue executionem legati, & an, & quando impediat tranſmiſſionem, Altograd. *conſ.*87. *num.*12. *& ſeqq. & num.*91. *lib.* 2. Coccin. *deciſ.* 272. & 472. vbi benè declarat Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.*436. *num.* 9. *& ſeqq.* vbi quòd in contractibus conditionem non facit, neque in vltimis voluntatibus, quando præcedit debitum, & dies eſt adiecta ſolutioni, Rot. poſt Salgad. *Labyr. credit. deciſ.*14. *num.*3. & 9.

10 Dies appoſita in ſcriptura præcedente, an cenſeatur repetita in ſubſequente, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 294. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. caſ.*64. *per tot.* vbi plures caſus diſtinguit, & benè declarat quando dies per notarium appoſita in vno inſtrumento, cenſeatur repetita, vel non in alijs ſequentibus, vel etiam præcedentibus.

11 Dies regulariter interpellat pro homine, & ideò obligatus ſoluere in certo termino, illo elapſo conſtituitur in mora, *l. magnam C. de contrah. & comit. ſtipul.* exceptis quibuſdam caſibus, in quibus eſt neceſſaria interpellatio, de quibus Gabriel. *comm. concluſ. tit. de ſolut. concluſ.*9. Tuſch. *litt. D. concluſ.*408. *per tot.* vide in §. *Mora per tot.* Socin. *reg.* 90. Theſ. *deciſ.* 212. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 262. *num.*4. *&c. vol.* 1. Ricc. *Collect.*1205.

Quòd in pœnalibus, & ad effectum admittendi ius quæſitum, dies non interpellet pro homine, ſed opus ſit monitione, quicquid ſit ad hoc, vt vſuræ, & intereſſe debeantur, Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus num.* 54. *ff. de verb. oblig. & in l.* 1. §. *Quòd ſi num.* 2. *ff. de penu. legat.* cum alijs per Rot. *part.*17. *recent. deciſ.*44. *num.*11. & 12. *& deciſ.* 56. *num.* 8. *& ſequentib.* vide in §. *Renunciatio num.*40.

Dies ſi allegetur, & deducatur, debet probari nedum in qualitate, ſed etiam in ſubſtantia, & hora ſi fuerit deducta, alias reus abſoluendus eſt, ita vt etiam ipſo inſtante debeat dies exprimi ab accuſatore, intelligendo quando dies apponi debuit, alias ſecus, Bald. *conſil.* 68. *num.*3. *in fine volum.* 3. cum alijs per Maſcard. *de probat. concluſ.* 512. *per tot.* vide in §. *Inquiſitio num.*1. & 2. 12

Dies omnes præſumuntur iuridici, & non feriati, & ideò ferias allegans probare tenetur, Card. Tuſch. *litt. F. concl.*99. Maſcard. *de probat. concl.*765. Ludouiſ. *deciſ.*140. *num.*3. *& ſeqq.* vbi etiam quòd in iſtis multum valeat conſuetudo, quæ poteſt ferias inducere in honorem Dei, & inductas tollere. 13

Dietæ quomodo computandæ pro liquidatione ſalarij debiti officialibus, vel Commiſſarijs cauſarum, tam in acceſſu, quàm in receſſu, & mora in loco, Rouit. *deciſ.*66. quem refert Thoro *compend. deciſ. Neapol. part.* 3. *verb. Dieta*, vbi pro itinere ad rationem viginti milliarium pro quolibet die, & per terram, non per mare, & pro mora computando etiam dies feſtos, & impedimentis caſualis, &c. alios de Dietis tractantes refert Ægid. de Caſteion. *Alphabet. iuridic. verb. Dieta*. Et plura diuerſa de diebus notant idem Caſteion. *verb. Dies*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Bibliothec. Legal. part.* 4. *eodem verb. fol.*408. *&c.* 14

§. DISPENSATIO. XX.

Diſpenſatio contra legis, vel canonis diſpoſitionem, an, & quando, & à quo fieri poſſit ex iuſta cauſa, quæ dicantur iuſtæ cauſæ, an ſit adhibenda cognitio, quando ſit valida tam in foro externo, quàm interno, & alia, vide magiſtraliter Sperel. *deciſ.* 109. *per tot.* Dian. *part.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 31. *cum pluribus ſeqq. & part.*8. *tract.*3. *per tot.* 1

Quòd conceſſa à Pontifice, vel alio Principe ſtatim, ac eſt ſignata ſit valida, & operetur effectum ſuum in foro conſcientiæ, etiam ante litterarum expeditionem, quicquid ſecus ſit in foro exteriori, Dian. *part.* 10. *tract.* 16. *reſol.* 55. facit in §. *Gratia num.* 10. Merlin. *deciſ.*281.

An, & quando poſſit concedi per Epiſcopum, ſiue eius Vicarium, vel Capitulum ſede vacante, contra canones, latiſſimè idem Sperel. *deciſ.* 110. 111. & 112. *per tot.*

Quòd diſpenſatio ſit iuris communis relaxatio cum cauſæ cognitione, ac iuſtam requirat cauſam, & alia, Sanfelic. *deciſ.*380. *in Addit.*

Generaliter autem quod ſit diſpenſatio, quotuplex, à quo concedi poſſit, quomodo, & in quibus caſibus circa ſacramenta Eccleſiæ, & præcipuè Ordinis, & Matrimonij, circa quæ multiplex occurrit diſpenſatio, prout etiam circa beneficia, circa iuramenta, & circa vltimas voluntates, dummodò ſemper concurrat aliqua iuſta cauſa, quæ verſari ſolet circa vtilitatem publicam, vel priuatam, vel circa communem, vel particularem neceſſitatem, vel circa pietatem, vel arbitrio iudicis pro qualitate loci, temporis, perſonarum, & huiuſmodi, latiſſimè videndus Pac. Iordan. *Lucubr. volum.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *per tot. fol.* 146. *& ſeqq. ad* 203. Ricc. *Collect. in repert. verb. Diſpenſat.* Tuſch. *litt. D. concl.*457. *& ſeqq.* Dian. *part.* 1. *tract.* 10. *reſol.*31. *& ſeqq. & part.*8. *tract.*3. *per tot.* vbi centum, & vndecim caſus principaliter, & alios incidenter de hac materia reſoluit.

De diſpenſatione cum Regularibus illegitimis, an poſſit concedi ab eorum Superioribus non ſolum ad Prælaturas inferiores, ſed etiam ad Generalatum, latè Dian. *part.* 10. *tract.* 9. *per tot.* vide in §. *Filij num.*12.

Diſpenſatio quibus caſibus, quoto gradu, & inter quas perſonas ſoleat, vel poſſit concedi per Papam tam 2

in

in matrimonio contrahendo, quàm in indebitè contracto, Parif. *confil.* 68. *lib.* 4. *per tot.* Rom. *confil.* 332. *num.* 13. *& conf.* 307. Bart. *in l. eum qui, alias incipit Paulus ff. de ftat. hom.* Rol. *conf.* 93. *num.* 29. *lib.* 3. Concil. Trident. *feff.* 24. *cap.* 5. latè Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *refolut.* 93. *part.* 7. *tract.* 12. *refol.* 34. & latiùs *part.* 8. *tract.* 1. *refol.* 67. *& feqq.*

Quòd facta ex falfa caufa non valeat, Tufch. *litt. D. conclu f.* 462. Et quando requirat expreffionem caufæ, vel non, idem Tufch. *loc. cit. concl.* 458. *per tot.*

An ceffante caufa ceffet difpenfatio, Dian. *p.* 1. *tract.* 10. *refol.* 41.

Quòd in fecundo, vel primo, & fecundo confanguinitatis, feu affinitatis gradibus non detur difpenfatio, nifi cum perfonis, & ex caufis à Concilio Tridentino permiffis *feff.* 24. *cap.* 5. *de reform. matrim.* vide Bull. Gregor. XIV. fub Calendis Martij 1590. Anno fui Pontificatus primo, Dian. *part.* 4. *tract.* 4. *refolut.* 93. vbi an Papa poffit difpenfare, vt focer ducat nurum fuam in vxorem, & huiufmodi.

Quòd imò Papa poffit non folum validè, fed etiam licitè difpenfare in fecundo affinitatis gradu (& quandoque in primo) etiam inter perfonas nobiles ordinarias, quando iufta fubeft caufa, non obftante dicta difpofitione Concilij, & quare, ac ita feruari, vt patet penes Datariam, probat Dian. *part.* 7. *tract.* 12. *refol.* 34. *per tot.* & de fimilibus cafibus etiam in primo affinitatis gradu, latè idem Dian. *part.* 8. *tract.* 1. *refol.* 67. *& feqq.* vbi etiam de primo confanguinitatis gradu.

Quando poffit difpenfare etiam in fecundo confanguinitatis gradu, Dian. *part.* 8. *tract.* 7. *refolut.* 8. *per tot.*

Et trefdecim caufas difpenfandi in matrimonijs inter perfonas prohibitas vltra, Parif. *d. conf.* 68. *lib.* 4. vbi plenè difcurrit, vide per Quarant. *in fum. Bullar. verb. matrimoniales difpenfationes*, Sanchez *de matrim. lib.* 8. *difput.* 19. Pont. *eod. tract. lib.* 8. Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 2. *lib.* 9. *tit.* 1. *num.* 245. *& feqq. ad* 369. *fol.* 169. *&c.* Dian. *part.* 7. *tract.* 12. *refol.* 34. vbi de neceffitate vitandi fcandali, inimicitias, rixas, & incompetentia dotis, & latiùs idem Dian. *part.* 8. *tract.* 3. *refol.* 93.

Quòd in cognatione fpirituali, quæ contrahitur in baptifmo, confirmatione, & catechifmo numquam legatur ab Ecclefia conceffa difpenfatio, teftatur Dec. *confil.* 462. *num.* 3. *&* 8. vbi citat Abb. *in cap. fin. col.* 2. *de purg. canon.* Felin. *in c. at fi Clerici in princ. ad fin. de iud. & alios.*

Sed in contrarium fupponit Dian. *part.* 8. *tract.* 3. *refolut.* 83.

3 Difpenfatio quoad vnum impedimentum, non porrigitur ad aliud, & quando obtenta fuper vno, valeat non facta mentione de alio, loquendo tam in impedimentis matrimonialibus, quàm irregularitatis, excommunicationibus, & fimilibus, Gratian. *difcept. forenf. cap.* 827. *num.* 8. *&c.* Ricc. *Collect.* 4232.

Quòd difpenfatio fit de fui natura arida, arcta, odiofa, & non extendenda, & quando fecus, Tufch. *litt. D. conclu f.* 463. *& feqq.* Dian. *part.* 8. *tract.* 3. *refol.* 32. *&* 33. *& refol.* 102. Ricc. *Collect.* 3920. *&* 3042.

4 Difpenfatio ad matrimonium contrahendum ne fit fubreptitia, & vt profit, funt narranda omnia impedimenta, quo in gradu confanguinitatis, vel affinitatis, & quod in genere alia adeft affinitas, quia vbi plura funt impedimenta, difficilius concedi folet, ita vt claufula, *non obftante*, vnum tantùm obftaculum, & non plura tollat, Menoch. *de arbitr. caf.* 203. *num.* 12. *&* 13. Ricc. *Collect.* 3235. Dian. *part.* 1. *tract.* 10. *refol.* 39. *& part.* 8. *tract.* 3. *refolut.* 50. 51. *& feqq. & part.* 9. *tract.* 7. *refol.* 36. *&* 37. vbi an fit narranda copula, & alia.

Qualiter interpretanda, & quid operetur, Tufch. *litt. D. concl.* 476. *&* 477.

Quid in dubio fit præfumenda valida, & non fubreptitia, quia etiam caufa expreffa in dubio præfumitur impulfiua tantùm, quicquid alij contra Dian. *part.* 3. *tract.* 6. *refolut.* 9. vbi dicit menti tenendum per Confeffarios ad liberandum pœnitentes à fcrupulis, idem Dian. *part.* 4. *tract.* 3. *refolut.* 45. vbi quòd dubitans an difpenfatio obtenta fit valida poteft illa vti, quia etiam caufa præfumitur impulfiua, & non finalis, *& tract.* 4. *refolut.* 53. vbi plura.

Difpenfatio ad maiora quando extendatur ad minora, & fic an fit licitum argumentum de maiori ad minus in difpenfationibus, quando, & ex quibus inducatur tacita difpenfatio, & alia, Tufch. *litt. D. concl.* 466. *& feqq. per tot.* latè Dian. *part.* 8. *tract.* 3. *refolut.* 41. *per tot. & refolut.* 102. 5

Difpenfatio ex caufa ftudij vt quis non teneatur refidere poteft ab Epifcopo concedi, non tamen comprehendit perceptionem fructuum, nifi fit expreffum, & in omnem cafum operatur tantùm quoad diftributiones de maffa groffa, & non quoad minutas quotidianas, quæ præftantur ratione feruitij perfonalis, Lap. *alleg.* 58. *nu.* 6. Calder. *confil.* 221. *alias* 1. *de Cler. non refid.* Oldrad. *confil.* 230. Tufch. *litt. D. concl.* 473. *&* 474. vide in §. *Abfentia num.* 11. 6

Difpenfatio inter affines, vel confanguineos an fit fubreptitia & nulla, non facta mentione de copula fequuta, Dian. *part.* 1. *tract.* 10. *de legibus refol.* 44. *& part.* 4. *tract.* 4. *refol.* 135. vbi contrarias refert opiniones, & tandem affirmatiuam fequitur propter ftylum Curiæ, qui facit ius in vtroque foro, quicquid prius ipfe dixerit *d. refol.* 44. & iterùm *part.* 5. *tract.* 14. *refol.* 28. affirmatiuam probat, *& part.* 8. *tract.* 3. *refol.* 81. *negatiuam*, Francef. *var. refolut. cap.* 21. *per tot.* 7

Quid autem fi allegata copula non effet vera, idem Dian. *part.* 8. *tract.* 3. *refol.* 65. *per tot. & part.* 10. *tract.* 11. *refol.* 42. 43. *&* 44. vbi plura ad propofitum, *& part.* 11. *tract.* 5. *refol.* 36.

Difpenfatio à voto caftitatis, vel Religionis conceffa à Pontifice ad contrahendum matrimonium, an prima vice extinguatur, ita vt femel contracto matrimonio ex vi dictæ difpenfationis non poffit aliud contrahi fine noua difpenfatione, contrarias opiniones refert, & vtramque fatis probabilem (nifi aliud ex verbis colligatur) putat Dian. *refol. moral. part.* 5. *tract.* 14. *refol.* 30. vide in §. *Clericus num.* 82. *& in* §. *Papa num.* 4. 8

Difpenfatio omnis eft ftricti iuris, & odiofa, ac ideò reftringenda; intelligendo quoad difpenfatum, non quoad eum qui habet facultatem difpenfandi, nec quando per eam reuertimur ad terminos iuris communis, vel conceditur motu proprio, nam his cafibus eft fauorabilis, & latè interpretanda, Rot. *part.* 1. *Nouiff. decif.* 240. 245. *&* 533. Card. Tufch. *litt. D. concl.* 463. *&* 466. Sanfelic. *decif.* 380. *num.* 6. *& feqq. cum Addit. in fine.* 9

Difpenfatio probari debet ab allegante, & difpenfantem habuiffe ius difpenfandi, & quando præfumatur, qualiter poffit teftibus, & inftrumentis probari; quòd de ftylo Romanæ Curiæ non probetur teftibus, fed fcriptura, & alia ad rem, Mafcard. *de probat. concl.* 522. *&* 523. *per tot.* 10

Negatiua autem difpenfationis non obtentæ, non probatur per diligentias factas in regiftris Cancellariæ, cùm potuerit haberi à Legatis, & Nuncijs, Ludouif. *decif.* 353. vide in §. *Negatiua.*

Difpenfatio conceffa in radice matrimonij, illud conualidando vfque ab initio legitimat prolem fufceptam in figura matrimonij, non autem fufceptam ante matrimonium; nec ex fubfequente matrimonio inducitur legitimatio prolis fufceptæ tempore, quo propter aliquod impedimentum non poterat ftare matrimonium, & alia de hac materia latè Gutierez. *de matrim. cap.* 74. Sanchez *eodem tract. lib.* 8. *difput.* 6. *&* 7. Ludouif. *decif.* 19. cum Beltramin. Rot. *part.* 1. *recent. decif.* 455. *& part.* 2. *decif.* 687. vide in §. *Legitimatio num.* 2. *& feqq.* vbi plura de requifitis, & effectibus legitimationis ex fubfecuto matrimonio, Rot. *part.* 17. *recent. decif.* 377. *num.* 56. *& feqq.* vbi quando difpenfatio fuffragetur etiam proli antea conceptæ. 11

Difpenfatio petita ab illegitimitate probat ipfam illegitimitatem, quicquid fecus fit in petente abfolutionem ab excommunicatione, qui ob id non fatetur fe effe excommunicatum, maximè quando petitur ad cautelam, Ludouif. cum Beltramin. *decif.* 331. 12

De difpenfationibus varijs, multa tractant DD. indicati ab Ægid. de Cafteion. *in Alphabet. iuridic. verb. Difpenfatio*, & Com. Augusft. Fontan. *in Bibliothec. legal. part.* 4. *eodem verb. fol.* 420. *&c.* Valer. *de different. vtriufq. for. verb. Difpenfatio per tot.* vbi an, & quando difpenfatio requirat caufam, fiue fiat à Papa, fiue ab inferiore, & quid operetur tam in foro externo, quàm in foro interno, 13

no, & alia plura de varijs diſpenſationibus, vide etiam Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primogen. Ital. part.1. cap.29. & alibi, vt in Indice generali verb. Diſpenſatio, Diſpenſatus*.

14 Diſpenſatio, vel gratia Principis pro vno obſtaculo remouendo, non extenditur ad remotionem alterius, licèt minoris difficultatis, cùm in his materijs non procedat argumenrum de maiori ad minus, Surd. *deciſ.*268. *num.* 20. *& num.*21. Corrad. *in Prax. Diſpenſ. Apoſt. lib.* 1. *cap.* 5. *num.*1. *& ſeqq.* Cyriac. *controu.* 219. *num.* 5. *& ſeqq.* Rot. *part.*19. *recent. deciſ.*18. *nu.*15. *& ſeqq.* cum alijs per Mazzon. *in Bonon. teſtamenti muti, & ſurdi* 21. *Februarij* 1685. apud modernum Iacob. Balduc. in obſeruat. ad conſ. Ramon. *deciſ.* 32. *num.*34.

§. DISPOSITIO. XXI.

1 Diſpoſitio *l. fœmina, Cod. de ſecund. nupt.* per quam coniux tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſeruare filijs primi matrimonij quicquid à primo coniuge ex cauſa lucratiua ad ſe peruenerit etiam mediante ſucceſſione filiorum prædefunctorum ſuſceptorum à primo coniuge, fuit inducta ne peruenire poſſit ad filios ſecundi matrimonij, & nouercam, ſecundum Sarmient. Selec. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 3. vnde videbatur ceſſare, ſi poſtea moriatur ſecundus coniux nullis relictis liberis; Sed contrarium, nempè procedere etiam ſoluto ſecundo matrimonio, & nullis relictis liberis, cùm potiſſima ratio dictæ legis, ſit injuria illata primo coniugi, & filijs ex eo natis, quæ non ceſſat ſoluto ſecundo matrimonio, latè Rot. *in Bononien. ſucceſſionis* 11. *Maij* 1635. coram Motman. *in Nouiſſ. part.* 7. *deciſ.* 45. *per tot. & part.* 6. *deciſ.* 80. *num.* 26. *& per tot.* Franch. *deciſ.* 666. *num.* 1. *& ſeqq. per tot.* Altograd. *conſil.* 49. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 2. Gabriel. *concluſ.* 1. *de ſecund. nupt.* Theſſ. *quæſt. forenſ. cap.* 29. Rot. *in Romana ſucceſſionis* 2. *Decembris* 1639. *&* 15. *Ianuarij* 1642. *coram Dunozet. & in Romana bonorum* 19. *Ianuarij* 1643. *coram Ghiſilerio*, & dixi in meis reſolut. *cap.* 35. *num.* 2. *&c.* vide in §. *Mater num.* 1. *&* §. *Pater num...* *&* §. *Lucrum num.* 12. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 223. *volum.* 1. *& deciſ.* 271. *volum.* 1. vbi plura de pœnis iteratarum nuptiarum, *& deciſ.* 131. *per tot. volum.*3. *& deciſ.* 189. *volum.*5.

2 Diſpoſitio *d. l. fœminæ* procedit tam in patre, quàm in matre ex rationis identitate, Caualer. *deciſ.*50. *num.*5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 140. *num.* 2. Altograd. *dict. conſil.* 49. *num.*1. *&* 2. *lib.* 2. Martha *vot. Piſ.* 92. Rot. *in dict. Bonon. ſucceſſionis num.* 2. & alibi paſſim, Peregrin. *deciſ.*13. *num.* 7. *& ſeqq.* vbi videtur contrarium tenere in patre.

Quid autem ſtante conſenſu mariti prædefuncti, vel filiorum, ſiue illorum tutorum, & alia, Paul. Chriſtin. *d. deciſ.*223. *vol.* 1. *& deciſ.*131. *vol.*3. Merlin. *deciſ.* 534. *num.*13. *&c.*

Quod *d. l. fœminæ* non habet locum in patre, idem Chriſtin. *deciſ.*385. *num.*3. *vol.*1. vbi allegat *l. generaliter* §. *negatur C. de ſecund. nupt. & deciſ.* 128. *num.* 25. *vol.* 3. Fachin. *contr.*64. *lib.*3. ſed non recedas à prima opinione magis communi.

3 Diſpoſitio *d. l. fœminæ* priuat tranſeuntes ad ſecunda vota, etiam legitima illis in bonis filiorum debita, Merlin. *deciſ.* 534. *num.* 6. *&c.* latè declarat Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.*20. *per tot.*

Non tamen procedit quando filij tacitè, vel expreſsè conſentiunt, quia tunc videntur remittere iniuriam ſibi, & parenti prædefuncto illatam, an autem inducatur huiuſmodi tacitus conſenſus per cohabitationem, vide Rot. *in Romana nullitatis contractus* 18. *Aprilis* 1633. coram Dunozet. *in Nouiſſ. part.*6. *deciſ.* 197. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.*241. *ead. part.*6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 140. *num.*30. *& ſeqq. per tot.* Surd. *deciſ.*99. *& deciſ.*100. *per tot.* vbi quòd ſufficiat tacitus conſenſus, etiam ſi agatur de minore, licet ſecus in pupillo.

Sed quod imò non ſufficiat conſenſus, ſed requiratur expreſſa renunciatio *d. l. fœminæ*, latè Rot. *in Caſenaten. Pradij* 12. *Decembris* 1631. coram Merlino *d. part.* 6. *deciſ.*80. *num.*14. *& ſeqq.* & inter impreſſas eiuſdem Merlin. *deciſ.*534. Franch. *deciſ.*632. *num.*4. *& ſeqq.* & alij plures relati in dicta deciſione Merlini.

Et non ſufficere tacitum conſenſum filiorum, ſed expreſſum requirit, Rot. *part.* 6. *Nouiſs. dict. deciſ.*80. *num.*20. *&c. & deciſ.*242. *num.* 15. Sperel. *deciſ.*33. *nu.*16. *&c.* dixi in meis reſolut. *cap.* 35. *num.*13. *& ſeqq. per tot.* & præallegata deciſio Dunozetti non firmat pedes, alij verò loquuntur contra magis communem opinionem, adde Paul. Chriſtin. *deciſ.* 131. *num.* 15. *& ſequent. per tot. volum.*3. Rot. *part.*10. *recent. deciſ.* 326. *num.* 13. *& ſeqq.*

Quòd reſpectu bonorum à patre in filio profectorum, mater tranſiens ad ſecunda vota, non poſſit prætendere legitimam, nec eius ſupplementum, vbi adſunt alij filij ex primo matrimonio ſucceſſibiles, & in aliqua parte agniti, latè Vrceol. *conſult. forenſ. cap.*17. *per tot.* Merlin. *de legit. lib.*4. *tit.*2. *quæſt.* 2. Argel. *de acquir. poſſ. quæſt.* 3. *art.* 17. *num.*945. ſed Merlin. reprobatur à Sperel. *deciſ.*32. *&* 33. *per tot.* quem ſuper hoc articulo conſule Paul. Chriſtin. *deciſ.*189. *num.*15. *&c. vol.* 5. vbi quòd ius legitimæ matri competens ex ſucceſſione liberorum ſuorum prioris matrimonij eſt obnoxium reuerſioni ad alios filios prioris matrimonij per tranſitum ad ſecunda vota, & æqualiter inter illos diuidendum, non attenta matris diſpoſitione, Merlin. *deciſ.* 534. *num.* 6. *& ſeqq. per tot.* Rot. *part.*11. *recent. deciſ.* 20. *per tot.*

Diſpoſitio *d. l. fœminæ C. de ſecund. nupt.* procedit ſolum in bonis immediatè prouenientibus ex ſubſtantia primi coniugis, non autem in illis, quæ filij primi matrimonij conſequuntur ex fratribus prædefunctis, & quæ ipſorum effecta ſunt patrimonium, nam ſi deindè ijdem filij prædecedant matri, debet mater illis habere legitimam, cùm non conſiderentur amplius tanquam ſubſtantia primi mariti, Peregrin. *deciſ.*77. *num.*7. Rot. *in Romana nullitatis contractus* 5. *Decembris* 1633. coram Merlino *in Nouiſ. part.*6. *deciſ.*242. *num.*6. *&c. inter impreſſ. eiuſdem deciſ.*603. *&* 621. Altograd. *conſ.*49. *num.*10. *lib.*2. Franch. *deciſ.*666. *num.*6. *&c.* vide in §. *Legitima num.*8. §. *Mater num.*1. *&* §. *Pater num...* 4

An, & quando matri binubæ debeatur legitima, vel eius ſupplementum in bonis filij, etiam à patre profectis, & contra eius voluntatem, latè videndus Sperel. *deciſ.* 32. 33. *&* 34. *per tot.* vbi reprobat Merlin. *de legit. lib.*4. *tit.*2. *quæſt.* 2. vbi dixi ſupra in fine præcedentis concluſionis, vide Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 20. *per tot.*

Quòd in bonis aduentitijs filij, & ſic aliunde quæſitis, quàm ex ſubſtantia patris, non conſiderentur pœnæ ſecundò nubentium, & ideò in illis mater poſſit pleno iure ſuccedere, etiam ſi tranſierit ad ſecunda vota, ſicque legitimam, vel eius ſupplementum, etiam contra voluntatem filij habere, plenè probat Vrceol. *conſult. forenſ. cap.*17. *num.*20. *& ſeqq. per tot.* vide Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.*20. *per tot.* vbi *num.* 20. qualiter mater poſſit ex voluntate filij plenum ius acquirere etiam in profectitijs, ne ſit deterioris conditionis extraneorum, quibus filius non prohibetur relinquere, per text. *in* §. *hinc nos Auth. de nup.* Fachin. *controu. lib.* 3. *cap.* 63. cum ſequitur Rot. *loc. cit.*

Et idem eſſe in bonis emptis ex fructibus paternæ ſubſtantiæ, vel vxori donatis contemplatione viri, vt ad matrem pleno iure pertineant, Franch. *deciſ.* 18. *per tot. &* 666. *num.*8.

Quòd vxori donata contemplatione primi viri, non ſubiaceant diſpoſitioni *d. l. fœminæ*, videtur latiùs tenere idem Franch. *deciſ.*595. *per tot.* facit quod dixi in §. *Donatio num...*

Diſpoſitio *d. l. fœminæ*, & eius pœna, non habet locum contra minorem 25. annis inſpecto iure communi, inſpecto verò Statuto Florentino, cuius vigore ætas 18. annorum reputatur plena, & perfecta, non habere locum contra minorem 18. annorum, ſed benè contra maiorem 18. annorum licet minorem 25. annis. Pariter non procedit, quando ſit tranſitus ad ſecunda vota de conſenſu coniugis legantis in caſu ſecundarum nuptiarum, niſi teſtamentum fuerit reuocatum, Ger. Spin. *conſ.* 2. *per tot.* vide in §. *Mater num.... &* §. *Mulier num...* 5

Quòd tamen ad legatum in caſu ſecundarum nuptiarum, an præiudicet filijs, quorum fauore eſt inductum beneficium *d. l.* vide in meis reſol. *cap.*35. *num.*14. *& ſeqq. per tot.*

Et

Et quoad vtrumque, scilicet minorem ætatem, & legatum, Franch. *decis.* 632. *num.* 2. *&c.* Sperel. *decis.* 33. *n.* 16. *& seqq.* vbi quoad minorem, contrarium firmat, & verius esse ostendit, licet prima opinio videatur magis communis.

Quòd etiam Princeps possit dispensare, vt quis contrahat secundas nuptias absque aliqua pœna, Altograd. *cons.* 49. *num.* 30. *& seqq. lib.* 2. vide in §. *Princeps num...*

6 Dispositio *d. l. fœmina*, non procedit quoad legata remuneratoria, & in recompensationem nobilitatis, vel iuuentutis facta, vel propter seruitia, ad quæ vxor non tenebatur ex maritali affectione, cùm ista dicantur obuenire titulo oneroso, & non lucratiuo, Franch. *decis.* 428. vbi fuit decisum ad fauorem filiorum primi matrimonij, quia seruitia erant maritalia, & ad colorandum legatum expressa, idem Franch. *decis.* 632. *num.* 1. vbi loquitur in donatione, & in fine dicit, quod *d. l. fœmina*, est adeò æqua, vt non sit de facili corrigenda, nec pro correcta habenda à iure municipali, Peregrin. *decis.* 109. *num.* 13. vbi quòd non procedit quoad legata ex causa meritorum, vel cum facultate liberè disponendi, quia tunc secundum aliquos potest mulier disponere in secundum virum, & filios secundi matrimonij in præiudicium filiorum primi matrimonij, quod tamen vltimum non approbat.

7 Dispositio *d. l. fœmina*, non procedit, vbi mortui sunt omnes filij ante matrem, vel patrem, etiam post transitum ad secunda vota, quia *d. l.* locum habet reuocabiliter, & non irreuocabiliter, vnde licet parentes per transitum ad secunda vota filijs tunc existentibus, efficiantur vsusfructuarij relictorum à coniuge præmortuo, salua proprietate dictis filijs, tamen si tempore, quo moritur coniux, qui transiuit ad secunda vota, erant omnes dicti filij præmortui, proprietas prædicta intelligitur ad dictum coniugem reuersa, & ad eius hæredes spectat, non autem ad hæredes dictorum filiorum prædefunctorum, nec ad illorum substitutos, Franch. *decis.* 655. *per tot.* vbi refert alios contrarium tenentes, sed hanc esse meram veritatem, & sic fuisse iudicatum, vide Sperel. *decis.* 33. *num.* 11. *& seqq.* vbi quid si aliqui filij extent, sed sint à fratre præmortuo præteriti, & alia ad hoc propositum, Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 72. *num.* 6. vbi tamen loquitur in casu, quo filij prioris matrimonij decesserint ante transitum ad secunda vota; sed non contrariatur prædictæ opinioni, & dixi in meis resolut. *cap.* 35. *num.* 5. vbi citaui Onor. *Instit. de hæred. ab intest. de secundo ord. succed. num.* 32. Gratian. *discept. forens. cap.* 140. *num.* 23. Paul. Christin. *decis.* 131. *per tot. volum.* 3. vbi etiam an dictæ pœnæ locum habeant in vidua luxuriosè viuente, dixi in §. *Vidua num...*

Alia vide in §. *Mater num.* 1. *&* §. *Pater num.* 43. *& seqq.* §. *Pœna num.* 1. & in d. resol. *d. cap.* 35. *per tot.*

Quid si coniuges se contineant in viduitate, an pleno iure lucrentur sibi adinuicem donata, vel teneantur illa filijs reseruare, vide Salic. *in l. si quis prioris* §. *certum n.* 4. *Cod. de secund. nupt.* Rom. *cons.* 405. *num.* 5. Alex. *consil.* 162. *num.* 3. *lib.* 6. Crauet. *consil.* 56. *num.* 30. Surd. *consil.* 164. *num.* 22. Peregrin. *decis.* 114. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 85. *num.* 6. *& seqq. per tot.* dixi in §. *Maritus num.* 27. Rot. *d. part.* 14. *decis.* 155. *in eadem causa*, vbi fuit confirmata prima decisio.

8 Dispositio *l. hac edictali C. de secund. nupt.* inducit, quod coniux transiens ad secunda vota, non possit aliquo titulo in secundũ coniugem transferre plusquam relinquat cuilibet ex filijs primi matrimonij, & quod vltra reliquerit, non valeat, sed reuocari possit per dictos filios primi matrimonij, deducendo prius illorum integram legitimam, & residuum inter eosdem filios, & vitricum æqualiter diuidendo, nisi *d. l.* fuerit derogatum per statutum, Rol. *de dot. quæst.* 26. *&* 27. Michalor. *de fratr. p.* 3. *cap.* 13. *num.* 93. *&c.* Gratian. *discept. forens. cap.* 197. 300. *& cap.* 463. *per tot.* vide in §. *Mulier num...* *&* §. *Diuisio num.* 15. & in resol. *cap.* 46. *num.* 2. *&c.* latè Tusch. *litt. F. conclus.* 372. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 271. *vol.* 1. *& decis.* 131. *num.* 17. *& seqq. vol.* 3. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 66. *& decis.* 406. *per tot.* vbi plura ad intelligentiam *d. l. & part.* 10. *decis.* 326. *per tot. & part.* 11. *decis.* 117. *per tot.* vbi benè declarat, in terminis Statutorum Bononiæ, & quod aufertur à vitrico, siue Nouerca vigore *d. l.* totum defertur filijs, vel nepotibus primi matrimonij, & nihil ad filios secundi.

De materia *l. hac edictali*, latè Caluin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 123. *&* 124. Bich. *decis.* 357. 460. 554. *&* 595. vbi in terminis Statuti Bononiæ.

Plura ad exclusionem fraudis *dicta l.* ad sustinendam dispositionem factam fauore filiorum natorum ex secundo matrimonio, salua portione de iure naturæ debita primis, simulque ad sustinendam transactionem inter filios primi matrimonij, & vitricum super dependentibus à dispositione *dict. l. hac edictali*, secluso errore ob expressam renunciationem *dict. leg. factam*, & enormissima læsione ex facto, Rot. *part.* 18. *recent. decis.* 731. *per tot.*

Vbi de dispositione *l. hac edictali C. de secund. nupt.* adde latè Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 4. *per tot. fol.* 196. *&c. & part.* 5. *per tot.*

De dispositione *l. fœmina Cod. de secund. nupt.* latè Ant. Gob. *Consult.* 64. *&* 65. *per tot.*

Non tamen *d. l.* potest per pactum derogari, sed tantùm per statutum espressè, vel tacitè ex mente statuentium, & per verborum incompatibilitatem, Rol. *de dot. quæst.* 24. *&* 25. Gratian. *dict. cap.* 300. *num.* 22. *& cap.* 463. *n.* 3. Altograd. *consil.* 33. *num.* 24. *& seqq. lib.* 2. Vrceol. *Consult. for. cap.* 18. *num.* 9. *&* 10. Merlin. *decis.* 38. *num.* 3. *&c.* Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 311. *num.* 25. *& seqq.* vbi in terminis Statutorum Bononiæ, *& part.* 13. *decis.* 428. *n.* 14. *& seqq.* facit Sanfelic. *decis.* 353. Ludouis. cum Beltram. *decis.* 173.

An autem possit donare vel alias relinquere filijs secundi matrimonij in præiudicium filiorum primi, & in fraudem dictæ legis, plenè Thess. *decis.* 170. Ludouis. cum Beltram. *decis.* 173. Franch. *decis.* 435. *& decis.* 583. *per tot.* & omninò Rot. pluribus alijs copiosè citatis *part.* 10. *recent. decis.* 305. *per tot.* vbi quòd non, si donatio, vel institutio, siue alia dispositio facta fauore filiorum secundi matrimonij detegatur facta contemplatione, & intuitu secundi viri, & ex quibus coniecturis arguatur huiusmodi contemplatio secundi viri, an ex acquisitione vsusfructus, vel alijs commodis ei, & suis successoribus resultantibus, & similibus ad detegendam fraudem, & annullandam dispositionem confirmando aliam decisionem antea in eadem causa emanatam, de qua *part.* 9. *recent. decis.* 406. *n.* 18. *& seqq.* & rursus eadem Rot. *d. part.* 10. *decis.* 326. *num.* 4. *& seqq.* vbi etiam quod tale ius competens filijs primi matrimonij, competit etiam nepotibus, & pronepotibus, vel transmittitur cum declarationibus, de quibus ibidem *num.* 7. *&* 8. *& part.* 11. *decis.* 117. *per tot. & part.* 12. *decis.* 525. *num.* 7. *& seqq.* Cessante autem dicta fraude valere dispositionem ad fauorem filiorum nasciturorum ex secundo matrimonio etiam viro stipulante pro eis, vide Sanfelic. *decis.* 353. *num.* 35. *&* 36. vbi alios allegat. Sed contra Addit.

Quòd dispositio dictæ legis procedat ad fauorem filij primi matrimonij, etiam si sit monachus professus in monasterio bonorum capace saltem in communi, donec ipse viuit, illo autem mortuo, monasterium non habetur loco filij ad impediendam nubentis dispositionem, Peregrin. *decis.* 73. *num.* 7. vbi allegat Bald. & Beltrand. *in d. l. hac edictali.*

Quòd relictum secundo coniugi vltra modum præscriptum per *d. l. hac edictali*, possit vna cum fructibus per filios primi matrimonij vindicari, Surd. *decis.* 171. *per tot.* vide Rot. *in Bononien. successionis* 15. *Martij* 1647. *coram Bichio*, penes Vrceol. *consult. for. cap.* 18. *num.* 25. *&c.* vbi quòd idem est in nepotibus ex filio, vel filia prædefuncta (de fructibus tamen non loquitur) ita vt quilibet ex nepotibus habere debeat quantum secundus vir, quia (nisi concurrant cum patruis) tanquam obtinentes primum locum succedunt ex propria persona in capita, & non in stirpes, detracta etiam prius legitima, quæ tanquam distincta, & diuerso iure debita, & non confunditur cum portione proueniente vigore *dict. leg. hac edictali*, Altograd. *consil.* 34. *num.* 10. *& seqq. lib.* 2. Vrceol. *dict. cap.* 18. *per tot.* vbi intelligit respectu legitimæ filiorum, secus autem respectu legitimæ matri debitæ, vide eum, & qualiter sit facienda diuisio inter filios vtriusque matrimonij, dixi in §. *Diuisio num.* 15. & in resolut. *cap.* 46. *per tot.* plenè Merlin. *decis.* 828. *per tot. & decis.* 853. *per tot.* Rot. *in d. Bonon. Successionis* 15. *Iunij* 1648. *coram Bichio*,

vbi

vbi plenè de ſtatuto Bononiæ an deroget diſpoſitioni *d. l.* & habetur penes Vrceol. *in Append. ad d. cap.* 18. *in fine* 2. *vol. fol.* 15. & rurſus in terminis ſtatutorum Bononiæ Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 117. *per tot.* vbi benè prædicta omnia declarat circa diuiſionem, & deductionem legitimæ.

Quòd debeat prius ex omnibus bonis maternis legitima detrahi, habito reſpectu ad numerum filiorum ex vtroque matrimonio ſuſceptorum, & inter illos æqualiter diuidi, & alia ad propoſitum in terminis ſtatuti Rauennatenſis *lib.* 3. *cap.* 5. quod in parte derogat diſpoſitioni *d. l. hac edictali*, & in parte non, Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 225.

Quòd teſtamentum à matre factum contra diſpoſitionem *d. l. hac edictali*, ſit nullum, & ſucceſſio fiat ab inteſtato ſecundum ſtatuta loci, vel iuris diſpoſitionem; neque ſit detrahenda legitima pro filijs primi matrimonij, quando lucrum dotis non defertur marito, ſed filijs, quia tunc ceſſat ratio dictæ legis; & ſic licitum matri, relicta legitima filijs totum reſiduum ſui patrimonij extraneo relinquere, non autem ſecundo marito, vel filijs eius, quia in extraneo ceſſat præſumptio fraudis, quæ militat in ſecundo marito, & eius filijs, ac alia ad rem, Marta *vot. Piſ.* 67. *per tot.* Ludouiſ. *dec.* 173. vbi quando poſſit relinqui filijs ſecundi matrimonij.

9 Diſpoſitio *d. l. hac edictali*, quamuis, vt prædixi poſſit per ſtatutum tolli, & derogari, non tamen in dubio cenſetur illi derogatum, ſi ſtatutum concedat lucrum dotis viro ſimpliciter, nulla facta mentione filiorum primi matrimonij, nam non videtur illis præiudicare quoad portionem ſibi vigore *d. l. debitam*, Altograd. *conſ.* 33. *num.* 27. *lib.* 2. vide latè Rot. *in d. Bonon. ſucceſſionis* 15. *Iunij* 1648. *per tot. & in Romana ſucceſſionis* 14. *Iunij* 1647. *coram Corrado per tot. quæ eſt in Append. par.* 11. *rec. dec.* 368.

An cenſeatur dictæ legi derogatum per ſtatutum, *quod vxore præmoriente ſine liberis, vir lucretur dotem*, ſi reliquerit liberos ex primo matrimonio, & non ex ſecundo, vide Rol. *q.* 26. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 463. *n.* 13. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.* 33. *num.* 15. *lib.* 2. dixi in §. *Statutum de lucro num.* 8. vbi quod non, vide Rot. *par.* 11. *rec. in Appendice deciſ.* 368. *num.* 24. *&c. part.* 14. *dec.* 467. *n.* 11. *&* 12.

Stante verò pacto de dote lucranda cum secundo viro, vel statuto simpliciter deferente lucrum secundo viro absque vlla conditione, si sine filijs, & sic non derogante dispositioni l. hac edictali C. de secund. nupt. iuxta ea, quæ dixi in §. Dispositio num. 8. &c. tunc debet ante omnia deduci legitima pro filijs primi (vel vtriusque matrimonij, si ex vtroque extent) & reliquum diuidi in capita cum filijs primi, & secundo marito iuxta formam d. l. hac edictali C. de secund. nupt. Rol. de dot. q. 27. per tot. Crauett. cons. 194. Gratian. discept. forens. cap. 463. per tot. Thess. decis. 184. Altograd. cons. 34. n. 10. & seqq. lib. 2. dixi in resol. d. cap. 46. n. 9. & 10. & in §. Statutum de lucro n. 6. Merlin. decis. 38. per tot. & dec. 828. per tot. Rot. in Bonon. successionis 15. Iunij 1648. coram Bichio, habetur penes Vrceol. in Append. ad c. 18. in fine 2. vol. fol. 15. Rot. par. 9. rec. decis. 406. per tot. & par. 11. dec. 117. per tot. vbi benè declarat, & par. 12. dec. 225. per tot. Matta vot. Pis. 67. n. 22. & seqq. vbi quòd quando lucrum non est delatum marito, sed filijs, non fit detractio legitimæ, sed diuisio iuxta statuti dispositionem.

Si tamen mater fecisset testamentum, æqualiter instituendo filios primi matrimonij, & secundum maritum, concurrente etiam statuto de lucranda æqualiter dote inter secundum virum, & filios primi matrimonij, non esset quærendum de detractione legitimæ filiorum primi matrimonij, sed omnia essent æqualiter diuidenda, quasi tunc non videatur mulier blanditijs viri allecta, sed vt se conformaret cum statuto disposuisse, Bursatt. cons. 211. & 212. lib. 2. Thess. dec. 184. num. 10. Gratian. discept. 300. num. 37. &c. vbi num. 39. dicit hoc verius esse etiam cessante statuto, & attenta sola dispositione iuris communis, vt stante dicta æquali institutione, non sit quærendum de deductione legitimæ, & hanc opinionem pluribus citatis videtur approbasse Rot. part. 9. recent. decis. 406. n. 7. & seqq. vbi tamen in principio firmauit prius esse deducendam legitimam.

Contrarium autem cessante statuto, ne sit in facultate matris priuandi hoc modo filios primi matrimonij illorum legitima, & sic non obstante matris dispositione æqualiter tractante filios primi matrimonij, & secundum maritum, ne eludatur dispositio d. l. hac edictali, successionem esse ad illius terminos reducendam, tenet Rot. in Bonon. successionis 15. Martij 1647. coram Bichio, vbi concordantes decisiones allegantur, & habetur penes Vrceol. consult. forens. c. 18. n. 25. & seqq. & hanc partem plenè probat etiam Merlin. dec. 828. per tot. vbi quod contraria opinio potest procedere detracta prius legitima pro filijs primi matrimonij, vel quando per statutum esset derogatum dispositioni d. l. hac edictali, & non aliter, idem Merlin. in eadem causa dec. 853. per tot. Rot. in Bonon. successionis 15. Iunij 1648. coram Bichio post Vrceol. in Append. ad d. cap. 18. vol. 2. fol. 15. Rot. part. 9. recent. decis. 66. num. 1. &c. & par. 12. dec. 225. per tot.

Quando igitur essemus extra terminos d. l. hac edictali, vt quia statutum illi derogasset, vel non ageretur cum vitrico, sed inter ipsos filios prioris, & secundi matrimonij, etiam superstite vitrico, sed ad lucrum non vocato vigore pacti, neque statuti loquentis in casu decedentiæ vxoris, sine filijs, quod non habet locum ipsa decedente, cum filijs, vt supra dicebam, successio, & diuisio dotis maternæ esset facienda ad formam huiusmodi statuti derogantis d. l. hac edictali, vel ad formam iuris communis, secundum quod æqualiter succedunt filij prioris, & secundi matrimonij matri intestatæ defunctæ, saluis vnicuique lucris ea proprio matrimonio prouenientibus per text. in §. Nec illud quoque Auth. de nupt. & §. fin. eod. tit. per tot. cum alijs allegatis supra in vers. Quod filij primi, &c. quibus adde Mattam vot. Pis. 67. n. 22. & seqq. vbi in terminis statuti Pisani deferentis lucrum filijs, & non marito, vt iuxta illius dispositionem fiat diuisio, non detracta legitima filiorum primi matrimonij, quia huiusmodi detractio fit tantùm quando est contemplata persona patris, cui lucrum acquiritur, & non filiorum, vt in casu dicti statuti.

Si verò mater testata fuerit, potest illos inæqualiter tractare, dummodò vtrisque legitimam portionem relinquat d. §. fin. Auth. de nupt. facit Franch. decis. 607. per tot. vide latè Vrceol. Consult. forens. cap. 67. per tot. vol. 2. vbi quòd mater potest testari, & inæqualiter illos tractare salua legitima, non obstante statuto iubente dotem remanere, vel reseruare filijs, vel quod filij in ea æqualiter succedant, quia intelligitur ab intestato, & non priuat matrem facultate testandi, nisi vtatur verbis directis, & necessitatem importantibus ad tradita per Beltram. in addit. ad Gregor. decis. 398. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. quæst. 3. num. 4. vide in §. Statutum de lucro num. 22. Rot. part. 9. recent. decis. 66. num. 7. & seqq. & decis. 406. n. 18. &c. vbi declarat dictam conclusionem procedere, nisi dispositio inæqualis fiat contemplatione parentis superstitis, quia tunc est ad æqualitatem reducenda, de quo latius part. 10. decis. 305. per tot. vide in §. Dispositio n. 8.

Diuisio feudi semel facta, & diù obseruata, quando pro 16
bono pacis possit retractari, & ex integro reuideri, Crauett. cons. 264. & dixi in §. Iurisdictio n...

Diuisio oblationum qualiter sit facienda inter Archi- 17
presbyterum, & Sacristam, stante consuetudine quod oblationes Dominicales spectent ad Archipresbyterum, illæ verò quæ fiunt in festo Sancti, puta Laurentij ad sacristam, quando contingit dictum festum venire in die Dominico, vel in similibus casibus, Gratian. discept. forens. cap. 802. per tot.

Diuisio rei communis obligatæ alicui per vnum ex so- 18
cijs ante diuisionem, an, & quando præiudicet creditori, vel non, dixi in §. Hypotheca num. 51. Rot. part. 13. recent. decis. 505. num. 10. & in resol. cap. 31. num. 25. & 26. Ricc. Collect. decis. 152. n. 8. vol. 4. vbi quod hypotheca intelligitur constituta in ea parte tantùm, quæ et in diuisione obuenit, & ita fuisse iudicatum aduersus dispositionem iuris communis, vide in §. Executio num. 7. Rot. part. 16. recent. decis. 320. num. 19. & seqq. & part. 17. decis. 58. per tot. vbi benè distinguit, quòd si agatur de re sociali per socium obligata, diuisio non præiudicet creditori, qui rem socialem habet in totum obligatam ab eo, qui in totum poterat obligare; secus verò si agatur de particulari obligatione facta extra causam societatis ab vno ea possidentibus, siue condominis pro indiuiso, cuius debita sic contracta, facta diuisione, propria prout ante diuisionem erant, remanent, quia partem alterius non poterat obligare, & Catena resol. 145. per tot.

Quod diuisio debiti facta inter plures debitores, non præiudicet creditori, Rot. part. 2. recent. decis. 460. num. 1. decis. 560. num. 3. & part. 9. decis. 211. num. 6. & part. 10. decis. 95. num. 5. & decis. 201. n. 5. &c.

Quòd diuisio bonorum sit compatibilis cum reseruatione hypothecæ, cui non censetur renunciatum, nisi exprimatur, quia in præiuditialibus consensus non extenditur de casu ad casum, Rot. part. 14. recent. decis. 309. num. 1. & seqq.

Diuisio fructuum pendentium tempore mortis vasalli, 19
emphyteutæ, vel tempore retractus, & in similibus casibus, an, & quomodo sit facienda inter hæredes vasalli, & emphyteutæ, & dominum directum, vel inter retrahentem, & venditorem, & in similibus dixi in §. Fructus n... & in resol. cap. 13. per tot.

Diuisione domus, vel fundi facta, an possit vnus ex socijs 20
per partem alterius transire prout ante diuisionem, & quid in venditione, dixi in meis resol. cap. 14. n. 5. & seqq. per tot. & in Pract. §. Vendere n. 41. & in hoc Opere §. Seruitus n... & §. Venditio n...

Quòd à peritis diuidentibus possit seruitus imponi in ipsa diuisione, vel incontinenti, secus autem ex interuallo, Rot. par. 10. rec. dec. 284. n. 10. & seqq.

Diuisio debiti an, & quando inducatur, vel non, si credi- 21
tor habens plures debitores sibi in solidum obligatos recipiat ab vno illorum partem illi præcisè tangentem, vide DD. citatos in §. Creditor n. 50. Ricc. Collect. 1053. & 3288. Ludouis. decis. 302. n. 7. & seqq. vbi quòd ad inducendam dictam diuisionem præiudicialem obligatione solidi requiritur, vt solutio punctualiter correspondeat ratæ soluentis, & expressè dici quod petitur, aut soluitur pro rata, & portione sua.

Diuisio bonorum facta inter fratres post mortem 22
patris, an probet bona diuisa fuisse paterna, maximè si modicum tempus intercesserit inter mortem patris, & diuisionem, ad effectum vt cadant sub fideicommisso, & dicatur illorum identitas probata, Marzar. de fideicomm.

quæst. 59. Surd. decis. 15. num. 10. & decis. 339. num. 19. Peregrin. de fideicomm. art. 44. Fusar. de substit. q. 618. Merlin. dec. 383. & 396. vide in §. Acquisita n. 5. Rot. par. 9. rec. dec. 484. n. 1.

Qualiter diuisio probet possessionem inter ipsos diuidentes, & causam ab eis habentes, l. magis puto §. fin. ff. de reb. cor. Coccin. decis. 120. num. 2. Seraph. decis. 553. n. 3. Merlin. dec. 405. n. 2. Vrceol. Consult. for. cap. 92. num. 20. &c. vol. 2.

23 Diuisio peti potest ab vsufructuario, qui immissionem, vel manutentionem obtinuit pro indiuiso cum proprietario, sicut etiam à quolibet alio compossessore, vel creditore hypothecario simul, & pro indiuiso cum alijs possidente, vel aliter commune ius habente in re diuisibili, ex eo quia nemo inuitus cogitur stare in communione propter discordias inde resultantes, etiam si adesset pactum de nunquam diuidendo, quia non valet tanquam impediens liberum arbitrium, vt latè comprobat, & exornat Vrceol. Consult. for. c. 72. per tot. vol. 2. facit quod dixi in §. Testator n. 12. & §. Pactum n. 11.

24 Diuisio an sit facienda in stirpes, vel in capita inter fratrum filios, siue agatur de hæreditate aui, siue patrui, dixi latè, & distinctè in §. Repræsentatio n. 1. & seqq. Rot. part. 13. rec. dec. 78. & 135. per tot. & dec. 465. vbi in donatione, & qualiter postea fiat subdiuisio in capita inter ipsos descendentes vtriusque stirpis.

25 Diuisio parochiarum, stante iure coæquali vtriusque Parochi pro indiuiso curam animarum exercentium, debet fieri coæqualis in numero familiarum, & idem in diuisione Episcopatus, factis partibus ab antiquiore Ordinario, & facultate eligendi alteri attributa; non admissa etiam compensatione in pecunia, cùm prærogatiua, & iurisdictio vti pretio inæstimabilis compensationem in quantitate difficulter admittat; & non attentis sepulturis in altera Ecclesia existentibus, cùm adhuc possint illarum domini in eis sepeliri, canonica portione parochiali Ecclesiæ iuxta loci consuetudinem persoluta c. 1. de paroch. cum ibi notatis per DD. Concil. Trident. sess. 24. c. 13. ad finem de reformat. & Rot. par. 13. rec. dec. 313. per tot.

Si tamen constiterit vnam Parochiam esse Matricem, alteram verò filialem, & coadiutricem, tunc matrix debet in aliquo Ecclesiæ filiali præualere, & consequenter maiorem numerum familiarum habere; ex quibus autem cognoscatur matrix Ecclesia, & alia ad hoc propositum in eadem causa recedendo a prius decisis ex facto melius dilucidato, eadem Rot. d. part. 13. dec. 397. per tot.

26 Diuisio Territorij, & Diœcesis cum vniuersali Iurisdictione non potest fieri ab Inferiore Papæ, cùm solus Papa possit territorium separatum concedere cum vniuersali iurisdictione, quicquid sit si Prælatus inferior haberet iurisdictionem sub Episcopo, Abb. in c. cum contingat n. 18. de for. compet. Buratt. dec. 912. n. 1. cum Annot. n. 11. & 14. Rot. part. 13. recent. dec. 440. num. 6. & seqq. & part. 14. decis. 99.

27 Aliqua de diuisionibus diuersis notat Thoro Compend. decis. Neap. part. 1. 2. & 3. in verb. Diuisio, & plura DD. citati ab Ægid. de Castejon. in Alphabet. iurid. verb. communi diuidundo, & à Com. August. Fontana in Biblioth. leg. part. 4. verb. Diuisio fol. 426. &c. Io. Torre in Repertor. general. part. 3. tract. de success. in Maiorat. & Primog. Ital. verb. Diuisio, Cyriac. contr. in pluribus locis indicatis in verb. Diuisio.

28 Diuisio si non appareat, & vnus ex hæredibus rem aliquam hereditariam quasi diuisam longo tempore possideat, facta in dubio censetur, vbi de mala fide non constat, etiam si magna adsit inæqualitas, quia diutina possessio habet præsumptionem, quòd omnia sint solemniter facta, vt benè probat, & declarat Vela dissert. 48. num. 31. & seqq. & num. 73. vers. præterea; vbi plura de Maioratus institutione, successione, & præscriptione, ac de ista conclusione Cyriac. contr. 650. per tot.

§. DIVITIÆ. XXIII.

Diues quis dicitur non tantùm ex patrimonio, sed 1
etiam ex fide, & bonis moribus, l. si quis stipulatus §. fin. ff. de verb. oblig. l. scire oportet §. fin. de tut. & curat. dat. ab his, & in §. fin. Instit. de suspect. tut. & curat.

Et quisnam dicatur pauper, vel diues remittitur arbitrio iudicis, latè Menoch. de arbit. cas. 65. per tot. & de præsump. lib. 6. præsumpt. 25. per tot. & dixi in §. Pauper n. ..

Quod diuites, atque locupletes præsumantur homines fieri in dies, & sic acquirere, probat idem Menoch. lib. 6. præsumpt. 28. per tot.

Diuitiæ tamen acquiruntur cum labore, possidentur cum timore, & amittuntur cum dolore.

Sed diuitiæ si affluant, nolite cor apponere; quia væ diuitibus, qui possident cum affectu, & ex diuitijs capiunt consolationes suas malas, sunt enim bona indifferentia, sed mala fiunt ex inordinaro affectu.

Diuitiæ non tribuunt dignitatem, neque nobilitatem, 2
sed benè conseruant, cùm nobilitas sine diuitijs sordescat; qualiter sint cumulandæ filijs sine auaritia, non autem dimittendæ nisi fieret religionis zelo, sicut etiam interest Principis, & Reipublicæ diuites habere subditos, Tusch. litt. D. concl. 544. & seqq.

Diuitiæ non præsumuntur, sed potius paupertas, cùm 3
omnes in hoc mundo nascamur nudi, semel tamen diues, vel soluendo præsumitur durare, & potius ditari in futurum, non autem in præteritum præsumitur diues, Tusch. litt. D. concl. 547. Mascard. de probat. concl. 525. vide in §. Paupertas.

Diuites an teneantur ex bonis superfluis facere eleemo- 4
synam in communibus pauperum necessitatibus, sicut tenentur in extremis, & grauibus particularibus, multi affirmant, & multi negant, ita vt vtraque opinio sit valdè probabilis, sed probabilior negatiua, & licet affirmatiua esset vera, in praxi in laicis non datur superfluum statui suo, cùm possint seruare ad augendum statum suum, vel consanguineorum, Dian. part. 2. tract. 15. resol. 32. & tract. 16. resol. 28. vbi tenet esse excusandos à peccato mortali non dando eleemosynam, etiam in necessitate graui pauperum, imò in extrema cum diminutione proprij status, esse tamen monendos vt eleemosynam abundè pauperibus erogent, & latiùs idem comprobat part. 4. tract. 4. resol. 215. intelligendo tamen quoad laicos, & sæculares, secus autem quoad Ecclesiasticos, vt dixi in §. Clericus n. 40. De prædictis omnibus, & alijs pluribus casibus particularibus, atque notabilibus de hac materia eleemosynæ quando, & quos obliget, vel non, plenè idem Dian. part. 5. tract. 8. per tot. Surd. de aliment. tit. 1. q. 90. & tit. 4. q. 28. per tot. plenius Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 12. cap. 7. cum pluribus seqq. fol. mihi 706. & seqq. ex quibus colligitur obligare in necessitate extrema, & graui, sine diminutione proprij status, & vbi non sunt alij, qui possint, siue velint dictæ necessitati succurrere, Caspens. curs. Theolog. tract. 17. disp. 5. per tot. Dominic. Bannes in 2. 2. D. Thomæ q. 32. art. 5. & 6. latè Gabriel. Vasquez. Opusc. moral. tract. de eleemos. per tot. vbi etiam an, qui tenetur ad eleemosynam satisfaciat mutuando ad subleuandum pauperem a præsenti necessitate, Valer. de different. vtriusque fori verb. Eleemosyna, & latè Hermosil. ad leg. Partit. tom. 1. tit. 1. glos. Rub. fol. 17. &c. vbi benè distinguit pluribus citatis, & quando eleemosyna est in præcepto, an ei satisfacit mutuando indigenti, & refert contrarias opiniones, inclinando in negatiuam cum quadam modificatione, de quo Valer. d. tract. verb. Peccatum differ. 22. vbi pro affirmatiua.

An obligatio Ecclesiasticorum erogandi superflua in vsus pios sit tantum ex præcepto positiuo, vel etiam naturali, & de effectibus huiusmodi inuestigationis, Dian. par. 7. tract. 10. resol. 13.

Plura de diuitibus, an quis talis præsumatur, an 5
ex proprio, vel alieno, & alia multa scitu digna tradunt DD. citati à Castejon. in Alphabet. iuridic. verb. Diues, & Diuitiæ, & à Com. August. Fontan. in Biblioth. leg. part. 4. eod. verb. fol. 429. Plurima alia de diuitijs, & illorum bono, vel malo ex Sacris Paginis, patrum Sententijs, Poetis, Philosophis, & huiusmodi

di habentur ad ſaturitatem in noua Poliantea *verb. diuitiæ*.

6 De miſerijs diuitum aliqua notaui *in* §. *Paupertas in fine Additionis*.

7 Diuitiæ qualiter multum conferant ad nobilitatem, quia vt dici ſolet nobilitas ſine diuitijs ſordeſcit, quod procedit etiam inter milites, & cohortes ad effectum præcedentiarum, & huiuſmodi, latè Cyriac. *controu.*201. *num.* 140.202.*& ſeqq.*vbi de præcedentia inter duas cohortes pro cuſtodia, ſiue guardia Principis, an prætendat ſtipendiata, vel quæ gratis, & ad aliquas tantùm conſpicuas occaſiones, & reſeruata, &c.

§. DIVTVRNITAS. XXIV.

1 Diuturnitas temporis, decem ſcilicet annorum, vel vltra, facit præſumere ſolemnitates interueniſſe in actu, de quo conſtat, non verò de ſolemnitatibus illius, Brun. *tract. de form. cap. de probat.* Capyc. *deciſ.* 16. *numer.*1. Rot. *part.*2. *diuerſ. deciſ.*143. *numer.*8. Menoch. *lib.*3.*præſumpt.*132. *per tot.* Pic. *ad Stat. Vrb. gloſ.*21. *numer.*26.*&c.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*268. *per tot. cap.* 447. *numer.*37. *&* 38. *& cap.*520. *in fine*, vide *in* §. *Solemnitas num.*..

2 Diuturnitas temporis in delictis excuſat aliquando ad minorandam pœnam, ſicut etiam longa carceratio, Guaz. *deff.*2. *cap.*3. *per tot.* vide *in* §. *Delictum numer.*7. *&* §. *Carcer num.*..

3 Quòd diuturna maximam vim habeant, nec ſine maximo periculo mutari queant colligitur ex Tacit. *lib.*1. *Hiſtor.* §.6. *& lib.*4. cuius verba vtriuſque loci refert Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Diuturna*, & hinc dici ſolet: *Principijs obſta ſerò medicina paratur, cùm mala per longas conualuere moras*, faciunt notata in his *Addit.* §. *Repetitio numer.*1. *verſ. Et cum poſt erectione Rota, poſt medium*.

4 Quòd diuturnitas temporis excuſet à falſitate errantem in tempore ex motiuo obliuionis, etiam per quinque, vel ſex annos tantùm, Farinac. *quæſt.*67. §.3. *num.* 85. *&* §.6. *numer.*224. *& deciſ.*73. *numer.*37. impreſſa per Io. Torre *tract. de ſucceſſ. in Maiorat. & Primog. Ital. p.*3. *fol.*358.

5 Diuturnitas temporis non eſt per ſe ſola coniectura ſufficiens ad ſolutionem inducendam, maximè quando de debito conſtat per inſtrumentum, Andreol. *controu.*135. *per tot.* vide *in* §. *Solutio num.*7.

§. DOCTOR. XXV.

1 Doctores propter leue delictum non poſſunt carcerari, Clar. §. *fin. quæſt.*28. *verſ. item quæro*, ita vt, nec huic priuilegio renunciare poſſint, Guaz. *deff.*5.*c.*3.*n.*6. Cabal. *reſol. crim. caſ.*225.*n.*28.

2 Quales debeant eſſe Doctores maximè in Eccleſia Dei, Rom. in ſermone poſt ſua conſilia; & refert Card. Tuſch. *litt. D. concl.*553.

3 Doctores cum eorum vxoribus, & familia, ſunt exempti, & immunes ab omni munere, ita vt contra illos vexantes, ſit impoſita pœna iudicis arbitrio, quod tamen non procedit in Doctoribus ſolius nominis, nec in licentiatis, Menoch. *de arbitr. caſ.*379. *per tot.* vbi intelligit etiam de medicis, & alijs litterarum profeſſoribus, Ricc. *Collect.*3109. vbi an, & qualiter legum Doctores ſint immunes ab hoſpitijs militum, & huiuſmodi, Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.* 86. vbi alia plura de Doctoribus Viui. *comm. opin.*196. vbi indiſtinctè de omnibus legum Doctoribus, vt ſint immunes à Collectis, & alijs prædictis; quod tamen quoad Collectas non ſeruatur in praxi.

Doctores, & alij in dignitate poſiti, non poſſunt vti teſtes torqueri, etiam ſi eſſent varij, & vacillantes, Clar. §. *fin. q.*25. *n.*5. Farinac. *q.*79. *num.*54. *&* 62. Guaz. *deff.*19.*c.*1.*n.*10. Viui. *comm. opin.*197.*n.*3. *&* 4. vbi non obſtante conſuetudine contraria.

Quòd in Doctoribus, & nobilibus maiora requirantur indicia pro tortura illis inferenda, quàm in alijs, ita vt ſola confeſſio videatur deficere, & agatur de magno, & graui delicto, Fulu. Maioran. *in Opoprax. crim. lib.*2. *cap.*9. *num.*62. *& ſeqq. fol.*248.

Quod tamen in practica, non ita de facili obtineretur in delictis grauibus, cùm hodie dignitas Doctoratus parum reputetur, imò vilipendatur, & multi erubeſcant Doctores appellari, fortè non ſine aliqua ratione, cùm indiſcriminatim, & non attento an ſint idonei, nec ne, admittantur omnes, imò ſoleat eſſe in adagio, *accipiamus pecuniam, & mittamus aſinum in patriam ſuam*, quod indignum tantis Patribus ſemper exiſtimaui; Sed ſuperbi erubeſcant potius ſine lege loqui, & eſſe Doctores neceſſitatis, quæ non habet legem, cùm Doctoratus, & virtus præcipuè non ſolum ſit dignitas, ſed cauſet nobilitatem, & faciat Doctores, etiam medicos venire ſub nomine, & appellatione nobilium, vt benè probant Tiraquel. *de nobilit. cap.*4. Menoch. *de arbitr. caſ.*67. Cardin. Tuſch. *litt. D. concluſ.*549. *numer.*5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*590. *numer.*20. Barboſ. *de appellat. verb. ſignificat. appellat.*164. *num.*6. Gizzarel. & Addent. *deciſ.*10. *per tot.* dixi *in* §. *Nobilitas numer.*1. *in fine*, *in Pract.* §. *Dottori num.*12. Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*226. *numer.*9. *vol.*1. Sanfelic. *deciſ.* 56. vbi hanc nobilitatem extendit etiam ad eorum filios legitimos.

Et mirabilia magna de nobilitate Doctorum, & propriæ virtutis (licet temporum calamitate, & morum corruptela malè practicata) adducit Viui. *comm. opin.*197. *per tot.*

Quare autem Doctores hodie vilipendantur ob eorum multitudinem, & plurium indignitatem, ignorantiam, hebetudinem ex gula prouenientem, cæcitatem ex luxuria, alijſque vitijs, quibus ſcientia, & rerum ſpeculatiuarum intelligentia priuantur, & ideò nec immunes ſunt à peccato, cùm eorum vincibilis ſit ignorantia, ex qua poſſent reprobari, & degradari, vt quandoque factum legitur, & quippè in peccato mortali conſtituuntur, qui præſumptuosè, & indignè doctoratus gradum aſſumunt, & pari modo admittentes indignos ad talem gradum, iuxta *Clem.*2. *cum gloſ. verb. honorem de Magiſtr. cap.*2. & alia plura ad rem tradit Bernard. Græc. *in Pragm. de lit. forma, &c.* apud Io. Franciſc. Scaglion. *in Comment. ad Pragm. Regn. fol.*253.*n.*125.*& ſeqq.*

Ita vt etiam Doctor in chirurgia, quæ eſt pars medicinæ aſſequatur dignitatem, & pœna nobilium, & non plebeorum ſit puniendus, ſecundum Franch. *deciſ.* 564. *per tot.*

An autem Doctores ſi non vti teſtes, ſaltem tamquam rei torqueri poſſint, vide latè Farinac. *qu.*41. *n.*32. *& ſeqq. ad* 57. vbi plurimis citatis probat de iure torqueri non poſſe, etiam tamquam reos, ſed de conſuetudine totius Italiæ, Romæ, & Status Eccleſiaſtici indiſtinctè torqueri ſtantibus legitimis indicijs, vel aliquanto grauioribus, quam in alijs, & ſi aliter fieret, malè fieret, maximè in delictis, enormibus, veluti læſæ maieſtatis diuinæ, & humanæ, priuati carceris, & falſi, in quibus etiam de iure nullum habent priuilegium; & idem ego teſtari poſſum de conſuetudine Florentiæ, & ſtatus Florentini.

Cùm tamen de hoc fuiſſem quandoque interrogatus dixi aliqua vtendum circumſpectione, ac vti teſtes non eſſe torquendos, ſed carcere potiùs per plures dies detinendos ad effectum veritatis habendæ; vti reos verò non etiam eſſe torquendos, niſi in atrociſſimis, & grauioribus vrgentibus indicijs, quam in alijs, ſed potiùs pœna aliqua arbitraria iuxta qualitatem indiciorum puniendos, maximè vbi ageretur de aduocato inſigni, vel alio Iureconſulto egregio, ad tradita per Gramat. *vot.*1. Nouar. *in Pragm. Reg. Collect.*197. vt dixi in §. *Tortura n.*6.

Doctores, & alij in dignitate poſiti, non poſſunt de 4
iure communi pro armis ſcrutari, cùm eis ſit permiſſum arma deferre, Bart. *in l. Medicos C. de profeſſ. & med. lib.* 10. Cabal. *reſolut. crim. caſ.*228. *numer.*11. *& ſeqq.* vbi tamen aſſerit ſe vidiſſe pluries Florentiæ inquietari, & condemnari pro armis ex bannimentis, & ordinibus particularibus prohibentibus indiſcriminatim armorum delationem, & rectè quia arma Doctorum debent eſſe Codices, & leges, Menoch. *de arbitr. caſ.*394. *n.*80. Cardin. Tuſch. *litt. D. concl.*559.

Doctores pro debito ciuili priuato carcerari non poſ- 5
ſunt, & ideò ad euitandas carceres, non tenentur cedere bonis, cùm non conueniantur vltra id quod facere poſſint, dummodò ſint actu legentes in publico ſtudio, vel aduocantes, alias non gaudent huiuſmodi priuilegio, quamuis eſſent procuratores, quorum officium magis denigrat,

nigrat, quam tribuat honorem, Brun. de ceff. bon. qu.10. qu.4. princip. dixi in resol.cap.53.n.13. & seqq. Farinac.qu.27. n.77.& seqq. Florentiæ tamen, indifferenter Doctores, siue exercentes, siue non exercentes, & etiam procuratores gaudent hoc priuilegio, vt pro debito ciuili priuato carcerari non possint, cùm id dignitati in genere, & non personæ, vel exercitio sit concessum, sicuti patet ex libro Mot.t113. a c.51. in quadam causa Florentina Doctoratus de Cianis, & Brandulinis, dixi in resolut.d.cap.53.n.19.& testatur Vulpin. in fuco, Farinac.qu.27.n.23. quamuis contrarium dicat Cardin. Tusch. litt. D. conclus.559. num.7. vide Gratian. discept. forens. cap.186. per tot. Menoch. de arbitr. q.88.n.7.&c. Scanarol. de visit. Carcer. lib.3. §.7. c.6.n.38.&c. & dixi in Pract. §. Doctori n.14. vide Farinac. d.q.27.num.84. & 85. vbi quod quidquid sit de iure, Romæ de consuetudine carcerantur pro debito, & nullo in hoc potiuntur priuilegio.

De priuilegijs Doctorum scripserunt plures relati per Fontanel. de pact. nupt. tom.1. claus.3. glos.1. per tot. vbi multa de illorum laudibus. An possint pro debito ciuili carcerari, pro negatiua indistinctè vide Mans. consult.274. lib.3. Mauson. de caus. execut. limit.9.

Quod Doctores, qui à sanguine nobiles non sunt, admittantur tamen vt Doctores ad officia nobilitatem requirentia, & nobilibus præcedant, & alia de nobilitate, & dignitate Doctorum tradit multis citatis Mendo de iur. Academ. lib.1. qu.13. §.2. n.314. fol. mihi 68. vide in §. Nobilitas. Et de Priuilegijs Doctorum, Scholarium, siue scolasticorum, plenè idem Mendo d. tract. fere per tot. & ex professo Horatius Lucius in tract. de priuileg. studiosor. per tot. relatis sæpè à Mendo vbi supra.

Plura de prærogatiuis, & dignitatibus Doctorum, vide per Michalor. de fratr. p.1. c.23. n.1.&c. Gizzarel. & Addent. decis.10. per tot. Ricc. Collect.611. Tepat. var. sent. tit.86. Gratian. d. cap.186. vbi etiam plura ad illusionem Doctorum illiteratorum.

An legendo per viginti annos efficiantur illustres, Comites, & Duces, & quomodo hoc, quod à multis traditum est, intelligendum sit, Menoch. de arbitr. cas.86. n.43. &c. Franch. decis.115. per tot. Gizzarel. & Addent. decis.10. num.19. Paul. Christin. decis.116. per tot. vol.5. vbi ponit nouem requisita necessaria, & alia de hac materia, de qua DD. in l.1. C. de profess. &c. lib.12.

6 Doctores, & aliæ personæ graduatæ quamuis sint pauperes, & non habeant beneficium, vel patrimonium, possunt legitimè promoueri ad ordines sacros, non obstante Concil. Trident. sess.21. cap.2. de reform. Gratian. discept. forens. cap. 57. n.30. vide in §. Clericus n....

7 Doctores, professores, & studiosi, habent priuilegium, vt fabrum, vel alium artificem propè illorum domum obstrepentem, vel similes impedientes, expellere possint, ne tali rumore, illorum studia interrumpantur, intelligendo de illis, qui studio operam nauant, & nisi fuerint ab artifice, vel fabro præueoti in habitando in illa contrata, & ipsi scholastici possint alibi commodè habitare, & nisi ob aptitudinem, & consuetudinem loci destinati vel pro scolasticis, vel pro artificibus aliter arbitrio iudicis statuendum videatur, Menoch. de arbitr. cas.237. per tot. Paul. Christin. decis.74. per tot. vol.5. Viui. comm. opin.198. vbi quod Neapoli, & toto eius Regno non seruatur de consuetudine, Baron de citat. tom.2. in Addit. ad q.18. n.132. dixi in Pract. §. Doctori numer.17. Sperel. decis.55. numer.4. vbi quod Romæ non practicatur, nec practicari potest, nisi cùm in pertinentijs domus iam aduocato locatæ, artifex mansionem conduceret ad artem suam strepitosam exercendam, & idem puto dicendum Florentiæ, & alijs magnis ciuitatibus, Fontanel. cum alijs ab eo citatis decis.503. per tot. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept.186. n.8. & seqq. Brill. ad consuet. Neap. tit.22. cap. vnic. & alios citatos à Romaguer. ad Conciol. Stat. Eugub. lib.5. Rub.20. n.16. & 17.

Cuius autem damno cedere debeat pensio restantis temporis, vide glos. in l. adem C. locat. Petr. in addit. ad Grammat. decis.58. n.9. Sanfelic. in Praxi sect.60. n.34. facit quod dixi in §. Meretrix n.5.

Alias autem, neminem posse regulariter impediri in sua arte, & exercitio, quamvis interrumperet somnum vicinis, dummodò non fiat per æmulationem, quæ non præsumitur, Franch. decis.625. cum alijs pluribus per Sperel. decis.55. numer.13. & dixi in §. Vicinus numer.12. vbi vide, & Sanfelic. decis.127. per tot.

Nisi agatur de infirmo vicino, ad cuius instantiam tenetur artifex cessare ab exercitio durante infirmitate, secundum Baron. loc. sup. cit. Sanfelic. decis.127. num.3.

Doctor iuris non excusatur ab expensis, nec à mo- 8
ra ratione ignorantiæ iuris, quæ sicuti nulli suffragatur, ita tantò minus iurisperito, vel professori, Ger. Spin. cons.6. numer.21. &c. Rot. part.13. recent. tom.1. decis.59.

Sicut etiam Doctor licet minor non restituitur in integrum, sed sibi debet imputare propter suam professionem, DD. in l.1. C. qui, & aduers. quos, Euerard. loc. à mil. arm. mil. ad mil. Celest. n.17. Boer. decis.350. Pic. ad Stat. Vrb. glos.7. in Addit. n.293.&c. Maurit. tract. de restitut. in integr. cap.223. Ricc. Collect.2276. Viui. comm. opin.199. vbi etiam quod quis potest esse Doctor, & Aduocatus decimo septimo anno, iuxta l.1. §. initium ff. de postul.

Intelligendo tamen in his, quæ concernunt scientiam iuris, Leoncil. decis. Ferr.194. numer.5.&c. Odd. de restitut. in integr. part.1. quæst.23. Buratt. decis.20. vbi Ferentil. in Annot. Paul. Christin. decis. Belgic.130. vol.2. vbi quod in alijs negotijs debet restitui, cùm vt plurimum Doctores in iure excellentiores in cæteris rebus agendis sint valdè inepti, & vtcumque sit adhuc adolescentes, & minores potius libris quam negotijs inuigilantes videntur restituendi, etiam contra emptionem librorum inutilium, vel malorum quando essent grauiter decepti à Bibliopola, sicut idem in scolaribus, tradit Rebuff. tract. de priuil. scol. priuileg.120.

Doctores præferuntur militibus in actibus doctora- 9
libus, & promiscuis, atque indifferentibus, in actibus verò militaribus præferuntur milites, Gratian. discept. forens. cap.111. numer.84. & 85. Tusch. litt. D. conclus.550.

De præcedentia autem inter Legistas, & Medicos, plenè Paul. Zacch. Quæst. Medic. Legal. lib.6. tit.3. per tot. & ad fauorem Legistarum decisum refert Thoro Compend. decis. Neapol. part.3. sect.2. verb. Medicus, & verb. Doctor.

Doctores, vel alij parem dignitatem habentes, si de 10
prælatione, vel præcedentia contendant, debet attendi ordo temporis, & sic præferri ille, qui primò huiusmodi dignitatem adeptus fuit, l.1. vbi Bart. & alij C. de Consil. lib.12. Marant. part.1. n.9. Gratian. discept. forens. cap.106. per tot. cap.111. c.845. c.867. n.23. & 60. c.893. & cap.940. vbi plura de præcedentijs in similibus casibus, Tusc. litt. D. conclus.550. per tot. Paul. Christin. decis.103. per tot. vol.5. vbi plura de dignitatibus, & præcedentijs, Sanfelic. decis.140. per tot.

Quod præferatur qui primò possessionem dignitatis nactus fuit, licet alter primo electus fuerit, nisi primò etiam acceptauerit, nam prior acceptatio, præualet priori possessioni, vbi verò pares sunt in data, & tempore, & nullus possidet, præfertur ille, qui à superiore, & digniore adeptus est dignitatem, Menoch. de arbit. cas.48. num.13. & seqq. vbi plures allegat, & multa similia adducit, vide Sanfelic. decis.269.

Quod in pari dignitate præcedat qui prius datam obtinuit, licèt alter prius executus fuerit litteras postea obtentas, Franch. decis.62. Paul. Christin. decis.103. n.6. vol.5. vide in §. Gratia num.10.

Sed in contrarium facit Sanfelic. decis.269. vbi quod in officijs habentibus administrationem attenditur dies captæ possessionis, & non priuilegij, vel electionis data anterior, & latiùs idem Sanfelic. decis.333. cum Addit. vbi etiam de præcedentia ratione editionis librorum, quid si primus electus fuerit impeditus, possessio alterius nulla, & alia ad rem, vide in §. Præcedentia num.10.

Quod solus licentiatus non veniat appellatione Doctoris, & ideò si deindè fuerit doctoratus, non præfertur alteri Doctori, qui medio tempore ante illum, lauream obtinuit, idem Menoch. de arbitr. cas.379. n.15.&c. Paul. Christin. decis. Belg.104. & 105. vbi latè an appellatione Doctorum veniant licentiati.

Quod Doctor senex regulariter præferatur iuueni, nisi iunior esset magis dignus, vel excellentior, vel nisi actu legat, vel maiori tempore legerit, & habeat maius stipendium, quia his casibus iunior esset præferendus, Soccin. Reg.128.

An

An autem de præſenti legens præferatur alteri, qui aliquando antea legit, Paul. Chriſtin. *deciſ.*113. *numer.*17. *&* 18. *vol.*5. vbi arguit in vtramque partem, & quod ordo qualitatis præualet ordini temporis, qui ſolum attenditur inter æquales.

Sicut etiam doctoratus ab Imperatore, vel ab eo doctorandi poteſtatem habentibus, præfertur doctorato ab alijs inferioribus, idem Soccin. *Reg.* 129. vbi tribus modis limitat.

Quòd ratione maioris ſtipendij detur præcedentia inter officiales, quibus ob probitatem ſcientiæ, & intellectus, dantur ſtipendia, licet habens maius ſtipendium alias eſſet iunior, Lanfranch. Zacch. *tract. de Salar. & merced. quæſt.*27.*per tot.* Rot. *part.*13. *recent. deciſ.*425.*numer.*14. *&c.* vbi quod ratione maioris iuriſdictionis, Doctoratus, Clericatus, ac doplicis dignitatis competit præcedentia inter iudices.

Quòd in materia præcedentiarum ſemper dignior præferatur, Rot.*part.*2. *diuerſ.deciſ.*316.*n.*4. vide Paul.Chriſtin. *deciſ.*103.*cum multis ſeqq.vol.*5.

Plura de præcedentijs tradit Boer. *tract.de auctorit.magn. conſil.per tot.*Franch.*deciſ.*138.145.*&* 365. Card.Tuſch.*lit. D.concl.*550.*& lit.P.concluſ.*477.Gratian.*diſcept.forenſ.cap.* 111.*per tot.*vbi de præcedentia Vicarij Epiſcopi cum Canonicis, & Archidiacono, & alijs ſimilibus dignitatibus, vide io §.*Canonicatus n.*3.§.*Vicarius n.*2.*&* §.*Præcedentia num.*1. *& ſeqq.per tot.*

De Archipresbyteris præferendis Vicarijs parochialium, & illarum Clero, Rot.*part.*2. *diuerſ.deciſ.*326.

Plura de dignitatibus, & præcedentijs inter Nobiles, Barones, Principes, Duces, Comites, Marchiones, Magiſtratus, Senatores, & huiuſmodi, ac de illorum prærogatiuis, ſiue titulis, qualiter poſſint facere coronam in armis, & alia, Paul.Chriſtin.*deciſ.*103.*cum pluribus ſeqq.vol.*5.Sanfelic.*deciſ.*140.vbi de præcedentijs plura, *& deciſ.*269.*&* 333. *cum plena additione*, Fontanel.*deciſ.*207. vbi de Senatore veniente in Senatu tamquam Aduocato ad informandum, an habeat locum tamquam Senator, vel tantum vti Aduocatus, & allegat Franch. *deciſ.*138. & alios tenentes non eſſe recipiendum in loco Senatoris, ſed in loco Aduocati, & idem in ſimilibus, licèt ipſe Fontanel. inclinet in aliam opinionem contrariam ex rationibus ibidem adductis.

11 Doctori atteſtanti de conſuetudine creditur quoad probationem præſumptiuam, ex qua transfertur onus probandi contrarium in partem aduerſam, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*479.*num.*24.*& cap.*973.*num.*43. vbi intelligit quoad loca, in quibus veritas fuit, non autem quoad alia loca, Viuian. *comm. opin.*200. Maſcard. *de probat. concluſ.*528. *per tot.* vide in §. *Conſuetudo num.*24. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.*274. vbi diſtinguit vt ſup. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.*2. *quæſt.*46. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 318. vbi quòd aſſerenti de contuetudine contra ſtatutum non creditur, & alia contra Poſthilium atteſtantem de quadam conſuetudine Boniæ.

Primam concluſionem ſimpliciter probat Altograd.*conſ.* 18.*n.*24.*lib.*1.& latiùs *conſ.*14.*n.*9.*& ſeqq.ad* 16.*lib.*2.Sperel. *deciſ.*132.*n.*40.vbi contra vide Gabriel. *comm.concluſ.tit.de probat. concluſ.*4. Pac. Iordan. *Lucub. vol.*3.*lib.*14.*tit.*17. *num.*250. *& ſeqq.fol.*282. vbi referunt contrarias opiniones quas tribus modis concordant vide Tuſch. *lit.D.concl.*558. *per tot.*Dian.*p.*6.*tract.*5.*reſol.*28.Rice.*Collect.*969.Rot.*part.* 6. *recent. deciſ.*193.

Quod Doctori atteſtanti de conſuetudine, maximè praua, & damnabili non credatur, cùm in obiectuis requiratur plena probatio, Rot. *deciſ.*51. *num.*29. *part.*10. *recent.* vbi ideò reprobat Grammat. *vot.*14. quatenus aſſerit in Regno Neapolitano facilem eſſe teſtium ſubornationem.

12 Doctor aliquid decidens in ſpecie, licet nihil alleget, facit ius, vbi non adeſt contradictor, Gratian. *diſcept. forenſ.cap.* 335.*n.*23.Franch.*deciſ.*363.*n.*4. Surd. *deciſ.*229. *n.*36.Sanfelic.*in Praxi ſect.*60.*n.*32.

Quod quandoque liceat reprobare Doctores magnæ auctoritatis, Toſch. *litt.D.concluſ.*557.Et quod dictum Doctoris ſit intelligendum ſecundum legem, quam allegat idem Toſch. *loc.cit. concl.*554.

13 Doctori diſtinguenti magis ſtandum, & adhærendum eſt in dubijs opinionibus, tamquam magis veritati appropinquanti, Magon. *deciſ. Flor.* 64. *numer.* 42.

Quod conſulenti magis quam legenti credendum ſit, tamquam magis deliberatè reſpondenti, idem Magon. *deciſ. Luc.*15.*num.*27. *vbi Addit.* Card. Tuſch. *litt.D.concluſ.*562. vbi tamen *concl.*563. quod multoties conſulentes, auaros ſe demonſtrant, & quod plura conſilia Doctorum, & Medicorum pro pecunia præſtantur.

Doctores in ſcribendo quandoque proferunt verba iniurioſa, ſiue mordacia contra iudices, vel ſcribentes ex aduerſo, & quandoque verba iactantia pro confirmatione illorum opinionis, de quibus plura Tuſch. *lit. D. concluſ.* 565.*& ſeqq.* 14

Doctores etiam militare dicuntur, an autem ob id gaudeant priuilegijs militum in teſtando, dic quod ſic quoad priuilegia ratione prærogatiuæ, & meritorum conceſſa, ſecus autem quoad alia reſpectu ſimplicitatis, & ignorantiæ permiſſa, cùm turpe ſit Doctoribus ignorare iura, quæ profitentur, & in quibus debent eſſe verſati, Lancel. Galiaul. *in l.Centurio n.*23.& ibidem Bolognet.*n.*14.*& ſeqq. ff.de vulg. & pupill.* Craſſ. *de ſucceſſ.* §.*Teſtamentum quæſ.*4. Dian.*reſol.moral.p.*7.*tract.*6.*reſol.*65.*per tot.* vide in §.*Aduocatus n.*14. §.*Clericus n.*84. 15

De Scholaribus autem quæ priuilegia habeant, & quibus ex cauſis illa amittant, vel non, vide Rebuff. *in Auth. habita C.ne filius pro patre*, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.*10. *vol.*2.*& deciſ.*34.35.36.*&* 227.*vol.*5.Menoch.*de arbitr.caſ.* 237.Card.Tuſch.*litt.S. concluſ.*71. *&* 647. Odd. *de reſtitut. in integr.part.*1.*quæſt.*7.*art.*14.*num.*121. *& ſeqq.per tot.*Clar. §.*fin.quæſt.*35.*numer.*17.alios allegaut in *Pract.*§.*Scolari n.*6. Salgad. *Labyrint.credit.part.*1.*cap.*7. *num.*39. *& ſeqq.per tot.* vbi plura de priuilegio fori quando, & quomodo illo gaudeant, vel non.

Doctorem ſe aſſerens, & officium Doctoris exercens cùm non ſit, qualiter ſit puniendus vt falſarius, Cancer. *var. reſolut. lib.*2.*tit.*2. *numer.*253. Paul. Chriſtin. *deciſ.* 133.*numer.*9. *&c. vol.*5. vbi quod propterea inoleuit praxis, ne Doctores admittantur ad officium Aduocati abſq; licentia Principis, aut eius Præſidis, vel Cancellarij, recognito prius eorumdem priuilegio; quod etiam Florentiæ ſeruatur mediante Magiſtratu D. Proconſulis, vide in §. *Aſſertio num.*3. 16

Qualiter autem Doctoratus poſſit probari per exhibitionem priuilegij, vel per teſtes, qui interfuerint Doctoratui, vel per teſtes deponentes de fama, ſiue vidiſſe priuilegium, Rot. *part.*10. *recent. deciſ.*271. *numer.*1. *& ſeqq.& part.*11. *deciſ.*73. *numer.*6. *&c.* vbi ex communi reputatione, & fama, Maſcard. *de probat. concluſ.*527. *per tot.*

Qualiter de proximo doctorandus habeatur pro doctore, adductis ſimilibus, Nouar. *in Pragm.Reg. Neap. Collect.*188. & dixi in §. *Medicus n.*16.

Doctor, vel aduocatus locans operas ſuas, ſi moriatur pendente anno locationis tranſmittit ſalarium anni incepti ad hæredes pro toto illo anno, ac idem eſt in Prætore, vel alio officiali moriente in officio, ſicut & in medico, & in alijs iuſtis impedimentis, veluti belli, peſtis, & ſimilibus per text. *vbi DD. in l. diem functo ff. de off. Aſſeſ.* Viui. *comm.opin.*201.*per tot.* & dixi latiùs plures allegando in meis *reſol.cap.*43.*per tot. in Pract.*§.*Medici n.*7.& in hoc Opere §. *Aduocatus n.*16. §.*Medicus n.*11. §. *Officialis n.*11. *&* §.*Salarium n.*12. 17

Multa de Doctoribus, & de iure Doctoratus, & primò de Doctoribus, & Magiſtris in genere, qui tales propriè, vel impropriè, ſiue abuſiuè dicantur, de ſcientiæ quantitate, & qualitate in eis neceſſaria, an ſemper expediat aliorum adhærere Doctrinæ, vel interdum opinando vagari, de præcedentijs inter eos, & alia plura ad rem, nouiſſimè, ac eruditè valdè tradit videndus Adm. R. P. Dominic. Maria Brancaccin. *tract. de iur. Doctorat. lib.*1. *per tot.* 18

Secundò de Doctoribus, & Magiſtris in ſpecie, eorumq; muneribus, nempè de Sacrarum Scripturarum interpretibus, cæteriſque Theologis ſymbolicis, myſticis, Concionatoribus, Scholaſticis, Moralibus, Canoniſtis, Metaphyſicis, Legiſtis, Iudicibus, Cauſarum Patronis, Medicis, Philoſophis, Naturalibus, Arithmeticis, Geometris, Muſicis, Aſtrologis, Dialecticis, Rethoribus, Hiſtoricis, Grammaticis, & Poetis, quæ ſinguli ſcire, & adimplere debeant, vt rectè ſuo Officio reſpondere valeant, & dicantur, tractat idem Brancaccin.*lib.*2.*per tot.*

Ter-

Tertiò de honoribus, gratijs, immunitatibus, ac priuilegijs Doctorum in genere, & in specie omnium supra relatorum, qui sint includendi, & qui excludendi à dictis priuilegijs, quæ sint ista priuilegia dignitati, & non personæ concessa, qui Doctores sint ab alijs discriminandi, & alia multa edocet idem Brancaccin. *d. tract. lib.* 3. *per tot.*

Quartò de defectibus, & vitijs malorum Doctorum in genere, & in specie, omnium supranominatorum, & præcipuè superbia, inanique gloria, ambitione, auaritia, hypocrisi, discordia, inutili curiositate, temeritate, & huiusmodi iuata scientiarum naturam, & qualitates, singulorum errores, & vitia perbellè notando discurrit præfatus Magister Brancaccin. *d. tract. lib.* 4. *per tot.* Cui nihil deesse videtur nisi fortè desiderentur laudes, & prærogatiuæ bonorum Doctorum, verùm quia cognito vno ex contrarijs, cognoscitur & alterum, satis de illis tractasse videtur in hoc quarto libro, & explicitè in tertio, dum satis abundè de honoribus, gratijs, immunitatibus, & priuilegijs Doctorum egit; Et pro bonis legistis faciunt per me notata in discursu *de prohibit. muner. & prac. &c. num.* 134. *&* 135. *& de qualit. indic. perfect. per tot.* impresso in principio primi tomi huius Summæ.

19 Alia de Doctoribus in Praxi notabilia habentur penes Thoro *Compend. decis. Neap. part.* 1. 2. *&* 3. *verb. Doctor.* Mendo *tract. de iur. Academic. per tot.* & alios multos fusè citatos à Com. August. Fontan. *Biblioth. leg. p.* 4. *eod. verb. fol.* 430. *& seqq.*

§. DOLVS. XXVI.

1 Dolus dicitur machinatio quædam, alterius decipiendi causa adhibita, cùm aliud agitur, & aliud simulatur, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de dolo*, Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 46. *numer.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 935. *numer.* 13. *&c.* alias doli descriptiones vide per Farinac. *quæst.* 88. *numer.* 1. *& seqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *numer.* 2. *& seqq. fol.* 200. vbi etiam *numer.* 10. *&* 11. quod opponitur prudentiæ, & nemini patrocinari, vel commodum afferre debet.

Quid sit dolus, lata culpa, leuis, & leuissima, quomodo differant, quando obligent, vel non, & alia, latè Tusch. *litt. D. conclus.* 576. *& seqq.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 116. 117. *&* 118. *per tot. vol.* 2. Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 154. *per tot.*

2 Dolus est multiplex, nam alius dicitur bonus, alius malus, alius ex proposito, alius re ipsa, alius maior, alius minor, alius in comittendo, alius in omittendo, alius apertus, alius velatus, & denique alius vetus, alius præsumptus, vt probat Farinac. *d. quæst.* 88. *num.* 4. *& seqq.* Tusch. *litt. D. conclus.* 570. *&c.* Christin. *loc. cit.* & summatim colligit Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *n.* 8. *& seqq. fol.* 200. vbi etiam *numer.* 12. *& seqq.* quæ remedia competant dolum passo contra dolosum, nempè exceptio, & actio de dolo, qualiter, contra quos, quamdiu durent, & alia, de dolo latè etiam Arismin. Tepat. *var. sent. tit.* 154. *per tot.*

3 Dolus regulariter non præsumitur, sed ab allegante probari debet, ita vt potius error, quam dolus præsumatur, & sit capienda omnis interpretatio congrua ed exclusionem doli, etiam verba impropriando; si quis tamen omittat facere id, ad quod scit se teneri, vel faciat actum de sui natura prohibitum, vel etiam indifferentem, sed clandestinè, & occultè in casu prohibito, vel agatur de decoctore, vel de comentariense, à quo fugerint carcerati, dolus præsomitur, nisi alia vehementiori præsumptione excludatur, Farinac. *de pœn. temper. quæst.* 89. *numer.* 2. *& seqq. per tot.* vbi adducit plures alias doli præsumptiones, idem Farinac. *cons.* 18. *n.* 8. *& seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 816. *per tot. lib.* 2. *& conclus.* 531. *per tot. lib.* 1. vbi plenè Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 3. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 967. *n.* 5. *& seqq.* Vrceol. *consult. forens. cap* 42. *n.* 23. *& seqq.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *n.* 49. *& seqq. fol.* 204. Tusch. *lit. D. concl.* 573. *per tot.* Paul. Christin. *decis. Belgic.* 97. *per tot. vol.* 1. *& decis.* 116. *& seqq. vol.* 2. Merlin. *decis.* 216. Ricc. *Collect.* 1123. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 325. Arism. Tepat. *var. sent. tit.* 154.

Quòd dolo carere non videatur is, qui fecit, quod facere non debuit, *l. Dolo* 41. *ff. ad l. falcid. cap. Qui contra* 82. *de reg. iur. in* 6. Rot. *part.* 17. *recent. decis.* 88. *num.* 4.

Qualiter ex actu clam gesto, qui palam fieri debuerat arguatur dolus nulla excusatione dignus Matthæu. Sanz. *de re crim. contr.* 35. *n.* 23.

Quod dolus præsumatur in eo, qui cautelis insolitis vtitur, Menoch. *de arbitr. cas.* 225. *n.* 18.

Item quando aliquid de genere prohibitorum comittitur, nisi per aliquam aliam verisimilitudinem contrariam excludatur, Soccin. *Reg.* 130.

Item præsumitur in eo, qui non vtitur remedijs opportunis, sed potius negligit, Crauett. *cons.* 97. *n.* 7. Magon. *decis. Flor.* 30. *n.* 1. *& decis.* 64. *n.* 60.

Item in eo, qui venit contra pacta expressa, *l. non potest dolo carere ff. de reg. iur.* Crauett. *cons.* 193. *numer.* 2. Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 280. vbi in terminis *l. si quis maior C. de transact.* Rot. in eisdem terminis *part.* 11. *recent. decis.* 7. *num.* 2. *&c.* vbi de eo, qui vna manu concedit promissa, & altera eripere quærit, nam id bona fides non patitur.

Item quando quis omittit facere quod sibi non nocet, & alijs prodesse potest, Crauet. *cons.* 35. *numer.* 10. Magon. *vbi supra num.* 3.

Item quando quis contrahit cum minore sine solemnitatibus, ita vt cùm sit præsumptio iuris, & de iure, non admittat probationem in contrarium, quod etiam procedit in contrahente cum tutore absque eo, quod faciat sibi exhibere tutelam, Magon. *decis. Luc.* 13. *n.* 29. Gratian. *discept. forens. cap.* 513. *n.* 12. *&* 23. Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 3. *n.* 77. *& seqq.* Sperel. *decis.* 154. *n.* 75. *&c.* vide *in §. Contractus n.... & §. Fructus n...*

Item arguitur dolus ex suasionibus suadenti vtilibus, & illi, cui suadentur damnosis, sicut etiam si reticeantur ea, quæ respiciunt commodum reticentis, & damnum ignorantis, & si adhibeatur insolita diligentia, qui dolus dicitur deceptiuus, & tamquam dans causam contractui, illum, prorsus annullat, ita vt non obstet quod contrahens fuerit negligens, quia dolus præponderat culpæ, nec suffragari debet, Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 191. *per tot.* Sperel. *decis.* 150. *numer.* 41. *& seqq.* vbi *numer.* 51. *&c.* ampliat etiam si contractus esset iuramento firmatus, quia deceptus non consentit, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 13. *num.* 36. *& seqq. ad* 48. vbi quod in mendacio ad sui vtilitatem semper inest dolus, alio non docto, & ibidem *n.* 84. *& seqq. fol.* 205. vide *in §. Iuramentum num.... & §. Fideiussor n.....*

Alias plures doli præsumptiones, & coniecturas, vide per Mascard. *de probat. concl.* 531. *per tot.* Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 3. *per tot.* Farinac. *quæst.* 89. *inspect.* 4. *per tot.* Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 573. *& seqq.* tetigi in Practica *§. Delicti num.* 50.

Quod in fraudem, & dolosè fieri dicatur quoties aliquid clam repromittitur contra id quod palam fuit conuentum, ac debeat præualere id quod palam gestum fuit, annullat clandestina repromissione, Paul. Christin. *decis. Belgic.* 118. *vol.* 2. vbi in terminis remissionis dotis factæ à sponso, vel rei sibi donatæ vt facilius sponsam obtineret, fuerunt huiusmodi repromissionis tamquam dolosæ annullatæ, *& decis.* 127. *numer.* 5. *vol.* 3. vide *in §. Dos num.* 37. Martha *vot. Pis.* 59. *num.* 6. Nouel. *de dot. part.* 5. *priuil.* 17.

Dolus quamuis, vt supra dixi non præsumatur, probatur tamen coniecturis, & præsumptionibus generaliter ductis, vel ex qualitate personarum, vel facti, vel ex natura actus mali, & illiciti, vel à lege prohibiti, vel non faciendo quod quis facere debet, vel ex præcedente tractatu, vel ex malo effectu sequuto, vel ex actu gesto cum personis prohibitis, aut suspectis, ex qualitate temporis, ex mendacio, ex non obseruatione promissorum, ex breuitate temporis, ex nimia, & insolita diligentia, ex inobedientia, ex violentia, ex suppositione tertiæ personæ, ex clandestinitate actus, ex enormi, siue enormissima læsione, ex inimicitia, ex spretu præcepti, vel prohibitionis, ex actu, qui agenti non prodest, & alteri nocet, ex verisimili, ex eo quod quis non fuit repertus in loco vbi manere debet, vel solet, & similibus, quis latè prosequitur, & declarat Luc. de Pen. *in l. quemadmodum C. de agr. & cens. lib.* 11. Vulpin. *in fuco*, Farinac. *quæst.* 89. *inspect.* 4. Mascard. Menoch. Farinac. Iordan. & alij in locis supracitatis, 4

citatis, Tuſch. lit. D. concluſ. 547. & ſeqq. Ricc. Collect. 1123. Ariſmin. Tepat. var. ſent. tit. 154. latè Matth. Sanz. de re crim. controu. 29. num. 25. & ſeqq. vbi quod dolus tamquam in animo conſiſtens probatur præſumptionibus, & coniecturis, & iam in muliere, veluti ex inſecutione poſt acceptam iniuriam, ex genere armorum, ex parte corporis læſa, ex machinatione, & artificioſa cautela, odio, & inimicitia, ex loco inſidioſo, & huiuſmodi, quæ etiam deſeruiunt ad oſtendendum animum deliberatum, facit quod dixi in §. Maſculinum n. 1. in fine, & §. Mulier n. 41. idem Sanz. contr. 63. n. 30. & ſeqq. vbi quòd in dolo eſt, qui legem ſcienter tranſgreditur, vel atteſtationes peritorum ſequi recuſat.

Quod cuius finis malus eſt, eius præordinatio doloſa præſumatur, quia exitus acta probat, l. ſi quis adulterum 33. ff. de adulter. l. aut facta §. euentus ff. de pœn. Rot. part. 14. recent. deciſ. 54. n. 10. vbi tamen quod tollitur hæc præſumptio ex alijs fortioribus.

5 Dolus excluditur contrarijs coniecturis, & præſumptionibus pariter ſumptis à qualitate facti, temporis, perſonarum, loci, amicitia, defectu cauſæ, ignorantia, obedientia, neceſſitate officij, & ſimilibus contrarijs ſuprarelatis dolum indicantibus, vt per Farinac. qu. 89. inſpect. 3. per tot. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. num. 17. &c. Maſcard. de probat. concluſ. 531. n. 4. & ſeqq. Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 13. n. 115. & ſeqq. fol. 207. infr. n. 9. Rot. part. 9. recent. deciſ. 325. per tot.

Quod dolus excludatur per quamcumque cauſam nedum leuem, ſed etiam iniuſtam, & beſtialem, dummodò allegetur, & probetur, & quod ex illa cauſa motus fuerit agens ad credendum ſe non delinquere, niſi tamen ſecundum aliquos agatur de delictis de ſui natura malis, & illicitis, vel in iudicio commiſſi, vel de contemptu iudicis, vel de pœna conuentionali, vel de lucro captando, vel de perſeuerantia poſt cognitionem iniuſtæ cauſæ, nam his, & ſimilibus caſibus iniuſta cauſa non excuſat, & in omnem caſum excuſat tantùm à dolo, & à pœna ordinaria delicti, non autem à culpa, & à pœna extraordinaria arbitraria mitiori pro modo, & qualitate culpæ, latè videndus Farinac. q. 90. n. 1. & ſeqq. per tot. Rot. deciſ. 87. poſt conſ. eiuſdem Farinac. cum Addit. Centul. Gabriel. comm. concluſ. lib. 7. concluſ. 8. Boſſ. de inquiſ. n. 113. &c. Pac. Iordan. d. tit. 13. numer. 129. & ſeqq. fol. 207. vide in §. Cauſa numer. 15. & num. 28.

An autem ignorantia, & qualis excuſet à dolo, vide in §. Ignorantia n... & in Pract. §. eod. per tot.

Et an ceſſante dolo poſſit quis pro culpa tantùm, corporaliter puniri; quidquid aſſerant multi Doctores, veritas eſt, quod in practica, quando agitur de delicto graui, punitur etiam pœna triremium, vel ſimilibus corporalibus, & afflictiuis, vt teſtatur Centul. in Addit. ad conſ. 1. Farinac. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 13. n. 172. in fine, fol. 210. Sperel. deciſ. 108. n. 37. Cabal. reſol. crim. caſ. 135. per tot. Clar. §. fin. q. 85. n. 10. in fine, & q. 20. n. 6. in fine, Farinac. qu. 17. n. 73. Card. Tuſch. lit. P. concluſ. 255. n. 13. dixi in Pract. §. Pœne num. 29.

6 Dolus, & lata culpa numquam præſumitur in muliere, gloſ. & DD. in l. vbi ff. de edend. quod procedit tantùm quando agitur de contrauentione legis, cùm præſumatur ignorare iura, vnde non poteſt præſumi aliquid factum ab ea in fraudem legis, ſecus in alijs, Pic. ad Stat. Vrb. gloſ. 2. numer. 5. & 6. Menoch. lib. 5. præſumpt. 3. num. 28. &c.

Idem eſt in minore, ruſtico, & milite, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 600. numer. 12. &c. Farinac. quæſt. 89. inſpect. 3.

7 Dolus requiritur in delictis ad irrogandam pœnam, & vbi non adeſt dolus ſemper minor pœna imponitur, cùm in delictis lata culpa non æquiparetur dolo, ſed mitiùs puniatur, Guaz. deff. 33. c. 18. per tot. ſupra n. 5.

Et licèt in ciuilibus, dolus latè culpæ æquiparetur, tamen ſecus in criminalibus, imò etiam in ciuilibus vbi lex expreſsè requirit dolum, Soccin. Reg. 131. per tot. Vrceol. conſult. forenſ. cap. 42. numer. 21. & ſeqq. vide in §. Culpa num...

8 Dolus futurus per ſimplex pactum non poteſt remitti, ne detur occaſio delinquendi, l. vnus §. illud ff. de pact. & l. conuenire ff. de pact. dotal. poſſet tamen per iuramentum remitti ſecundum Euerard. loc. à vi, & energ. iuram. num. 63. de quo vide Gratian. diſcept. forenſ. cap. 711. numer. 8. & ſeqq. & num. 64. & 65. & dixi in §. Liberatio num.... Creſp. de Valdaur. obſeru. 48. per tot. Cala de ferijs quæſt. 5. num. 18. & ſeqq. Creſp. de Valdaur. obſeruat. 98. & numer. 10. Hermoſil. leg. 57. gloſ. 1. & fol. 840. vbi plura ad rem quando dolus ſufficiat ad reſciſſionem contractus.

Et quamuis pœna futuri delicti non poſſit in totum tolli, poſſit tamen minui, idem Gratian. diſcept. 970. num. 17. &c.

Quod dolus futurus non poſſit per iuramentum remitti quoad publicum intereſſe, vel ad publicam vindictam, ſed tantùm quoad intereſſe priuatum iurantis, Sperel. deciſ. 180. num. 25. cum pluribus per eum citatis, & Balthaſ. Thomaſ. tract. de tut. & Curat. tit. 19. numer. 1120. & ſeqq. fol. 518.

Quod non teneat renunciatio doli futuri, & pars, quæ ſe in ea fundaret tamquam dolo faciens ſit repellenda, Altograd. conſ. 22. n. 29. lib. 2. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 116. num. 13. vol. 2.

De hac concluſione, an, & quando dolus præteritus, ſiue eius pœna poſſit remitti, & cenſeatur remiſſus, non autem futurus, Alex. Trentacinq. var. reſol. lib. 1. tit. de dolo, Card. Tuſch. lit. D. concluſ. 588. Farinac. in Pragm. lit. D. num. 147. & ſeqq. ad 183. Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 13. numer. 21. & ſeqq. fol. 202. dixi in §. Donatio num. 33. in fine.

Dolus, & fraudis ſuſpicio, ceſſat in homine nobili, probo, & diuite, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 625. num. 27. & 28. Montan. de tut. cap. 30. numer. 95. fol. 92. vide in §. Nobilitas num.... 9

Ceſſat etiam vbi non reſultat aliquod lucrum, ei, cui dolus imputatur, cùm non præſumatur ſine cauſa, Caualer. deciſ. 398. n. 6. & 7.

Excluditur pariter ſtante credulitate cauſata ex aſſertione viri probi, & legalis, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 970. numer. 8. &c. vide Farinac. quæſt. 90. inſpect. 3. per tot.

Sicut nec ignoranti, vel impedito poteſt dolus, vel culpa imputari, Duran. deciſ. 365. numer. 29. Farinac. quæſt. 90. inſpect. 2.

Item præſumitur abeſſe dolus, quoties quis ſuo iure vtitur, & de re ſua diſponit, Magon. deciſ. Flor. 30. num. 12. ſupra n. 5.

Dolus nedum verus, ſed etiam præſumptus, ſufficit ad 10 reſciſſionem contractus, & actio doli datur contra eum, qui non expreſſit qualitates, quas debebat exprimere, & ex quibus contrahens potuit decipi, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 759. num. 13. & 20. cap. 823. numer. 38. cap. 824. numer. 41. & cap. 967. num. 12. &c. vide in §. Venditio num.... Rot. part. 11. recent. deciſ. 7. vbi in terminis tranſactionis, & ſicuti venenum inficit omne compoſitum, ita dolus inficit omne diſpoſitum, & p. 13. deciſ. 241. n. 9. &c. vbi in terminis donationis, & deciſ. 298. n. 15. &c. vbi etiam quod dolus quando eſt cauſa immediata acquiſitionis nocet conſecutiuè omnibus alijs licèt de dolo non participantibus.

Plura de dolo in ſubſtantia, perſona, & qualitate, an, & quando irritet contractum, vel non, maximè ſi dederit cauſam contractui, Petr. de Onnate de contract. tom. 1. tract. 1. diſput. 3. ſect. 7. 8. & 9. fol. 71. & ſeqq.

Quod ſtante dolo, cui etiam æquiparatur enormiſſima læſio, actus ſit ipſo iure nullus, Caualer. deciſ. 301. num. 5.

Quod enormiſſima læſione dolus, & metus præſumatur re ipſa, qui æquiparatur dolo ex propoſito, & reſcindit contractum, Magon. deciſ. Flor. 64. numer. 61. Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 102. per tot. Menoch. de arbitr. quæſt. 71. num. 18. Franch. deciſ. 247. & deciſ. 708. vbi quod dolus dantis cauſam contractui bonæ fidei, annullat ipſo iure contractum.

Quando dicatur dolus ex propoſito, & re ipſa vt annullet contractum, Tuſch. lit. D. concluſ. 571.

Plura de dolo dante cauſam contractui, vel incidenter, qualiter annullet contractum, ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, & alia ad hoc propoſitum, vide per Pac. Iordan. Lucubr. volum. 3. lib. 14. tit. 13. num. 36. & ſeqq. ad 48. fol. 203. Tuſch. lit. D. concluſ. 583. per tot. Chriſtin. deciſ. Belgic. 116. volum. 2. Ricc. Collect. 602. Card. Mellin. deciſ. 162. Carol. de Graff. de except. except. 22. Aluarez de Velaſc. de iud. perfect. Rub. 14. annot. 4. num. 21. & 43. Ger. Spin. conſ. 16. num. 51. & ſeqq. Sperel. deciſ. 150. num. 28. vbi limitat in ſpiritualibus, in

quibus

quibus dolus noo vitiat contractum, cùm dicatur dolus bonus ex quo quis inuitatur ad ſeruiendum Deo, quam limitationem ſequitur Iordan. *loc. cit. n.41.* vide in §. *Matrimonium num.*

11 Dolus quando dicatur verus, vel præſumptus, & quando minor reſtituatur, loquendo in omiſſione facta in inuentario, latè Surd. *deciſ.216. per tot.* Tuſch. *litt. D. concluſ.572. per tot.*

12 Dolus liberationis probatur, quando non exhibentur rationes calculatæ, non apparet de inuentario, & libro rationum, ſi conſtat quod multa fuerint omiſſa, quando fuit facta non viſis rationibus, & inuentario, quando non fuit obſeruata forma ſtatuti, & quando conſtat de enormi læſione, vt latè declarat Montan. *de tut. cap.38. num.137. ad* 145. vide in §. *Tutor num.*

13 Dolus tutoris in contrahendo pro pupillo, ipſi pupillo, nec nocere, nec prodeſſe debet, ſed tutori, qui tenetur ex ſuo delicto, Mnntao. *de tut. cap. 31. effect. 5. numer.10. & ſeqq. ad finem*, latè Olea *de ceſſ. iur. tit.5. quæſt.11. per tot.* vbi benè declarat, & dixi *in §. Pupillus.*

Quod dolus vnius alteri oocere non debeat, niſi ex eo ſenſerit commodum, Caſtr. *conſ.412. lib.1.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 118. *n.1. volum.2.*

14 Dolus quotieſcumque reparari poteſt per actionem ciuilem ex contractu, non habet locum accuſatio criminalis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.625. numer.20. &* 21. quem tamen vide *in cap.935. num.16. &* 26. Menoch. *de arbitr. caſ.381. numer. 5. & caſ.398. num.20.* Cabal. *reſolut. crim. caſ.136. numer.19.* Farinac. *quæſt. 169. numer. 11. per text. in l. tres fratres ff. de pact.* Boſſ. *in tit. de decret. Mediol. per tot.* Zuff. *de legit. Proceſſ. lib.1. quæſt.59. numer.22. & ſeqq.* vbi quòd ad hoc vt dolus purgari debeat actione ciuili, tria concurrere debent, primò vt dolus non tranſeat in particulare nomen delicti, vt quando res habet originem à præſumptione, & permanet in eodem eſſe, ac ſub velamine adminiſtrationis temperatur, ſecuodò, quòd materia ſit ordinata potiùs ad contrahendum, & tertiò quòd ex contractu is, qui dolum commiſit non ſit factus locupletior cum damno alterius, ad Farinac. *conſ.96. numer.* 19. *&* 20. vbi quòd ſi quis inficiando nolit reſtituere depoſitum ſit locupletior eum aliena iactura, & ideò non ex contractu depoſiti, ſed actione de dolo criminaliter conueniri poteſt.

Quod doli actio ſit ſubſidiaria, nec detur regulariter, dum ſubeſt aliud remedium etiam per viam exceptionis, vel extraordinarium reſtitutioois in integrum, intelligendo tamen quando dolus ſtat in puris terminis contractus, vel in finibus contrahendi, & materia non eſt apta ad inducendum crimen, quod ſi egrediatur fines contractus, vel reſultet delictum, non impeditur actio de dolo, nec criminalis punitio, etiam contra adminiſtratorem, qui doloſè ſe geſſit in adminiſtrando, niſi fuerit actum de dolo ciuiliter, Menoch. *de arbitr. caſ.398. numer.11. & ſeqq.* Farinac. *in Pragmat. verb. Adminiſtrator numer.42.* Pac. Iordan. *Lucub. volum.3. lib.14. tit.13. numer.24. & ſeqq. fol.202.* vbi etiam alijs modis limitat Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.1. §.13. cap.3. numer.5. & ſeqq.* Bonifac. *de furt. §.10. numer. 51.* Benedict. Carpzou. *in Pract. crim. part.2. quæſt.85. n.68.* dixi in mea *Pract. §. Adminiſtrators per tot. & §. Furto num.44. &* 45. Tuſch. *lit. D. concluſ.178. per tot.* Rot. *part.10. recent. deciſ.288. num.16. & ſeqq.* vbi plura qualiter ſtante dolo poſſit criminaliter agi de ſtellionatu.

15 Doli actio quando datur contra hæredes doloſi defuncti, diuiditur inter illos obligatio, quando verò datur contra plures dolnſos ex proprio dolo ſimul commiſſo, tenentur omnes in ſolidom, *l. in depoſiti ff. depoſit.* Iaſ. *in l. ſtipulationes non diuiduntur numer.19. circa medium ff. de verb. obligat.* Pac. Iordan. *Lucubr. loc. ſup. cit. numer.32.* vbi etiam quod cùm actio de dolo ſit famoſa, magiſque odioſa quam furti, & iniuriarum, non datur contra perſonas, quibus debetur reuerentia, ſed loco illius actio in factum, temperatis verbis, & omiſſa doli mentione.

Quod ſoluens, vel exactus in ſolidum ratione doli, non repetat ratam ab alijs, & quare dixi in §. *Delinquens num.9. verſ. Et ſi vnus.*

An autem, & quando dolus ſui auctoris noceat ſingulari ſoccesſori, vel non, Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic.* 117. *num.10. &c. volum.2.* vbi facit regulam negatiuam, quam ſex modis limitat.

Doli actio regulariter extinguitur biennio, *l. fin. C. de dol. mal.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.761. numer.26.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.3. lib.14. tit. 13. numer. 17. fol.201.* vbi quod cootra hæredem durat 30. anois pro eo, quod ad eum peruenit, & idem eſt contra ipſum doloſum quoad commodum ex dolo perceptum, ſaltem per actionem in factum, vide Tuſch. *litt. D. concluſ.585. & ſeqq.* 16

Dolus ſuus nemini patrocinari debet, doloſo enim, fraudanti, & culpoſo, non debet dolus, vel culpa commodum afferre, ſed benè nocere, ad tradita per Crauett. *conſ.192. lib.1.* Lap. *Alleg.88. numer.4. &c.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belg.* 117. *numer.5. &c. vol.1.* Ricc. *Collect.*3206. Aluarez de Velaſc. *loc. infr. cit. numer.13.* Rot. *part.14. recent. deciſ.334. numer.16. &* 17. vbi quod dignus eſt deceptor, vt in caput ſuum mentiatur, Thom. Triuiſ. *deciſ. 63. numer.9. lib.1.* vbi tamen quod cautus, & non doloſus dicitur qoi per dolum dolo reſiſtit, cùm lex permittat dolum dolo vinci. 17

Dolus autem tertij quando noceat, vel non, & alia de dolo, & metu, Ricc. *Collect.*2888. Aluarez de Velaſc. *de ind. perfect. Rub.14. annot.4. n.45.* vbi quòd ſicuti non nocet, ita nec etiam prodeſt per text. *in l. alterius circumuentio 49. alias 50. ff. de reg. iur.*

Dolus non infertur ſcieoti, & volenti text. *in cap. ſcienti 27. de reg. iur. in 6.* Bald. *conſ.240. num.1. lib.2.* Mangil. *de euict. quæſt.106. num.15.* Olea *de ceſſ. iur. tit.7. quæſt.3. n.3.* Rnt. *part.9. recent. deciſ.469. numer.16. & ſeqq. & part.14. deciſ.124. num.8.* 18

Qood dolus in ſcientem commiſſus oon puniatur pœna ſtellionatus, Oſaſch. *deciſ.137.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tit.154. cap.6. in fine, & per tot.* vbi alia plura de dolo, & eius effectibus tam in delictis, quam in contractibus.

Dolus iudicis debet deſumi ex antiqois actis, non ex nouis illis non cognitis, quia ignorans in dolo non verſatur: probatur autem dolus in iudice, ſi dixerit velle ſeotentiam proferre ex odio, vel amicitia, ſicuti etiam per euidentem iniuſtitiam, iniuriam, vel gratiam, quando iuris ordine non ſeruato fulminatur, & procedit parte non citata, vel ex capitali inimicitia eum eo, contra quem tulit ſententiam, vt probat Maſcard. *de probat. concluſ.532. per tot.* vide *in §. Iudex numer. 21. &c.* 19

Dolus non præſumitur in hærede aliquid deſcribere omittente in inuentario, ſed potiùs præſumitur ignoranter omiſſum, ſtante maximè proteſtatione, vel clauſula, *cum facultate addendi, ſi quid apparebit omiſſum*, & tantò magis ſi ante oppoſitionem fuerit deſcriptum; non tameo dicta clauſula excuſaret à dolo vbi conſtaret quod hæres aliquid ſcienter omiſiſſet, vel poſtea ſuperueniente notitia non deſcripſiſſet, Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.169. per tot.* Surd. *deciſ.*216. cum alijs ab ipſis citatis. 20

Quod vltimum oon puto procedere vbi ageretur de re, vel rebus minimis, vide *in §. Hæres.*

Multa de dolo vero, & præſumpto, de præterito, & de futuro, an poſſit remitti, & alia de materia doli tradunt DD. allegati ab Ægid. de Caſteion. *in Alphab. iurid. verb. Dolus, Deceptio*, & Com. Auguſtin. Fontan. *in Biblioth. leg. part.4. eod. verb. fol.437. &c.* præcipuè aotem Caſtill. *controu. tom.5. cap.125.* Creſp. de Valdaur. *obſeruat.98.* Bargal. *tract. de dolo per tot.* Hermoſil. *loc. ſup. cit.* Matth. Sanz. *de re crim. controu.63. num.30. & ſeqq.* 21

Dolus, fraus, & ſimulatio probari poteſt etiam per teſtes inhabiles, ſiue ex coniecturis, eùm lex contenta ſit probatione irregulari, vt veritas pateſiat eorum, quæ in occulto fiunt, ſicuti ex pluribus docet Vela *differt.38. num.* 22. Alia plura de dolo ad diuerſos effectus maximè in contractibus tradit Cyriac. *in pluribus locis indicatis in Repert. verb. Dolus.* 22

§. DOMESTICI. XXVII.

1 Domeſtici quinam dicantur, vt tamquam tales repellantur à teſtimonio, Addit. ad Pract. Papp. *form. iuram. teſt. gloſ. proteſtante numer.* 15. *litt. D.* Farinac. *de teſt. quæſt.* 55. *inſpect.* 1. *per tot.* Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *numer.* 185. *& ſeqq. ad* 220. *fol.* 314. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 590. Maſcard. *de probat. concluſ.* 533. *per tot.*

Quod attendatur illorum ſtatus, & conditio de tempore, quo deponunt, *l. ad teſtium* §. *conditione ff. de teſt. & l.* 1. *C. eod.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 374. *numer.* 4. *&c. cap.* 797. *numer.* 27. *& cap.* 909. *numer.* 7. dixi *in* §. *Famulus num*.... Farinac. *d. quæſt.* 55. *numer.* 32. Iordan. *loc. cit. num.* 197.

2 Domeſtici, & familiares admittuntur ad probandam defenſam inquiſiti, cùm fauore defenſionis admittantur etiam teſtes alias inhabiles, Guaz. *deff.* 29. *c.* 3. *n.* 7. Farinac. *d. q.* 55. *n.* 70. Iordan. *vbi ſupra n.* 202. dixi *in* §. *Affinitas num*.. §. *Conſanguinitas num*...

Plures alios caſus quando admittantur domeſtici, vide per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 374. *per tot.* Maſcard. *de probat. d. concluſ.* 533. *per tot.*

Quod admittantur vbi veritas aliter haberi non poteſt, in factis domeſticis, ſi ſint valdè honeſti, & probatæ vitæ, parte non opponente, ſi ſint domeſtici vtriuſque partis, & in ſimilibus caſibus latè proſequitur Farinac. *d. quæſt.* 55. *numer.* 35. *&c. ad* 116. Pac. Iordan. *loc. ſup. cit. numer.* 196. *& ſeqq. ad* 220. vbi adducit viginti caſus, in quibus domeſtici admittuntur ad teſtificandum, & Maſcard. *d. concluſ.* 533. *per tot.* vide *in* §. *Teſtes*.

3 Domeſtici, & familiares præſumuntur commiſiſſe delictum ſecretè in domo patratum, vel ſaltem ſcire quinam commiſerint, maximè concurrente illorum taciturnitate in non reuelando, vel alijs indicijs, & ideò pro illo inueniendo, poſſunt torqueri, niſi probent tempore delicti fuiſſe extra domum, & quando etiam, & quibus concurrentibus poſſint arbitrariè condemnari, vide Farinac. *qu.* 52. *numer.* 98. *& ſeqq.* Boſſ. *de tort. ſeſt. numer.* 11. Guaz. *deff.* 19. *cap.* 9.

4 Domeſticis furtum committentes qualiter puniantur, Cabal. *caſ.* 204. Berlich. *part.* 5. *concluſ.* 54. vide *in* §. *Furtum*, & alia de domeſticis innuunt Caſteion. *in Alphabet. iurid. verb. Domeſticis*, & Com. Auguſt. Fontan. *in Biblioth. leg. p.* 4. *eod. verb. fol.* 438.

5 Domeſtici teſtes probant in his, quæ ab eis melius quàm ab alijs ſciri poſſunt, Farinac. *qu.* 5. *num.* 36. Cyriac. *contrcu.* 165. *num.* 7. Sicut etiam probant ſi deponant aliquid contra producentem, & aliquid pro eo, vel parte non opponente, vel ſi ſint plures quam duo, & in omnem caſum ſempet faciunt aliquam præſumptionem, & ſupplentur ex idoneitate aliorum, idem Farinac. *d. quæſt.* 55. *numer.* 93. 109. *& ſeqq.* & idem Cyriac. *contrcu.* 219. *num.* 44. *& ſeqq.* vide *in* §. *Teſtes num.* 1. *& ſeqq.*

§. DOMICILIVM. XXVIII.

1 Domicilium vt quis contrahat, requiritur quod in loco habitauerit per decem annos cum maiori parte bonorum, & animo perpetuo commorandi, latè Menoch. *de arbitr. caſ.* 86. Maſcard. *de probat. concluſ.* 534. *&c.* Crauett. *conſ.* 55. *n.* 2. Guaz. *deff.* 1. *cap.* 25. *num.* 9. *& ſeqq.* Viui. *comm. opin.* 203. *per tot. verb. Domicilium*, Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 105. *per tot.* Ludouiſ. cum Beltram. *deciſ.* 279. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 181. *per tot. c.* 592. *num.* 6. *& ſeqq. & c.* 824. *num.* 36. *&c.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 31. *& ſeqq. ad* 39. *volum.* 5. Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 88. *n.* 3. vbi quod non ſufficit ſe nominare ciues, & vti tales contrahere, maximè dum conſtat de origine in alio loco.

De incolatu autem qualiter contrahatur, latè Rot. coram Pænia 13. Februarij 1609. penes Fenzon. *ad ſtat. Vrb. c.* 41. *per tot.* vbi diſtinctè procedit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 569. *n.* 2. *&c. ad* 14. Ridolphin. *in prax. p.* 1. *c.* 7. *num.* 61. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 32. *&c. vol.* 5.

Quod incolatus probetur ex eo quod quis diu ſtetit in Vrbe, bona ſtabilia emit, & vxorem duxit, Durand. *deciſ.* 365. *n.* 4. Rot. *part.* 2. *diuerſ. deciſ.* 105. vbi etiam quod domicilium conſtituit incolatum, *& deciſ.* 150. *per tot. d. part.* 2. *diuerſ.* vbi quod abſque expectatione alicuius temporis, poteſt acquiri per declarationem animi, concurrente aliquo actu ipſius animi ſignificatiuo, vt emere, vel conducere domum, Menoch. *de arbitr. caſ.* 86. *numer.* 12. *&c.* Martha *vot. Piſ.* 96. *num.* 5. *&c.* vbi contra Altograd. *conſ.* 27. *num.* 11. *& ſeqq. lib.* 2. vbi quod per habitationem continuam vltra decennium, incolatus, & domicilium contrahitur abſque aliqua animi declaratione vide alios ſupracitatos, quibus adde Merlin. *deciſ.* 193. *num.* 3. *&c.* vbi quod non requiritur lapſus temporis ſi conſtet de animo factis, vel alias declarato, cùm domicilium facto, & animo contrahatur, idem Merlin. *deciſ.* 194. *num.* 12. *&c.* Rot. *part.* 13. *recent. deciſ.* 261. *num.* 2. *&c.*

An autem, & quando præſumatur mutatio domicilij, Menoch. *lib.* 6. *præſumpt.* 42. *per tot.* Maſcard. *loc. cit.*

Et an domicilium poſſit ad libitum mutari inuito Barone, vel Domino loci, Sanſelic. *in Praxi ſect.* 8. vbi quod poteſt mutari ſi Vaſſallus recedat cum vxore, & familia, niſi Baro in eum habeat aliquod ius neceſſarium perſonale, vel priuilegium cum clauſula, quod non liceat diſcedere.

Mutato autem domicilio, poteſt nihilominus qui contraxit in primo domicilio in eo conueniri ſi ibi reperiatur, *l. iur. ordin. C. de iuriſd. omn. iud.* Sanſelic. *in Prax. ſect.* 10.

2 Domicilium tribus modis poteſt acquiri, nempè natura, legis diſpoſitione, & animo; natura per originem; legis diſpoſitione per ſtatutum, priuilegium, dignitatem, prælaturam, monachatum, Clericatum, militiam, ſenatoriam, lecturam, matrimonium, manumiſſionem, adoptionem, ſucceſſionem, relegationem, & per rationem communis patriæ; animo, vt quando quis alibi ſe contulit, emit bona, vel domum conducit, & declarat ſe velle ibi domicilium habere; E contra verò non acquiritur domicilium etiam per mille annos ſtante declaratione animi de recedendo, & non habitando; in dubio autem vbi nulla adeſt animi declaratio, præſumitur domicilium acquiſitum ex aſſidua conuerſatione, quæ ſecundum multos intelligitur de decennio, vel iuxta veriorem opinionem arbitrio iudicis, qui iuxta loci, & perſonarum qualitatem arbitrari poterit etiam minori tempore eſſe contractum domicilium, vt benè declarat Menoch. *de arbitr. caſ.* 86. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 18. Altograd. *conſ.* 27. *n.* 17. *& ſeqq. per tot. lib.* 2. Maſcard. *de probat. concl.* 534. *per tot.* Sperel. *deciſ.* 157. *n.* 23. *& ſeqq.* Farinac. *in fragm. par.* 1. *litt. D. verſ. Domicilium n.* 194. *& ſeqq.* Pac. Iordan. *Lucubr. vol.* 3. *lib.* 13. *tit.* 8. *n.* 227. *& ſeqq. fol.* 92. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 591. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 31. *& ſeqq. ad* 39. *volum.* 5. Sanſelic. *in Praxi ſect.* 7. *& ſeqq.* vbi qualiter quis ſortiatur forum in pluribus locis, & quomodo ratione domicilij ex prædictis cauſis acquiſiti.

An autem in dependentibus ab animo ad effectum acquirendi domicilium, vel non, ſit ſtandum potiùs expreſsè declarationi illius, de cuius animo agitur, vel factis contrarium indicantibus, Ludouiſ. *deciſ.* 163. *n.* 8. vbi quod ſtandum eſt magis declarationi expreſsè quam factis; Intellige quando facta non ſunt adeò clara, vt poſſint recipere interpretationem à declaratione verbali, alias autem ſi facta ſint clara dicuntur potentiora verbis, & factis potiùs, quam verbis ſtandum eſt in hac materia, cùm homines ſæpè dicant verbis aliter quam velint, & ſentiant, raro autem faciant contra id, quod verè ſentiunt, vt declarat Surd. *conſ.* 370. *n.* 65. & Beltram. in Addit. ad Ludouiſ. *d. deciſ.* 163. *n.* 11. idem Ludouiſ. *deciſ.* 239. *per tot.*

3 Domicilium in dubio dicitur contractum ex eo ſolo, quod quis tranſtulit in loco maiorem partem ſuorum bonorum, & totam familiam, niſi hoc fecerit non animo perpetuo habitandi, ſed ex alia cauſa, puta ſtudiorum, vel Præfecturæ Vrbis, ſiue alterius officij, quibus caſibus etiam per mille annos habitando, non contrahitur domicilium, niſi poſt finitum ſtudium, vel officium continuetur habitatio, ita & taliter, vt arbitrio iudicis poſſit ex coniecturis argui domicilium, Menoch. *d. caſ.* 86. *n.* 18. *& ſeqq. per tot.* Paul. Chriſtin. *d. deciſ.* 31. *& ſeqq. ad* 39. *volum.* 5. Maſcard. *de probat. concluſ.* 534. Thom. Triuiſ. *deciſ.* 23. *lib.* 1. Ludouiſ. cum Beltramin. *deciſ.* 279. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi quod non ſufficit poſſeſſio maioris partis bonorum ad acquirendum domicilium, ſed etiam requiritur animus perpetuò habitandi.

Quod quis dicatur habere domicilium in loco, in quo

habet

habet maiorem partem bonorum, etiam si mille annos alibi habitauerint, cùm præsumatur habere animum reuertendi ad locum bonorum, Barbat. *cons.52. n.10. vol.2.* Martha *vot. Pis.5. n.6. & 7.* vbi ad effectum cognoscendi quodnam statutum sit attendendum circa lucrum dotis, de quo dixi in §. *Statutum de lucro dotis*, vbi plura notabilia idem Martha *vot.27. n.10. &c.* vbi ad effectum exemptionis gabellæ, & dixi in §. *Ciuis n.4.*

Et quod domicilium non acquiratur absque animo perpetuo habitandi, licet quis per decennium, & vltra habitauerit in loco, cùm habitatio accidentalis, vel temporalis absque dicto animo non sufficiat, Altograd. *cons.93. n.24. lib. 1.* & latiùs *cons.27. n.17. & seqq. per tot. lib.2.* vbi respondet aliquibus ex prædictis rationibus, & ostendit in casu suo contractum fuisse domicilium Florentiæ per Illustrissimum D. Marchionem Franciscum Coppulum Perusinum Aulicum primarium Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, *& cons. 28. n.39. & seqq. d. lib.2. in eadem causa.*

Quando acquiratur per habitationem, latè Tusch. *lit. D. concl.596.* Mascard. *d. conclus.534.*

Quod domicilium, & incolatus excludatur, etiam si quis per 30. annos habitauerit, dum permansit in seruitio alicuius Principis, quia tunc causa habitandi diuersa est ab animo domicilium contrahendi, Rot. apud Fenzon. *ad stat. Vrb. decis.109. & p.9. recent. decis.312. n.17. &c.*

4 Domicilium originis, & habitationis, quando dicatur magis principale, quam ciuilitatis, & quando secus, ita vt vnum, vel alterum sit attendendum quoad successiones, & quod quis possit habere plura domicilia, quo casu si adsint bona in vtroque domicilio, cùm concurrant subiectio necessaria, defertur successio secundum statuta vtriusque loci pro rata bonorum ibidem existentium, pulchrè Gratian. *discept. forens. cap.623. n.21. & seqq. c.709. n.10. & seqq. & cap. 886. per tot.* Surd. *decis.329. per tot. lib.2.* Ludouis. cum Beltramin. *decis.279. per tot.* vide *in* §. *Statutum excludens.*

5 Domicilij appellatione, an veniat illud originis, vel habitationis, & quodnam potentius reputetur, & alteri præferatur, contrarias opiniones refert Barbos. *de appellat. verb. signif. appellat.77. per tot.* vbi videtur firmare principalius, & potentius esse illud originis, quam habitationis, cùm primum sit naturale, & sic immutabile, alterum verò accidentale, & mutabile, vide latè Paul. Christin. *decis.31. & seqq. ad 39. vol.5.* Sanfelic. *in Praxi sect.7. & seqq.*

6 Domicilium constitui potest minori per Curatorem, sicuti pupillo per tutorem, Gratian. *discept. forens. cap.861. n.16. &c.* Merlin. *decis.193. n.8. &c.*

Plura autem de effectibus domicilij, & sic quos effectus pariat domicilium, Ricc. *Collect.615.* Sanfelic. *in Praxi sect. 7. & seqq.* vbi de foro domicilij, de quo latè etiam Carleual. *de iud. de for. compet. tom.1. disp.2. q.1. &c.* dixi *in* §. *Furtum.*

7 De domicilio, quomodo acquiratur, vel amittatur, an habitando ratione officij, & alia, Surd. *decis.329.* Solorzan. *Polit. lib.5. c.9.* Vela *differt.26. n.94.* Cyriac. *controu.448. & 543.* Iul. Capon. *tom.4. discept.281.294. & 295.* & alij plures relati ab Ægid. de Casteion. *in Alphabet. iurid. verb. Domicilium*, & Com. August. Fontan. *in Biblioth. legal. part.4. eodem verb. fol.439.* Oliua *de foro Eccles. part.3. qu.17. & 18.* vbi de foro Domicilij, &c.

8 De Domicilio originis, & eius effectibus quoad criminalia, an præsumatur mutatum, & possit mutari, latè Andr. *contr.428. per tot.* dixi *in* §. *Iudex n.45.*

9 Quod licèt per dignitatem contrahatur domicilium in Vrbe, non amittatur domicilium originis, quia dignitas domicilij adiectionem potius dedisse, quàm permutasse videtur, *l. Senatores 11. ff. de Senator.* Cyriac. *contr.291. num.42.* Qualiter possit acquiri, & eligi in quolibet loco non prohibito, ita ut eligens possit ibi conueniri, idem Cyriac. *controu. 318. n.26.* vide *in* §. *Conuentio n.8.*

§. DOMINIVM. XXIX.

1 DOminium est ius de re perfectè ad libitum disponendi, & sic dominium dicitur esse apud eum, qui potest liberè disponere, etiam abutendo, & in mare proijciendo, non autem penes eum, qui cogitur ad alterius vsum reinuestire, vel ad alterius nutum vti, Gratian. *discept. forens. cap. 916. n.17. &c.*

Et dominium quoad essentiam est vnicum, & inuariabile, quamuis quoad effectus diuidatur, quia aliud est directum, aliud vtile, vel perfectum, & plenum, vel imperfectum, aliud potestatiuum, & œconomicum, aliud politicum, siue iurisdictionale, aliud spirituale, aliud temporale, Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.11. n.261. & seqq. fol. 183.* vbi etiam an Princeps possit alicui impedire vsum rei suæ, de quo Vasquez *contr. illustr. lib.1. c.17.*

Quid sit dominium, quotuplex, & quale, latè Tusch. *lit. D. concl.599. & seqq.*

Dominium duobus modis acquiritur, nempè per tradi- 2
tionem veram, vel fictam cum titulo habili ad translationem dominij factam à vero domino, vel eius procuratore, nec sufficit traditio sine titulo, neque titulus sine traditione, exceptis quibusdam casibus particularibus, & priuilegiatis vt infra; secundo modo acquiritur dominium per vsucapionem, vel præscriptionem quando ille, qui tradit non est dominus, & accipiens cum titulo, & bona fide, debito tempore possidet, Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.11. n.268. & seqq. fol.183.* latè Tusch. *lit. D. concl.602. &c.* Paul. Christin. *decis. Belg.240. vol.1.* vbi de primo modo.

De acquisitione dominij per alluuionem, ac de modo diuidendi inter conuicinos, Rot. *part.15. recent. decis.202. & p.16. decis.111. per tot.*

Qualiter acquiratur etiam per alluuionem, Paul. Christin. *decis.86. vol.4. glos. & DD. C. de alluuion.* & alios allegaus *in* §. *Flumen n.1. in fine.*

Dominium qualiter acquiratur per descriptionem ma- 3
ximè in descriptione nominum debitorum, & similibus casibus, in quibus traditio meliori modo interuenire non potest, Gratian. *discept. forens. cap.252. per tot. cap.539. per tot. & c.852. n.43. & seqq.*

Quod possit acquiri sine possessione ex sola traditione, vel apprehensione, idem Gratian. *c.615. n.2.*

Quod ex traditione instrumenti dicatur translatum dominium rei in eo contentæ, idem Gratian. *c.910. n.4.*

Qualiter in Ecclesiam, vel personam Ecclesiasticam transferatur dominium ex priuilegio per solum contractum absque aliqua traditione, *l. vt inter C. de sacrosanct. Eccles.* vbi Bart. *n.14. & seqq.* Rot. *part.9. recent. decis.310. n.1.* Gratian. *c.912. n.11.28. & 50.* vbi extendit ad alios plures habentes huiusmodi priuilegium, vide in §. *Ecclesia n.9.* & facit Rot. *part.2. diuers. decis.182. n.6.* vbi quod sola prouisio etiam non capta possessione tribuit iurisdictionem Episcopo prouiso, Paul. Christin. *decis.240. vol.1.* vbi quod tale priuilegium non obseruatur in praxi; Sed loquitur iuxta consuetudinem illarum partium, *& decis.8. vol.2. & decis.174. n.21. vol.2.*

Item dominium, & possessio acquiritur ex concessione, & contractu Principis etiam sine alia traditione, Afflict. *decis.299. n.24. &c.* Ias. *in l. traditionibus C. de pact.* Martha *vot. Pis.215. n.13.* vbi in terminis donationis, vt quæratur ius absentibus, etiam sine eorum acceptatione, Altograd. *cons.74. n.15. lib.2.* Sperel. *decis.168. n.28.* vbi plura quando dominium transferatur sine traditione, vel sit necessaria traditio, Pac. Iordan. *Lucub. vol.3. lib.14. tit.11. n.274. & seqq.* vbi refert duodecim casus, in quibus dominium ex solo titulo sine traditione transfertur, adde Paul. Christin. *decis. Belgic.131. per tot. vol.1.* vbi quoad concessionem Principis intelligit quando fit per viam supplicationis, & gratiæ, secus si per viam contractus, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. c.3. n.8. & seqq.* vide *in* §. *Donatio n.18. in Addit.*

Dominium non transfertur ex traditione facta vigore 4
contractus contra legis dispositionem, & sine causa legitima alienandi initi, Rot. *part.2. diuers. decis.278. n.7.*

Qualiter dominium transferatur per deliberationem, & adiudicationem à iudice ritè, & rectè procedente factam, item & possessio, Rot. *part.15. recent. decis.228.*

Sed tunc remanet penes primum dominum, Pac. Iordan. *loc. sup. cit. n.297. fol.185.*

Item non transfertur dominium, neque possessio per sententiam, nisi sequuta traditione, vel sententiæ executione, Gratian. *discept.545. n.38. &c.* Sperel. *decis.168. n.22. &c.*

Quando, & ex quibus contractibus transferatur, vel non, latè Tusch. *litt. D. concl.603. & seqq.*

An pacto, & alijs modis possit prohiberi translatio dominij, latè Tusch. *litt. D. concl.612.* vide in §. *Prohibitio.*

Dominium ex possessione præsumitur, & probatur, quan- 5
do de illo quæritur in iudicio non principaliter, sed tantùm incidenter, Bart. *& glos. in l. quidam in suo ff. de condit. instit.* Gratian. *discept. forens. cap.293. n.11. cap.419. n.29. cap.439. n.49. cap.468. num.35. cap.526. n.22. & seqq.* Sperel. *decis.178.*

num.

num.42.&c. Tusch. litt. D. conclus.610. Mascard. de probat. conclus.539. per tot.

Quod in dubio possessor præsumatur dominus, l. cum res C. de probat. & l. ob maritorum C. ne vxor. pro marit. vbi DD. Menoch. lib.3. præsumpt.100.n.5.

Qualiter dominium ex possessione arguatur, latè idem Menoch. lib.6. præsumpt.63. Mascard. de probat. conclus.539. per tot.

Quando probetur ex indicijs, & coniecturis, Mascard. de probat. concl.538. Gratian. discept. forens. cap.970. n.6. &c. Tusch. lit. D. concl.611. per tot. vbi latissimè ad numer.189. qualiter probetur, Ricc. Collect.311. Rot. part.16. recent. decis.85. num.10. &c. & decis.310. per tot. d. part.14. decis.497. per tot.

An possit probari per instrumentum publicum, & quomodo, vel per scripturam priuatam, Mascard. de probat. conclus.540. & Card. Tusch. litt. D. conclus.611.

Qualiter probetur per plura instrumenta antiqua, quæ fuerunt effectum sortita, Altograd. cons.3. n.13. &c. lib.2. vbi etiam qualiter transferatur ex contractu transactionis.

Qualiter per testes, per instrumenta antiqua accedentibus adminiculis, & ex possessione quando de illo incidenter agitur, idem Altograd. cons.97. num.39. &c. lib.2. Mascard. de probat. concl.546. & seqq.

Quod autem vbi de illo principaliter agitur, sit probandum concludenter, Gratian. discept. forens. cap.678. n.6. &c. Mascard. de probat. concl.539. n.7. &c.

An probetur per librum æstimi, vide in §. Liber n... Mascard. de probat. concl.542.

6 Dominium mercium, ballarum, trabum, arborum, seruorum, animalium, & similium, probatur per signum, mercum, vel bullationem, cùm talia signa operentur traditionem, si præcedat contractus iam perfectus, & habilis ad translationem dominij, & fiant per emptorem, vel nuncium, vel procuratorem præsente venditore, & patiente, alias quocumque modo imprimantur, non operantur translationem dominij, sed vt potius res signata ab alijs dignoscatur, pulchrè Gratian. discept. forens. cap.500. n.5. & seqq. & n.35. &c. Paul. Christin. decis. Belgic.111. & 195. vol.2. Mascard. de probat. concl.551. per tot.

Quod signa, & nomina faciant coniecturam, rem illorum esse, quorum signa, & nomina sunt apposita, inferendo ad plura docet Menoch. lib.3. præsumpt.64. per tot.

Quod dominium mercium sit difficilis probationis, & ideò admittantur coniecturæ, ac præsumantur esse illius, cuius est nauigium, vt in simili dicitur de bonis in domo repertis, quæ præsumuntur esse domini, & habitatoris domus, nisi contrarium probetur, Alex. cons.112. num.2. lib.6. Rot. part.14. recent. decis.497. per tot.

Plura de probatione, quæ oritur ex appositione sigilli, vide per Pac. Iordan. Lucub. vol.3. lib.14. tit.17. n.161. & seqq. ad 189. fol.277.

Quod custodia clauium, maximum præbeat argumentum, cuius sit locus clauibus custoditus, Rot. part.2. diuers. decis.183. n.3.

Sicut & arma, vel insignia denotant rem esse illius, cuius sunt arma, Capyc. decis.27. num.40. in fine, vide in §. Arma num...

7 Dominium probatur per instrumentum diuisionis inter ipsos diuidentes, & causam ab eis habentes, Magon. decis. Flor.47. num.7. Duran. decis.337. num.2. vbi etiam n.1. quod probatur per testes, qui tamen, cùm agatur de re non sensu, sed intellectu tantùm perceptibili, debent reddere rationem scientiæ, etiam non interrogati, idem Duran. d. decis. 337. num.40.

8 Dominium probatur ex instrumento locationis, concurrentibus tamen alijs adminiculis, alias secus, Rot. part.2. diuers. decis.141. n.1. &c. vbi adducit solutionem affictus pro adminiculo ad probationem dominij n.9. Altograd. cons.74. n.21. lib.2. Mascard. de probat. conclus.541. per tot. Bich. decis. 200. vbi quòd dominium probatur ad quemcumque effectum ex pluribus enunciatiuis antiquis, iunctis maximè alijs adminiculis.

Quod probetur per antiqua instrumenta, per famam, per verba enunciatiua, per recognitionem, & quando agitur de directa probatione dominij ad effectum rei vindicationis, quatuor sunt probanda, nempè titulus, traditio, pretij numeratio, & diuturna possessio, quæ qualis dicatur remittitur arbitrio iudicis, Menoch. de arbitr. cas. 42. per tot. vbi etiam an sit necesse probare dominium auctoris, vide latè Mascard. de probat. conclus.537. & seqq.

Quod dominium regulariter non probetur per verba enunciatiua, nec per instrumentum, præcipuè quando agitur contra tertium, nisi versemur in antiquis, & sint enunciatiua plurium instrumentorum, & in omnem casum saltem præsumptiuè probatur, donec contrarium doceatur, Genu. de verb. enunciat. lib.2. q.49. per tot. fol. mihi 80.

An autem probetur ex eo quod quis olim fuerit dominus, quasi præsumatur durare dominium, vide in §. Dominus n.36.

Quod dominium à patre in filium, & à defuncto in hæredem continuatum præsumatur, Paul. Christin. decis. Belg. 25. n.8. vol.3. facit quod dixi in §. Possessio n.18.

Dominium directum ad effectum exactionis canonis, 9
cùm tunc agatur de illo incidenter, & sit difficilis probationis, probatur per coniecturas, maximè in antiquis, prout ex instrumento concessionis, ex solutionibus pro alijs bonis contiguis, ex enunciatiuis etiam absente domino factis, ex testibus de publica voce, & fama, ex confessione alicuius interessati, ex recognitionibus habitatorum, & attestationibus incolarum, & similibus, quæ si non singula prosunt, simul iuncta iuuant, Canaler. decis.93. per tot. decis.105. per tot. & decis.201. num.1. &c. Mascard. de probat. conclus. 539. & seqq. Merlin. decis.253. Rot. part.9. recent. decis.85. num.10. &c. decis.115. per tot. d. part.9. & decis.162. ead. part.9. vbi ad effectum apponendi arma, & decis.310. & 313. d. part.9. Bich. decis.402. num.8. vbi quod probatur ex inuestitura cum adminiculis, & decis.485. numer.1. vbi quòd probatur ex inuestitura contra emphyteutam, & habentes causam ab eo, & qualiter etiam probetur identitas, si confinia sint confusa inter plura bona ipsius emphyteutæ, Rot. part.15. recent. decis.161. vbi quòd ad effectum deuolutionis debet plenè probari, & ex quibus probetur, vel non, & part.17. decis.367. in eadem causa, & part. 18. decis.628. vbi plenè, & decis.629. & 753. in eadem causa.

Quando verò agitur ad deuolutionem, & rei vindicationem, debet ab agente plenè probari, Marescott. var. resol. lib.1. cap.85. num.5. Rot. part.13. recent. decis.282. n.9. & decis.452. per tot. vbi etiam si constaret de inuestitura, nisi cum ea concurrant adminicula, cùm etiam res aliena vendi, & locari possit.

Qualiter probari debeat in petitorio, & rei vindicatione, Mascard. de probat. conclus.536. per tot.

Probatur autem per solutionem canonis longissimi temporis, ex libris antiquis Ecclesiæ, ex pluribus enunciatiuis antiquis, ac ex alijs pluribus indicijs, & coniecturis, etiam non docto de instrumento emphyteusis, & etiam contra tertium, latè Altograd. cons.14. per tot. Pac. Iordan. Lucubr. vol.3. lib.14. tit.17. n.303. & seqq. fol.286. cum alijs per eos citatis, Merlin. decis.171. n.3. &c. decis.342. vbi qualiter probetur per instrumentum inuestituræ iunctis adminiculis, Rot. part.11. recent. decis.13. numer.10. & seqq. vbi quando non sufficiat inuestitura etiam cum adminiculis ad effectum manutentionis, sed agendum sit petitorio, & via ordinaria.

Quod imò vbi non docetur de inuestitura, dominium sit plenius probandum docendo de titulo habili acquisitionis, si dominus agat ad deuolutionem, & alia pro euitanda deuolutione ex defectu probationis dominij, Rot. part.12. recent. decis.76. per tot. vbi intelligit procedere dictas coniecturas quando constat de instrumento inuestituræ, alias secus, & quare, vide latè Rot. part.12. recent. decis.33. per tot. & decis.429. in Append. & part.13. decis.33. vbi quod probatur ex instrumento, & coniecturis, & decis.452.

Quod probetur per libros monasterij, vel Ecclesiæ, in quibus reperiantur scriptæ solutiones censuum, & canonum, intelligendo tamen in possessorio manutentionis, non autem in petitorio, & rei vindicatione, latè Genu. de script. priuat. lib.5. tit. de lib. monaster. fol. mihi 268. & vide in §. Liber n... Mascard. de probat. conclus.543. & 544. per tot.

Qualiter sit probandum quando agitur ad deuolutionem per dominium directum, & an, & quomodo ad hunc effectum deuolutionis probetur ex recognitione rei emphyteuticæ, & solutione canonis facta à possessore, & quibus præiudicet tali recognitio, vel non, Canaler. decis. 267. per tot. & decis.269. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 790. & 912. per tot. Rot. in Aesina bonorum 27. Aprilis 1635. coram Buccabell. in Nouiss. part.7. decis.36. num.2. & seqq. & dixi in §. Emphyteusis n.27. Rot. in Romana Domo-

rum 9. Decembris 1641. coram Rovas in recent. part. 9. decis. 53. & decis. 310. & 313. d. part. 9. vide in §. Dominus num. 9. Fulgin. de iur. emph. tit. de contract. emph. quæst. 26. Rot. part. 12. recent. decis. 41. num. 1. &c. vbi quod si agatur actione personali propter inobseruantiam pactorum, ob quam locus sit deuolutioni, tunc bené probatur ex instrumento concessionis, alias autem secus regulariter, nisi concurrant adminicula, & part. 13. decis. 452. vbi quod sine adminiculis inuestitura non probat dominium, cùm etiam res aliena vendi, & locari possit.

Quod sit exhibenda primordialis inuestitura, Rot. part. 14. diuers. decis. 452. n. 9. vide in §. Inuestitura n. 7.

Quod dominium directum in fauorem Ecclesiæ in antiquis vltra centum annos probetur ex vnica recognitione, Guid. Papp. decis. 278. Menoch. cons. 409. n. 8. & seqq. Tondut. resol. ciuil. c. 181. n. 3. & seqq. Castill. decis. 62. tom. 1. Capon. contr. 33. n. 15. & seqq. Cancer. var. resol. c. 11. num. 45. & alij relati per Romaguer. in Addit. ad Conciol. Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 31. n. 41. vbi quod ita fuit resolutum in Regio Senatu, licèt ipse aliorum auctoritate dicat dubitabilem esse resolutionem, & non tenendam etiam fauore Ecclesiæ, & temporis antiquitate concurrente nisi alia concurrant adminicula, & pro hac parte allegat Pacion. de locat. & conduct. c. 27. n. 74. maximè si controuersia esset cum tertio à recognoscente causam non habente; etsi alij supracitati tradant conclusionem procedere etiam contra tertium à recognoscente causam non habentem, si adsit temporis antiquitas, & fauor Ecclesiæ, ad Ripol. var. cap. 7. num. 1. & seqq. Et ita fuisse iterùm declaratum a suo Regio Senatu die 8. Aprilis 1683.

10 Dominium denotatur per pronomina possessiua iuncta substantiuo alterius generis, nisi materia subiecta aliud suadeat, item per genitiuum casum, vt probat Pac. Iordan. Lucub. vol. 3. lib. 14. tit. 11. num. 286. & seqq. fol. 184. vide in §. Casus n. 8.

Quod dominium denotetur per genitiuum ipsius, & similes, ac restringatur dispositio ad bona tantùm præsentia, Alex. cons. 171. lib. 6. Natt. cons. 292. n. 5. Gratian. discept. forens. cap. 98. n. 7. & c. 104. n. 13. & decis. 214. per tot. Iordan. vbi supra n. 291. fol. 185.

Non tamen semper genitiuus casus probat dominium, sed interdum originem tantùm, & causam efficientem, vel possessionem, detentionem, administrationem, adhærentiam, culturam, curam, & similia, Gratian. discept. forens. cap. 951. n. 11. &c. Menoch. de recuper. poss. remed. 15. n. 2. cum alijs penes illum, & penes Iordan. loc. cit. vide latè Tusch. litt. G. concl. 37. per tot.

Quod significet intrinsicitatem, & ius rei, Altograd. cons. 3. n. 26. lib. 1. vide in §. Dictio num.

11 Dominium rei, quæ cecidit in commissum propter vectigal non solutum, amittitur ipso iure, non autem possessio, & statutum loquens de amissione dominij, non statuit ad possessionem, ac statim transit in datiarium, siue emptorem gabellæ, vel Doganæ, Rol. cons. 42. lib. 3. Gratian. discept. 625. n. 2. & seqq. & c. 970. n. 26. &c.

12 Dominium quando recta via transeat de testatore in legatarium respectu rei legatæ, ita vt ipsi legatario debeantur fructus, vide in §. Fructus num... latè Tusch. litt. D. conclus. 607. Viui. comm. opin. 204.

Quod recta via transeat de testatore in legatarium, latè Duen. reg. 210. per tot. vbi 13. modis ampliat, & nouem limitat, Tusch. lit. D. concl. 607. per tot. vbi ponit plura requisita, nempè agatur de legato particulari, in certa specie, res propria testatoris, legatum sit expressum, purum, sit adita hæreditas, & huiusmodi, Sanfelic. decis. 353. n. 44. vbi quod non simpliciter transit, sed quatenus res certa legata adest in hæreditate deducto ære alieno, nec quoad possessionem, quæ est capienda de manu hæredis.

13 Dominium directum, an vtile dicatur illud quod remanet penes vasallum, vel emphyteutam subinfeudantem alijs bona, quæ ipse ab alio domino recognoscit, & sic dominij directi appellatione quid veniat, latè Surd. decis. 288. per tot. Tusch. lit. D. concl. 609. n. 7.

14 Dominium eiusdem rei non potest esse penes plures in solidum eodem respectu, sed benè diuersis respectibus, & ideò probato dominio penes vnum remanet alter exclusus, quod est verum tam indirecto, quàm in vtili, & etiam in possessione, Soccin. reg. 24. verb. Domini, vbi octo modis limitat, Tusch. litt. D. concl. 609. per tot. & lit. P. concl. 429.

15 Dominium reseruatum in venditione quid operetur, Ricc. Collect. 508. 3552. & 3722. vide in §. Reseruatio num. 1. §. Venditio num. 4. &c.

Alia plura de dominio acquirendo, ac de dominio directo, & vtili, & vtriusque effectibus, latè indicant Calleton. in Alphabet. iurid. verb. Dominium, Dominus, & Com. Augustin. Fontan. Biblioth. leg. part. 4. eod. verb. fol. 439. &c. Cancer. var. resol. p. 3. c. 6. per tot. 16

Dominium feræ in laqueo captæ, vel læthaliter vulneratæ acquiritur ei, qui eam actualiter apprehendit in foro iudiciali; in foro autem conscientiæ ei qui laqueum posuit, vel læthaliter vulnerauit, Valer. de differ. vtriusque fori, verb. Dominium per tot. & verb. Acquisitio differ. 5. & 7. per tot. vbi quòd feræ captæ in agro, cuius fructus consistunt in venatione, vel piscatione, in foro exteriori sunt domini agri, vel piscationis, in foro autem animæ sunt ipsorum venatorum, vel piscantium, nisi sint animalia inclusa, vel pisces in stagno alicuius priuati retenti; quid de venantibus in locis prohibitis à domino fundi, qui habet ius prohibendi, vel à Iudice, vel à Principe, & idem concludit, cum hoc tamen, vt si conueniantur in iudicio, & condemnentur ad restitutionem, teneantur restituere etiam in foro conscientiæ. 77

§. DOMINVS. XXX.

Dominus litis comparens per se in iudicio videtur reuocare procuratorem, & est causa sufficiens illum reuocandi, quandò vult per se litem prosequi, & ideò solet apponi clausula, citra reuocationem, Pract. Papp. for. oppon. contr. test. glos. 2. & in Respons. act. hypoth. glos. mandatum n. 2. vbi Addit. Gratian. discept. forens. cap. 22. n. 12. & seqq. Rot. p. 1. Nouiss. decis. 294. n. 12. Marescott. var. resol. lib. 2. c. 26. Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 2. n. 283. & 288. fol. 131. vide in §. Mandatum n.... Ricc. Collect. 1301. 1

Domino, vel vassallo mortuo est facienda noua inuestitura infra annum, & diem post mortem vnius ex illis, alias feudum finitur, & reuertitur ad agnatos, Pract. Pappien. ad reuoc. feud. glos. 1. num. 6. Alex. cons. 79. & cons. 124. lib. 1. Rol. cons. 644. n. 14. lib. 3. vide in §. Feudum. 2

Dominus tenetur adiuuare vassallum ab omni iniuria, & violentia honoris, rerum, & vitæ reciprocè in casibus, quibus etiam vassallus tenetur versus dominum quando potest, aliàs cadit à domino suo, Pract. Papp. loc. cit. glos. contra debitum n. 5. vbi Addit. quod dominus, & vassallus reputantur vti pater, & filius, vide in §. Vassallus num... & §. Spoliatus num.... 3

Ad quæ teneatur feudi dominus versus vassallum, & è contra vassallus versus dominum, latè Tusch. litt. F. conclus. 115. & 116. per tot. Paul. Christin. decis. 25. per tot. vol. 6.

Dominus directus petens, vel recipiens post tempus solutionem canonis, non potest postea repellere emphyteutam, quasi per talem petitionem, vel receptionem se excluserit à iure repellendi, nisi contrarium fuerit protestatus, Pract. Papp. ibid. ad tit. pract. glos. fictum numer. 4. Gratian. discept. forens. cap. 302. n. 10. & seqq. cap. 515. per tot. & cap. 633. n. 27. ad finem, Magon. decis. Flor. 61. num. 19. &c. & decis. Luc. 35. per tot. Franch. decis. 482. Menoch. lib. 3. præsumpt. 112. per tot. & præsumpt. 45. num. 8. &c. Altograd. cons. 85. n. 40. lib. 1. vide in §. Pœna n.... & §. Ratificatio num... Surd. decis. 317. per tot. Christin. decis. Belg. 157. vol. 1. & decis. 122. n. 9. vol. 3. Ricc. Collect. 2109. Rot. p. 10. recent. decis. 73. n. 3. &c. 4

Quod per simplicem receptionem canonis dicatur dominus remittere omnem caducitatem, non solum prouenientem ex capite non solutionis canonis, sed ex quolibet alio capite, Magon. decis. Flor. 145. n. 14. & seqq. Altograd. cons. 15. n. 40. & seqq. & cons. 16. per tot. lib. 2.

Intellige dummodo dominus sciat rem incidisse in commissum, & sic habeat scientiam caducitatis, alias secus, ita vt in dubio præsumatur ignorantia, nisi probetur scientia, Magon. d. decis. 145. n. 22. Altograd. cons. 9. n. 21. &c. lib. 2. Buratt. decis. 607. n. 9. Fulgin. de emphyt. tit. de alienat. qu. 1. n. 25. & seqq. Rot. part. 13. recent. decis. 175. in fine.

Quomodo autem, & ex quibus præsumatur dicta scientia, pulchrè Duran. decis. 408. n. 23. Rot. part. 11. recent. decis. 361. n. 45. &c.

An, & quando dominus directus agens ad canones decursos debeat associari, vel immitti ad possessionem bonorũ emphyteuticorum, Rot. part. 9. recent. decis. 146. per tot.

Dominus directus simpliciter absque vlla protestatione 5

reci-

recipiens pensiones temporis præteriti, hoc est decursus ante causatam caducitatem, non videtur secundum multos caducitatem remittere, sed contrarium firmant alij multi, & ideò datur cautela protestandi, vel incipiendi ab expulsione emphyteutæ, & postea agendi ad canones decursos, quamuis hæc vltima cautela incipiendi ab expulsione non etiam transeat sine difficultate, nisi simul adhibeatur protestatio, cùm alias per expulsionem videantur remissæ pensiones decursæ, vt pluribus relatis per Altograd. *cons.* 16. *num.* 2. *& seqq. lib.* 2. vbi loquitur in emphyteusi priuata, & quid stante clausula, *rato manente pacto*, in promissione canonis apposita, cùm non sit incompatibile exigere pensiones decursas ante inductam caducitatem, & emphyteutam expellere, vt ibidem latè declarat *sub num.* 10. *& seqq.* vide Christin. *decis.* 122. *num.* 9. *volum.* 3. Surd. *decis.* 317. *per tot.* vbi etiam quod idem est petere, & recipere, Pacion. *de locat. & conduct. cap.* 59. Cabal. *cons.* 106. *num.* 5. *lib.* 1. vbi quòd verior, & communior est opinio, quòd dominus directus expellens emphyteutam ob non solutum canonem possit nihilominus consequi etiam dictum canonem vsque ad declarationem factam de ipsa caducitate, & postea fructus perceptos, & percipiendos vsque ad effectualem relaxationem rei, allegans Boer. *decis.* 309. *n.* 5. Clar. §. *Emphyteusis* q. 10. *n.* 2. Benintend. *decis. Bonon.* 37. *& alios*.

Quod stante dicta clausula possit dominus vtrumque consequi, expulsionem scilicet, & canones præteritos, Barbos. *de Claus. claus.* 128. *n.* 7.

An si dominus directus expulit emphyteutam ob non solutum canonem, videatur remisisse huiusmodi canonem, vel possit adhuc illum petere, sunt opiniones contrariæ, vt per Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 112. *num.* 28. *vers. secundum est*, vbi videtur firmare, quod decursæ pensiones peti non possint, cùm non debeat emphyteuta duplici pœna affici, quod puto verum in priuato, in quibus terminis loquitur etiam Altograd. *vbi supra*, secus autem in Ecclesia, quæ potest vtrumque consequi, vt dixi in meis *resol. cap.* 65. *n.* 16. *&* 17. vide Paul. Christin. *decis. Belgic.* 157. *n.* 8. *& seqq. per tot. vol.* 1. vbi an, & quando possit dominus vtrumque consequi, vel non.

Et quatenus aliquando censeretur remissa caducitas, si tamen actus, ob quem fuit incursa, habeat tractum successiuum, vel contemptum domini continuatum, potest idem dominus postea de nouo caducitatem declarare, Surd. *decis.* 342. *n.* 18. *lib.* 2.

6 Dominus directus recipiens non tantùm canones præteritos, sed etiam futuros, hoc est decursos post cõmissam caducitatem licet non declaratam, censetur ipsam caducitatem remisisse, cùm sit incompatibile quod velit habere emphyteutam pro emphyteuta ab eo dictos canones recipiendo, & pro non emphyteuta illum expellendo, ita vt neque hoc casu prosit aliqua protestatio tamquam contraria facto (quidquid alij voluerint etiam hoc casu protestationem conseruare ius domini) nisi tali protestationi emphyteuta consentiat, vt benè declarat videndus Altograd. *d. cons.* 16. *n.* 12. *& seqq. per tot. lib.* 2. vbi etiam quando emphyteuta dicatur protestationi consentire, vel non, & quinam dicantur canones præteriti, & quinam futuri.

Quid si receptio fuerit facta à procuratore, vel alio legitimo administratore, Gratian. *decis.* 49. *n.* 22. *& seqq.* Surd. *decis.* 181. *per tot.* vbi de exactore fictuum, qui non potest remittere caducitatem, & in omnem casum esset necessaria scientia commissæ caducitatis tam in domino, quàm in procuratore, *& decis.* 342. *per tot. lib.* 2. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 175. *n.* 16. *& seqq.* vbi quod Abbas Monasterij pro tempore, vel Procurator, non possunt per huiusmodi receptionem canonis monasterio præiudicare, & semper requiritur scientia deuolutionis.

7 Dominus directus declarans caducitatem, & postea recipiens canones decursos post huiusmodi declarationem, non videtur caducitatem remittere secundum Cæphal. *cons.* 222. *&* 223. *per tot.* quia cùm ex contradictione iudiciali emphyteutæ differatur domini immissio in possessionem, potest recipere canones interim decursos, ne fraudetur fructibus bonorum sibi ex caducitate declarata debitorum, & sic isto casu non adest aliqua contradictio, vel incompatibilitas in præcedenti conclusione considerata.

Contrarium tamen quando dominus recepisset pensiones decursas post declaratam caducitatem sub nomine pensionis, & canonis emphyteutici, quod censeatur remisisse caducitatem, & à præcedente declaratione recessisse, cùm faciendo actum contrarium iuri quæsito, dicatur illi renunciasse, Fachin. *controu. iur. lib.* 1. *cap.* 99. Altograd. *cons.* 16. *num.* 34. *&c.* vbi reprobata Cæphal. opinione, cautelam docet, quam pluries dedisse dominis directis testatur, recipiendi scilicet non sub nomine canonum, sed sub nomine, & ad computum fructuum bonorum ab eo pro deuolutis declaratorum, quia ita cessat omnis incompatibilitas, cùm fructus debeantur domino post declaratam caducitatem, & in his terminis procedere possunt tradita per Cæphal. *loc. cit.*

Dominus inuestiens de nouo vasallum, vel emphyteutam, videtur remittere caducitatem, dummodò illius notitiam habuerit, & non aliter, Gratian. *discept. forens. cap.* 429. *n.* 32. *&c.* 8

Quòd per renouationem factam censeatur remissa omnis caducitas antea incursa stante scientia illius præsumpta, benè Duran. *decis.* 402. *n.* 22. *&* 23.

Quòd cessante declaratione caducitatis non possit dominus in præiudicium compræhensorum in prima inuestitura facere nouam concessionem sine illorum consensu, imo renouatio vni facta ad alios porrigatur, Magon. *decis. Flor.* 117. *num.* 40. Surd. *decis.* 230. *numer.* 10. *&c.* vide *in* §. *Emphyteusis num.* 50. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 517. vbi quòd non potest nouam inuestituram facere in præiudicium compræhensorum in prima, etiam mediante caducitate dolosè, & collusiuè sequuta.

Dominus directus non potest agere ad deuolutionem ob non solutum canonem, nisi lapso biennio, ita vt nec etiam possint adhunc effectum iungi tempore cessationis solutionis venditoris, & emptoris, si res fuerit interim alienata, cùm pœnæ suos tenere debeant auctores, nec negligentia, siue culpa vnius possit alteri nocere, Caualer. *decis.* 360. *n.* 1. *& seqq.* 9

Quòd vt possit obtinere debeat tria probare, nempè concessionem emphyteuticam cum identitate bonorum, extinctionem, ac finem, vel ob deficientiam lineæ, vel ob aliam legitimam causam, & demum contumaciam possessoris, vel detentoris bonorum in eorum restitutione, alias manutentio, vel reintegratio competat possessori, latè Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 73. *per tot.* vide in §. *Dominium n.* 9. *infr. n.* 14.

Dominus vt possit agere ad caducitatem contra successorem emphyteutæ, tenetur probare in eo præcisam scientiam cum omnibus qualitatibus, quod res fuerit emphyteutica, vt dixi in §. *Emphyteusis n....* 10

Quòd in iudicio caducitatis habeat fundatam intentionem in simplici negatiua, canonem scilicet non fuisse solutum, nisi solutio ab emphyteuta plenè probetur, Altograd. *cons.* 24. *n.* 60. *&* 61. *lib.* 1.

Et quod possit ex se ipso sine iudicis sententia declarare caducitatem, non autem propria auctoritate expellere, siue spoliare emphyteutam, vel ab eo causam habentes, Vrceol. *Consult. forens. cap.* 33. *per tot. cum Addit. in fine* 2. *vol.* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de var. caduc. quæst.* 10. Tondut. *quæst. & resol. benef. cap.* 119. *numer.* 22. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 1804. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 29. vbi quod possessio capta de facto sine citatione est nulla, & emphyteutæ debetur manutentio, quando deuolutio non est clara, *& decis.* 73. *per tot. ead. part.* 10. *& part.* 13. *decis.* 319. Sperel. *decis.* 71. *num.* 43. *&c.* vbi etiam an sit necessaria citatio in declaratione prædicta, & concludit, quod verior sit negatiua opinio, sed tamen possit adhuc mora purgari post citationem, vel intimationem, & sic ad effectum, vt currat tempus moræ purgandæ, videtur necessaria citatio, vel saltem intimatio dictæ declarationis à domino factæ, vide in §. *Mora num....* *&* §. *Emphyteusis num.* 57. latè Ludouis. *decis.* 105. *per tot.* Caldas Pereyra *cons.* 2. *per tot.* vbi adducit rationes, & auctoritates hincinde, concludens de magis communi non posse Dominum propria auctoritate emphyteutam expellere, saltem nisi prius fuerit processum ad sententiam declaratoriam, & Cocciol. *ad Stat. Engub. lib.* 2. *Rub.* 76. 125. *& seqq. per tot.* Ant. de Vilaplana *Illustr. feud. vers.* 8. *&c. fol.* 357. *&c.*

Quòd possit caducitatem declarare per procuratorem cum mandato speciali, & quid si per coniunctam personam, Gratian. *decis.* 49. *n.* 34. *& seqq.*

Quid dicendum de fructibus interim perceptis, vide in §. *Emphyteusis n.* 49. *in fine*, §. *Fructus n.* 10.

Non tamen sufficit domino directo declarare, & accepta-

re caducitatem, & deuolutionem, nisi etiam bona appræhendat,& incorporet, Ludouis. *decis*.348.*n*.5.

11 Dominus directus decedens non declarata caducitate, videtur illam remisisse, si sciuit, & declarare potuit, alias secus, ita vt illius hæredes non possint amplius illam declarare, sicut è contra mortuo emphyteuta, vel vassallo, qui defecit, non possunt illius hæredes priuari, cùm pœnæ non transeant ad hæredes, Menoch. *lib*.3. *præsumpt*.112. *n*.28. *vers.primus est, & vers.secundus*, latè hincinde multos allegans Gratian. *decis*.49. *n*.12. *& seqq. ad* a2 Spetel. *decis*.71. *n*.38.*&c*. vbi limitat nisi caducitas veniat vigore pacti, vide §.*Emphyteusis n*.58.

Quòd caducitas incursa, vel commissa à defuncto non possit declarari contra eius hæredes, vel successores, etiam si pœna incurratur vigore pacti, Rot. *in Romana prætensæ deuolutionis* 18. *Februarij* 1636. *coram Dunozetto, & in Mantuana Feudi* 2. *Iunij* 1641. coram Royas, *quæ est decis*.26.*p*.9. *recent.n*.17.*&c*.& latiùs de omnibus prædictis, Rot. *part*.11. *recent. decis*.361.*n*.4.*& seqq.per tot*.

Quòd post quinquennium non possit agi ad caducitatem, quia ius petendi rem, quæ incidit in commissum quinquennio præscribitur, *l*.2.*C. de Vectigal. & commis*. Rom. *sing*.479. Rot. *part*.11. *diuers. decis*.361. *n*.97.*&* 98.

Quòd ius declarandæ caducitatis personale sit, & ad hæredes non transeat, si dominus in vita non fuit conquæstus; tamen possit expressè cedi, & vendi cum ipso censu emphyteutico, vel directo dominio, Monter. *decis*.35. Giurb. *decis*.84. Cyriac. *contr*.518.*lib*.3. Olea *de cess. iur.tit*.4.*q*.7.*n*.24.*&c*.

12 Dominus directus consentiens alienationi rei emphyteuticæ, non potest amplius contra primum inuestitum alienantem agere pro canone, vel ad deuolutionem propter eius lineam finitam, sed debet agere contra emptorem, & secundum formam inuestituræ illi concessæ, & eius linea est solum attendenda, nisi aliter fuerit expressè conuentum, Gratian. *discept. forens. cap*.719. *n*.2. *& per tot*. vide in §.*Emphyteusis n... & in* §.*Inuestitura n...*

Quòd ratione recognitionis directi dominij non cogatur recipere canonem ab alio, quam ab emphyteuta, nisi tertius soluere volens prætendat interesse, puta ne res cadat in commissum, & postea non possit sibi satisfieri, Magon. *decis.Luc*.9.*n*.14.*& seqq*.

Quòd dominus possit canonem in solidum exigere, quomodo istud intelligatur, quod contra hæredes, & alia, vide per Marcian. *disp.forens.c*.79.*per tot*.

13 Dominus directus requisitus tenetur præstare consensum alienationi, si is, in quem fit alienatio sit habilis, & non inimicus, alias si recuset sine causa habetur pro consentiente, & fieri potest alienatio cum clausula, *saluo domini consensu*, Clar. §.*Emphyteusis q*.15. cum alijs, quos refert, & sequitur Surd. *decis*.220.*n*.54. *& seqq*. & est repetita dicta decisio penes eumdem Surd. *decis*.344. *lib*.2. vide in §. *Emphyteusis num...*

Quòd dominus directus sit requirendus in venditione rei emphyteuticæ, & præferendus iuxta terminos *l.fin. C.de iur.emphyt*. Franch. *decis*.482. vbi etiam quid si post petitam prælationem recipiat canones, vide in §. *Emphyteusis n*.45. Paul. Christin. *decis*.122.*vol*.3.

Et qualiter agnato proximiori competat ius prælationis aduersus extraneum emptorem in venditione feudi pro eodem pretio, plenè Sanfelic. *decis*.100.*per tot*.

14 Dominus directus tenetur ad instantiam cuiuslibet prætendentis interesse (quod probari potest per iuramentum) exhibere primum registrum, & antiquum feudi, & an excusari possit negando illius existentiam, Gratian. *discept. forens.cap*.736. *num*.10. *& seqq. & num*.51. *ad* 89. vbi de feudalitate necessario, & concludenter probanda cum identitate, Bich. *decis*. 402. *num*.1. vbi quòd finita Emphyteusi datur manutentio domino directo ratione ciuilis possessionis pro recuperatione naturalis aduersus successores vltimi Emphyteutæ, intelligendo tamen quando deuolutio est clara, secus si dubia, vide in §. *Manutentio num*.10. *in fine*, Rot. *part*.16. *recent. decis*.155. *num*.1. *& seqq*. vbi quòd dominus directus ob lineam finitam potest recuperare possessionem naturalem, quando deuolutio est omninò clara, & indubitata, alias autem secus non obstante pacto de ingrediendo propria auctoritate, quod non procedit si deuolutio sit turbida, & probabilem controuersiam admittat, *& decis*.159.*d.part*.16. vbi quòd nec mandatum de associando competit quotiescumque deuolutio remanet turbida, quia tunc debet priùs per sententiam declarari.

Quòd agens ad deuolutionem teneatur plenè probare inuestituram esse finitam, Caualer. *decis*.558. Merlin. *decis*.506. *vide supra numer*.9. Rot. *part*.12. *recent. in Append. decis*.429.*& part*.13. *decis*.227.*&* 363.

Qualiter agendo ad deuolutionem feudi, vel emphyteusis teneatur probare dominium, vide in §.*Dominium n*.9.*&* §.*Emphyteusis n*.27.

Potest tamen vti remedio *l. si quis conductionis C. locat*. quo mediante est ei in primis, & ante omnia, possessio dimittenda, & postea de proprietate agi concurrentibus requisitis, de quibus Rot. *part*.9.*recent.decis*.89.& alibi vt dixi in §. *Conductor numer*.15. Rot. *part*.10. *recent. decis*.165. *num*.7.

Quòd emphyteuta, censuarius, conductor, affictualis, & similes teneantur domino petenti ostendere bona emphyteutica, vel conductitia, alias omnia ab illis possessa, præsumantur talia, quando sumus in antiquis, in quibus etiam iudex ex fama, & memorijs antiquis dirimit lites, latè videndus Magon. *decis.Flor*.2.*n*.8 *& seqq*. Seraph. *decis*.1117. *per tot*. Menoch. *de arbit.cas*.554.*per tot*. vbi plures casus distinguit *infr.num.seq*.

Quòd existente controuersia inter dominum, & hæredes vasalli defuncti super aliquibus bonis, an sint feudalia, vel allodialia, vel an feudum sit nouum, vel antiquum, ipsi hæredes sint manutenendi in possessione, donec discutiatur de iuribus partium in petitorio iudicio, quia possessio paterna censetur continuari in filios hæredes, & quia bona potiùs allodialia, quam feudalia præsumuntur per text. *in c*.1.*in prin.&* §.*inter filiam*,*&* §.*defuncto. Si de feud. defunct. content. si inter dom. & agnat*. quod pluribus exornat Altograd. *cons*.2.*num*.1.*& seqq.lib*.2. vbi quòd si fuerint spoliati, debet illis possessio restitui, & consulit pro Serenissimo Duce Mutinæ contra R. Cameram Apostolicam super prætensionibus Vallium Comacli, ostendendo bonum ius dicti Serenissimi, & possessionem vitiosam dictæ R. Cameræ Apostolicæ, illamque teneri ad restitutionem, & latius de eadem materia dictarum Vallium Comacli, an sint allodiales, vel feudales, & an sint publici iuris, vel priuati, idem Altograd. *cons*.4.*per tot. lib*.2.

Quicquid tamen scribat Altograd. *loc.cit*. adhuc dicta R. Camera Apostolica pacificè possidet dictas Valles Comacli.

Et plura quod dominus teneatur probare feudum, cùm allodialitas præsumatur, idem Altograd. *cons*.3.*n*.30.*& seqq. lib*.2. vbi etiam adducit plures coniecturas, ex quibus allodialitas probatur, & vide in §. *Feudum n*.19.

Si tamen agatur de feudis regalibus, siue iurisdictionalibus, cùm Princeps Supremus habeat fundatam iurisdictionem, siue intentionem in omnibus castris, & Ciuitatibus, & iurisdictionalibus ipsorum existentium in statu suo tenentur possessores Regalium, & iurisdictionalium docere de titulo, alias possunt illius priuari, & spoliari, ad tradita per Martham *vot.Pis*.31.*per tot*. vbi etiam quomodo ista negotia practicari possint, idem Martha *vot*.166.*&* 185. vbi latè an vasallus possit agere spolio contra suum Principem, & an teneatur docere de titulo.

Dominus census, vel emphyteusis, qui per multos annos nomine census, vel canonis exegit aliquid, potest in futurum eodem modo exigere, & ad soluendum compellere, allegando titulum ipsius exactionis, & ad dicti tituli probationem inducendo præstationes præteritas, cùm ex temporis cursu præsumatur titulus ad fauorem domini, Guid. Pap. *q*.407.*&* 408. Menoch. *lib*.3.*præsumpt*.111.*per tot*. vide in §. *Quasi possessio n*.1.*&* §.*Titulus num*.2. Paul. Christin. *decis. Belg*.95.*vol*.2. 15

Nisi tamen constet de iniusto principio, vt dixi in §.*Census n*.58.

Quòd sit manutenendus in quasi possessione exigendi, non obstante exceptione turbidæ extinctionis census, Caualer. *decis*.71.*n*.4.*&* 5. Rot. *part*.12. *recent. decis*.87. Sanfelic. *in Praxi sect*.28. *n*.15.*&* 16.

Qualiter possit petere associationem super fundo censito vigore constituti, vel pacti, Merlin. *decis*.305.*&* 322. Rot. *part*.9. *recent. decis*.72. vbi qualiter contra fideiussorem census.

Dominus census, cui ex Bulla Pij V. competit retractus rei censuatæ venditæ, illo non vtitur contra proximiores consanguineos, vel vicinos laterantes, quibus vigore statuti similes ius retrahendi competit, alias enim facile esset eludere statutariam dispositionem, Cenc. *de cens. quæst*. 16

qu.65.n.9.&c. Gratian *discept. forens. cap.742. n.60. cap.876. per tot. & cap.903. n.1. & seqq.* vide in §. *Ius congrui numer.6.* latè Merlin. *dec.*386. & in meis resol. *c.36. n.3. &c.* vbi quòd nec dicto retractu vtitur contra dominum directum, & alia de hac materia.

Quòd etiam possit excludi à dicto retractu per redemptionem census, & illius extinctionem ante venditionem, cùm tunc res libera remaneat, Cenc. *d.q.65. n.16. &c.*

17 Dominus census omnibus præfertur in emptione fundi censiti, si census fuerit validus, & legitimè constitutus, & velit pro se retinere, non autem pro amico retrahere, & debet vti retractu cum sua causa, idest emendo cum omnibus conditionibus, & pactis, quibus alij reperiuntur emptores, Cenc. *de cens. quæst.65. num.1. & seqq.* Merlin. *decis.* 210. *per tot. & decis.*386. vbi latè de hac materia, & Ciatlin. *contr.21. per tot.* Ludouis. cum Beltramin. *decis.*193. vbi quòd procedit non solum in venditione voluntaria, sed etiam in necessaria, quæ fit per subhastationem, quicquid contrarium sit in adictione, & datione in solutum facta per iudicem ipsi creditori.

Limita vt supra *n.16.*

Debet itaque domino census denunciari venditio, & postea expectari per mensem, vt deliberet an velit emere, vel non, qui mensis est dierum continuorum, & non vtilium, cum semper in dubio quilibet terminus censeatur continuus, Cenc. *de cens. qu.64. num.32. &c.* vide in §. *Denunciatio num.*

18 Dominus census, vel vicinus, siue consanguineus volens vti retractu, non potest, nisi retrahat omnia simul vnico pretio vendita, quando sunt pars, & membra inuicem, vel accessoria, vel ratione officij coniuncta, nisi emptor aliter consentiat, secus autem si huiusmodi res simul venditæ essent omninò separatæ, nam tunc posset pro parte tantùm censita, vel vicina retrahere, Cenc. *de cens. qu.66. num.101. & per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.745. num.65. & cap.947. per tot.* Merlin. *decis.*195. Magon. *decis. Flor.19. per tot.* vide in meis resolut. *c.36. num.14. & seqq.* vbi latiùs declaraui.

Et quando non admittatur retractus vnius rei sine alia, etiam si pretia fuerint distincta, & res separatæ, Cavaler. *decis.428. per tot.* vide in §. *Venditio n.61.* Paul. Christin. *ad leg. municip. tit.11. art.4. n.9. &c.* Sanfelic. *decis.*171.

19 Dominus census anterioris excludit omnes alios, qui super eodem fundo habent census posteriores etiam maioris quantitatis, cùm sit attendendus ordo temporis, vt qui prior est tempore, sit potior in iure retrahendi, Cenc. *de Cens. qu.65. num.4. &* 5. Gratian. *discept. forens. cap.978. n.19.* Duard. *de Cens. §.4. quæst.13. numer.1. & seqq.* dixi in resolut. *c.36. num.12. &* 13. vbi quod debet intelligi quando agitur de pluribus censibus super eodem fundo in indiuiduo, secus si quilibet census sit super portione particulari etiam eiusdem prædij, quia tunc quilibet dominus habet prælationem tantum in propria re censuali, & censui suo supposita, non autem in alijs, vt latiùs ibidem dixi *n.10. &c.* Rot. *part.17. recent. decis.*121. *& p.18. decis.*286. *&* 758. & dixi in §. *Ius congrui n.6.*

An autem dominus census posterioris præferatur domino census anterioris, qui fundum emit cum onere extinguendi censum posteriorem, ex eo quia ius prioris fuerit extinctum per acquisitionem fundi censuati, vide Mastril. *decis.37. per tot.* Ant. Nigr. *de subhast. part.2. c.6. §.1. num.11. fol.*155.

20 Dominus census non potest rem censitam eo non denunciato venditam retrahere à secundo, vel vlteriore emptore, sed tantùm à primo, remanet tamen semper sibi saluum ius agendi ad interesse contra impositorem census, qui omissa dicta denunciatione vendidit, vel in solutum dedit, Cenc. *de cens. q.66. n.13.* vbi se remittit ad Mantic. *de tacit. & ambig. lib.4. tit.32. n.44. ad* 97.

Contrarium tamen tenent alij multi quod scilicet dominus possit retrahere à quocumque secundo, vel vlteriore emptore, vt per Cenc. *loc. cit.* vide in §. *Ius congrus n.*

21 Dominus census, cui fuit intimata venditio, si emere deliberet, potest in computum pretij tradere censum super eo impositum; si autem non facta dicta intimatione retrahat à tertio, non potest illi computare pretium census in pretium fundi, sed debet soluere, saluo sibi iure repetendi pretium census ab impositore illius, tamquam censu ex eius culpa resoluto, Cenc. *de cens. q.66. n.14. & seqq.*

Et an dominus, vel creditor census possit agere contra debitorem, qui censum imposuit, si postea desinat fundum possidere, eo quia fuerit peremptus, vel in alium translatus, siue euictus, & ad quid, an ad fructus, siue ad repetitionem sortis, Mart. Medic. *Exam.18. per tot. cum duobus decis. seqq.* Merlin. *decis.696.*

22 Dominus census habet ius retrahendi etiam aduersus eum, cui res censita fuit in solutum data, siue in emphyteusim, vel locationem perpetua concessa, cùm huiusmodi contractus alienationes dicantur, maximè stante pacto affrancandi, quod facit transire locationem in venditionem, Cenc. *de cens. q.66. n.23.30. &c.*

23 Dominus census volens retrahere fundum censitum, tenetur reficere omnia melioramenta, siue necessaria, siue vtilia in eo facta ante motam litem retractus, ad facta verò post litem motam, non tenetur, nisi fuerint necessaria, pro quibus emptori datur retentio, Cenc. *d. qu.66. n.81. &c. ad* 100. Boer. *decis.44. numer.*8. Tiraquel. *de retract. comment. §.7. glos.1. per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.205. n.11. & c.957. n.30. & seqq. ad* 42. vbi vide, *& in §. Melioramenta n...* & in resol. *c.36. n.9.*

24 Dominus census recipiens sortem principalem, non videtur remittere fructus maturos, & decursos, quos poterit petere quandocumque, quamuis de illis non fuerit protestatus, cùm ad eos sibi competat actio ex stipulatione, secus autem vbi essemus in fructibus accessoriè tantùm, & officio iudicis debitis, Cenc. *de cens. q.119. n.17.* Magon. *decis. Flor.42. n.12. &c.* Gratian. *discept. forens. cap.130. num.33. & c.400. num.19. &c.* vide in §. *Interesse num.... & §. Solutio num...,*

25 Dominus census recipiendo terminos decursos ab emptore fundi censuati, etiam absque vlla protestatione, non videtur renunciare iuri retractus, nec sibi præiudicat, nisi eos recepisset tamquam sibi immediatè debitos ex ipsa venditione, puta quia emptor ad computum pretij susceperit in se onus soluendi aliquam summam pro fructibus, Cenc. *de cens. q.66. num.36. & seqq. ad* 74. facit Magon. *decis. Flor.94. n.6.*

26 Dominus census potest inuitus compelli ad reuendendam partem illius, & sic ad extinguendum censum pro parte, dummodò debitor redimat saltem pro medietate, Cenc. *de cens. q.110. n.16. &c.* vbi reprobat Gratian. & alios contrarium tenentes, quorum rationibus respondet.

Quòd possit cogi extinguere censum pro parte considerabili, Rot. *in Nouiss. p.6. decis.*148. *n.5.* Bocacc. *ad Bull. Pij V. de cens. p.1. n.13. &* 14.

Contrarium latè firmat Gratian. *discept. forens. cap.323. num.4. & c.717. num.20. & seqq.* vbi etiam ipse reprobat Cenc. *loc. cit.* & testatur de veriori, ac à Rot. approbata opinione, hanc partem videtur sequi Maur. *de solut. c.30.* vide in §. *Creditor num.*

Quando autem Dominus census possit inuitus compelli ad accipiendum fundum censuatum, vel alia bona debitoris pro extinctione census, vide Cenc. *de Cens. quæst.107. num. 29. & quæst. num.13. &c.* Thomat. *decis.*126. vide in §. *Debitor num.44.*

27 Dominus census, si census sit nullus, potest loco illius percipere damna, & interesse, vt dixi in §. *Census num...*

Quod licet Dominus census non possit inuito debitore repetere sortem, etiam sub prætextu non implementi, vel pacti non seruati in dando fideiussorem, tamen indirectè possit idem consequi, agendo scilicet ad implementum, & loco illius ad damna, & interesse, ac loco interesse petendo sortem non vti pretium census, sed vti interesse, Ludouis. cum Beltramin. *decis.*88. vide in §. *Contractus n.5. & §. Exceptio n.50.*

28 Dominus directus non potest in præiudicium vsufructuarij mutare formam rei sine illius consensu, quamuis huiusmodi mutatio esset vtilis, nam dominus prædij seruientis, non potest illud deterius reddere, vel mutare in præiudicium habentis in eo seruitutem, Gratian. *discept. forens. cap.654. n.2. & seqq.*

Quòd teneatur de euictione, vide in §. *Euictio n...*

29 Dominus in emptione fructuum coloni partiarij offerens iustum pretium omnibus alijs præfertur, Marant. *disp.8. n.32.* Paul. Christin. *decis.67. n.3. vol.5.* licet alius extraneus maius pretium offerret, Pet. Cabal. *cons. decis.3. lib.1.* vide in §. *Colonus n...* Pacion. *de locat. c.33. n.68. & seqq.* vbi quòd non habet talem prælationem, & quatenus ei concederetur ex æquitate, vel consuetudine, debet intelligi non pro iusto pretio, sed pro eo, quod ab alijs reperitur.

Quòd tale ius, siue priuilegium cædi non possit, Caluin. *de æquit.lib.1.c.98. per tot.*

Intellige dummodo soluat quantum ab alijs reperitur, etiam si iustum pretium excedat, dummodò medietatem non transcendat, & probetur fuisse verè in eius fundo recollectos, secundum Gratian.*decis.77.per tot.*

Et dictum priuilegium non competit cessionario, Gratian.*discept.forens.cap.117.n.18.& c.149.per tot.*

Quando non possit expellere colonum stante præscriptione coloniæ perpetuæ, vide in §.*Colonus n...*

Quòd etiam dominus directus sit præferendus in affictu, Martha *vot.Pis.240.n.1.&c.*

Dominus fundi locati est præferendus in fructibus ex fundo perceptis creditoribus habentibus etiam anteriorem hypothecam, Gratian. *discept.forens. cap.25.per tot. & cap. 953.per tot.* vide in §. *Hypotheca n.29.& §.Locator num.13.* Gaspar.Ant.Thess. *q.29.per tot.lib.2.* Marescott. *var.resolut. lib.2.c.76.n.29.& c.198.n.1.*Merlin.*de pign.lib.3.tit.1.qu.31.* Rot.*part.14.recent.decis.64. n.6.& seqq. in meis resolut.cap. 66.num.22.&c.*& in Pract.§.*Padroni num.7.& 8.* vbi quando, & quibus creditoribus dominus fundi non præferatur, Ricc.*Collect.*1066.Rot.*part.11. diuers.decis.*351.*num.*18.19. *& per tot.* vbi etiam quòd ratione suæ hypothecæ priuilegiatæ per text. *in l. prædijs ff. quibus cau. pign.vel hypoth.tac. contrah.* potest pretium ex fructibus redactum, & alijs solutum reuocare, & tantò magis, si sibi reseruauerit dominium donec fuerit de affictu satisfactus, vide in §. *Reseruatio num.1.*

Quòd dominus directus præferatur creditoribus anterioribus in re emphyteutica pro canonibus decursis, & non solutis, Gratian. *discept.36.n.35.&c.* Merlin. *decis.*810.*n.*4.

An autem præferatur super melioramentis, Ricc. *Collect.* 1701.2328.*&* 2665. vbi etiam de alijs præferentijs.

Quòd præferatur etiam vicinis, & agnatis in iure congrui, Peregrin.*decis.69.* vide in §.*Ius congrui n.11.*

31 Dominus an, & quando teneatur pro delictis famulorum, vel officialium, siue ministrorum suorum, Gratian.*decis.36. n.15.&c.cum Addit.* Bonifac.*de furt.§.2.num.39.* Clar. §.*fin. quæst.86.*Cardin.Tusch.*litt.D. conclus.615.per tot.* Farinac. *quæst.24.per tot.* Ricc. *Collect.*1550. Guaz. *deff.33.cap.2.* vide *in* §.*Officialis num.8.* Paul.Christin. *decis. Belg.* 188.189. *& 190. vol.2.* vbi plura quando teneatur pro delictis seruorum, & an liberetur illos dando pro noxa, vide in §.*Famuli n.9.in fine.*

32 Dominus tenetur pro facto institoris circa illud, ad quod tacitè, vel expressè præposuit, dummodò officium suum non excesserit, Gratian. *decis.36. num.17. &c.decis. 178.per tot. & discept. forens. cap.677. num.23. & per tot. cap.750.num.5.& cap.851.num.17.*Genu.*de script.priuat.lib. 4.tit.de lib. rat. institut. per tot.fol.216.& seqq. ad 222.* vbi plura notabilia in materia institorum, vide in §. *Incendium n...§.Mercator n...§.Confessio num.29.& §.Socius numer.25.* Paul.Christin.*decis.Belg.33.per tot. vol.3.*vbi plura de institoria, & exercitoria actione, Arismin. Tepat. *var.sent. tit. 250.per tot.*

Non tamen obligatur dominus ab institore ex causa fideiussoris, nisi fuerit sciens, & patiens, vel ratificauerit, Rot.*part.2.diuers.decis.132.n.9.& per tot.*

Quando dominus teneatur ex contractu serui per actionem de peculio, vel de in rem verso, & huiusmodi, Christin. *decis.34. vol.3.*

33 Dominus fundi potest prohibere, ne quis causa venandi illum ingrediatur, & si ingressus fuerit contra prohibitionem, potest eum conuenire actione iniuriarum, licet præda capientis efficiatur, Gratian. *discept.forens.cap.139.per tot.* Surd. *decis.236.n.5.& seqq.* Paul.Christin.*decis.84.num.24. & seqq.vol.5.*Ricc.*Collect.*396.

Quòd dominus possit ab initio prohibere venatori ingressum fundi, postquam verò fuerit ingressus non possit illum expellere, & omni casu præda efficiatur venatoris, cùm per prohibitionem dominus non acquirat dominium animalium, nec efficiantur pars fundi, Antunez Portugal. *de donat.Reg.part.3.c.9.*Tondut.*quæst.ciuil. c.105.*Romaguer. in Addit.ad Conciol. *Stat.Eugub. lib.6.rub.29.*

Quòd dominus possit prohibere, ne quis suum fundum ingrediatur nedum auctoritate propria, & priuata, sed etiam auctoritate Iudicis, & Magistratus per proclama sub certa pœna, pro seruanda libertate fundi, etiam secluso damno, Andreol. *controu.244.per tot.*Tondut.*quæst.ciuil. 105.part.2.*

Item potest prohibere pastionem, vel ne quis animalia pascat in suo, *l.qui aquam, & l. qui altius C.de seruit.& aqu.* Couar.*pract. quæst. cap.37.n.2.* Rot.*part.9.recent.decis.300. n.4.& per tot.*

Quòd quilibet dominus possit in suo venationem impedire, tacitè per appositionem sepis, & expressè, etiam cum resistentia, & leui percussione pro defensione iurium suorum repellendo volentem ingredi, ita vt contra eum cesset omnis pœna, & excommunicatio, quamuis sic repulsus, & leuiter percussus esset clericus, cùm id quod fit ad deffensam, & lege permittente, pœnam non mereatur, Gratian. *discept.559.n.1.& seqq.*vide Christin. *d.decis.84. per tot.* vbi plura de venatione quid sit, quotuplex, quando permissa, vel prohibita, qualiter possit prohiberi à domino in suo fundo, vel à Principe, & alia dixi in §. *Princeps n.41. & §.Clericus n.7.* latè Cæpol. *de seruit.rustic.præd. cap.21.per tot.*Nouar. *Prag.Reg.Collect.27.*

Dominus lacus, in quo alteri sit debita seruitus piscandi, non potest aliquid facere in præiudicium dictæ seruitutis, an autem possit impedire piscationem cum retibus tamquam nimis perniciosam, idem Gratian. *discept.755.per tot.* 34

Dominus partis superioris domus habentis plura solaria, & alios dominos, tenetur proprijs expensis resarcire tecta, licet fractis tectis, ad alios quoque aqua, & damnum perueniret, Cæpol. *de seruitut. vrb.præd. cap.29. & de seruitut. stillicid. non auert. & in cap. de seruit. oner. feren. l. eum qui columnam ff. de seruit. vrb. præd.* Magon. *decis.Flor. 136. num.1.* & facit Michalor. *de fratr. part.3. cap.36. n.47.* Conciol. *ad Stat. Eugub. lib.2. Rub.69. num.3. & seqq.* Cabil. *cons.8. lib.2.* vbi plura ad rem Rot.*part.18. recent. decis. 220. num.12. & seqq.* vbi quòd tenetur etiam resarcire salarium, quia respectu domini partis superioris solarium est loco soli, cuius cura est domini ædificij, dixi in §. *Expensæ num.10.* 35

Dominus qui olim fuit, præsumitur etiam hodie dominus, quamuis dominium præteriti temporis probaretur sola fama, & quamuis essemus in filio ipsius domini, nisi aliter appareat, Menoch. *lib.6. præsumpt.62. per tot.* Barbos. *de Axiom.iur. Axiom.182.n.4.* Duran. *decis.337. num.4.& 44. &c.*vbi quòd est præsumptio multum fallibilis, & vide Mascard.*de probat. concl.550.per tot.* 36

Domini plures in solidum eiusdem rei, vel iuris, eodem tempore, ac eisdem respectibus, dari, & esse non possunt, secus autem diuersis respectibus, Soccin. *reg.135. per tot.*vbi dat octo limitationes, alias *reg.99.* Pac. Iordan. *Lucubr. volum.3. lib.14.tit.11.n.294. fol.185.* 37

Qui tamen est dominus Castri, vel alterius rei pro parte, potest se inscribere dominum simpliciter, quia quod mihi commune est cum alio, meum dici potest, Paul. Christin.*decis. Belgic.148. vol.1.* vbi quòd ita fuit decisum, licet alleget alios contrarium tenentes.

Quòd dominus prædij præsumatur dominus omnium, quæ intra illius fines continentur, Mascard. *de probat. conclus.552.*

An autem dominus præsumatur scire quantitatem patrimonij sui quando de illo disponit, idem Mascard. *de probat. concl.553.*

Dominus directus feudi licet concesserit Regalia, amplam iurisdictionem cum mero, & mixto imperio suis Vasallis, & Feudatarijs, tamen censetur sibi supremam iurisdictionem, auctoritatem, altum dominium, & maximum imperium reseruasse, cuius vigore multa sunt ei permissa, nempè legitimare, immunitates concedere, citare, onera ex causa imponere, & alia huiusmodi supremam auctoritatem respicientia exercere in subditos vasallorum, & in ipsos vasallos, ad latè tradita per Natt. *cons.487.& 580. ac alibi,* Surd. *cons.152.per tot.*Tusch.*litt.F.concl.210. per tot. & litt.I.conclus.556.numer.1.&c.* vide in §. *Iurisdictio num.4. & §.Confiscatio n.1.* Paul.Christin. *decis.224. num.11.&c.vol.5.& decis.7.per tot. vol.6.*Merlin.*decis.125.num.15.& seqq.*latè Bagnasach.*post cons.Feudal.*Cacheran.*cons.vnic.vbi num.58.& seqq.* quòd nec Vasallus, siue inferior potest acquirere exemptionem à dicta suprema potestate, quam nec Princeps, siue Dominus supremus, à se vnquam abdicasse præsumitur, nec potest priuatiuè, sed tantùm communicatiuè, & alia, Sanfelic. *decis.55.* vbi quòd ideò potest facere gratiam de delictis, etiam in præiudicium Baronum, quod probant etiam Thes. *decis.250.* Osasch. *decis.138.* Nouar. *Prag. Reg. Collect. 32.* latè Cabed. *decis. 40. part.2.* & plenè etiam multis citatis Antunez Portugal. *de do-* 38

de donat. Reg. lib. 2. cap. 8. & 9. per tot. vbi etiam an contra dictam supremam Principis potestatem, & iurisdictionem procedat aliqua præscriptio, de quo idem Portugal. dict. tract. lib. 3. cap. 45. per tot. vide in §. Iurisdictio num. 4. cum Addit.

Qualiter possit Dominus ratione sui interesse agere, vel appellare pro suis subditis, Paul. Christin. decis. 102. vol. 6.

Item qualiter Dominus directus feudi, ratione dictæ superioritatis possit petere sibi remitti delinquentes subditos Vasalli, qui delinquerunt in territorio Domini directi, vt ibidem in loco delicti puniantur, & teneatur Vasallus illos remittere, & alia notabilia de hac materia Io: Bapt. Spada cons. 1. num..... facit Sanfelic. decis. 345. per tot. cum Addit. vbi plura, an Baroni competat remissio, & cognitio causarum, & delictorum officialium delinquentium in officio.

39 Dominus directus nimis affligens vasallos suos qualiter possit licitè à superiori priuari mero, & mixto imperio, Bald. in l. si dominus §. dominorum ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Nouar. tract. de grauam. vasal. tom. 1. prælud. 5. Sanfelic. in Praxi sect. 8. & 9. vbi etiam quando vasalli possint discedere à loco, vt se eximant à iurisdictione Baronis, & alia, de quibus dixi in §. Vasallus.

Quòd non possit facere angarias, & perangarias in vasallos, & abutendo iurisdictione illa priuetur, Nouar. super Prag. Reg. Neap. Collect. 39.

40 De varijs dominis, quæ sint eis permissa, vel non, & ad quæ teneantur pro facto suorum, & huiusmodi, Thoro Compend. decis. Neap. part. 1. verb. Dominus.

41 De domino partis superioris domus minantis ruinam in parte inferioris, an possit illam trabis fulcire, & compellere dominum partis inferioris ad reficiendum expensas, & ipsam domum inferiorem, vt pars superior sustineatur, latè idem Thoro part. 2. verb. Dominus.

De quæstionibus occurrentibus inter dominos partis inferioribus, & partibus superioris domus diuisæ per plura solaria, vel appartamenta, Borgnin. decis. 19. part. 2. Cabal. cons. 8. lib. 2. Rot. part. 4. diuers. decis. 853. Andreol. contron. 217. per tot.

42 An dominus teneatur ex facto famuli vulnerantis, vel occidentis eius inimicum, quasi præsumatur de mandato, & ordine domini fecisse, latè idem Thoro part. 3. verb. Dominus, vide in §. Mandatum.

§. DONATIO. XXXI.

1 DOnatio propriè est mera quædam liberalitas, quæ nullo iure cogente fit, sed ex sola donantis liberalitate procedit, l. 1. & l. donari ff. de donat. sic dicta quasi doni datio, l. senatus ff. de donat. caus. mort. post tamen donationem factam cogitur donator rem tradere donatario, l. si quis argumentum C. de donat. latè Tusch. litt. D. conclus. 621. & seqq. Dian. resolut. moral. part. 8. tract. 6. resolut. 1. Paul. Christin. decis. 188. & seqq. volum. 4. vbi plura de donationibus, Petr. de Onnat. de contract. tom. 2. tract. 10. per tot. vbi plenè materiam donationis in communi, & in particulari explicat à fol. 129. ad 335. Hermosil. ad leg. Partit. tom. 1. tit. 4. leg. 1. glos. 1. & seqq. fol. 263. &c. vbi plenè de donationibus, & qui donare possint, vel non, ac in specie de seruo, Monaco, minore, marito, vxore, patre, filio, & similibus.

Plura de donationis definitione, & etimologia, August. Barbos. in Rub. extr. de donat. Pichard. & alij in Rub. Instit. de donat. Castil. contr. tom. 5. c. 89. n. 109. Anton. Gomez. l. 2. var. c. 4. n. 1. & seqq. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 1. n. 1. & seqq. n. 37. & seqq. per tot. Cancer. var. resol. p. 1. c. 3. per tot.

De donatione facta à proficiscente ad bellum, vel ab existente in bello, quando habeat tacitam conditionem quatenus moriatur in bello, & eo redeunte resoluatur, vel non, latè Rot. part. 17. recent. decis. 22. & decis. 239. in eadem causa, vbi reuocatur prima.

Si verò aliquid ob causam aliquam, vel remunerationem detur, non dicitur propriè donatione, nisi quatenus merita excedat, l. hoc iure §. 1. pen. & fin. ff. de donat. & clariùs ex infra dicendis patebit.

An donatio facta sub conditione dicatur propriè donatio, Viui. comm. opin. 216. vbi distinguit.

Duæ sunt præcipuè donationis species, nam alia fit causa mortis, & dicitur mortis causa donatio, vt quando ex consideratione mortis instantis, vel futuræ aliquid donatur, quod donans vult magis ipse habere dum viuit, quam eum cui donat, & magis eum, cui donat quam hæredem suum, §. 1. & §. hæ mortis instit. de donat. & l. 1. ff. eod. Tusch. litt. D. conclus. 661. & seqq. Dian. part. 8. tract. 6. resol. 2. Merlin. decis. 664. numer. 19. &c. Viui. comm. opin. 219. vbi quòd debet fieri mentio mortis, alias esset inter viuos etiam facta ab infirmo, Caldas Pereyra cons. 19. per tot. Hermosil. d. glos. 1. fol. 263. Antunez Portugal. vbi supra Prælud. 2. per tot.

Quid sit donatio causa mortis, quotuplex, qui possint mortis causa donare, vel non, quomodo reuocetur, & alia plura notabilia, Dian. part. 8. tract. 6. resolut. 67. & seqq. Paul. Christin. decis. 193. per tot. vol. 4. inf. num. 42. & seqq. Arismin. Tepat. var. sentent. tit. 499. per tot. Hermosil. ad l. Partit. tom. 1. glos. 1. & seqq. leg. 11. tit. 4. fol. 383. &c. vbi plura de mortis causa donatione, & Portugal. loc. cit. & præcipuè §. 3. per tot. inf. n. 42. & seqq.

Alia dicitur inter viuos, vt quando nulla interueniente mortis suspicione, vel cogitatione, ita donatur vt statim res donata donatarij efficiatur, vel in euentum alicuius conditionis, siue temporis, & sortitur effectum etiam donatore viuente, §. aliæ autem, & §. perficiuntur, vbi latè Oinot. Scac. & alij instit. de donat. Tusch. litt. D. conclus. 654. & seqq. infr. n. 42. &c. Arismin. Tepat. var. sent. tit. 495. per tot. Hermosil. loc. cit. Portugal. d. Prælud. 2. n. 2. & seqq. vbi istam subdiuidit in simplicem, & ob causam, vel sub modo, & conditionalem, & declarat per tot.

Qualiter possit fieri donatio inter viuos collato eius effectu, & executione post mortem donantis, ita vt alterari nequeat, aut quoquo modo immutari, sed sit irreuocabilis per text. in l. perfecta C. de donat. quæ sub mod. & in d. §. aliæ autem instit. de donat. cum alijs per Rot. part. 13. recent. decis. 280. n. 1. infra n. 42. in fine.

Donatio inter viuos an propriè dicatur contractus, ita 2
vt veniat sub dispositione statuti generaliter de contractu loquentis, plura hincinde adducit Gratian. discept. forens. cap. 781. num. 33. & seqq. vbi tandem affirmatiuè concludit iuxta veriorem opinionem, & facit quod dixi in §. Statutum num....

Qualiter donatio simplex inter viuos perfecta non possit reuocari, nec ei modus, conditio, vel onus apponi, nisi donans talem facultatem sibi reseruauerit, vel aliam maiorem donationem fecerit eidem, vel nisi fuerit inofficiosa, vel nisi reuocetur ex causa ingratitudinis, vel ex superuenientia liberorum, vel ob insinuationem non factam in casu necessario, & alia, latè Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. num. 5. & seqq. per tot. Castill. lib. 3. contron. cap. 10. num. 1. & seqq. Gabriel. Pereyr. decis. 120. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 5. num. 4. & seqq. cum alijs pluribus ab eis citatis, & infra per me in discursu materiæ.

Donatio vt sit valida debet in scriptis redigi, quando est 3
talis, vt requirat insinuationem, cùm alias non possit insinuari, & apud acta redigi, Gratian. discept. forens. cap. 887. num. 8. & seqq. vbi etiam docet praxim desumptam ex c. significauit de test.

Qualiter possit probari etiam per testes, Menoch. concl. 562. Tusch. litt. D. conclus. 653. per tot. Merlin. decis. 692. num. 48. &c.

Item per epistolam præsentatam viuente scribente, Mascard. de probat. conclus. 556 per tot.

Quando tamen consistit in sola traditione, & non est redacta in scriptis, valet sine insinuatione. Rot. in Romana scutorum 4000. coram Merlino n. 84. sub die 4. Iulij 1635. inter impressas eiusdem decis. 692.

Quòd olim requireret stipulationem, & traditionem pro sui validitate, hodie autem perficiatur nudo pacto, & sine traditione, Tusch. litt. D. concl. 624. & 627. Paul. Christin. decis. 188. n. 4. &c. vol. 4.

Donatio numquam præsumitur quotiescumque capi po- 4
test alia coniectura præter donationem, imò fatuitas potius, & error etiam in facto proprio; posset tamen etiam donatio præsumi in aliquibus casibus particularibus, vt in casu, l. Procula ff. de probat. in casu, l. alimenta, & l. 1. C. de neg. gest. & in alijs similibus, prout latè declarat Menoch. de arbitr. cas. 88. per tot. Mascard. de prob. concl. 554. vbi dictam regulam 17. modis ampliat, & 34. limitat, vide in §. Alimenta n... §. Contractus n. 24. & §. Dos n... Tusch. litt. D. conclus. 702. &c. Azor. institut. moral. part. 3. lib. 21. cap. 19.

vbi ponit nouem casus, in quibus præsumitur donatio, Dian. part.8.tract.6. resol.154. per tot.

Quòd præsumptio quælibet etiam leuis sufficiat ad excludendam iactationem, vel donationem, & potius error iuris, & facti etiam proprij, vel stultitia, vel quid aliud præsumatur, etiam si alias actus reddatur inualidus, & inefficax, Rot.part.2.diuers.decis.131.num.4.part.12.recent. decis.55.num.2.&c.Genu.de verb.enunciat.lib.2. q.35.n.4. & seqq. vbi an, & quando per verba enunciatiua possit induci donatio inter viuos, vt si quis dicat alteri, confiteor hanc domum esse tuam, & firmat regulam negatiuam, nisi aliter appareat ex coniecturis, vel nisi sint prolata in iudicio, siue geminata, vel nisi præcesserit aliqua liberalitas donatarij erga confitentem, de quo vide Mascard. de probat.conclus.345. & concl.554. Menoch.lib.3.præsumpt.31.& seqq.Gratian. discept. forens.cap.82.per tot. c.96.c.231.c.252. c.586.n.1. &c. & c.925. n.7. &c. Rot. in Romana scutorum 4000.coram Merlino per tot.sub die 4.Iulij 1635. inter impressas eiusdem decis.692. vbi plura ad inducendam donationem ex coniecturis, Rot.part.11.recent. decis.315.per tot. Tusch. d.concl. 702. per tot.

Plura autem ad excludendam præsumptionem donationis, maximè vbi præcedit alius titulus, cui actus subsequens possit imputari, & adscribi, Rot. part.8.recent. decis.309. per tot, vide in §. Testator n.4. §. Contractus num.24. §. Mutuum num.2.

Quòd donatio præsumpta non requirat solemnitates alias à lege inductas, Rot. part.9. recent. decis.132.n.6.

Qualiter autem sit latè, vel latissimè interpretanda donatio, & quando secus, plenè Tusch. litt. D.concl.626.&c.

Quòd possit fieri sub quacumque conditione, & pacto, idem Tusch. loc.cit. concl.642. & seqq.

5 Donatio inter virum, & vxorem licet non valeat, vt tot, tit ff.& C.de donat.inter vir.& vx.potest tamen iuramento firmari, Euerard.loc. à vi,& energ.iuramen.15. Clar. §. Donatio q.9.Gratian. discept.forens.cap.27. n.35.& c.948.num.16. Viui.comm.opin.209.verb. Donatio per tot. Alex. Trentacinq. de fratr.p.1.c.11.n.5.vbi reprobat Merend. de contr.iur.c.216 contrarium tenentem, quamuis loquatur in donatione facta filio per patrem, & vide Thess.decis.32. per tot. Dian.p.8. tract.6.resol.20. Cabal. cons.148. lib.2. vbi intelligit de iuramento promissorio, & sic opiniones concordari, Rot. part. 15. recent. decis.306.vbi etiam quòd est pariter prohibita qualibet confessio, & declaratio facta in fraudem prohibitæ donationis.

Quòd regulariter sit prohibita inter virum, & vxorem, quare, & quando secus, latè Tusch. litt. D. concl.690.& seqq. Dian. par.8.tract.6.resol.19.& seqq.Paul Christin. decis.137. per tot. vol.3.& decis.189.vol.4.Martha de success.par.5.q.26. artic.n.24. &c. vbi de donatione causa mortis, latè Hermosill. ad leg. Part.gloss.6.leg.1.tit.4.fol.273.Coneiol.& Romaguer. ad stat. Engub.lib.2. rub.44.per tot. Antunez. Portugal. de donat. Reg.lib.1.Prælud.2.§.4.per tot. vbi quæ requirantur vt confirmetur morte, vel iuramento.

Quòd sicuti donatio est prohibita inter virum, & vxorem, ita etiam sit prohibita inter Socerum, & nurum, Ruin.cons.69.n.26.lib.3.Menoch. de arbitr.cas.348.num.14. Tusch.litt. D.conclus.696. per tot. Christin. d.decis.137.num. 7. vol.3.

Quòd donatio inter virum, & vxorem firmetur iuramento, latè cum ampliationibus, & limitationibus probat videndus Marc. Medic. exam.17. per tot.& decis.29. per tot. cum Addit.eiusdem de anno 1665. Tusch. litt. D.conclus.694. per tot. Dian.p.8 tract.6.resol.20. Merlin. decis.287.vbi quòd non firmatur quando est simulata, Rot.part.14.recent.decis. 283. n.5. vbi quòd firmatur iuramento secundum veriorem opinionem in consulendo, & iudicando sequendam.

Intelligendo de vero, & formali iuramento, non autem de clausula habente vim iuramenti, Surd.decis.154. per tot. vide in §. Iuramentum num...

Item intelligendo nisi agatur inter infideles, quia cùm talis reualidatio procedat à iure canonico, non debet infideles iuuare, Pac. Iordan. Lucubr. volum.3. lib.14.tit.22.n.121. fol.446.vbi allegat Ricciul.de iur.pers.extr. Eccles.exist.lib.2. cap.10.per tot.

6 Donatio facta à marito sene, vel ignobili, vxori iuueni, vel nobili dicitur remuneratoria in recompensationem iuuentutis, vel nobilitatis, & est valida, Addit. ad Pract. Papp. caus.qua vx.ag. ad dot. & vsumfr. glos.dedit, & tradit Clar. §. Donatio q.9. vers.sed pone, Rot.part.13.recent.decis. 90.n.14.& seqq. vbi quòd non obstat Statutum Vrbis lib.2. c.135. prohibens donationes inter virum, & vxorem, quia procedit in veris, & proprijs donationibus, & non in istis à iure permissis post sponsalitia ante contractum matrimonium, & d.p.13.decis.195.in eadem causa, vbi fuit confirmata prima decisio, & ead.p.13. decis.530.

De validitate, & efficacia huiusmodi donationis, latè Gratian. discept.forens.cap.984.per tot. vbi n.8.& 9. quòd soluto matrimonio potest recuperari ex bonis fideicommisso subiectis, neque est reseruanda filijs primi matrimonij, vide eundem Gratian.c.498.n.26.cap.690.per tot. dixi in §. Argumentum n...§.Confessio n...& §.Dos n.2. Dian. p.8.tract.6.resol.29. Rot.part.13.recent.decis.90. n.14.& seqq.

Et qualiter donatio mutua, vel remuneratoria inter coniuges sit valida, idem Dian.loc.cit.resol.28.

Intellige prædicta quando verè constat de donatione, & animo donandi, nam alias senectus sponsi adducta pro coniectura donationis iocalium, non fuit habita pro releuante, stante maximè alia compensatione modicitatis dotis per Rot. in Pisauren. iocalium 22. Iunij 1648. coram Arguelles n.21.& seqq.penes Paul.Zacch. Quæst.Medic. Legal.tom.2. decis.91.

Et potest filia non obstante huiusmodi donatione à viro sibi facta, prætendere legitimam in bonis paternis, Franch. decis.119.num.1.&c. late Sanfelic. decis.384. cum Addit.vbi reddit rationem quia ista non est dos, sed donatio contemplatione mulieris, & non patris, vel fratrum facta, & ideò est etiam dotanda, vel ei non est deneganda legitima, non obstante renunciatione cum iuramento facta, quæ omnino ex defectu causæ, & minori ætate corruit.

Quando autem sit potius donatio propter nuptias, & illius naturam sequatur, vide Michalor. de fratr. part.1.c.29. n.19. Gratian. discept. forens. cap.254.n.68. Merlin. decis.80. per tot. Tusch. litt. D. conclus.634. per tot. & concl.676. Paul. Christin. decis.191. vol.5. vbi etiam qualiter huiusmodi donatio propter nuptias hodie non sit in vsu; & plura de donatione propter nuptias, Arisinin. Tepat. var. sentent.tit. 452.Fontanell.decis.488.& 489.& de pact.nupt. tom.2.claus. 7.per tot. fol.356.&c.

Quod donatio propter nuptias facta etiam constante matrimonio sit valida, & præiudicet creditoribus futuris mariti, Surd.decis.214.per tot.vide Tusch. loc. cit. Rot. part.9.recent.decis.403. n.10. &c. Plures alios casus, in quibus valet donatio inter virum, & vxorem refert Dian. part.8.tract.6. resol.26. & seqq. & resol.31. vide Arisinin. Tepat. d.tit.452. & 453.per tot.

Quod donatio propter nuptias, quæ olim apud Romanos erat in vsu in recompensationem dotis, & illius securitatem, saltem modo, quo fiebat, iuerit in desuetudinem in omnibus ferè regionibus, & eius loco successerit alia donatio, quæ caosa, vel contemplatione matrimonij appellatur, de qua infrà n.21. in Hispania Arrha nuncupatur, in Sicilia Dotarium, alibi Doarium, alibi Assecuratio dotis, & alibi etiam diuersis alijs nominibus, & de pluribus quæstionibus circa donationem Arrharum, Antunez Portugal. de donat. Reg.lib.1. Prælud.2.§.6.per tot. Fragos. de Regim. Reip. p.3.lib. 2.disp.4.de donat.prop.nup. Mar Cutell. de donat. tract.1. discurs.1.Partis.vnic.& tract.2.discurs.1.special.13.Fontanell. de pact.nup.tom.2.claus.7.glos.1.p.1.n.7.& seqq. Cancer. var. resol.p.1.c.9.per tot. Maynard.decis.20.lib.3. & alij plures ab istis citati.

Donatio inter futuros coniuges facta ante contractum matrimonium, est valida, secus si constante matrimonio, Bart.& Alex.in l. diuortio ff. de verb.obligat. Afflict. decis.61. n.3.Surd.decis.166.n.42.&c. Tusch. litt. D. concl.697.per tot. Gratian. discept. forens. cap.498. n.37. & seqq. ad 56. vbi de sponsalitia donatione quod sit valida, & quomodo differat à donatione propter nuptias, quæ amplius non est in vsu, de quo latè Sperel.decis.172. per tot. Paul. Christin. decis.Belg. 126.& 127.per tot.vol.3.Rot.part.13.recent.decis.90.n.19. 7

An autem valeat donatio inter coniuges non veros, sed putatiuos, stante nullitate matrimonij, vide Dian. & quos allegat part.8.tract.6.resol.27.

Quod imò donatio etiam ante sequutum matrimonium inter sponsos sit legibus exosa, & inualida, cùm illius effectus conferatur in tempus initi matrimonij, & idem esse in confessione de dote recepta simulatè facta in fraudem legis, h.t.& l.quod sponsæ C.de donat.ante nupt.Rot.p.12.recent.decis.126.n.21.& 22.& decis.296. n.9.& 10. vbi quod contraria opinio procedit in donatione palam, & bona fide facta.

Do-

8 Donata à ſponſo ſponſæ, non ſequuto poſtea matrimonio ſunt reſtituenda, niſi adeſſet pactum de non reuocando, vel niſi ſteterit per ſponſum quominus ſequatur matrimonium, *l. cum veter.* vbi Salic. & alij *C. de donat. ante nupt.* Aret. *in §. pen. n. 5. Inſtit. de donat.* Seraph. *dec. 914. num. 1.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 19.* quia videntur donata ſub conditione, ſi ſequatur matrimonium, ſecus tamen eſſet in extraneo, qui ſub hac conditione non intelligitur donaſſe, facit *infra n. 21. verſ. Et cum dicta &c.* Tuſch. *litt. D. concl. 697. per tot.* vide Paul. Chriſtin. *deciſ. 126. & 127. per tot. vol. 3.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 7. n. 92. &c.* vbi alios allegat, *& n. 10.* Adde Portugal. *loc. cit. n. 96. &c.*

Quod donata à ſponſo ſponſæ ante contractum matrimonium, ſi ſponſus oſculatus eſt ſponſam gratia ipſius ſponſi ad gaudium, & delectationem propriam, ſpectent pro medietate ad ſponſam, vel eius hæredes; quando verò ſponſus non fuit oſculatus ſponſam, vel etiam oſculatus fuit non ad proprium gaudium, & delectationem, ſed gratia ſponſæ, & ad illam exhilarandam, & ſubleuandam ab afflictione, & ſic quando oſculum non eſt præparatorium ad matrimonium, ſponſa, vel etiam hæredes, nihil lucrantur, ſicut nihil lucratur ſponſus de donatis à ſponſa, ſiue interceſſerit oſculum, ſiue non, *l. ſi à ſponſo C. de donat. ante nupt.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 31. num. 16. volum. 3.* & plenè, ac pulchrè videndus Franch. *deciſ. 503. per tot.* Nouar. *in Pract. Reg. Collect. 75. n. 7.* Chriſtin. *deciſ. 126 num. 12. & ſeqq. vol. 3.* vbi quæ ſit ratio dictæ legis, an hodie ſit in vſu, quid ſi etiam copula ſit ſecuta, & alia de hac materia, idem Chriſtin. *ad l. municip. tit. 16. art. 15.*

An autem donata à ſponſo, & per oſculum à ſponſa acquiſita, ſint reſtituenda ſaltem in foro conſcientiæ, ſi ipſa ſponſa non erat virgo prout credebatur à ſponſo donante, contrarias opiniones refert Dian. *par. 8. tract. 6. reſol. 25.* vbi negatiuam probat, & latius *d. tract. 6. reſol. 127.* Paul. Chriſtin. *dec. 127. n. 3. vol. 3.* vbi poſt relatas opiniones videtur tranſire eum negatiua etiam in foro fori.

9 Donatio anuli ſubbarrationis matrimonij, cuiuſcumque ſit valoris, eſt adeò valida vt ſemper remaneat ipſius mulieris, nec ab ea poſſit repeti per hæredes viri, Rom. *conſ. 146.* Paul. Chriſtin. *dec. 127. n. 12. vol. 3.* Surd. *dec. 166.* cum alijs per Fenzon. *ad Stat. Vrb. c. 135. n. 9. & 10.* vbi etiam loquuntur de alijs iocalibus, & veſtibus, de quibus dixi in §. *Veſtes n. 2.* Chriſtin. *d. dec. 127. n. 9. &c. vol. 3.*

Contrarium quod imò etiam in anulo matrimoniali ſit attendenda diſtinctio an ſit magni, vel modici valoris, prout dicitur de alijs iocalibus, & veſtibus, & quia olim dictus anulus apud Romanos erat ferreus, & ſic modici valoris, Merlin. *dec. 885. n. 26. &c.* dixi in §. *Veſtes n. 2.*

De donis factis à ſponſo ſponſæ, quando non conſtat de animo donantis, dic ſi exigua ſint (attenta perſonarum qualitate) præſumi donata, ſi verò magna, & prætioſa, ad vſum tantùm conceſſa, latè Dian. *par. 11. tract. 4. reſol. 29. & 30.* Chriſtin. *dec. 127. n. 8. & ſeqq. vol. 3.* Merlin. *dec. 885. per tot.* vide *in §. Veſtes num. 2. &c.* Maſcard. *de probat. concl. 563. per tot.*

10 Donata ſponſæ à conſanguineis viri, dicuntur donata contemplatione viri, & illi, non ſponſæ acquiruntur, quamuis eſſent res muliebres, & ſoli ſponſæ conuenientes, quæ procedunt etiam in donatis à ſocero, niſi donans eſſet Princeps, vel niſi adſit conſuetudo in contrarium, vel extent merita ſponſæ verſus dictos conſanguineos ſponſi, vel aliter de mente donantis appareat, vel ſimus in donatis à conſanguineis ipſius ſponſæ, Bart. *in l. ſed ſi plures §. interrogato ff. de vulg. & pupil.* Michalor. *de fratr. par. 1. cap. 29. n. 1. & ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 189. n. 3. cap. 663. n. 9. & cap. 862. n. 7. &c.* vbi quod debent reſeruari filijs primi matrimonij, quando mulier tranſit ad ſecunda vota, de quo vide Franch. *deciſ. 595. per tot. & dec. 665. n. 1. & 8.* & dixi *in §. Diſpoſitio l. fœmina num. . . & §. Mulier n. 26.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 26. per tot.* Maſcard. *de probat. concl. 563. per tot.* Viui. *comm. opin. 223.* Rot. *in Piſauren. iocalium 22. Iunij 1648.* coram Arguelles *num. 70. & ſeqq.* penes Zacch. *Quæſt. medic. legal. tom. 2. dec. 91.* latè Tuſch. *litt. D. concluſ. 698. per tot.* Dian. *par. 11. tract. 4. reſol. 28.* Sanchez. *de matrim. lib. 6. diſp. 26.* Molin. *tract. 2. diſp. 430.* Caſtr. Palaus *tom. 5. diſp. 1. punct. 13. §. 1.* Ricc. *Collect. 4192.* vbi refert diuerſimodè iudicatum.

Qualiter, & quando donata à conſanguineis ſponſæ computentur in acconcio, vel corredo promiſſo, Rot. *part. 13. recent. deciſ. 258. num. 23. &c.*

11 Donatio facta vxori per maritum, quæ eſſet confirmanda per mortem illius, cenſetur reuocata per ſpecialem obligationem rei donatæ factam poſt donationem, ita vt amplius morte confirmari non poſſit, ſecus autem per generalem obligationem, Bart. *in l. rem legatam ff. de adimen. leg.* Iaſ. *in l. 3. C. de leg.* Neguſ. *de pign. part. 2. memb. 1. nu. 4.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 23. per tot.* vbi etiam quod cenſetur reuocata quando ſuperuenit graue odium, ac quando eadem res in ſpecie fuit alteri donata, *& præſumpt. 29. n. 71. &c.* vbi de donatione facta filio, quæ eodem modo reuocari poteſt, vide Tuſch. *litt. D. concl. 709. per tot.* Rot. *par. 14. recent. deciſ. 188.* vbi quod confirmatur morte, quando vir vxori præcedit, & interuenit traditio, ac perſeueratio voluntatis vſque ad obitum, alias autem remanet reuocata *infra n. 13.*

12 Donatio cauſa mortis facta vxori per maritum, vel filio per patrem confirmatur morte ciuili mariti, vel patris, & ideò vxor, & filius (ſi maritus, vel pater fuerint capitaliter damnati) poſſunt aduerſus fiſcus tueri bona donata, Iaſ. *in auth. ſi qua mulier n. 30. & 31. C. de ſacroſanct. Eccl. l. res vxoris C. de donat. inter vir. & vxor.* Boſſ. *de public. bon. num. 52.* vbi limitat cum alijs, niſi appareat facta in fraudem fiſci, quod ex pluribus detegitur vt ibidem per eum, vel niſi damnetur memoria defuncti, Menoch. *lib. 3. præſumpt. 124. n. 47. & n. 70. & 71.* Grattan. *diſcept. forenſ. cap. 172. n. 12. & per tot.* Guaz. *de confiſc. bon. concl. 13. limit. 38.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 147. &c.* Dian. *part. 8. tract. 6. reſol. 111.* vbi loquitur in terminis donationis factæ ab hæretico, & plures citat Hermoſill. *ad leg. Partit. tom. 1. gloſ. 1. & 2. tit. 4. fol. 278. & ſeqq. gloſ. 3. 4. 5. 6. & 7.*

Quod donatio cauſa mortis euaneſcat ſequuta condemnatione capitali donatoris tanquam imperfecta, licet antè delictum commiſſum fuerit facta, & ſi bona confiſcantur tranſeunt in fiſcum, Ioſeph. Seſſe *deciſ. 78.* Farinac. *q. 25. n. 150. & q. 164. n. 18.* & alij plures relati ab Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 3. n. 66. & ſeqq.* vbi tamen *n. 74.* limitat in donatione cauſa mortis inter coniuges facta, quæ ſequuta condemnatione capitali confirmatur ſecundum plures ibi citatos, & idem eſſe in donatione facta filio per patrem, idem Portugal. *d. Prælud. 2. §. 5. n. 42. & ſeqq.*

Quod ſicuti donatio inter coniuges confirmatur morte naturali, confirmetur etiam morte ciuili, quæ pluribus modis contingere poteſt, Dian. *par. 8. tract. 6. reſol. 24. & 32. infra n. 13.* vide in §. *Confiſcatio n. 16. cant. 2.*

De donatione facta à delinquente quando valeat, vel non, Omot. *in §. alia n. 30. Inſtit. de donat.* vbi diſtinguit an ſit cauſa mortis, vel inter viuos, an ſit facta antè, vel poſt delictum ante ſententiam, vide Craſſ. *de ſucc. ff. §. teſtamentum q. 27. n. 9.* Duen. *reg. 226. per tot.* Surd. *dec. 116.* Guaz. *deff. 30. c. 1. n. 7.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 124. per tot.* vbi plura &c. & latè videndus Farinac. *q. 164. per tot.* Dian. *part. 8. tract. 6. reſol. 5. verſ. verum*, Guaz. *de confiſc. bon. concl. 29. per tot.* Sanfelic. *dec. 372. cum Addit.*

Quod ſtatutum, vt donatio facta intra biennium antè commiſſum delictum, præſumatur in fraudem, & non valeat, non procedat quando delinquens fuit condemnatus in contumaciam, in detrimentum donatarij cui tanquam tertio non præiudicat dicta contumacia, idem Menoch. *d. præſumpt. 124. n. 61. &c.* vide in §. *Contumacia nu. . .* Guaz. *de confiſc. bon. concl. 13. limit. 38. n. 2. & 6.* vbi etiam quod huiuſmodi ſtatutum debet intelligi ſi delictum ſequatur animo deliberato, & in dubio præſumi in rixa.

Quod huiuſmodi ſtatutum conditum à Principe ſeculari non comprehendat Clericos donatarios, ideò iſti excludant fiſcum, Ploc. *conſ. 30. num. 73.* Carpan. *ad ſtat. Mediol. c. omnium num. 351. & num. 899. & ſeqq.* Guaz. *de confiſc. bon. concl. 27. n. 8.* vbi tradit pro cautela vt donatio fiat Clerico.

Quod promiſſio, vel donatio à te mihi facta de mille, ſi delictum commiſeris ſit valida, cùm non inuitet ad delinquendum, ſed potius ad abſtinendum à delicto metu dictæ pœnæ, nec dicatur in fraudem fiſci, & commiſſo delicto poſſit peti aduerſus fiſcum, idem Menoch. *præſumpt. 124. n. 53. &c.* vide *in §. fideicommiſſum num. 19.* Farinac. *q. 164. num. . . §. Coniectura 5.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 104. & ſeqq. & num. 155. & ſeqq.* Altograd. *conſ. 94. num. 3. & num. 12. lib. 2.* Rimin. *conſ. 127. num. 5. & 6.* Cyriac.

contr.

contr. 346. n. 2. dixi in Pract. §. Donatione n. 9. §. Confiscatione num. 14. & 15. & §. Fideicommissi n. 2. &c. infra num. 42. vide in §. Conditio n. 70.

Quando sit in fraudem creditorum, & quomodo ab illis possit reuocatoria intentari, Magon. decis. Flor. 76. per tot. vide in §. Alienatio num. 12. &c. Tusch. litt. D. conclus. 658.

An donatarius peccet, & teneatur ad restitutionem si sciat donationem fieri in fraudem, & cum damno creditorum, etiamsi ab illis non petatur rescindi, vide Dian. part. 3. tract. 5. resol. 39.

13 Donatio inter coniuges, vel inter patrem, & filium, licet non valeat, tamen firmatur morte donantis illa non reuocata, dummodò interuenerit traditio facta antè mortem, alias enim non sufficit fuisse rem simpliciter donatam, vel promissam, l. Papinianus ff. de donat. inter vir. & vxor. Pract. Papp. libel. donat. glos. 1. numer. 12. Bellon. cons. 4. num. 10. Menoch. lib. 3. præsumpt. 29. numer. 66. &c. Tusch. litt. D. conclus. 692. per tot. Dian. part. 8. tract. 6. resolut. 24. vbi adducit plures conditiones necessarias ad huiusmodi confirmationem, nempè vt præcedat traditio, donans prius decedat in eadem voluntate nec expressè, nec tacitè reuocata, & donatio non excedat 500. aureos, idem Dian. loc. cit. resolut. 32. & resolut. 35. Rot. part. 14. recens. decis. 188. num. 8. & 9. decis. 283. num. 3. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 4. per tot. vbi probat omnia dicta requisita quo ad donationem inter coniuges, & §. 5. per tot. vbi de donatione inter patrem, & filium, plenè Mans. consult. 447. cum pluribus seqq. lib. 5.

Sufficeret tamen ficta traditio per constitutum, Michalor. de frat. part. 1. cap. 11. num. 26. Altograd. cons. 8. n. 81. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 82. num. 12. & cap. 231. num. 9. Magon. decis. Flor. 77. num. 20. Rot. part. 9. recent. decis. 403. num. 14. & part. 14. decis. 283. num. 4. nisi constitutum sit simulatum, vel alios patiatur defectus, de quibus in §. Constitutum.

Quod imò de iure nouissimo non sit necessaria traditio, sed sufficiat confessio, & silentium viri vsque ad mortem absque alia traditione, pulchrè ostendit Vrceol. consult. forens. cap. 39. num. 8. &c. vbi quod contraria opinio procedit de iure antiquo digestorum, & hanc partem probat etiam Gaspar. Hurtad. disput. 11. de donat. difficult. 8. idem Vrceol. in Append. d. c. 39. in fine 2. vol.

Quod possit fieri per confessionem mariti asserentis nomine dotis recepisse, non obstante quod non videatur constare de traditione vera, vel ficta, quia lex fingit breui manu pecuniam à viro in vxorem, & ab illa ad virum peruenisse, Pac. Iordan. Lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 11. n. 40. fol. 167. Rot. in Anconitana dotis 31. Ianuarij 1648. coram Arguelles, vbi quod valet in præiudicium creditorum, qui post huiusmodi confessionem contraxerunt.

Confirmatur etiam si sit facta, vt alteri statim redonetur, cùm tunc res donata non sit permansura in patrimonio donatarij, Rol. de dot. q. 41. Gratian. discept. forens. cap. 172. n. 15. & 16.

Item & iuramento, vt dixi supra n. 5.

Si huiusmodi donatio excedat sommam 500. solidorum, & non fuerit insinuata, non confirmatur morte, etiam infra 500. solidos, cùm sit nulla ex duplici capite, Gratian. discept. forens. cap. 693. numer. 6. &c. vide in §. Insinuatio num.... vbi etiam ad quam summam ascendat hodiè valor dictorum 500. solidorum, siue aureorum infr. numer. 54. Rot. part. 9. recent. decis. 319. n. 19. & seqq. vbi quod insinuationis defectus impedit huiusmodi confirmationem, sicut etiam non confirmatur si appareat de errore, decis. 403. n. 10. &c. ead. part. 9. vbi quando sustineatur absque insinuatione tamquam donatio propter nuptias.

Quod efficiatur caduca si primo moriatur donatarius, quam donans, licet fuerit iuramento firmata, vel cum obligatione non reuocandi, Tusch. litt. D. conclus. 707. per tot. vide Thess. decis. 32. Franch. decis. 59. Paul. Christin. decis. 189. numer. 8. &c. vol. 4. qui contrarias referunt opiniones.

An donatio mortis causa sit valida inter coniuges, contrarias opiniones refert Dian. part. 8. tract. 6. resol. 30. vbi affirmatiuam probat, & quod in dubio præsumitur causa mortis, maximè ad sustinendum actum, infra num. 42.

14 Donatio facta à patre in filium regulariter est prohibita, l. donationes C. de donat. inter vir. & vxor. nisi sit iurata, vel respiciat remissionem vsusfructus, vel nisi sit remuneratoria, vel morte confirmetur, vel sit pro dote, vel ob causam matrimonij, vel propter nuptias, vel in præmium emancipationis, vel causa studij, vel in filium naturalem, vel sub conditione quod alteri statim redonetur, vel sit causa mortis, vel facta à Principe superiorem non recognoscente, vel à matre, pro legitima, ob militiam, pro peculio quasi castrensi, vel filio non existenti in patria potestate, vel Clerico, nam his omnibus casibus valere donationem inter patrem, & filium singillatim probat Michalor. de fratr. part. 1. cap. 11. per tot. Soccin. reg. 103. Card. Tusch. litt. D. conclus. 673. & seqq. & conclus. 701. vbi de filio naturali, vel spurio, Clar. §. Donatio quæst. 8. Oinot. in §. alia num. 66. & seqq. institut. de donat. Addit. ad Pract. Papp. caus. donat. glos. 4. Marthia vot. Pis. 220. num. 1. & seqq. Menoch. lib. 3. præsumpt. 29. per tot. Dian. resol. moral. part. 8. tract. 6. resolut. 21. & seqq. & resolut. 33. & seqq. ad 37. Paul. Christin. decis. 137. vol. 3. & decis. 188. num. 11. &c. vol. 4. Arisinin. Tepat. var. sentent. tit. 496. per tot. vbi plura de donationibus inter parentes, & liberos factis, Viui. comm. opin. 208. Alex. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de donat. resolut. 8. plenè Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. per tot. & præcipuè glos. 718. &c. Hermosil. ad leg. Partit. tom. 1. glos. 1. leg. 3. tit. 4. fol. 287. &c. Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 17. Mar. Cutel. de donat. tract. 1. discurs. 2. part. 1. August. Barbos. in Collect. ad l. donationes C. de donat. inter vir. & vxor. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 5. per tot.

An donatarius postea institutus hæres teneatur seruare voluntatem defuncti circa grauamina addita in testamento, & alia, pulchrè Fontanell. decis. 46. & 47. per tot. vbi negatiuè concludit.

Quod sit eodem modo prohibita inter socerum, & generum, vel nurum, cùm appellatione patris veniant socer, Menoch. de arbitr. cas. 348. num. 14. Socc. sen. cons. 57. lib. 1. & Socc. iun. cons. 113. num. 17. lib. 3. Tusch. litt. D. concl. 696. per tot.

Quando facta filio Clerico censeatur facta in fraudem Gabellarum, Dian. p. 8. tract. 6. resol. 130. per tot.

De remissione vsusfructus quod sit valida, latè Gratian. discept. forens. cap. 519. per tot.

An autem donatio facta à patre filijs præsumatur facta vt hæredibus, vel simpliciter vt filijs, glos. in l. si tibi decem §. si pactus ff. de pact. Surd. decis. 322. numer. 32. Sanfelic. decis. 200. vbi quod si nec ex verbis, nec ex alia coniectura contrarium appareat præsumitur facta tamquam hæredibus, & facit idem Sanfelic. decis. 202. n. 21. & seqq. per tot. infr. n. 21.

De iuramento confirmante, idem Gratian. discept. 27. n. 33. c. 82. n. 7. & cap. 231. n. 10. Altograd. cons. 5. n. 42. & seqq. lib. 1. vbi quod idem est in quolibet alio contractu, quicquid Merend. contr. iur. c. 21. lib. 1. & alij pauci contrarium tenuerint, qui reprobantur à Michalor. & Altograd. in loc. cit. Dian. part. 8. tract. 6. resol. 22. per tot. Peregrin. decis. 91. num. 13. &c. Rot. part. 9. recent. dec. 287. n. 31. &c. vbi quod per iuramentum efficitur valida, & irreuocabilis, & decis. 444. per tot. d. part. 9. vbi reddit rationem, & ibidem decis. 447. vbi an procedat in præiudicium tertij.

Et quod valeat ex causa dotis, vel pro legitima, latè Altograd. cons. 8. n. 24. & seqq. ad 40. vbi in aliquibus recedat ab opinione Menoch. d. præsumpt. 29. lib. 3. Tusch. litt. D. concl. 676. & 677. Rot. part. 14. recent. decis. 348. n. 9. vbi quod facta ob certum matrimonium est valida, licet filius donatarius sit sub potestate patris, & etiam si sit simplex promissio donandi sine vlla scriptura, & alia.

Quod non possint considerari aliqua merita filij erga patrem, idem Menoch. d. præsumpt. 29. num. 12. &c. vbi tamen non audet recedere à receptissima opinione, quod inter eos valeat donatio remuneratoria, Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 7. part. 2. n. 26. & seqq. Mar. Cutell. de donat. tract. 1. discurs. 2. Partis 13. n. 17. & seqq. Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 5. n. 31. & seqq.

Quod donatio non dicatur remuneratoria quando efficitur propter obsequia debita, & ideò operæ, & obsequia filiorum, vel vxoris cùm alias sint debita, non habeantur pro meritis ad effectum sustinendi donationem, nisi sint diutissima cum magna cura, & sollicitudine in graui aliqua, & longa ægritudine, Tiraquell. in l. si vnquam verb. donatione largitus numer. 106. & seqq. C. de reuocat. donat.

Bocet. tract. de donat. cap. 3. n. 13. Dian. par. 8. tract. 6. reſol. 119. Facbin. contr. lib. 3. cap. 3. & cap. 75. Viui. dec. 421. Rot. part. 13. recent. deciſ. 430. n. 22. & 23. vbi quod non tenetur pater recognoſcere filium de labore præſtito, & donando, cenſetur ex affectione, non ex meritis donaſſe, & par. 14. dec. 61. n. 18. & ſeqq.

Qualiter autem filius familias poſſit donare patri, & alijs bona, quæ haberet libera ceſſante metu, latè Tuſch. litt. D. concl. 678. & ſeqq. vide in §. filia n. 97. §. Metus num. infra n. 46. &c. Dian. par. 8. tract. 6. reſol. 21. in principio, & reſol. 37. per tot. infra n. 47.

15 Donatio facta filijs per matrem valet, & non poteſt reuocari quando ſunt emancipati alias ſecus, quia acquireretur patri, & ſic marito donantis, cum quo eſt prohibita, Oinot. in §. alia n. 78. Inſtit. de donat. cum Addit. litt. I. vide Fach. contr. lib. 3. c. 79. Dian. par. 8. tract. 9. reſol. 34. per tot. Mar. Curell. de donat. tract. 1. diſcurſ. 3. Partit. 1. n. 1. &c. Cancer. var. lib. 3. c. 21. n. 68. de tranſmiſ. Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 5. n. 41.

In contrarium quoad limitationem facit Iaſ. in l. frater à fratre ff. de condit. indeb. & alij per Michalor. de fratr. par. 1. c. 11. n. 48.

Poſſet tamen reuocari, ſi filius matri inſidias poſuerit, ſi impias manus in eam intulerit, ſi totius ſubſtantiæ matris ſubuerſionem molitus fuerit, ac ex alijs ſimilibus vel maioribus cauſis ingratitudinis, Menoch. de arbitr. caſ. 130. per tot.

Quod dicta donatio facta à matre vni ex filijs, non ſit cum alijs conferenda, niſi emergeret inæqualitas, vel niſi mater iuſſerit fieri collationem, vel niſi ſit donatio ob cauſam, quia his caſibus eſſet conferenda, Michalor. de fratr. part. 1. cap. 19. per tot.

16 Donatio facta filio alterius ab extraneo, in dubio præſumitur facta intuitu, & contemplatione ipſius filij, & non patris, reputatur aduentitia, & in totum ſpectat ad filium, niſi aliquæ coniecturæ contrarium ſuadeant, quo caſu efficeretur profectitia, & patri in totum acquireretur, Menoch. lib. 3. præſumpt. 28. num. 17. & per tot. Barr. tract. de fratr. num. 8. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 781. num. 24. & cap. 971. num. 7. & 42. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 7. per tot. vide in §. Dos num. 31. & §. Legatum num. 76. Rot. part. 11. recent. deciſ. 181. num. 29. & ſeqq. vbi ampliat, & benè declarat, & part. 13. deciſ. 159. n. 5. & ſeqq. per tot. vbi plura ad demonſtrandum dictam donationem eſſe aduentitiam, & non profectitiam, tanquam factam intuitu, & contemplatione ipſius donatarij, & non patris illius, Franciſ. de Angelis tract. de confeſſ. lib. 2. q. 64. vbi refert Antonell. de temp. leg. lib. 2. tit. de annis n. 55. tenentem iocalia data ſponſæ à conſanguineis viri indiſtinctè vxori acquiri, quia donata ſocio propter ipſam ſocietatem, ſeu contemplatione ſocietatis, non acquiruntur ſocietati, ſed propria efficiuntur ipſius ſocij, cui facta eſt donatio.

17 Donatio facta nepti per auum, vel patruum, an dicatur facta contemplatione filij, vel fratris, vel potius ipſius neptis, & conſequenter an ſit illi in legitimam imputanda, Menoch. lib. 3. præſumpt. 16. num. 4. &c. Marcian. diſput. forenſ. cap. 29. num. 30. &c. per tot. vide in §. Dos num. 31. & §. Legatum num. 76. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 16. & 17. Mangil. de imput. q. 24. Rot. part. 13. recent. deciſ. 159. per tot. part. 14. deciſ. 358. n. 12. & ſeqq. & deciſ. 417. n. 14. &c. Cabal. conſ. 14. lib. 2. & conſ. 148. d. lib. 2. vbi quod ſtante ab initio firmitate donationis ex iuramento promiſſorio non efficitur caduca, ſed tranſit ad hæredes donatarij, & conſ. 65. vbi quod confirmatio donationis retrotrahitur ad tempus donationis, quoad fructuum perceptionem, & conſ. 33. lib. 1. vbi de donatione per viam confeſſionis dotis.

Quòd non ſit neceſſaria traditio, latè Amaya obſeru. lib. 2. cap. 10. per tot.

18 Donatio facta à Principe ſuperiorem non recognoſcente, licet valeat à principio cùm habeat vim peculij caſtrenſis, ſiue ſit facta maſculo, vel fœminæ, filio, vel extraneo non eſt cum fratribus conferenda, Michalor. de fratr. par. 1. cap. 24. n. 4. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 993. num. 13. & ſeqq. latè Dian. reſol. 127. & 128. per tot. vbi plura qualiter donatio facta à Principe filio familias etiam intuitu meritorum patris habeat naturam peculij quaſi caſtrenſis, ac ideò non ſit conferenda, nec imputanda, neque poſſit filius in ea moleſtari ab aliquibus patris creditoribus, vide in §. Peculium num. 7. &c. infra num. 65. verſ. 14.

Facta ambaſciatoribus, an dicatur Principis, vel ipſorum contemplatione facta, & cui acquiratur, Menoch. lib. 3. præſumpt. 27. per tot.

De donatione facta à Principe, ex quo tempore tribuat ius donatario ad faciendos fructus ſuos, Cabed. deciſ. 39. part. 2.

Donatio Regis, vel alterius Principis ſuperiorem non recognoſcentis habet vim legis, l. Donationes quas Diuus C. de donat. inter vir. & vxor. & idem eſt in alijs contractibus, qui facti à Principe pariter vim legis obtinent §. Sed & quod Principi, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Auguſt. Barboſ. in d. l. Donationes quas Diuus n. 7. &c. Larrea alleg. 119. n. 9. Capyc. Latr. dec. 188. n. 4. Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. c. 3. n. 1. & ſeqq.

Habent igitur donationes Principum multa ſpecialia, & priuilegia.

Primò valent inter virum, & vxorem factæ etiam conſtante matrimonio, d. l. donationes quas Diuus, Tiraquel. de nobilit. cap. 37. n. 51. Peregrin. de iur. fiſ. lib. 4. tit. 5. n. 25. Cardoſa in Prax. verb. Donatio n. 74. Maſtril. de Magiſtratibus lib. 1. c. 4. n. 21.

Secundò valent factæ à Principe filio ſuo propter excellentiam Regiæ Dignitatis, Tiraquel. de nobil. cap. 37. n. 51. Menoch. lib. 3. præſumpt. 29. n. 97. & ſeqq. Mangil. de imput. q. 45. n. 29. 30. Auguſt. Barboſ. in l. Donationes, quas parentes n. 4. C. de Donat.

Tertiò poſſunt Principes, licet ſint milites donare eorum concubinis, Tiraquel. de nobil. d. cap. 37. num. 52. Trentacinq. lib. 3. var. tit. de donat. reſol. 7. Auguſt. Barboſ. in l. 2. C. de donat. inter &c. n. 14. Hermoſil. in l. 1. tit. 4. Partit. 5. gloſ. 6. n. 13.

Quartò ex donatione facta à Principe transfertur dominium in donatarium abſque traditione, Tiraquel. d. c. 37. n. 57. Solorzan. de iur. Indiar. lib. 2. c. 29. n. 22. Hermoſil. in l. 7. tit. 4. Partit. 5. gloſ. 3. n. 3. Cabed. dec. 39. num. 7. part. 2. Magon. dec. Lucenſ. 38. n. 9. vide in §. Dominium n. 3.

Quintò in donatione Principis, qui prior eſt tempore præfertur ſecundo, etiam ſi ſecundus poſſeſſionem adeptus fuerit, quia ex conceſſione Principis non ſolum transfertur dominium, vt ſupra, ſed etiam poſſeſſio ſine traditione, licet diuerſum ſit in priuato, Tiraquel. de nobil. c. 37. n. 56. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 5. n. 37. Solorzan. de iur. indiar. lib. 2. cap. 9. n. 11.

Sextò in donationibus, & conceſſionibus Principum locus eſt iuri accreſcendi, quicquid diuerſum ſit in contractibus priuatorum, Peregrin. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. n. 103. Craſſ. de ſucceſſ. §. Ius accreſcendi q. 15. n. 4. Mantic. de tacit. lib. 13. tit 17. n. 15. Solorzan. lib. 2. c. 12. n. 49. & ſeqq. Cancer. lib. 3. cap. 2. n. 52.

Septimò licet in alternatiuis electio ſit debitoris, tamen in donationibus, gratijs, & Priuilegijs Principum alternatiuè conceſſis, electio non ſpectat ad concedentem, ſed ad accipientem, Caldas Pereyra de nomin. q. 10. Creſp. de Valdaur. obſeru. 86. n. 11. & 12.

Octauò donationes Principum non requirunt inſinuationes, Ceuallos comm. contr. com. q. 222. num. 9. Azeued. in l. 1. tit. 8. lib. 5. recopilat. Hermoſil. l. 9. tit. 4. Partit. 5. gloſ. 1. n. 36.

Nonò pro donationibus à Principe factis, etiam ſi à promiſſione incipiant non præſtatur euictio, quicquid ſit in alijs, Cabed. dec. 36. n. 1. par. 2. Guzman. de euict. q. 25. n. 32. Alfar. de offic. fiſc. gloſ. 18. n. 10.

Decimò donationes à Principe factæ non ſont cum fratribus conferendæ, licet factæ fuerint patris contemplatione, vel ad eius petitionem, & idem eſt in redditibus annuis à patre in filium tranſlatis de Principis licentia, l. cum multa C. de bon. quæ liber. Gamma dec. 29. Molin. de inſt. & iur. diſp. 231. n. 7.

Vndecimò, & vltimò in donatis à Principe non quæritur patri vſusfructus, Solorzan. de iur. indiar. lib. 2. c. 15. n. 9. Caſtill. de vſufr. cap. 3. num. 58. Sanfelic. deciſ. 83. n. 7. & ſeqq. & dixi in §. Peculium n. 4. verſ. quinto. Et de omnibus prædictis ſpecialibus in donationibus Principum videndus, latè cum multis ab eo citatis Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. c. 3. per tot.

Quando autem donationes, vel gratiæ à Principe factæ dicantur perfectæ quoad eſſentiam, & quoad effectum, vt acquirantur fructus donatario, vel aliter gratiato, latè idem

An-

Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 4. *per tot.* & faciunt per me notatas in §. *Gratia*.

Et de donationibus bonorum Regiæ Coronæ, & Regalium, atque iurisdictionum, quæ comprehendant, vel non, & de clausulis in eis apponi solitis, & quomodo donatarij illis vti debeant, aliaque plura ad rem, idem Antunez. Portugal. *d. tract. lib.* 3. *c.* 44. *per tot.*

19 Donatio simplex facta filio in patria potestate existenti, non valet ab initio, sed tantùm morte confirmatur assumendo naturam relicti, vnde tanquam relictum non est conferenda, nisi donatarius concurreret cum alio fratre habente donationem ob causam, & sic collationabilem, quo casu erit conferenda, Michalor. *de fratr. par.* 1. *c.* 17. *per tot.* vbi dat plures alias limitationes, Pract. Papp. *libel. hered. vel rei sing. diuid. glos.* 1. *n.* 11. *& seqq. cum Addit.* Oinot. *in §. alia n.* 79. *& seqq. Instit. de donat.* Viui. *comm. opin.* 220.

Et quod donatio causa mortis facta filio non conferatur cum fratribus, *l. pen. vbi glos. ff. de collat. bon.* Michal. *d. par.* 1. *c.* 24. *n.* 3. Marta *vot. Pis.* 220. *n.* 18. *&c.*

An autem huiusmodi donatio simplex non conferenda, sit saltem in legitimam imputanda, vide Michalor. *d. tract. cap.* 37. *n.* 8. vbi videtur tenere quod sic, Altograd. *cons.* 6. *n.* 21. *lib.* 1. vbi contra nisi sit ob causam, vide Peregrin. *dec.* 104. *n.* 2. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 387. *n.* 27. *& seqq.* Tusch. *litt. D. concl.* 675. *per tot.* latè Vrceol. *Consult. for. cap.* 85. *per tot. vol.* 2. vbi inserit tres Rotæ Romanæ decisiones in Bononien. separationis Bonorum 15. Iunij 1661. 5. Iulij 1662. & 15. Iunij 1665. omnes coram Verospio, quarum prima est inter *recent. par.* 13. *dec.* 348. vbi quod ab initio valida in legitimam non imputatur, æstimatur tamen, ac si esset in patrimonio patris, cùm tanquam alienatio voluntaria non possit minuere legitimam, vide in §. *Legitima n.* 16. *&* 38.

20 Donatio facta filio emancipato statim valet, & ideò est conferenda cum alijs fratribus, sicut etiam in omnibus alijs casibus, in quibus donatio ob aliquam causam ab initio sustinetur iuxta superiùs dicta *n.* 14. cùm tunc nulla indigeat confirmatione, & cesset ratio supra proximè considerata, Michalor. *de fratr. par.* 1. *cap.* 18. *& seqq. per tot.* vbi infert ad plures casus supra enumeratos, ipsum videas, & Fachin. *contr. iur. lib.* 5. *c.* 77. *concl.* 1. Mangil. *de imput. q.* 45. *&* 39. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 29. *n.* 31. Marta *vot. Pis.* 189.

21 Donatio ob causam matrimonij est valida licet facta à patre in filium, & dicatur simplex, non ob causam, non confertur cum fratribus, nec imputatur in legitimam nisi expressè sit dictum, Marta *vot.* 189. *& vot.* 220. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 159. *n.* 34. *c.* 297. *per tot. & cap.* 984. *n.* 22. *& seqq.* Capyc. *dec.* 56. *n.* 2. *&c.* latè Vrceol. *Consult. for. cap.* 85. *per tot. volum.* 2. Peregrin. *dec.* 92.

Quòd donatio à patre facta filio, simulque nurui contemplatione illorum matrimonij certi, & determinati; cùm respiciat etiam nurus fauorem, non possit à filio tantùm sine vxoris consensu eidem patri in totum, nec in parte retrodonari, ac omnis transactio desuper facta reddatur nulla tanquam sine causa, & super re clara, dictaque donatio valeat absque solemnitatibus statutarijs, latè Rot. *part.* 15. *recent. dec.* 271.

Qualiter donatio facta contemplatione matrimonij, & cum ratione conseruandi bona in familia inducat fideicommissum ad fauorem filiorum donatarij, & alia ad rem, Rot. post Vrceol. *de transact. dec.* 78. 79. *&* 87. *& part.* 15. *rec. decis.* 125.

Simplex tamen donatio facta etiam occasione certi matrimonij, vt quis condecentius viuat, non importat fideicommissum ad fauorem filiorum donatarij, ad latè tradita per Rot. *par.* 17. *rec. dec.* 186.

Quòd vbi pater stipulatus fuit donationem, etiam vigore certi, & determinati matrimonij pro se, eiusque hæredibus, & successoribus cum clausula *ad habendum &c.* non possint filij bona donata retinere, nisi tanquam hæredes patris, Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 13. *num.* 12. *& seqq. & part.* 18. *decis.* 793. *n.* 8.

Sed quòd imò huiusmodi donatio ex causa matrimonij vni ex filijs facta, si postea ille velit succedere tam ex testamento, quàm ab intestato cum alijs fratribus sit conferenda, nisi fuerit prohibita collatio, & idem in similibus donationibus, latè Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 389. vbi plures allegat, & de veriori, & receptiori sententia testatur, vide in §. *Collatio num.* 1. quæ decisio fuit confirmata sub die 18. Iunij 1668. coram Beuilaqua.

Quod si sit facta intuitu matrimonij in genere dicatur simplex, si verò sit facta intuitu certi, & specifici matrimonij cum certa persona contrahendi dicatur ob causam, sicuti ex communi omnium ferè voto distinguit Altograd. *cons.* 7. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 1. vbi intelligit etiam si sit facta ab extraneo non obligato ad dotandum, cùm sufficiat, matrimonium certum fuisse illius causam finalem, ad hoc vt donatio dicatur ob causam, vide Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 145. *num.* 5. *& seqq.*

An promittens donare, vel dotare simpliciter ex causa matrimonij, vel alia onerosa, possit postea in instrumento donationis adijcere pacta, conditiones, vel alia grauamina, vel pactum reuersionis, Rot. *par.* 5. *rec. dec.* 393. *& par.* 6. *dec.* 58. *&* 127. Olea *de cess. iur. tit.* 1. *q.* 6. *n.* 11. *& seqq.*

Quod promissio donandi habeat vim donationis, Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 364. dixi *in §. Promissio n.* 1. & Rot. *d. par.* 14. *dec.* 448. *per tot.*

Quod donatio facta intuitu, & contemplatione certi matrimonij de proximo contrahendi cum certa persona, dicatur ob causam, & propter interesse illius tertiæ personæ, & filiorum non possit donatarius etiam si vellet retrodonare, consentire, vendere, vel aliter alienare sine vitio nullitatis, Franch. *decis.* 205. *&* 436. Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 11. *per tot.* & latiùs *decis.* 280. *per tot. in eadem causa*, vbi fuit confirmata prima decisio, & responsum pluribus obiectis ex solutione matrimonij excitatis, Cancer. *var. resol. par.* 1. *c.* 8. *n.* 44. Mastrill. *dec.* 211. *par.* 3. Merlin. *dec.* 515. *per tot.* vbi quod non potest reuocari, vel aliqua conditio præiuditialis vxori addi etiam viro consentiente, nec ex viri ingratitudine reuocari, vel delicto confiscari, & alia, idem Fontanell. *dec.* 581. vbi de retrodonatione facta in fauorem parentum, an possit impugnari ab ipsis filijs, qui retrodonarunt, & alia, Sanchez *de matrim. lib.* 6. *disput.* 32. *n.* 2. Addit. ad Buratt. *dec.* 861. Rot. *par.* 9. *recent. decis.* 30. *n.* 29. *par.* 12. *decis.* 116. *per tot.* vbi quod tribuit ius filijs, quorum appellatione venit etiam monasterium saltem durante vita monialis, licet fuerit contemplata agnatio, nisi sit clare exclusa, *& par.* 13. *dec.* 515. vbi quod hoc casu sub nomine filiorum veniunt tam mares, quàm fœminæ, Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 1. *n.* 71. *& seqq.* Michalor. *de fratr. par.* 1. *cap.* 20. *n.* 19. *& seqq.* vbi etiam quod est conferenda, & in legitimam imputanda, Gratian. *discept. forens. cap.* 924. *per tot. & cap.* 984. *n.* 22. *& seqq.* vbi etiam quod non requirit aliquam solemnitatem statutariam, vel insinuationem, nec reuocatur ex causa ingratitudinis, vel superuenientiæ liberorum, nec potest filius donatarius in bonis donatis molestari à creditoribus patris posterioribus donationi, quæ omnia benè comprobat Altograd. *cons.* 7. *per tot. lib.* 1. vide in §. *Augmentum n...* & in §. *Dos n.* 37. Duran. *dec.* 40. *n.* 27. *&c.* Vrceol. *Consult.* 85. *vol.* 2. vbi an, & quando debeat in legitimam imputari, vel non.

Quod dicta donatio facta contemplatione matrimonij habeat priuilegium tacitæ hypothecæ adinstar dotis, cui in hoc æquiparatur, Cutel. *de donat. tom.* 2. *discurs.* 1. *special.* 13. *n.* 22. *& special.* 14. *n.* 7. Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 421. *n.* 2. *& part.* 14. *dec.* 364. vbi etiam si agatur de simplici, & verbali promissione donandi, *& dec.* 448.

Quando huiusmodi donatio dicatur correspectiua ad dotem, & quid inde sequatur, Gratian. *discept.* 862. *n.* 1. *&c.*

Quod dicta donatio comprehendat etiam filios tanquam filios, licet donatarij non sint hæredes, Sanfelic. *dec.* 202. Cutell. *de donat. tom.* 2. *disp.* 1. *special.* 25. *n.* 8. Rot. *part.* 6. *recent. decis.* 127. *num.* 4. *& part.* 12. *dec.* 33. *n.* 8. *&c.* Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 1. *n.* 3. 30. *&* 31. *glos.* 9. *n.* 3. plenè Rot. *d. par.* 12. *recent. decis.* 229. *per tot.* vbi pro filijs contra creditores patris decocti, *& rursus d. par.* 12. *dec.* 356. *n.* 11. *& seqq.* vbi quando donatio est facta patri, & filijs, debetur illis vti filijs, & non vti hæredibus, & sic independenter à patre, qui ideò non potuit, nec potest filijs aliquo modo præiudicare hypothecando, vel aliter disponendo, vel etiam pacta adiecta non adimplendo, Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 11. *& decis.* 129. *per tot. & plenius dec.* 430. *per tot. d. par.* 13. *& dec.* 515. *& par.* 14. *dec.* 61. *per tot. & dec.* 422. intelligendo tamen quando donatio facta fuit patri simul & filijs, vel vt sit irreuocabilis respectu filiorum, alias autem non censentur vocati ex propria persona, & non admittuntur ad donationem nisi sint patris hæredes, vt benè declarat Rot. *part.* 10. *rec. dec.* 98. *n.* 6. *&* 7. *infr. n.* 39. vide Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 33. *n.* 8. *& seqq. decis.* 116. *per tot. & decis.* 229. *per tot. dec.* 323. *dec.* 356. *& dec.* 428. *& par.* 13. *decis.*

decis. 129. per tot. & dec. 264. vbi quod ex donatione etiam causa certi matrimonij, non quæritur ius filijs, nisi vti patris hæredibus, & par. 14. dec. 529.

Et cùm dicta donatio dicatur correspectiua, & ob causam, annullatur non sequuto matrimonio, Crauett. cons. 461. n. 39. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 273. n. 23. & 24. cap. 498. n. 37. &c. & cap. 826. n. 44. & seqq. Altograd. cons. 7. n. 19. & 20. lib. 1. Rot. in Bonon. de Luparis 10. Iunij 1622. coram Remboldo facit supra n. 8. infr. n. 23. & 35.

An autem matrimonio postea nullo declarato, sustineantur donationes causa illius factæ, Franch. decis. 52. per tot.

Qualiter sustineri possit, si aliæ causæ simul sint expressæ, etiam non sequuto matrimonio, vel illo annullato, vel quando causa matrimonij non fuit finalis, sed impulsiua tantùm, plenè Rot. in Romana donationis de Incasatis 26. Iunij 1626. coram Merlino penes Paul. Zacch. Quæst. medic. legal. tom. 2. dec. 59. per tot. & inter impressas eiusdem Merlin. dec. 229. & dec. 355. in eadem causa, & dec. 392. pariter in eadem causa, vbi latè ex quibus cognoscatur an causa fuerit finalis, vel impulsiua, & quid præsumendum, Ricc. Collect. 3305. vbi refert dictas decisiones, & quod causa matrimonij simpliciter expressa præsumitur impulsiua, & non finalis, Rot. part. 11. recent. dec. 262. n. 24. vbi qualiter excludatur dicta causa.

Quod huiusmodi donatio ob causam, non comprehendatur sub statuto loquente de donationibus, Altograd. cons. 7. n. 38. lib. 1.

Et an requirat solemnitates statutarias, Rot. part. 14. recen. dec. 321. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 474. n. 21. &c. Rot. part. 13. recent. decis. 106. n. 4. &c. dec. 145. n. 4. dec. 314. per tot. inf. n. 72.

An dicta donatio ob causam certi matrimonij possit reuocari ex superuenientia liberorum donatoris, vide Paul. Christin. dec. 192. n. 13. &c. vol. 4. vbi quod sic cum quadam modificatione.

Quid si agatur de simplici pacto, vel promissione de instituendo aliquem hæredem vniuersalem intuitu certi matrimonij, Rot. par. 9. rec. dec. 390. per tot. vbi concludit non subsistere, etiam stante matrimonio, & iuramento, vel saltem semper posse reuocari, vt dixi in §. Pactum n. 3. & §. Testamentum n. 57.

An autem donatio facta sponso, & sponsæ occasione illorum matrimonij, & filiorum, comprehendat tantum filios illius matrimonij, vel etiam extendatur ad filios alterius matrimonij, dic quod si fuit stipulata pro se, & hæredibus quibuscumque transit ad omnes, si verò pro filijs, & descendentibus acquiritur tantum filijs illius matrimonij, licet non sint hæredes, vt latè explicat Rot. par. 12. rec. decis. 230. per tot. vbi etiam adducit aliam distinctionem, & dec. 428. per tot. vbi melius declarat.

Item an facta in instromento matrimonij, in quo mulier renunciauit, dicatur facta potius contemplatione renunciationis, vel matrimonij, & cuius respectiua, Rot. par. 12. rec. dec. 323.

Quod præcedente donatione, vel promissione, traditio subsequens præsumatur in eius executionem facta, Rot. par. 12. rec. dec. 339. per tot. vide in §. Titulus n. 2. §. Testator num. 4.

An autem stante donatione facta à patre ex causa matrimonij primi ad fauorem filiorum eiusdem, possit idem pater contrahendo aliud matrimonium obligare dicta bona donata pro assecuratione dotis vxoris, latè Fontanel. decis. 363. & 364. per tot. vbi affirmatiuè concludit in subsidium non extantibus alijs bonis liberis, & de pact. nupt. tit. 2. claus. 7. glos. 2. part. 2. fol. 383. vbi an reseruata ad testandum sint etiam pro dote obligata.

22 Donatio ob causam dicitur illa, quæ fit ob causam necessariam existentem, vel quæ fit ad commodum donantis, Crauett. cons. 136. n. 2. Caualer. dec. 257. n. 8. Gratian. discept. forens. cap. 749. n. 14. vbi etiam quod non continetur sub statuto loquente de donatione, cap. 782. n. 17. & 21. cap. 975. num. 27. & cap. 984. n. 20. & 38. Altograd. cons. 7. n. 1. Tusch. litt. D. concl. 629. per tot. Vrceol. Consult. 85. n. 14. vol. 2. Bich. decis. 435. num. 5. Rot. part. 15. dec. 13. vbi quando dicatur ob causam, vt non sint necessariæ solemnitates statuti, & quando est facta contemplatione certi matrimonij, in quo articulo facit duas pulchras distinctiones, per quas benè concordantur opiniones, & decisiones contrariæ, vide in §. Statutum requirens n. 19. & infra n. 72.

Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. n. 59. & seqq. vbi plurimos allegat Larrea alleg. 81.

Quod imò non requiratur causa præcisè necessaria, sed sufficiat causam esse affectione, studio, & quadam beneuolentia naturali munitam, vel impulsiuam resultantem ex ratione quadam naturali, vel instinctu naturæ sic impellente sine necessitate præcisa, Mangil. de imput. q. 33. n. 1. 8. & seqq. Michalor. de fratr. par. 1. cap. 20. n. 7. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 1. n. 33. Altograd. cons. 8. n. 33. lib. 1. Vrceol. d. Consult. 85. n. 15. &c.

Quod quando fit ex causa, quę ex toto moueat donantem aliter non donaturum, vel ex aliquo naturali impulsu, siue pro implemento voluntatis ipsius donantis absque alia necessitate, dicatur ob causam ad omnes effectus, Altograd. cons. 7. per tot. lib. 1. vbi etiam declarat quando procedat prima opinio, vide Rot. part. 13. rec. dec. 145. n. 5. & seqq. per tot.

Quamuis id, quod dicitur de implemento propriæ voluntatis, non transeat sine difficultate, nisi iungatur cum alijs causis prædictis, aliàs omnis donatio diceretur ob causam.

Donatio ob causam dicitur conditionalis, ita vt causa 23
non sequuta possit reuocari, imputatur in legitimam, non reuocatur ex superuenientia liberorum, valet etiam si sit facta filio in potestate existenti, confertur cum fratribus, non reuocatur propter ingratitudinem, & sustinetur absque insinuatione pro quacumque summa etiam excedente metam legalem, quicquid in omnibus his casibus contrarium sit in donatione simplici, prout hos effectus donationis ob causam, benè colligit, & probat Altograd. cons. 7. n. 19. & seqq. ad 32. lib. 1.

Quod donatio ob causam, causa non sequuta ipso iure reuocetur, l. 1. C. de donat. ob caus. Clar. §. Donatio q. 25. num. 1. vbi Addit. latè Tusch. litt. D. concl. 631. Dian. par. 8. tract. 6. resol. 89. per tot. & resol. 109. vbi de donatione facta intuitu paupertatis, vel sanctitatis, an sit valida dictis causis non existentibus veris, & cui sit restitutio facienda an ipsi danti, vel alijs veris pauperibus, facit quod dixi in §. Vagabundus n. 3. Rot. part. 13. recent. decis. 145. num. 5. & seqq. per tot.

Donatio facta filio contemplatione Clericatus, & ad 24
effectum suscipiendi ordines sacros, an sit ei in legitimam imputanda, vel cum fratribus conferenda, vide Crauett. cons. 136. per tot. Rebuff. in prax. benef. part. 1. tit. de rescript. in for. com. & for. pauper. n. 25. Gratian. discept. forens. cap. 159. n. 31. & cap. 297. n. 8. &c. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 23. n. 1. & seqq. qui videtur concludere, non esse imputandam, nec conferendam, & Altograd. cons. 7. n. 47. lib. 1. & cons. 8. n. 33. & 34. lib. 1.

Contrarium tamen nempè esse imputandam, & conferendam, quoquomodo constet sic esse de mente, & voluntate patris, quæ in hoc debet attendi, admittit Merlin. & alij supracitati; imò absolutè in dubio esse imputandam, & conferendam, nisi appareat de contraria voluntate patris, reprobato Merlin. tenet Michalor. de fratr. part. 1. cap. 20. num. 8. facit latè Rot. part. 12. recent. decis. 389. dixi in meis resol. cap. 57. n. 13. cap. 61. num. 1. & cap. 82. n. 15. & 16. Paul. Christin. decis. Belgic. 170. num 13. vol. 2. latè Dian. part. 8. tract. 6. resol. 92. per tot. & part. 9. tract. 8. resol. 24. per tot. vbi dicit hanc opinionem affirmatiuam, cui adhæret, esse probabiliorem, alteram verò negatiuam communiorem, Antunez Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 5. n. 40. vbi quod est conferenda in partitionibus æstimata, non autem ipsa bona donata, quæ non possunt alienari, ne filius in opprobrium ordinis mendicare cogatur, vide etiam latè Mans. Consult. 155. lib. 2.

Et quod dicta donatio ob causam Clericatus, vel alimentorum, nullam requirat solemnitatem statutariam, Gratian. discept. forens. cap. 750. in fine.

An pater teneatur, & possit officio iudicis compelli ad donandum filio pro sacris ordinibus suscipiendis, Dian. part. 8. tract. 6. resol. 91. per tot. Addit. ad Sanfelic. dec. 384. vers. Pater.

An autem possit dicta donatio retrodonari, maximè si sit facta ab extraneo cum dicto pacto, & an mortuo Clerico reuertatur ad donatorem, Dian. par. 8. tr. 6. resol. 135. vbi negatiuè concludit in vtroque capite; sed in vltimo ego crederem posse reuerti ad donatorem si sibi ita cauit per pactum, cùm tunc cessent rationes prohibitionis, alia vide in §. Clericus n. 10. &c. & benè comprobat Rot. part. 13. rec. dec. 382.

Dona-

25 Donatio remuneratoria, non continetur sub statuto loquente de donatione, nec illius solemnitates requirit, cùm æquiparetur contractui oneroso, Ias. *in l. ex hoc iure n.* 53. *ff. de iust. & iur.* Addit. ad Pract. Papp. *libel. donat. glos.* 2. *verb. remuneratiua*, Gratian. *discept. forens. cap.* 386. *n.* 12. *&* 13. vbi etiam quod dicitur remuneratoria quamuis non præcedant merita, sed fiat pro futuris meritis *ibidem n.* 5. *& 6. cap.* 82. *num.* 28. *cap.* 470. *num.* 42. vbi quod in donatione nulla consideratur læsio, cùm ex liberalitate procedat, *& cap.* 637. *n.* 17. *&c.* vide in §. *Læsio n... infra n.* 27. *in fine*.

Plura de donatione remuneratoria tradit Garsia *tract. de donat. remuner. per tot.* & habetur *post tract. alterius Garsiæ de expens. & meliorам.* Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. *n.* 31. *& seqq.*

Quando donatio ob benemerita valeat, vel non, latè Tusch. *litt. D. concl.* 636. Mascard. *de probat. concl.* 559. *&* 560. *per tot.*

Si tamen ageretur de donatione remuneratoria facta à minore, vel muliere, essent necessariæ solemnitates statutariæ, Pic. *ad Statut. Vrb. glos.* 7. *num.* 19. *& seqq.* vide latè Rot. *in Romana donationis* 6. *Iunij* 1663. coram Verospio *par.* 6. *rec. dec.* 358. vbi refert contrarias opiniones, & concordat, *& par.* 14. *dec.* 380. *n.* 11. *& seqq.* vbi idem concludit in donatione correspectiua.

Quod tutores, vel curatores, cæterique administratores possint ex causa remunerationis donare bona pupillorum, vel minorum, tam mobilia quàm immobilia, etiam sine decreto, sicut & ipsi minores, cùm non sit propriè donatio, sed potius debiti solutio (licet quoad immobilia alij contrarium sentiant, & melius iudicio meo) latè probat Viui. *comm. opin.* 222. *per tot.* vide in §. *Minor n.* 21. *&* §. *Curator n.* 26.

Alias autem donatio simplex facta à minore, etiam cum auctoritate tutoris, vel curatoris, & decreto iudicis esset nulla, Cauaier. *dec.* 257. *per tot. & dec.* 268. *per tot.* vide in §. *Minor n.* 21. Tusch. *litt. D. concl.* 682. *&c.*

Quod donatio remuneratoria non sit propriè donatio gratuita, & liberalis, sed potius quasi compensatio rei acceptæ, & alia, latè Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 115. *& seqq.*

An merita debeant esse æquiualentia, quid si alias essent debita, idem Dian. *loc. cit. resol.* 119. *&* 120.

Quæ dicantur donationes impropriæ itaut non veniant sub censura statuti loquentis de donationibus, Vrceol. *Consult. forens. c.* 54. *n.* 9. *& seqq. vol.* 2.

26 Donatio remuneratoria, cùm dicatur contractus onerosus, reuocari non potest, etiam propter ingratitudinem, vel natiuitatem liberorum, nec indiget insinuatione, Addit. ad Pract. Papp. *loc. sup. cit.* Clar. §. *Donatio q.* 21. Pic. *ad Stat. Vrb. d. glos.* 7. *n.* 22. *&* 23. Gratian. *discept. forens. cap.* 663. *nu.* 24. vide in §. *Insinuatio num...* Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 117. vbi tamen videtur admittere quod possit reuocari quoad excessum meritorum, Antunez. Portugal. *cum pluribus ab eo citatis, lib.* 1. *Prælud.* 2. *num.* 32. *& seqq.*

Quod donatio remuneratoria, ob causam, vel similis non possit reuocari ob non præstita alimenta donatario, vel similem ingratitudinem, idem Gratian. *cap.* 782. *n.* 23.

27 Donatio remuneratoria quamuis sit permissa inter virum, & vxorem, & similes personas prohibitas, Magon. *decis. Flor.* 77. *n.* 21. *&c.* Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 121. *vers. vnde ex his*.

Non valet tamen, nisi quatenus merita probentur, nec creditur assertioni donatoris, nisi sit iurata, Clar. §. *Donatio q.* 3. Euerard. *a vi, & energ. iuram. n.* 74. vide Mascard. *de probat. concl.* 559. *&* 560. *per tot.* Capyc. *dec.* 203. *num.* 7. Michalor. *de fratr. par.* 1. *cap.* 11. *n.* 16. Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 116. vbi videtur tenere quod sufficiat assertio donantis maximè in foro conscientiæ, vide in §. *Merita*.

Quod facta à patre probatis meritis non sit conferenda cum fratribus, idem Michalor. *d. par.* 1. *cap.* 24. *n.* 1. *&c.* vide *supra n.* 14.

Quoties autem permissum est alicui donare ob benemerita, & seruitia, debet intelligi de meritis, & seruitijs præteritis, & non de futuris, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 115. *vers. Notandum*, vbi plures allegat *supra num.* 25. Mascard. *loc. cit.*

28 Donatio reuocatur ipso iure ex superuenientia liberorum ipsius donatoris, per text. *in l. si vnquam C. de reuoc. donat.* Hermosil. *ad l. Partis. glos.* 1. *cum pluribus seqq. tom.* 1. *lib.* 8. *tit.* 4. *fol.* 340. *& seqq.* ita vt si sit facta extraneo reuocetur in totum, si verò alteri filio reuocetur solummodo pro rata legitimæ supernascentium liberorum, etiam si agatur de re particulari, nisi esset adeo modica, vt inspecta quantitate patrimonij, donans fuisset illam donaturus, etiam si de liberis cogitasset, ac etiam si filij postea moriantur, & pater non habuit tempus reuocandi, & licet sit donatio iurata, vel causa mortis, ita vt pater ipse possit statim contra eam venire: non tamen reuocatur ob superuenientiam filiorum adoptiuorum, nec legitimatorum, nisi essent legitimati per subsequens matrimonium, nec quando esset facta Ecclesiæ: quia tunc non reuocatur in totum, sed solum respectu legitimæ, prout quando est facta alteri filio, nec quando esset remuneratoria, nisi quatenus merita excedat, nec quando consistit in iure quærendo, nec vbi donans de liberis cogitauit, nec vbi ingrederetur monasterium, nec in pacto de dote lucranda, nec respectu fructuum iam à donatario perceptorum, Diaz. *reg.* 213. *per tot. inter reg. Diuers. fol. mihi* 219. Viol. *comm. opin.* 210. *per tot.* Clar. §. *Donatio q.* 22. *&* 23. *per tot.* Tusch. *litt. D. concl.* 712. *per tot.* Paul. Christin. *decis.* 340. *vol.* 1. *& dec.* 192. *n.* 6. *& seqq. per tot. vol.* 4. Ricc. *Collect.* 728. *&* 1434. Marta *vot. Pis.* 9. *n.* 1. *& seqq. & vot.* 161. *n.* 14. *&c.* vbi quod dicta reuocatio procedit etiam si donatio esset facta Ecclesiæ, quia in hoc fauorabilior est causa liberorum, ad Tiraquell. *in l. si vnquam verb. libertis n.* 79. *& seqq. ad* 90. *C. de reuoc. donat.*

De donatione facta Ecclesiæ, vel piæ causæ vt non possit reuocari ob superuenientem prolem, nisi quoad legitimam, latè probat Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 64. *per tot.* & respondet rationibus in contrarium adductis, vt possit in totum reuocari.

Quoad fructus an sint restituendi à die natiuitatis filiorum, vel à die factæ declarationis de reuocando, & alia ad materiam facientia, latè Tiraquel. *in d. l. si vnquam C. de reuocat. donat. in verb. Reuertatur num.* 10. *& n.* 273. *& per tot.* quem sequitur Franch. *decis.* 46. *n.* 8. vide in §. *Dispositio num.* 11. Seraph. *decis.* 829. *&* 837. Dian. *part.* 8. *tr.* 6. *resol.* 59. *& seqq.* vbi etiam an in dubio quis præsumatur de liberis cogitasse, & alia plura not. Christin. *in loc. cit.* Marta *d. vot.* 9. *per tot.* plenè Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 3. *per tot. fol.* 99. *& seqq. & n.* 30. *eodem tract. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 28. *fol.* 325.

Donatio, quæ iam deuenit ad casum reuocationis per su- 29
peruenientiam liberorum, non confirmatur, etiam si statim nati liberi decedant, Pract. Papp. *caus. donat. glos.* 3. *n.* 5. vbi respondet *l. posthumus ff. de iniust. rup. & irrit. test. & l. fœmina C. de secund. nupt. in contrarium facientibus*, Diaz. *d. reg.* 213. *ampliat.* 2. Tiraquel. *in d. l. si vnquam verb. susceperit liberos n.* 203. Fachin. *lib.* 3. *contr.* 92. Dian. *par.* 8. *tr.* 6. *resol.* 61. *per tot.* vbi rationes addit.

Contrarium tamen verius asserit Clar. in §. *Donatio q.* 53. *vers. vltimo quæro*, vbi intelligit quando pater mortuis filijs donationem ipsam expressè, vel tacitè non reuocauit, alias secus, vide Gomez. *var. resol. tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 12. Mozz. *tract. de donat. tit. vlt. n.* 90. Dian. *d. resol* 61. *vers. verum*, vbi citat Card. de Lugo tenentem pendere ex præsumpta voluntate donantis, *in tract. de Iust. tom.* 2. *disp.* 23. *sect.* 11. §. 1. *n.* 182.

Quod non possit reuocari per superuenientiam legitimorum tantum, quales sunt adoptiui, Tiraquell. *in d. l. si vnquam verb. susceperit liberos n.* 3. *&* 18. Michalor. *de fratr. par.* 2. *cap.* 20. *n.* 31.

Quod nec etiam reuocetur per ingressum religionis, cùm monasterium non habeatur loco nisi in casibus à iure expressis, Addit. ad Pract. Papp. *libel. ex substit. glos. Ex suo corpore &c. propè finem*, Gratian. *disput. forens. cap.* 568. *n.* 19. *&c.* vide in §. *Monasterium n...*

Item non reuocatur ex superuenientia liberorum donatio rei modicæ, & vilis, quæ autem dicatur res modica remittitur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. cas.* 133. *per tot.* Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 62. *vers. Sed quæres*, Clar. §. *Donatio q.* 22. *n.* 5. Couar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 12.

Item nec donatio ob causam reuocatur ex superuenientia filiorum, sed tantum donatio simplex, Altograd. *cons.* 7. *n.* 23. *lib.* 1. *supra n.* 23. Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 65. vbi de donatione remuneratoria, vt non possit reuocari.

An reuocetur per superuenientiam filiorum illegitimorum,

moruit, qui à Principe legitimentur, contrarias opiniones refert Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 62. vbi affirmatiuam sequitur.

30 Donatio facta cum pacto, vt nulla ingratitudinis causa, vel superuenientia liberorum possit reuocari, efficitur irreuocabilis, cum donans cesserit iuri suo, Bart. *in l.* 1. *C. de inoff. donat.* Pract. Papp. *caus. donat. glos.* 3. *n.* 1. Viui. *comm. opin.* 224. vbi intelligit stante iuramento, vide *inf. num.* 33. Fontan. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 28. *fol.* 525.

Quod tamen pactum non obstabit filio, quin ipse possit donationem reuocare, vel per *l. si vnquam C. de reuoc. donat.* vel *tit. de inoff. donat.*

An autem possit in totum reuocari, vel vsque tantum ad legitimam, Pract. Papp. *loc. cit. num.* 2. & 3. Rip. *in repet. l. fin. C. de reuoc. donat. q.* 54. *n.* 180. *&c.* vide Oinot. *in §. sciendum num.* 5. & 9. *Instit. de donat.* Gratian. *discept. forens. cap.* 96. *num.* 36. & *seqq.* Clar. §. *Donatio q.* 22. *vers. Tertiò*, vbi an tale pactum præiudicet filijs, testatur articulum esse adeò dubium, vt Imperatoria decisione indigeret, & nonnullas distinctiones pro concordia adducit, & præiudicare filijs videtur tenere Altograd. *cons.* 5. *numer.* 97. *& lib.* 1.

Quod dispositio *d. l. si vnquam* non veniat sub generali renunciatione, possit tamen illi expressè renunciari, & talis renunciatio operetur solum vt donatio in vita patris sit valida, nec possit à filijs reuocari nisi post mortem patris, quatenus attingat ipsorum legitimam, Barbos. *de Claus. claus.* 133. *n.* 18. Fachin. *lib.* 3. *controu.* 84. Dian. *part.* 8. *tr.* 6. *resol.* 60. *per tot.*

Verùm verò donatione reuocata ob natiuitatem filiorum sint restituendi fructus, & à quo tempore, Ricc. *Collect.* 2924.

31 Donatio inofficiosa re, & consilio vni ex filijs facta reuocatur tantum respectu legitimæ aliorum; facta verò extraneo, & nihil filijs relicto reuocatur in totum, si sit inofficiosa re, & consilio, ita vt nec etiam firmetur iuramento, *tot. tit. de inoff. donat.* Couar. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 12. Tiraquel. *in l. si vnquam verb. totum n.* 5. *& seqq. C. de reuoc. donat.* Trentacinq. *tit. de donat. resol.* 4. Paul. Christin. *decis.* 171. *per tot. volum.* 2. Clar. §. *Donatio q.* 24. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 472. *num.* 25. *cap.* 729. *per tot. & cap.* 950. *n.* 1. *&c.* Tusch. *litt. D. concl.* 684. *&c.* Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 66. vbi quod si filijs aliquid relictum fuerit reuocatur tantum quoad supplementum legitimæ, sicut quando fuit inofficiosa re tantum, & non consilio, licet extraneo facta, vide Christin. & alios supracitatos, quibus adde Arism. Tepat. *var. sent. tit.* 497. *&c.* Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de donat. resol.* 5. *per tot.* Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 2. *fol.* 93. Hermosill. *ad leg. Partit. tom.* 1. *glos.* 12. & 13. *per tot. lib.* 8. *tit.* 4. *fol.* 355. *&c.*

Quod donatio inofficiosa re, & consilio, & sic malo animo facta corruat in totum, alias autem possit agi tantum ad supplementum legitimæ, docto etiam de valore bonorum donantis ab ipso filio inofficiositatem allegante, & ad dictum effectum sufficiat aliquid etiam minimum fuisse filijs relictum, Bich. *dec.* 136. *n.* 20. *& seqq.*

Non tamen potest reuocari viuente donatore sed illius mors est expectanda, idem Gratian. *d. cap.* 950. *n.* 7. Altograd. *cons.* 43. *n.* 33. *lib.* 2. vide in §. *Filius n.* . . Tusch. *loc. cit.* Christin. *d. dec.* 171. *n.* 13. vide Ricc. *Collect.* 181. vbi contra quod filij superuenientes reuocent etiam viuo patre.

Ad cognoscendum autem an sit inofficiosa inspicitur tempus factæ donationis, & non futurum, *glos. in l.* 1. *q.* 9. *C. de inoff. donat.* Addit. ad Pract. Papp. *caus. donat. glos.* 3. *sub n.* 2. vide *in §. Dos n.* 36. Tusch. *loc. cit.* Ricc. *Collect.* 181. vbi pariter contra.

32 Donatio, quæ ex aliqua iusta causa poterat à donatore reuocari, non potest ab eius hæredibus reuocari, cùm defunctus tacendo videatur huiusmodi causam remisisse, *l. fin. propè finem C. de reuoc. donat.* Pract. Papp. *caus. donat. glos.* 3. *num.* 11. Clar. §. *Donatio q.* 23. *in fine*, Montan. *de tut. cap.* 18. *n.* 48. Magon. *decis. Flor. num.* 70. *n.* 2. *&c. dec.* 76. *num.* 26. *&c.* Guid. Pap. *decis.* 114. Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 102. *n.* 18. Merlin. *decis.* 692. *num.* 80. *&c.* Sanfelic. *decis.* 192. *num.* 3. *&c.* Sperel. *decis.* 81. *num.* 36. *& decis.* 170. *n.* 30. *&c.* Altograd. *cons.* 37. *num* 11. *& seqq. lib.* 2. vbi quod ideò ius reuocandi, sicuti non transit ad successores, non etiam transit in monasterium, nec in fiscum etiam ante ratificationem donatarij, *& cons.* 38. *n.* 4. *&c. eodem lib.* 2. *infra num.* 34. *vers. quod ex capite in fine*, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 54. *vers. Aduertendum*, vbi quod ex capite ingratitudinis possit reuocari donatio à solo donatore, non autem ab eius hæredibus, intelligit verum quando donator sciuit causam ingratitudinis, & tacuit, secus autem si illam ignorauit, Hermosil. *eodem tract. tom.* 1. *glos.* 8. *leg.* 10. *tit.* 4. *fol.* 380. *&c.*

Donatio iurata non potest reuocari ex aliqua ingratitudinis causa, Euerard. *loc. à vi, & energ. iuram. num.* 53. vbi Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 57. *per tot.* vbi post relatas contrarias opiniones, hanc probat Viui. *comm. opin.* 224. vbi intelligit stante pacto iurato. 33

Quod ingratitudo præterita possit per pactum remitti, non autem futura, quia inuitaret ad delinquendum, Socin. *reg.* 347. *per tot.* Viui. *d. comm. opin.* 224. Gratian. *discept. forens. cap.* 96. *n.* 37. *&c.* Sperell. *dec.* 180. *n.* 26. *&c.* vbi limitat nisi pactum esset iuratum, quia tunc esset seruandum, cùm non respiciat bonum publicum, sed tantum interesse iurantis priuatum.

Quod tamen videtur intelligendum de ingratitudine commissa per dolum præsumptum, vel latam culpam, cuius valida est remissio in futurum, secus autem in ingratitudine commissa per dolum verum, quæ nec cum iuramento remitti potest in futurum, Gratian. *loc. cit. n.* 38. vide in §. *Dolus n.* 8. Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 57. *&* 59. *vers. Sed quærunt.*

Quod autem donatio possit ex causa ingratitudinis reuocari, non solum ex causis expressis, sed etiam ex alijs similibus, siue maioribus, *text. cum glos. & alijs in l. fin. C. de reuoc. donat.* Clar. §. *Donatio q.* 21. Paul. Christin. *decis.* 192. *vol.* 3. *&* 216. *vol.* 5. Tusch. *litt. D. concl.* 711. *per tot.* Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 54. *& seqq.* Viui. *comm. opin.* 213. Hermosill. *ad leg. Partit. tom.* 1. *glos.* 1. *& seqq. leg.* 10. *tit.* 4. *fol.* 375. *&c.* vbi plura an, & quando donatio possit ex causa ingratitudinis reuocari, vel non.

Quod possit reuocari intellige si res donata extet adhuc penes donatarium, nam si fuerit alienata ante commissam ingratitudinem secus, *tex. in l. his solis* 7. *C. eodem vbi DD.* & Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 1. *q.* 12. *n.* 3. dixi in §. *Hypotheca n.* 47. *vers. an donatione.*

An possit reuocari si donatarius neget alimenta donatori, contrarias opiniones refert Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 55. vbi transit cum affirmatiua *infra n.* 57.

Item an facta Ecclesiæ possit ob ingratitudinem Prælati reuocari, negatiuè concludit idem Dian. *loc. cit. resol.* 56. vbi tamen refert contrarium fuisse iudicatum in Senatu Olisipponensi, licet non benè, vt ipse dicit.

An autem donatarius ingratus teneatur restituere bona donata antè iudicis sententiam, vnà cum fructibus ante reuocationem perceptis, dic quod non, sicuti pluribus relatis in vtroque capite, probat idem Dian. *vbi supra resol.* 58. *per tot.* Paul. Christin. *dec.* 216. *n.* 21. *& seqq. vol.* 5. vbi quod non tenetur ad fructus nisi post litem motam.

Plura de reuocandis donationibus, Arism. Tepat. *var. sent. tit.* 500. *per tot.*

Donatio ob pacta in ea apposita, non seruata, censetur reuocata, & dominium reuersum ad donatorem, vel eius hæredem, tanquam deficiente modo, conditione, & causa ob quam fuerat facta, *l.* 1. *C. de donat. sub modo*, Addit. ad Pract. Papp. *libel. donat. glos.* 2. *in fine*, Magon. *decis. Flor.* 76. *num.* 20. *& seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 381. *num.* 20. & facit *in cap.* 96. *per tot.* Tusch. *litt. D. concl.* 542. *& seqq.* dixi *in resol. cap.* 59. *per tot.* vbi videas, & Paul. Christin. *decis. Belgic.* 9. *volum.* 3. vbi etiam quid si causa non sequatur citra culpam accipientis, sed casu fortuito, *& alia in decis. seqq.* Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib. Prælud.* 2. §. 1. *&* 2. *per tot.* vbi plenè de donatione sub modo, vel conditione facta, an, & quandò possit reuocari, vel censeatur reuocata, & defecta, an dominium ipso iure transferatur in donatorem, & alia plura ad rem notabilia. 34

Quòd donans reseruata sibi aliqua portione, ea non soluta non possit agere pro resolutione contractus, sed tantùm pro adimplemento, maximè si donatio fuerit modalis quoad effectum, licet conditionem præseferat, & cum clausula non aliter, nec alio modo, Rot. *par.* 17. *rec. decis.* 56. vide in §. *Renunciatio n.* . .

An, & quando donatarius possit renunciare donationi cum onere acceptatæ, vel non, Rot. *par.* 16. *decis.* 408. *n.* 15. *& seqq. infr. n.* 57.

Si fuerit facta donatio ex pluribus causis, non deficit, si vna cesset alijs remanentibus, Gratian. *discept. forens. cap.* 568. *n.* 15. vide in §. *Renunciatio n..*

Licet autem donatio resoluatur, vt supra ob pacta non seruata, si tamen fit facta pluribus successiuè, sed independenter, veluti patri, & filijs, contrauentio vnius non præiudicat alijs ex propria persona, & non tanquam hæredibus vocatis, nec potest donans in eorum præiuditium reuocare, latè Rot. *part.* 12. *recent. dec.* 356. *per tot. supra num.* 21. eadem Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 11. *& decis.* 82. *n.* 4. *infra n.* 39. *in fine*, Rot. *d. par.* 13. *dec.* 280. *num.* 15.

Sicut etiam si sit facta Ecclesiæ, vel causa libertatis, non potest reuocari etiam pactis, & modis non impletis, nisi hoc fit expreisè conuentum, sed agendum est ad implementum de iure canonico, Soc. *reg.* 382. *priuil.* 60. Gratian. *discept. forens. cap.* 803. *n.* 18. *& seqq.* vide in §. *Legatum n...* Dian. *par.* 8. *tr.* 6. *resol.* 42. *per tot.* vbi benè declarat, & extendit.

Et censebitur remissa reuocatio, si donator interpellet donatarium ad implendum modum, causam, vel conditionem, idem Gratian. *discept.* 246. *n.* 25.

Quod licet pacta regulariter transeat ad hæredes, istud non procedat quando sunt personalia, & ex quibus cognoscatur realitas, vel personalitas, late Rot. *par* 9. *rec. dec.* 387. *n.* 40. *& seqq.*

Quod ex capite conditionis non purificatæ, aut implementi non sequuti, possit donatio reuocari, Altograd. *cons.* 38. *num.* 3. *lib.* 2. vbi tamen *num.* 4. quod ius reuocandi non transit ad hæredes, vel alios successores vniuersales donantis, intelligendo de iure reuocandi ex simplici pœnitentia, nam actio ad rescindendam donationem ex defectu conditionis, vel implementi transit ad hæredes, & alios vniuersales successores, vt ibidem *n.* 5. vide Rot. *part.* 3. *recent. decis.* 612. *& dec.* 644. *& part.* 4. *decis.* 338. *& part.* 9. *vol.* 1. *decis.* 11. *per tot.* in quibus plenè resoluitur donationem ob non impletum modum, & conditionem adiectam, corruere, maximè vbi fuit ita expresè conuentum per clausulam, non alias non aliter, nec alio modo, nec posse acceptari recusando pacta per modum conditionis apposita, ita vt huiusmodi defectus possit etiam ab hæredibus donatoris allegari, & alia ad hoc propositum Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 1. *glos.* 2. *leg.* 5. *&* 6. *fol.* 317 *&c.* vbi plura de donatione conditionali, & modali, de qua etiam plenè Antunez. Portugal. *loc. sup. cit.*

Quando tamen non possit per hæredes allegari defectus conditionis, Rot. *d. part.* 9. *recent. decis.* 387. *n.* 35. *& seqq.* vbi agebatur de donatione facta filijs cum pacto, vt illis omnibus deficientibus, reuerteretur in dominium patris, & fuit resolutum patre prædefuncto, pendente adhuc dicta conditione, illius effectum euanuisse, nec ad hæredes fuisse transmissum, licet ante dictam donationem fuisset ordinatum fideicommissum, quod per eam fuit sublatum, & bona remanserunt libera hæredibus, & cessionarijs dictorum filiorum, quibus facta fuerat dicta donatio.

Plura de donatione facta sub modo, vel conditione, vel certo tempore, Paul. Christin. *decis.* 191. *volum.* 4. Tepat. *var. sent. tit.* 498. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 354. vbi plenè de donatione facta cum conditione pacti reuersiui, vt dicta conditio sit pars formalis, & substantialis ipsius donationis, censeaturque apposita, & repetita omnibus donatarij successiuè vocatis.

Plura de pacto reuersionis bonorum ad donatorem, vel eius hæredes, ac de facultate disponendi de illis, Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 10. *fol.* 217. *&c.*

Stante tamen difficultate, & impotentia implendi, & sic cessante dolo, donatarius non cadit à commodo donationis ex capite *l. si quis maior C. de transact.* quæ alias locum habet in quocumque contractu iurato, concurrente dolo, sicut nec cadit quando contrahentes sibi prospexerunt de certa pęna expressa in casu contrauentionis, Magon. *dec. Flor.* 96. *per tot.* vide in §. *Dispositio n...*

Et quod quando onus fuit adiectum per viam modi, non incipiat obligatio, nec mora contrahatur ad effectum priuationis, nisi post interpellationem, & monitionem, præcipuè vbi certa dies non fuit præstituta quicquid sit in conditione, Altograd. *cons.* 38. *n.* 27. *&c. lib.* 2.

Quod donans ab initio possit apponere conditiones sibi benè visas, donatione verò iam perfecta non possit de nouo ex interuallo conditiones apponere, nisi de hoc sibi reseruauerit facultatem, quæ reseruatio operatur vt censeantur vsque a principio appositæ, Merlin. *dec.* 802. *per tot.*

Qualiter donatarius accipiens donationem cum onere primogenituræ, possit illam reijcere in præiuditium vocatorum, vel non, Rot. *par.* 13. *rec. dec.* 134. *n.* 12. *&c.*

Donatio facta ab ingrediente monasterium, vel habente propositum ingrediendi, an possit reuocari, tanquam non sequuta causa, vel ea non durante, si postea donans non ingrediatur, vel exeat, latè Gratian. *discept. forens. cap.* 96. *per tot.* vbi etiam per quas clausulas efficiatur irreuocabilis *supra n.* 21. vide Rot. *in Romana donationis* 15. *May* 1641. *&* 17. *Decembris* 1641. coram Royas *part.* 9. *recent. dec.* 21. *&* 56. *per tot. & decis.* 32. *d. part.* 9. vbi quod stante reseruatione, si exeat de licentia superioris, recuperat omnia etiam alijs interim quæsita, Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 143. *per tot.* vbi latè de materia. 35

Quod cesset donatio non sequuto ingressu Monasterij, vel si ingressus postea egrediatur relato Gratian. & alijs resoluit Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 1. *n.* 97. *& seqq.*

Qualiter volens ingredi religionem possit disponere de bonis, tam per contractum, quam per vltimam voluntatem, nec possit pœnitere, nisi quatenus egrediatur, valeat donatio absque insinuatione, & alijs solemnitatibus statutarijs, & alia, Rot. *par.* 13. *rec. decis.* 222. *per tot.*

Quod possit reuocari, Menoch. *de arbitr. cas.* 436. *n.* 5. *&c.* vbi quod idem est in renunciatione, vide in §. *Renunciatio n.* 31. Tusch. *litt. D. concl.* 635. *&* 633. *per tot.* Natt. *cons.* 181. Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 86. vbi quod si monachus licitè exeat à Religione recuperat bona donata, vel in Ecclesiam collata ex causa ingressus, latè Rot. *part.* 9. *rec. decis.* 32. *& par.* 11. *dec.* 349. *n.* 2. *& seqq.*

Quando ingressus religionis dicatur causa finalis donationis, vel potius impulsiua, Gratian. *discept. forens. cap.* 971. *n.* 1. *& seqq. & n.* 44. *& seqq.*

Quod si puella ante ingressum Religionis donauit bona monasterio, sub conditione futuræ professionis cum clausula, *ex nunc prout ex tunc*, non possit postea etiam ante conditionis euentum penitere, & alteri donare, sed sequuta professione, & sic conditione præferatur monasterium, Rot. *par.* 15. *recent. decis.* 137. *per tot. infra n.* 71.

Quando dicta donatio non possit reuocari, idem Gratian. *decis.* 42. *per tot.* & illum sequitur pluribus alijs citatis Rot. *in Romana donationis* 15. *May* 1641. coram Royas *part.* 9. *recent. decis.* 21. vbi in specie reprobat Menoch. *cons.* 388. dum voluit huiusmodi donationem tanquam potestatiuam reuocari posse, & firmat non posse reuocari, quando tamen sequuta fuit professio; & latiùs in eadem causa coram eodem 17. Decembris 1641. *d. par.* 9. *dec.* 56. *per tot.* vbi quod non potest reuocari, nisi ex causa non sequuti ingressus, vel non factæ professionis, & sustinetur etiam si sit vniuersalis omnium bonorum, & nulla facta reseruatione pro facultate testandi, vide *infra n.* 48.

Quicquid alias sequendo Menoch. & alios tenuerit eadem Rot. *in dicta causa dec.* 450. *in Append. par.* 9. quia fuit reuocata, vt supra.

An huiusmodi donatio ob ingressus religionis facta à minore, vel muliere requirat solemnitates statutarias, vide Gratian. *discept. forens. cap.* 975. *n.* 1. *& n.* 32. *& seqq. per tot.* Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 245. *& par.* 13. *dec.* 522. *n.* 8. *&c.*

Quod facta ante ingressum subiaceat solemnitatibus statutorum laicalium, secus autem si fiat post ingressum, quia tunc sufficit seruare formam Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 16. ad latè tradita per Sperel. *decis.* 16. *per tot.* Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 245. & dixi *in §. Renunciatio n.* 30. *& §. Statutum requirens n.* 16.

Quod donatio causa mortis, & quælibet alia vltima voluntas facta à Nouitio post ingressum Religionis sit valida, etiam sine superioris licentia, non obstante Concilio *loc. cit.* quia loquitur tantùm de renunciationibus, & obligationibus, non autem de vltimis voluntatibus, Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 86.

Item valida est donatio remuneratoria facta à Nouitio, etiam non seruata forma præscripta à Concilio, vt latè probat Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 121. *per tot.* contra Sperel. *d. dec.* 16. *n.* 53.

Quod offerens se, & bona monasterio, recedendo cum licentia, & ob non seruata sibi promissa, bona etiam recuperet, Sanfelic. *dec.* 191. *per tot.*

36 Do-

36 Donatio inter viuos facta solemniter, non reuocatur per subsequens testamentum, quia in actibus inter viuos, quod semel placuit, amplius displicere non potest, Bellon. *cons.29. num.11.* Gratian. *discept. forens. cap.751. num.10. &c.* Altograd. *cons.8. num.85. & 86. lib.1.* Rot. *part. 9. recent. decis. 47. num. 6. & seqq. & decis. 61. d. part. 9.* vbi quòd donatio ab initio perfecta, non potest per codicillos mutari, vel alterari, *& part.12. decis.303. per tot.* vbi idem in pacto, vel facultate ad fauorem tertij, *& part. 13. decis. 222. num.2. &c. & decis.515. num.20. &c.*

Quid in donatione causa mortis, & post mortem collata, Clar. §. *Donatio q.19. vers. Sed quid si quis in fine.*

Quòd in concursu duarum donationum, prima præualeat, & non possit per secundam reuocari, Rot. *part.13. recent. decis. 106. infra num.64.*

Intellige prædicta quando donatio fuit acceptata à donatario, & quando continet rem diuersam ab eo, quod hæres capturus est ex institutione, alias ex testamento subsequuto oritur probabilis coniectura mutationis voluntatis, Rot. *in Fauentina dotis 14. Martij 1635.* coram Merlin. *in Nouiss. part.7. decis. 27. num. 7.* vide in §. *Testamentum num.40.* Rot. *part. 12. recent. decis.303.* vbi plura pro acceptatione, & irreuocabilitate, etiam simplicis facultatis disponendi tertio in ipsa donatione concessæ.

Sed dicta vltima decisio 303. respectu simplicis facultatis, fuit postea reuocata, *part.13. recent. decis.189.* & ostensum posse reuocari, vt dixi in §. *Facultas num. 12.*

37 Donans alicui cum pacto, vt post mortem illius res donata transeat in tertium, an in præiudicium dicti tertij possit illam reuocare, Gratian. *discept. forens. cap.575. n.1. & seqq. ad 18.* dixi in §. *Substitutio num.31.* facit Rot. *part. 12. recent. decis.303.*

Quòd possit reuocare ante acceptationem factam ab illo tertio, probat Dian. *part.8. tract.6. resol.103.* Paul. Christin. *decis.191. n. 10.* Hermosil. *ad leg. Partit. tom. 1. gloss. 4. leg.7. tit.4. fol.330.*

Quòd stante obligatione Camerali, per quam absenti ius quæritur sine cessione, acceptatione primi donatarij, cuius ministerio quæritur actio etiam alijs vocatis post illius mortem, iuncta cum stipulatione Notarij quasi absentium vicesgerentis, præcludatur via donatori reuocandi donationem, & donatario retrodonandi in præiudicium aliorum, ita vt filij in dicto casu post mortem patris vocati, quamuis illius hæredes sint, possint ex propria persona agere ad bona donata, Rot. *part.13. recent. decis. 280. per tot.* vbi testatur de veriori, & æquiori opinione non obstante multorum contradicentium strepitu, vide *inf. n. 60. & seqq.* Martha *vot. Pis. 9. num.31. & seqq.* vbi in terminis Comendæ, vt non possit reuocari in præiudicium vocatorum, *& vot.215.* vbi quòd filijs competit personalis actio in rem scripta ex *l. quoties C. de donat. quæ sub mod.* contra tertios bonorum donatorum possessores, *& vot. 218.* vbi secus in donatione causa mortis.

An autem ex pacto in donatione adiecto, vt donatarius creditoribus donatoris, vel alterius soluat, taliter illis quæratur actio, vt in concursu præferantur creditoribus donatarij, Arias de Mesa *var. resol. lib.3. cap.50. nu.10. & seqq.* vbi pro creditoribus donatarij, vt ipsi præferantur creditoribus donatoris, vel alterius ex pluribus, vide in §. *Stipulatio num.12.*

Quòd donans non possit in præiudicium hæredum remittere certum modum in conditione appositum, cùm illis videatur acquisita vtilis actio, quæ sine eorum facto non est auferenda, Magon. *decis. Flor. 138. num.27. & 28.* de quo tamen potest valdè dubitari, cùm regulariter possit donans pactum reuocare, seu remittere donatario, etiam in præiudicium Ecclesiæ, cui post mortem ipsius donatarij acquiri volebat, & quando secus, Bart. & Ias. *in l. qui Romæ §. Flauius ff. de verb. oblig.* Diaz *reg.211.* Duen. *reg.216.* vbi in casu tertij, testatur contrariam opinionem esse veriorem, & magis communem, cùm iam actio vtilis sit illi quæsita, per text. *in l. quoties C. de donat. sub modo,* vide in §. *Substitutio num.31.* Tusch. *litt. T. conclus. 658. per tot.* Dian. *part.8. tract.6. resol.124. vers. Notanda,* vbi in specie reprobat Bart. *loc. cit.* & tenet quod quando pactum donationi appositum in fauorem tertij absentis, redundat in vtilitatem Ecclesiæ, non possit reuocari, quia est huiusmodi pacto, Ecclesiæ non tantum actio personalis, sed etiam dominium, & rei vindicatio acquiritur, adde plenè Vrceol. *Consult. for. cap.54. num.42. & seqq. per tot. vol. 2.*

vbi examinat doctrinam Bart. & aliorum, ac contra illos concludit, & quatenus vera esset illam, pluribus modis limitat, facit Rot. *part.12. recent. decis.356.* Martha *vot. Pis. 247. num.7. &c.* vbi quòd donatio facta alicui pro se, & filijs nascituris, potest reuocari de consensu primi donatarij in præiudicium aliorum, quando sumus in profectitijs, imò etiam si substitutus non esset de descendentibus, quia ante illius acceptationem potest reuocari non obstante stipulatione Notarij, ad Thess. *decis.70. num.3. & 4.*

De conclusione an possit tertio præiudicari, latè pluribus hincindè citatis videndus Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.1. Prælud. 2. §. 1. num. 147. & seqq.* vbi concludit reuocationi locum non esse in præiudicium tertij, illo non consentiente, Gamm. *decis. 8. 233. & 338.* vbi Flores de Mena Larrea *decis.65. & 91.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.4. glos.9. part.1. num.5.* Tondut. *resol. ciuil. cap. 55. num.5. & seqq.* Cancer. *var. lib.3. cap.7. num. 258.* Castill. *lib.4. controu. cap. 5. num. 23.* Ita vt actio competens secundo donatario, mortuo illo in vita primi transmittatur ad hæredes ipsius, & tanquam in rem scripta, licet personalis detur contrà singulares rei possessores, ex traditis per Portugal. *vbi supra num.159. & seqq. per tot.*

Donatio facta descendentibus ordine successiuo, & prout succederent ab intestato, censetur hæreditaria, & qui vult admitti, debet habere qualitatem hæredis, Ger. Spin. 38
cons.48. per tot. latè Cabal. *cons.142. num.74. & seqq. lib.1.* vbi quòd sequentibus vocatis non competit hypotheca contrà primum donatarium, vel eius hæredes, qui alienarunt, licet plures etiam auctoritates, & rationes in contrarium adducat, quibus respondet sustinendo, vt supra.

Et quod ex tali donatione pluribus facta ordine successiuo, non competat rei vindicatio sequentibus donatarijs contra tertium, in quem fuissent alienata bona à donatario præcedente, sed solùm actio personalis ad interesse contra donatarium, qui alienauit bona per eum restituenda alijs postea vocatis, plenè idem Ger. Spin. *cons. 49. 50. & 51. per tot.* vbi quid operetur constitutum, *& cons. 52. 53. & 54. per tot.* vbi quid stante hypotheca bonorum per donatorem apposita in instrumento dictæ donationis successiuæ, & quòd lata fuit sententia in hypothecaria in d. causa, idem Ger. Spin. *cons. 57. in prin.* facit quod dixi in §. *Substitutio nu. 31.* Paul. Christin. *decis. 191. num. 8. &c. vol. 4.* Rot. *part. 12. recent. decis. 356.* Marta *vot. Pis. 9. num. 31. & seqq. & vot. 49.* vbi quòd immò actio descendentes ex *d. l. quoties C. de donat.* sub modo, est personalis in rem scripta, & datur contra tertium possessorem, in quem peruenerint bona donata, ac ita tenere Rotam Romanam in decisionibus ibi citatis *infra num.39.*

Donatio facta alicui pro se, & filijs suis stipulanti, an 39
intelligatur stipulata pro filijs vti filijs, vel vti hæredibus, ita vt mortuo patre possint filij illam recognoscere a donante, & non à patre, ac illam habere etiam si non sint patris hæredes, latè hincinde Surd. *dec.322. per tot.* Menoch. *lib. 3. præsumpt.48. per tot.* Sperel. *decis.169. num.56.* vbi quòd tot sunt donationes, quot successores, & caducata vna, venit sequens iure proprio, loquitur tamen de donatione facta alicui, eiusque filijs, & successoribus, de qua Martha *vot. Pis.215. per tot. facit infra num.44. & 69.* vide Rot. *part.10. recent. decis.13. per tot. & rursus in eadem causa decis.98. d. part. 10. part. 11. decis. 354. & part. 12. decis. 356. per tot. & part.13. decis.71. num.7. & seqq.* vbi propterea quod onus fideicommissi non potest à patre imponi, *& decis.212. & 264. num.10. &c. d. part.13. & decis. 515. per tot.* Rot. post Vrceol. *decis.79.* & Ludouic. Bell. *cons.43. cum tribus seqq.*

Et an possit pater bona vt supra pro se, & filijs stipulata alienare in præiudicium filiorum, siue aliter illis præiudicare, Martha *vot. 218. num. 23. & seqq.* Surd. *decis. 324.* Rot. *part.13. recent. decis.212. per tot.* vide in §. *Pater n. . . supra num.21.* Rot. *part.12. recent. decis.229. & decis.356.* vbi latè pro filijs contra creditores patris.

Quòd donatio facta patri stipulanti pro se, & filijs, ac alijs suis descendentibus nullum contineat fideicommissum ad fauorem descendentium, sed dicta stipulatio sit intelligenda de filijs, & descendentibus ex proprio iure vocatis; secus tamen esset vbi donatio fuisset facta patri, & filijs, ac descendentibus æquè principaliter, nam tunc esset quæsitum ius filijs, atque descendentibus ex proprijs personis, & non vti hæredibus, vt benè distinguit Rot. *part.14. recent. decis.529. per tot.* ac idem prius comproba-

uit Marta vot. Pis. 215. per tot. vbi quòd ideò filij possunt actione personali in rem scripta illis competente ex l. quoties C. de donat. quæ sub mod. agere contra tertios bonorum donatorum possessores, in secundo casu donationis factæ patri, & filijs, vt supra, facit idem Martha vot. 218. vbi quòd dispositio d. l. non habet locum in donatione causa mortis.

Quòd donatio sub onere fideicommissi adstipulata, licet respectu primi donatarij contrauenientis possit reuocari, non tamen reuocatio quoad substitutos admittatur, quia iuxta numerum personarum donationes multiplicatæ censentur, Gratian. discept. 247. num. 5. & discept. 332. num. 14. Rot. part. 13. recent. decis. 82. num. 4. dixi in §. Substitutio num. 31. &c. supra num. 34.

40 Donatio quando dicatur simulata, & in fraudem creditorum, Mascard. de probat. concl. 557. & 558. Card. Tusch. litt. D. concl. 658. Gratian. discept. forens. cap. 255. per tot. cap. 252. num. 18. & cap. 479. num. 59. &c. Pæn. decis. 446. per tot. vide in §. Simulatio per tot. & §. Alienatio num. 12. & in resol. cap. 48. num. 11. & seqq. & alibi &c. Rot. part. 9. recent. decis. 81. num. 8. &c. part. 11. decis. 262. num. 14. & seqq. per tot. vbi pro simulatione, Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. gloss. 8. part. 6. & 7. fol. 124. &c.

Quando in fraudem fisci, vide supra num. 12. & infrà num. seq.

41 Donatio alteri facta cum pacto, vt si contingat illum committere delictum, ex quo bona publicentur, spectet ad alium, non dicitur in fraudem fisci, & valet, cùm non sit de bonis delinquentis, sed donatoris, qui potuit rebus suis legem, quam voluit imponere, & commisso delicto, fiscus excluditur per eum, ad cuius fauorem fuit tale pactum appositum, quod procedit etiam in qualibet alia specie alienationis, vel alienandi prohibitione, cùm res alienari prohibitæ publicari non possint, præsumeretur tamen in fraudem, & non valeret quando esset facta sub conditione, si contingat bona ipsius donantis publicari, Menoch. lib. 3. præsumpt. 124. num. 46. & num. 50. vide supra num. 12. & in §. Fideicommissum num. 19. §. Conditio num. 70. & §. Confiscatio num. 16. cant. 2.

Et generaliter quod fieri nequeat donatio sub quacumque conditione, vel pacto, latè Tusch. litt. D. concl. 642. & seqq.

42 Donatio causa mortis cum pacto de non reuocando, transit in donatione inter viuos, & tunc illa verba causa mortis significant causam inductiuam contractus, & non nomen ipsius contractus, Pract. Papp. libel. Donat. glos. 1. vbi Addit. Oinot. Instit. de donat. in prin. num. 4. Mascard. de probat. concl. 561. num. 5. & seqq. Duen. reg. 217. per tot. Menoch. lib. 3. præsumpt. 35. num. 21. & seqq. Gratian. discept. forens. cap. 96. num. 10. cap. 273. num. 46. & cap. 657. num. 1. & seqq. Tusch. litt. D. concl. 654. num. 1. &c. conclus. 671. per tot. Merlin. decis. 664. num. 9. & seqq. vbi quòd idem est è contra si fiat inter viuos cum pacto reuocandi, nam tunc etiam transfunditur in donationem causa mortis vigore huiusmodi pacti, quia repugnat substantiæ donationis inter viuos, Rot. part. 9. recent. decis. 440. nu. 13. &c. vbi tamen contrarium firmat ex potentioribus coniecturis, quibus stantibus, donatio reputatur inter viuos, resolubilis tamen si donator disponat, Rot. part. 15. recent. decis. 130. num. 1. vbi quòd quando ex lectura instrumenti constat donantem voluisse donare causa mortis, per tale pactum non videtur recedere à natura donationis reuocabilis, & part. 17. decis. 239. num. 12. vbi quòd pactum reuocandi in executiuis appositum principalem dispositionem non immutat.

Quando donatur in donatione, quæ solum post mortem effectum sortiri debet, non intelligatur transfere dominium, neque possessionem in donatarium, ita vt donans interim dum viuit possit rem donatam censui, vel alteri obligationi supponere, vide Honded. cons. 18. num. 64. & seqq. lib. 2. Amat. resol. 26. num. 7. Rot. part. 18. recent. decis. 573. num. 1. & seqq.

Intellige dictam conclusionem quando pactum reuocandi, vel non reuocandi fuit adiectum substantiæ ipsius donationis, secus autem si in parte executiua, cùm clausulæ in executiuis appositæ non immutent naturam principalis dispositionis, vt benè probat Rot. part. 14. recent. decis. 145. num. 3. & seqq. vbi citat Dec. cons. 204. n. 5. Ruin. cons. 51. num. 14. lib. 1. Clar. §. Donatio quæst. 1. num. 6. Menoch. præsumpt. 10. num. 3. & alios.

Quòd quando fuit facta mentio de hærede, vel fuit promissum non contrauenire, transeat in donationem inter viuos, Ferret. caut. 30. per tot. Duen. reg. 217. ampliat. 2. & 3. Tusch. d. concl. 654. & 671. num. 9. &c. Merlin. decis. 664. num. 7. & seqq. Mascard. d. concl. 561. num. 5. & seqq.

Quomodo autem mentio hæredum possit conuenire etiam donationi causa mortis, vide in resol. cap. 24. num. 6. & seqq. facit Altograd. cons. 43. num. 53. lib. 2. infra n. 44.

Multa ad cognoscendum quando donatio dicatur inter viuos, quamuis in ea fuerit facta mentio mortis, & adhibiti quinque testes, vide per Gratian. discept. for. cap. 586. vbi considerat iuramentum, clausulam, omni meliori modo, clausulam, ad habendum &c. constitutionem procuratoris in rem suam, insinuationem, mentionem hæredum, ac alia, ex quibus iudicatur foret viuos non obstante mentione mortis, plenè Rot. in Anconitana prædij, Mercurij 24. Ianuarij 1625. coram Merlino inter impressas eiusdem decis. 664. per tot. in Nouiss. part. 7. decis. 9. Magon. decis. Flor. 64. num. 5. & seqq. ad 21. vbi nouem fundamenta adducit, contrarijs respondet, & ità in dubio tenendum asserit, dixi in meis resol. cap. 24. nu. 10. & per tot. Menoch. lib. 3. præsumpt. 35. per tot. Mascard. de probat. concl. 561. per tot. Franch. decis. 436. Clar. §. Donatio quæst. 4. Tusch. litt. D. concl. 654. & seqq. & concl. 661. & seqq. supra n. 13. in fine, Ricc. Collect. 225. Rot. part. 9. recent. decis. 440. num. 9. & seqq. Martha vot. Pis. 218. per tot.

Quòd possit fieri donatio inter viuos habitura effectum tantum post mortem donantis, ita vt mentio mortis fiet demonstratiuè quoad effectum, & non quoad immutandam substantia contractus inter viuos, licet nec etiam ista verba inter viuos, essent expressa, & transferatur dominium in donatarium à die contractus, & quid importet, Franch. decis. 213. per tot. Natt. cons. 104. num. 12. Rol. cons. 61. num. 50. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 657. n. 4. & 5. & dixi in resol. d. cap. 24. num. 10. Merlin. decis. 664. num. 25. & seqq. Cancer. var. resol. part. 1. cap. 8. de donat. Cutell. de donat. tract. 2. disc. 1. spec. 12. num. 15. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 3. nu. 4. Conciol. alleg. 30. n. 27. Vrceol. Consult. for. cap. 54. num. 8. volum. 2. Rot. part. 13. recent. decis. 280. num. 1. &c.

De omnibus prædictis latè Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 3. per tot. vbi in specie quod donatio causa mortis non est propriè donatio, & tunc fieri dicitur quando refertur ad tempus mortis, vel mortem donantis desiderat, & facta mentione mortis per modum causæ finalis; non enim semper mentio mortis inducit donationem causa mortis, sed interdum significat dilationem, & remanet donatio inter viuos, quæ effectum sortitur tantùm tempore mortis donantis, sicut etiam si donator reseruauit aliquid sibi pro testando, vel vsumfructum, vel promisit non reuocare in verbis dispositiuis, licet multi teneant idem esse si pactum apponatur etiam in verbis executiuis, vel si fuit dictum ex titulo puræ, & perfectæ donationis inter viuos, vel ex causa matrimonij, vel si fuit facta pro se, & hæredibus, vel si fuerit facta coram minori numero testium quam quinque; nam his, & similibus casibus, donatio etiam causa mortis, & facta mentione mortis transit in donationem inter viuos, cùm huiusmodi pacta, & reseruationes repugnent donationi causa mortis, vt benè plurimis in vnoquoque capite citatis probat Portugal. loc. cit. vbi etiam quòd donatio causa mortis potest fieri duobus modis, nempè per traditionem, & per stipulationem, ita tamen vt traditio transferat dominium reuocabile in casu pœnitentiæ donantis, quæ remedia competant vtrique, quid si res donata fuerit interim à donatario in alium translata, qui possint, vel non possint causa mortis donare, & alia plura notabilia, de quibus etiam Cutell. de donat. tract. 1. Discurs. 1. & alibi vide supra num. 1.

Donatio causa mortis non indiget insinuatione, l. fin. C. de donat. caus. mort. Gratian. discept. forens. cap. 273. num. 42. vbi extendit ad casum etiam quando legatum transiuit in donationem inter viuos, Oinot. Instit. de donat. in prin. num. 13. Dian. part. 8. tract. 6. resol. 50. & 81. per tot. vbi quòd requirit quinque testes. 43

Neque etiam comprehenditur in statuto loquente de donatione, cùm eius appellatione propriè non veniat, sed potius æquiparetur vltimis voluntatibus, d. l. vlt. C. de donat. caus. mort. Pic. ad Stat. Verb. glos. 7. num. 43. &c. Mart. Medic. Exam. 52. per tot. cum Addit. & decis. 83.

cum

cum Addit. Dian. *part.8. tract.6. resolut. 73. vers. Sed hic &c. per tot.* vbi propterea infert posse mulieres, & minores mortis causa donare absque solemnitatibus à statuto in eorum contractibus requisitis, vide in §. *Statutum requirens num.30.*

An regulanda sit secundum leges contractuum, vel vltimarum voluntatum, idem Dian. *dict. tract.6. resol.80.*

Quando autem præsumatur donatio causa mortis, quamuis in ea nulla mortis mentio fuerit facta, Menoch. *lib.3. præsumpt.36. per tot.* plenè Tusch. *litt. D. concl. 665. & seqq.* Dian. *part.8. tract.6. resol.76.* Martha *vot. Pis. 77. per tot. & vot.218.*

Quòd causa mortis donatio requirat quinque testes eodem tempore præsentes, Franch. *decis.693. per tot.* Tusch. *litt. D. conclus.669. per tot.* Rot. *part.14. recent. decis.289. num.9.*

Qualiter autem possit per epistolam celebrari inter absentes, licet aliàs donatarij præsentiam requirat, vide Genu. *de script. priuat. lib.3. quæst.13. per tot. fol.134.* Rot. *part. 14. recent. decis. 166. & decis. 289.* vbi tamen quod requirit alias solemnitates necessarias, aliàs est nulla.

44 Donatio causa mortis reuocatur ex eo solo, quod donatarius moriatur ante donatorem, *l. si à filio, & l. si mortis causa ff. de donat. caus. mort.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 37. num. 43. &c.* Oinot. *Instit. de donat. in princ. num.23.* Tusch. *litt. D. concl.672.* Merlin. *decis.664. num.1.*

Quòd donatio etiam conditionalis non efficiatur caduca per mortem donatarij ante donatorem, Bich. *decis. 136. num.21. & seqq.*

Nisi fuisset facta donatario, & eius hæredibus, quia tunc stante mentione hæredum donatarij, assumeret naturam contractus inter viuos, & non reuocaretur per mortem donatarij ante donatorem, sed transiret ad hæredes ipsius donatarij, Ferret. *cant. 30.* cum alijs quos refert, & sequitur Duen. *reg. 217. ampliat. 3.* Bald. *cons.93. lib.2. & cons.108. lib. 3.* Tusch. *litt. D. concl. 672. num. 8. &c.* Merlin. *decis. 664. num. 7. & seqq. & num. 36. & seqq.*

De quo tamen videndus Menoch. *lib. 3. præsumpt. 35. num.2. &c.* Mascard. *de probat. conclus. 564.* Martha *vot. Pis.218.* cum alijs per Sperel. *decis.169. num. 54.* vbi quòd imò mentio hæredum est intelligenda iuxta subiectam materiam, vt scilicet transeat ad hæredes ex persona defuncti, in quo prius fuerit radicata, & confirmata, ac effectum habuerit, non autem vt possit ab hæredibus incipere, & ita etiam ego aliàs tenui nondum viso Sperel. *in resol. cap.24. num.6. & 8.*

Nisi esset facta donatario, & eius hæredibus principaliter, & non in consequentiam, in quibus terminis posset procedere dicta limitatio, *infra num. 69. supra num.39.*

Et quomodo sit intelligenda hæc doctrina ne deleras videre Merlin. *decis.564. num.36. & seqq.* vbi sustinet dictam limitationem, datis pluribus declarationibus huic contrariæ sententiæ.

Donatio verò inter viuos postquam fuit perfecta non reuocatur ex hoc capite, quod donatarius moriatur ante donatorem, sed ad hæredes transmittitur, §. *Sciendum Instit. de don.* Guid. Pap. *decis.147.* dixi in *d. cap.24. num. 16. & seqq.* vbi ampliaui, etiam si res donata non fuisset tradita, nec posse rescindi Principis rescripto, ac idem esse in donatione facta à patre in filium, intelligendo prout ibi latiùs explicaui, vide Tusch. *litt. D. concl. 704.* vbi qualiter transeat ad hæredes, Rot. *part. 13. recent. decis. 68. & decis. 434.* vbi quod transit ad hæredes vltimi donatarij non iure donationis, sed transmissionis, non obstante dictione taxatiua.

Quòd donatio inter viuos de sui natura sit perpetua, & transitoria ad quoscumque hæredes donatarij, etiam extraneos, nec vllo vnquam tempore reuertatur ad donantem, nisi sit specialiter expressum, etiam si donatarius præmoriatur donatori, & alia, Rot. *d. part. 13. decis.477. per tot.* vbi etiam quòd stante amplitudine donationis, non potest donans succedere donatario ab intestato, sed habetur pro mortuo, vide in §. *Renunciatio num.24. 31. &c.*

45 Donatio causa mortis reuocatur per voluntariam alienationem rei donatæ, Menoch. *lib. 3. præsumpt. 37. num. 13. etc.* Martha *vot. Pis. 218. num. 1. et seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.251. num.32. et seqq.* facit quod dixi in §. *Legatum num.* . .

Item dicitur reuocata per pœnitentiam quando res donata reperitur postea alteri legata in testamento, Pract. Papp. *caus. donat. gloss.3. num.9.* Oinot. *Instit. de donat. in princ. num.22.* vide Menoch. *d. præsumpt. 37. nu. 9. et seqq.* vbi de expressa, & tacita pœnitentia.

Quòd ex sola pœnitentia donatio causa mortis reuocetur, nisi sit iuramento firmata, licet etiam alij teneant non obstante iuramento posse reuocari, vide Dian. & quos allegat pro vtraque opinione *part. 8. tract. 6. resolut. 79.*

Item per pignorationem, vel similem alienationem, Gratian. *discept. forens. cap.172. in princ. & cap.975. n.16. &c.* vbi etiam quòd ipso iure reuertitur dominium in donantem, & repetuntur fructus.

Item facta ab infirmo ipso iure remanet reuocata per conualescentiam, Menoch. *lib. 3. d. præsumpt. 37. num.3. &c.*

Item reuocatur ob superuenientem inimicitiam grauem, non sequuta reconciliatione, an autem attendatur, cuius culpa orta fuerit inimicitia, & alia, vide per Menoch. *d. præsumpt. 37. num. 16. & seqq.* vbi quod non.

Imò non reuocari quando facto ipsius donatoris exorta fuit inimicitia, videtur tenere idem Menoch. *de arbitr. cas.41. num.25.* vbi tamen se remittit ad dicta *in loc. cit.*

Quando, & qualiter reuocetur donatio causa mortis, Tusch. *litt. D. conclus. 710. per tot.* Dian. *part. 8. tract. 6. resolut. 78. & seqq.* vbi qualiter reuocetur per superuenientiam liberorum, iuxta *l. si vnquam Cod. de reuoc. donat.* & alijs modis, etiam quoad fructus perceptos, Paul. Christin. *decis. 192. num.12. &c. volum. 4.* Atismin. Tepat. *var. sent. tit.500.* vbi plura de reuocandis donationibus.

Donatio facta à filiofamilias cum consensu patris, an 46
reuocetur per pœnitentiam patris, vel filij, vel requiratur vtriusque, vide Bart. *in l.2. ff. de donat.* vbi quòd stat in potestate patris reuocare, licet alij multi contrarium teneant, vt refert Rol. *de dot. quæst.41. num. 3. & 7.* vide Tusch. *litt. D. concl.706.*

Et quod pater non possit reuocare huiusmodi consensum semel præstitum, Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 10. num.21.*

An autem filios possit donare bona aduentitia sine patris consensu, vide in §. *Filius num.53.* Dian. *part. 8. tr.6. resol.6. per tot. & resol.69. & seqq.*

Donatio facta per filiam patri, qualiter sit nulla ob me- 47
rum reuerentialem præsumptum, vide Magon. *decis. Flor. 18. per tot.* Menoch. *de arbitr. cas. 136. num. 6. & seqq.* vide in §. *Filia num.97.* §. *Meus num.10. & seqq. &* §. *Vxor num.* . . *supra num.14. in fine,* Dian. *par.8. tract.6. resol.129.* vbi etiam generaliter de donatione, vel promissione metu facta.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futuro- 48
rum tamquam auferens liberam testandi facultatem, non valet, quamuis esset reseruatus vsusfructus, sed debet aliquid aliud certum pro testando reseruari, Bart. & alij *in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig.* Addit. ad Pract. Papp. *caus. donat. glos.4.* Socin. *reg. 145. per tot.* vbi dat sex limitationes, Duen. *reg. 219. per tot.* Franch. *decis. 168.* Viui. *comm. opin. 207.* vbi ponit sex limitationes Clar. §. *Donatio quæst.19. per tot.* vbi factis nonnullis illationibus, & adhibita quadam distinctione, videtur tenere quod sufficiat sola vsusfructus reseruatio, & ita alijs citatis firmat etiam Rot. *part. 9. recent. decis. 101. num. 12. & part. 13. decis. 106. num. 5. & 6.* vide Gratian. *discept. forens. cap. 729. num.7. &c. & decis. 39. per totam,* plenè ad satietatem contrarijs omnibus respondendo Paul. Rub. *in Annot. ad decis.21. part. 9. recent. per numeros 195.* vbi etiam plura moralia, & faceta, & latiùs in Annot. *ad decis. 56. d. part.9. per numeros 245.* & Rot. *in dd. decis.21. & 56. & decis. 390. per tot. d. part. 9. recent.* Matt. Medic. *Exam. 21. & decis. 36. per tot.* cum Addit. Tusch. *litt. D. concl.648. & seqq.* Dian. *part.8. tract. 6. resolut.38. cum plurib. seqq.* vbi quid in foro conscientiæ, quid si sit fauore Ecclesiæ, & alia plura notabilia, Paul. Christin.

decis. 171. num. 5. &c. vol. 2. Vrceol. Consult. 54. num. 38. &c. vol. 2. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. tit. de donat. resolut. 3. per tot. Fontanel. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 19. fol. 466. & seqq. vbi qualiter non valeat, & fol. 476. & seqq. vbi ponuntur limitationes, & casus, in quibus sustinetur, & glos. 22. fol. 484. vbi an sufficiat reseruatio vsusfructus, & alia plura, Hermosil. ad l. parent. tom. 1. glos. 1. & seqq. leg. 9. tit. 4. fol. 362. &c. Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. §. 7. num. 28. & seqq. vbi firmat conclusionem, quod non valeat donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, nec firmetur iuramento, nec sustineatur in præsentibus, sed sit in totum nulla, nisi contineat clausulam omni meliori modo; valeat tamen fauore Ecclesiæ, vel dotis (quid si sit facta ex causa matrimonij valdè controuersum) vel facta reseruatione pro testando, saltem in vsufructu, vel si sit de bonis mobilibus, & immobilibus, quia remanent exclusa iura, & actiones, & alia plura ad declarationem omnium contentorum sub hoc numero, multis in quolibet capite citatis, & Fontanel. decis. 392. per totam, & dict. claus. 4. gloss. 22. fol. 490.

Ex quibus dignoscatur, an sit omnium bonorum, & inualida, vel præsentium tantum, & valida, Magon. decis. Flor. 64. num. 4. Clar. d. quæst. 19. per tot. Rot. part. 11. recent. decis. 273. num. 12. & seqq.

Quòd si sit iurata, sustineatur saltem in præsentibus, cùm tunc donans videatur voluisse actum valere omni meliori modo, Euerard. loc. à vi, & energ. iuram. num. 27. Ofnot. in §. alia autem num. 86. &c. Instit. de donat. Fontanel. de pact. nupt. part. 1. claus. 4. glos. 21. num. 68. &c. Viui. comm. opin. 207. num. 6. Buratt. decis. 7. num. 2. vbi Addit. num. 13. Rot. in Romana donationis 17. Decembris 1640. coram Royas §. in omnem quæ est decis. 56. part. 9. recent. vol. 1. & in alia causa part. 11. decis. 273. num. 19. & dixi in resolut. cap. 5. num. 40. Tusch. d. conclus. 648. num. 8. &c. Dian. part. 7. tract. 6. resolut. 43. & 44. per tot. Vrceol. dict. Consult. 54. num. 39. volum. 2. vide plenè Paul. Rub. in Annot. ad d. decis. 56. vbi plura in contrarium, prout etiam aliàs contrarium sensit, Rot. d. part. 9. in Appendic. decis. 450. num. 26. &c. Sed illa decisio fuit reuocata vt in d. decis. 56. eiusdem part. 9. & part. 13. decis. 106. num. 7.

Quòd fauore piæ causæ valeat donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum absque aliqua retentione, licet impediat liberam testandi facultatem, Duran. tract. de condit. & mod. imposs. part. 3. cap. 5. num. 43. in fine, Socin. d. reg. 145. limit. 4. latè videndus Paul. Rub. in Annot. ad decis. 56. part. 9. recent. num. 150. & seqq. per tot. vbi benè comprobat Rot. part. 9. recent. decis. 101. n. 14. Viui. comm. opin. 207. num. 2. vbi tamen quod teneretur Ecclesia ad alimenta, Dian. part. 8. tract. 6. resol. 41. per tot. vbi plures pro hac opinione adducit, & alios contrarium tenentes refellit Vrceol. d. consul. 54. num. 40. &c. vol. 2.

Item valet si sit facta ex causa ingressus religionis, quia habet tacitam conditionem si professio emittatur, per per quam tollitur Religioso facultas testandi, Rot. part. 9. recent. decis. 21. num. 3. & decis. 56. num. 20. vide supra num. 35.

Reseruatio autem pro testando, non debet esse quid minimum, sed saltem ascendere ad vigesimam partem omnium bonorum donatorum, Clar. §. Donatio quæst. 19. num. 8. in fine, Gratian. discept. forens. cap. 479. num. 66. Rot. part. 13. recent. decis. 66. num. 6. dixi in meis resolut. d. cap. 5. num. 36. & seqq. vbi etiam quòd debet esse qoid certum, qualiter possit certificari, an sufficiat reseruatio generalis de eo, quod sibi placuerit, vel iuxta possibilitatem, vel tanta, & talis, vt iuxta personarum qualitatem possit verisimiliter inuenire hæredem, & quod allegans summam reseruatam esse modicam teneatur probare.

Quid si posteà idem donator faciat aliam donationem de summa reseruata, dic quod erit nulla, cum exinde auferatur facultas testandi, Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 23. num. 20. &c. Rot. part. 9. recent. decis. 101. num. 11. vbi tamen quod valet stante reseruatione vsusfructus in notabili quantitate, vel si fiat fauore Ecclesiæ, cum tunc non opus sit aliqua reseruatio iuxta superiùs dicta. Et an alienationes factæ per donatorem post donationem sustineantur ex reseruatis ad testandum, saltem quatenus illa sufficiant, & alia, latè Fontanel. decis. 298. & 299. per tot.

Et qualiter facultas alienandi, siue reuocandi sit compatibilis cum donatione, quæ procedit alienatione, vel reuocatione non facta, latè idem Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 26. per tot. fol. 517. &c.

Quòd reseruatio pro testando debeat esse libera, & non aliquo modo coarctata, aliàs donatio sit nulla, Martha vot. Pis. 161. num. 8. &c.

An dicta reseruatio debeat esse totaliter libera ad effectum testandi, vel sufficiat etiam si sit restricta pro testando ad pias causas, vel ad alium certum vsum tantum, vide hincinde Franch. decis. 594. per tot. Martha vot. Pis. 161. vbi quòd debet esse libera.

An creditores donantis, ius habeant super summa reseruata, vel facultate disponendi, vide latè Salgad. Labyrint. credit. part. 2. cap. 18. per tot.

Quòd stante pacto, vt summa reseruata comprehendatur in donatione, si de ea donans non disposuerit, tunc comprehendatur in donatione, & non vadat ad hæredes, Thess. decis. 97. num. 3. in fine, Rot. part. 14. recent. decis. 14. num. 16.

An summa reseruata pro testando, vel disponendo, si posteà donans non disposuerit, spectet ad illius hæredes ab intestato venientes, vel potius ad donatarium ipsum cum alijs bonis donatis, latè Vrceol. consult. forens. cap. 16. per tot. vbi relata distinctione nonnullorum Doctorum, an fuerit reseruata facultas simpliciter, vel certa summa, vt primo casu pertineat ad donatarium, secundo verò ad hæredes ab intestato, tandem illa reiecta probat, indistinctè spectare ad hæredes ab intestato, qui tamen quatenus illa suppetit, tenentur ad debita donatoris, vide etiam Franch. decis. 45. & decis. 600. per tot. Thess. decis. 97. num. 3. Dian. part. 8. tract. 6. resol. 77. vbi loquendo de donatione causa mortis dicit esse extra omnem controuersiam, quod summa reseruata indistinctè accrescat donatario, & non pertineat ad hæredes ab intestato, per text. in l. vn. §. hæc autem 14. post princ. C. de caduc. toll.

Quòd dicta summa reseruata spectet ad hæredes ab intestato quando de illa donans non disposuit, excluso donatario vniuersali, ita vt nec deseruire debeat pro solutione debitorum ante donationem contractorum, sed solutio spectet ad donatarium vniuersalem, Vrceol. in Appen. ad dictum cap. 16. volum. 2. fol. 15. vbi citat Rot. post Paitellum decis. 33. & 34. adde Ricc. Collect. 3554. vbi plures alias decisiones inuenies, & quid statuendum sit de fructibus quando fuit reseruatus vsusfructus, ad Franch. decis. 158. Cancer. var. resolut. tom. 3. cap. 2. num. 121. &c. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 22. num. 2. &c. Rot. part. 12. recent. decis. 421. num. 1. &c. in Append. & part. 13. decis. 476. num. 3. & seqq. vbi quòd summa reseruata spectat ad hæredes ab intestato, & part. 14. decis. 12. per tot. Fontanel. decis. 524. num. 12. & hanc partem pro hæredibus ab intestato pluribus alijs relatis sequitur Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. Prælud. 2. §. 7. num. 74. in fine.

Quando autem donatario potiùs, quàm hæredibus ab intestato donatoris, spectet quantitas reseruata pro testando, & non testato, videndus subtiliter Cæsar de Afflicto contron. iur. cap. 10. num. 10. & seqq. per tot.

Quòd huiusmodi summa reseruata non transeat in Fiscum, si donans delinquat, idem Vrceol. d. cap. 16. num. 3. & 16. & dixi in Pract. §. Donationis num. 12. vbi citaui Mastril. decis. 277. per tot. Mastrin. de confiscat. bon. qu. 35. num. 25. & 26. & in his terminis videtur procedere text. allegatus per Dian. loc. cit. & ideò cogita quid statuendum respectu donatarij, & hæredum ab intestato, & vide Ias. in l. sciendum 2. ff. de leg. 1. num. 20. & in l. senium 3. Cod. qui test. fac. poss. num. 8. Hartman. Pistor. quæst. 26. num. 26. &c. lib. 1. aliosque plures ab Vrceol. citatos d. cap. 16. per tot. vbi latè quæstionem examinat, eiusque opinio mihi probatur si relatam distinctionem non approbes, quæ etiam mihi non displicet, non faciendo in hoc differentiam inter donationem causa mortis, & donationem inter viuos.

Et dictam distinctionem tenuit Rot. in Bononien. fideicommissi de Lutio 9. Nouembris 1619. coram Sacrato, & in recent. part. 9. decis. 35. num. 4. Fusar. de substitut. quæst. 55. num. 5. Mutam decis. 49. Amaya in Cod. tit. 1. num. 64. fol. 14. vbi contrà fiscum, Bich. decis. 510. num. 23. & 24.

Dona-

49 Donatio omnium bonorum ſimpliciter facta, vel omnium bonorum mobilium, & immobilium eſt valida, cùm comprǽhendat tantum præſentia, & non futura, de quibus poterit donans diſponere, vel de iuribus, & actionibus, Clar. §. *Donatio quæſt.* 19. *num.* 3. *& ſeqq.* Surd. *deciſ.* 233. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 98. *per tot. cap.* 272. *num.* 40. *&* 41. *& cap.* 856. *num.* 1. *&c.* Tuſch. *litt. D. concl.* 649. *&* 650. *per tot.* Rot. *part.* 11. *recent. deciſ.* 273. *n.* 12. *& ſeqq.*

Quando comprehendat adiecta poſt donatione, idem Gratian. *cap.* 782. *num.* 3. *&c.* vide in §. *Legatum num...*

50 Donans omnia bona, reſeruato ſibi vſufructu tempore vitæ ſuæ, non tenetur cauere ſicut cæteri vſusfructuarij, quia cùm ex liberalitate ſua conueniatur, mitiùs cum eo eſt agendum, Maur. *de fideiuſſ. part.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 19. *n.* 34. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 272. *num.* 36.

An autem donatio prodiga ſit ipſo iure nulla, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 84.

51 Donans tenetur de euictione, quando donatio incepit à promiſſione, ſecus ſi à traditione, *l. Ariſtio* §. *fin. ff. de donat. l.* 2. *C. de euict.* Pract. Papp. *cauſ. donat. gloſ. vltim.* Oinot. *in* §. *alia autem num.* 85. *Inſtitut. de donat.* Ricc. *Collect.* 1030. Peregrin. *deciſ.* 94. *n.* 5. Viui. *comm. opin.* 214. vbi quòd idem eſt in traditione ficta per conſtitutum, & alijs modis declarat Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 3. *tit. de donat. reſolut.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 657. *num.* 47. *& ſeqq. & cap.* 955. *num.* 40. *&c.* vide in §. *Euictio num.* 12. Tuſch. *litt. D. concl.* 645. vbi an poſſit donari res aliena, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *reſol.* 118. vbi quid in donatione remuneratoria, Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 148. *num.* 25. *&c.* vbi quòd in donatione remuneratoria donans tenetur de euictione, & quare.

Quòd in donatione ex cauſa certi matrimonij debeatur euictio, Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 64.

Quòd donans non teneatur de euictione, niſi expreſsè promiſerit, vel dolus eius interceſſerit, vel à promiſſione inceperit, Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 4. *num.* 18. *& ſeqq.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 430. *num.* 13.

Quòd non teneatur niſi in quantum facere poſſit, hoc eſt deducto ne egeat, Scanarol. *de viſit. Carcer. lib.* 3. §. 7. *cap.* 5. *num.* 18. *&c. fol.* 495. Viui. *comm. opin.* 215. Tuſch. *litt. D. concl.* 715. *num.* 3. *&c.* vbi quæ, & qualia priuilegia habeat donans contra donatarium.

Et licet donatarius offerat donatori alimenta, non euitat dictam deductionem, quæ pinguior reputatur, Franch. *deciſ.* 697. *&* 698. vbi etiam quòd tale beneficium non tranſit ad hæredes, ſed benè id quod fuit deductum à donatore.

Non eſt ideò donans teſtis idoneus pro donatario, quando de euictione tenetur, ceſſante vero huiuſmodi intereſſe admittitur arbitrio iudicis, ſicut etiam ſi teſtificetur ſuper alijs prorſus à donatione diuerſis, Farinac. *quæſt.* 60. *illat.* 13. *per tot.* vbi etiam Vulpin. *in ſuco*, Pac. Iordan. *Lucub. vol.* 3. *lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 572. *fol.* 333.

Sed reiecta dicta diſtinctione, an incipiat ab obligatione, vel à traditione, donantem non teneri de euictione ſi illam non promiſit per text. *in l.* 2. *Cod. de euict.* & Fab. *in* §. *aliæ in fine Inſtitut. de donat.* deciſum refert Sanfelic. *deciſ.* 315. vbi tamen quòd ſecus eſt in donatione oneroſa, vel ob benemerita, nam probatis meritis debetur euictio quatenus valent merita, & non pro eo, quod excedit.

De hac materia an, & quando donans teneatur, vel non de euictione videndus cum pluribus citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 42. *& ſeqq.* Cancer. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 112. Cald. Pereyr. *de empt. cap.* 31. *num.* 41.

52 Donans in dubio videtur donare tantum ius illud, quod habet in re donata, *l. ſerui electione* §. *fin. ff. de leg.* 1. Crauett. *conſ.* 19. *num.* 13. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 955. *num.* 23. *& ſeqq.* vbi tamen latè probat in caſu ſuo cenſeri totam rem donatam, dempto onere, & hypotheca ad fauorem aliorum conſtituta, & eſſe liberam præſtandam donatario ſecundum diſtinctiones, de quibus dixi in §. *Legatum num...* & vide Seraphin. *deciſ.* 932. *per totam*, Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. §. 7. *n.* 98. *& ſeqq.*

53 Donatio facta per militem, Doctorem, vel Clericum ſuæ concubinæ, vel focariæ, non valet, *l.* 2. *cum ibi not. C. de donat. inter vir. & vx.* Paul. Chriſtin. *deciſ.* 137. *n.* 6. *volum.* 3. Viui. *comm. opin.* 205. vbi quòd è contra nec concubina, vel meretrix poteſt Clerico amaſio donare, vel legare, licet in alijs non ſit prohibita donatio, prædictis exceptis, Vrceol. *tract. de tranſact. quæſt.* 39. *per tot.* Rot. *part.* 18. *recent. deciſ.* 489. *num.* 5. *& ſeqq.* vbi quòd clerici ex conſtitutione Beati Pij V. prohibentur diſponere in fauorem filij illegitimi, eiuſque matris, tam de bonis Eccleſiæ, quàm patrimonialibus, vide in §. *Legatum num.* 51. Franciſc. de Angelis *tract. de confeſſ. lib.* 3. *quæſt.* 3. *per tot.* Rot. *part.* 16. *recent. deciſ.* 47. *per tot.* vbi pro validitate donationis factæ ab adultero ad fauorem adulteræ, vel ſimilium perſonarum, etiam Monialium, tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ, quia quidquid turpiter agant, non turpiter accipiunt ex cauſa concubitus.

De donatione facta concubinæ à priuato, vt mero iure valeat, limitando in milite, equite, clerico, & doctore, qui non poſſunt donare concubinæ, ità vt nec donatio firmetur iuramento, ſed datum repeti poſſit, & alia ad rem, vide per Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *prælud.* 2. §. 7. *num.* 1. *& ſeqq. ad* 28. Arias de Meſa *lib.* 3. *var. cap.* 38. *num.* 2. *& ſeqq. & cap.* 40. *num.* 21. Gamm. *deciſ.* 226. *num.* 3. *& ſeqq.* Trentacinq. *lib.* 3. *var. tit. de donat. reſolut.* 7. Cabed. *deciſ.* 116. *part.* 1. Hermoſil. *in l.* 1. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloſ.* 6. *num.* 3. *& ſeqq.* Benedict. Ægid. *de iur. & priuil. honeſt. art.* 8. *num.* 12. *& ſeqq.* Rodriquez *de Regul. tom.* 1. *quæſt.* 27. Guttierez. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 6. Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 8. *num.* 172. *& ſeqq.*

Valeret tamen dicta donatio facta etiam à dictis perſonis prohibitis, quando eſſet remuneratoria, pro concurrenti æſtimatione meritorum, & illis probatis aliter quam per aſſertionem donantis, vel ſi non ſit amplius concubina, ſed ad honeſtam vitam reducta in tempore opportuno, nam ſi ob ſenectutem, vel malam valetudinem receſſerit à concubinatu, durat prohibitio, vt firmat Cancer. *loc. cit.* & illum ſequitur Portugal. *vbi ſupra num.* 14. & vide alios ſupracitatos.

Valeret tamen ſi ſit iurata, vel remuneratoria, Euerard. *loc. à milit. armat. milit. ad milit. cæleſt. num.* 9. *&* 10. *& loc. à vi, & energ. iuram. num.* 12. vide Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 3. *de donat. reſol.* 7. Capyc. *deciſ.* 102. *per tot.* & latè Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 31. *per tot.* vbi reprobatis alijs tenet, huiuſmodi donationem nec iuramento firmari poſſe, quamuis valeat in aliquibus caſibus ibidem per eum relatis, & per Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 9. *per tot.*

Quòd facta etiam filijs ſpurijs non valeat, & per ſuperuenientiam legitimationis alterius reuocetur, Marthia *vot. Piſ.* 161. *per tot.*

Quòd facta à quocumque etiam non milite, non clerico, neque Doctores, etiam in teſtamento ſit omnino nulla, latè videndus Ciarlin. *controu.* 33. *per tot. controu.* 109. *per tot. & controu.* 184. *&* 185. *per tot.* Chriſtin. *deciſ.* 200. *num.* 14. *& per tot. volum.* 1. vbi de nullitate teſtamenti ad fauorem adulteri conditi, etiam per mulierem ſolutam.

Quòd valeat ſi ſit remuneratoria, & probentur merita aliunde, quam per aſſertionem donantis, & quatenus ſint æquiualentia, Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 29. *num.* 11. *& num.* 27. vide in §. *Meretrix nu.* 11. *& num.* 12.

Item valet ſi ſit facta concubinæ emendatæ, & ad honeſtam vitam reductæ, Gomez. Leon. *deciſ. Hiſpalen.* 45. *per tot.*

De hac materia donationis factæ concubinæ, vel meretrici, vide Theſſ. *deciſ.* 111. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 2. *tit.* 9. Card. Tuſch. *litt. D. concluſ.* 700. *per tot. litt. C. concluſ.* 568. *& litt. M. concluſ.* 211. Ricc. *Collect.* 3988. Lanfranc. Zacch. *tract. de Salar. & merced. quæſt.* 76. *per tot.* Gam. *deciſ.* 58. vbi pro fiſco Dian. *reſolut. moral. part.* 8. *tract.* 6. *reſolut.* 5. vbi videtur tenere quod ſit valida donatio, ſed poſſit à donatore reuocari, non autem ab eius hæredibus, nec ab ipſo donatore, ſi eſſet facta ob vſum corporis, & iuſtum illius pretium, vel ob aliud obſequium, ſiue beneficium, idem Dian. *dict. part.* 8. *tract.* 6. *reſolut.* 83. vbi poſt relatam opinionem negatiuam, probat donationem factam concubinæ ſuæ etiam per Clericos, vel milites, ac etiam per vxoratos, vel ſolutos, eſſe validam, & li-

& licitam tam in foro fori, quàm in foro poli, & maximè si fuerit iuramento confirmata, ita vt possit in iudicio peti, & obtineri.

Qualiter autem donatio, vel alia promissio ad turpem finem facta, veluti ad peierandum, homicidium committendum, & huiusmodi sit nulla, & irrita ante facinus patratum; licet post illud commissum, possit iure naturæ esse valida ratione laboris, & periculi, cui donatarius in gratiam donantis se exposuit, idem Dian. *part. 8. tract. 6. resol.* 102. secus tamen de iure ciuili, vt dixi in §. *Delinquens num.* 9. §. *Promissio num.* 7. *& alibi*.

Nec ideò datum subiacet restitutioni, Dian. *loc. cit. resolut.* 110. licet alij contra, vide in §. *Iudex num.* 21. *& seqq. num.* 25. *in fine*.

54 Donatio propter insinuationem omissam quando excedit summam 500. aureorum, an vitietur in totum, vel tantum pro parte excedente, vide in §. *Insinuatio num.* 2. *&c.* vbi etiam ad quam summam hodie ascendant dicti 500. aurei, vel solidi.

Quòd excedens quingentos aureos, vel solidos non valeat nisi sit insinuata, & quare, Duen. *reg.* 224. *per tot.* vbi duobus modis ampliat, & decem nouem limitat Clar. §. *Donatio quæst.* 15. 16. 17. *&* 18. *per tot.* Viui. *comm. opin.* 212. *per tot.* Gratian. *discept. forens. cap.* 483. *num.* 9. 16. *& seqq.* vbi quòd ante insinuationem est nulla, & potest reuocari, adde Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resolut.* 46. *cum pluribus seqq. ad* 54. Paul. Christin. *decis.* 188. *num.* 5. *&c. volum.* 4. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 114. vbi pro nullitate, non obstante iuramento, quando infringitur à statuto, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 241. *per tot.* vbi quòd ante insinuationem potest reuocari, & censetur reuocata per pœnitentiam, & voluntatis mutationem quouis modo apparentem, licet fuerit etiam in eodem instrumento donationis constitutus procurator ad insinuandum, qui per dictam voluntatis mutationem remanet reuocatus, *& decis.* 298. in eadem causa, vbi fuit confirmata prima decisio, Hermos. *ad leg. partit. glos.* 15. *&* 16. *leg.* 9. *tit.* 4. *tom.* 1. *fol.* 370. *&c.*

Multa an possit ex post facto insinuari quandocumque, & quid stante statuto, quod intrà aliquod tempus registretur in libro ad id deputato, Gratian. *discept. forens. cap.* 474. *per tot.* Magon. *decis. Flor.* 64. *num.* 38. *&c.* Card. Tusch. *litt. D. concl.* 646. *num.* 50. vbi de lege municipali Florentiæ, & an habeat locum in donatione iurata, vide in mea Practica §. *Donazioni num.* 1. *& seqq.* vbi alios allegaui idem Tusch. *litt. S. concl.* 509. *num.* 6. vbi quando non præiudicet creditoribus etiam posterioribus.

Quòd donans possit contrauenire donationi non insinuatæ, & illam reuocare, cùm ante insinuationem sit nulla, & imperfecta vsque ab initio, nec ex ea vllum sit quæsitum ius donatario, *l. sancimus C. de donat.* Gratian. *discept. for. cap.* 483. *num.* 9. 16. 24. *& per tot.* vbi propterea infert, quòd donatario non detur immissio in possessionem, cùm ad illius fauorem, nec naturalis orta fuerit obligatio, idem Gratian. *cap.* 854. *num.* 36. *& seqq. ad* 53. *& cap.* 783. *num.* 6. vbi etiam quòd si donator decedat nondum facta insinuatione, non potest amplius insinuari, Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 114. *num.* 8. *&c.* vbi quòd post deductam nullitatem in iudicio, non est amplius locus insinuationi, nec post mortem donantis, & donatarij, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 222. *num.* 6. *&c.* vbi tamen quòd facta ex causa ingressus Religionis, quæ dicitur ex causa mortis ciuilis, valet absque insinuatione, nec ex hoc capite reuocari potest, *& decis.* 477. *num.* 10.

Quòd non insinuata, interim stet in suspenso, & non sit ab initio absolutè nulla, Magon. *decis. Flor.* 64. *nu.* 43. *& seqq.*

Et quod non sequuta insinuatione, licet res donata fuerit tradita, possit repeti per conditionem sine causa, cùm ante insinuationem non sit translatum dominium, nec fructus acquirantur donatario, idem Gratian. *discept.* 887. *num.* 17. *& seqq. & num.* 34.

Alia de insinuatione, quando sit necessaria, vel non, dixi latè in §. *Insinuatio per tot.* vbi vide, & plenè Tusch. *litt. D. conclus.* 646. *&* 647. *per tot. litt. I. conclus.* 195. *&c. litt. S. conclus.* 509. *& conclus.* 570. *per tot.* Sanfelic. *in Praxi sect.* 27. *num.* 40. *& seqq.* qui sumpsit à Marcian. *disput. forens. cap.* 54. *per tot.* vbi quòd donatio licet excedens metam legalem non indiget insinuatione, si eidem fuerit specialiter cum iuramento renunciatum, sed subsistit etiam in præiudicium tertij, & alia plura ad rem.

Quòd imò iuramentum non suppleat insinuationem in præiudicium tertij, nec quando donatio fuit facta in fraudem, & simulata, Martha *vot. Pis.* 218. *num.* 19. vide in §. *Insinuatio*, *&* §. *Iuramentum*.

55 Donatio facta ab vno ex socijs omnium bonorum, si sit magna, & excessiua respiciens implementum propriæ voluntatis, cùm dicatur ex culpa, de proprio, & non de communi solui debet, nec potest alijs præiudicare; secus autem si esset modici momenti, & ex quodam vsu, vel consuetudine permissa, vt quando donatur aliquid ei, qui bonum nuntium attulit, vel nutricibus, & similibus, nam tunc esset de communi soluenda, Decian. *respon.* 85. *n.* 12. *lib.* 1. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 85. *num.* 19. Michalor. *de fratr. part.* 2. *cap.* 34. *per tot.*

56 Donatio restricta ad fauorem donatarij, & suorum descendentium, ipsis deficientibus, non reuertitur ad donantem, vel eius hæredes, nisi expressè sit dictum, sed transit ad hæredes vltimi decedentis, vnà cum alijs bonis, non iure donationis, sed iure transmissionis, Gratian. *discept. forens. cap.* 568. *num.* 1. *& seqq. & cap.* 577. *num.* 48. *&* 49. facit quod dixi in §. *Renunciatio num.* . .

57 Donans domum, vel quid simile cum hoc, vt sibi à donatario præstentur alimenta, an perempta re donata, possit illa prætendere, dic quod sic, quando donauit absolutè, & simpliciter cum translatione totius, & perfecti dominij, quia tunc omne periculum spectat ad donatarium; secus autem si donauit non ità simpliciter, sed vt ex ipsa re sibi præstentur alimenta, quæ cessant per interitum rei, ex qua debentur, Gratian. *discept. forens. cap.* 916. *num.* 14. *& seqq. ad* 20. facit quod dixi in §. *Alimenta num.* . .

An donatarius restituendo bona donata possit se liberare ab onere adiecto, plenè Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 408. *num.* 13. *& seqq.*

Et quod donatarius non possit restituendo bona donata se liberare, & eximere ab onere adiecto, cùm in contractu nominato, & perfecto non sit locus pœnitentiæ, ac idem esse in legatario, & similibus, Gratian. *decis.* 87. *in Addit.* latè Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 23.

An autem donatarius teneatur alere donatorem inopia laborantem, vel possit donatio reuocari ob non præstita alimenta, latè Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 48. *supra n.* 33. idem Surd. *tit.* 8. *privil.* 61. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 7. *num.* 2.

58 Donatio facta cum onere soluendi debita ipsius donantis, dummodò non excedant fructus vnius anni, an si detur huiusmodi excessus, debeatur donatario absque tali onere, tamquam deficiente conditione, sub qua erat adiectum, vel potius sint soluenda debita per donatarium pro concurrente quantitate fructuum illius anni (quod deseruire potest ad casus similes) latè disputat Gratian. *discept. forens. cap.* 995. *per tot.* vbi nihil videtur firmare.

59 Donatarius licet vniuersalis, non tenetur ad debita donantis post donationem contracta, & quoad contracta ante donationem, debet prius discuti hæres bonorum reseruatorum, & non prohibetur contrahere cum donatore, Duran. *decis.* 348. *per tot.* vbi respondet Guid. Pap. *decis.* 105. Boer. *decis.* 204. *num.* 43. & Capyc. *decis.* 128. *n.* 4. in contrarium allegatos, loqui de debitis ante donationem contractis, vide Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 12. *num.* 6. *& seqq. & decis.* 96. *num.* 11. *&c.* Ger. Spin. *cons.* 75. *num.* 31. Paul. Christin. *decis.* 190. *per tot. volum.* 4. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 101. *num.* 19. *&c. part.* 10. *decis.* 65. *num.* 5. *&c.* vbi quando teneatur in subsidium, *& decis.* 78. *num.* 22. *&c.* Vrceol. *consult. forens. cap.* 16. *num.* 30. *& seqq.* cum alijs per eum citatis Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 101. *num.* 25. *&c.* vbi etiam quòd tantò magis tenetur si in se accollauit, Merlin. *decis.* 543. *num.* 1. *&c.* etiam si non fuerint liquidata in vita debitoris, Tusch. *litt. D. conclus.* 651. *per tot.*

An teneatur persoluere vota donantis, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 112. vbi quòd non, nisi tale onus sibi fuerit impositum.

Et quod traditio alteri facta, non præiudicet donatario habenti anteriorem hypothecam vigore ipsius donationis, secus autem si fiat pro debito ante donationem contracto, vel si interuenerit talis fraus, ex qua creditores possint auocare rem donatam ab ipso donatario,

Rot.

Rot. part. 2. diuerſ. deciſ. 233. per tot. vide infra num. 64. latè Rot. part. 11. recent. deciſ. 262. num. 4. & ſeqq. vbi benè declarat, & deciſ. 273. d. part. 11.

Quòd donatarius etiam filius quando non eſt vniuerſalis, factum patris defuncti de proprio ſeruare non teneatur, Merlin. de pign. lib. 4. quæſt. 144. num. 5. Rot. part. 13. recent. deciſ. 151. num. 12.

Si verò ſit donatarius vniuerſalis, factum patris donantis omnino ſeruare tenetur, & eius debita ſoluere, Rot. part. 14. recent. deciſ. 14. num. 14. & ſeqq.

An donatarius vniuerſalis omnium bonorum poſſit à creditoribus donantis conueniri actione perſonali, dic quod non, quia non habetur pro hærede; intelligendo quando donator eſt ſoluendo, vel habet hæredem, alias autem poteſt conueniri etiam actione perſonali, ad tradita per Cancer. lib. 1. cap. 8. num. 68. vide Tondut. quæſt. ciuil. 174. part. 2. Hier. Leon. deciſ. 107. num. 34. & ſeqq. Amat. reſolut. 58. num. 9. & ſeqq. Giurba deciſ. 62. num. 33. Merlin. de pign. lib. 4. tit. 5. quæſt. 143. Capyc. Latr. deciſ. 44. num. 24. & alios relatos per Antunez. Portugal. de donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. §. 7. num. 75. & ſeqq. & lib. 2. cap. 20. num. 99. & ſeqq. vbi melius declarat.

60 Donatio facta abſenti non valet, niſi interueniat nuncius, vel epiſtola, vel niſi notarius pro abſente ſtipuletur, & acceptet, quo caſu tamen ante ratificationem, & acceptationem donatarij, donatio ſtat in ſuſpenſo, & non dicitur perfecta irreuocabiliter, ac ideò poteſt interim non tantum expreſsè, ſed etiam tacitè reuocari, ac reuocata cenſetur per alienationem, vel obligationem bonorum donatorum, intelligendo iuxta inferiùs dicenda, & prout latius explicant videndi Caſtr. conſ. 195. lib. 2. Clar. §. Donatio quæſt. 12. & 13. per tot. cum Addit. Theſſ. deciſ. 70. per tot. Gaſpar. Anton. Theſſ. in Addit. Magon. deciſ. Flor. 39. num. 4. &c. Altograd. conſ. 28. in Addit. ſub num. 35. lib. 1. vbi multos pro vtraque parte allegat, & conſ. 38. num. 13. &c. lib. 2. vbi quomodo, & quo reſpectu dicatur ſtare in ſuſpenſo, Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 209. per tot. volum. 4. Ciarlin. controu. 137. per tot. Sanfelic. deciſ. 192. vbi quòd ante acceptationem poſſit reuocari non obſtante iuramento, & alia plura Rot. poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 123. num. 17. & in Fauentina dotis 14. Maij 1635. coram Motman. vbi loquitur in donatione onus admixtum habentem, nam ſi eſſet merè lucroſa, & cum iuramento ex ſola ſcientia induceretur ratificatio, & ità diſtinguit ſub num. 1. & num. 21. vide in §. Ratificatio num. .. & in meis reſolut. cap. 5. num. 2. & ſeqq. & cap. 48. num. 1. & ſeqq. & in Pract. §. Donatione num. 11. vbi paucis multa perſtrinxi, & alios allegaui, plenè Tuſch. litt. D. concluſ. 637. & ſeqq. Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 93. &c. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 86. per tot. volum. 1. Hermoſill. ad leg. partit. tom. 1. gloſſ. 1. leg. 4. tit. 4. fol. 308. &c. plenè Manſ. Conſult. 20. 21. & 22. lib. 1. & Conſult. 353. num. 123. & ſeqq. lib. 4.

Quòd donatio facta abſenti non interueniente nuncio, vel epiſtola, & nemine pro donatario ſtipulante ſit nulla, niſi ſit pro dote, quo caſu valeret, & quòd non poſſit acceptari, nec ratificari poſt mortem donantis, quia tunc non poſſunt coniungi conſenſus vtriuſque partis, & alia ad rem, Cabal. conſ. 168. lib. 1.

An ſi nuncius adhibitus in donatione non tradat abſenti rem donatam, & interim moriatur donator, teneatur ad duplicem reſtitutionem, vnam ſcilicet donatario, & alteram hæredibus donantis, pulchrè Dian. & alij per eum citati part. 8. tract. 6. reſol. 94.

61 Donatio iurata facta abſenti, notario pro illo ſtipulante, dicitur ſtatim perfecta, & non poteſt reuocari, etiam ante ratificationem donatarij, cùm mediante iuramento videatur facta Deo, qui vbique eſt, & pro abſente acceptat, ac illi ius perfectè acquirit, Rom. conſ. 76. Rol. conſ. 19. num. 30. lib. 1. Buratt. deciſ. 149. num. 4. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 729. num. 19. & 20. & cap. 297. num. 22. & cap. 531. num. 43. Surd. deciſ. 206. num. 4. Cabal. conſil. deciſ. 68. in fine, Viui. comm. opin. 211. in verb. Donatio, Magon. deciſ. Flor. 39. num. 11. & ſeqq. Ger. Spin. conſil. 38. per tot. Sperel. deciſ. 168. num. 65. & ſeqq. per tot. cum alijs tribus deciſ. ſeqq. vide in §. Ratificatio num. 1. &c. & §. Subſtitutio num. 31. plenè Tuſch. litt. D. concl. 641. per tot. Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 99. & ſeqq. Rot. part. 9. recent. deciſ. 444. num. 13. & ſeqq. & deciſ. 447. in eadem cauſa, & part. 13. deciſ. 365. vbi quòd ſtante ſtipulatione, non poteſt reuocari etiam alteri donando, & deciſ. 446. in eadem cauſa vbi fuit confirmata prima deciſio.

Quòd donatio oneroſa, vel mixta, ante acceptationem donatarij poſſit quandocumque reuocari, Rot. part. 15. recent. deciſ. 130. n. 5.

An ex ſtipulatione Notarij acquiratur ius abſenti ſine ratificatione, vide Rot. part. 18. recent. deciſ. 640. & 799. per tot.

Quam concluſionem ego intelligo in donatione merè lucroſa, & nullum onus continente, quia tunc ſola ſcientia, vel patientia eſt ſufficiens ad acquirendum donatario abſenti, ſecus autem ſi onus habeat admixtum, vt diſtinguit Rot. in allegata Fauentina dotis 14. Maij 1635. vbi reſpondet omnibus contrarijs de iuramento, & ſimilibus, Rot. part. 6. deciſ. 274. num. 4. part. 7. deciſ. 27. num. 21. & ſeqq. part. 9. deciſ. 440. num. 31. deciſ. 444. per tot. & deciſ. 447. in eadem cauſa, & part. 13. deciſ. 365. num. 6. & ſeqq. deciſ. 446. num. 4. vbi tamen quòd onera leuia reſpectu valoris bonorum donatorum non habentur in conſideratione, neque immutant qualitatem lucratiuam donationis, & præſumptionem acceptationis non tollunt, & maximè ſi vltra Notarium alius pro abſente acceptauit infra num. 63.

Item intelligo reſpectu donatoris, & illius hæredum, nam quo ad donatarium, & eius hæredes dicitur ſtatim perfecta irreuocabiliter, vt conueniri poſſint à donatario ad tradendum rem donatam, vel intereſſe, iuxta text. in l. quoties C. de donat. quæ ſub mod. Surd. deciſ. 111. Caualer. deciſ. 12. per tot. Viui. comm. opin. 211. & dixi in meis reſol. cap. 48. num. 1. infra num. . . latè Dian. part. 8. tract. 6. reſol. 99. per tot. & ſeqq. vide Rot. part. 9. recent. deciſ. 440. num. 3. &c. num. 28. &c. vbi tamen quòd non acquiritur rei donatæ poſſeſſio ante acceptationem, & latius deciſ. 444. per tot. ead. part. 9. vbi plures concordantes habentur, & part. 14. deciſ. 37. num. 11. & 12. vbi quòd ad effectum acquiſitionis dominij, & poſſeſſionis eſt omninò neceſſaria acceptatio licèt ſecus ſit ad effectum irreuocabilitatis.

An ex ſtipulatione notarij acquiratur ius abſenti ſine ratificatione, & acceptatione, dic quòd aut agitur ad effectum vt ſit acquiſitum ius, vel dominium abſenti, & tunc eſt neceſſaria acceptatio, aut ad effectum vt non poſſit donans vel aliter ſe obligans pœnitere, & tunc non eſt neceſſaria acceptatio; ac ſatis etiam dicitur conſtare de acceptatione, & ratificatione ex ſola ſcientia abſentis abſq; alio actu poſitiuo, & iſta ſcientia præſumitur in ijs, quæ afferunt commodum, vel ſaltem ſolis præſumptionibus, & coniecturis probatur, vt bene diſtinguit pluribus citatis Beltram. ad Ludouiſ. deciſ. 97. num 8.

Donatio facta abſenti, notario pro illo ſtipulante, quod poſſit reuocari ante ratificationem, intellige, quando donans, vel renuncians, non verbo tenus ſimpliciter nec nuda voluntate illam reuocat, ſed verbis, & facto ſimul, alteri ſcilicet eandem rem donando, & tradendo, vel hypothecando, quia ſi ante ratificationem factam à donatario transferat dominium, vel ius hypothecæ in tertium; ratificatio ſubſequens illi tertio, cui interim fuit ius quæſitum, non præiudicat, ſecus autem ſi donans vellet ex ſimplici pœnitentia donationem ad ſui, vel hæredum fauorem reuocare, nam hoc facere non poteſt, vt benè diſtinguit Oldrad. conſ. 245. num. 2. Maſtril. deciſ. 211. n. 26. & ſequentib. Cyriac. controuerſ. 322. num. 3. &c. Ciarlin. controuerſ. 137. num. 11. &c. Altograd. conſ. 37. num. 1. & num. 22. lib. 2. & conſ. 38. num. 2. lib. 2. Dian. part. 8. tract. 6. reſolut. 99. verſic. ſecundum eſt, Rot. part. 9. recent. deciſ. 40. num. 3. & ſequentib. & deciſ. 440. dict. part. 9. & deciſ. 444. per tot. & part. 13. deciſ. 365. vbi pro primo donatario, & deciſ. 446. vbi fuit confirmata prima deciſio. 62

Quòd donatio facta abſenti, notario pro illo ſtipulante, non indigeat ratificatione quoad ſui ſubſtantiam, eſſentiam, & validitatem, licet illo non acquiratur, & in omnem caſum ſufficiat quælibet animi declaratio quandocumque facta etiam poſt mortem donantis, Surd. deciſ. 111. per tot. & deciſ. 206. per tot. Franch. deciſ. 339. vide in §. Ratificatio num. 2. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. 86. num. 14. & ſeqq. vol. 1. & deciſ. 188. num. 8. & ſeqq.

Et quod donatio facta abſenti, notario ſtipulante, licet quoad dominij, & poſſeſſionis translationem, non ſit perfecta ante ratificationem, tamen quoad translationem actionis in donatarium, qua mediante

statim potest agere ad rem donatam sibi tradendam, est omnino irreuocabilis, Rot. *decis.* 427. *num.* 4. *& seqq. p.* 13. *recent.* Franch. *d. decis.* 339. *per tot.* Altograd. *cons.* 37. *num.* 27. *lib.* 2. vbi etiam *num.* 32. & 36. quòd in præiudicium ipsius donantis, & illius successorum vniuersalium ex stipulatione notarij statim dicitur perfecta donatio etiam ante acceptationem, & ideò irreuocabilis, quicquid secus sit quoad habentes interim ius à donatore ex aliquo titulo speciali, vt dixi in resol. *cap.* 48. *num.* 2. *& seqq.* & latè probat Sperel. *decis.* 168. 169. 170. *&* 171. *per tot.* vide in §. *Absentia num.* 13. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 40. *num.* 3. *& seqq. & decis.* 444.

An autem, & quando quis possit acceptare donationem pro absente, quid in notario, & alia, latè Dian. *p.* 8. *tract.* 6. *resol.* 97. *& seqq.*

63 Donatio habens aliquod onus admixtum, ante acceptationem donatarij dicitur reuocabilis, etiam stante stipulatione notarij, quia non potest absentem obligare, quod est intelligendum vt supra dicebam, non ex simplici pœnitentia donantis, sed ex iure reali in tertium, medio tempore, ante scilicet acceptationem translato, item quando onus est magnum, & graue respectu rei donatæ, nam si sit minimum, non attenditur, cùm adhuc vigeat ratio, quod donatarius sit ratam habiturus donationem, item intellige ex parte donatarij, secus ex parte donantis, qui propter onus adiectum, non potest ex simplici voluntate à donatione recedere, sed benè donatarius, qui rem donatam cum onere acceptare non cogitur, vt latè declarat Altograd. *cons.* 38. *num.* 1. *& seqq. ad* 25. *lib.* 2. facit Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 280. *num.* 4. *& seqq.* vbi quòd non est consideranda distinctio, an donatio sit onerosa, vel merè lucrosa ad effectum firmandi, an per stipulationem Notarij quæratur ius irreuocabile absenti, quia cùm sit in illius arbitrio acceptare, necne, numquam donatio dici potest onerosa, si illius acceptatio est eiusdem donatarij arbitrio commissa, qui quatenus sibi non expediat potest non acceptare, nec interim est iure illius electionis priuandus, cùm actus ex parte donantis sit vndequaque perfectus, & irreuocabilis, licet ex parte donatarij ab eius arbitrio pendeat iuxta sententiam Ruin. *cons.* 119. *num.* 8. *& cons.* 126. *num.* 10. Cyriac. *contr.* 332. *num.* 26. *&c.* aliorumque ibi citatorum, vide *supra num.* 37.

Quòd quando donatio fit cum aliqua reseruatione super bonis donatis, nullam exigendo obligationem ex parte donatarij, non dicatur onerosa, sed dicatur minus continere, & in eo, quod superest remaneat merè gratuita, & pura, & ex ea per acceptationem primi donatarij quæratur ius irreuocabile alijs donatarijs licet absentibus, Rot. *d. part.* 13. *recent. decis.* 280. *num.* 5. *supra num.* 61. Rot. *part.* 14. *recent. decis.* 145. *num.* 7. *& seqq.* vbi quando habens onus admixtum possit reuocari ex pœnitentia donantis ante acceptationem donatarij.

64 Donatio facta absenti cum expressa obligatione bonorum donatoris pro obseruantia contractus, & cum clausula constituti, notario vti publica persona stipulante pro dicto absente, & constitutum nomine illius expresse recipiente, statim, & sic etiam ante ratificationem tribuit actionem personalem, & hypothecariam contra donantem, & in bonis donatis, ità vt donatarius ratione suæ hypothecæ præferatur cuicumque creditori posteriori etiam ex causa onerosa, dum adhuc bona donata reperiuntur penes donantem, vel eius hæredes, Osasch. *decis.* 32. *num.* 12. *in fine*, Paris. *cons.* 69. *num.* 157. *&c. lib.* 3. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 22. *nu.* 23. *&c.* Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 1135. 1245. *&* 1246. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 25. *in princ.* cum alijs, quos refert, & sequitur, ac esse conclusionem extra difficultatem asserit Altograd. *cons.* 39. *num.* 1. *&c. lib.* 2. facit latè Merlin. *decis.* 568. *per tot.* vbi pro, & contra in diuersis tamen terminis, vide Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 40. *num.* 3. *& seqq. & num.* 20. *& seqq.* vbi etiam *num.* 2. *& seqq.* an dicta hypotheca simpliciter apposita referatur tantum ad obseruantiam donationis ex parte donatoris, vel etiam ex parte donatarij, si aliquod onus per eum implendum contineat, & ista decisio habetur etiam post Merlin. *de pign. decis.* 50. vide in §. *Creditor num.* 4.

De prælatione inter primum, & secundum donatarium eiusdem rei, Bich. *decis.* 662. Rot. *part.* 16. *recent. decis.* 143. vbi pro primo donatario, vigore maximè constituti, hypothecæ &c. Carena *resol.* 107. Rot. *part.* 18. *decis.* 640. vbi pro secundo donatario, ex quo res non erat tradita primo, & prima donatio erat facta absenti, non constabat de scientia primi donatarij, & consequenter, neque de ratificatione, quæ non datur sine scientia, neque de insinuatione, & patiebatur alios defectus; licet postea facto melius perpenso in eadem causa fuerit resolutum pro primo donatario, quia donatio licet fuerit facta absens, Notario tamen pro illo stipulante, visa fuit acceptata ex diuturnitate temporis, qualitate donationis lucratiuæ, possessione à filio donatarij nomine patris retenta, & huiusmodi, Rot. *d. part.* 18. *decis.* 709.

Non tamen talis donatarius esset præferendus alteri secundo donatario, vel emptori, cui eadem bona verè fuissent cum simili titulo tradita, nisi fauore pupillorum, aut substitutorum primo donatario, cui facta fuerit vera traditio, nam in eos transfertur dominium, & possessio ex stipulatione notarij, & constituto ab eodem acceptato etiam ante ratificationem, quod secus est in alijs, in quibus opus est ratificatione, Seraph. *decis.* 472. *num.* 3. *&* 7. cum alijs pluribus per Altograd. *cons.* 39. *num.* 5. 8. 10. *& seqq. lib.* 2. vbi tamen ipse *sub num.* 7. *& seqq. per tot.* indistinctè firmat, & latè probat, ex clausula constituti à notario pro absente expresse acceptata, ius efficaciter acquiri donatario, & vtile dominium in eum transferri sine aliqua cessione, ita vt interim dicatur factus dominus, & possessor, ac ideò sit præferendus secundo donatario ex rationibus, & auctoritatibus, quas ibidem allegat, & hanc partem putat esse in iure veriorem, quamuis propter auctoritatem Rot. & aliorum maximam patiatur difficultatem, facit quod dixi in §. *Emptor num.* 43. Rot. *part.* 10. *recent. decis.* 308. *num.* 1. *&c.* vbi quòd datur Saluianum pro consequendis bonis donatis etiam contra tertium titulo possidentem, non tamen loquitur in supraeitatis terminis.

Alios tenentes hanc opinionem ad fauorem primi donatarij contra secundum, vel contra emptorem, & rationes illam suadentes refert Sperel. *decis.* 171. *num.* 1. *& seqq. ad* 23. vbi tamen ipse *per tot.* probat, emptorem, qui rem alteri donatam acquisiuit ante acceptationem, vel ratificationem ab eo factam, non posse molestari, sed dirigendam esse actionem ad rem tradendam, vel ad interesse contra donantem, vel illius hæredes; nisi probetur quod emptor, vel secundus donatarius habuerit scientiam primæ donationis antequam contraheret, quia tunc benè posset conueniri, sicut etiam quando essemus in casibus, in quibus esset translatum dominium, & possessio ex stipulatione, & constituto notarij in primum donatarium, quos casus enumerat idem Sperel. *decis.* 168. *num.* 35. *& seqq.* vide in meis resol. *cap.* 5. *num.* 7. *& sequentib. infra num. seq.*

Quid dicendum in donationibus de iurepatronatu, vide in §. *Iuspatronatus num.* 10.

An, & quando primus donatarius præferatur secundo, vel non, Tusch. *litt. D. concl.* 699. *per tot.* Merlin. *decis.* 568. *per tot.* vbi quid si prima donatio fuerit conditionalis, Rot. *part.* 11. *recent. d. decis.* 273. vbi pro primo, *& part.* 12. *decis.* 137. Hermosil. *ad leg. Partit. tom.* 2. *leg.* 50. *gloss.* 1. *&c. fol.* 689. Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 8. *cum pluribus seqq.* vbi quòd est speciale in donatione à Principe facta, vt præferatur primus.

Quòd donatio præcedens, etiam cum hypotheca, non præiudicet creditori posteriori habenti causam onerosam, quoties ipse vel reperitur in possessione, vel donatio simulata detegitur, cùm possit donans ante traditionem liberè disponere de re donata, per text. *in l. fin.* §. *Lucius ff. de donat.* Caroc. *decis.* 125. *n.* 7. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 81. *num.* 4. *& per tot.* vide supra *n.* 59. Rot. *part.* 11. *recent. decis.* 262. *num.* 4. *& seqq.* vbi benè declarat, *& decis.* 273. *num.* 9. *& seqq.* vbi ad fauorem primi donatarij stante constituto, & hypotheca, *& part.* 12. *decis.* 137. *num.* 4. *& per tot. part.* 12. *decis.* 106. *& decis.* 365. vbi pro primo donatario, *& decis.* 446. vide in §. *Creditor num.* 4. Rouit. *decis.* 48. Carleual. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 3. *disput.* 30. *per tot.*

Donatio facta absenti, notario pro illo stipulante, 65
vel iurata, quamuis ante acceptationem, & ratificationem donatarij non sit perfecta, & possit reuocari per alienationem alteri factam iuxta superius dicta, tamen

lita-

litatur in pluribus casibus, in quibus remanet omnino perfecta, etiam ante dictam acceptationem, & aliquando etiam quoad translationem dominij, & possessionis, ita vt impediatur alienatio, & translatio in alios facienda.

Primò stante iuramento promissorio, quando scilicet donans promisit cum iuramento non reuocare, nec contrauenire, Thess. *decis.* 70. *num.* 8. Altograd. *cons.* 37. *num.* 20. *lib.* 2. vbi plures alios allegat, quod puto intelligendum iuxta ea, quæ dixi in §. *Iuramentum num.*.. facit Rot. *par.* 13. *recent. decis.* 280. Martha *vot. Pis.* 9. *n.* 41. vbi quod de iure canonico propter iuramentum quæritur ius absenti, & in materia iuramenti standum est iuri canonico.

Secundò si sit facta in iuditio, & cum iudicis decreto, Paris. *cons.* 69. *n.* 149. *lib.* 3. Thess. *d. dec.* 70. *n.* 11. Paul. Christin. *decis.* 209. *n.* 16. *&c. vol.* 4.

Tertiò si saltem tacita ratificatio interuenerit, ex scientia scilicet rei fauorabilis, Guid. Pap. *decis.* 23. *n.* 11. Rom. *cons.* 295. *&* 353. cum alijs pluribus per Thess. *d. decis.* 70. *n.* 12. Christin. *d. dec.* 209. *n.* 18. Merlin. *dec.* 692. *n.* 77. *&c.* Rot. *par.* 9. *rec. decis.* 40. *n.* 22. *& seqq.* & post Merlin. *de legit. dec.* 149. *n.* 15. *& seqq.*

Quartò si vltra notarium interueniat alia persona, quæ pro absente acceptet, veluti condonatarius, Thess. *d. dec.* 70. *num.* 13. Seraph. *decis.* 472. *num.* 11. Sperel. *decis.* 168. *num.* 35. Christin. *d. decis.* 209. *n.* 19. Merlin. *decis.* 692. *n.* 78. *&c.* Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 40. *n.* 20. *& par.* 13. *decis.* 280. *dec.* 365. *&* 446.

Quod acceptatio facta per primum donatarium suffragetur alijs successiuè vocatis, Rot. *part.* 14. *rec. decis.* 536. *num.* 187.

Quintò si fuerit facta infanti, vel pupillo, quia fauore infantis, & pupilli quæritur ius ex stipulatione notarij, idem Thess. *d. decis.* 70. *n.* 15. Seraph. *decis.* 472. *n.* 8. Christin. *d. decis.* 209. *num.* 20. Rot. post Merlin. *de legit. decis.* 149. *n.* 11. *&c.* Pænn. *decis.* 563. *n.* 3. Altograd. *cons.* 39. *num.* 11. *&c. lib.* 2. vbi videtur tenere idem esse indistinctè quoad omnes, Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 101. *vers. Et tandem, & resolut.* 131. *per tot.* vbi intelligit accedente stipulatione Notarij, vel patris acceptatione, alias inutilis esset donatio.

Sextò si primus contractus sit ex causa lucratiua, & secundus ex causa onerosa, nam is, qui est cum stipulatione notarij solius, præfertur alteri præsente parte, qui sit ex titulo lucratiuo, Ias. *in l. quoties de rei vindic.* Alex. *cons.* 57. *n.* 3. *lib.* 1. Thess. *d. dec.* 70. *n.* 16. Paul. Christin. *d. decis.* 209. *n.* 21. *vol.* 4.

Septimò si sit facta coniunctæ personæ, & dilectæ vt filio, Crauett. *cons.* 915. Thess. *d. decis.* 70. *in fine*, Ger. Spin. *cons.* 38. *num.* 10. *&c.* de quo vide Sperel. *decis.* 168. *num.* 44. *& seqq.* Christin. *d. decis.* 209. *num.* 22. Merlin. *decis.* 692. *n.* 78. *&c.* vbi idem esse si agatur de tacita donatione.

Octauò si fuerit facta filijs nascituris, Pænn. *decis.* 563. *num.* 3. latè Merlin. *decis.* 404. vbi etiam qualiter possint alienationes factas reuocare, vide in §. *Substitutio num.* 31. Tusch. *litt. D. concl.* 640. *per tot.* Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *res.* 131. vbi intelligit interueniente stipulatione Notarij, vel acceptatione patris, alias enim nondum natis, nec conceptis inutiliter fieret donatio.

Nonò si fuerit facta Ecclesiæ, vel pio loco, quia tunc etiam nemine acceptante valet statim irreuocabiliter, cum dicatur facta Deo, qui vbique est per potentiam, per præsentiam, & per essentiam, & acceptat rem fauorabilem, ac sibi gratam saltem in vim voti, Tiraquell. *de priuil. pia caus. priuil.* 114. Magon. *decis. Flor.* 69. *n.* 9. *in fine*, Trentacinq. *var. resol. lib.* 3. *tit. de donat. resol.* 1. vbi contrarium firmat Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 13. *tit.* 3. *nu.* 15. *&c.* Caualer. *decis.* 606. *n.* 10. Sperel. *dec.* 168. *n.* 42. *&* 70. & quicquid nonnulli contrarium attentauerint, latè de veriori, & magis communi opinione obiectis satisfaciendo probat idem Sperel. *decis.* 81. *n.* 10. *& seqq. per tot.* Dian. *par.* 3. *tract.* 5. *resol.* 107. *& par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 96. *per tot.* vbi quod donatio facta Ecclesiæ potest à quolibet acceptari, & etiam non acceptata valet, idem Dian. *d. par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 106. *& resol.* 124. vbi quod non potest reuocari, latè Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 173. *per tot.* vbi etiam quod non requirit insinuationem, nec alias solemnitates.

Decimò si agatur de donatione facta in testamento, vel causa mortis, vel ob ingressum religionis, vel causa dotis, vt benè explicat, & probat Sperel. *decis.* 168. *n.* 35. *& seqq. ad* 45.

Vndecimò respectu donatoris, qui non potest donationem reuocare etiam ante acceptationem, vt dixi *supra n.* 61. *& seqq.* & latè probat Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 444. *& par.* 13. *dec.* 280.

Duodecimò stante statuto Florentino *lib.* 2. *Rub.* 39. cuius vigore acquiritur absenti etiam ignoranti, dominium, possessio, ius præscribendi, & omnis actio sine aliqua cessione, vel ratificatione, licet tali iuri per alterum quæsito, vel quærendo possit renunciari, Magon. *decis. Flor.* 117. *num.* 28. *in fine*, Socin. *concl.* 211. *col.* 1. *lib.* 2. Tusch. *litt. D. concl.* 637. *n.* 53. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 446. *num.* 8. *& seqq.* vbi idem firmat in terminis Statuti Bononiensis Martha *vot. Pis.* 9. *num.* 39. vbi de dicto statuto Florentino, Ger. Spin. *cons.* 38. *n.* 6. *& cons.* 55. *n.* 3. dixi *in resol. cap.* 48. *n.* 8. & plura de intelligentia, & interpretatione dicti Statuti habeo in Annot. manuscriptis ad dictum statutum in volumine particulari.

Decimotertiò in foro conscientiæ, nam promissio, vel donatio etiam per actum interiorem obligat in conscientia, ita vt ille, cui est facta possit sibi occultam compensationem facere, Dian. *par.* 3. *tract.* 5. *resol.* 116. licet promissio externa etiam acceptata deficiente consensu non obliget in conscientia, ad tradita per eundem Dian. *part.* 2. *tract.* 17. *resol.* 9. vide *in* §. *Promissio n.* 1.

Qualiter donatio non obliget si notabiliter varietur status rerum, & personarum, idem Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 105.

De donatione interna, vel externa, an, & quando obliget in conscientia, vel non, Dian. *loc. cit. resol.* 107. *&* 108. *per tot.* vbi in vtraque negatiuè, ante acceptationem concludit de magis communi.

Decimoquartò in donatione facta à Principe, cuius beneficio quæritur ius absentibus sine acceptatione, Menoch. *cons.* 331. *n.* 9. Felin. *in cap.* 2. *num.* 7. *de Constit.* Martha *vot. Pis.* 215. *n.* 13. *&* 14. *supra n.* 18.

An autem stipulatio notarij pro absente tanquam clausula solita præsumatur, vel possit suppleri, & subintelligi, vide in §. *Stipulatio n.*..

Quod non sit necessaria acceptatio absentis quando notarius pro eo stipulatus est cum clausulis constituti; & precarij maximè attento statu Bononiæ, Rot. post Merlin. *de legit. decis.* 149. *n.* 11. *& seqq. & par.* 13. *recent. dec.* 446. *n.* 8. *& seqq.*

Donatio facta absenti vt supra debet ratificari tempore 66
habili, & sic viuente donatore, & donatario, nam post illorum mortem ratificatio diceretur facta tempore inhabili, & non sufficeret, Gratian. *discept. forens. cap.* 782. *n.* 14. *& cap.* 768. *num.* 9. Natt. *cons.* 258. *n.* 9. Castr. *cons.* 195. Alex. *cons.* 24. *num.* 10. *lib.* 5. Cæphal. *cons.* 33. *lib.* 1. Genu. *de script. priuat. lib.* 3. *q.* 12. *n.* 7. *&* 8. *fol.* 133. vbi etiam latè declarat quomodo per epistolam, vel aliam scripturam priuatam possit donatio inter absentes celebrari, & probari, vide *in* §. *Ratificatio num.* 2. Paul. Christin. *decis.* 188. *n.* 9. *vol.* 4. vbi quod post mortem donantis non potest ratificari, quamquam viuo donatore possit per hæredes donatarij acceptari.

Intellige vt possit tertio præiudicare, nam in præiuditium ipsius donantis, & illius successorum vniuersalium potest ratificari etiam post mortem donantis, Altograd. *cons.* 37. *lib.* 2. & in terminis præiuditialibus tertio loquutus sum, sequendo dictam primam opinionem in meis *resol. cap.* 48. *num.* 3. in qua adhuc persisto, licet opinio sit controuersa, & multi teneant quod possit ratificari etiam ab hærede donatarij & post mortem donantis, Clar. §. *Donatio quæst.* 13. *num.* 4. Thess. *decis.* 70. *num.* 9. Ger. Spin. *cons.* 38. *num.* 12. *& seqq.* Sperel. *decis.* 81. *num.* 35. *& dec.* 169. *&* 170. *per tot.* qui omnes cum asseclis intelligendi sunt, prout multi verè loquuntur quoad præiuditium donatoris, & illius hæredum, secus autem quoad præiuditium tertij, vt dixi, adde Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 95. vbi alias non spernendas considerationes adducit & ibidem *resol.* 97. 98. 99. 100. *& seqq.*

Quod donatio possit acceptari post mortem donantis, alias diceretur per mortem reuocata contra iuris præsumptionem, vel transiret ius reuocandi ad hæredes, quod pariter non est dicendum, benè arguit Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 173. *n.* 5. *&c.* facit Sanfelic. *decis.* 192. *n.* 3. vbi quod si dum viuebat donans non reuocauit, firma remanet

donatio, nec per donantis mortem euanescit, nec ad hæredes ius reuocandi transit, vide *supra n.* 32.

An autem donatio facta absenti censeatur acceptata per mandatum factum ad acceptandum, disputat Mattha *vot. Pis. per tot*, vbi negatiuè concludit, cessante maximè stipulatione Notarij, & alijs adminiculis pro acceptatione non concurrentibus.

67 Donatio facta absenti notario pro eo stipulante (quicquid sit in præiuditium priuatorum iuxtà superius dicta) quoad præiuditium fisci, & ad illius exclusionem semper est valida, & irreuocabilis, etiam ante acceptationem donatarij, qui, si contingat bona donatoris propter delictum confiscari, semper poterit donationem acceptare, & fiscum excludere, vt latè probat Cabal. *resolut. crimin. cas.* 207. *per tot*, dixi in *resolut. cap.* 48. *num.* 10. *& in Pract. §. Donatione n.* 12.

Quid verò sit dicendum de eo, quod donator sibi reseruauit pro facultate testandi, tradit idem Cabal. *loc. cit.* vide *supra n.* 48. *in fine*.

68 Donatio, quæ apparet ex publico instrumento habet pro se omnem veritatis præsumptionem, nec sufficiunt leues coniecturæ falsitatis ad eam infringendam, Surd. *cons.* 173. cum alijs per Rot. *in Imolen. Prædij Veneris* 1. *Iunij* 1635. *coram Pirouano per tot.* in causa de Rinaldis cum Equite Galeatio Sauino, vbi fuit responsum defectui insinuationis, quod tempore debito non fuerit reposita in archiuio, quod esset omnium bonorum, quod fuerit dilata petitio donec mortui essent omnes testes, quod potius fuerit celebrata in Castro Casulæ, quam Imolæ vbi donator degebat, quòd vnus testis in illa descriptus eodem die fuerit repertus Tussignani, quod idem donator postea testando legauerit vxori idem prædium in donatione comprehensum, quod illud fuerit descriptum in inuentario hæreditatis donatoris, & denique non obstante diffamatione notarij, nec publica voce, & fama super falsitate donationis, vt singillatim per Rot. in allegata decisione, quam vti notabilem in materia videndam consulo.

Ex quibus excludatur simulatio, Rot. post Vrceol. *de transact. decis.* 78. *per tot.* & ex quibus arguatur simulatio, Rot. *part.* 16. *decis.* 102. vide in §. *Simulatio*, cum alijs citatis supra *n.* 40.

Ex quibus autem possit argui falsitas donationis, etiam per publicum instrumentum apparentis, vide Gratian. *decis.* 28. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. dec.* 6. *per tot.*

An si donatarius non possit probare donationem sibi factam à defuncto, possit in conscientia tantum surripere ab hærede, quantum res donata valebat, vide Layman. *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 12. *num.* 5. Dian. *part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 90.

69 Donatio facta alicui, & eius filijs, an intelligatur facta coniunctim vt simul eodem tempore concurrant, vel potius ordine successiuo, Rom. *cons.* 22. *&* 35. Corn. *cons.* 47. *col.* 3. *lib.* 4. Tusch. *litt. D. concl.* 680. vide *in §. Legatum num... supra n.* 39. *&* 44. facit Rot. *part.* 13. *rec. decis.* 239. *num.* 11. *&c. decis.* 264. *n.* 10. *&c. decis.* 429. *num.* 2. *&c.* vbi quod facta patri, & filijs, dicitur facta etiam filija, & tot sunt donationes quot sunt personæ; secus autem si sit facta patri stipulanti pro se, & filijs, nam tunc non inducit fideicommissum, Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 529.

70 Donatio facta per Constantinum Imperatorem Ecclesiæ Romanæ, & pro ea Papæ Silnestro qualiter fuerit valida, & eius vigore hodie Ecclesia vtatur mero, & mixto Imperio, quid comprehendat, & alia, plenè Tusch. *cum pluribus ab eo citatis litt. D. concl.* 689. *per tot.* Dian. *resol. moral. part.* 8. *tract.* 6. *resol.* 136. *per tot.* vbi probat adeo veram, & validam fuisse, vt id negantes sint denunciandi, & puniendi ab inquisitoribus Sancti Officij, ac respondet ad argumenta hæreticorum contrarium tenentium, Francis. de Magistr. *in Silua Eccles. part.* 1. *lib.* 1. *c.* 2. *n.* 8. *& seqq.*

Quod dicta donatio, sicut quælibet alia Ecclesiæ facta non potuerit, nec possit reuocari, idem Dian. *par.* 8. *tract.* 6. *resol.* 124.

De dicta donatione Baron. *Annal. Eccles. tom.* 3. *sub anno Domini* 324. & alij relati per Ridolphin. *in prax. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 29. *&c.*

71 Donatio conditionalis an pendente conditione sit perfecta itaut reuocari non possit, & an saltem purificata conditione retrotrahatur ad diem stipulationis, itaut sit præferenda cuicumque alteri dispositioni, vel donationi de eisdem bonis interim vt supra pendente conditione ad fauorem alterius factæ, latè videndus Merlin. *decis.* 568. *per tot.* quæ est decisio *in Taurinen. donationis* 28. *Ianuarij* 1633. vbi ex multis rationibus fuit conclusum ad fauorem primi donatarij, & responsum contrarijs facit quod dixi in §. *Hypotheca n.* 38. & prædictam conclusionem sequitur alijs pluribus citatis Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 237. *per tot.* vide *supra n.* 35.

Qualiter autem donatio conditionalis, existente conditione efficiatur pura, & conditio possit impleri per æquipollens etiam diuersum quando idem resultat effectus, Rot. *par.* 12. *rec. dec.* 235. *per tot.* vide in §. *Conditio n.* 3.

De omnibus sub hoc numero contentis videndus plenè cum pluribus citatis Antunez. Portugal. *de donat. Reg. lib.* 1. *Prælud.* 2. §. 2. *per tot.* vbi per num. 170. totam materiam donationum conditionalium benè explicat, & resoluit.

Donatio facta à muliere sine solemnitatibus statutarijs 72
est omnino nulla, nec sustinetur ex causa dotis, vel alia pietatem respiciente quando dicta causa non fuit finalis, sed tantùm impulsiua, ita vt nec sufficiat se contulisse ad donandum extra territorium in loco, in quo non vigeat statutaria dispositio, quando id apparet factum in fraudem statuti, prout præsumitur vbi non apparet de alia causa proficiscendi, vel existendi extra territorium, Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 17. *per tot.* Pic. *ad Stat. Vrb. gloss.* 7. *num.* 16. *& seqq.* dixi in meis resol. *cap.* 87. *n.* 11. *& seqq. per tot.* & in hoc Opere §. *Mulier num.* 11. *& num.* 23. & dicta decisio fuit cum alijs motiuis confirmata eadem *part.* 13. *recent. decis.* 145. *per tot. & rursus decis.* 314. *per tot. d. part.* 13. *& part.* 14. *decis.* 475. vbi quod donatio sustinetur ex causa dotis, non autem donationis propter nuptias, nec matrimonij alieni, etiam si sit facta à muliere Magnate, siue Principissa, & sub verbo Principissæ, quod tantum habet vim iuramenti, quod etiam expressè præstitum non sufficit, vide in §. *Statutum requirens num.* 19. Rot. *part.* 15. *decis.* 23. vbi fuit confirmata præcedens decisio pro nullitate, & duplici distinctione opiniones concordatæ, & rursus confirmatæ *d. par.* 15. *dec.* 57.

Sicut etiam donatio facta à minore sine debitis solemnitatibus est nulla, etiam si donans esset miles, nisi reperiatur in expeditione, & loco hostili, vel in actu pugnandi, Rot. *par.* 14. *recent. dec.* 166. *n.* 2. *& seqq. per tot.* vbi etiam quando non obstet tacita ratificatio, de quo dixi in §. *Ratificatio n...* & rursus Rot. *d. par.* 14. *decis.* 230. *per tot.* vbi etiam si esset ex causa matrimonij, & pro conseruatione familiæ, *& d. par.* 14. *dec.* 289. *&* 380. vbi fuit confirmata prima decisio, vide in §. *Minor*.

Quòd imò donatio facta à muliere contemplatione certi matrimonij per donatariam contrahendi valeat, & sustineatur absque solemnitatibus statutarijs; quicquid in minore posset distingui inter causam voluntariam, & necessariam, probat eadem Rot. *par.* 14. *rec. dec.* 321. *per tot.* vide *supra n.* 21.

De donationibus si quis alia desiderat, vltra tractatus particulares, videat Thoro *Compend. decis. Neap. par.* 1. 2. *&* 73
3. *verb. Donatio*, vbi implet multas paginas Castellon. *in Alphab. iurid. verb. Donatio, Dos, &c.* Cancer. *var. resol. par.* 1. *cap.* 8. *per tot.* Com. August. Fontan. *Bibliotb. leg. part.* 4. *eodem verb. fol.* 443. *&c.* Io. Torre *tract. de success. in Maiorat. & Primogen. Ital. in varijs locis, prout in Indice totius Operis in fine par.* 3. *verb. Donatio.*

Donatio in aliquibus casibus sustinetur in foro exteriori, 74
& irritatur, vel est peccaminosa in foro conscientiæ; prout è contra aliquando irritatur in foro exteriori, & sustinetur, ac obligat in foro animæ, vt benè declarat Valer. *de differ. vtriusque fori, verb. Donatio per tot.* vbi adducit decem differentias circa donationes inter forum externum, & internum.

Donatio facta contemplatione certi matrimonij, non 75
potest reuocari, vt benè probat Andreol. *contron.* 294. *n.* 5. *& seqq.*

§. Dos

§. DOS. XXII.

1 Dos promiſſa venit ſub nomine dotis, & compræhenditur in ſtatuto loquente de dote, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 666. *n.* 22. *& ſeqq.* Altograd. *conſ.* 29. *n.* 37. *& ſeqq. lib.* 2. vide *in §. Statutum de lucro dotis n.* 10. Paul. Chriſtin. *decif.* 132. *num.* 15. *&c. vol.* 3. Peregrin. *decif.* 18. 34. 154. Viui. *comm. opin.* 227. *&* 228.

Quod promiſſa, deſtinata, vel aſſignata pro puellis maritandis, etiam nondum ſequuto matrimonio dicatur propriè dos, & veniat ſub nomine dotis, Magon. *decif.* 86. *per tot.* Tuſch. *litt. D. concluſ.* 788. vbi quod dotata dicitur filia, cui fuit dos in teſtamento aſſignata ad effectum vt tanquam dotata excludatur à ſucceſſione, & alia vt ibidem.

An autem dos dicatur illa, quæ fuit reſtituta poſt ſolutum matrimonium, Iaſ. *in Rub. ff. ſolut. matrim.* Rot. *part.* 14. *recent. decif.* 484. vbi quod non dicitur amplius dos, ſed ſtatim efficitur patrimonium filiorum, & idem eſt facta recuperatione fundorum dotalium à muliere, vt omnis actio dotalis extinguatur.

Ante tamen reſtitutionem dicitur propriè dos, etiam ſoluto matrimonio, Viui. *comm. opin.* 228.

Quod non poſſit ſtare ſine matrimonio valido à principio, *l.* 2. *ff. de iur. dot.* Montan. *de tut. c.* 31. *effect.* 8. *& vlt. n.* 14. *&c.* Tuſch. *litt. D. concluſ.* 737. *per tot.*

Quid ſit dos, & quotuplex, quomodo, & à quibus conſtitui poſſit, vel non, latè Tuſch. *litt. D. concluſ.* 717. *& ſeqq.* Paul. Chriſtin. *decif.* 132. *&* 133. *per tot. vol.* 3. plenè Bald. Campeg. & alij, qui de dotibus integros tractatus ediderunt.

2 Dos promiſſa conſtitui per maritum ignobilem, vel ſenem vxori iuueni, vel nobili, debetur ab hæredibus illius ipſi mulieri, licet vir deceſſerit ante matrimonium carnali copula conſumatum, Afflict. *decif.* 61. *numer.* 4. *&* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 690. *n.* 2. *&* 3. *& c.* 862. *num.* 13. *&c.* vide *in §. Donatio n.* 6.

3 Dos promiſſa conſtitui, & non conſtituta debetur ab hæredibus promittentis vxori etiam tranſeunti ad ſecunda vota poſt annum luctus non relictis filijs, nam per tranſitum ad ſecundas nuptias, non amittit ea, quæ habuit a primo viro, vbi non remanſerunt reliquæ primi matrimonij, Afflict. *d. decif.* 61. *num.* 6. vide *in §. Diſpoſitio num...*

An autem dos conſtituta vxori à marito dicatur propriè dos, vel donatio propter nuptias, vide *in §. Augmentum num... §. Donatio num.*

4 Dos confeſſata an habeat priuilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis, maximè quando fuit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, vel lapſum eſt tempus opponendi, late Merlin. *de pign. lib.* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 58. *per tot.* dixi in §. *Confeſſio num* 9. *& ſeqq. & §. Priuilegium num....* vbi quod non in præiudicium creditorum, ſed tantum in præiudicium ipſius mariti, & hæredum, *infra num.* 26.

Plura de priuilegijs dotis, Paul. Chriſtin. *decif.* 133. *per tot. vol.* 3. idem Chriſtin. *decif.* 128. *vol.* 4. dixi *in §. Hypotheca, & §. Priuilegium.*

Qualiter dos habeat etiam priuilegium tacitæ, & ſubintellectæ ſtipulationis, Viui. *comm. opin.* 230. per text. *l. vn. C. de rei vx. act.* dixi *in §. Stipulatio num.* 13. Ludouiſ. *decif.* 328. *n.* 8.

5 Dos incerta poteſt conſtitui fauore mulieris, vt habeat quid repetat, non mariti, vt aliquid exigat, nedum ſi ſpecificatio conferatur in tertium, ſed etiam in alteram ex partibus per verba importantia arbitrium boni viri, vel etiam liberam voluntatem, Alex. *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim.* Pract. Papp. *libell. quo vx. ag. ad dot. gloſ.* 1. *in Addit.* Tuſch. *litt. D. concluſ.* 727. *per tot.* Chriſtin. *decif.* 132. *num.* 5. *vol.* 3. latè Magon. *decif. Flor.* 7. *per tot.* vbi etiam quod differente hærede, vel alio arbitro declarare, poteſt de directo adiri iudex ſine alia interpellatione, vt ipſe declaret, & quod hæres debet infra annum declarare &c. Rot. *part.* 11. *recent. decif.* 123. *num.* 21. vbi quod ex priuilegio dotis ſuccedit arbitrium iudicis vice alterius arbitrari debentis.

An poſſit dos promitti ſub conditione, & qualiter conditio habenda ſit pro impleta, ſi per eum ſtat, qui implere tenetur quominùs impleatur, Rot. *part.* 15. *recent. decif.* 350. vbi de fratre, qui dotem ſorori promiſerat, quando ipſe vxorem duceret, & fuit coactus ſoluere, licet vxorem non duxerit.

De contractu dotis, eiuſque cauſis, & effectibus, & tota materia latè Petr. de Onnate *de contract. tom.* 2. *tract.* 11. *per tot. à fol.* 336. *ad* 571.

Quod incertitudo non vitiet contractum dotis, intellige in ipſius conſtitutione, ne mulier remaneat indotata, ſecus autem in ſolutione dotis iam conſtitutæ, nam tunc incertitudo vitiat ſicut in alijs contractibus, Magon. *decif. Luc.* 20. *num.* 31. *&* 32. *cum Addit.* & vide in §. *Incertitudo num...*

Dos illius fauore probatur verbis enunciatiuis per fratres in diuiſione prolatis, vt quando dixerunt quod vous deducere debeat tantam dotem ſuæ vxoris, ita vt ex hac ſola enunciatiua competat actio mulieri licet abſenti, & nemine pro illa ſtipulante, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 739. *per tot.* intelligendo quando certa quantitas fuit expreſſa, idem Gratian. *c.* 824. *n.* 15. *&c.*

Qualiter poſſit probari dos per verba enunciatiua, latè Genu. *de verb. enunciat. q.* 32. *per tot. fol.* 66.

Quod probetur per coniecturas, præſumptiones, & indicia, ſicut & verbis enunciatiuis nedum præſente, ſed etiam abſente parte prolatis, latè Maſcard. *de probat. concl.* 565. *& ſeqq.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. decif.* 316. *per tot.* Peregrin. *decif.* 34. *n.* 4. *& ſeqq.* vbi adducit plures coniecturas, ex quibus probatur conſtitutio dotis ad effectum, vt in ea procedat ſtatutum de lucro dotis.

Quod poſſit etiam per epiſtolam conſtitui, & probari, Genu. *de ſcript. priuat. lib.* 3. *q.* 32. *fol.* 145.

An autem probetur ex fide ſolutionis gabellæ, Mart. Medic. *decif.* 87. *cum Addit.* vide in §. *liber n...* Maſcard. *de probat. concl.* 569.

Quando instrumentum dotis eiuſdem diei cum alijs præſumatur prius factum, & præferatur alijs, vide in §. *Contractus n.* 47. *& §. Inſtrumentum n.* 12.

Et generaliter quando dos ſit priuilegiata in probationibus, & ſufficiant leuiores, Maſcard. *de probat. concluſ.* 565. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 753. *numer.* 18. *&c.* Tuſch. *litt. D. concluſ.* 722. *per tot.* Rot. *part.* 10. *recent. decif.* 196. *per tot.* vbi qualiter poſſit probari per teſtes, vel aliter deponant, & ſibi non contradicant, & alia ad excluſionem probationis dotis, Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſ.* 3. *part.* 7. vbi plura de probatione dotis per ſcripturam priuatam per teſtes, & alijs modis.

Quod fauore dotis ſatis ſit habere vnum Doctorem pro illa, & ſufficiat dicere, ſpeciale eſt in dote, Magon. *decif. Flor.* 86. *n.* 5. *&* 6.

Quod in dubio ſemper ſit facienda interpretatio fauore dotis, Tuſch. *litt. D. concluſ.* 742. *per tot.* & quod dos habeat multa priuilegia, & qualia, latè idem Tuſch. *loc. cit. concluſ.* 743. *& ſeqq.*

Quando autem admittat interpretationem contra ſe, & nulla habeat priuilegia, idem Tuſch. *litt. D. concl.* 752. *&* 753.

Dos æqualis inter ſorores eſt conſtituenda, quamuis paragium non conſiſtat præcipuè in dote, cùm æquè dicantur dotatæ ſi æquè benè ſint collocatæ, licet plus vni, quam alteri tradatur, Dec. *conſ.* 26. *in prin.* Rot. *part.* 2. *diuerſ. decif.* 155. *n.* 7. Vrſil. ad Afflict. *decif.* 169. *n.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 231. *n.* 27. *&c.* Alciat. *reg.* 1. *præſumpt.* 7. *n.* 3. Ludouiſ. *decif.* 63. *n.* 23. 7

Quod dos de paragio intelligatur iuxta vires patrimonij, dignitatem familiæ, & qualitatem viri, Caualer. *decif.* 260. *n.* 3. *& decif.* 298. *n.* 5. *infra n.* 20.

Quod pater poſſit maiorem dotem vni filiæ quam alteri dare, fratres verò teneantur æqualitatem ſeruare, vide in §. *Filia num.* 79. §. *Pater num.* 12. & in meis reſolut. *cap.* 90. *numer.* 29. *&* 30. Peregrin. *decif.* 36. *per tot.* Rot. *part.* 9. *recent. decif.* 198. *numer.* 18. vbi loquitur de patre tantùm.

Quæ autem ſit præferenda in ſolutione dotis, vide Neguſ. *de pign. numer.* 79. Paul. Chriſtin. *decif. Belg.* 341. *vol.* 1.

Dos conſiſtens in creditis, iuribus, & actionibus, dicitur conſiſtere in vniuerſitate bonorum, & tranſit cum ſua cauſa, & onere, nec ex ea debetur aliquod lucrum ſi adſit fideicommiſſum, & ſcientia illius in marito,

Gra-

Gratian. discept. forens. cap. 245. num. 48. & seqq. vide in § Statutum de lucro num.

Qualiter dos consistens in crediris, & locis montiom sit restituenda, & an ex ea debeatur lucrum, latè Tusch. lit. D. conclus. 768. & seqq.

Quid si consistat in vsufructu an fructus cedant lucro mariti, vel sint restituendi, latè Merlin. decis. 843. & dixi in § Vsusfructus n. 12.

9 Dos consistens in pecunia, vel alia re, non potest commutari in bonis, vel alia re etiam de consensu vxoris, nisi duo copulatinè concurrant vtilitas, & commodum, ita vt vno deficiente corruat contractus, nec valeat pactum collatum in euentum incertum, l. ita constante 27. ff. de iur. dot. l. si mulier 21. in fine ff. de pact. nupt. Bart. in l. Attilicinus 17. ff. de pact. dot. Gratian. discept. forens. cap. 435. per tot. Vrsil. ad Afflict. decis. 336. Altograd. cons. 25. numer. 20. &c. lib. 2. Gratian. decis. 47. in Addit. Sperel. decis. 164. numer. 11. &c. vide in § Fundus numer. 5. &c. § Nouatio num. 4. § Pactum numer. 15. vbi quod procedit etiam stante iuramento, iuxta Rot. part. 2. diuers. decis. 279. sub numer. 10. vide Tusch. lit. D. conclus. 795. per tot. Rot. part. 9. recent. decis. 198. numer. 11. & decis. 269. numer. 12. & seqq. vbi quoad iuramentum contrarium firmat de iure canonico, adde Merlin. decis. 77. numer. 792. numer. 17. & seqq. Buratt. decis. 775. numer. 20. Rot. part. 14. recent. decis. 376. numer. 29. vbi etiam numer. 23. &c. quando dicatur consistere in quantitate, vel in specie.

Quòd dote constituta, non possit ex interuallo aliqua conditio, vel dilatio appoui in præiudicium ipsius dotis, & mulieris, Rot. part. 15. recent. decis. 350. num. 4. & seqq. part. 16. decis. 77. part. 17. decis. 349. num. 4. & seqq. vbi quòd dos constituta in pecunia non potest conuerti in fundum dotalem sine consenso, & vtilitate mulieris, & part. 19. decis. 392. vide in § Fundus.

10 Dos durante matrimonio non præsumitur communicata inter socios omnium bonorum, l. actione § fur. cum l. seq. ff. pro soc.

Et qualiter inter eos communicetur, Pract. Papp. caus. societ. glos. vndecumque n. 1. Michalor. de fratr. part. 2. cap. 15. num. 12.

Quod sit communicanda, & de communi restituenda adoeniente casu restitutionis, Gratian. discept. forens. cap. 904. per tot.

11 Dos vxoris vnius ex filijs à patre recepta, vel de eius consensu alteri soluta, debet antè omnia in diuisione tamquam æs alienum deduci, soluta verò ipsi filio, ita demum deducitur, si doceat de versione in vtilitatem communem, Cabal. cons. decis. 62. lib. 1. Caualer. decis. 426. per tot. facit infra num. 34. vide latè Tusch. lit. D. conclus. 770. & seqq.

An, & quando pater censeatur obligatus ad restitutionem dotis norus dixi in § Pater numer. 1. & seqq. Rot. part. 13. recent. decis. 349. numer. 5. vbi quod est obligatus quotiescumque dos fuit illi soluta, vel filio de ipsius patris consensu, iuxta text. in l. cum dotem 23. § transgrediamur ff. solut. matrim. Neguss. de pign. part. 2. memb. 4. num. 36.

12 Dos quando succedit loco legitimæ, vel vigore statuti, vel vigore dispositionis testatoris ad suitatem filiam exclusam reintegrantis (de quo infra dicetur) est de ipsa legitima filio grauato debita, detrahenda, & soluenda sorori, quæ etiam tunc partem facit, & numerum ad augendam legitimam; vbi verò dos non est subrogata, nec succedit loco legitimæ (de quo pariter infra) debet tamquam æs alienum, & onus legale ante legitimam deduci de vniuersitate bonorum, Thess. decis. 159. num. 18. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæst. 6. numer. 13. & 14. Rot. post eumdem Merlin. decis. 106. & part. 3. recent. decis. 408. Ang. l. planè 34. § duobus numer. 4. ff. de leg. 1. Corn. cons. 197. numer. 22. lib. 1. Fabrit. Pontirol. in Respons. pro Mambellis numer. 406. & seqq. Cesenæ impresso de anno 1645. & dixi in meis resolut. cap. 60. numer. 1. vide in § Legitima numer. 21. Rot. part. 11. recent. decis. 180. & part. 13. decis. 277. num. 16. & 17. vbi quod quando legitima est semis propter numerum filiorum vltrà quatuor, dos, quæ filiabus debetur super bonis paternis venit detrahenda ex legitima, & non ex tota hæreditate, & fideicommisso, quod aliàs exhaurirerur.

13 Dos stante statuto fœminarum exclusiuo, an succedat loco legitimæ, vel non, sic communiter distingui solet, non aut statutum simpliciter excludit fœminas propter masculos, & mandat illas dotari, & tali casu, cùm dicantur exclusæ non propter dotem, sed propter qualitatem fœmineitatis, dos non succedit loco legitimæ; aut excludit fœminas dotatas, & sic cum qualitate dotationis, & si dotatæ non fuerint mandat illas dotari, & hoc casu cùm excludantur propter dotem, & non simpliciter propter illam qualitatem fœmineitatis, dos succedit loco legitimæ iuxta theoricam Paul. de Castr. in l. Titio centum § Titio genero numer. 7. ff. de condit. & demonstrat. Magon. decis. Flor. 14. numer. 5. & 6. Menoch. lib. 4. præsumpt. 146. numer. 40. &c. Gratian. discept. forens. cap. 689. numer. 44. cap. 700. numer. 29. & cap. 882. numer. 36. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 6. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 33. numer. 8. & part. 3. cap. 4. numer. 12. &c. Buratt. decis. 215. Seraph. decis. 959. numer. 5. Rot. in Nouiss. part. 5. decis. 400. numer. 33. & post Merlin. de legit. decis. 74. numer. 2. & decis. 114. numer. 8. & seqq. Altograd. cons. 87. numer. 11. & seqq. ad 28. lib. 1. vbi loquitur in Statuto Ferrariæ, & ostendit vigore illius, dotem non succedere loco legitimæ, & cons. 17. lib. 2. vbi de Statuto Genuæ, quamuis in terminis eiusdem Statoti Ferrariæ contrarium, scilicet dotem loco legitimæ succedere, plenè probat Galuan. cons. 31. per tot. adde Pancirol. d. respons. numer. 397. & seqq. Tusch. lit. L. conclus. 206. per tot. Rot. part. 12. recent. decis. 342. numer. 9. & seqq. & part. 13. decis. 128. numer. 10. vbi de Statuto Vrbis, cuius vigore non succedit loco legitimæ, cùm incipiat ab exclusione, non autem à donatione &c. intelligendo de Statuto cap. 145. lib. 1. loquente de successione ab intestato; secus autem de statuto in antecedenti cap. 141. disponente de successione ex testamento, cuius vigore dos succedit loco legitimæ, vt distinguit Rot. ibidem num. 14. & decisiones concordantes allegat, Rot. part. 15. decis. 156. num. 16. decis. 10. num. 12. vbi quòd vigore statuti Vrbis cap. 141. succedit loco legitimæ, & part. 16. decis. 100. Bich. decis. 88. vbi de Statuto Vrbis, & Tiburtino.

Quæ quidem distinctio Castrensis, licet communissima, & ob omnibus ferè scribentibus, & Tribunalibus canonizata impugnatur à Laderch. cons. 25. Galuan. d. l. cons. 31. num. 78. 99. 100. & seqq. & non penitus sine ratione, cum sit potius verbalis, quam realis, inuicem confundatur, & possit ad libitum applicari, prout passim faciunt consulentes, & scribentes, sicuti alias dixi in meis resolut. c. 60. n. 3.

Ad cognoscendum igitur an, & quando dos succedat loco legitimæ, vel non, quod est maximi effectus iuxtà superius dicta, & inferius dicenda, semper existimaui, vltra doctrinam Castrensis, aliam posse clariorem considerationem adhiberi, nempè an statutum aliquo modo faciat mentionem de legitima expresè, vel tacitè, vt quia mandet fœminas competenter dotari, vel prohibeat petitionem supplementi, vel quod referuat est per modum quotæ cum adiecto ne plus peti possit, nec minus relinqui, vel si extaret aliud statutum disponens semper legitimam debere esse saluam in omnibus dispositionibus, vel declarans, illam esse congruam dotem, quæ ad legitimam ascendat, vel quando fœminæ numerantur cum filijs, & faciunt partem ad augendam legitimam, nam in his, & similibus casibus, in quibus aliquo modo appareat habitus respectus ad legitimam, & in dubio semper dos succedit loco legitimæ, vt sit pura, & transmissibilis, ne filia priuetur simul successione, & legitima, Corn. cons. 40. num. 13. lib. 3. cum alijs per Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 6. num. 32. & per tot. Galuan. d. cons. 31. per tot. & dixi in allegat. resolut. 60. n. 3. & seqq.

Potest etiam dos subrogari loco legitimæ ex dispositione testatoris, licet vigore statuti non esset sobrogata, & hoc non solum expresè, sed etiam tacitè ad suitatis iura, & effectus filiam à statuto exclusam reintegrando, quod facere voluisse dicitur pater si tria præcipuè concurrant, nempè titulus honorabilis, & solemnis institutionis, quota vniuersalis, & quod nominatim pro legitima factum sit relictum, Paris. cons. 54. num. 19. & seqq. lib. 2. Gabriel. cons. 140. num. 8. Honded. cons. 53. num. 23. Gregor. decis. 565. num. 2. & 9. Rot. part. 1. diuers. decis. 266. num. 3. Peregrin. de fideicomm. art. 38. num. 26. Merlin. d. quæst. 6. n. 14. & seqq. Pontirol. in Respons. pro Mambellis n. 396. & seqq. ad 405. Cesenæ impresso de anno 1645. vide supra num. 12. Rot. part. 13. recent. decis. 128. n. 10. & seqq.

Intel-

Intellige omnia prædicta, vt dos ſuccedat loco legitimæ, non ſtatim quod data fuerit à patre, ſed tunc demum cùm ius petendi legitimam aduenerit, nempè poſt mortem patris, nam eo viuente non conſideratur legitima, nec aliquis eius effectus, vt benè declarat videndus Seraph. *deciſ.* 815. *num.* 4. *&* 5. latè Altograd. *conſil.* 40. *cum tribus ſeqq. per tot. lib.* 2. & dixi in reſol. *cap.* 60. *num.* 7. *&* 9. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 353.

Non autem dos ſuccedit loco legitimæ quando ſtatutum vel teſtator diceret, dotem eſſe capiendam non iure directo, ſed de manu hæredum, vel eſſe ſoluendam in pecunia numerata, ſiue quando filia nubet, vel cum ſimilibus conditionibus, & qualitatibus repugnantibus naturæ ipſius legitimæ, quæ iure directo, in quota bonorum, ſtatim poſt mortem patris, & abſque onere debetur, Brun. *de ſtat. excluſ. fœm. art.* 11. *num.* 18. cum alijs per Merlin. *de legit. d. quæſt.* 6. *num.* 15. *& ſeqq.* dixi in *d. cap.* 60. *num.* 6.

Et multa quando dos non ſuccedat loco legitimæ, vide per Altograd. *conſ.* 88. *per tot. lib.* 1. *& conſ.* 17. *per tot. lib.* 2. Rot. *part.* 10. *recent. deciſ.* 123. *num.* 13. *& ſeqq.* vbi quòd ex ſtatuto Vrbis non ſuccedit loco legitimæ, cui teſtator videtur ſe conformaſſe legando dotem in caſu nuptiarum, vide in §. *Legatum num.* 48. *&* 49. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 342. *num.* 9. *& ſeqq. & part.* 13. *deciſ.* 128. *num.* 9. *&c.*

Quando ſuccedat loco alimentorum, Tuſch. *litt. D. concluſ.* 775. *per tot.*

14 Dos quando ſuccedit loco legitimæ iuxtà prædicta, ſtatim prout legitima peti poteſt, non exſpectatis nuptijs, & interim per ipſam mulierem, etiam innuptam ad hæredes tranſmittitur, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ſi poſt mortem patris decedat; ſecus autem ſi non ſuccedat loco legitimæ, Cæphal. *conſ.* 245. *num.* 31. Franch. *deciſ.* 618. *per tot.* Caualer. *deciſ.* 162. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 146. *num.* 47. *&* 48. Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. *& per tot.* Altograd. *conſ.* 87. *num.* 11. *& ſeqq. lib.* 1. *& conſ.* 17. *num.* 34. *&* 35. *lib.* 2. Rot. *part.* 12. *recent. deciſ.* 342. *per tot.* vbi quando non ſuccedit loco legitimæ, non debetur niſi tempore nuptiarum, & ſufficit fratres eſſe paratos dotare dicto tempore, & interim alimenta præſtare, Martha *vot. Piſ.* 47. vbi quòd dos debita vigore ſtatuti quando non ſuccedit loco legitimæ, non tranſmittitur ad hæredes, ſi caſus mortis eueniat ante matrimonium.

Quòd dos ſecundum ius commune, ſiue ſit relicta à patre, vel non debeatur regulariter tantum adueniente tempore nuptiarum, & interim alimenta, nec tranſmittatur ad hæredes, niſi aliter conſtet ſtatim deberi, vel niſi verſemur in caſibus, in quibus ſubrogetur loco legitimæ, quia tunc proximè dicta procederent, Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 8. *per tot.* Magon. *deciſ. Flor.* 14. *per tot.* Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 146. *num.* 39. *&c.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 4. *per tot.* vide in §. *Legatum num*... & in reſol. *cap.* 60. *num.* 8. *&c.*

Quòd dos non tranſmittatur ad hæredes, ſi mulier dotanda moriatur non ſequutis nuptijs, niſi fratres eſſent in mora dotandi, ſiue per interpellationem illis factam, ſiue per lapſum ætatis 25. annorum puellæ, Ger. Spin. *conſ.* 81. *num.* 16. *&c.*

15 Dos conſignata in bonis à fratribus ſorori ad effectum illam excludendi à ſucceſſione tranſit in eius dominium, ità vt etiam ſi poſteà non nupſerit, poſſit de illa ad libitum diſponere, quia licet videatur debita ſub conditione nuptiarum, & ſub eadem conditione aſſignata, & ſic ea non ſequuta ad fratres reuerti, tamen ſecus eſt, ſtantibus verbis, & clauſulis tranſlationem dominij importantibus, & mora fratrum in illam nubendo, quæ dicitur contracta poſt 25. annos ætatis ſororis, & operatur quod dicta conditio habeatur pro impleta, vt benè probat videndus Ger. Spin. *d. conſ.* 81. *per tot.* vide in §. *Fœmina num.* 11. *&* §. *Statutum excludens num.* 26. *& ſeqq.*

16 Dos quando ſuccedit logo legitimæ, nullum recipit onus, & adiectum ipſo iure reijcitur, ità vt pater non poſſit ſtipulari, vt ad illum, vel eius hæredes reuertatur decedente filia etiam ſine liberis, Corn. *conſ.* 162. *num.* 11. *lib.* 2. Seraph. *deciſ.* 815. *num.* 2. Altograd. *conſ.* 17. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 353.

Imò etiam ſi non ſuccedat loco legitimæ, non poteſt pater dotans aliquid onus apponere, nec ſibi, & hæredibus illam ſtipulari, vel ſaltem tale pactum, & onus, non ſuſtinetur ad fauorem hæredum patris poſt illius mortem, ſed tantum eo viuente, vt probat Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 18. *& ſeqq. & quæſt.* 6. *eod. tit. num.* 12. Natt. *conſ.* 455. *num.* 9. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 297. *nu.* 20. *& ſeqq. per tot.* vide Tuſch. *litt. D. concluſ.* 782.

Contrarium tamen in hoc caſu quando dos non ſuccedit loco legitimæ, quod recipiat diem, & conditionem, ac ſtipulationem, cæteraque onera à patre in actu dotationis appoſita etiam ad fauorem ſuorum hæredum, vel aliorum in dote poſt mortem filiæ ſine liberis ſubſtitutorum, nec talia onera reijciantur, infinitis propè relatis contra Merlin. latè eius fundamentis reſpondendo, & illa retorquendo, probat de communi, & magis communi Altograd. *conſ.* 18. *per tot. lib.* 2. vide Tuſch. *d. concluſ.* 782. *per tot.* Addit. ad Sanfelic. *deciſ.* 353.

Quòd quando dos ſuccedit loco legitimæ, non recipiat onus fideicommiſſi, etiam reciproci, veluti quando duabus filiabus relinquitur dos, cum hoc, vt altera ſine filijs decedente, ad ſuperuiuentem ſpectet, ità vt non obſtante tali onere adiecto, poſſit quælibet de parte ſua ad libitum teſtari, & diſponere, in præiuditium alterius, plenè Galuan. *conſ.* 31. *per tot.* vide in §. *Subſtitutio num*...

Dos licet ſuccedat loco legitimæ, quatenùs ipſam legitimam excedit, poteſt quocumque onere, & pacto grauari, imò etiam in totum donec viuit pater dotans, cùm non aſſumat naturam legitimæ, nec eius priuilegia, niſi poſt mortem patris, vt ſuprà dixi; ac etiam ſuſtinetur onus, & grauamen in tota dote ad fauorem hæredum patris, ſi filia aliundè fuerit ſuam legitimam conſequuta, aut conſequi valeat, vel ſi non loco legitimæ, ſed alimentorum tantum ſubrogetur, prout illa, quæ ſoluitur filiæ naturali de æquitate canonica, in qua valet pactum reuerſionis ad hæredes patris poſt mortem filiæ naturalis ſine filijs, vel ſi ab extraneo dos conſtituatur, vt benè probat Altograd. *conſil.* 18. *num.* 21. *& ſeqq. ad* 34. *lib.* 2. Rot. *part.* 15. *deciſ.* 196. vbi in terminis ſtatuti Bononiæ quidquid aliter tenuerit Rot. Bononien. quæ ibi reprobatur; ſicut etiam poteſt grauari fideicommiſſo fauore filiæ, ipſiuſque deſcendentium, & quare, Rot. *part.* 16. *deciſ.* 370. vide in §. *Fideicommiſſum num.* 20. *&* §. *Legitima num.* 30. 17

Et quod licet ſuccedat loco legitimæ poſſit etiam in totum grauari onere reuerſionis ad patrem dotantem, vel onere fideicommiſſi, ſtantibus verbis vniuerſalibus, & prægnantibus ſtatuti geminatè iubentis, filias contentas eſſe debere dote ſibi conſtituta, nec aliud quomodocumque, & ex quacumque cauſa petere poſſint, probat idem Altograd. *d. conſ.* 18. *num.* 59. in terminis ſtatuti Genuæ ità diſponentis.

Dos quando ſuccedit loco legitimæ, dicitur proprium patrimonium mulieris durante matrimonio, ſi verò non ſuccedat loco legitimæ, non dicitur propriè patrimonium filiæ, ſed quaſi cum inſpecta veritate ſit potius patris; ſoluto autem matrimonio ità demum dicitur patrimonium filiæ ſi ſuccedat loco legitimæ, vel ſi in actu dotationis, vel promiſſionis, pater ſibi illam non fuit ſtipulatus, adeò vt ex interuallo non poſſit in ea filiæ præiudicare, niſi ipſa conſentiat, ſecus autem ſi non ſuccedat loco legitimæ, & in actu dotationis, vel promiſſionis, vel incontinenti ſibi, & hæredibus fuerit reſtitutionem dotis ſtipulatus in caſu mortis filiæ ſine filijs, vel alium ſubſtituit, nam iſto caſu pater acquirit ſibi, & ſuis hæredibus actionem de dote, & ideò dos non efficitur patrimonium filiæ, & de illa non poteſt diſponere, nec antè, nec poſt nuptias, donec poteſt eſſe locus ſtipulationi prædictæ, vel donec durat ſpes fideicommiſſi in dote appoſiti, Rom. *conſ.* 134. *num.* 4. Gabriel. *conſ.* 116. *num.* 26. *lib.* 1. Caſtr. *conſ.* 16. *nu.* 3. *lib.* 2. cum alijs per Altograd. *conſ.* 18. *num.* 47 *& ſeqq. ad* 52. *lib.* 2. Tuſch. *litt. D. concl.* 736. vbi quando dos dicatur patrimonium mulieris. 18

Et quod ſtante ſtipulatione ad fauorem patris, & hæredum in caſu decedentiæ filiæ ſine liberis, & illius validitate iuxtà ſuperius dicta, non poſſit filia de dote diſponere, nec teſtari, etiam poſt mortem patris, ſed dos reuerti debeat ad hæredes patris virtute dictæ ſtipulationis, quæ non tantum in primo matrimonio, ſed etiam in ſecundo, in quo videtur repetita ſuum operatur effectum, quidquid ſit, vbi eſſet concepta in caſum ſoluti matrimonij per mor-

mortem viri, quia tunc restringi posset pro prima vice, & primis nuptijs, idem Altograd. *consil.19. per tot. lib.2.* facit quod dixi in §. *Vidua num...* & §. *Vxor num...* & vide in meis resol. *cap.77. num.19. & seqq.* vbi alios allegaui, facit Sanfelic. *decis.353. cum Addit.*

19 Dos data filiæ cùm dicatur profectitia, ipsa decedente etiam cum filijs, de iure communi ad patrem superstitem reuertitur, quia in profectitijs nemo habet hæredem, *l. dos à patre ff. solut. matrim. l. nuptæ eod. tit. & l. 1. & 2. ff. de castr. pecul.* Thess. *decis. 190. num. 1. & seqq. per tot.* Vrceol. *consult. forens. cap.7. per tot.* latè Tusch. *litt. D. conclus. 777. per tot.* Fachin. *controu. iur. lib.3. cap.71.* Paul. Christin. *decis. Belg.132. num. 14. vol. 3.* vbi distinguit vt vera sit propositio in filia existente in patria potestate, secus autem in emancipata,

Quando dos sit profectitia, quo casu ad patrem reuertitur, vel aduentitia, vt ad patrem non reuertatur, nec ad eum spectet vsusfructus, & alia ad rem, Rot. *part. 17. decis.391. num. 24. & seqq. & part. 18. decis. 614.* vbi quòd etiam à patre profecta potest de eius voluntate esse aduentitia, & quando talis dicatur ad plures effectus, maximè non faciendæ consolidationis, & vt pater teneatur ad fructus; de quo latè Caloir. *de æquit. lib. 3. cap. 249.* & Boss. *de dot. cap.3. num.172. & seqq.*

Ex consuetudine autem Martini, quæ præualet, stantibus filijs aufertur ab auo, & transfertur in nepotes, apud quod remanere debet, & eisdem in legitimam ex bonis aui debitam imputari, Bart. *in l. in quartam ff. ad l. falcid.* Thess. *d. decis.190. per tot. & decis. 237.* latè Merlin. *decis.433.* & alter Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 13.* Honded. *cons.32. num.24. lib.1. & cons. 35. num. 37. lib. 2.* Gratian. *discept. forens. cap. 556. num.35. & seqq. cap.627. num.15. & cap.882. per tot.* Michalor. *de fratr. part. 1. cap. 40. per tot.* Altograd. *cons. 18. num.55. & 56. lib.2.* Vrceol. latè *d. cap. 7. per tot.* Tusch. *d. conclus. 777. per tot.* Facbio. *controu. lib. 3. cap. 71.* Paul. Christin. *decis. Belgic. 272. volum.1.* vbi plura succinctè de hac materia, & quod habeat locum etiam in dote promissa, Addit. ad Sanfelic. *decis.353.*

Cessaret tamen dicta consuetudo Martini stante stipulatione patris de dote restituenda filiæ, & eius liberis, & tunc dos dicitur prouenire à matre in filios, & non ab auo, neque imputatur illis in legitimam aui, sed matris, Capt. *cons.13.* Magon. *decis. Flor.4. num.24.* dixi in resol. *cap.77. num.27.* vide Tusch. *loc. cit.* Merlin. *d. decis. 433. num. 18. & seqq.*

Et quod moriente filia vidua in patria potestate, & sic adhuc viuente patre, si filios non habeat, dos ad patrem reuertatur, *d. l. dos à patre ff. solut. matrim.* si verò præmoriatur pater consolidetur in filia, & efficiatur illius patrimonium, de quo possit liberè disponere de iure communi, licèt habeat filios, dummodò illis relinquat legitimam, Rot. *in Asculana dotis May 1617. coram Remboldo*, Gratian. *discept. forens. cap. 556. num. 33. & seqq.* & dixi in resolut. *cap.77. num. 28. & 29.* Vrceol. *consult. forens. cap. 8. num. 2.* Rot. *part. 13. recent. decis. 243.* vbi quòd stante pacto, & obligatione viri dotem restituendi, non potest mulier de illa disponere, & efficere ne reuertatur ad dotantem, cuius etiam consensus fraudulenter, & malis artibus extortus non suffragatur, maximè à sene obtentus, & tantò minus si detecta fraude fuit reuocatus, facit quod dixi in §. *Statutum de lucro num. 22.* Addit. ad Sanfelic. *decis.353.*

An autem moriente filia vidua in patria potestate, quamuis filios habeat, dos data ad patrem reuertatur, & filij filiæ quidquam prætendere non possint, quasi consuetudo Martini locum habeat tantummodò, si mulier decedat superuiuente viro, & alia ad hoc propositum affirmat Vrceol. *consult. forens. cap. 7. num.42. & seqq.* Paul. Christin. *decis. Belg.272. num.11. &c. vol. 1.* Thess. *decis. 138. per tot. & decis. 290. num. 12.* cum alijs per eos citatis; quamuis contrarium teneat Michalor. *de fratr. d. part. 1. cap.40. sub num.9.* vbi dictam opinionem iniquam, & nullatenus sequendam dicit.

Dicta Consuetudo Martini non habet locum in matre dotante, erga quam non consideratur patria potestas, nec impedit quin filia possit disponere de dote reseruata legitima filijs, Honded. *cons.91. num.80. lib. 1.* Merlin. *decis. 776. num.20.*

Quòd vigore pacti interpositi ad fauorem fratrum dotantium, dos reuertatur ad illos excluso marito, etiam stantibus filijs, quibus defunctis non succedit, cùm se excluserit per pactum, Franch. *decis. 491.* vide in §. *Lucrum num...* Tusch. *litt. D. concl. 776. per tot.* Sanfelic. *decis. 128. per tot.* vbi an valeat donatio, vel testamentum ad fauorem viri, stante dicto pacto inter virum, & fratres mulieris stipulantes in capitulis matrimonialibus, quibus non interfuit mulier, & an tale pactum validetur ratificatione capitulorum facta à muliere, cui non fuit narratus illorum tenor, & loquitur subtiliter de more.

Quòd dos sit restituenda illi, qui eam dedit, sicut cautio de restituendo est præstanda ad fauorem ipsius dantis, Gratian. *discept. forens. cap.666. num.27.*

Et viuente patre nullam competere actionem filiæ pro dote, nisi ille fuerit stipulatus simpliciter dotem filiæ reddi, Duran. *decis.272. num.1. &c.* vide in §. *Actio num. 15. & §. Filia num...*

Quòd dos non reuertatur ad patrem etiam si sibi stipulatus fuerit in omnem casum de iure, vel secundum formam iuris, quando supersunt filij filiæ, nec quando per pactum data fuit mulieri potestas de dote disponendi (& idem puto si per statutum) nec vbi data est pro omni eo quod prætendere potest, nec si pater sit decoctus, vel magno ære alieno grauatus, benè Vrceol. *in Append. ad cap. 7. in fine 2. vol. fol.11.*

Dos stante statuto fœminarum exclusiuo, si sit constituta à patre, non potest dici incongrua, nec aliquod supplementum peti, nisi fuerit adeò tenuis, vt resultet enormissima læsio; constituta verò à fratribus debet esse congrua respectu patrimonij, personarum, consuetudinis domus, & regionis, ac secundum temporum varietatem, Michalor. *de fratr. part.3. cap.3. per tot.* Merlin. *de legit. lib.3. tit.1. quæst. 12. & 13.* Rot. *part. 2. diuers. decis. 202.* Gratian. *discept. forens. cap.148. per tot. & cap.945. per tot.* Menoch. *de arbitr. cas.149. per tot. supra num. 7. & in §. Filia num. 79.* Merlin. *decis.249. num.17. &c. decis. 293. per tot.* Addit. ad Sanfelic. *decis. 384.* Mascard. *de probat. conclus. 570. per tot.* Martha *vot. Pis. 59.* vbi quando sit incongrua, & possit supplementum peti, non obstante dicto statuto. 20

Quòd dotis congruitas primo loco desumatur à quantitate legitimæ, deindè à consuetudine familiæ, quæ plurimum attenditur, maximè vbi concurrit solitum vtriusque familiæ sponsæ, & sponsi, Rot. *part.15. decis. 111. & decis.344.* vbi ad effectum deducendi ex fideicommisso, *& decis.376.*

Quòd filia à patre dotata in minori quantitate, quàm sit legitima, possit illo defuncto supplementum petere, per text. *in l. omnimodo, & l. scimus C. de inoff. testam.* & actio non exercita à filia transeat ad eius hæredes; sed quia dos à patre constituta in dubio præsumitur congrua, debeat actor liquidare, ac firmare statum hæreditatis patris, vt possit cognosci quanta debeat esset legitima, vel supplementum, vide Rot. *part.15. decis. 198. num. 1. & seqq.* & dixi in §. *Filia num.77. & §. Legitima num...*

Quòd regulariter dos congrua dicatur illa, quæ ascendit ad quantitatem legitimæ, Altograd. *cons. 5. num. 18. lib. 1.* Tusch. *litt. D. conclus. 789. per tot.* Merlin. *decis. 866. num.13.* vbi quòd verum est si concurrat dispositio statuti, Rot. *part. 10. recent. decis. 192. num. 28. & seqq.* vbi plura, *& part.13. decis.204. num.18. &c.* vbi quòd de iure stante fideicommisso, dos congrua dicitur, quæ commensuratur legitimæ.

Imò quod dos non consideretur congrua habita ratione legitimæ, sed ex dignitate, facultatibus, numero liberorum, more regionis, & qualitate personarum, etiam si sit minor legitima, idem Altograd. *cons.17. num.21. &c. lib. 2.* Tusch. *litt. D. conclus. 733. per tot.* Merlin. *decis. 249. num. 17. &c. decis. 293. per tot. decis. 866. num. 12.* latè Rot. *part.9. recent. decis. 130. per tot.* vbi quòd congrua reputatur attentis omnibus prædictis, etiam si longè legitimam excedat, & loquitur ad effectum, vt possit detrahi ex fideicommisso, quo casu inter alia præcipuè congruitas dotis desideratur, & rursus *decis. 438. num. 23. & seqq. ead. part.9. & part.10. decis.192. num.28. & seqq.* vbi plura ad effectum vt possit detrahi ex fideicommisso, *& part. 11. decis. 213. per tot.* vt possit detrahi ex primogenitura, & quid stantibus pragmaticis, siue Constitutionibus Pontificalibus, *& part. 12. decis. 48. part. 13. decis.28.*

Posse

Posse peti supplementum, non obstante statuto, quod nil aliud peti possit, vbi constat de enormissima læsione, ex qua resultet dolus patris dotantis, Gratian. *decis.* 27. *per tot.* latè Tusch. *litt. D. conclus.* 784. Martha *vot. Pis.* 59. vbi etiam quòd tale supplementum peti potest non solum ab ipsa filia, sed etiam ab eius hæredibus, licet extraneis.

Plura de congruitate, vel incongruitate dotis, respectu eius, quod mulieri debetur pro dote, respectu filiorum eiusdem matrimonij, ne tamquam inofficiosa possit impugnari, vel ob superuenientium liberorum reuocari, & alia plura ad interpretationem *l. si vnquam Cod. de rev. don. & l. hac edictali Cod. de sec. nupt.* ac de congruitate, & incongruitate dotis respectu creditorum dotantis, & quando possint pecuniam pro dote solutam reuocare, vel non, & respectu ipsius dotaotis, an, & quando possit ab ipso reuocari, vel non, ac respectu iuri si non sit sibi competens dos data, sicuti respectu vxoris, vt possit vel non prætendere quartam in bonis viri, iuxta *Auth. Præterea Cod. unde vir, & vxor,* latè videndus Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *gloss.* 8. *per tot. fol.* 82. *& seqq. ad* 186.

Quando dos sit congrua, vel non, si sit minor legitima, cum distinctione procedendo declarat videndus Io. Torre *tract. de success. in Maiorat. & Primogen. Ital. part.* 2. *quæst.* 48. *per tot.* Mans. *Consult.* 7. *num.* 20. *& seqq. lib.* 1. *consult.* 234. *num.* 23. *& seqq. lib.* 3. *consult.* 339. *num.* 17. 18. *& cons.* 364. *num.* 63. *lib.* 4. De filia nupta, & à Patre dotata, an possit dicere de incongruitate dotis, & supplementum petere, an Pater possit inæqualiter tractare filias circa dotem, quid infra tribus, & in Regnis quoad dotes de paraglo, & alia, Ramon. cum plena Annot. Iacob. Balduc. *cons.* 1. *per tot.*

Quòd dos non augeatur auctis facultatibus patris, si tempore assignationis fuit congrua, nisi filia esset enormiter læsa habito respectu ad tempus dotationis, non autem ad tempus mortis patris, Menoch. *de arbitr. cas.* 144. cum alijs per Rot. *part.* 2. *diuers. decis.* 202. *num.* 20. *&c.* Gratian. *d. decis.* 27. *num.* 12. *&c.* vide in §. *Filia num.* . . Tusch. *litt. D. concl.* 735. vbi videtur tenere esse attendendum tempus mortis patris, *& concl.* 788. *num.* 10. Addit. ad Sanfelic. *decis.* 384.

Quòd dos scutorum mille etiam pro qualibet persona nobili dicatur competens, Altograd. *cons.* 20. *num.* 27. *lib.* 2. Amat. *decis. March.* 28. *num.* 2. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 438. *num.* 28.

Quæ quidem dos scutorum mille olim magna reputabatur, hodie minima respectu personarum, Menoch. *de arbitr. cas.* 149. *num.* 40. Gratian. *discept. forens. cap.* 452. Rot. *d. decis.* 438. *num.* 28. *& seqq. part.* 9. *recent.* vbi videtur concludere quòd sit congrua etiam hodiernis temporibus, maximè ad effectum illam detrahendi ex fideicommisso, cùm hoc casu non sint nimis habenæ relaxandæ in euersionem fideicommissi, & plura ad propositum eadem Rot. *part.* 10. *decis.* 192. *num.* 28. *& sequent. per tot. part.* 12. *decis.* 48. *part.* 13. *decis.* 28. *& decis.* 272. *num.* 9. *part.* 14. *decis.* 417. *num.* 7. *& sequentib.* vbi an potius sit attendenda consuetudo domus mulieris, vel viri.

Quòd dos solita solui monasterio sit congrua pro moniali etiam nobilissima, licet amplissimè sint facultates patris, & alijs sororibus nuptis longè maior dos fuerit constituta, & quare, latè Ludouis. *decis.* 63. *per totam.*

21 Dos semel constituta si fuerit deperdita culpa mulieris, non est de nouo constituenda à patre, vel alio, Gratian. *discept. forens. cap.* 65. *num.* 15. *cap.* 466. *num.* 2. *& cap.* 792. *per tot.* Michalor. *de fratr. part.* 3. *cap.* 33. *num.* 20. Tusch. *litt. D. conclus.* 781. *num.* 2.

Cessante autem culpa mulieris esset de nouo constituenda, siue à patre, siue à fratre, idem Gratian. *d. cap.* 466. *per tot.* vbi respondet contrarijs, & latè *in cap.* 689. *num.* 19. *&c. & d. cap.* 792. Altograd. *cons.* 95. *num.* 13. *& seqq. lib.* 1. Tusch. *d. concl.* 781. *num.* 1. plenè videndus Vrceol. cum pluribus alijs ab eo cumulatis *consult. forens. cap.* 97. *per tot.* vbi quòd procedit in quocumque obligatione ad dotandum, qua culpa vacare debeat mulier, quid probare, an possit redotationem petere statim, vel teneatur exspectare tempus secundi matrimonij, an augmentum, & alia.

Quòd vbi quis tenebatur dotare ex dispositione legis, cessante culpa mulieris, teneatur iterùm dotare, si verò tenebatur ex dispositione, & pacto hominis, sufficiat vnica dotatio, *l. etiam* 19. §. 1. *ff. solut. matrim. Auth. quod locum C. de collat.* Bart. *in l. si cum dotem* 23. §. *si post*, vbi etiam Alex. & alij *ff. solut. matrim.* Campeg. *de dot. part.* 1. *quæst.* 26. Boss. *eod. tract. cap.* 4. §. 16. *num.* 314. Tiraquel. *in l. boues §. hoc sermone ff. de verb. signif. limit.* 9. *vers.* 4. *& vlt. inter regulas Diuers. fol. mihi* 583. Velasch. *de priuil. pauper. part.* 1. *quæst.* 16. Molin. *de Primog. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 25. Faber. *in suo C. lib.* 5. *tit.* 6. *de dot promis. deff.* 13. Thess. *quæst. forens. lib.* 4. *quæst.* 17. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 5. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 1. *part.* 1. *n.* 69. *& seqq.* Mangil. *de euict. quæst.* 74. Vrceol. *consult.* 97. *n.* 4. *volum.* 2.

22 Dos inæstimata perit periculo mulieris quando maritus non fuit in culpa; æstimata autem tali æstimatione, quæ faciat emptionem, vel consistens in pecunia perit periculo mariti, Pract. Papp. *libell. ad dot. glos. Ac etiam castrum num.* 2. vide in §. *Fundus num.* . . Paul. Christin. *decis.* 133. *num.* 6. *&c. vol.* 3. latè Olea *de cess. iur. tit.* 5. *quæst.* 12. *per tot.* vbi de nominibus debitorum in dotem datis, cuius periculo cedant, si facta fuerint non soluendo, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 5. *glos.* 8. *part.* 13. *fol.* 186. vbi plura de dote æstimata, & inæstimata.

An autem, & quando dos marito promissa possit contra eum, vel illius hæredes repeti, licet non fuerit exacta, latè Tusch. *litt. D. conclus.* 773. dixi in §. *Vxor num.* . . Olea *dict. quæst.* 12. *per tot.* vbi etiam an, & quando liberetur maritus, vel eius hæres cedendo actiones suas contra debitores.

23 Dotis dominium constante matrimonio dicitur esse penes virum, quo mortuo redit ad vxorem, Menoch. *de arbitr. cas.* 39. *num.* 19. *&c.* Duran. *decis.* 393. *num.* 6. Vrceol. *consult. forens. cap.* 92. *num.* 31. *& seqq. vol.* 2. vbi etiam de possessione, quæ dicitur esse penes virum.

Plura de vtilitate dotis tam pro viro, quàm pro vxore, & in cuius dominio esse dicatur, Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 6. *glos.* 1. *per tot. fol.* 234. *&c.*

An autem dos transeat in dominium viri, quando non esset idoneus, & soluendo, contrarias opiniones refert Rot. *Bononien. coram Borello, inter consult. forens.* Vrceol. *cap.* 29. *num.* 32. *& seqq.* vbi *num.* 42. veriorem dicit, quod transeat.

Quòd donec viuit mulier sit absoluta domina dotis, ac possit in vita sua facere quidquid vult, ita vt filij succedant in dote tamquam illius successores, & hæredes, & ad omnia onera contracta in vita teneantur, Sanfelic. *decis.* 353. *num.* 34.

24 Dos primi matrimonij per illius dissolutionem ad patrem superuiuentem reuersa iuxta superius dicta *num.* 19. non potest ab illo diminui, sed debet conseruari pro alio matrimonio, quamuis esset ab extraneo constituta, Ias. *in §. fuerat num.* 134. *Institut. de act. Authen. sed quamuis C. de rei vx. act.* Tiraquel. *de retract. comment.* §. *fin. n.* 35. *&* 59. Boer. *quæst.* 137. Card. Tusch. *litt. D. conclus.* 728. Gratian. *discept. forens. cap.* 882. *per tot. cap.* 466. *num.* 3. *&* 4. *cap.* 769. *num.* 18. *& cap.* 792. *num.* 1. *&c.* Rot. *part.* 2. *Diuers. decis.* 156. *per tot.* vbi quòd hoc procedit siue consistat in specie, siue in quantitate, Vrceol. *consult. forens. cap.* 7. *num.* 46. *& seqq.* vbi quòd stante consolidatione dotis cum patrimonio patris, filia non habet hypothecam anteriorem contra bona paterna, sed pro dote rehabenda postponitur creditoribus patris, qui medio tempore post solutum primum matrimonium contraxerint cum illo, & dixi in §. *Pater num.* 19. idem Vrceol. *in Append. ad dict. cap.* 6. *vel* 8. *in fine* 2. *vol. fol.* 12. sed vide Addit. ad Sanfel. *decis.* 353. vbi quòd reuertitur ad patrem cum hypotheca constituta in primo matrimonio, ad Tondut. *var. resolut. cap.* 100.

An pactum de lucranda tota dote ad formam statuti Florentini factum cum primo viro censeatur repetitum ad fauorem secundi viri, vel potius standum sit dispositioni iuris communis, secundum quod debet attendi statutum domicilij viri, videbatur affirmatiuè quoad primum, & negatiuè quoad secundum respondendum per text. *in l. Dotem* 30. *ff. de iur. dot.* Fanuc. *de luc. dot. glos.* 10. *n.* 32. Menoch. *cons.* 5. sed tamen stante discrepantia inter primum, & secundum contractum ex multis elicita, fuit con-

contrarium bis resolutum à Rot. part. 15. recent. decis. 98. & 194. vbi de muliere Florentina nupta Forolivij cum pacto inito cum primo viro de lucranda dote ad formam statuti Florentini, quod totam defert, & posteà renupta alteri Foroliviensi, vt iste vltimus lucretur tantùm tertiam partem ad formam statuti Foroliviensis, Rot. part. 16. recent. decis. 19. & 249. in eadem causa, vbi fuerunt confirmatæ dictæ primæ decisiones, vide in §. Statutum de lucro num. 31.

Qualiter autem dos data primo viro, censeatur etiam secundo constituta, etiam ad effectum taxandi lucrum dotale pro secundo viro, nisi tamen aliter fuerit conuentum ante matrimonium, Merlin. decis. 287. & 345. per tot. vide in §. Mulier num. 25. infra num. 42. Rot. part. 13. recent. decis. 428. vbi etiam quando in dote censeatur comprehensa summa ab alio donata, vel non, & loquitur de dote solita donari à Serenissimo Magno Duce Etruriæ puellis Aulicis Serenissimæ Magnæ Ducissæ in summa scutorum duorum millium, an censeatur comprehensa in dote à parentibus constituta.

25 Dos consistens in pecunia, vel mobilibus, soluto matrimonio per mortem viri, est restituenda infra annum, & interim mulier alenda, quando non habet vnde se alere, nisi hæredes viri vellent potius illam statim restituere, vel nisi transierit ad secunda vota, quibus casibus non est alenda, sicut nec etiam post annum dote nondum restituta ex culpa mulieris non exigentibus, Ias. in §. fuerat num. 23. & seqq. Institut. de act. Franch. decis. 217. & 489. per tot. Thess. decis. 43. latè Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 44. per tot. Matt. Medic. Exam. 54 & decis. 89. per tot. cum Addit. Rot. part. 9. recent. decis. 228. num. 1. Staiban. de Interesse lib. 2. quæst. 5. tit. 3. facit quod dixi in §. Alimenta num... & § Interesse num... vide Tusch. litt. D. conclus. 764. num. 13. & seqq. vbi num. 17. limitat Florentiæ stante statuto lib. 2. Rub. 61. cuius vigore debet statim restitui, & potest fieri tenuta, ac debentur fructus, vt alibi dixi. In contrarium facit Bald. cons. 324. lib. 2. Tusch. litt. S. concl. 517. num. 1. Sed in terminis dicti statuti sequitur vt supra idem Tusch. litt. S. concl. 520.

Plura de restitutione dotis soluto matrimonio, & de tenuta, quæ mulieri competit in bonis viri vigore constitutionis in Cathalonia vigentis, & alia ad rem, plenè Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 3. per tot. fol. 443. &c. ad 548. Concinl. & Romaguer. in addit. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 48. per tot.

An autem dos assignata in annuis fructibus, vel perceptionibus sit restituenda, vel cedat lucro mariti, ad quem spectant dotis fructus; dic quòd si remaneat fundus, vel sors pro muliere, fructus cedunt marito; si autem non adsit alius fundus, vel sors, tunc sunt cumulandi, & tamquam sors, & dos mulieri restituendi, vt colligitur ex traditis per Parlador. quotid. quæst. q. 4. per tot. fol. mihi 399.

Quòd olim non nisi annua bima, trima die, hodie autem post annom in rebus mobilibus, vel pecunia consistens recuperari possit, l. 1. §. cum autem C. de rei vx. act. Altograd. consil. 84. num. 81. lib. 1. nisi fuerit à viro legata, quia tunc statim repeti potest, vt ibidem, & dixi in §. Legatum num. . . & §. Maritus num. . . Ricc. Collect. 2553. vbi tamen quòd si vir malè tractauerit vxorem infirmam, non gaudet dicta anni dilatione, vide in §. Lucrum num. 21.

Et idem est si fuerit solutum matrimonium per mortem mulieris, vt maritus quando dotem non lucratur, habeat integrum anni spatium ad dotem restituendam, & ante illum elapsum non possit dici in mora, Altograd. cons. 81. num. 28. & seqq. lib. 1. vbi ampliat qoamuis vir esset diues, & posset illam statim restituere, intelligendo quando consistit in pecunia, vel mobilibus vt supra.

Quòd vbi in instrumentis dotalibus fuit apposita clausula, vt soluto matrimonio statim dos sit restituenda, censeatur renunciatum dicto beneficio, vel dilationi annali, & consequenter dos etiam in pecunia, vel mobilibus consistens sit statim restituenda, Amat. tom. 1. resol. 49. n. 31. Olea de cess. iur. tit. 5. quæst. 12. num. 29.

Quomodo sit restituendum corredum, vel acconcium, dixi in §. Bona num. 9. & 10.

An autem maritus teneatur restituere etiam æstimationem alimentorum in domo soceri pro certo tempore habitorum, idem Altograd. cons. 76. per tot. lib. 2. vide in §. Alimenta num...

Tenerentur tamen hæredes mariti durante dicto anno, præstare fideiussores de soluendo adueniente tempore, si petantur, alias posset statim dos exigi, Maur. de fideiuss. part. 1. sect. 3. cap. 20. num. 3. in fine.

Si verò dos consistat in bonis immobilibus, debet statim restitui, Pract. Papp. act. qua vx. agit ad dot. & vsumfr. glos. Dicta D. Margarita num. 3. cum Addit. Gratian. discept. forens. cap. 610. num. 14. &c. vbi quòd molieri debentur fructus percepti ex re dotali immobili, Tusch. litt. D. concl. 764. num. 1. & seqq. Ricc. Collect. 2553.

Quid si mulier receperit alimenta ab hæredibus mariti, an adhuc repetat fructus, vel compensentur, latè Surd. decis. 211. vide in §. Fructus num. Ludouis. decis. 462.

Quòd dotis restitutio non possit impediri exceptione rerum amotarum, vel substractionis gemmarum, l. vn. §. taceat, vbi glos. Bald. Salic. & alij C. de rei vx. act. Neguf. de pign. part. 5. memb. 1. num. 36. Rot. part. 10. recent. decis. 257. num. 6.

Dos confessata, & non tradita, an, & quibus casibus possit repeti tam ab ipsa muliere, quàm eius hæredibus, contra hæredes mariti confitentis, Pract. Papp. libell. ad dot. glos. dedit, & tradidit num. 3. Rom. consil. 345. Ias. in §. fuerat num. 73. &c. Instit. de act. vide in §. Confessio num. 9. &c. inf. num. 37. latissimè Tusch. litt. D. conclus. 748. & seqq. & conclus. 760. vbi quid si præcesserit promissio. 26

Quòd habeat tacitam hypothecam, & præferatur alteri tacitæ hypothecæ, latè Tusch. litt. D. concl. 745. &c. dixi in §. Mulier num. . . supra num. 4.

Dos constante matrimonio non potest repeti à moliere, 27 nisi in casu inopiæ mariti, vel alterius ad illam obligati, Afflict. decis. 349. latè Tusch. litt. D. conclus. 761. & seqq. Paul. Christin. decis. 133. num. 33. & seqq. vol. 3. & decis. 140. per tot. vol. 3. vide in §. Fideiussor num. 14.

Et assignatio, siue repetitio propter inopiam non est vera restitutio, sed potius quædam assecuratio sine translatione Dominij, vt deseruiat pro oneribus matrimonij, Magon. decis. Flor. 125. per tot. vbi propterea infert, non posse pro debito vxoris fieri executionem in huiusmodi bonis, vide in §. Executio num... & §. Vxor num...

Quòd dos constante matrimonio, non possit etiam à viro volente restitui, quia non subest causa restitutionis, l. 1. C. si dos constitut. matrim. Authen. de nupt. §. dotes, Altograd. cons. 25. num. 17. lib. 2. vbi excipit casum inopiæ, vel si restituatur mulieri vt proprium debitum soluat, vel vt emat prædia idonea, & in illis dotem constituat, vel vt subueniat filijs suis primi matrimonij egentibus, vel parentibus, vel vt ipsum virum egentem, fratrem, vel sororem sustineat, concurrente tamen amborum consensu, viri scilicet, & mulieris, quo stante posset etiam maritus assignare vxori tot de suis bonis æquiualentibus doti, & liberaretur, si tamen talis restitutio fuerit vtilis mulieri, per text. in l. quamuis 21. ff. solut. matrim. l. mutus §. Manente ff. de iur. dot. cum alijs per Altograd. d. consil. 25. Sperel. decis. 164. nu. 24. & seqq. Card. Tusch. litt. D. conclus. 761. 762. & 763. num. 6. &c. Paul. Christin. decis. 133. num. 33. & seqq. volum. 3. & decis. 140. per tot. volum. 3. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 34. per tot. Rot. part. 13. recent. decis. 349. num. 6. & seqq. vbi qualiter dote assignata in certo fundo etiam constante matrimonio, non competat actio contra alia bona, vide in §. Fundus num. 6. &c.

Quòd nec Socer possit constante matrimonio dotem restituere filio, & restituendo non liberetur, & quando secus ex iusta causa, vide Franch. decis. 381. per tot. in §. Pater num. 1. & seqq. & §. Socer num.... Tusch. litt. D. conclus. 765. vbi quando pater teneatur restituere dotem pro filio, & concl. 770. & 771. per tot.

Dos regulariter de iure non est restituenda mulieri facta 28 separatatione thori, nisi talis separatio procedat ex culpa viri, quando autem prouenit ex culpa viri, & auctoritate Ecclesiæ, debet dos, & lucrum dotale restitui, ita vt veniant in consequentiam fructus tam dotis, quàm lucri, debet tamen dicta culpa mariti probari, & cùm agatur de pœna incurrenda, super ea sententia proferri, Duran. decis. 339. per tot. Thess. decis. 130. num. 4. §. Mitiores, Auth. de nupt. Paul. Christin. decis. 138. num. 5. &c. vol. 3. vbi quòd secus est si separatio fiat ex culpa molieris, Rot. part. 12. recent. decis. 128. vbi pro restitutione dotis, & omnium ab vxore in virum peruentorum.

Quòd

Quod probata ſæuitia viri etiam per teſtes ſingulares, & domeſticos, ſit reſtituenda dos cum antiſato, & lucris, Franch. decíſ.244. Altograd. conſ.23. num.9. & ſeqq. lib.2. Rot. part.13. recent. decíſ.199. per tot. 270. & 328. in fine part.14. decíſ.154. vide in §. Lucrum num...... & §. Maritus num.5. Merlin. decíſ.446. & decíſ.673. vbi quod nec tunc maritus gaudet priuilegio ne conueniatur vltra id quod facere poſſit, quia illud ammittit propter ingratitudinem, & ſtante paupertate mulieris tractantis de damno vitando.

Quod facto diuortio ſit dos reſtituenda, Gratian. diſcept. forenſ. cap.455. numer.5. &c. Fontanel. de pact. nupt. tom.2. clauſ.7. gloſ.2. part.10. numer.51. & ſeqq. fol.442. & numer.33. verſ. Quod dos clauſ.5. gloſ.1. part.3. per tot. fol.34.

Quod dos ſit reſtituenda quomodocumque matrimonium ſoluatur, puta ex furore viri, cauſa tamen ſeparationis eſſe tractandam coram iudice Eccleſiaſtico, Franch. decíſ.312. per tot.

Qualiter autem ſit dos reſtituenda propter mortem ciuilem, & forjudicationem mariti, idem Franch. decíſ.562. per tot. vbi quod petitur à fiſco, Tuſch. litt. D. concl.763. Ricc. Collect.3567. Ludouiſ. decíſ.114. per tot. vbi quod dos non cadit ſub confiſcatione bonorum mariti, qui & ſi fuerit ad gratiam reſtitutus non recuperat poſſeſſionem, & adminiſtrationem bonorum vxori pro dote aſſignatorum illa contradicente, & quare; An fiat locus reſtitutioni dotis ob ſolum exilium mariti ſine publicatione bonorum, & alia ad rem.

29 Dos relicta filiæ in caſu nuptiarum, debetur eidem ingredienti monaſterium in tota illa quantitate, quæ fuit deſtinata pro nuptijs temporalibus, quamuis in caſu ingreſſus monaſterij fuerit relicta in minori quantitate, cum valeat argumentum, à matrimonio carnali ad ſpirituale, Euerard. in loc. à matrim. carnal. ad Spirit. num.8. in fine, Capyc. decíſ.204. Boet. decíſ. 3. numer. 14. Afflict. decíſ. 348. vide in §. Legatum numer.47. & §. Pater numer.18. vbi contrarium eſſe verius oſtendi, ſtante patris declaratione, quod filia maiorem dotem habeat nubendo, quam monaſterium ingrediendo, Rot. part.1. diuerſ. decíſ.180. & part.2. decíſ.249. Ludouiſ. decíſ.63. Mantic. de tacit. lib. 12. tit.21. numer.30. Sanchez de matrim. lib.1. diſput.34. plenè idem Ludouiſ. decíſ.301. vbi coniecturas contrarias reſoluit, loquitur tamen in legato ſimplici dotis abſq; dicta declaratione, Duran. tract. de condit. & mod. impoſſ. part.2. cap.3. numer.34. & ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap.945. numer.4. & 25. Michalor. de fratr. part.3. cap.6. numer.2. Merlin. de legit. lib.3. tit.1. quæſt.11. num.8. Theſſ. quæſt. forenſ. cap.60. lib.1. Gratian. decíſ.40. num.10. &c. Tuſch. litt. D. concl.730. per tot. Anchar. Reg. Quæſt. famil. lib.2. quæſt.19. Couar. var. reſolut. lib.1. cap.19. Fachin. controu. iur. lib.5. cap.54. Gabriel. comm. concluſ. lib.4. tit. de legat. concluſ.21. Paul. Chriſtin. decíſ.302. num.2. & ſeqq. vol.5. qui omnes ſunt videndi cùm referant contrarias opiniones, & rationes, ac inter ſe diſſentiant, ſed hæc poſterior ſeruatur.

Qualiter dos relicta mulieri ſit conditionalis, & non debeatur niſi ſequuto matrimonio, Viui. comm. opin. 229. dixi in §. Legatum numer.48. Ludouiſ. decíſ.428. num. 1. &c.

30 Dos profectitia data filiæ, vel nepti per patrem, vel auum, cùm ſtatim valeat, & nulla mortis confirmatione indigeat, eſt conferenda cum fratribus, quando mulier ſuccedit cum eis, prout eſt de iure communi, vel in legitimam imputanda, ſecus autem in dote aduentitia ab extraneo data, latè Michalor. de fratr. part.1. cap.21. per tot. vbi multis modis ampliat, & limitat, Gratian. diſcept. forenſ. cap.50. num.6. & ſeqq. & cap.65. num.20. Vrceol. conſult. forenſ. cap.40. num.1. & ſeqq. vbi de modo faciendæ dictæ collationis quando promiſſio fuit facta viro, & non filiæ, & quid in fructibus, Cabal. conſ.129. lib.1. vbi quòd dos eſt vnienda, & coaceruanda cum reliquo patris patrimonio, & ex eo ſic vnito, & coaceruato ſumenda eſt tertia pars pro legitima filiabus debita, & non habita tantùm ratione aliorum bonorum, dotibus non computatis in patrimonio, quorum tertia pars, dotibus ipſis computatis ſeruiat pro legitima, vt benè ibi declarat, & dixi in §. Legitima n.38.

Quod dos data filiæ, ſiue in pecunia, ſiue etiam in iocalibus imputetur in legitimam, & ſi illa petatur perperam agatur, Merlin. decíſ.248. Rot. part.9. recent. decíſ.320. n.4. vol.2. & part.11. decíſ.57. num.1.

31 Dos data nepti ab auo, vel patruo imputatur in legitimam nepti debitam ex bonis ſuis patris, ac ipſi patri ex bonis aui patris ſui reſpectiuè, cùm præſumatur auum, vel patruum dotaſſe contemplatione filij, vel fratris, & acquiſita patris contemplatione dicuntur profectitia, & in legitimam vt ſupra imputantur, Menoch. lib.3. præſumpt.17. per tot. Crauett. conſ.219. num.1. &c. Surd. decíſ.169. per tot. Michalor. de fratr. part.1. cap.39. numer.2. & ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap.50. numer.6. Magon. decíſ. Flor. per tot. vbi num.7. tradit magiſtralem diſtinctionem, vt hæc concluſio procedat quando fuit expreſſa aliqua cauſa, ad quam pater de neceſſitate tenebatur, puta pro dote, vel alimentis, ſecus autem quando fuit ſimpliciter relictum ab auo nepti nihil alio expreſſo, de quo tamen videnda plenè Rot. in Nouiſſ. part.6. decíſ.145. & 146. per tot. vbi indiſtinctè videtur dictam concluſionem firmare, cum lex in dubio ſtatuat, legatum etiam ſimpliciter nepti factum intelligi pro dote, & propterea eſſe detrahendam de portione patris huiuſmodi neptis, & non de tota hæreditate cum damno cohæredis, ac in legitimam vt ſupra eſſe imputandam, vt latiùs ibidem declaratur; intelligendo quando filius viuit, & eſt in patria poteſtate, vt per Altograd. conſ.59. num.24. lib.1. & in his terminis loquitur etiam Rot. vbi ſupra, vide Tuſch. lit. D. concl.783. per tot. Peregrin. decíſ.92. num.4. &c. Maſcard. de probat. concl.573.

Pro prima opinione Cabal. conſ. 143. lib.1. Rot. part. 17. recent. decíſ.331. numer.1. & ſeqq. vbi quòd primò cenſetur data patri, & deindè breui manu data per patrem filiæ, & ideò dicitur ex paterna ſubſtantia facta repletio.

Contrarium quod imò omne datum, vel relictum nepti ab auo, vel patruo, cenſeatur contemplatione ipſius neptis, & dicatur aduentitium, nec vllo modo in eius partem imputetur, & hanc opinionem in dubio ſequendam, vide Michalor. d. cap.39. numer.11. & ſeqq. vbi proptereà dicit recurrendum ad coniecturas, quarum multas recenſet pro vtraque parte ad cognoſcendum, cuius contemplatione dos ſit data, vel promiſſa, Menoch. lib.3. præſumpt.17. per tot. vbi diſtinguit tres caſus, & præſumpt. 16. num.4. & ſeqq. cum alijs ſupracitatis, & præcipuè Rot. in d. decíſ.145. & 146. per tot. vbi in dubio ſequitur primam opinionem, niſi aliud appareat ex coniecturis, quarum nonnullas refert, & refellit, ac ideò dotem eſſe ſoluendam de legitima, vel alia portione hæreditaria patri neptis dotatæ debita, & alios cohæredes non teneri ad huiuſmodi legata, vide Rot. part.14. recent. decíſ.358. num.12. &c. decíſ.417. num.14. & ſeqq. dixi in §. Donatio numer.16. & §. Legatum num.76. Tuſch. lit. D. concl.783. num.2. &c. Rot. part.13. recent. decíſ.159. per tot. vbi latè fuit firmatum donationem à patruo magno nepoti factam pro dotanda eius filia, eſſe dotem aduentitiam, & non profectitiam, tamquam facta contemplatione ipſius dotatæ, & non patris illius, ac ideò deberi etiam legitimam in bonis maternis, cùm non fuerit dotata ab aliquo ex nominatis in Statuto Vrbis lib.1. c.145.

An autem, & quando dos data à patre, vel à matre filiæ, imputetur in legitimam nepotibus debitam ex bonis aui, vel auiæ, latè, & magiſtraliter de more Merlin. decíſ. 433. per tot. vbi concludit dotem à patre filiæ datam imputari nepotibus, ſecus verò in dote à matre data, niſi aliter in conſtitutione dotis expreſsè, vel tacitè ſibi caueatur, vt in caſu dictæ deciſionis, vbi etiam de rationibus differentiæ ſupra num.19. vide latè Rot. part.11. recent. decíſ.117. n.4. & ſeqq. vbi in terminis Statutorum Bononiæ, ac etiam iuris communis optimam rationem adducit pro non imputatione, ac ita reſoluit, & rurſus d. part.11. decíſ.311. n.11. & ſeqq. per tot. vbi de ſtatutis Bononiæ, quæ ad concordiam reducuntur.

32 Dos data, vel promiſſa à matre filiæ, exiſtente patre inope, non cenſetur data in exonerationem fratris talis puellæ, ſed vt mater ſuæ ſatisfaciat obligationi, nec ideò remanet in aliquo creditrix filij, nec poteſt ab illo repetere, imò nec ea mortua, tali filio, vel fratri puellæ dotatæ, poteſt in legitimam ei ex bonis matris debitam, imputari, præcipuè cùm non eius contemplatione, ſed filiæ data intelligatur ex multis coniecturis, quas cumulat Altograd. conſ.59. per tot. lib.1.

Quod

Quòd dos data à matre filiæ censeatur aduentitia, & non imputetur in legitimam nepotibus ex bonis auiæ debitam, vide Thess. decis. 237. n. 13. Cabal. cons. 72. n. 4. Galuan. cons. 1. n. 165. & seqq. Mangil. de imput. q. 18. n. 37. Rot. p. 2. diuers. decis. 329. n. 6. 14. & seqq. cum alijs per Altograd. d. cons. 59. num. 9. Merlin. decis. 433. num. 14. & seqq. vbi limitat nisi aliter sibi cauerit mater expressè, vel tacitè in ipsa dotis constitutione.

33 Dos data à fratre, vel patruo sorori, vel nepti regulariter præsumitur donata, nec repeti potest, cùm illi sint extranei, qui dotando intelliguntur donare, l. vn. §. accedit C. de rei vx. act. quod tamen recipit varias limitationes, & declarationes, de quibus Michalor. de fratr. part. 3. cap. 34. per tot. Gratian. discept. forens. cap. 65. numer. 1. &c. vbi quod nec possunt stipulari sibi restitui, vide in §. Extraneus num. 1. &c. Rot. part. 9. recent. decis. 461. per tot. vbi etiam quod si non fuerit soluta potest peti ab hæredibus mulieris.

Quid autem si frater, vel patruus, esset debitor sororis, vel neptis, an tunc illam dotando intelligatur donare, vel compensare, Menoch. lib. 3. præsumpt. 16. & dixi in §. Debitor n. 59. & §. Extraneus num. 5. Tusch. litt. D. conclus. 785. per tot.

Quòd dos data ab extraneo mulieri præsumatur donata, non interueniente stipulatione de sibi eam restituendo soluto matrimonio, etiam in patre quando dotare non tenebatur, sic & in fratre dotante sororem etiam diuitem, nisi aliæ coniecturæ in contrarium vrgeant, vel nisi mulier dotata haberet patrem diuitem, à quo dotans possit præsumi voluisse repetere, vel nisi haberet bona propria à dotante administrata, cùm tunc potius administratorio nomine dicatur dotasse, quàm voluisse de proprio donare, vt latè declarat Menoch. de arbit. cas. 88. num. 36. & seqq. ad 49. vide in §. Extraneus n. 1. &c. Tusch. litt. D. conclus. 768. per tot. Merlin. decis. 112. Mascard. de probat. conclus. 571. per tot.

Et quando dos censeatur promissa de bonis promittentis, vel de bonis proprijs mulieris, siue maternis, & promissa à patre de bonis paternis, & maternis quomodo intelligatur, vide text. in l. fin. C. de dot. promiss. plenè Mart. Medic. Exam. 34. & decis. 57. per tot. cum Addit. vide in §. Pater n...

Quòd data, vel promissa à patre pro filia præsumatur de bonis ipsius patris, & non filiæ constituta, vide Ger. Spin. cons. 44. per tot. dixi in §. Filia n.... & §. Pater n.... Paul. Christin. decis. 132. n. 4. &c. vol. 3.

Quòd data sorori præsumatur de bonis paternis, si fratres illam dotent tanquam administratores, Canaler. decis. 168. n. 6. & decis. 318. n. 5.

An autem dos per fratrem sorori tradita, soluto matrimonio ad ipsum reuertatur, vel possit soror de illa disponere, vide Merlin. decis. 32. per tot. dixi in §. Statutum de lucro n. 22. & alibi, Conciol. & Romaguer. ad Stat. Eugub. lib. 2. Rub. 49. vbi plura, an, & quando dos à fratribus profecta ad eos reuertatur, vel non.

34 Dos data filiofam. siue in specie, siue in quantitate, tanquam aduentitia, acquiritur patri quoad vsumfructum, & ipsi filio quoad proprietatem; incumbit tamen patri onus alendi, quamuis fructus non sufficerent, sicut si excederent ad ipsum spectant, Gratian. discept. forens. cap. 552. num. 48.

Quid autem si filius recedat à patre, an possit dotem repetere, idem Gratian. d. cap. 552. num. 49. vide in §. Filius num..... facit supra num.... 11. Tusch. litt. D. conclus. 778. per tot.

Et quando pater censeatur obligatus ad restitutionem dotis filij, vel nurus, dixi in §. Pater n. 1. & seqq.

35 Dos est reinuestienda in stabilibus, stante pacto iurato de reinuestiendo, vel datione fidei sub verbo nobilium, quæ importat idem, quod iuramentum, Gratian. discept. forens. cap. 721. num. 1. & seqq. Rot. in Nouiss. part. 7. decis. 35. per tot. Merlin. decis. 77. per tot. vbi quod postquam fuit ius quæsitum mulieri ex dicto pacto vigore tacitæ stipulationis à iure ad eius fauorem inductæ, non potest illi præiudicari per patrem, vel maritum, idem Merlin. decis. 93. per tot. in eadem causa facit contra quod dixi in §. Fideiussor n....

36 Dos excessiua censetur mera donatio, & tanquam inofficiosa reuocatur quoad excessum, muliere absente, ac etiam constante matrimonio, & in præiudicium viri, quatenus opus sit pro supplenda aliorum legitima; siue consistat in pecunia, siue in stabilibus, l. vn. C. de inoff. dot. Franch. decis. 104. Afflict. decis. 86. cum Addit. Altograd. cons. 5. num. 86. lib. 1. Vrceol. consult. forens. cap. 32. num. 7. & num. 34. & seqq. Paul. Christin. decis. Belg. 172. vol. 2. Gratian. discept. forens. cap. 472. per tot. cap. 950. num. 2. &c. facit in cap. 498. num. 57. & 63. vbi multa de acconcijs, & apparatibus, quod sint pars dotis, & in ea comprehendantur, & similia, vide in §. Donatio num. 31. & §. Pater n.... Tusch. litt. D. conclus. 734. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. part. 2. fol. 93. vbi plura quando, & quomodo possint alij filij eiusdem matrimonij dotationem vti inofficiosam impugnare, & alia.

Quòd dos inofficiosa possit reuocari etiam quoad fructus, saltem à tempore litis contestatæ, Franch. decis. 558. per tot.

Non tamen competit alijs filijs huiusmodi querela inofficiosæ dotis, nisi post mortem parentum, & quid si consensum præstiterint, Gratian. discept. forens. cap. 950. n. 4. &c. Franch. decis. 170.

Et quod quamdiù durat matrimonium, non possit dos à marito reuocari, cùm illam habeat ex titulo oneroso, Diaz. reg. 215. limita tamen, vt ibi per eum remissiuè, vide Tusch. d. conclus. 734. per tot. Soccin. cons. 16. Afflict. decis. 86. Paul. Christin. dict. decis. 172. in fine vol. 2. Ricc. Collect. 180.

37 Dos in summa excessiua, promissa, vel declarata complacentiæ, & honoris gratia, non debetur, ex quibus autem colligatur dotem fuisse complacentiæ, & honoris gratia promissam, & non animo se obligandi, latè pro Excellentissimo Principe, hodie Duce Massæ respondit Altograd. cons. 5. numer. 3. & seqq. per tot. lib. 1. quem refert, & in parte sequitur Rot. part. 10. recent. decis. 318. num. 34.

Quòd tamen puto difficillimum obtinere, nisi agatur ex titulo dotis inofficiosæ iuxta prædicta.

Quæ autem dicatur dos simulata, ita vt non possit maritus illam petere, nec vxor repetere propter exceptionem simulationis, quæ hinc inde competit, glos. Cyn. Bald. & alij in l. 4. C. de dot. promiss. Paul. Christin. decis. 132. num. 11. 12. & 13. vol. 3. vide in §. Pater num. 13. Merlin. decis. 485. n. 1. &c. & decis. 555. vbi quando dos dicatur ad pompam, & non præiudicet creditoribus, & decis. 708. Rot. part. 9. recent. decis. 3. per tot. vbi plura de dote simulata, aerea & fumosa, vt non subsistat, & decis. 39. d. part. 9. vbi fuit confirmata prima decisio in eadem causa, & decis. 96. n. 5. & seqq. d. part. 9. & decis. 495. n. 9. & p. 10. decis. 192. n. 42. vbi quando stetur instrumento.

Plura an, & quando creditores possint dotationem reuocare, & pecuniam per maritum, vel alium posteriorem receptam auocare, & quid si fuerat consumpta bona, vel mala fide, & alia, Fontanel. de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. glos. 8. p. 6. & 7. per tot. fol. 124. &c.

Quòd repromissiones, siue remissiones dotis clam à sponsis factæ contra ea, quæ fuerunt palam conuenta sint tanquam dolosæ annullandæ, Paul. Christin. decis. Belg. 118. vol. 2. dixi in §. Dolus numer. 3. in fine, idem Christin. decis. 127. nu. 5. vol. 3. vbi quòd sunt nullæ, & non nocent vxori, neque filijs, facit quod dixi in §. Donatio n. 21. idem Christin. decis. 157. n. 3. vol. 4.

Declaratio tamen facta à parentibus non importat recessum à præcedenti promissione, sed declarationem veritatis ab initio, quæ retrotrahitur, & dicitur inesse, nec coniuges conqueri possunt, Rot. part. 9. recent. decis. 113. numer. 11. &c. part. 5. decis. 414. num. 18. part. 7. decis. 140. num. 14.

Sed contrarium quod imò huiusmodi declaratio post ius quæsitum coniugibus, non possit illis præiudicare, latè probat eadem Rot. d. part. 9. decis. 198. & part. 12. decis. 258.

38 Dotem in certa summa promittens, vel soluens, siue sit pater, vel frater, non tenetur vltra illam aliquid aliud corredorum, vel acconcij, siue donateorum nomine dare, cùm id nullo iure sit cautum, nec corredorum nomen reperiatur in corpore iuris, & ideò quidquid illorum nomine datur, liberalitatem, non necessitatem præsefert, Altograd. cons. 20. n. 3. & seqq. lib. 2. vide Ricc. Collect. 2549. vbi inserit discursum Nouat. de hac materia.

Vigore tamen generalis consuetudinis, possent correda à muliere vltrà dotem prætendi, nisi alias mulier

tantam

tantam babuerit dotem in pecunia, quæ possit dici competens etiam pro corredis, quia tunc non posset alia correda prætendere, sed illa censerentur tamquam appenditia, & accessoria in ipsa dote, comprehensa, Gratian. *discept. forens. cap.*498. *num.*57. *&c.* Fontanell. *de pact. nupt. Claus.*5. *glos.*1. *part.*2. *num.*88. Altograd. *d. cons.* 20. *n.* 20. *& seqq. lib.*2. vbi testatur sic notabiliter limitari dictam consuetudinem, prout etiam eodem modo limitaretur statutum de corredis loquens, cùm valeat argumentum de consuetudine ad statutum, vt ibidem *num.*29. *&* 30.

An autem, & quomodo soluto matrimonio huiusmodi corredum, vel acconcium sit restituendum, dixi in §. *Bona num.*9. *&* 10.

39 Dos si fuerit euicta, an dotans teneatur de euictione, vide Bart. *in l.*1. *C. de iur. dot.* Ang. & Ias. *in §. fuerat n.*32. *&* 33. *Instit. de act.* Negus. *de pign. part.*2. *memb.*4. *nu.* 27. Gratian. *discept. forens. cap.* 689. *num.* 11. *& seqq.* dixi in §. *Euictio num.* 12. *&* §. *Vxor num.* . . Paul. Christin. *decis.* 133. *num.*4. *& seqq. vol.*3.

40 Dos in subsidium debetur à patruo nepti, & sit filiæ fratris etiam spuriæ, ita vt pro illa constituenda possint etiam bona fideicommissaria alienari, latè Rot. *in Romana dotis 14. Martij* 1635. *coram Merlino inter impressas eiusdem decis.*671. *& in Nouiss. part.*7. *decis.*30. *per tot.* facit quod dixi in §. *Alimenta num.* . . alia vide in §. *Filiatio num.* 75. *& seqq.*

Debetur etiam in subsidium ab auo materno, Caualer. *decis.*245. *& decis.*298.

An, & quando auus teneatur dotare neptem, Gratian. *discept. forens. cap.*259. *per tot.*

Quinam teneatur dotare, vel non, latè Tusch. *litt. D. concl.*779. *& seqq.* Ricc. *Collect.* 2246. Addit. ad Sanfelic. *decis.*384 *per tot.*

Quòd onus sit paternum dotare filias, & inhæreat bonis, ita vt transeant cum hoc onere ad quoscumque ac si fuissent præcisè obligata pro dote filiarum, Gratian. *decis.*19. Merlin. *decis.*249. vide in §. *Pater num.*9. *& in.*11. Merlin. *decis.*276. *num.*1. *&c. decis.*657. *num.*5. *decis.* 658. *num.*23. *decis.* 671. *num.*12. Rot. *part.* 9. *recent. decis.* 461. *num.*4. *& part.*10. *decis.* 273. *num.* 4. *& part.* 11. *decis.* 25. *num.* 16. *&c.* vbi de aui hæredibus, vt teneantur dotare neptem, *& decis.*233. *num.* 12. *&c.* Plura de obligatione patris, & hæredum illius, ac bona possidentium circa dotationem filiarum, Fontanel. *d. tract. tom.*2. *claus.*5. *glos.*1. *per tot. fol.*3. *&c.*

41 Dos data filiæ spuriæ qualiter illa mortua reuertatur ad hæredes dotantis, dixi in §. *Pater num.* 10.

Quòd non solum alimenta, sed etiam dos debeatur filiæ spuriæ iuxta veriorem opinionem, licet aliqui contra probet, Dian. *part.*6. *tract.*7. *resolut.*28. *part.*11. *tract.*4. *resolut.*25. *per tot.* cum declarationibus ibi adductis, Paul. Christin. *decis.*188. *vol.*5. *& ad leg. municip. tit.* 18. *art.*6. *num.*8. Merlin. *decis.* 671 *num.*9. *&c.*

42 Dos data primo viro, an censeatur data secundo, Tusch. *litt. D. conclus.*725. *per tot.* vide in §. *Mulier num.* 25. *supra num.*24. *in fine*, Rot. *part.*9. *recent. decis.* 176. *num.*1. *&c.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 6. *num.* 43. Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 311. *num.* 13. *& seqq.* vbi ad effectum lucri dotalis, & an præsumptio procedat in præiudicium filiorum primi matrimonij, & concludit affirmatiuè quando per statutum est derogatum, *l. hac edictali*.

43 Dos qualiter possit assecurari in bonis fideicommisso subiectis, quæ etiam ex causa dotis alienari possunt, latè Tusch. *litt. D. concl.*747. *per tot.* dixi in §. *Bona num.*21. *&* §. *Lucrum num.*7.

44 Dos, & augmentum dotis pari passu ambulant, & ex quibus bonis præsumatur augmentum, Tusch. *litt. D. concl.* 757. *per tot.* dixi in §. *Augmentum*.

45 Dos materna peti potest à filia dotata à patre, & quando secus, vide Castr. *cons.* 276. *lib.* 1. Tusch. *litt. D. conclus.*790. intellige prout dixi in §. *Statutum excludens n.* 28. *& seqq.* §. *Filia num.* 83. Rot. *part.* 12. *recent. decis.* 351. vbi secus stante renunciatione.

46 Dos qualiter, & quando virgini stupratæ debeatur, vel non à stupratore, dixi in §. *Stuprum num.*7.

47 Dos soluta monasterio pro ingressu puellæ, si ipsa adhuc nouitia, & ante factam professionem decedat, est restituenda illius consanguineis integrè vnà cum fructibus ad rationem quinque pro centenario, & tota suppellectili reperta, deducto solum ipsius nouitiæ victu ad rationem ducatorum 44. pro anno sicuti decisum refert Triuis. *dec.*57. *part.*1. & illum sequitur Ricc. *Collect.* 2223. *vers. sed contingit*, facit quod dixi in §. *Monasterium num.*5.

Quid autem si Nouitia emittat professionem in articulo mortis, etiam intra annum probationis, an tunc illius dos spectet ad monasterium, vel ad consanguineos, & hæredes, & quid de alijs bonis, vide Ciarlin. *contron.* 193. *per tot.* vbi pro Monasterio.

Plura de dotibus monialium, qualiter debeantur, quomodo taxandæ, & soluendæ, an propter dilatam solutionem aliquid debeatur monastario ratione damni, & alia, Ascan. Tamburin. *tract. de iur. Abbatis. & monial. disp.*5. *per tot.* Rot. *part.* 13. *recent. decis.* 116. vbi de damnis, & interesse, vide in § *Monasterium num.*3.

48 Dos, sine instrumentum dotale (circumscripta obligatione Camerali, vel alia via executiua) non habet executionem paratam, sed benè fructus illius, qui loco alimentorum succedunt, Rot. *part.*13. *recent. decis.*20. *num.*7. *& seqq.* dixi in §. *Instrumentum num.* 8. vbi plura, & Rot. *part.*14. *recent. decis.*376. *num.*1. *& seqq.* vbi quòd vigore statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.*85. habet executionem paratam.

Plura ad rem vide per Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2. *claus.*6. *glos.*1. *part.*4. *fol.*254. *&c. claus.*8. *glos. vnic. fol.* 548. vbi de obligatione parentum circa dotis promissæ solutionem, & an causa dotis sit summaria, vel plenaria, ac de modo procedendi in dote.

49 De materia dotis vltra tractatus ordinarios multa tradit Thoro *compend. decis. Neap. part.*1. 2. *&* 3. *verb. Dos*, & alia DD. plena manu relati ab Ægid. de Casteion. *in Alphab. iurid. verb. Dos*, & à Com. August. Fontan. *in Bibliothec. Leg. part.*4. *eod. verb. fol.*454. *& seqq.* Io. Torre *tract. de success. in Maiorat. & Primog. Ital. in varijs locis, vt in Indice general. in fine part.*3. *verb. Dos*, Cancer. *var. resol. part.*1. *cap.*9. *per tot.* à *fol.*177. *ad* 215.

§. DVELLVM. XXXIII.

1 DVelli materiam, & DD. illam pertractantes vide in mea Practica §. *Duelli per tot.* & hoc in Opere §. *Princeps num.*37. *&* §. *Sepultura num.* 3. Conciol. *resol. crim. verb. Duellum resol.* 1. 2. *&* 3. vbi qualiter duellum sit omni iure prohibitum, eius requisita, non excludat ab immunitate Ecclesiæ iuxta veriorem opinionem, licèt alij contra, & qualiter etiam puniantur, vel excusentur spectator duelli, latè Guttierez *in praxi quæst.* 93. 94. 95. *&* 96. *per tot.* Thom. Hurtad. *resol. moral. part.*2. *tract. vlt. resol.*5. *fol. mihi* 500. vbi latè an pro defensione innocentiæ propriæ possit fieri duellum cum alijs pluribus per me relatis in §. *Auxilium num.*7.

a De duello vltra citatos in primis Addit. Alciat. *de Sing. certam.* Peregrin. *de duello*, Luc. Floren. *de duello*, Tholosan. *Syntag. iur. part.*3. *lib.* 48. *cap.* 15. Muta *ad Consuet. Panorm. cap.*6. *& ad Pragm. tit.*37. *de pæn. pronoc. ad duel.* Nouar. *in Sum. Bullar. in Bulla Clementis VIII.* Masin. *de confisc. bonor. quæst.* 10. Rouit. *in Pragm. de duel.* Carol. Tap. *de iur. Regn. lib.* 5. *tit.* 34. *de duell.* Fagnan. *in cap. Henricus n.*2. *& seqq. de Cler. pugnant. in duello*, Amescua *de potest. in se ipsum lib.*2. *cap.*5. *num.* 19. *& seqq.* Larrea *allegat. fisc.* 116. *&* 117. *per tot.* P. Caraff. *tract. de duell.* P. Carol. Ant. Thesaur. *de pæn. Eccl. part.* 2. *verb. Duellum cap.*1. 2. 3. 4. *&* 5. *per tot.* vbi plura, Mendo *tract. de ordin. Milit. Disquis.*3. *quæst.*2. *num.* 15. *& seqq. fol. mihi* 91. *Disquisit.*12. *quæst.*8. *num.*96. *& seqq. fol.* 350. *& Disquisit.*18. *quæst.*1. *fol.*430. *& in statera opin. benign. Dissert.* 1. *num.*233. *cum multis seqq. & in tract. de iur. Academ. lib.*3. *quæst.*29. *per tot.* Scaglion. *in Pragm. de duello fol. mihi* 205. *& seqq.* & nouissimè Raynald. *Syntax. rer. crim. cap.*9. §.1. *&* 2. *per tot.* vbi quid sit duellum, qualiter omni iure prohibitum, debeat esse cum præcedente tractatu, & deliberatione, ac cum electione, & determinatione certi loci, & diei, an possit aliquando esse licitum, & permissum, quid si à prouocato non fuerit acceptatum, & alia, de quibus etiam Alex. Raudens. *in disput. de duello post indicem libri primi consil.* & alij per eum relati, & ab Ægid. de Casteion. *in Alphab. iurid. vers. Desafios*, & Com. Aug. Fontan. *in Biblioth. leg. part.*4. *verb. Duellum fol.* 469. *&c.* vbi indicat Auctores, qui de duellis scripserunt.

3 Quòd non sit licitum in foro conscientiæ pro conseruaua-

uatione honoris acceptare duellum (quicquid nonnulli contrarium asserant, & alij, ac præcipuè milites pro inani gloria impiè exequantur, & æternaliter damnentur;) sed satis, superque lacessitus, & prouocatus ad duellum suum seruet honorem, imò augeat gloriam, respondendo, se esse semper paratum ad defendendum vbicumque aggressus fuerit, neque latitabit, sed sui copiam per ordinarias Ciuitatis vias faciet, & forsan tuo magno malo, aut fato me aggredieris, sed duellum recusare, quia impium est, & à sacris Canonibus, & Constitutionibus reprobatum, quibus obedientiam, quam debet præstare vult, & intendit, docent Bannes 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1. *dub. vltim.* Balthas. Gom. *tract. de potest. in se ipsum lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 19. Less. *de iust. lib.* 2. *cap.* 9. *Dub.* 12. *num.* 84. laudati à Valer. *de differ. vtriusque fori, verb. vita, & honor, differ.* 1. *concl.* 4. *per tot.* P. Mendo *loc. sup. cit.* vbi quòd recusans duellum non ob id arcetur ab ordine Equestri Iacobæo, sed imò potius magis habilitatur, & dignus efficitur, si ob dictas rationes, & non ob ignauiam, pusillanimitatem, & timorem recusauit; vndè mos interrogandi admittendum ad dictum Ordinem Equestrem, an non acceptauerit duellum, originem traxerit, quomodo consulto Rege esset hæc interrogatio mutanda, ne pusilli, & ignari ex indè putent aliquando licitum esse duellum, & illius acceptationem, & alia in detestationem duelli, & rursus idem Mendo plenè *in tract. de iur. Academ. lib.* 3. *q.* 29. *nu.* 310. *& seqq. per tot.* vbi an vir Nobilis prouocatus ad duellum possit aliquando illud acceptare, proponit sententias, & rationes, hincinde negatiuè concludens, ac tandem medium efficax, & facilè ad extirpanda omninò duella proponit, penes eum videndum ibidem §. 5. *fol. mihi* 334. licèt arte Diaboli non apud omnes proficuum, sicut in his, & similibus adhibitum experientia docuit non sufficere, fortè quia non seruatur debitus rigor.

FINIS LIBRI QVARTI,
Et Primi Voluminis.

Ad Laudem Dei, & Deiparæ Sponsi.

NOVISSIMÆ ADDITIONES

Ad hunc Primum Tomum

SVMMÆ SABELLÆ,

Diuerſorum Iuris Procerum Allegationes, & Deciſiones continentes;

PER GVIDVM ANTONIVM SABELLVM I. C.

Et in Sacra atque Illuſtriſſima D. Stephani Sereniſſimi Magni Etruriæ Ducis Religione Equitem

Recollectæ, atque Argumentis, & Summariis ornatæ.

In quibus nonnullæ Quæſtiones confirmantes plures huius Summæ Concluſiones agitantur.

ARGVMENTVM.

Reciprocum fideicommissum an, & quando censeatur inductum inter plures substitutos etiam diuersarum linearum, & non solùm respectu portionis paterne vniuscuiusque, sed etiam portionum aliorum institutorum, vel substitutorum. Ius accrescendi an, & quando locum habeat in fideicommissis, & quando ex prohibitione alienandi adiecta causa *quia voluit, &c.* resultet absolutum fideicommissum, non tantum in casu alienationis, sed etiam in casu mortis.

I. M. I.

DOminus Petrus Cambius Florentinus sub die 31. Nouembris 1592. suum vltimum, cum quo decessit, condidit testamentum, in quo hærede vniuersali instituta D. Ioanna vxore sua eius tantùm vita durante cum expressa prohibitione alienandi, eidem post mortem cum eadem prohibitione substituit pro dimidia D. Orestam ipsius testatoris sororem, & pro alia dimidia Dominam Catterinam eiusdem, ex alia sorore neptem, quibus, & iterum per hæc præcisa verba substituit. *E*
1 *doppo di loro, e ciascun di loro costituì i loro, e di ciascuna di loro figliuoli, e descendenti maschi legitimi, e naturali in infinito con la già detta prohibitione di non alienare nè vendere in tutto, ò in parte li beni del d. testatore perche volse, e vole, che li suoi beni si mantenghi, e conseruino perpetuamente, &c. e chi contrafarà alla mente del detto testatore circa l'alienature lo priua, e dichiara priuato della sua portione, e rata che li fosse tocca, quale in tal caso volse, e vole che s'acquisti à quello, e quelli che osserueranno, e tutto in ogni miglior modo &c.*

Defecta modo, ac in totum extincta linea dictæ Dominæ Orestæ per mortem sine vllis liberis Augustini, & Thomæ illius ex Michaele Lippio filio, nepotum, superstite D. Petro ex D. Petro Francisco de Panicacijs dictæ D. Catterinæ filio, dubitatur an idem D. Petrus dictæ D. Catterinæ ex filio nepos, & pro vna dimidia vt supra ex persona eiusdem D. Catterinæ hæres substitutus, possit in defectum alterius lineæ dictæ D. Orestæ vigore supradictæ substitutionis pro alia dimidia ipsius D. Orestæ admitti, illamque consequi, & à possessoribus vindicare, &c.

Et quidem pro affirmatiua ex triplici capite respon-
2 dendum existimo, propter scilicèt reciprocum fideicommissum inter descendentes vtriusque lineæ ex prædictis verbis resultans, propter ius accrescendi, ac denique vigore alterius fideicommissi ex prohibitione alienandi adiecta causa, quia voluit &c. pariter resultantis &c.

Quò ad primum quamuis non me lateat ad inducendam reciprocam substitutionem fideicommissaria inter plures vocatos, & substitutos plura requisita con-
3 currere debere, nempè expressam vocationem ipsorum institutorum, vel substitutorum, & non tacitam resultantem ex eo, quod positi fuerint in conditione, quòd fiat inter ipsos vocatos, & substitutos in eodem substitutionis gradu, ac pari modo, & sub eisdem conditionibus honoratos, & grauatos, quòd si facta omnibus descendentibus, & vltimo morienti, ac denique quòd sit de vniuersa hæreditate, siuè specificè, siuè per æquipollentia verba, Bart. Bald. & alii in *l. Titio seio, §. seia libertis in fine, ff. de leg. 2. DD. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsump. 62. num. 1.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 5. num. 15.* Magon. *decis. Flor. 71. num. 16.* Duran. *decis. 258. num. 10. 11. & 12.* & D. meus Pontirol. *in eius elegantissimo Respons. siue tract. substit. & detract. pro Mambellis Cesena impresso anno 1645. sub num. 192.* tamen vbi constat de voluntate testatoris prout in casu
4 nostro propter illa verba, *e doppo di loro, e ciascuna di loro sostituì i loro, e di ciascuna di loro figliuoli, &c.* & ex alijs coniecturis infrà recedendis, ex quibus apertè colligitur mentem testatoris fuisse, & esse, vt omnes sibi inuicem succederent, etiam si expressè, non dixerit, vel etiam si non ageretur de vniuersa hæreditate, nec esset facta substitutio vltimo morienti certissimum est etiam cessantibus prædictis requisitis censeri inductum reciprocum fideicommissum inter ipsos vocatos, & substitutos cùm in fideicommissis attendatur voluntas testatoris nedùm expressa, sed etiam tacita ex coniecturis resultans, ita vt hæc dicatur totum facere, & 5
operari in testamentis, Corn. *cons. 97. num. 6. lib. 1.* Crauett. *cons. 113. num. 1. in fine*, Menoch. *lib. 4. præsumpt. 62. num. 34.* Mantic. *de coniect. vltim. volun. loc. sup. cit. vers. ex coniecturis autem &c.* Galuan. *cons. 34. num. 50. & seqq.* cum alijs per Altograd. *cons. 92. num. 3. & seqq. lib. 1. & cons. 80. num. 57. & seqq. & cons. 81. num. 55. lib. 2.* & per Duran. *decis. 451. num. 3. & seqq.*

Nec desunt vrgentissimæ coniecturæ, ac à iure approbatæ ad inducendum huiusmodi reciprocum fideicommissum inter dictos substitutos, & prima quidem est, quia testator noster vocauit omnes descendentes masculos dictorum DD. Orestæ, & Catterinæ, & sic visus est non 6
nominibus proprijs, sed collectiuis, quo casu tales sic per nomina collectiua, & tractum temporis significantia vocati, dicuntur inuicem inter se iurè fideicommissi substituti, cum aliàs non possent resultare effectus perpetui transitus bonorum de vno in alium, Franch. *in l. hæredes mei, §. cum ita num. 211. ff. ad Trebell.* Menoch. *d. præsump. 62. num. 22. & num. 40. vers. sexta est*, Ruin. *cons. 164. num. 3. lib. 3.* Pancirol. *cons. 150. num. 10.* Lancell. Gallia. *cons. 17. per tot.* cum alijs per Fusar. *de substit. quæst. 475. num. 22.* & Altograd. *d. cons. 92. num. 10.* Mantic. *decis. 375. num. 2. & seqq.* Rot. *par. 1. recen. decis. 266. num. 10. & decis. 300. num. 3.* Gratian. *discep. 285. num. 4. & discep. 828. num. 44.* idem Altograd. *cons. 80. num. 63. & cons. 81. num. 54. & seqq. lib. 2.*

Secunda est coniectura, quia testator ordinatis pluribus substitutionum gradibus substituit demum dictos descendentes Dominarum Orestæ, & Catterinæ in infinitum, ex qua vocatione in infinitum, vel in perpetuum resultat re- 7
ciprocum fideicommissum, cum alias sinè eo non possent bona in perpetuum inter ipsos vocatos conseruari, Decian. *cons. 50. n. 12. lib. 1.* Peregrin. *de fideicom. art. 13. num. 76. & seqq.* Gratian. *discep. 828. n. 42. & 43.* Altograd. *d. cons. 92. n. 7. lib. 1. & cons. 81. n. 55. & seqq. lib. 2.*

Tertia coniectura, & cæteris vrgentior resultat ab expressa, & reali prohibitione alienandi in omnibus dictis substitutionibus apposita, & repetita sub pœna priuationis portionis hæreditatis ad contrafacientem, & alienantem obuentæ, quam eo casu alijs obseruantibus acquiri voluit, & 8
mandauit omni meliori modo, qua reali, seù in rem scripta, & perpetua prohibitione stante fauore dictorum descendentium masculorum cum clausula omni meliori modo, manifestè datur intelligi testatorem voluisse taliter illos grauare, vt bona sua reciprocè transirent de vno in alium, Bald. *in l. precibus num. 49.* vbi etiam Salic. *col. penult. C. de Impub. & alijs substit.* Corn. *cons. 229. col. vlt. lib. 3.* Pereg. *de fideicom. art. 13. n. 81. & 82.* Rot. *in Romana de Naris 11. Decemb. 1595. coram Penia, in Viterbien. fideicom. 10. Maij 1613. coram Manzanedo*, cum alijs per Gratian. *discept. 828. num. 45. & discept. 285. num. 5. & seqq.*

Quarta, & quidem fortis coniectura est, quia nedum dictus testator prædictos descendentes masculos vocauit per nomina collectiua in infinitum, & cum iam dicta reali prohibitione alienandi, sed etiam expressè, & dispositiuè de- 9
clarauit velle bona sua in perpetuum conseruari inter dictos descendentes masculos, ex qua ratione hoc modo dispositiuè expressa inducitur reciprocum fideicommissum inter ipsos vocatos, cum etiam ex illa resultet absolutum fideicommissum nedum in casu alienationis, sed etiam in casu mortis, vt infrà in tertio capite dicam, & interim hoc mihi probant Peregrin. *de fideicom. art. 13. n. 73. & seqq. ad 78.* Mantic. *de coniect. vlt. volun. lib. 7. tit. 5. n. 15. in fine, & lib. 6. tit. 15. n. 13.* Gratian. *d. discep. 828. n. 43. & discept. 285. n. 8. & seqq.* cum alijs pluribus per Altograd. *cons. 92. n. 14. lib. 1. & cons. 80. n. 64. & 65. lib. 2.*

Neque dicatur prædictos Doct. loqui, quando testator habuit rationẽ suæ agnationis, & familiæ cõseruandæ, secùs 10
autẽ in casu nostro in quo fuerunt vocatę fœminæ, & illarũ de-

descendentes, ex qua fœminarum, & illarum descenden-
tium vocatione videtur excludi agnationis, & familiæ con-
templatio, quia descendentes sororum dicuntur cognati,
per quos ideò non conseruatur agnatio, nec familia testa-
toris, *l. Iurisconsultus in prin. ff. de gradibus*, Altograd.
cons.60. num.11. & cons.66. num. 48. & seqq. lib. 2. Honded.
cons.56. num.17. & lib. 2. Quia hoc procedere posset respe-
11 ctu familiæ testatoris, quæ per descendentes à fœminis
non conseruatur, ac vbi ipse haberet suos descendentes,
& agnatos, quos prætererit vocando sorores, & illarum
descendentes, vel alios extraneos, secùs autem si suos non
habeat, nam isto casu non eò minùs dicitur contemplata
agnatio, & familiæ conseruatio in descendentibus ipsorum
institutorum, & substitutorum cùm familia accipiatur
12 dupliciter effectiuè scilicèt, & contentiuè, vel in genere,
& in specie, & in specie siuè effectiuè sumpta alijs duo-
bus modis considerari, & accipi soleat nempè pro descen-
dentibus ipsius testatoris, & pro descendentibus instituto-
rum; vel substitutorum vbi testator proprios filios, & de-
scendentes non habebat, Bart. *in l. peto, §. fratre num. 1.
ff. de leg. 2.* Fusar. *de substit. quæst. 351. num. 3. & seqq.* Al-
tograd. *cons.46. num.21. & d. cons. 66. num.45. & seqq. lib.2.*
dum igitur testator mandauit bona sua conseruari in fami-
lia dictorum descendentium masculorum, & ipse non ha-
bebat descendentes nihil impedit, quin si propriæ non po-
tuit prospicere familiæ, non dicatur familiæ dictorum de-
scendentium masculorum substitutorum prospicere, & il-
lam conseruare voluisse.

Quinta coniectura est, quia testator voluit bona sua
peruenire ad dictos descendentes masculos legitimos, &
naturales, ex qua declaratione, & qualitate masculinita-
13 tis, & legitimitatis oritur præsumptio pro reciproca inter
eos substitutione, nè aliàs defectu masculorum legitimo-
rum, & naturalium vnius ex dictis lineis, admittantur il-
legitimè nati, vel fœminæ, prout admitterentur contra
votum, & dispositionem testatoris in præiuditium mascu-
lorum legitimorum, & naturalium, si non adesset dictum
reciprocum fideicom. inter ipsos vocatos, & substitutos,
Socc. iun. *cons.145. num.39. lib.3.* Crauett. *cons.326. num.3.*
Giouagnon. *cons. 81. num. 12.* Altograd. *cons. 80. num. 66.
lib.2.* Gratian. *discept.285. num.11.*

Non obstat quòd fideicommissum reciprocum, vel re-
ciproca substitutio numquàm intelligatur inducta inter
14 duas lineas separatas nisi ex verbis expressis, vel coniectu-
ris omninò necessariis inferatur, Cephal. *cons. 401. per tot.
lib. 3.* Seraph. *decis. 1023. num. 3.* Quia hoc non procedit
quando prout in casu nostro adsunt verba ferè expressa, vel
vigore nominum collectiuorum, & tractum temporis,
vel perpetuitatem denotantium, vel ex vi prohibitionis
realis, siuè ex alia qualitate adiecta apparet testatorem vo-
luisse inducere reciprocum fideicommissum inter omnes
vocatos, & substitutos iuxta prædicta, etiam quòd sic bo-
na transire debeant de vna linea ad aliam lineam diuersam
vt optimè respondet Gratian. *discep. 828. num. 39. 40. 41. &
42.* Altograd. *cons.80. num.70. lib.2.* Imò si benè consideren-
tur verba substitutionis prædictæ, ibi, *e doppo di loro, e cias-
cuna di loro sostitui à loro, e di ciascuna di loro figliuoli, e de-
scendenti mascli legitimi, e naturali in infinito, &c.* ex illis
apertè colligitur expressum fideicommissum inter omnes
dictos descendentes, cum verbum illud *cuiuslibet* ipsos om-
nes distributiuè comprehendat, ac singulis ius separatim
distribuat, Bart. *in l. non distinguemus, §. cum in plures, ff. de
recep. Arbitr.* Rol. *cons.70. num. 45. lib. 3.* pulcrè Altograd.
cons. 103. n. 100. & seqq. lib. 2. Gratian. *discep. 285. n.9.* vbi
ideò vigore huiusmodi dictionis distributiuè infert in ter-
minis nostris non esse credendum testatorem adeò fuisse sol-
licitum, vt bona conseruarentur inter illos descendentes
ad effectum, vt possent ad alios transire, & statim ac per-
uenissent ad aliquem ex illis voluisse illa esse libera ab omni
onere, sed potiùs dicendum esse quod habuerit eundem res-
pectum ad omnes pro conseruatione bonorum inter illos,
imò cùm grauauerit primos institutos, & substitutos, mul-
tò magis intelligendum esse voluisse etiam grauare alios de-
scendentes remotiores, Rot. *in Florentina fideicom. 7. Fe-
bruarij 1607. coram Iusto vers. Adsunt denique verba &c.*

Prout etiam non obstat, quòd quando testator instituit
plures hæredes, & eos, ipsorumque filios etiam expresè
15 inuicem substituit, intelligatur tantùm filios vniuscuiusque
inter se inuicem substituisse respectu portionis paternæ, non
autem respectu portionum aliorum institutorum, vel sub-
stitutorum, quasi in substitutione vnius transuersalis non
includatur alter transuersalis, sed tantùm descendentes
transuersalis grauati, etiam quòd cuilibet fuerint substituto
sui descendentes, cùm solum illi de alia linea dicantur sub-
stituti eorum ascendenti, & inuicem inter se substituti, non
autem alij de alia linea alterius instituti, Odd. *cons.45. n.32.
& 33.* Cephal. *cons.430. num.26. & 27. lib. 3.* Menoch. *cons.
376. num. 29. lib. 4.* & Gratian. *discep. 371. num. 8. & seqq.
discep.664. num.2. & 3.* Altograd. *cons.92. num. 33. lib. 1.* Ac
ità seruari videmus inter plures inuestitos pro se, & eorum
filijs, cum filii cuiuslibet intelligantur vocati tantùm pro 16
portione illorum patris, & non patris, Alex. *cons.204. n.3.
lib.2.* cum alijs per Gratian. *d. cap. 371. num. 9.* Et sic etiam
in casu nostro videatur dicendum descendentes D. Catte-
rinæ fuisse inter se tantùm substitutos, & vocatos respectu
medietatis, & portionis, in qua ipsa D. Catterina fuit in-
stituta, non autem pro alia medietate, & portione spectan-
te ad D. Orestam, quæ ideò respectu descendentium D.
Catterinæ fuerit libera, & nulli restitutioni eorum fauore
obnoxia, sed tamen inter ipsos descendentes D. Orestæ,
quibus finitis liberè spectare debeat succedentibus ab inte-
stato, vel ex testamento vltimo ex eis morienti per præ-
dicta.

Quia respondetur hoc non procedere stantibus coniectu-
ris suprà in contrarium consideratis pro reciproco fidei-
commisso inter descendentes vtriusque lineæ vt respondet
idem Gratian. *d. cap. 371. n. 16. & seqq.* & idem Altograd.
d. cons.92. num.34. lib.1. vel vbi non adest necessitas referen-
di singula singulis, sed dispositio aliter saluari potest absque 17
repugnantia, vel absurdo, & verba, sic interpretando
magis conueniunt menti, & voluntati testatoris, prout in
casu nostro per prædicta, & pulcrè tradit idem Gratian.
discept. 741. num. 12. stantibus enim prædictis coniecturis
ostendentibus voluntatem testatoris fuisse, vt vocati non
solum proprijs parentibus, sed etiam per transuersum in-
ter se succedant, & bona de vna linea, ad aliam transeant,
receditur ab opinione prædicta, cùm voluntas testatoris
tàm expressa, quàm tacita totum faciat, & operetur in 18
testamentis, *l. ex facto, ff. de hered. instit. l. in conditionibus
primum locum, ff. de condit. & demonstrat.* Altograd. *cons.
92. n.4. & 5. lib. 1. & cons.80. num.57. &c. lib.2.*

Quò ad secundum caput iuris accrescendi certum est
quòd cum descendentes Dominarum Catterinæ, & Orestæ
fuerint in eadem oratione ab eodem, scilicèt verbo recta,
& ad eadem bona expressis tantum intellectualiter parti-
bus, non ad oculum demonstrabilibus, vocati dicuntur re, 19
& verbis coniuncti, *gloss. in l. §. fin. ff. de vsufr. accrescen.*
Bart. *in l. re coniuncti 87. num. 16. ff. de leg. 3.* Bellon. *de iur.
accres. cap. 5. quæst.20. num.2. & 3.* qua coniunctione stante
habet locum inter eos ius accrescendi, sicuti nullis distri-
butis partibus haberet locum ius non decrescendi, cum
tunc vocati faciant sibi partes per concursum, glos. & Bart.
in loc. cit. Altograd. *cons. 103. num. 6.* Crass. *in §. Ius accre-
scendi quæst. 10. per tot.* & plures alios ego adduxi
in meis resol. *cap. 80. num. 17.* Imò iuxtà magis ve-
ram, & receptam sententiam ad hoc vt habeat locum
ius accrescendi sufficit sola verbalis coniunctio inter
ipsos vocatos, quæ tunc dicitur adesse, quando in 20
eadem oratione ab eodem verbo recta aliqui repe-
riuntur instituti, & vocati, vel quando nominum com-
plexus plures simul iungit per copulam inter ipsa no-
mina positam, quod procedit non tantùm in hæredi-
tate, sed etiam in fideicommissis, legatis, & simili-
bus relictis particularibus maximè etiam vbi non
adest omnimoda rerum disiunctio, *l. cum triplici, ff.
de verb. signif. l. re coniunctis, ff. de leg. 3.* Omot. *in
§. si eadem res num. 5. & seqq. Instit. de legat.* Gra-
tian. *discept. 807. num. 24. & seqq. & discept. 533. n. 1.
& seqq.* ego aliàs dixi *dict. cap. 80. num. 17. & 18.* &
propè infinitos allegans Altograd. *d. cons. 103. num. 8.
& num. 27. & 28.* Et in specie quòd ius accrescendi ha-
beat locum inter plures substitutos verbaliter coniun-
ctos, Peregrin. *de fideicomm. art. 9. num. 7. & 8.* & dixit
Rot. *par. 4. diuers. decis. 506. & in Bononien. fideicommissi
1. Aprilis 1650. coram Verospio sub num. mihi 17. in ma-
nuscriptis.*

Defecta itàque linea descendentium D. Orestæ debent bo-
na testatoris pro medietate ad illos peruenta redire

ad descendentes D. Catterinæ simul in eadem oratione substitutos per ius accrescendi ex præsumpta mente eiusdem
21 testatoris, & ex quasi quadam tacita substitutione resultans, quia sicuti testator æqualiter dilexit descendentes vtriusque lineæ eos æqualiter, & coniunctim vocando, ità præsumitur quòd in defectum vnius voluerit alteri accrescere, & bona sua ad coniunctos potius, quàm ad vltimi decedentis extraneos hæredes transire, & si de hoc fuisset interrogatus ità certè respondisset, adeò vt hæc præsumpta voluntas ex sola verbali, vel reali coniunctione resultet, cùm propter vnitatem orationis tales coniuncti dicantur quasi in vnum corpus redacti, & fungantur vicè vnius tantùm personæ sicuti benè explicat Duaren. *de iur. accres. cap.* 10. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 10. *tit.* 3. *num.* 3. *& num.* 7. *&* 8. Pichard. *in §. si eadem res num.* 30. *Instit. de legat.* Bellon. *de iur. accres. cap.* 2. *quæst.* 2. *num.* 6. *& seqq. & cap.* 5. *quæst.* 36. *num.* 7. cum alijs pluribus Altograd. *cons.* 77. *num.* 5. *lib.* 1. *& cons.* 103. *num.* 34. *&* 35. *& num.* 51. *&* 52. *lib.* 2. Gratian. *discept.* 533. *num.* 14.

Neque hic desiderantur omnia coniunctionis, & iuris accrescendi requisita intrinseca necessaria (si benè prædictæ substitutionis verba obseruentur) nempè quòd præten-
22 dentes succedere per ius accrescendi sint vocati in vna, & eadem oratione, per expressam testatoris dispositionem, ad eandem rem, & non in solidum, sed ad partes à testatore distributas, alias dicerentur potiùs per ius non decrescendi succedere, vt benè declarat Bellon. *de iure accresc. cap.* 5. *quæst.* 15. *num.* 2. *quæst.* 16. *&* 17. *num.* 1. *& seqq.* Altograd. *cons.* 103. *num.* 12. *lib.* 2. magnos autem est effectus successionis per ius accrescendi, vel per ius non decrescendi,
23 nam venientes per ius accrescendi tenentur ad onera, quæ consubstituto, vel collegatario erant apposita, non autem venientes, per ius non decrescendi, quia cum isti ab initio vocentur insolidum, & faciat sibi tantùm partes concursum nihil dicuntur consequi ex persona repudiantis, sed proprio iure, & ideò non tenentur ad onus collegatario appositum, vt per Ias. *in l. re coniuncti, ff. de legat.* 3. Omot. *in §. si eadem res Instit. de legat. num.* 8. *in fine*, quod ego intelligo nisi tale onus esset rei, & non personæ appositum.

Prout neque etiam desiderantur alia ipsius iuris accrescendi requisita extrinseca, & coniunctionis consequu-
24 tiua, nempè quod si portio, quæ debet accrescere non sit alteri ex dispositione testatoris, vel eius præsumpta mente effectualiter acquisita, deficiat ipso iure, & ipsi coniunctim vocati eodem, & non diuerso, nec speciali iure, sed ordinario succedant vt per Dec. Cagnol. & alios *in Rub. C. quando non pet. part.* per me allegatos in meis resol. *cap.* 80. *num.* 18.

Non obstat quòd substitutiones factæ de Oresta, & Catterina, illarumque descendentium fuerint taxatæ pro dimidia, ex qua taxatione, & assignatione vnicuique facta pro dimidia videtur testator excludere
25 voluisse ius accrescendi, quod non habet locum in dispositionibus limitatis etiam stante verbali inter substitutos coniunctione, *l. huiusmodi* 86. *§. quibus ità vbi DD. ff. de legat.* 1. *l. Lucius titius* 78. *§. quæ habebat in fine, ff. ad Trebell.* Ias. *in l. re coniuncti num.* 199. vbi etiam Bart. *num.* 23. *ff. de legat.* 3. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 10. *tit.* 3. *num.* 7. Bellon. *de iur. accres. cap.* 5. *quæst.* 17. *num.* 1. *& seqq.* Potest enim ius accrescendi nedum expressè, sed etiam tacitè per dispositionem limitatam à testatore impedi-
26 ri, & prohiberi, intelligendo tamen vbi ex huiusmodi prohibitione causa intestati non traheret ad se causam testati, prout euenit in legatis, & fideicommissis, in quibus cessat illud absurdum à lege consideratum, quòd quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, & ideò in illis tàm expressè, quàm tacitè prohiberi potest, secùs autem in vniuersalibus institutionibus, & substitutionibus directis, in quibus, nec tacitè, nec expressè prohiberi potest, cùm quis non possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, Gratian. *discept.* 533. *num.* 4. *&* 5. Et latè Altograd. *cons.* 77. *num.* 7. *& seqq. per tot. lib.* 1. Nisi ta-
27 men testator expressè, & solemniter declarauerit se velle potiùs intestatum decedere, quàm quòd sit locus iuri accrescendi, cùm per huiusmodi declarationem solemniter coram septem testibus factam, quòd velit intestatus decedere videantur vocati venientes ab intestato, & quodcumque præcedens testamentum etiam solemne remaneat reuocatum, quidquid aliud sit vbi non esset expressa illa causa, quia velit intestatus decedere, Thes. iun. *quæst. forens. lib.* 3. *cap.* 45. *num.* 1. Clar. *§. testamentum quæst.* 92. latè Gratian. *discept.* 558. *per tot. discept.* 763. & 764. *per tot.* latè Marescot. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 48. *per tot.* Altograd. *cons.* 77. *num.* 43. *& seqq. lib.* 1. *& cons.* 65. *num.* 19. *& seqq. lib.* 2.

Quia respondetur prædicta procedere posse vbi testator vsus fuisset dictione taxatiua tantùm, vel distribuisset partes realiter, & ad oculum demonstrabiles, ve- 28
luti vni à parte superiori vsque ad talem locum, vel terminum, alteri residuum, cum tunc quælibet pars sic realiter diuisa, & ad oculum demonstrabilis reputetur ex dispositione, & destinatione domini tamquam fundus separatus, & res omninò diuersa, ideòque etiam stante coniunctione verbali, cum tunc respiciat solam figuram verborum, & adsit omnimoda rerum diuersitas, & separatio non esset locus iuri accrescendi; secùs autem vbi vltrà verbalem coniunctionem non adest omnimoda rei disiunctio, diuersitas, vel separatio, vt quando prout in casu nostro, plures in eadem oratio- 29
ne, vel per copulam inter nomina positam ad eadem bona distributis partibus pro indiuiso vocantur, nàm tunc talis coniunctio respicit non solum figuram verborum, sed etiam quodammodò ipsa bona, & cùm sic partes dicantur tantùm intellectualiter distributæ, sed indiuisæ, & non ad oculum demonstrabiles, vnusquisque habet ius in toto, & in qualibet parte, nec taliter pro dimidia, vel alia portione indiuisa vocati possunt dici penitùs re disiuncti, & ideò huiusmodi partium assignatio in confuso tamquam incerta, & non visibilis non impedit ius accrescendi, quia in hac materia solet sic magistraliter distingui, quòd aut adest 30
sola verbalis coniunctio, & omnimoda bonorum disiunctio, vel respectu diuersitatis illorum in corporibus diuersis, vel realis diuisionis, & ad oculum demonstrabilis ut supra à testatore factæ, & tunc non procedat ius accrescendi. Aut cum verbali coniunctione, non adest omnimoda bonorum disiunctio, vt quia plures sint in eadem oratione pro æquis portionibus indiuisi vocati vt in nostro casu, & tunc absque dubio procedat ius accrescendi cum huiusmodi partes indiuisæ non possint ad oculum demonstrari, nec videri iuxtà egregiam doctrinam Bart. communiter receptam, *in l. re coniuncti num.* 23. *ff. de legat.* 3. vbi etiam Ias. *num.* 79. *& num.* 103. Mantic. *de coniect. loc. sup. cit.* Menoch. *lib.* 4. *præsump.* 159. *num.* 7. *& seqq.* pulcrè Gratian. *discept.* 533. *num.* 1. *& seqq.* Cancer. *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 18. *& seqq.* Bellon. *de iur. accres. cap.* 5. *quæst.* 16. *num.* 26. *& seqq.* & optimè, ac latissimè huiusmodi distintionem ab obiectis vindicando, Altograd. *cons.* 103. *num.* 7. *& seqq. per tot. ad num.* 149. *lib.* 2.

Quòd ad tertium, & vltimum caput prohibitionis alienandi adiecta causa, quia voluit bona sua in perpetuum conseruari, &c. videtur pariter ex illa resultare simplex, & absolutum fideicommissum tàm in casu alienationis, quàm mortis, & deficientiæ vnius ex 31
dictis lineis ad fauorem alterius superstitus, quia cum iam testator in præcedentia substitutione omnium descendentium ex dictis lineis in infinitum prohibuerit alienationem, & posteà subdat dictam causam generalem, & adijciat pœnam priuationis ad fauorem obseruantium eius dispositionem, videtur voluisse nouum fideicommissum inducere, maximè quia illa prima prohibitio erat per se valida, & vestita, quo casu clausula subsequens dispositiua, quia voluit, stans per se principaliter, & independenter non potest aliud effectum operari, Bart. & alij *in l. qui Romæ*, *§. cohæredes*, *ff. de verb. obligat.* latè Gratian. *discept.* 828. *per tot.* Rot. *in Nouiss. part.* 7. *decis.* 15. *per tot.* & Altograd. *cons.* 92. *num.* 19. *& seqq. lib.* 1. vbi plurimos allegat.

Imò etiam quòd talis prohibitio fuisset per se nuda, cum posteà fuerit addita causa conseruandi bona in familia substitutorum per verba perpetuitatem denotantia ex veriori, & receptiori sententia resultat simplex, & abso-

absolutum fideicommissum in casu mortis, Burat. *decis.* 107. *num.* 1. Penia *decis.* 486. *num.* 17. Fusar. *de substit. quæst.* 688. cum alijs multis per eumdem Altograd. *cons.* 80. *num.* 31. *&* *cons.* 81. *per lib.* 2.

Stante enim huiusmodi prohibitione generali, & indefinita censetur inductum etiam indefinitum fideicommis-
32 sum, ita vt nec in vita, nec in morte sit permissa aliqua alienatio extrà illud genus personarum, ad quarum fauorem disposuit testator, *l. filius familias, §. cum pater, ff. de legat.* 1. *l. peto, §. frater,* vbi Bart. *ff. de legat.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 14. *n.* 3. cum alijs per Gratian. *d. c.* 828. *n.* 1.

Non obstat quòd prædicta prohibitionis ratio, de qua in casu nostro, sit immediatè, & incontinenti post præcedentes substitutiones apposita, ideòque videatur stare continuatiuè, accessoriè, dependenter relatiuè, seù illatiuè,
33 & ab illis regularis, nec nouum inducere fideicommissum, Seraph. *decis.* 883. *num.* 3. *& seqq.* Altograd. *cons.* 82. *num.* 8. *& seqq. lib.* 2. Quia respondetur quòd licèt simus in dispositione immediata, & nullum intermedium continente, tamen hoc solum non inducit connexitatem, & dependentiam à substitutionibus prædictis quando constat prout in casu nostro quod testator voluit facere nouam dispositionem vt optimè declarat idem Gratian. *d. cap.* 828. *num.* 18. *&* 19. *& seqq.* Petr. *de fideicomm. quæst.* 6. *num.* 26. *& quæst.* 11. *num.* 159. *& seqq.*

Quòd autem testator voluerit facere nouam dispositionem patet ex duobus; primò quia cum iam in præcedentibus substitutionibus fecerit prohibitionem alienandi rea-
34 lem, & per se validam, ac vestitam, & posteà superaddiderit dictam causam, & rationem per se aptam ad nouum fideicommissum inducendum, dicitur voluisse nouam dispositionem, ac nouum fideicommissum inducere, cum aliàs dicta verba starent otiosè, & nihil operarentur quod non est dicendum vt per Rimin. iun. *cons.* 528. *num.* 9. *& cons.* 531. *num.* 7. Mandel. Alban. *cons.* 54. & Altograd. *cons.* 81. *num.* 34. *& num.* 37. *lib.* 2. & latiùs declarando idem Altograd. *cons.* 94. *num.* 16. *& seqq. d. lib.* 2. secundò quia cum verbum illud *voluit*, & *vult*, ità repetitum in tempore præterito, & præsenti non expectet ad sui essentiam actum alterius voluntatis ipsius loquentis, nec cuiuscumque alterius, & sit prolatum super negotio dependente à voluntate loquentis inducit absque dubio absolutam, & perfectam dispositionem maximè in vltimis voluntatibus, *l. verbum volo, C. de fideicomm. l.* 2. *Cod. communia de legat.* Menoch. *de arbitr. art.* 496. *num.* 5. *& seqq.* Gratian. *discept.* 443. *num.* 12. *& seqq.* Genu. *in tract. de verb. enun. lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 17. *& seqq. ad* 33. *fol. mihi* 54. *&* 55. Altograd. *cons.* 80. *num.* 19. *vers. secundo quia lib.* 2. Et quod prima prohibitio absque huiusmodi ratione fuerit per se valida, & vestita deducitur ex eo quòd facta fuit inter plures substitutos, cum clausula pœnali, per verba multum prægnantia, & repetita, & in rem concepta, ex quibus dicitur prohibitio indumenta sumere, & valida effici, vt optimè alia etiam indumenta deducens probat idem Altograd. *cons.* 92. *num.* 27. *& seqq. lib.* 1. Gratian. *discep.* 334. *num.* 1.

Cùm igitur ex prædicta ratione causam finalem denotante appareat de voluntate testatoris, quòd bona sua conseruentur inter dictos descendentes substitutos, non potest negari absolutum fideicommissum post mortem, & defectum vnius lineæ ad fauorem alterius superstitis, ità vt sit prohibita successio omnis siuè ab intestato, siuè ex testamento vltimi defuncti ex linea D. Oreste, & bona debeant vigore dicti fideicommissi redire ad lineam descendentium D. Catterinæ in eo comprehensorum DD. in *l. filius fam. §. Diui, ff. de leg.* 1. Curt. iun. *cons.* 22. *num.* 22. *& cons.* 114. *num.* 28. cum alijs per Altograd. *cons.* 92. §. 53. *lib.* 1.

Quando enim prohibitio alienationis inducit absolutum fideicommissum restitutorium post mortem intelligitur etiam prohibita successio illorum, qui non sunt de comprehensis, cùm sub nomine alienationis com- 35
prehendatur non tantùm illa, quæ fit inter viuos, sed etiam illa, quæ fit per vltimam voluntatem, siuè ex testamento, siuè ab intestato, & sic etiam ipsa alienatio legalis per successionem ab intestato censetur prohibita, maximè quando post prohibitam alienationem subsequitur ratio, quia testator voluit bona perpetuò inter substitutos conseruari, vt optimè probat videndus Altograd. *d. cons.* 80. *num.* 7. *& seqq. & cons.* 81. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2.

Imò quamuis huiusmodi prohibitio induceret tantùm fideicommissum in casu alienationis (quod ex prædictis non est firmandum) adhuc ei factus esset locus ob admissionem illorum, qui post finitam lineam descendentium D. Orestæ huiusmodi bona adepti fuerunt, cum non sint de comprehensis in fideicommisso, & sic, per huiusmodi acquisitionem ab extraneis factam, dicitur sequuta alienatio contrà præceptum, & voluntatem 36
testatori; & ideò factus locus fideicommisso, ità vt possint bona per descendentes D. Catterinæ contrà possessores vindicari, Dec. *cons.* 23. *sub num.* 5. *& cons.* 481. *num.* 7. Menoch. *cons.* 197. *num.* 36. *& num.* 45. Gabriel. *tit. de fideicomm. concl.* 10. *num.* 7. *&* 17. cum alijs per Altograd. *d. cons.* 92. *num.* 61. *&* 62. *lib.* 1.

Et ita &c. Saluo &c.

M. Ant. Sabellus I. C.

Cap. II.

ARGVMENTVM.

De eo penès quem res furata fuit reperta, an possit inquiri; An teneatur eam restituere sibi non reddito prætio; Qualiter testis deponere debeat quando dicit aliquem vidisse de nocte: Quando auxiliator, vel associator post delictum possit puniri: Quale inditium resultet ex dicto socij criminis alium nominantis, & quæ requirantur vt socius criminis aliquod faciat inditium.

I. M. I.

INquisitio formata contra N. pro prætenso furto non solum est nulla, sed ex capite iniustitiæ præcipuè non subsistere apertè dignoscitur, ideòque ipsum inquisitum absque dubio fore absoluendum ex munere mihi imposito ab Illustriss. D. N. demonstrare non erubescam, cùm & iuri, ac iu-
1 stitiæ, publiceque vtilitati conueniat innocentiam inquisiti patefieri, atque declarari, iuxta tex. *in l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procur.* Cæpol. *cons.* 54. *n.* 8. Decian. 96. *n.* 55. *lib.* 3.

Est enim nulla, quia nulla præcedente diffamatione emanauit, nemineque nominato, à quo infamia processerit, ac originem habuerit, cùm non à maleuolis, sed à fide dignis, & honestis procedere debeat, sine qua diffamatione ab honestis viris dimanante inquisitio redditur ipso iure nulla, 2
c. qualiter de accusat. Rol. *cons.* 3. *n.* 9. *lib.* 3. Farin. *q.* 1. *n.* 50. *& q.* 9. *n.* 1. & quomodo hoc intelligatur, docet Clar. *in §. fin. q.* 6. *in prin.* Ità vt non credatur iudici asserenti famam publicam præcessisse, vel delictum esse notorium, sed ipsa fama, 3
vel notorietas debeat aliter apparere ex actis, & testium depositionibus, idem Clar. *q.* 31. *vers. fama pub.* Magnn. *dec. Luc.* 22. *n.* 5. Guaz. *def.* 9. *c.* 1. *n.* 4. Et si aliter Iudex non præcedentibus legitimis indiciis processerit, potest in syndacatu 4
conueniri ad damna, & interesse, Rol. *cons.* 94. *cap.* 1. *n.* 7. Quando autem præsumatur pro iudice, & gestis ab illo, latè Menoch. *lib.* 2. *præsump.* 67. *&* 68. *per tot.*

Est etiam nulla, & iniusta quatenùs contra inquisitum sumitur inditium ex eo quod boues derobati penès illum reperti fuerint, cùm enim agatur de indicenda pœna furti contra virum probum bonæ conditionis, & famæ, prout extitit probatum, vel saltem quem non constat esse malæ conditionis, & famæ, quod erat per fiscum probandum, omnis 5
cessat contrà eum furti præsumptio, cùm quilibet præsumatur bonus donec contrariũ probetur, gloss. Bart. Castr. & alij in *l. inciuilem C. de furt.* Roland. *cons.* 45. *n.* 41. *lib.* 1. Crauett. *cons.* 65. *n.* 12. Decian. *cons.* 93. *lib.* 2. Menoch. *de præsump. lib.* 5.

præsumpt. 29. num. 2. & seqq. vbi quod probatio bonæ famæ omnem diluit suspicionem, prout etiam sicuti in casu nostro si inquisitus nominet eum, à quo rem habuerit vel si iuret illum non cognouisse, *ex not. in Add.* ad Angel. *de malef. vers. Vestem Celestem n. 19.* & Boer. *decis. 165. n. 4.*

Imò etiam si ciuiliter tantùm ageretur ad restitutionem bonum derobatorum posset emptor prætendere pretium quod in eis erogauerit. Quia licèt sit communis conclusio quòd emptor rei furatæ teneatur eam vero domino resti-
7 tuere nullo sibi reddito pretio non obstante protestatione ab initio facta de emendo pro vero Domino quatenùs non sit venditoris, quod procedit etiam si fuerit amissa vel extincta, ac mortua, vel alteri vendita, nàm adhuc emptor tenetur saltem restituere æstimationem, quatenùs factus est locupletior, & etiam si in publico mercato, & nundinis talis res furtiua empta fuerit, quia emptor præsumitur furti particeps, vel saltem est in culpa non perscrutando conditionem venditoris, & ideò tenetur illam restituere nullo recepto pretio, vt tradunt omnes in *d. l. incivilem, C. de furt.* Alciat. *præsumpt. 29. num. 1. & seqq.* Natt. *cons. 436. per tot.* Ludouic. *decis. Perus. 42. num. 1. & 2.* Clar. *in §. furtum, vers. sed hic incidenter*, Boss. *tit. de furt. num. 49. & 50.* latè Menoch. *lib. 5. præsumpt. 29. num. 9. & seqq.* Pet. Cabal. *resol. crim. cas. 292. per tot.* & Guaz. *deff. 17. cap. 6. per tot.*

Attamen ista conclusio limitatur, quando verè extat bona fides in emente huiusmodi furtiuam, quæ præsumitur in homine bonæ conditionis, & famæ, & ideò tunc non solum recuperat pretium, sed etiam impensam in re ipsa factam ut
8 notat Hostiens. *in sum. de pænit. & remiss. §. quid de fur. vers. sed in illo casu*, Natt. *d. cons. 436.* Tiraquel. *tract. de pœnis causa 51. n. 132.* Menoch. *d. præsump. 29. n. 17. & n. 30.* Prout etiam quando emptor redemisset rem ab hostibus, vel latrunculis exteris, & piratis posset recuperare pretium à vero Domino, cùm aliàs ipse dominus non potuisset aliqua actione huiusmodi rem ab eis consequi, & sic quotiescumque aliàs verisimiliter res periisset domino, videtur talis
9 emptor vtile negotium pro illo gessisse, & sic æquum esse vt ei pretium restituatur, maximè si pro modico pretio illam emerit, per tex. in *l. mulier, ff. de capt. & post lim. reuers. cap. rapinam 14. quæst. 5.* Siluestr. *in summa Verb. Restitutio 3. quæst. 7.* latè Petr. Cabal. *d. cas. 292. n. 17. & seqq.* vbi plures allegat, & Menoch. *d. præsump. 29. num. 26.* vbi etiam *n. 21.* declarat in omnem casum posse hunc emptorem repetere pretium à venditore, ac etiam à vero domino, si
10 in eius vtilitatem fuerit versum, vel saltem illud retinere si sibi fuerit restitutum, vel vbi extaret statutum siue consuetudo, vel priuilegium, prout habent Iudæi fœneratores in multis locis retinendi res furtiuas illis pignoratas, vel venditas, donec per veros dominos pretium restituatur; quod tamen non procedit data scientia rei alienæ, cum tunc dicantur furtum committere, nec contra clericos vel scholares, prout ibidem latè declarat *n. 31. & seqq. ad finem*. Et quando sumus in emptore bonæ fidei, qui posteà alteri ven-
11 didit, & pretium recepit non potest compelli illud domino restituere, ad tradita per Castren. *in l. cum seruus quæst. 3. prin. ff. si cert. pet.* & Soccin. *reg. 534. limit. 3. inter regul. diuers. fol. mihi 622.*

Nequè obstat depositio vnius testis asserentis vidisse dictum inquisitum cum aliis ducentibus boues derobatos extrà statum, & sic illum saltem tamquàm auxiliatorem eadem pœna teneri, per tex. *in l. qui seruo 36. ff. de furt. & in §. interdum Instit. de oblig. quæ ex delic.* Bart. *in l. in furti, §. ope, ff. de furt.* Boer. *decis. 167.* Menoch. *de Arbit. cas. 349. num. 3. & seqq.* & dixi in *cap. 20. num. 19. & seqq.* Quia vltrà quod est vnicus, & non omni exceptione maior, sed plures patitur defectus prout ex infrà dicendis clariùs appare-
12 bit, & ideò non facit inditium ad torturam, ut per Clar. *§. fin. quæst. 21. vers. vnus testis*, vbi in fine dicit quod malè faciunt Iudices, qui procedunt supradicto vnius testis inhabilis ad indebitè vexandum innocentes &c. Non etiam probat quia à semetipso naturaliter excluditur, & reprobatur, cùm eius depositio cadat in tempore noctis, dùm dicit vidisse illos transeuntes propè domum suam circa quatuor noctis horas, nec vllam addat sui dicti rationem, prout necesse erat, putà quia luna lucebat, vel quia erant accensa luminaria, vel quia cognouit ad vocem sibi benè notam, aliàs
13 videtur deposuisse id quod secundùm naturam esse non potest, & nihil probat, cùm impossibile sit videre, & cognoscere aliquem de nocte nisi luna luceat, vel sint accensa luminaria, siuè aliæ concurrant causæ, ex quibus testis potuerit aliquem cognoscere prout benè explicat Menoch. *de Arbit. cas. 525. per tot.* Boss. *tit. de Indic. n. 172.* & Clar. *d. quæst. 21. vers. sed quid si testis*, & perbellè ostendit Clarissimus Altograd. *cons. 51. sub n. 60. lib. 2.*

Imò etiam si d. testis taliter deposuisset pro fisco, quod non fecit vt aliquale resultaret inditium contrà ipsum inquisitum posset per contrariam probationem elidi articulando, quòd illa nocte luna non lucebat, nec radios emittebat cùm tempus esset obscurum, & nubilosum, vel probando inquisitum fuisse absentem ab illo loco, & illo tempore alibi fuisse, & sic negatiuam coarctatam loco, tempore, quam optimè probatur innocentia inquisiti etiam per testes domesticos, & familiares, Boer. *dec. 165. n. 6. & 7.* Guaz. *deff. 28. cap. 1. n. 12. &c.* Qualiter autem talis negatiua sit concipienda, & coarctanda vt de necessitate concludat, & probet videndus Gratian. *discep. 525. n. 24. & seqq. ad 37.* Et qualiter testes de illa deponentes debeant reddere rationem sufficienter sui dicti etiam non interrogati tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, idem Gratian. *discept. 789. n. 9. & seqq. & discept. 843. n. 13. &c.* Et quòd quando continet contrariam affirmatiuam, & est benè coarctata loco, & tempore conticescat illud vulgare dictum, esse de falso suspectam, & proptereà plus credendum vni super affirmatiua, quàm mille super negatiua, & æqualis sit omnium fides seruata tantùm numeri, ac honestatis ratione nouissimè probat acutissimus Pontirol. in Responso pro Mambellis n. 534. vbi in pluribus numeris antecedentibus, & subsequentibus pulcherrimè omnium Recentiorum quos viderim iuxtà ingenij sui sublimitatem modos, & praxim probandi negatiuam in ciuilibus magistraliter docet. Et videndus Herculan. *in tract. de prob. neg. per tot.*

Sed dato, & non concesso aliqualem fidem dicto testi posse adhiberi circa dictam associationẽ, adhuc constat inquisitum non posse dici auxiliatorem, nam quotiescumque agitur de auxilio prætenso in aliquo actu, vel delicto debet probari illud intercessisse saltem vno ex tribus temporibus, scilicet, primò vel ante delictum ut ferramenta, siuè scalas, & 19
similia furti patrandi causa scienter commodando, vel arma pro homicidio, vel domum pro adulterio, & huiusmodi iuxtà delictorum qualitatem, & tunc talis auxiliator, siuè commodator dicitur malefitio opem præstare, *l. si pignore 56. §. qui ferramenta, ff. de furt. l. vtrum, ff. ad l. Pomp. de parricid. & l. qui domum, ff. de adult.* Secundò vel ipso actu delinquendi assistendo malefactori, illum audaciorem redẽdo, vt securiùs, & faciliùs delictum cõmittat, & his duobus casibus absque dubio talis auxiliator, & assistens eadẽ pœna, qua principalis delinquens, venit puniendus iuxta doctrinã Bart. *in l. is qui opem 34. ff. de furt.* Clar. *§. fin. q. 90. per tot.*

Tertiò vel post delictum opem præstando delinquenti ad euadendum, atque in locum tutum se recipiendum nè ca- 21
piatur à Curia, & hoc etiam casu auxiliator tenetur pœna *l. 1. & l. fin. C. de his qui latr.* nisi tamen præcesserit tractatus, & consilium super delicto committendo, nam tunc illa spes auxilij etiam post delictum tamquàm incitatiua ad illud, dicitur auxilium ad malefitium cõmittendum, & eadẽ pœna punitur, Bart. *in l. furti, §. ope, ff. de furt.* Clar. *d. q. 90. vers. 1.* latè Farin. *q. 130. n. 1. & seqq.* Cùm tamen maxima sit suspicio contra eum, qui præstitit auxilium etiam post 22
delictũ, posset auxiliator torqueri super ipsa deliberatione, & tractari, ac scientia delicti, nisi cõstaret ex processu quòd ignorabat tractatum, & deliberationem delicti cõmittendi, vel nisi qualitas facti, & personarum aliud suaderet, vt quia nulla alia sit contra eum suspicio, putà affinitatis, vel strictæ amicitiæ, siuè huiusmodi, & auxilium fuisset valdè remotum, vt per Clar. *d. q. 90. vers. Aut. verò, &c.* Et de illa suspicio resultans ex associatione, tanquàm auxilio remoto per se sola non sufficeret ad torquendum, vbi non concurreret Aliquod Aliud adminiculum puta solitæ conuersationis, & amicitiæ, vel malæ famæ prætenso auxiliatoris, vel cõgressum, & frequentium, secretorumque sermonum simul habitorum, vel similium actuum, ex quibus auxilij consilijque præcedentis aliæ coniecturæ colligi possint, & ità puto intelligendum esse Clar. *loc. cit.*

Cùm igitur in nullo ex istis temporibus probetur dictum inquisitũ opem præstitisse furto bouum huius criminis reus nuncupari non debet; non inquàm antè delictum opem præstitisse dicitur, cùm de hoc nullum verbum appareat in processu, & fuit necesse probare quod illi fures, & inquisitus consultò se congregauerint, & coadunauerint, 23
seque simul ad locum commissi delicti contulerint animo

mo illud patrandi, vt est text. *in l. 2. §. dolo, ff. vi bon.*
rap. Anchar. *cons.* 216. *num.* 4. *in fine*, Decian. *cons.* 104.
num. 14. *lib.* 3. *& cons.* 66. *num.* 14.

Nec etiam in ipso delicto cum de hoc pariter non im-
putetur, & constet illum adeò absuisse à loco com-
missi delicti, vt nulla ratione auxilium præstitisse di-
24 ci possit, ad hoc enim ut quis teneatur de auxilio præ-
stito in ipso delicto requiritur, quod steterit armatus
cùm delinquente, vel ità propè, ut ei auxiliari possit,
secùs autem si à longè, & remotus staret, Innoc. *in*
cap. continentiam 5. de Cler. percuss. Bald. *in l. ob hoc ver-*
ba prope finem, ff. de his qui not. infam. Ias. *cons.* 137. *num.*
10. *lib.* 1. qui auream doctrinam nuncupat. Natt. *cons.*
458. *n.* 2. & Horat. Lut. *cons.* 168. *n.* 9. *& seqq. lib.* 1. *Crim.*

Vndè tantò minus potest dici inquisitus opem præ-
stitisse illis quos non videbat, nec sciebat vbi essent cum
25 animus non trahatur ad incognita, & ignorata *l. mater*, 19. *ff.*
de inoff. test. & in his terminis, Crauett. *cons.* 309. *ad fin.*
& Lut. *loc. cit. num.* 10.

Imò etiam si quis fuisset præsens, & assistens delicto ar-
matus, si nihil egit non potest dici opem tulisse nisi probe-
26 tur quod scienter, & dolosè astiterit, aggressum quæ
saltem timidiorem reddiderit ad se defendendum, cùm
aliàs præsumatur quod casualiter, & incidenter aduenerit,
Paris. *cons.* 164. *num.* 11. *& seqq. lib.* 4. & Menoch. *de arbit.*
cas. 350. *num.* 3. & alios adduxi in *cap.* 20. *n.* 20.

Erat igitur in casu nostro per fiscum probanda scientia
27 delicti, cum inquisitus probauerit dictam associationem
fuisse casualem, & fortuitam, dùm alibi iret ad sua nego-
tia pertractanda, ex quo cessat omnis prætensæ complici-
tatis, & auxilij præsumptio, non enim fautor, defensor,
& auxiliator furti dici potest, qui illud omninò ignorabat,
per text. in *d. §. qui ferramenta, ff. de furt. §. interdum, Instit.*
de oblig. ex delic. l. 1. *C. de his qui latr. l.* 3. *§. non tantum, ff.*
de incend. ruin. & in cap. felicis de pœnis in 6. Gramat. *decis.*
25. Bonifac. cum multis ab eo allegatis *tit. de furt. §. Contre-*
28 *ctatio num.* 63. Et in terminis quòd opem ferens illi, qui
rem alterius furto subtraheret, quam tamen ipse fur auxi-
liatori asserebat suam esse, de iure excusari debeat cùm igno-
raret illud esse delictum, vel saltem ità verisimiliter crede-
ret pulcrè tradit Menoch. *de Arbit. cas.* 349. *num.* 16. &
29 Farin. *quæst.* 130. *num.* 29. *&* 58. Et est ratio quia animus,
& intentio distinguunt malefitia, & data ignorantia omnis
excluditur dolus, *l. ex malefitijs*, *§. longè, ff. de act. &*
oblig. l. genero, ff. de his qui not. infam. Imò dubitanti
30 dolus imputari non potest, & in hoc casu ignorantia
præsumitur, nisi probetur scientia, Crauett. *cons.* 8. *n.* 10.
Rom. *cons.* 473. Roland. *cons.* 45. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 1.
vbi propterea infert quod receptans bannitum quem es-
se talem suspicatur non est puniendus, quia scientia
31 etiam præsumpta non sufficit, sed clara, & indubitata
requiritur, Crauett. *cons.* 193. *num.* 8. Farin. *cons.* 60.
num. 94. de quo videndi etiam Menoch. *de Arbit. cas.*
348. *n.* 15. & latè Pet. Cabal. *resol. crim. cas.* 287. *per tot.*

Insuper in casu furti erat probanda lucri participatio,
eum aliàs sicuti lucri deficientia ipsius furti essentiam, &
definitionem destruit, ità omnem auxilij præsumptionem
32 tollit, quasi omnis doli, & mali præsumptio cesset in eo,
qui ex malefitio vtilitatem non percipit, quia vtilitas, est
causa doli, ideòque illa cessante cessat effectus vt benè di-
scurrit, Crauett. *cons.* 8. *num.* 4. Roland. *cons.* 45. *num.* 28.
lib. 1. Bonifac. *dict. tract. de furt. in §. lucrifaciendi n.* 1.
Et quòd auxilium tanquam dependens à delicto princi-
pali furti sit impossibile deficiente lucro, cùm nec fur-
33 tum sit nisi animo lucrandi fiat, consuluit Barnil. *cons.*
53. *num.* 29. & benè facit Menoch. *de Arbitr. dict. cas.*
349. *num.* 15. vbi quod si delictum non est possibile in
principali, tantò minus potest puniri in sociis, & opem
ferentibus.

Restat igitur sola associatio prætensa per fiscum post fur-
tum commissum quæ etsi posset esse punibilis pœna extra-
34 ordinaria arbitrio Iudicis, iuxta *l.* 1. *& l. fin. C. de his qui*
latr. Menoch. *d. cas.* 349. *num.* 21. *&* 22. vbi intelligit quan-
do auxilium post delictum est tale, quod delinquentem
tueatur deffendat, & custodiat, tamen in casu nostro om-
nis debet cessare pœna, cum ut dixi appareat dictam asso-
ciationem fuisse accidentalem, & ideò nullo modo est con-
siderabilis.

Primò, quia fiscus non probauit scientiam delicti com-
missi in associante, nec dedita opera associasse, prout li-
quidissimis probationibus id facere tenebatur, ac etiam 35
quòd testes dicerent scienter, & dolosè, aliàs associans
delinquentem, & ignorans ab eo delictum commissum fuis-
se, prout præsumitur ignorasse, nulla pœna tenetur, Bald.
cons. 250. *lib.* 1. *&* 382. *num.* 6. *lib.* 5. Vulpel. *cons.* 99. *num.* 10.
Tob. Non. *cons.* 101. *num.* 18. Ancar. *cons.* 216. Rom. *cons.*
473. Paris. *cons.* 152. *num.* 32. *& lib.* 4. Marsil. *cons.* 122. *in fi-*
ne, & in §. Constante num. 64. Horat. Lut. *cons.* 168. *num.* 36.
& 42. Turret. *cons.* 66. *per tot.* Farin. *de Consult. quæst.* 132.
num. 9. *& num.* 132. Ioseph. *decis. Luc.* 11. *num.* 23. Blanc. *de*
indic. num. 200. *vers. Tertiarario, &c.* Et quod probabilis 36
ignorantia excuset, eaque iuramento ipsius inquisiti pro-
bati possit, Nouell. *tit. An inditia pro reo num.* 97. Turret.
d. cons. num. 14. Lut. *cit. cons. n.* 43. qui de re hac pulcher-
rimè disserunt associari enim cum aliquo delinquente ca-
sualiter, secumque per eandem viam ambulare etiam si-
mul discurrendo, & continuando iter non consultò aggres-
sum, vel inceptum versus eundem locum pro suis negotiis
pertractandis, & sic cum iustissima delicti ignorantia pro- 37
ut euenisse in casu nostro apparet ex processu, nec illicitum
prohibitumuè, nec ad aliquam delicti speciem inferre vlla
ratione dici potest, vt patet ad sensum, & optimè animad-
uertunt Lut. *d. cons.* 168. *num.* 26. Turret. *loc. cit. num.* 18.
Nouel. *dict. tit. num.* 94. *& seqq.* Blanc. *num.* 202. & Farin.
cons. 22. *num.* 29.

Secundò, quia actus associationis non meretur nomen
delicti, quando non fuit perfecta, ad hoc autem vt asso- 38
ciatio dicatur perfecta requiritur quod per eam delinquens
omninò ponatur in tuto, & securus reddatur à Curia, Fe-
lin. tract. de Conact. *fallent.* 8. Bertaz. *cons.* 123. *num.* 2. Tur-
ret. *d. cons.* 66. *num.* 19. Blanc. *num.* 201. Nouel. *vbi supra*
num. 94. Farin. *d. quæst.* 132. *num.* 8. *&* 9. Ideòque cùm in-
quisitus non vsque ad locum tutum à Curia continuauerit
iter sed per aliam viam fuerit ad domum amicè, vt
secum, pro vt destinauerat, alloqueretur de suis nego-
tijs, ab euentu subsequuto dignoscitur qualis fuerit eius 39
animus, cùm qualis fuit finis, & effectus, talis fuisse
præsumatur præordinatio, *l. si quis, C. de adult.* Gramat.
cons. 13. *num.* 2. Neuiz. *cons.* 50. *num.* 32. Ceph. *cons.* 75. *n.* 3.
Et exitus facti animum agentis probat *l. aut facta, §. euenit,*
ff. de pæn. Farin. *cons.* 55. *num.* 52.

Quinimò constare deberet offitiales, & birruarios fuis-
se paratos capere delinquentem, & quòd propter illam as-
sociationem id exequi non potuerunt, alioquin associatio
licita est, nec vllam pœnam meretur si fiat, nè delinquens 40
ab inimicis, vel alijs offendatur, & sic etiam qualitas loci
tuti à fisco esset probanda, vt per Turret. Lut. & Non. *in*
loc. sup. cit. Bertazol. *cons.* 310. *num.* 7. *lib.* 2. & benè Guaz.
plures alios referens *deff.* 33. *cap.* 10. *num.* 12.

Cùm itaque vnusquisque iter suum negotiorum suorum 41
gratia continuauerit, & vt vulgò dicitur *andasse à far li*
fatti suoi, meritò associatio dici non meretur, nec vlla ra-
tione prohibita eùm sinè dolo, & consilio fortuitò facta di-
gnoscatur, nec ex illa possit dici alicui vllum præstitum au-
xilium ad euadendum, vel occultandum in fisci, vel alte-
rius perniciem præcipuè lucro cessante, vt benè conside-
rant Bertaz. *cons.* 439. *num.* 27. *lib.* 2. Turret. *loc. cit. num.* 18.
Fachin. *cons.* 79. *num.* 2. *& seqq. lib.* 3. Guaz. *d. deff.* 33. *cap.*
10. *num.* 12. & ità etiam per prædicta aliàs consuluit acerri-
mi ingenij, ac ex nostræ ætatis præclarioribus Iureconsul-
tis imò ex antiquioribus iuris sapientissimus D. Fabritius
Pontirolus in quodam eius responso reddito pro D. Francis-
co Bonitio, & Rauennæ typis impresso anno 1658.

Præterea cum totum fundamentum consistat in deposi-
tione supradicti testis, illa sublata, cætera omnia corruent.
Vndè quamvis fuerit examinatus vti testis quò ad alios, ap-
paret ex ipso processu principalis quò ad se, & sic cùm etiam
ille fuerit pro dicto furto processatus, eius inculpatio, & no-
minatio tamquàm facta ab eo eiuus nomen iam erat rece-
ptum inter reos, vel qui se socium criminis profitebatur,
nullum prorsùs inditium facit, cùm criminaliter agatur, 42
& non ciuiliter, nec furtum inter excepta crimina, in qui-
bus inquisitus possit de alijs interrogari, secundum multos
connumereretur, vt sentiunt glos. magistralis, *in c.* 1. *de con-*
fess. & in l. fin. C. de accusat. spec. tit. de test. §. 1. *n.* 37. dùm
enumerant casus in quibus inquisitus potest de socijs inter-
rogari tamen furtum inter eos non connumeratur à qua
doctrina veluti solida, & verissima minimè recedendum af-
firmat, Natt. *cons.* 298. *num.* 2. Salic. *in d. l. fin. C. de accu-*
sat. Rol. *cons.* 51. *num.* 27. Menoch. *de Arbitr. cas.* 474.

num.20. Marsil. *cons.22. num. 16. & seqq.* latè Farin. *quæst.*
43. num. 1. & seqq. vbi sub num. 24. & 25. etiam in sacerdo-
talis dignitatis, magnæque existimationis viro aduersùs
hominem malæ famæ hoc procedere testatur. Regula enim
est negatiua, quòd inquisitus de crimine non possit inter-
rogari de socijs, ex certis quibusdam casibus, vt in crimi-
ne læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, conspirationis,
sacrilegij, simoniæ, assassinij, falsæ monetæ, lenocinij,
partus suppositi, testis corrupti, & in similibus crimini-
bus, quæ verisimiliter sinè socijs committi non solent, nam
in istis licitum est interrogare de socijs, secùs in alijs prout
43 vltrà citatos latè declarat Menoch. *de Arbit. d. cas.* 474.
n. 18. *& seqq. ad* 41.
44 Et idem est in confesso de se, qui non potest de socijs in-
terrogari, nisi in casibus exceptis de iure, vel de consue-
tudine, vt sunt talia delicta, quæ regulariter non solent
committi sine socijs, vel de quibus nihil ad confessum per-
tinebat, nam tunc potest interrogari ad cuius instantiam
deliquerit, & sic de mandante, ac super eo torqueri cum
protestatione tamen citrà præiuditium conuictorum, &
confessatorum, vel sententiæ, nec alitèr, nec alio modo
ut per Clar. §. *fin. quæst.21. vers. dictum socij*, & Guaz. *deff.*
30. cap.32. per tot. nominatio tamen mandatarij non facit
45 inditium ad torturam contrà mandantem nominatum nisi
aliquod aliud adminiculum concurrat, siuè talis mandata-
rius susceperit mandatum, siuè non Clar. *d. quæst. 21. vers.*
& ex hac conclusione &c.
Prout etiam confessus vnum delictum non potest inter-
46 rogari, nec torqueri super alijs delictis, de quibus non ex-
tant legitima inditia, ità vt non valeat consuetudo in con-
trarium, nisi sit de alijs diffamatus, de quò videndi Guaz.
deff. 30. cap. 8. per tot. Menoch. *de Arbit. cas.523. per tot.* &
Clar. §. *fin. quæst.64. vers. successiuè quæro.*
Verùm posito etiam quòd furtum sit de illis criminibus,
47 quæ sine socijs committi non solent, prout videtur sequi
Menoch. *d. cas. 474. sub num.20.* Clar. *d. quæst. 21. vers. di-*
ctum socij &c. in fine, & sic inter excepta connumerati pos-
se, quod tamen erat per fiscum probandum ex traditis per
Natt. *d. cons.* 298. Gramat. *cons. 21. & cons. 37. num. 14. &*
decis.28. num. 16. potuisseque iure de consocijs interrogari,
48 & sic ex tali depositione resultasse saltem inditium ad spe-
cialiter inquirendum, iuxta tradita per Clar. §. *fin. quæst.21.*
vers. retenta igitur, & Guaz. *deff. 9. cap. 2. num. 5. & seqq.*
non autem sufficiens ad torturam, cùm aliud adminiculum
49 non concurrat, etiam quod essemus in casibus exceptis vt
per Clar. *loc. cit. vers. successiuè*, Menoch. *de Arbit. cas.*
474. 43. & seqq. cùm in non exceptis nullum resultet indi-
tium, idem Menoch. *loc. cit. num. 24. & seqq.* Quidquid
nullum aliud adminiculum de consuetudine requiri, sed
etiam in criminibus non exceptis ex solo dicto, & nomina-
tione socij posse contra nominatum deueniri ad torturam
nimis rigorosè, & contra communem ferè omnium sen-
tentiam nonnullorum antiquorum auctoritate fretus cuius
fuerit tenere Cabal. *resol. crim. cas. 84. num. 7.* cuius opinio
non est tenenda, nec etiam ipse in ea se fundat prout vide-
re est ex traditis per eum num. 9.
. Vbi tamen essent duo, vel plures socij criminis concor-
51 des deponentes cum iuramento contra alium eorum conso-
cium, tunc vtiquè facerent contrà eum inditium sufficiens
ad torturam non autem ad condemnandum Clar. *loc. sup.*
cit. vers. sed pone &c. Imò quando sunt plures socij alium
nominantes, & aliquod aliud adminiculum concurrit suffi-
52 cerent etiam ad condemnandum pœna ordinaria delicti
iuxtà opinionem Peguer. *decis. crim. 5. num.* 38. quam se-
quitur Cabal. *resol. crim. cas.185. num.2.* Prout si cum indi-
tio exorto à nominatione socij concurrat alter testis ido-
neus, dicitur facta plena probatio, responderunt Calcan.
53 *cons.110. col. 1. in fine*, & Crauett. *cons. 178. num. 3.* quos
refert Menoch. *de Arbit. d. cas. 474. num. 64.* vbi tamen de
hoc ipse dubitat, & ego penitùs allucinatos existimo cùm
aliàs oporteret dicere socium criminis deseruire pro integro
teste, quod quam à veritate sit alienum, constat ex præ-
dictis, & vnusquisque per se bene nouit &c.
In omnem autem casum, vt socius criminis aliquod fa-
ciat inditium contrà nominatum debet vltrà iuramentum
54 specialiter torqueri ad tollendam maculam infamiæ resul-
tantem ex eo, quod ipse delictum commiserit, licèt non
sit necesse quòd posteà extrà torturam ratificet id quod in
ea deposuit, Clar. *d. quæst. 21. vers. quæro numquid, & vers.*
seq. Cabal. *d. cas. 185. num. 5. & cas. 33. per tot.* ità ut possit
torqueri licèt tamquam manifestator delicti occulti obti- 55
nuerit immunitatem, & veniam à Principe, nec ob id vi-
detur deceptus à statuto, vel principe, qui ei immunitatem
concessit, vt bene probat Cabal. *cas.29. per tot.* quamuis ipse
Cabal. *cas. 84. num. 12. & 13.* asseruerit in multis locis non
seruari de consuetudine istam praxim torquendi socios cri- 56
minis, sed facere inditium sinè tortura prout quando fue-
runt decepti, & citrà animum, & consensum deliquerunt,
qua hanc consuetudinem in specie reprobarunt Farin. *tit.*
de indic. & tort. quæst. 43. n. 101. limit. 12. & Clar. *de quæst.*
21. vers. sciasetiam: Illius tamen opinio posset procedere
in vltimo casu, vel propter immunitatem delicti de quo
agebatur in casu suo.
Et summatim loquendo, vt socius criminis inquisitus
aliquam fidem faciat contrà socium nominatum plura re-
quiruntur, primò, vt dixi, quòd nominatio fiat in tortu-
ra, vel saltem statim deposito reo de ipsa tortura, Cabal.
d. cas. 185. *in fine*. Quòd fuerit in genere interrogatus, & 57
non in specie, aliàs esset suggestio, 3. quòd sit bonæ condi-
tionis, & famæ, & non inimicus nominati, nec alios pa-
tiatur defectus, 4. quòd ad iudicis interrogationem, &
non vltroneè sua sponte nominauerit, 5. quod dicat verisi-
milia, 6. quòd deponat medio iuramento, vel saltem iux-
tà fori praxim. 7. quod veritas aliter haberi non possit, ut
per Menoch. cum pluribus ab eo *cit. d. cas. 474. num. 50. &*
seqq. ad finem, vbi quod hoc modo interpretari debent sta-
tuta permittentia interrogare de socijs, vt ità demum pro- 58
cedant si dicta requisita concurrant, hoc tamen operari,
vt licita sit interrogatio etiam in casibus à iure communi
non exceptis, vt aliquid ipsi iuri communi addant. Iudex
autem non potest, nec debet interrogare in non exceptis,
nisi aliquod aliud inditium præcedat, per text. *in l. fin. C.*
de accusat. & cap. 1. de Confess. &c.
Cùm tamen in casu nostro prædicta omnia non fuerint 59
seruata, & dictus inquisitus vltra maculam delicti plures
alios patiatur defectus, tam in persona, quàm in dictis suc-
cedit receptissimam conclusio, quòd nedum in delictis non 60
exceptuatis, sed nec etiam in exceptis, & atrocissimis diffi-
cilisquè probationis inculpatio eius, qui plures patitur de-
fectus licèt in tormentis facta nullum minimum inditium
etiam ad inquirendum, imò nec leuem aliquam suspicio-
nem producere possit, Roland. *cons. 16. n. 7. & seqq. lib. 1.*
& cons. 94. num. 21. lib. 4. vbi de socio criminis periuro Ce-
phal. *cons.233. num. 14. lib.2.* Crauet. *cons. 6. num.* 55. Natt.
cons. 298. num. 6. Menoch. *d. cas. 474. num. 54. & 55.* vbi
plures alios allegat, Farin. *cons. 156. num. 7.* vbi consuetu-
dinem in contrarium non obstare probat, *& cons. 192. n. 8.*
& hoc modo declarari, ac intelligi debeant omnia supradi-
cta de socio criminis faciente inditium contrà nominatum,
ut ità demum procedant dummodò sit aliàs bonæ conditio-
nis, & famæ, nam si alios patiatur defectus nullam peni-
tus facit fidem. Prout etiam non faceret fidem, nec indi-
tium aliquod si antequam fuerit de se confessus, vel conui-
ctus alium spontè nominauerit ad se exonerandum à deli-
cto ei imputato ut plures euenit, ideò enim aliquod facit
inditium concurrentibus alijs requisitis, quando est de se
iam confessus, & conuinctus, quia tunc iam actum est de
illo, & eius salus ferè desperata, & ideò non sit verisimile
quod alium mendaciter inculpare velit, cùm ex hoc nul-
lum ei resultet commodum, secùs autem si ut dixi, ante-
quam sit de se confessus, vel conuictus alium nominet ad
se exonerandum per text. *in l. omnibus C. de test. l. nullus ff.*
eod. cum alijs per Gratian. *cap.998. num. 7. &c.*
Vt certè in casu nostro plures adsunt defectus tum circà
dicta prout suprà demonstratum fuit, tùm circa personam,
quia dictus nominans est de alijs pluribus delictis infama-
tus, imò de sola grassatione viuere solitus, vilis, abiectus,
pauper, & mendicus, prout constat ex processu, & ideò
absque dubio nullam prorsùs fidem meretur etiam si in tor- 61
tura deposuerit, Crauett. *cons. 149. num. 12.* Alex. *cons. 131.*
& 137. lib. 6. Bertazol. *cons. 61. num. 16.* Honded. *cons. 100.*
num. 37. lib. 1. sequitur Farin. *quæst. 43. num. 178.* vbi ex duo-
bus defectibus adeò fidem omnem testis tolli, & prosterni
asserit, vt nec per torturam reintegrari, & suppleri possit,
cùm tortura vnum solum defectum, & non plures suppleat,
& benè idem Farinac. *in cons. 192. num. 8. & cons. 80. n. 23.*
ubi etiam in atrocissimis, & difficilis probationis delictis
id verum esse ait: Adest etiam alius notabilis defectus, qui
oritur ex amicitia, & conuersatione, quam nominans ha-
bebat cum inimicis ipsius nominati, quia conuersans cum
ini-

63 inimico inimicus præsumitur, & non probat præcipuè si talis amicitia appareat copulata in perniciem alterius, Alex. *cons.99.n.4. lib.* 1. Dec. *in l. consilij 67. §. socij n.* 3. *ff. de reg. iur.* Decian. *cons.* 96. *num.* 34. *lib.* 3. Farin. *quæst.* 49. *num.*57. *& quæst.*53. *num.*44. *& cons.*60. *num.*40. *& cons.* 79. *num.* 6. Crauett. *cons.* 6. *num.* 55. *&* 56. Honded. *cons.* 100. *num.*26. *& seqq. lib.*1. Gramat. *cons.*38. *num.*13.

64 Quod est adeò indubitabile ut procedat etiam si nominatus esset malæ vitæ, conditionis, & famæ, Roland. *cons.* 16. *num.* 18. *& seqq. & cons.* 73. *num.* 27. *&* 28. Vndè tantò magis procedere debet quando prout hic nominatus probauit suam bonam vocem, conditionem, & famam; ex ipsa enim sola probatione omne inditium ex depositione socij

65 criminis resultans penitùs remanet elisum, & sublatum etiam in criminibus exceptis, ut per Gramat. *decis.*28. *num.* 18. *& cons.*21. *num.* 10. *& cons.* 35. *num.* 23. *& seqq.* vbi post alios optimè monet Iudices, vt ex sola socij nominantis depositione etiam in criminibus exceptis non procedant ad vexandum nominatum, sed priùs de fama, & conditione illius inquirant, quo benè esse comperto à processu absti-

66 neant huiusmodique depositionem repellant, sequitur Farin. *cons.* 20. *num.* 6. *& cons.* 60. *num.* 39. qui etiam plurium sociorum nominationem hoc casu quidquam non operari ait, Quia depositio socij criminis etiam in casibus exceptis

67 contra virum bonæ famæ nihil operatur licèt essent plures deponentes Gramat. *loc. sup. cit. & cons.*70. *num.*7. Menoch. *d. cas.* 474. *num.* 42. Mascard. *concl.* 1311. *num.* 16. Peguer. *decis. crim.*5. *num.*31.

Prædicta tamen probatio bonæ famæ solum prodest quando alia non adsunt inditia, quàm fama contraria delicti resultans ex nominatione socij, siuè ex aliquid, secùs autem, si alia extarent inditia de delicto contrà nomina-

68 tum, nam tunc posset ex dicto aliquid inditijs torqueri non obstante tali probatione bonæ famæ, & ità passim seruatur, aliàs enim si probatio bonæ famæ omnia tolleret inditia numquàm posset deueniri ad torturam, cùm nemo (his maximè temporibus) adeò deprauatæ vitæ reperiatur, vt testes de eius bona fama deponentes non inueniret, Clar. *§. fin. quæst.*60. *vers. frequens etiam in fine*, & Pet. Cabal. *resol. crim. cas.*84. *num.*15.

Sed nec etiam in casu nostro potest dici facta nominatio in tormentis, nec aliquo modo per torturam aliqua purgata infamia licèt ex tot defectibus resultans omninò inexpurgabilis essent ex prædictis; Ad hunc enim effectum ut purgetur infamia socij criminis alium nominantis non sufficit, quòd reus fuerit examinatus cum tortura, & in ipsa tortura confessus fuerit delictum contrà se, & alios, idemque extrà tormenta ratificauerit, sed respectu aliorum nomina- 69
torum requiritur, quòd denuò specialiter torqueatur, & sic vt aliquod faciat inditium non sufficit illa prima tortura reo principaliter pro habenda eius confessione illata, sed opus est noua tortura ad hoc specialiter adhibita, & quod in ipsa tortura nominationem confirmet, Clar. *§. fin. q.* 45. *vers. Cæterum si reus, &c.* circa medium, sequitur Farin. *lib.* 2. *quæst. crim. quæst.*43. *num.* 137. *vers. Imò tortura*, & Pet. Cabal. *cas.*33. *num.*11. *&c.* Quam confirmationem in tormentis ad faciem ipsius nominati esse faciendam, & aliter factam non valere probant, Boer. *decis.* 319. *sub num.*4. Vulp. *cons.*30. *num.*7. Farin. *cons.*99. *num.*47. *& cons.* 146. *num.*50. & videndum *d. quæst.*43. *n.*140.

Quod verum puto si nominatus neget, & confrontationem petat, vel si Iudex ipse eam fieri expedire iudicauerit, vt facilius veritatem inueniat, cum alias non sit de sub- 71
stantia processus ex traditis per Clar. *§. fin. quæst.*45. *vers. sed in proposito*, & Cabal. *d. cas.* 33. *num.* 8. *&* 12. de qua confrontatione, & eius forma videndus etiam Ambros. *prax. process. informat. lib.*2. *cap.*9. *per tot.*

Sicuti autem ex prædictis patet socium criminis non pro- 72
bare contra socios, ità è contra nec in eorum fauorem probare dicendum est, ex traditis per Menoch. *d. cas.*474. *num.* 13. *&* 14. vbi etiam plura de socijs bonorum, & quando probent contra, vel ad fauorem sociorum, &c.

Ex quibus &c.

M. Ant. Sabellus I. C.

Cap. III.

Pistoriensis Fideicommissi.

ARGVMENTVM.

Appellatione descendentium masculorum, an, & quando veniant etiam masculi à fœminis descendentes plenè discutitur.

I. M. I.

Condito testamento per Illustriss. D. Baccium de Cancellarijs Nobilem Pistoriensem, sua hærede vniuersali instituta D. Proserpina illius sorore carnali, eique vulgariter, & per fideicommissum substituto D. Francisco de Cellis eius filio vnà cum omnibus suis descendentibus masculis legitimis, & naturalibus in infinitum, ordine

1 successiuo, & salua gradus prærogatiua; hisque omnibus demum deficientibus, & vltimo morienti substituto iterùm in nonnullis bonis, de quibus in d. testamento Illustriss. D. Marchione Angelo del Bufalo Nobili Romano paritèr cum omnibus illius filijs, & descendentibus legitimis, & naturalibus in infinitum, Non videtur ambigendum, quin modò non existentibus aliquibus descendentibus masculis dictæ familiæ D. Francisci de Cellis, sit factus locus substitutioni, & fideicommisso prædicto ad fauorem Illustriss. & Excellentissimi D. Marchionis Pauli dicti D. Marchionis Angeli del Bufalo filij, non obstante existentia D. Francisci Brunozzi ex D. Argentina dicti D. Francisci de Cellis filia descendentis, ità vt stante certitudine bonorum, & fideicommissi prædicti, quod ex lectura ipsius testamenti apparet, illoque ex infra dicendis ad fauorem dicti Excellentiss. D. Marchionis Pauli purificato, & aperto, & alijs etiam requisitis, nempè descendentia, & vtroque possessionis extremo concurrentibus, de quibus nulla est controuersia, non possit dicto D. Marchioni Paulo denegari immissio in possessionem dictorum bonorum iuxtà dispositione text. *in l. vlt. C. de edict. D. Adrian. toll. l. pen. §. cum autem, C. ad S. C. Trebell.* Peregr. *de fideicomm. art.*43. *num.*1. *& art.* 44. *num.*1. & dixit Rot. *in Bononien. fideicommissi de Formasarijs* 1. *Aprilis* 1650. *num.*1. *coram Verospio*, vbi plures concordantes decisiones allegantur, &c.

Non enim vt dixi dubitari potest de purificatione fideicommissi ad fauorem dicti D. Marchionis Pauli, nam verba testamenti sunt satis clara in parte pro eo dispositiua, neque existentia D. Francisci Brunozzi D. Argentinæ de Cellis filij aliquid ei præiudicat, quia cùm testator vocauerit tantùm descendentes masculos familiæ de Cellis, certum est fœminas non esse comprehensas, imò censeri omninò exclusas ad tradita *per DD. in l. Gallus, §. nunc de lege, ff. de lib. & posth.* Rimin. iun. *cons.* 371. *num.* 6. *& seqq.* Decian. *cons.* 127. *num.* 15. *lib.* 3. Tusch. *litt. M. concl.* 102. *num.* 1. Barbos. *de appellat. verb. signif. appell.*70. *num.* 11.

Ex quo sequitur quod exclusa, vel non vocata d. D. Argentina censeatur quoque exclusus, & non vocatus D. Franciscus Brunozzus eius filius, quia quando vocantur tantùm descendentes masculi, descendens à fœmina tamquàm pro- 3
ueniens à radice infecta, & exclusa non potest admitti ad fideicommissum, vel aliam dispositionem ex regula quod non vocata persona matris, neque etiam censeatur vocata persona filij, Dec. *cons.*85. *in fine*, *& cons.*311. *num.* 3. Crauett. *cons.*22. *num.* 10. Capra *cons.*18. *num.*7. Cephal. *cons.* 581. *num.*28. latè Menoch. *cons.*172. *in prin. num.* 30. 32. *& per tot. & cons.*802. *num.* 40. *& cons.* 1036. *num.* 9. Fusar. *de substit. quæst.* 404. *num.*2. *&* 8. Rot. Rom. *part.* 5. *decis.* 84. *num.* 15. *& part.* 6. *recent. decis.* 106. *n.* 4. *& seqq.* aliàs melioris conditionis essent descendentes à matre licèt remotiores, quàm mater ipsa proximior contra dispositionem text. *in l. si viua matre C. de bon. mater.* absurdum enim reputatur illum admitti, cuius mater sit exclusa, vel non

voca-

vocata, quia si non habet ius pro se, minus potest illud
alijs tribuere, Alex. *cons.65. num.9. lib. 5.* & plurimos refe-
rens Menoch. *d. cons.172. num. 12. & per tot.*

Idem itaque est iudicandum de pronepotibus ex nepte
cùm à fœmina descendant, quod de ipsa nepte fœmina, à
qua descendunt, ac proindè de iure sub nomine, & voca-
4 tione descendentium masculorum veniunt tantùm mascu-
li descendentes ex masculis, non autem descendentes ex
fœminis maximè in materia fideicommissi strictè interpre-
tanda, & de persona ad personam non extendenda, *l. 1. in
fine, & l. immunitates, ff. de iur. immunit. gloss. in l. Gallus,
§. nunc de lege, ff. de lib. & posth.* Alciat. *respons. 96. num. 33.
& 34.* Menoch. *d. cons. 172. num. 23. & 29.* cum alijs per
Rot. Florent. *in Florentina fideicommissi 14. Iunij 1619.* vt
patet ex libro Motiuorum 99. *fol.196. & seqq.* vbi latè com-
probat appellatione descendentium masculorum non veni-
5 re masculos descendentes ex fœminis, id quod probant
etiam Tusch. *d. concl.* 102. *num.* 8. & pulcrè Barbos. *de Ap-
pellat.* 70. *num.*10. *in fine, & num. 11. & seqq. ad finem.*

Hocque magis est firmandum in casu nostro cùm negari
non potest dictum D. Testatorem si non propriæ agnationi
in hac parte, saltem agnationi descendentium masculorum
ex D. Francisco de Cellis prospicere, & consulere voluisse,
6 quo stante quando scilicèt potest aliquo modo colligi, fuisse
habitam rationem conseruandæ agnationis siuè ipsius testa-
toris, siuè hæredum institutorum, vel substitutorum om-
nes Doctores vno ore admittunt appellatione descenden-
tium masculorum non comprehendi masculos descenden-
tes ex fœminis, cùm per illos tamquàm de alia agnatio-
ne, & familia non conseruetur agnatio à testatore contem-
plata, sicuti vltrà citatos docent etiam Surd. *cons.* 316. *n.6.
& 7.* Mantic. *de coniect. lib.6. tit. 15. num. 2. & lib. 8. tit. 18.
num. 54.* Peregrin. *de fideicom. art. 26. num. 2. 15. & 18.* &
Fusar. *de substit. quæst.404. num.1. & seqq.* Itàut iuxtà verio-
rem, & magis approbatam sententiam non sit necesse ad
hunc effectum huiusmodi rationem agnationis conseruan-
dæ fuisse à testatore expressam, sed sufficiat illam ex conie-
cturis desumi, cùm satis expressum dicatur id quod ex le-
7 gitimis resultat coniecturis, *l. cum proponebatur, ff. de leg.2.*
Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 14. num. 20. & lib. 11. tit. 14.
num.13. & 14.* Fusar. *de substit. quæst.332. num.10.* Fontanel.
decis.93. num.5. Gratian. *discept.* 866. *num.* 14. & Barbos. *d.
Appell.* 70. *num.*14.

Tunc autem dicitur testator voluisse conseruare agna-
tionem hæredis extranei instituti, vel substituti quando
prout in nostro casu illi substituti omnes eius descendentes
8 masculos in infinitum, quod sufficit ad excludendos mas-
culos descendentes ex fœminis ad tradita per Gabriel. *cons.*
116. *lib.*2. Decian. *cons.* 127. *num.* 9. 10. & 25. *lib.* 3. & pul-
crè Barbos. *d. Appell.* 70. *num.*14. quia expressio masculini-
tatis maximè toties facta, & repetita per verba perpetuita-
tem denotantia in quolibet substitutionum gradu, & adie-
9 ctione conditionis substitutioni D. Marchionis del Busalo
nil aliud potest inferre quàm quod sit habita ratio agnatio-
nis cuiusque vocati conseruandæ, Rimin. iun. *cons.* 457.
num.9. lib.4. Ruin. *cons.139. num.17. lib. 3.* Decian. *cons.*33.
*num.*88. *lib.*1. Menoch. *cons.44. num.* 10. Gratian. *d. discep.*
866. *num.* 14. Gabriel. *d. cons.* 116. *num.* 14. *lib.* 2. Fusar. *de
substit. quæst.* 311. *num.* 62. *& quæst.* 499. *num.* 15. Ludouis.
*decis.464. num.*16. Duran. *dec.*126. *num.* 33. Tusch. *litt. M.
concl.* 102. *num.* 2. Ioseph. de Rustic. *in repet. l. cum anus de
comiss. & demonstrat. lib.4. cap. 2. num. 17. & seqq.* vbi deue-
niri testatur opinionem, & eruditissimus D. meus Ponti-
rol. *in eius celeberrimo Respons. siue substit. tract. Cesenæ im-
presso anno 1645. sub num.79. & num.153.*

Quod procedit licèt posteà testator processerit ad alios
substitutionum gradus diuersos vocando scilicet Illustriss.
D. Marchionem Angelum del Busalo, & eius descendentes
masculos, etiam si extranei dici possent, nam non ob id
excluditur fuisse interim contemplatam agnationem de-
10 scendentium masculorum D. Francisci de Cellis, donec il-
li superessent, Surd. *decis.66. num.22. & decis.239. num.*10.
& 11. Duran. *d. decis.* 126. *num.* 29. Et sic descendentes ex
fœminis tamquàm de alia agnatione, & familia à testatore
non considerata nullo modo possunt dici in huiusmodi fi-
deicommisso comprehensi, vel vocati per prædicta, & ad
eorum exclusionem sufficit dicere, quod de illis cùm sint
de Brunozzis non loquitur substitutio, sed de Cellis, *l. si quis
ità substituerit, ff. de vulg. & pupill. glos. in l. qui duos, ff. de
rebus dub.* maximè cùm deficientibus dictis descendentibus
masculis de Cellis, fuerit vocatus dictus D. Marchio del
Busalo non tamquàm omninò extraneus, sed tamquàm de
eadem consorteria ipsius testatoris, & in remunerationem
nominationis, ac vocationis de illo factæ in Maioratu fa-
miliæ del Busalo, ex quo magis dicitur apparere de eius vo-
luntate admittendi dictum D. Marchionem, & eius descen-
dentes tamquam magis dilectos in defectum descenden-
tium masculorum de Cellis, & non alios descendentes ex
fœminis, quia aliam diuersam constituunt agnationem, &
familiam à testatore minimè consideratam prout est no-
tissimum.

In quorum corroborationem additur etiam quòd licèt
quando non fuit contemplata agnatio possint de iure com-
muni, & ex proprietate sermonis sub nomine descenden- 12
tium masculorum venire etiam masculi descendentes ex fę-
minis ea ratione, quia hoc iure communi est sublata om-
nis sexus, agnationis, & cognationis differentia iuxtà *l. ma-
ximum vitium, C. de lib. præter. cum similibus.* Tamen se-
cus est ex communi intelligentia stantibus vbique, & gene-
raliter statutis fœminarum, & earum descendentium ex-
clusiuis fauore agnationum conditis, prout etiam simile
viget statutum in Ciuitate Pistorij, quo stante censetur te-
stator masculos vocando se cum dispositione illius confor-
mare voluisse, sicque eodem modo agnationi institutorum,
vel substitutorum fauere, fœminas, & earum descenden- 13
tes excludendo, cùm verba testatorum semper ad statuta
suæ Ciuitatis sint referenda vt iuxtà illorum dispositionem
operentur, & intelliguntur Bart. *in l. heredes mei, §. cum
ità num.4. ff. ad Trebell.* cum alijs per Gratian. *discept.* 866.
num. 33. 34. & 35. & in terminis nostris Barbos. *d. Appell.*70.
num. 13. vbi quod stante d. statuto fœminarum exclusiuo
propter masculos, fœminæ, & earum descendentes non
comprehenduntur etiam sub verbis aptis illas comprehen-
dere.

Et ita &c. saluo &c.

M. Ant. Sabellus I.C.

In eadem Causa.

NOn obstantibus elegantissimè deductis pro Domi-
no de Brunozzis per præstantissimos Dominos Ad-
uocatos Antonium de Riccis, & Io: Baptistam de Luca
adhuc constanter existimo fideicommissum, de quo agitur,
fuisse purificatum, & apertum ad fauorem Illustriss. & Ex-
cellentiss. D. Marchionis Pauli del Busalo non solum per
ea, quæ in prioribus scriptis adducta fuerunt, sed etiam
quia cùm D. Baccius testator in defectum descendentium
masculorum ex D. Proserpina eius sorore carnali, & D. Io.
Baptista de Cellis vocauerit D. Marchionem del Busalo,
modòque nulli existant descendentes masculi ex d. linea
masculina de Cellis, sed tantùm d. Dominus de Brunozzis
ex D. Argentina, siuè D. Hortensia D. Francisci de dictis 1
Cellis filia, sicque ex linea fœminina descendens, negari
non potest huiusmodi conditionem esse purificatam pro di-
cto D. Marchione, nàm quicquid sit in puncto iuris, & at-
tenta proprietate verborum de illa quæstione. An sub ap-
pellatione descendentium masculorum veniant tàm mascu-
li descendentes ex masculis, quàm descendentes ex fœmi-
nis, in qua varij varia dicunt, & diuersimodè iuxtà facti,
& circumstantiarum qualitates fuit iudicatum, quamvis
magis communis opinio videatur illa distinguens an fuerit
contemplata agnatio, vel non, vt primo casu veniant tan- 2
tùm descendentes ex masculis, secundo autem etiam de-
scendentes ex fœminis, prout aliàs tetigi, & principaliter
contendunt Domini ex aduerso scribentes. Animaduer-
tendum est etiam in huiusmodi dispositionibus primo loco
spectandam esse testatoris voluntatem, quæ tamquam to-
tum efficiens in testamentis quomodocumque appareat ex
coniecturis, & præsumptionibus illa semper est attenden- 3
da, itàut non solum præualeat proprietati verborum, sed
etiam debeat sensus improprius assumi ad eam sustinen-
dam, *l. ex facto, ff. de hered. instit. l. in conditionibus, ff. de
cond. & demonstrat.* Mantic. *de coniectur. lib.* 11. *tit.* 15. *n.* 3.
cum alijs pluribus per d. Altograd. *cons.* 89. *num.* 23. *& seqq.
lib.* 2.

In casu autem nostro non desunt plures coniecturæ, &
præsumptiones quidem efficacissimæ iam à me summatim
tactæ, & ab Illustriss. D. meo Christoforo Martio Medices
sin-

singillatim, ac doctissimè perpensæ denotantes voluntatem testatoris nostri fuisse conseruare agnationem Dominorum de Cellis, & propriam eo meliori ipso poterat modo, sicque in vocatione masculorum intellexisse tantùm de descendentibus à masculis, & non de descendentibus à fœminis, itàut nisi quis soli facem addere velle videatur nihil amplius addi posse videam.

Nec quidquam releuant responsiones ad dictas coniecturas per DD. ex aduerso scribentes accommodatæ, quia illæ præcipuæ desumptæ ex masculinitate sæpius repetita per verba perpetuitatem denotantia, ex prædilectione, ex re-
4 remuneratione, & ex conformitate statuti sunt fortissimæ, & quatenus per se singulæ non essent sufficientes, simul iunctæ efficacissimæ fiunt ad ostendendam testatoris voluntatem ex plurimis, quæ nè ex scriptis scripta conficiam in terminis nostris videri possunt penès D. Altograd. *d. cons. 89. num. 71. & seqq. lib. 2.*

Imò certum est quod, quicquid exigat rigor, & proprietas verborum, ex præsumpta mente testatoris, quæ vt prędixi semper præualere debet, ac ex communi hominum intelligentia appellatione masculorum siuè expresse vocato-
5 rum, siuè in conditione positorum non veniunt masculi descendentes ex fœminis, sed ex verisimili mente testatoris vocatio, vel conditio restringitur ad masculos ex masculis sicuti optimè dixerunt Aret. *in l. Gallus, §. nunc de lege versus finem, ff. de lib. & posth.* Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 11. num. 7. & lib. 11. tit. 15. num. 2. & 3.* Barbos. *d. Appell. 70. num. 11.* quos refert, & sequitur videndus D. Altograd. *d. cons. 89. num. 24. & 25. lib. 2.*

Prætereà admissa etiam regula ex aduerso firmata ad cognoscendum, an fuerit contemplata agnatio, attenden-
6 dum esse, an testator, & primus grauatus sint de eadem agnatione, & familia, & tunc in masculorum vocatione dicatur habita ratio conseruandæ agnationis, & veniant solùm masculi ex masculis descendentes, prout in his terminis pro indubitato admittitur, adhuc dicimus hunc esse nostrum proprium, & præcisum casum, sicque ex doctissimè allegatis per D. ex aduerso scribentem omninò manifestum fieri per D. testatorem nostrum alijs proximis agnatis carentem fuisse habitam rationem conseruandæ agnationis propriæ eo meliori quo poterat modo in persona D. Proserpinæ eius sororis carnalis dùm viueret, & posteà descendentium masculorum ex illa, cùm vt fatetur idem eruditissimus scribens non sit nouum quod etiam cognati, & coniuncti ex latere matris sepè inuigilare soleant ad conseruationem agnationis nepotum, vel aliorum coniunctorum ex latere mulieris institutorum, & vocatorum, quamvis ut dixi nos versemur in primo capite regulæ, quia D. Proserpina primo loco instituta, & grauata vti soror carnalis D. testatoris licèt extrà familiam nupta dicitur eius agnata, & de eadem agnatione, & familia ipsius testatoris, illamque conseruare donec viuit, iuxtà veriorem, & receptiorem sententiam quam sequuntur Gratian. *discept. 530. num. 17. & 18.* Fusar. *de substit. quæst. 352. num. 35. & 42.* Barbos. *de Appell. verb. signif. Appell. 94. num. 25.* & alij plures relati per D. Altograd. *cons. 48. num. 31. lib. 1. & melius cons. 89. num. 41. & seqq. lib. 2.*

Imò etiam filius sororis inter agnatos licèt impropriè re-
7 putatur, & eorum loco habetur per text. *in l. lex duodecim tab.* vbi Azo. *in sum. §. hoc etiam addendum, C. de legit. hæred. l. meminimus,* vbi Bald. & Iacob. Butrigar. *C. eod.* Dec. *cons. 13. num. 7.* & Altograd. *cons. 51. num. 6. lib. 1.*

Dùm igitur D. Baccius testator primo loco instituit D. Proserpinam suam sororem carnalem, 2. loco D. Franciscum de Cellis, ac eius descendentes masculos in infinitum, & 3. loco Illustriss. D. Marchionem del Bufalo tamquam de eadem Consorteria, & benemeritum ipsius testatoris pariter cum suis descendentibus masculis in infinitum manifestè datur intelligi voluisse propriam conseruare agnationem mediante persona D. Proserpinæ illius vita durante, & posteà Dominorum de Cellis iam sibi cognitorum, & consanguineorum, ac demùm voluisse particulariter honorare Illustrissimos DD. del Bufalo de eo optimè meritos nulla vnquam prorsus habita ratione familiæ Dominorum de Brunozzis tunc sibi penitùs ignotæ, & sic cùm tota hæc materia sit coniecturalis, nihilque aliud per Dominos Iudicare debentes sit elaborandum quàm ad inuestigandam
8 testatoris voluntatem, quippè quæ etiam si verba essent improprianda, semper illorum rigori, & proprietati præualere debeat, non immeritò in prædicta substitutionum serie dicendum est testatorem intellexisse tantùm de descendentibus ex masculis, ac ex duabus potissimis rationibus per eũ expressis prędilexisse potius Illustrissimos DD. del Bufalo in bonis de quibus &c. quàm alios futuros descendentes ex fœminis, ac ex familia DD. de Brunozzis ab eo minimè contemplata tamquàm si non fuisset in rerum natura, hancque opinionem in casu nostro tamquàm magis veritati, & menti testatoris consonam, ac præsumptioni iuris vt prædixi innixam à Sapientissimo quolibet Dicasta, qui non minus iuris, & æquitatis, quàm Iustitiæ Consultus sit, fore, & esse in iudicando amplectendam existimamus, &c. saluo &c.

M. Ant. Sabellus I. C.

In eadem Causa.

APertum esse fideicommissum, de quo agitur ad fauorem Illustriss. & Excellentiss. D. Marchionis Pauli del Bufalo iam satis apertè, ni fallor, fuit in facto, & in iure demonstratum, verùm nè quid dubitationis superesse videatur, & res clarior ad sensum pateat, magis explicitè additur conclusionem ex aduerso firmatam, appellatione descendentium masculorum venire etiam masculos descendentes ex fœminis, vbi non fuit contemplata agnatio (quamvis in casu nostro verè contemplata fuerit ex iam scriptis) procedere tantùm attenta verborum proprietate,
& in puris terminis iuris communis secundum quod subla- 1
ta est omnis agnationis, & cognationis differentia, & nulla habita ratione sexus pariter admittuntur ad successionem tàm masculi, quàm fœminæ, & earum descendentes, & idcircò nil mirum si hoc iure attento ex proprietate sermonis comprehendantur etiam dicti descendentes ex fœminis quando per recessum ab eo non fuit particulariter considerata agnationis conseruandæ ratio, *per text. in l. nullam Auth. de hered. ab intestato venient. l. maximum vitium, C. de lib. præt.* Menoch. *cons. 485. num. 7.* D. Altograd. *cons. 51. num. 5. lib. 1.*

Secùs autem stantibus vbique statutis generaliter per totam Italiam fœminarum, & earum descendentium exclu-
siuis, & præcipuè in Ciuitate Pistorij prout notissimum est 2
non tantum apud Iurisperitos, sed quoscumque alios inferioris, vel nullius litteraturæ Ciues, quæ quidem statuta absque dubio dicuntur fauore agnationum condita, Crauet. *cons. 118. num. 8.* Surd. *cons. 240. num. 14.* Curt. iun. *cons. 150. num. 3.* Brun. *de stat. excl. art. 4.* Gratian. *discept. 449. num. 19. & 20. & discept. 890. num. 31.*

Et in huiusmodi diuersitate dispositionum iuris communis, & statutorum censetur testator se voluisse potius con-
formare cum statutis, quàm cum iure communi, itàut in 3
dubio pro interpretatione verborum, & voluntatis testatoris sit recurrendum ad statuta, & non ad ius commune, sicque in casu nostro dùm vocauit descendentes masculos intellexisse de descendentibus ex masculis, & non de descendentibus ex fœminis tamquam à statutis communiter, & vbique exclusis, cùm quisque legibus suæ patriæ potius, sub quibus viuit, adherere præsumatur, quàm iuri etiam communi, & hæc præsumptio est optima, & efficacissima ut notat Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 7. num. 4.* & alii plures, quos refert, & sequitur D. Altograd. *cons. 46. num. 28. cons. 47. num. 7. & seqq. & cons. 95. n. 35. & seqq. lib. 2.* vbi de veriori testatur.

Quod procedit etiam in fideicommissis, & etiam si testator in aliquibus expressè, vel tacitè recesserit à disposi-
tione statuti, nam adhuc quò ad incontrarium non dispo- 4
sita erit sumenda interpretatio ab ipso statuto, quia in aliquibus recedendo à dispositione statuti non videtur in totum ab eo recessisse, vt latè probat idem D. Altograd. *dict. cons. 95. num. 14. & seqq. & num. 33. & seqq. per tot. lib. 2.*

Quò fit ut stantibus prædictis statutis appellatione descendentium masculorum veniant tantum descendentes ex
masculis non autem descendentes ex fœminis, prout aliàs 5
in terminis nostris autoritate Gratiani, Barbosæ, & aliorum plurium ab eis allegatorum in primis scriptis probaui.

Ex quorum etiam statutorum communi vsu, & obseruantia per totam Italiam resultat notorius, & inueteratus communis loquendi, ac intelligendi testatorum vsus, quod
appellatione descendentium masculorum veniant tantum 6
descen-

descendentes per lineam masculinam, & non descenden-
tes per lineam fœmininam, qui quidem communis lo-
quendi, ac intelligendi vsus præfertur proprietati verbo-
rum in quacumque materia, & præcipuè in vltimis vo-
luntatibus, ac in interpretandis dubiis testamentorum dis-
positionibus, *l. liberorum, §. quod tam Cassius vbi gloss. ff. de
leg. 3.* Rol. *de lucr. dot. quæst. 6. num. 7. & seqq.* Menoch. *de
Arbitr. cas. 489. num. 1.* Gratian. *discept. 919. num. 8.* Genua
de script. priuat. lib. 1. fol. mihi 27. num. 21. & seqq. Et quod
ideò ex præsumpta mente testatoris vocatio descenden- 7
tium masculorum restringitur ad masculos descenden-
tes ex masculis optimè dixerunt Aret. Mantic. Bar-
bos. & Altograd. in locis aliàs per me citatis.

Ex quibus, & alijs pro Illustriss. D. Marchione omni-
nò iudicandum existimo &c. Saluo &c.

M. Ant. Sabellus I. C.

Cap. IV.

ARGVMENTVM.

Conductor non potest antè tempus expelli, nec ipse recedere à locatione, nisi in certis casibus enumeratis. Emptor quando teneatur stare locationi; & an saltem soluendo interesse possit conductorem expellere, quid in alijs singularibus successoribus? Quæ expensæ pertineant ad locatorem, vel ad conductorem; & an ipsi conductori pro expensis factis, & pro collectis solutis competat retentio.

I. M. I.

NOn potest Franciscus conductor prædij de quo agitur
ante tempus expelli quia pro eo stat regula negatiua,
quòd sicuti durante tempore locationis non posset ipse à
contractu recedere, & correlatiuorum sit idem iuditium,
1 non potest expelli, *l. æde, & l. si de fundo, C. locat.* Bart. *in
l. si seruus, ff. quod cum eor.* Et quamuis prædicta regula li-
mitetur in nonnullis casibus, veluti si conductor non sol-
uat pensionem conuentam, cùm tunc cadat à iure suo,
etiam si intercesserit pactum de non expellendo cum sit, in-
telligendum dummodo soluat, *l. quæro, §. inter locatorem,
& l. cum domini, ff. locat.* Pract. Papp. *libell. ad fict. præstat.
gloss. 1. num. 7.* Magon. *decis. Luc. 15. num. 1.* & Moed. *dec. 1.
de locat. & conducto;* Vel si de nouo emergat necessitas vsus
proprij, quæ non aderat nec fuit excogitata tempore con-
2 tractus, quia propter iustam causam de nouo superueniente
potest tam conductor, quam locator pro vsu suo à contra-
ctu antè tempus recedere, & rumpitur locatio, *l. æde vbi
DD. C. locat.* Gratian. *discept. 534. num. 48. & seqq.* quod
procedit non obstante iuramento, aut obligatione Came-
rali, cùm semper subintelligatur clausula rebus sic stanti-
bus, & sub ea conditione videatur contractum, si res man-
serit in eodem statu Gayl. *obser. 23. num. 8. & 9. lib. 2.* Gra-
tian. *loc. cit. num. 51.* & latius repetit, & probat obiectis om-
nibus satisfaciendo idem Gratian. *discept. 740. per tot. & in
appendice ad d. cap. 534. in fine tomi tertij.* Ista tamen facul-
3 tas expellendi pro vsu suo tamquam priuilegium personale
non transit in singularem successorem, Surd. *decis. 103.
num. 12.* Gratian. *discept. 117. num. 19.* Vel si domus indi-
geat refectione, quamuis illa refecta possit conductor age-
re contra locatorem, & dominum vt promittat vti vsque
ad finem locationis, *d. l. æde C. locat.* Roman. *sing. 235.*
Cremen. *sing. 71.* & Papp. *loc. cit. in Add.* Vel si conductor
malè versetur in re conducta illam deteriorando in his, quę
perpetuam rei deteriorationem, & non simpliciter fru-
ctuum recollectionem respiciunt, nam stante huiusmodi
4 deterioratione rei substantiæ in notabili quantitate, & in-
teruenientе dolo, vel saltem lata, siue leui culpa poterit
conductor præcedente super hoc discursione, & Iudi-
cis sententia ante tempus expelli, *per tex. in d. l. æde in fi-
ne & c. propter sterilitatem de locat. in fine,* Alex. *cons. 11.
lib. 5.* Magon. *decis. Flor. 22. num. 6.* Gratian. *discep. 152. per
tot.* vt possit conductor ex hac causa mali vsus ante tempus
expelli tria copulatiuè requiruntur, primo deterioratio ip-
5 sius substantiæ, & proprietatis, non autem fructuum,
2. dolus malus, lata, vel leuis culpa nec leuissima sufficit,
3. quod huiusmodi deterioratio sit notabilis, & magna,
quia modica non attenditur; quæ autem dicatur magna,
vel modica ad hunc effectum remittitur arbitrio iudicis, vt
latè per Menoch. *de Arbit. cas. 78. per tot.* sequitur Gratian.
d. cap. 152. num. 1. & expulsus tamen ex hac causa mali vsus 6
non perdet melioramenta si quæ fecerit; *l. colonus, ff. locat.*
Rot. *part. 2. diuers. decis. 279. num. 11.* An autem teneatur
soluere pensionem pro toto tempore quo conduxerat, vi-
de Castr. Ias. & Alex. *in l. diem functo ff. de off. assessor.* prout
etiam rumpitur locatio mediante alienatione ipsius rei lo-
catæ, nec emptor tenetur stare locationi per venditorem 7
alteri factæ, *l. emptorem, C. locat. l. qui fundum, ff. eod.* Pract.
Papp. *libell. ad ficti præst. glos. soluere num. 5.* Mantic. *de ta-
cit. & ambig. lib. 5. tit. 10.* Caualer. *decis. 612. per tot.* Quod
verum est tam in colono partiario, quàm in quocumque
alio, qui munis colat, cùm semper militet eadem ratio,
intelligendo tamen pro sequentibus annis, secus quò ad an-
num iam inchoatum, pro quo cum sit facta impensa, vel
maior pars illius, tenebitur etiam emptor, vel alius singu-
laris successor stare locationi, Surd. *decis. 52. num. 12. & de-
cis. 265. num. 53.* cum alijs per Gratian. *discept. 37. num. 1. 2.
& 3. & discep. 606. num. 16. & seqq.* & ita per prædicta di-
cebatur sequuta venditione fundi locati posse venditore ex-
pelli. Sed his non obstantibus contrarium verius existimo
ex pluribus in casu nostro concurrentibus.

Primò quia stante conuentione expressa ad fauorem di-
cti Francisci Conductoris quod durante locatione non pos-
sit res conducta in eius præiuditium alienari non valet alie- 8
natio contra huiusmodi pactum subsequuta, vel saltem cen-
setur reseruatum ius conductori in re alienata, maximè
concurrente etiam rei locatæ speciali hypotheca, per tex.
in l. si creditor, §. fin. ff. de distract. pig. & benè probat Ne-
gus. *de pig. part. 2. memb. 1. num. 5. fol. mihi 4.* sequitur Gra-
tian. *discep. 150. num. 10. & discept. 911. num. 27.*

2. Quia etiam si non adesset huiusmodi pactum, & pro-
hibitio de non alienando durante locatione, sed tantum
hypotheca specialis, vel etiam generalis apposita ad fauo- 9
rem conductoris pro obseruantia contractus, quamuis alie-
natio subsequuta sit valida, tenetur emptor stare locationi,
& conductor habet retentionem rei locatæ pro omni suo
interesse, & pœna, si quæ fuerit apposita, Bart. *in l. qui
fundum, ff. locat.* Castr. *in l. si merces, §. si fundum ff. eod.* Sa-
lic. & alij *in l. emptorem C. locat.* Negus. *de pig. d. part. 2.
memb. 1. num. 6.* & Capyc. *decis. 182. num. 3.* Guid. Pap. *dec.
480. n. 2. &c.* Tiraquel. *de retract. conuent. §. 3. glos. vnica
num. 4.* ità vt stante hypotheca maximè speciali rei locatę ad
fauorem conductoris non possit expelli à successore loca-
toris, etiam si indigeret re locata pro vsu suo, cùm vt dixi
istud sit priuilegium personale, quod non transit in singu-
larem successorem, Surd. *cons. 103. num. 10.* Beltram. ad
Ludouis. *decis. 68. num. 10.* quamuis etiam sola generalis
sufficiat ad tradita per Negus. *loc. cit.* & Duen. *reg. 240.
limit. 7.*

3. Quia stante iuramento in contractu locationis per lo-
catorem apposito potest conductor præcisè petere sibi loca-
tionem obseruari, & tenetur emptor, seu alius singularis
successor præcisè obseruare contractum, ita vt nec soluen-
do interesse possit liberari ab obseruantia, & conductorem
antè tempus expellere, quia propter iuramentum condu-
ctor habet specialem hypothecam, cuius vigore dicitur ha-
bere ius in re, & potest illi insistere, non secùs ac si fuissent
expresè, & specialiter bona locatoris hypothecata, cùm
iuramentum habeat cum expresso, etiam si nulla alia obli-
gatio bonorum fuisset apposita, & sic ad prædictum effe-
ctum sufficit simplex iuramentum super re locata, Seraph.
de priuil. iuram. priuil. 158. num. 2. Socc. iun. *cons. 129. n. 12.
lib. 2.* Surd. *decis. 225. num. 10.* Negus. *loc. sup. cit. num. 9.*
Gratian. *discept. 37. num. 22. & seqq. & discept. 520. num. 2.
& 3.* & videndi Caualer. *decis. 612. num. 11.* & Ludouis.

cum

cum Adden. Beltram. *decif.* 68. Quamuis alias cessante
iuramento vel speciali hypotheca rei locatæ cum prohi-
bitione alienandi, ius retentionis, quod competit con-
ductori vigore simplicis generalis hypothecæ possit re-
11 solui per solutionem interesse, vel pœnæ appositæ, & sic
emptor non teneatur præcisè stare locationi, sed possit
soluendo interesse locatori illum expellere vt benè probat
Negui. *loc. cit. num.* 7. Et ideo vt conductor sit omninò tu-
tus, ne possit ab emptore antè tempus expelli datur cau-
tella quod faciat sibi à locatore promittere cum iuramen-
to de non alienando durante locatione sub expressa, &
speciali hypotheca rei locatæ, quo casu tenebitur emptor
præcisè stare locationi, nec soluendo interesse liberabi-
tur per prædicta.

4. Cùm emptor sciuerit rem esse locatam non potest
conductorem expellere, quia venditor exprimendo rem
12 esse locatam censetur reseruare ius coloni, & vendere
tantum ius, quod ipse habet, remque transferre in eo
statu in quo reperitur, & emptor contrahendo super re
alteri locata videtur illam acceptare cum omnibus suis
qualitatibus, & oneribus, quando sciebat, & erat certus
de viro quod alteri in re competebat, maximè si illi pen-
siones reseruentur, *l. qui tabernas, C. de Contrah. emp.*
Surd. *decif.* 264. *&* *decif.* 265. cum alijs per Gratian. *di-
scep.* 37. *num.* 27. *& seqq. ad* 32. nec poterit excipere de
re sibi non liberè tradita cùm videatur approbasse quod
sibi detur vacua tantum postquàm erit finita locatio,
Surd. *d. decif.* 265. *num.* 25. *& seqq.* & Gratian. *discep.* 864.
num. 3.

5. Stantibus pluribus expensis, siuè melioramentis
necessarijs, & vtilibus per conductorem in re locata fa-
ctis, de quibus fuit probatum in processu, competit ipsi con-
13 ductori retentio, donec sibi de illis fuerit satisfactum
vt in puncto tradit Guid. Papp. *decif.* 480. *num.* 5. *in fine
vers. sexto*, Gratian. *discep.* 442. *num.* 29. Et quod condu-
ctor noster possit repetere expensas, de quibus agitur
patet, nam non sunt de illis, quæ fuerint factæ causa
colligendorum, vel conseruandorum fructuum, quales
dicuntur in arando, foueas faciendo, agros stertando,
seminando, vel similes modico tempore, & non vltrà
locationis tempus duraturæ, ità vt dominus nullam sit
ex eis consequuturus vtilitatem, quia istæ spectarent ad
conductorem, & colonum, nec posset illas repetere à
domino Castr. *in l. domus in fine*, *ff. de leg.* 1. Boer. *decif.*
44. *num.* 13. cum alijs per Menoch. *de Arbitr. caf.* 215. *num.*
1. *& seqq. & caf.* 258. *num.* 25. *& seqq.* Sed consistunt in re-
fertione domus dirutæ, in desaldatione plurium petiarum
terræ boscatæ, & giruipratæ, quæ nunquàm fuerunt in
cultura, in plantatione plurium arborum fruxtiferarum,
& vitium, quæ quidem expressæ, & melioramenta par-
14 tim sunt necessaria, partim vtilia, & omnia dicuntur re-
spicere perpetuam rei vtilitatem vltra tempus locationis
duraturam, & in non modica consistunt impensa, quo
casu absque dubio spectant ad locatorem, & dominum,
& non ad conductorem ad tradita per Castren. Boer. &
Menoch. *in loc. sup. cit.* Et si facta fuerint à conductore,
& colono possunt repeti non solum mediante retentione,
sed etiam per actionem ex conducto, vel in affictum
soluendum compensari, maximè quando prout in casu
nostro non possunt commodè ab ædifitio, & solo domi-
ni separari, quicquid secus sit si essent separabilia, & do-
15 minus vellet potiùs pati per colonum auferri, vt benè
distinguit Gratian. *discep.* 442. *num.* 26. *& seqq.* vbi etiam
respondet ad obiectum quod ædifitium cedat solo, proce-
dere è tantùm vbi alia ratio quam donationis excogitari
non potest, secùs autem in conductore, & colono, qui
censetur ædificare, vt sibi prosit animo gerendi pro-
prium negotium, dum durat locatio, & repetendi, ac
alienum negotium gerendi, dùm illa erit finita; præci-
puè vbi id omne fuit factum bona fide, vidente, sciente,
& non contradicente domino.

Et in specie quod melioramenta consistentia in con-
16 structione domorum, plantatione arborum, & vinearum
dicantur vtilia, & pro illis detur possessori retentio viden-
di Magon. *decif. Flor.* 49. *num.* 24. *&c.* Non tamen pro
quantitate impensæ sed pro æstimatione augumenti valo-
ris rei melioratæ de tempore restitutionis, & sic non
sufficit probare tantum fuisse impensum, nisi etiam pro-
betur tantum fuisse rem meliorem redditam: Adeò vt si
minus sit impensum quam melioratum solum id quod mi-
nus est debeatur, cùm non sit æquum vt recuperetur id
Quinta accedit, quia Testator considerauit duas lineas fratrum institutorum, primam scilicet masculorum alteram fœminarum, vt Testamenti contextus docet, ibi, *E se nessuno viuesse delle dette linee masculine delli detti fratelli all' vltimo maschio delle dette linee, sostitui le figliuole femmine, &c.* Et clariùs educitur ex asserto memoriali de quo supra in §. *Decima desumebatur*, cumque separatim, & distinctè disposuerit; Primò pro linea filiorum masculorum; Secundò pro altera fœminarum dictorum fratrum tantummodò disputari possit, an sub nomine filiarum fratrum neptis descendens ex filia includeretur, non tamen DD. Maria Alexandra, & Maria Margherita ex filiorum linea progenitę valerent contineri, quæ de linea filiarum fratrum non sunt, vt post Corn. *cons. 290. num. 4. lib. 4.* Menoch. *cons. 215. num. 67. & seq.* in terminis dixit Rota *in dicta Bononien. fideicommissi 22. Maij 1662. §. alicui etiam, & §. quod propterea*, vbi additur ratio quam maximè nostræ hypotesi accomodata, quod quemadmodum D. Maria Alexandra in concursu filiæ Cherubini fratris Testatoris à consecutione fideicommissi debuisset omninò repelli, vt docet Rota *decis. 507. num. 11. & per tot. par. 2. recent.* ita quoque illa non existente eadem ratio viget exclusionis dum Testator in casu prædicto illius descendentes substituit per vulgarem.

Sexta vrget, quia DD. Lucretia, & Maria Magdalena de Falcuccis substitutæ per vulgarem Franciscæ earum matri ad fideicommissum deberent admitti in stirpes etiamsi adesset filia alterius fratris Testatoris resoluta pluralitate in singularitates, iuxta veriorem sententiam de qua Peregrin. *de fideicomm. art. 21. num. 43.* Fusar. *de substitut. quæst. 493. num. 9.* quæ sint dubio locum obtinuisset in casu nostro, in quo filiæ fratrum non proprio nomine, sed appellatiuo vocatæ fuerunt, & illis substituti earum filij absque vlla collectiua, in stirpes, & non in capita. Verùm, vt proximè diximus vnà cum Rota *d. decis. 507. part. 2. recent.* per filiam fratris Testator exclusit hanc neptem D. Mariam Alexandram, ergo etiam per has filiæ descendentes dictam D. Mariam Alexandram exclusi. Si enim Testator has descendentes ex filia omninò æquauit, & vocauit cum altera filia viuente, quam voluit hanc neptem D. Mariam Alexandram excludere, euidentissimè apparet illam quoque voluisse excludere per has filiæ descendentes, & sic sub nomine filiarum non intellexisse, cum æqui-

para-

paratorum idem sit Ius, & iudicium, *l. 1. ff. de legat. 1.* vbi Bart. *& DD. passim.*

Ac demum prædictis aliæ addi possent deductæ ex eo quod neptes ab intestato non successissent cum filiabus fratrum, dum hic agitur de Patruo magna ad Fusar. *de substit. quæst.* 321. *num.* 30. Dunozett. *d. decis.* 454. *num.* 2. ex qualitate Testatoris mercaturæ adscripto, & Iuris ignaro, ad Fus. *quæst.* 321. *num.* 305. ex vulgari Italica locutione adhibita in Testamento, Menoch. *cons.* 215. *n.* 58. Peregrin. *cons.* 40. *in fine lib.* 6. ex eo quod tempore relictis fideicommissi, & obitus Testatoris neptes ipse nec natæ, nec conceptæ erant, Merlin. *decis.* 460. *n.* 7. Baitell. *decis.* 15. *num.* 7. *& seq.* & plures similes quæ cumulari possent, si numero, & non pondere, ac ratione quæstio decidenda esset, cum à proprietate, & significatione verborum non aliter recedi possit, quam cum manifestum est aliud sensisse Testatorem, & coniecturæ ab aduersis coniecturis non elisæ tales sunt, vt dispositio aliter saluari nequeat, *ad text. in l. non aliter 69. ff. de vulg.* Cyriac. *contron.* 522. *num.* 27. 28. *&* 53. & alios apud Rotam *decis.* 279. *n.* 31. *&* 32. *par.* 6. *recent.*

Et ità per me decisum, &c. L. D. &c.

G. Petrus Mattheus Magius Rotæ Auditor.

Votum Excellentissimi D. Thomæ Cepparelli Locum Tenentis Fiscalis vnius ex Iudicibus Delegatis pro Reuisione primæ sententiæ in supradicta causa Fortini.

Florentina Fideicommissi 1684.

IN vltimo suæ voluntatis elogio, cum quo decessit, Marius Fortini institutis filijs, si qui forte ex se, & ex ducenda ab ipso vxore nascerentur, & ijs non existentibus, Ioanne Baptista, & Francisca eiusdem parentibus dum viuerent, illis defunctis vocauit Leonardum, Angelum, Cherubinum, & Ioannem Franciscum fratres, quibus filios ipsorum, & descendentes masculos in infinitum substituit instituto inter eos reciproco, ac perpetuo successiuo fideicommisso. Quod si prædicti omnes sine filijs masculis deficerent, vltimo ex ipsis masculo idem testator filias suas, illarumque descendentes, si qui forent, substituit, illis autem non extantibus, ita disposuit, *E se non fossero viue le dette sue figliuole, nè i lor figliuoli, o descendenti in tal caso sostituì le figliuole femine legittime, e naturali di detti suoi fratelli, sendo viue à tal tempo, se nò, i figliuoli descendenti legittimi, e naturali di dette figliuole femmine di detti suoi fratelli, in stirpe, e non in capita.*

Defuncto Testatore absque filijs, successerunt in eius hæreditate parentes illius, post quos hæreditas prædicta iuxta ordinem præscriptum ad testatoris fratres transitum fecit. Ex his primo loco obierunt Angelus, & Io. Franciscus sine filijs. Defecit posteà Cherubinus relicta Francisca filia, quæ nupta Benedicto Falcuccio habuit ex eo DD. Lucretiam, & Mariam Magdalenam superuiuentes, & in hac causa actrices. Decessit pariter Leonardus relicto ex se Mario Iuniore, ex quo orti sunt Leo, ac DD. Maria Alexandra, ac Maria Margarita. Et tandem mortuo Leone vltimo masculo ex linea, & lineis fratrum testatoris masculinis, orta est lis super præordinato fideicommisso inter dictas DD. Lucretiam, & Mariam Magdalenam dictæ Franciscæ filias ex parte vna, & inter DD. Mariam Alexandram, & Mariam Margaritam neptes Leonardi fratris Testatoris, filias Marij Iunioris, ac sorores Leonis vltimi masculi ex dicta linea masculina loco postremò defuncti ex alia parte, ad quas ipsarum, fideicommissum prædictum ex prænarrata dispositione, deuolueretur.

Introducto itaque iudicio coram supremo huius Ciuitatis Magistratu, ac ab ipso commisso articulo quinque Illustriss. DD. Auditoribus, ad quatuor ipsorum relationem, successionem prædictam DD. Mariæ Alexandræ, & Mariæ Margaritæ deuolutam esse, declaratum fuit, discrepante tamen ab ipsis quatuor Iudicibus Illustriss. D. Petro Mattheo Magio tunc Rotæ Auditore nunc verò Serenissimi Magni Ducis Auditore meritissimo, & ideò contraria, & discrepantia motiua in causa prodiere; quare post longum ipsorum examen, iustum Sereniss. Magno Duci visum fuit dictam sententiam alijs iudicibus examinandam committere. Commissa itaque per rescriptum S. C. Sereniss. huius causæ, & sententiæ reuisione eidem supremo Magistratu, secundum nostrum septem Iudicum in rescripto nominatorum votum, & relationem, præter motiua prædicta, multę Professorum allegationes, & primorum Romanæ Curiæ, & huius Ciuitatis Aduocatorum consultationes pro vtraque parte producebantur. Summa autem rationum in quibus pro parte DD. Mariæ Alexandræ, & Mariæ Margaritæ iam latam ad eorum fauorem sententiam defendentium, instabatur, ad infrascripta redigebatur fundamenta.

Primum fundamentum ad ipsarum vocationem ad prædictum fideicommissum probandam, deducebant, eædem DD. Maria Alexandra, & Maria Margarita (postquàm literalem testamenti dispositionem ad fauorem DD. Lucretiæ, & Mariæ Magdalenæ stare fatebantur) ex mente, & voluntate Testatoris, quam etiam verbis testamenti præferendam leges disponunt *l. vnum ex familia, §. fin. ff. de legat. 2. l. cum auus vers. quasi minus scriptum ff. de condit. & demonstrat.* allegatam autem pro ipsis mentem testatoris ex pluribus desumere nitebantur.

Et primò ex ordine testamenti, quem testator ita congruè ad methodum intestatæ successionis disposuisse asserebant, vt meliùs à quouis legum professore exarari non potuerit, vocauit enim primo loco proprios filios &c. & in horum defectum parentes tunc viuentes, deinde substituit fratres, quos cum eorum filijs, & lineis masculinis in infinitum succedere voluit, illisque defectis, vocauit testator proprias filias fœminas, earumque descendentes, si qui essent, illis autem non extantibus prædictorum suorum fratrum filias substituit, earumque filijs, & descendentes, & post hos ad sororum filias transitum fecit, vt latiùs apparet ex testamenti serie, ad quam &c. Ex hac benè ordinata dispositione deducebatur mentem testatoris fuisse vocandi DD. Mariam Alexandram vt agnatum, & ex familia Fortinia, & ideò verisimile non fuisse testatorem illam extraneis proponere voluisse.

Secundò, ad coadiuuandam testatoris suppositam voluntatem adducebatur quoddam recordium, quod à testatore ipsa die, qua testamentum condidit, in quodam eius libro adnotatum asserebatur, in quo inter cætera ita dixit, videlicet se vocasse propriorum fratrum lineam masculinam, deinde fœmininam, quare cùm lineæ appellatione descendentes contineantur, Barbos. *Appell.* 135. *n.* 2. Saltem data supradicta verisimili mente testatoris ex Peregr. *de fideicom. art.* 19. *n.* 33. omnes ideò fœminas ex masculis descendentes vocasse credendũ sit.

Tertiò, quòd menti eiusdem Testatoris D. Lucretiæ fauorabili etiam verba testamenti saltem impropriè sumpta deseruiant, præter dicta in motiuis sententiæ pro D. Alexandra latæ, deducebatur ex ipsa dispositione ad successionem testatoris ipsius fratres vocante, in cuius parte conditionali, infrascripta habentur verba, videlicet,

Di poi morissero tutti i loro figliuoli &c. di modo che nessuno viuesse di dette linee masculine, allora, & in tal caso all' vltimo maschio di dette linee masculine &c. sostituì le sue figliuole femmine.

Vis enim fiebat in illis verbis, *di modo che nessuno viuesse di dette linee masculine &c.* ex illis inferendo, quòd sub dictis verbis tam masculi, quàm fœminæ comprehendebantur per Giouagn. *cons.* 7. *lib.* 1. *per tot.* Addit. ad Greg. *decis.* 383. *litt. B.* Carill. *decis.* 266. *num.* 11. Et licèt in parte dispositiua vocati essent descendentes masculi, fœminas tamen non esse exclusas dicebant, eo quia in substitutione vocati erant cognati, & transuersales, ex Menoch. *cons.* 379. *num.* 29. *&* 30. Fusar. *de substit. quæst.* 346. *num.* 40. quod eò faciliùs admittendum asserebatur, quia in prædicto Recordio dixit Testator se primo vocasse lineam fratrum masculinam, cuius appellatione omnes ex fœminis descendentes contineantur, Ruin. *cons.* 149. *num.* 2. *lib.* 2.

Quartò, vocationem D. Lucretiæ deduci asserebatur ex eo, quod testator substituerat masculis ex fratribus, filias ex eisdem fratribus ortas, cum filiarum appellatione, & filiorum, nepotes, & neptes contineantur, etiam inter transuersales, data præsertim verisimili mente testatoris, &

& concurrentibus coniecturis, quarum multæ dinumerabantur, & ideò D. Mariam Alexandram sub nomine filiarum fratrum, licet non filia, sed nepis esset, & vocatam, & compræhensam fuisse credebatur.

Quinto, adducebatur *l. cum auus ff. de condit. & demonstr.* ex qua Domini pro D. Maria Alexandra informantes deducere conabantur in prænarrata fratrum, eorumque filiorum masculorum vocatione, & substitutione subintelligi debere conditionem *d. l. cum auus*, nempè vt tunc substitutis locus fieret, quatenus lineæ vocatæ sine filijs masculis, vel fœminis deficerent. Quod præcipuè intrare dicebatur, quia masculis ex fratribus descendentibus extranei substituti fuere, Honded. *cons. 56. nu. 14. lib. 2.* Giouagn. *cons. 99. n. 7. lib. 1. cum alijs &c.* Et quamuis ageretur de testamento condito à transuersali, aptari nihilominus posse dispositione *d. l. cum auus*, asserebatur, quia eramus in testatore Celibe, cui eiusdem legis dispositio applicatur ex Fusat. *de substit. q. 397. n.* 8. & per Rot. coram Taia *in Bonon. fideicommissi de Medico 27. Iunij* 1668.

Sextò, addendo menti, & verbis testatoris coniecturas, dicebatur testatorem in testamento vsum fuisse pro synonimis verbis filijs, & descendentibus, vti ex tota testamenti serie apparere asserebatur, quo casu sub nomine filiorum nepotes faciliùs compræhendantur ex Rot. *decis. 402. num. 6. par. 9. decis. 84. num. 1. part.* 10. Et quod in tali substitutione testator vsus fuerit dictis verbis *filijs, & descendentibus* pro synonimis ex inscriptis apparere dicebatur, *sostitui le figliuole femmine di detti suoi fratelli, se saranno viue, se no i lor figliuoli descendenti &c.* & ideò &c.

Secunda coniectura deducebatur ex eo, quod testator post plures substitutionum gradus, vt supra relatos, vocauit filias eorundem fratrum, conferendo substitutionem etiam in remotissimum tempus, quo filiæ primi gradus existere non poterant, quo casu filiarum appellatione veniunt nepotes, Fusar. *de substit. qu. 320. num.* 15. Rot. *decis. 6. num. 14. & 15. decis. 40. num. 7. part. 5. tom. 1. recent. cum alijs &c.*

Tertia coniectura desumebatur ex absurdo, quod euenire dicebatur si substitutio in dicta Lucretia verificaretur, & sic fieret separatio bonorum à sorore vltimi grauati, & transitus ad extraneam daretur, qualis est Lucretia, Fusar. *de substit. q. 320. n. 44.* Merlin. *decis. 206. n. 25.* quam coniecturam latè exornabant Domini pro D. Maria Alexandra informantes, alias etiam coniecturas afferendo, de quibus in eorum allegationibus.

Ex parte autem D. Lucretiæ euertendam sententiam, quæ reuidebatur, asserebatur supra relata testatoris dispositio ipsi fauorabilis, nempè, *E se non fossero viue dette sue figliuole, ne detti lor figliuoli, e descendenti, in tal caso sostitui le figliuole femmine di detti suoi fratelli legittimi, e naturali essendo viue à tal tempo, se no i figliuoli, e descendenti legittimi, e naturali di dette figliuole femmine di detti suoi fratelli in stirpe, e non in capita.*

Ex qua dispositione absque dubio vocari D. Lucretiam dicebatur, & per mortem Leonis lineæ fratrum testatoris vltimi masculi, non extantibus filiabus fœminis testatoris successiuè vocatis, aut descendentibus ex eis, factum esse locum ex vulgari substitutione vocationi filiarum fratrum, quæ cùm numquam extiterint, viuat autem D. Lucretia filia Cherubini fratris testatoris in defectum filiarum fratrum eiusdem, sub nomine descendentium vulgariter substituta, huic secundum litteram testamenti successionem deuolutam esse, dubitari non posse, quam litteralem D. Lucretiæ vocationem pars aduersa nunquàm negare ausa est. Quare cùm eadem D. Lucretia per verba testatoris non dubia litteram testamenti, & cum ea Testatoris voluntatem habeat, legem pro se habere dicitur §. *disponat Auth. de nupt.* & inniti textui, qui glosa non indiget ad mentem testatoris explicandam, vt in *d. Auth.* notat Bald. & latiùs tradit Castill. *contr. iur. lib. 4. cap. 10. n. 6. in fine, & n. 7. &* 8. & hoc pro D. Lucretia ad successionem prædictam admittenda sufficere asserebatur. Et contra D. Mariam Alexandram satis fuisse obijcere ipsam esse filiam nepotis, non autem fratris testatoris, & ideò de ea testamentum non loqui, Buratt. *decis. 272. n.* 1.

Neque esse de mente testatoris quærendum addebatur, vbi de ipsius clara voluntate per verba, & mentis, & voluntatis expræssiua, eaque non dubia, euidenter apparet; & ideò verbis inhærendum esse, dubitari non posse, §. *Nos igitur Auth. de restitut. fideicomm.* & ab illis non nisi ex magna causa, & ratione esse recedendum, clamant leges *l. 3. C. de lib. præter. l. non aliter 67. ff. de legat.* 3. & vbi in verbis non est ambiguitas, non esse faciendam voluntatis quæstionem tradit Paulus I. C. *in l. ille, aut ille 25. ff. de legat.* 3. Quæ clara testatoris voluntatis pro D. Lucretia, multis etiam coniecturis ad exclusionem D. Mariæ Alexandræ ab Illustriss. D. meo Auditore Magio in suo doctissimo motiuo allatis, extrinsecus muniri dicebatur, & omissis alijs in eodem motiuo elucidè discursis in duobus præcipuè ex illis insistebatur.

Quarum prima est discretiua testatoris locutio, dum in sua dispositione filias ex nepotibus distinxit, illas in gradu successiuo ipsis filiabus per vulgarem anomalam substituendo, quo casu neptibus aditus clauditur, ne possint sub nomine filiarum venire, Cyriac. *controu. 8. num. 117. vol.* 1. Fusar. *de substitut. quæst. 321. num.* 59. & hanc coniecturam in hoc proposito reginam vocari, tradit Rot. coram Dunozett. *decis. 81. nu. 10. &* 11. & cum alijs multis, qui à DD. pro D. Lucretia informantibus latè adducuntur.

Secunda coniectura desumebatur à restrictiuis verbis, quibus testator vsus fuit, dum filias vocauit, ibi, *le figliuole femmine de' suoi fratelli essendo viue, se no i figliuoli, e descendenti di dette figliuole femmine di detti suoi fratelli*, Quarum restrictiuarum magna à Doctoribus reputatur virtus ad nepotes excludendos; Cyriac. *d. controu. 8. num. 75. vers. corroboratur*, Castill. *controu. iur. lib. ... cap. 66. num. 47. vers. nonus casus est*, Rot. *decis. 667. sub nu. 6. part. ...* vbi quòd verba restrictiua dicuntur personalissima, & ideò ad personas, & non ad casum referibilia, & Rot. *decis. 304. num. 8. part. 19. recent.* vbi dicit, hac posita, cessare omnes alias coniecturas.

Et post habitis alijs coniecturis, quæ afferebantur, & benè exornabantur, adducebantur in terminis terminantibus, immò fortioribus casus nostri Peregrin. *consil. 64. lib. 4. per totum*, Rot. *decis. 378. part. 13. & decis. 479. part. 14. & decis. 304. part. 19. recentiorum.*

Quibus ita positis non obstare neque assertam testatoris mentem, neque testamenti verba, neq; coniecturas proponebatur.

Non mentem, quia de ea satis ad fauorem D. Lucretiæ per verba supra relata animi testatoris iudicium importantia apparere dicebatur.

Assertam autem prudentem eiusdem testatoris dispositionem, in qua D. Maria Alexandra verbaliter non includitur contrariam potiùs coniecturam operari dicebatur, cum talis esse præsumatur mens, qualem verba præseferunt, quibus standum esse, etiam si dispositio sit indiscreta, tradit Castr. *cons. 71. num. 2. ad fin. vol.* 2. Tiraquel. *ad l. si vnquam in vers. liberis num.* 10. *C. de reuoc. donat.* cùm testator, præcipuè inter transuersales, liberam disponendi habeat facultatem, cuicumque etiam remotiori, proximiori omisso, relinquendi, nisi eradatur de corpore iuris §. *Disponat Auth. de nupt.* In coniecturanda enim tacita disponentium mente propter nimiam subtilitatem sæpè homines errant, quia animum non vident, vt egregiè tradit Bald. *in l. Precibus col. 7. vers. dixi ergo de duabus &c. C. de impub. & alijs substit.* quem sequitur Tiraquel. *loc. cit. num.* 23. quare non esse, veritate omissa, vmbras sectandas tradebatur ex Surd. *cons. 403. sub num. 21. vol.* 3.

Ad secundum fundamentum, quod ex recordio desumebatur ad mentem testatoris D. Mariæ Alexandræ fauorabilem reducendam vti etiam per antedictum D. Auditorem Magium latè dictum fuerat respondebatur.

Librum illum, vndè recordium desumptum fuerat, non fuisse ritè legitimatum, vt in his terminis, alias factum fuisse apparet in *decis.* Merlini 244. *num.* 15. *&* 16. ex qua decisione, talis libri legalitas ex eo desumpta apparet, cum vel fere omnia, vel maior pars eorum, quæ in eodem libro, ex quo recordium desumptum fuerat, continebantur per publica instrumenta extrinsecus iustificabantur, vt habetur *sub d. num.* 16. Talis enim extrinseca probatio ad fidem libro cumulandam, vt probet, necessariò requiritur, cum scripta in eo cêtum annos

non

non excedant ex Doctrina Rot. *decis.* 693. *num.* 7. *&* 8. *part.* 2. *recent.* quod nullatenus factum fuit in præsenti casu, in quo liber, de quo agitur 80. ab hinc annis conscriptus apparet. Et licèt afferatur quoddam inuentarium, in quo quidam liber rubeus describitur, nihil tamen, de contentis in eo adijcitur, & nihil obstare quin alius eiusdem qualitatis liber esse posset, dicebatur.

Sed quando etiam talis liber omni prorsus suspicione careret, addebatur, quòd aut talis liber producitur ad declarationem iam factæ à testatore dispositionis, aut ad nouam inducendam.

Si ad interpretationem, dicebatur illam non nisi dubiæ dispositioni aptari posse. In casu autem nostro verbalem dispositionem pro D. Lucretia stare, pars ipsa aduersa negare non audet, quæ per mentem, non per verba testatoris ad eius successionem aditum sibi quærit.

Si de noua inducenda dispositione ex eodem recordio agatur, nouæ dispositiones, & extrinsecæ declarationes, quæ ex verbis eiusdem testamenti, vel alterius ipsius testatoris vltimæ voluntatis non deducuntur, non admitti dicebantur, nisi interueniente eodem testium numero, vel alijs solemnitatibus, quæ in actu, vel testamento principaliter agendo requiruntur ex doctrina Bart. *in l. cum proponebatur* 66. *num.* 5. *&* 6. *ff. de legat.* 2. benè in proposito Rot. *decis.* 61. *num.* 2. 3. *&* 4. *part.* 10. *& decis.* 12. *num.* 20. *&* 21. *part.* 8. *recent.* Sed nos in neutro dictorum casuum versar dicebatur, quia verba recordij, benè cum dispositione D. Lucretiæ fauorabili congruant, nam lineæ fœmininæ vocatio; quam in recordio se induxisse testator asserit, verè, & propriè in D. Lucretia verificatur, cum ipsa de vera, & propria linea fœminina sit filiarum fratrem testatoris propriè, & verè vocatarum; D. autem Mariam Alexandram non nisi impropriè sub dicta linea comprǣhendi posse, Fusar. *de substit. quæst.* 346. *num.* 35. Gabr. *cons.* 90. *num.* 32. *&* 34. *vol.* 1. *cum alijs &c.* Quare non esse sumendam mentem testatoris à verbis impropriè sumptis, præsertim ad destructionem eorum, quæ clara sunt, dicebatur contra iuris regulis.

Ad tertium fundamentum desumptum ex parte conditionali supra relatam dispositionis, omissa receptissima illa DD. sententia, quod quando masculi in parte dispositiua vocati fuerunt per verba lata, & generalia masculini sexus inclusiua, & sexum fœmininum excludentia, tunc pars conditionalis ad dispositiuam refertur, & masculos tantum in ipsâ dispositione comprǣhendit, Rot. *decis.* 237. *num.* 5. *part.* 5. *decis.* 378. *num.* 23. *&* 24. *part.* 13. *decis.* 415. *num.* 32. *part.* 14. *& decis.* 269. *part.* 15. *recent. decis.* 445. *num.* 8. 9. 10. *part.* 18. *tom.* 2. *& decis.* 134. *num.* 19. *par.* 17. *recent.* nec non coram Cerro *decis.* 360. *num.* 2. 3. 4. *&* 5. optimè in terminis nostris fortioribus Gabr. *cons.* 132. *quæst.* 5. *num.* 54. *ad* 57. *vol.* 1. Fusar. *de substit. quæst.* 346. *num.* 32.

Respondebatur satis validis infrascriptis rationibus, quarum prima deducebatur ex ipsa conditionali dispositione, ibi, *di modo che nessuno viuesse di dette linee masculine, in tal caso all'vltimo maschio di dette linee, sostituisle sue figliuole femmine, &c.*

Dicta enim verba *all'vltimo maschio*, cum sequentibus, dicere terminum à quo, & dupliciter, & inaperibiliter aditum ex hoc capite D. Mariæ Alexandræ ad hanc successionem claudere dicebatur.

Primò, quia filiæ testatoris in defectum masculorum ex testatoris fratribus vltimo masculo ex eis succedere non potuissent, si inter ipsas, & vltimum masculum fœmina ex eisdem fratribus orta ad eandem successionem intermittenda fuisset, vt benè in fortioribus terminis firmat Venturin. *cons.* 25. *num.* 41. *&* 42. *& num.* 93. vbi contrarijs respondet.

Secundò, Si fœminæ ex fratribus ad successionem vltimi masculi ex eis admittendæ essent, hic certè maximum sequeretur absurdum, quia filiæ testatoris vltimo masculo ex fratribus substitutæ, per fœminam transuersalem, non vocata remansissent exclusæ, & hoc non tantum contra litteralem dispositionem, & expressam testatoris voluntatem, verùm etiam contra omnem Iuris communis, & statutorum dispositionem, cum nulla lex, aut statutum reperiatur, per quæ filias defuncti, ipsius defuncti ex fratre nepotibus posthabendas esse disponatur.

Quod attinet ad quartum fundamentum desumptum ex nodosa illa quæstione, an filiorum appellatione veniant nepotes, omisso etiam quod opinio negatiua, verior, receptior, & magis communis reputatur, teste Rota coram Merlino *decis.* 206. *num.* 10. *&* 11. præcipuè inter transuersales, & quando fit saltus de linea ad lineam, Gabr. *comm. opin. de verb. signif. conclus.* 1. *num.* 1. *&* 6. & omissis multis quæ latè, & doctè ab informantibus pro D. Lucretia scripta fuere circa hanc conclusionem.

In eo præcipuè insistebatur illam nullatenus esse casui nostro aptabilem, quia dispositio, quæ fratrum filias vocat, non terminat in ipsis filiabus, ita vt opus sit quærere de vi verbi, filiæ, sed vlterius testator discretiuè locutus fuit de filiabus fratrum, & filiarum filijs, vt rectè considerauit Illustriss. D. Auditor Magius, vocando filios, & descendentes illarum in infinitum, quo casu cessat dictæ conclusionis applicatio Ruin. *cons.* 13?. *n.* 4. *vol.* 2. Surd. *cons.* 403. *n.* 22. *vol.* 3. Ventur. *d. cons.* 25. *num.* 151. *ad n.* 165. Magon. *decis. Luc.* 83. *n.* 25. Rot. *decis.* 667. *n.* 5. *part.* 2. *rec.* vbi resolutiuè habetur, quòd dum testator discretiuè loquitur de filijs, & filiorum filijs, sub appellatione filiorum nunquam comprǣhenduntur nepotes, Rot. 378. *n.* 13. *& seqq.* & præcipuè *num.* 16. *part.* 13. *decis.* 489. *quæ d. decis.* 378. confirmauit *part.* 14. *recent.* non enim esse conterendum tempus in quærenda, circa huius verbi significationem, voluntate testatoris tacita, asserebatur, quando testator ipse satis superque illam declarauit, vocando post filias factum, illarum filios, & descendentes, dicendo qui esse, & à quibus, vt succedant, descendere debeant, cùm præsertim contrariæ auctoritates in eo tantùm casu loquantur, quando de solis filijs dispositio mentionem facit, non autem vbi discretiua cadit loquutio.

Ad quintum fundamentum desumptum ex *l. cum Auus* illud ex sola littera eiusdem legis dilui dicebatur, quæ de ascendentibus, & descendentibus loquitur, in transuersalibus autem locum non habet, vt in eadem *l. cum Auus*, tradunt Bart. *num.* 2. & Castr. *num.* 2. *& per totum*. D. Card. de Luca *in tractatu de fideic. discurs.* 31. *num.* 11. & per eandem legem subintelligi conditionem, si sine filijs, non autem si sine fratribus, tradit Fusar. *de substut. qu.* 400. *n.* 1.

Item tollere omnem difficultatem dicebatur, quòd conditio, si sine filijs à *d. l. cum Auus* subintellecta, cùm ex præsumpta testatoris voluntate procedat, potest ab ipso testatore remoueri secundum doctrinam Castr. *in eadem l. cum Auus num.* 3. *ad fin.* quæ doctrina sine omni scrupulo inter transuersales procedit. Sublatam autem esse talem conditionem in casu nostro dubitari non posse credebatur, dum vltimo masculo proprias filias testator substituit, ex qua substitutione, & ex voluntate testatoris, & ex legum, & statutorum dispositione fœminas ex fratribus exclusas, & filias testatoris inclusas fuisse dubitare non contingit. Ex eadem responsione illud etiam tollebatur, quod de testatore Celibe obijciebatur, videlicet in eo quoque eandem *l. cum Auus*, locum sibi vindicare posse ex doctrina Fusarij *quæst.* 397. *num.* 8. & ex Rot. *decis. Bononien. fideicom.* 27. *Iunij* 1668. coram Taia; Cessat enim supposita successiua extraneorum vocatio, dum vt dictum est, post vltimum masculum linearum fratrum Testatoris masculinarum, proprias filias idem testator immediatè vocauit, & ideò extraneis aditum præclusit. Quare cùm D. Lucretia subintrando in locum D. Franciscæ eius matris per vulgarem anomalam, siue secundam, subingressam fuerit in locum filiarum testatoris, eundem etiam succedendi gradum, & prærogatiuam consequuta fuit, Bart. *in l. quandiu nu.* 10. *ff. de acquir. Hered.* Peregrin. *de fideic. art.* 15. *nu.* 5. Fontanell. *decis.* 149. *num.* 4. *&* 5. Fusar. *de substit. qu.* 469. *num.* 37. *vers. & vltrà*, Rot. *decis.* 149. *num.* 3. *&* 4. *part.* 7. *recent.* cum multis alijs in proposito per DD. informantes relatis.

Quæ autem deducebantur ex Fusario, & Rota circa testatorem Celibem in contrarium apertè retorquebantur, cùm allegata Decisio coram Taia, vel ipso Taia proponente reuocata fuerit, vt videre est ex *decis.* 397.

decis.

decis. 398. *decis.* 399. *& decis.* 400. *part.* 13. *recent.* & d. opinionem periculosam esse, & ideò non admittendam tradit idem Fusar. *ead. quæst.* 397. *num.* 8. *in fine*. Et hæc contraria opinio verior reputatur teste Bary *de success. lib.* 17. *tit.* 13. *num.* 4. *vers. quodam volunt*, quam etiam sequitur Rot. *decis.* 170. *num.* 10. *&* 11. *part.* 17. *decis.* 102. *num.* 4. *&* 5. *& decis.* 633. *num.* 9. *vers. neque part.* 18. *recent.*

Et deueniendo ad coniecturas in sexto fundamento ad elucidandam testatoris voluntatem in contrarium allatas, dicebatur illas, vel in facto non verificari, vel non obstare.

Et quo ad primam deducta a synonimis, quibus testatorem visum fuisse in eodem testamento, & præsertim in ipsa dispositione, de qua nunc agitur, asserebatur, assertis synonimis testatorem visum fuisse negabatur, & insuper illa non adesse demonstrabatur; In ipsa enim controuersa dispositione testatore dd. verbis, *filij*, & *descendentes*, quæ vti synonima adhibuisse asserebatur, discretiuè visum fuisse littera ipsa testamenti clarè demonstrat, ibi, *sostituì le figliuole femmine di dd. suoi fratelli essendo viue, se nò, i lor figliuoli, ò descendenti*. Dictionem enim, *aut*, esse propriè disiunctiuam, & disgregatiuam non dubitatur, *l. si ex toto* 8. §. 1. *ff. de leg.* 3. *l. Ille aut ille in prin.* 25. *ff. eod.* nec dubitari posse videtur, quia testator dictione prædicta in sensum diuisum vsus fuerit, cùm illam inter dicta verba, *figliuoli, ò descendenti*, ad distinguendas filiorum, à nepotibus, & descendentibus successiones, & tempora ipsarum apposuerit, quod clarè demonstrant illa verba, *essendo viue à tal tempo*, qua dicta discretiua locutione, synonima illorumque effectus expelluntur Surd. *cons.* 404. *num.* 21. *vers. in præsenti vol.* 3. Cyriac. *contr.* 8. *nu.* 117. *vol.* 1. Rot. *decis.* 199. *num.* 14. *&* 15. *par.* 19. *recent.*

Neque obstare credebatur, quòd dictio, *aut*, aliquando stet cumulatiuè, quia declaratio voluntatis testatoris in verbis claris consistentis, præsertim ad destructionem non dubiæ dispositionis, non est sumenda à verbis æquiuocis, & impropriè sumptis, sed à verbis, & coniecturis indubitatis; cum à clara Testatoris voluntate recedendum non sit, vt supra dictum fuit.

Secundam autem coniecturam, quæ desumebatur ex tempore remotissimo, in quod filiæ substitutæ dicebantur, quo tempore illæ verisimiliter non erant extitutæ, ex responsione data ad quartum fundamentum, & ex dictis in motiuo pro hac parte subuerti respondebatur. Ad quid enim prouisionem in tempus remotissimum à verbo *Filiarum* deducere contenditur, si testator in omne tempus, & proximum, & remotum, atque remotissimum literaliter prouidit, vocando primo loco filias fratrum, & quatenus, non viuerent ipsarum filios, & quatenus ipsi propter temporis cursum naturaliter viuere non possent, eorundem filiorum descendentes vocauit; descendentium verò nomine omnes a testatore oriũdos, ne dum in tempus remotum, & remotissimum, sed etiam in infinitum, compræhendi dubitare non contingit, sufficiat citasse Barbos. *Appell.* 70. *num.* 1. *&* 2. cum ibi late relatis. Et ad hanc coniecturam elidendam adducere satis esse dicebatur auctoritatem Rotæ in iam citata *decis.* 378. *num.* 15. *&* 16. *part.* 13. *decis.* 199. *num.* 10. *& decis.* 304. *num.* 14. *part.* 19. *rec.* vbi in his terminis talis coniectura contra se in ea fundantem retorquetur.

Ad tertiam coniecturam ab absurdo desumptam, respondebatur illud verè non adesse, nam si agatur de admittẽdis filiabus testatoris, vt sup. vocatis, illæ essent magis ipsi coniunctæ, quam D. Maria Alexandra. Si verò agatur de D. Lucretia, cùm illa per vulgarem anomalam succedat in locum, & prærogatiuas defunctæ matris, & ideò per subingressionem pariter proximior existat, & quatenus etiam gradus essent naturaliter dimetiendi, sit inæquali ad testatorem gradu, cum d. D. Maria Alexandra, & æquè ac illa à fratribus descendat, & ideò data in ipso liberè de rebus suis disponendi facultate, & clara subindè facta ab eodem dispositionem ad fauorem D. Lucretiæ, nullum absurdum considerari potest, vbi vltrà, prædicta, dubitari non potest de voluntate testatoris, benè in proposito Rot. *decis.* 269. *num.* 29. 30. *&* 31. *par.* 15. *rec.*

Qua voluntate testatoris apparente, maius absurdum esse dicebatur voluntatem eius non seruare ex ead. Rot. *dec.* 378. *num.* 25. *par.* 13. *decis.* 233. *part.* 14. *num.* 12. *decis.* 24. *num.* 15. post D. Vrceol. *de Transact. & decis.* 128. *num.* 3. *&* 8. post Mel. ad Castill. *de aliment.* Cætera autem in contrarium pro D. Maria Alexandra allata sufficienter per DD. pro D. Lucretia informantes sublata dicebantur.

Quare cùm ex prædictis, ex alijs multis ab eisdem DD. Informantibus pro D. Lucretia, & pariter ex motiuo D. Auditoris Maggij de dispositione testatoris vndequaque ab impugnationibus aduersæ partis defensa constare videretur, maior pars Dominorum septem Iudicum ab hanc causam reuidendam delegatorum in fauorem D. Lucretiæ inclinabat; Cùm vnus ex illis articulum prædictum difficillimæ resolutionis asserens propter discrepantes Doctorum, & Aduocatorum opiniones, & Iudicum diuersas sententias, proposuit remedium *c. afferte gladium de Præsumpt.* & ideò hæreditatem de qua agebatur æquis portionibus inter partes prædictas diuidendam esse, adducens ad hoc *decis.* Thesaur. 89. & Merlin. 72. vbi hanc mediam viam in iudicando pluries placuisse apparet.

Contra talem non solitam propositionem ab aliquibus sex Dominis oppositum fuit, illam esse contra *l. Nesennius* 36. *in fine, & gloss. ibi*. Addebatur etiam, quòd secundum præcitatas auctoritates, huic temperamento locus esse poterat, quando concurrit, vel maxima dubietas facti, vel maxima perplexitas iuris. Facti dubietatem non intrare in præsenti casu dicebatur, quia dispositio, de qua agebatur erat litteralis, & clara ad fauorem D. Lucretiæ. Ius autem licet aliquando dici posset difficilis solutionis, hoc tamen in casu nostro dicebatur, cùm pro decisione habeantur auctoritates grauissimorum virorum in terminis loquentium, & Decisiones supra relatæ in fauorem D. Lucretiæ nullæ autem in contrarijs præcisis terminis appareant resolutiones, & ideò indissolubilem non posse dici articulum, qui vbicumque decidendum se obtulit, decisum fuisse apparet.

Verùm his non obstantibus quatuor ex Dominis septem Iudicibus propositioni prædictæ adhæserunt, intuitu potius pietatis, vt ego censeo, ne D. Maria Alexandra à successione, de qua agebatur penitus remaneret exclusa, & ne partes longo litigio, præcipuè quia inter cognatos agebatur, proprias facultates absumerent. Ex tribus alijs, vnus primam sequutus est sententiam, alij verò duo, inter quos ego fui, supra defensam amplexi sunt opinionem, sequuti in subscribendo prædictam propositionem, quia vti minores numero eam impedire non poterant, licet contrarium sentientes. Videbunt antedicta, & contraria futuri Iudices, si sententia lata in reuisionem cadet, & locum Iustitiæ dabunt.

c. Thomas Cepparellus L. T. Fiscalis, & in hac causa Delegatus.

C A-

Cap. VII.

Votum Illustrissimorum Dominorum Senatoris, & Auditoris Ferrantis Capponi Præsidentis Illustrissimæ, & Sacræ Religionis S. Stephani Papæ, & Mart. & I. C. Francisci Venturini præsentis Voti Compilatoris in Signatura Libellorum Supplicum Gratiæ, & Iustitiæ Primi Consiliarij, ac Perillustr. & Excellentiss. Thomæ Cepparelli L. T. Fiscalis.

In Causa inter Illustrissimam D. Marchionissam Mariam vxorem Illustriss. D. Marchionis Cerbonis de Monte S. Mariæ ex vna, & Illustrissimum D. Philippum de Francescthis eius Fratrem ex altera parte vertente.

ARGVMENTVM.

CAVSA quando est merè prophana, ac temporalis, & agitur inter Personas Laicas, & de Bonis merè laicalibus, coram quo Iudice sit agitanda, an scilicet coram Ecclesiastico, an coram sæculari, si inter litigantes adsit aliquis de foro Ecclesiastico.

Declaratur Statutum Florentinum in Rub. 18. & 20. Lib. 2.

De Priuilegio Fori, & eius communicatione in Causis indiuiduis.

Hæreditas, ac Ius hæreditarium an, & quando sit diuiduum, an indiuiduum, vbi latè discutitur, atque examinatur hæc quæstio.

Qualitas narrata in Libello tribuens iurisdictionem à quo Iudice sit cognoscenda.

Data dubietate articuli, cuius sit iurisdictio, an Ecclesiastici, an Sæcularis, ad quem spectet illius cognitio, Bulla Innocentij X. edita sub die 15. Ianuarij 1654. quomodo intelligenda?

Tertius comparens ad Causam actitatam in Foro Ecclesiastico, introducta iam eadem Causa in Foro Sæculari mediante præuentione, an sit audiendus, & in dicto Foro Ecclesiastico potuerit comparere stante præuentione, de qua latè hic agitur, & de eius effectibus.

De consuetudine, & obseruantia ita iudicandi.

De consuetudine, quod Clerici conueniantur coram Iudice Sæculari.

Statutum de successionibus loquens, an comprehendat etiam Ecclesiasticas personas.

Iudicium vniuersale petitionis hæreditatis, siue super tota hæreditate, siue super quota, an, & quando silere faciat, & ad se trahat alia Iudicia super portionibus eiusdem hæreditatis.

De complicatione, & indissolubilitate Causæ, an, & quando operetur, vt respectu omnium sit actitanda coram vno, & eodem Iudice, & de continentia causæ an, & quando diuidi possit.

Existentibus pluribus hæredibus an, & quando pars non petentium accrescat alijs petentibus.

Portiones fœminarum exclusarum à Statuto an solis masculis, an verò alijs etiam fœminis non compræhensis in Statuto accrescat.

Actus affectati etiam aliàs liciti, an sint attendendi, præcipuè quando sunt collusiui, vbi etiam latè de probatione collusionis.

Declaratur theorica Bartoli in *l. ex quacumque, ff. si quis in ius vocat.* Sicuti Afflict. *decis.* ... *num. 1. & 2.*

Subsequens nouum priuilegium, aut status mutatio an præiudicium afferre possit Iudici, coram quo fuit præuentum, & de effectibus præuentionis.

Quibus remedijs vtantur Auditores Iurisdictionis S. C. S. ne illius lædatur iurisdictio, & ne vexentur eius Subditi.

Declarantur Sperell. *in decis.* 8. *nu.* 23. necnon *text. in cap. si Iudex laicus de sent. excommunicat.* & alij Authores de hac materia loquentes.

Petitio remissionis causæ ad Iudicem Ecclesiasticum quando spernenda, & ea non obstante possit ad vlteriora procedi per Iudicem laicum.

De modo procedendi, quo vtuntur Principes in tuenda eorum Iurisdictione, & præcipuè in hac Ciuitate Florentiæ, & tot hoc Serenissimo Dominio.

Ad effectum, vt communicatio Priuilegij Fori locum habeat, quæ requirantur.

De transactione, & eius effectibus, & an, & quando habeat implicitum statum validitatis, non obstante defectu beneplaciti Apostolici, & an, & quando liceat Ecclesiæ à transactione recedere absque nouo beneplacito Apostolico.

Transactio super hæreditate, & bonis nondum Ecclesiæ incorporatis, sed adhuc possessis ab alia parte, an pro eius validitate requirat beneplacitum Apostolicum.

Declaratur Constitutio Synodalis Anni 1517. qua cauetur, vt omnes causæ Clericorum, siue agendo, siue excipiendo pertineant ad Forum Ecclesiasticum.

Remedium legis *diffamari*, vel legis *si contendat* an, & quando indicat præuentionem.

De Intellectu Legis diei 23. Ianuarij 1572. loquentis de huiusmodi remedijs diffamatorijs, & interpretatione Statuti Florentini *Lib. 2. Rub. 1. de modo procedendi.*

De Remedio actionis negatoriæ.

SVMMARIVM.

1 *TOta facti series à num. 1. vsque ad num. 2.*

2 *Causa quando est merè prophana, & agitur inter personas laicales, & super Bonis merè laicalibus est facienda à Principe sæculari.*

3 *De-*

3 *Declarantur aliqui Doctores volentes vtramque iurisdictionem, tàm spiritualem, quàm temporalem residere apud Ecclesiam.*

4 *Non licet vni Potestati alteram turbare, eoque minus id licitum est Subditis.*

5 *Quę propositio probatur ex pluribus sacris paginis.*

6 *Vtraque Potestas secularis, scilicet, & Ecclesiastica quando respectiuè turbatur in eius Iurisdictione, an habeat eius remedia, & qualia.*

7 *Et ista repressio eo magis licita est vtrique potestati respectu eius subditorum, qui tentant turbare eorum iurisdictionem.*

8 *Florentię adsunt Statuta specialiter disponentia, vt nemo extrahatur à suo Foro, vt est Statutum lib. 2. rubr. 18. & rubr. 20.*

9 *Pręfata rubr. 18. solum reuocata fuit à lege Anni 1427. in partibus, quę lędunt immunitatem Ecclesię.*

10 *Quemadmodum etiam ipsa comprahendit tàm Actorem, quàm Reum.*

11 *Quotiescumque militat eadem ratio in personis, aut nominibus comprahensis in locutione indefinita, tunc Statutum debet intelligi indistinctè.*

12 *Statutum quando incipit per verba vniuersalia negatiuè concepta, tunc comprahendit omnem casum, ac personam.*

13 *In huiusmodi Iudicijs preuentiuis declinatoria Fori, tàm verificatur in Actore originario, quàm Reo.*

14 *In declinatoria quoque Fori Reus, & Actor non debent ad imparia iudicari.*

15 *Statutum predictum rubr. 18. non vtitur solo illo verbo: declarare, & opponere, sed adduntur plura alia comprahensiua cuiuscumque persone.*

16 *In interpetrandis Statutis attendenda est ratio motiua legislatoris, & non simplex verborum Cortex.*

17 *Grauis fit iniuria Iudicit, ac Principi per declinationem eorum Tribunalium, ideoque imponuntur graues pęnę, Aduocatis, ac Procuratoribus allegantibus declinatoriam.*

18 *Exponitur rub. 20. lib. 2. Declarando Doctrinam* Bald. *in l. qua in prouincia num. 7. C. vbi de crim. agi poss.*

19 *In interpretatione Statutorum Florentinorum valde deferendum est opinioni Saluettę.*

20 Bald. *in d. l. qua in Prouincia se regulauit secundum Statutum Perusię suę Patrię, in quo non leguntur eadem verba, quibus vtitur dicta rubr. 20.*

21 *Declaratur pariter* Fœlin. & Genuens. *in prax. Archiepiscopali Curię Neapolitanę.*

22 *Proponitur exceptio prima Partis aduersę super pretensa indiuiduitate, vel connexitate iudicij.*

23 *Item proponitur secunda, quod data etiam indiuiduitate possit Dom. Marchionissa Maria comparere pro suo iure, & interesse tamquam Tertia.*

24 *Examinatur prima exceptio concernens, an petitio hereditatis sit indiuidua, tàm ex natura rei, quàm ex dispositione iuris.*

25 *In Causis communibus, ac indiuiduis inter plures, omnes licet diuersi Fori apud vnum Iudicem conueniri debent.*

26 *Laici non ligantur Statutis laicorum respectu iuris indiuidui, quod habent cum personis Ecclesiasticis.*

27 *Afferuntur iura, ac quarta fundamenta Partis aduersę ad ostendendum, quod Causa petitionis hereditatis sit ex natura rei indiuidua.*

28 *Et hic examinatur indiuiduitas ex dispositione iuris.*

29 *Iudicium petitionis hereditatis est vniuersale, & consequenter connexum, ac indiuiduum.*

30 *Quando Causę sunt mixtę, aut communes, vt in iudicijs mixti familię erciscundę; vel similibus coram Iudice veniunt tractanda.*

31 *Vbicumque connexio, ac indiuiduitas procedit ex quadam complicatione oriente ex diuersis petitionibus Partium, quę sint diuersi Fori, quid agendum.*

32 *Declinatoria Fori potest peti à laicis, quamuis persona Ecclesiastica eas non proposuerint.*

33 *Ad firmandam iurisdictionem alicuius Iudicis, aut Laici, aut Ecclesiastici sufficit, quod in Libello exhibito ab altera ex partibus sit narrata qualitas iuxta theoricam* Bart. & sequutam ab Afflict. *decis. 297. per tot.*

34 *Et data etiam dubietate qualitatis deducta in Libello adhuc tamen ad Iudicem Ecclesiasticum pertinere videtur resolutio articuli.*

35 *Affertur Bulla Innocentij X. edita sub die 25. Ian. 1654. relata à Thom. del Bene* de immunit. Ecclesiastica.

36 *Adducuntur fundamenta secundę exceptionis ex aduerso proposite, & presertim, quod in quocumque iudicio Tertius pro suo interesse admitti possit.*

37 *Regula, quod vbicumque Tertius venit ad exclusionem vtriusque non faciat acta sua videtur introducta in eius fauorem.*

38 *Stante citatione facta a persona Ecclesiastica ad personam laicalem in Foro Ecclesiastico, potest laicus, ibidem comparere ad se defendendum.*

39 *Affertur responsio ad primam exceptionem, ostendendo in presenti casu cessare pretensam communicationem priuilegij Fori Ecclesiastici.*

40 *Probatur nouem fundamentis hereditatem ex natura rei non posse considerari indiuiduam, sed esse omninò diuiduam, vt patet ex numeris seqq.*

41 *Ex lege duodecim Tabularum cautum est, vt nomina defuncti siue suum, siue alienum ęs esset pro cuiusque parte inter heredes diuisa sint.*

42 *In iure, quę appellentur diuidua, & viceuersa quę indiuidua.*

43 *Expenditur* Textus in l. minor 61. ff. de acquir. hęredit. *vbi clarè probatur vnà cum Rot. Rom. hereditatem esse diuiduam.*

44 *Item* Text. in l. nam, & si parent. 15. §. filius ff. de inoff. *Testam.*

45 *Licèt hereditas respectu vnius, & eiusdem personę sit indiuidua, respectu tamen diuersarum personarum dicitur diuidua.*

46 *Consideratur hereditas, aut respectu sui, vel ratione quotę, siue ratione substantię.*

47 *Quę theorica examinatur, & applicatur ad casum nostrum.*

48 *Afferuntur plures res iudicatę, atque motiua punctualia Rotę Florentinę firmantia hereditatem esse diuiduam.*

49 *Afferuntur precisa verba Decisionis Rotę Florentinę in Lib. Mot. 98. pag. 421.*

50 *Ex duabus decisionibus, vel rebus iudicantis inducitur consuetudo iudicandi.*

51 *Quam Iudex tenetur omninò seruare, etiam si contraria opinio esset verior.*

52 *Regula, quod consuetudo non valeat, vt personę Ecclesiasticę possint conueniri coram Iudice sęculari declaratur duobus modis.*

53 *Et presertim vbi consuetudo non tribueret iurisdictionem Iudici laico circa personas Clericales.*

54 *In hac Ciuitate, & toto eius Dominio semper in iudicando fuit inuiolabiliter obseruata consuetudo iudicandi.*

55 *Rerum iudicatarum exempla saltem afferri possunt, non vt ex eis iudicetur, sed vt veritas comprobetur.*

56 *Declarantur* Textus in l. 1. ff. de quibus rebus ad eumd. Iudic. eatur, & in l. 1. ff. famil. erciscund. *ostendendo illos non applicari presenti casui.*

57 *Titulus petitionis hereditatis* in ff. & C. *precedit titulum familię erciscundę, commundi diuidendo.*

58 *Res incorporea, & in iure consisteas, prout hereditas diuiditur in partes indiuisas; siuè discretas intellectu, & mente.*

59 *Dominium diuisionem non recipit in partes diuisas, in partes tamen indiuisas diuidi posse eodem modo, quod diuiditur hereditas.*

60 *Continentia causę, an, & quando diuidi valeat.*

61 *Absurdum ne contraria sententia super eadem hereditate emanentur in quo casu cessec.*

62 *Non est nouum, quod super eodem facto, ac successione aliquando sententię contrarię tollerentur inter diuersas personas.*

63 *Quam-*

63 *Quemadmodum due res iudicatæ super eodem iure contrario substinentur respectu diuersarum personarum, quando ius, & actio diuiduntur inter eas.*

64 *Replicatio ad Doctores in contrarium adductos, ostendende in quibus casibus ipsi verè loquantur.*

65 *Respondetur ad Ger. Spin.* in cons. 91.

66 *Item ad Menoch.* de arbitr. iudic. cas. 371. num. 8.

67 *Item ad Boss.* de for. compet. num. 146.

68 *Similiter ad Gratian.* discept. forens. cap. 641.

69 *Quinimò idem Gratian.* in cap. 641. num. . . . *expressè reijcitur à Ciarlin.*

70 *Prout idem sequitur de Castill.* controu. iur. lib. 5. qu. 165. num. 47. *qui sequitur eumdem Gratian.*

71 *Declaratur Salgad.* Labyrinth. credit. par. 1. cap. 4. num. 19.

72 *Item Seraphin.* decis. 975.

73 *Item Rot.* in decis. 196. par. 11. rec.

74 *Bonden. verò* de iur. controu. colluct. 4. *potius retorquetur.*

75 *Franciscus Hotomanus* in eius quæst. illustr. quæst. 21. *volens hereditatem esse diuiduam, vt Auctor damnatus singillatim ostenditur à pluribus.*

76 *Nec non ostenditur eius sententia omninò falsa reprobando eius rationes, ac fundamenta.*

77 *Diuiduitas, vel indiuiduitas causa ad effectum, vt priuilegium Fori communicetur cum alijs litis consortibus deducenda est ex natura rei, super qua vertitur litigium.*

78 *Et iuxta hanc distinctionem diuidui, vel indiuidui regulatur tàm reuisio, & restitutio in integrum, quàm materia stipulationum.*

79 *Seruitutes omnes personales, quæ incorporales sunt, indiuidua sunt excepto vsufructu.*

80 *Vsufructus quomodo diuidi valeat, quamuis sit ius incorporale.*

81 *An requiratur sola indiuiduitas procedens ex connexione accidentali, & sic ex dispositione iuris, vel potius requiratur vtraque, scilicet etiam ex natura rei.*

82 *Indiuiduitas, vel connexio ex dispositione iuris, an, & quando semper excludatur.*

83 *Ecclesiastici an sint subiecti Statutis Florentinis in materia successionis.*

84 *Exceptio transactionis patit exceptionem litis finita.*

85 *Respondetur ad obiectum superiùs propositum connexitatis resultantis ex vnitate Iudicij.*

86 *Quamuis iudicium petitionis hereditatis sit vniuersale, siuè sit super tota hereditate, siuè quota; attamen ad effectum, vt alia iudicia super portionibus eiusdem hereditatis silere faciat, & ad se attrahat, debet esse super tota hereditate.*

87 *Affertur ratio dicta propositionis.*

88 *Declarantur Doctrina exaduerso allegata in hoc proposito ostendendo illas loqui in casu valdè diuerso à nostro.*

89 *In actione inofficiosi, quæ idem est, ac petitio hereditatis possunt moueri diuersa iudicia, & sequi diuersa sententiæ.*

90 *Ecclesiastici in Iudicio vniuersali petitionis hereditatis, vel concursus creditorum si fuerit præuentum coram Iudice laicali possunt trahi, & non trahere.*

91 *Et absque vlla difficultate, quando ipsi Clerici sunt actores voluntarij, & non possident.*

92 *Latè respondetur ad obiectum prætensa complicationis, ac indissolubilitatis causa.*

93 *Attenta quoque dispositione iuris communis, si sint quinque heredes, non valet quisque petere, nisi quintam partem hereditatis.*

94 *Replicatur ad obiectum nouæ complicationis iudicij, ob punctum, quod debet disputari, an portiones fœminarum exclusarum solis masculis, an vero fœminis etiam exclusis accrescant.*

95 *Actus affectati, etiam aliàs liciti nullatenus sunt attendendi.*

96 *Replicatur ad obiectum, quod cognitio præsentis articuli diuiduitatis, vel indiuiduitatis spectet ad Iudicem Ecclesiasticum.*

97 *Declaratur, siuè potius retorqueretur theorica Bart.* in l. ex quacumque ff. si quis in ius vocat. *sicuti Afflict.* decis. 297. num. 2. & 3. *attenta præuentione facta à D. Filippo coram Magistratu Supremo.*

98 *Tota causa venit terminanda ab eo Iudice coram quo fuit præuentum, & iudicium inchoatum.*

99 *Nec subsequens nouum priuilegium, neque status mutatio post vllum afferre præiudicium Iudici præuentiuo.*

100 *Obuiandum est Hominum malitijs, nec varijs artibus tollatur iurisdictio Iudici præuentiuo.*

101 *Respondetur iterum ad eundem Bart. & Afflict. prauia ponderatione, quod ipsi procedere non valent, vbi qualitas narrata in libello est nimis affectata atque collusiua.*

102 *Bart. & Afflict.* in loc. superiùs allegat. *in quo proprio casu loquantur.*

103 *Auditores Iurisdictionis S. C. S. solent in negocijs magis arduis vti opportunis remedijs ne lædatur eius iurisdictio.*

104 *Speroll.* in decis. 8. num. 23. *& alij exaduerso allegati in quo casu procedant.*

105 *Item declarantur* Text. in cap. si Iudex laicus de sent. excommunicat. *prout alij Authores exaduerso allati, ostendendo vlterius in quo casu ipsos loqui.*

106 *Et vlterius ipsi loquuntur, vbi agitur de re Ecclesiastica, vel materia pertinente ad spiritualitatem.*

107 *Vel vbi agitur de materia immunitatis Ecclesiastica.*

108 *Res est in claris, quod vbi agitur circa possessionem bonorum hereditariorum cognitio spectet ad Iudicem sacularem.*

109 *In materia etiam spirituali habetur quod Iudex laicus possit de per se cognoscere exceptionem incompetentiæ, vel declinatoriæ.*

110 *Respondetur ad Bullam sanct. mem. Innocentij X. superius oppositam.*

111 *Ministri Serenissimi Magni Ducis sunt in quasi possessione decidendi ex se huiusmodi articules ad effectum tuendi iurisdictionem, afferendo plura exempla, litteras, atque decisiones Rota Florentinæ.*

112 *Hæc consuetudo decidendi ex se huiusmodi lites, adest etiam in Regnis Lusitaniæ.*

113 *Ostenditur hæc consuetudo iuridicè introducta ex pluribus fundamentis.*

114 *Et ne alioquin redderentur superflua nostra Statuta prohibentiam declinationem, ac aditionem alienorum Tribunalium.*

115 *Ratio quare subditis laicis sit melius, & vtilius ligigare coram Iudicibus sæcularibus, quàm Ecclesiasticis.*

116 *Ponderatur etiam quod frustratoria penitus esset deputatio Auditoris iurisdictionis, quæ initium habuit vsque de Anno 1546.*

117 *Laudes Illustriss. D. Auditoris Capponij acerrimi Defensoris iurisdictionis S.C.S. ac primi Consiliarij Status.*

118 *An, & quando Iudex laicus potest procedere ad vlteriora; non obstante remissione causa petita à Clerico.*

119 *Ponderatur decisio Osasch. 78. referendo responsum traditum à Senatu Principi Sabaudiæ super casu valdè fortiori nostro.*

120 *Pro confirmatione dec. Osasch. affertur Text. Canonicus in* cap. ex tenore 11. de for. compet.

121 *Princeps laicus ne iniuria fiat per indirectum eius iurisdictioni, quid facere valeat.*

122 *Princeps tuendo propriam iurisdictionem non peccat, imò rectè facit, nec contra Ecclesiastica libertatem operari dicitur.*

123 *Principibus incumbit suorum subditorum defensio ex ratione proprij Officij.*

124 *Modus procedendi, quo extraiudicialiter vtuntur Principes in tuenda eorum iurisdictione, & de modo practicato Florentiæ.*

125 *Et hæc cognitio dicitur facti, etiam si habeat mixtionem iuris.*

126 *Quando determinatio rei spiritualis est notoria, vel ex actis, vel ex iure, eã Iudex sæcularis determinare potest.*

127 *Quan-*

127 Ministri Regis an, & quando valeant extraordinariè tractare causam possessoriam, in qua de possessione beneficij disputetur.

128 Quando ius est certum, & determinatum solum censetur proposita quæstio facti.

129 Prætensa priuilegij Fori communicatio habet pro constanti fundamento suppositum existentiæ litis motæ in Foro Ecclesiastico à Monialibus super petitione quotæ dictarum hereditatum, nec non competentiam Fori Ecclesiastici, quod vtrumque suppositum probatur deficere.

130 Probatur deficere primum, stante transactione facta à Monasterio cum Dom. Philippo, quæ parit exceptionem litis finitæ.

131 Transactio nil aliud est, quàm recessus à lite, & actione mota, atque mouenda.

132 Transactio vim rei iudicatæ obtinet, itaut nulla super ipsa amplius controuersia moueri possit.

133 Ostenditur validitas dictæ transactionis stante concursu duorum requisitorum.

134 Pro transactionis validitate sumenda est omnis interpetratio.

135 Status validitatis transactionis perdurat vsquequò per tres sententias conformes ab eadem recedatur.

136 Non debet residere in voluntate vnius partis à transactione validè facta recedere.

137 Respondetur ad obiectum prætensæ nullitatis dictæ transactionis ob defectum beneplaciti apostolici.

138 Transactio cum Ecclesia celebrata cum legitima causa, & solemnitatibus de iure requisitis; si deficiat Beneplacitum Apostolicum habet implicitum statum validitatis.

139 Contractus rei feudalis licèt resolui possit propter defectum assensus, tamen interea valet, & perfectus est.

140 Licet Ecclesia possit pœnitere, & contractus fauore ipsius dicatur claudicare ob defectum beneplaciti apostolici.

141 Attamen si beneplacitum fuit in transactione reseruatum, & postea impetratæ litteræ: Si in euidentem; sed non exequutæ non potest Ecclesia ante confirmationem executoris à contractu recedere.

142 Affertur distinctio in transactione facta in beneficialibus, & matrimonio, & inter alias materias.

143 Quando transactio est inita cum pacto soluendi Ecclesiæ aliquam summam considerabilem pecuniæ licet conuentum beneplacitum nondum aduenerit; non licet tamen Ecclesiæ à dicta transactione recedere absque nouo beneplacito.

144 Transactio super hæreditate, & bonis nondum Monasterio incorporatis, sed adhuc possessis ab alia parte est magis recepta opinio non esse necessarium beneplacitum.

145 Probatur deficere aliud secundum suppositum Partis aduersæ, nempe competentia Fori Ecclesiastici.

146 Respondetur ad constitutionem synodalem anni 1517.

147 Constitutio quando est correctoria iuris communis, & canonici, an possit recipere interpetrationem ab ipsis.

148 Affertur Monach. decis. Flor. 67. à num. 11. vsque ad num. 21. qui optimè tuetur constitutionem synodalem non comprehendere hunc casum mixtum.

149 Fit transitus ad respondendum secundæ exceptioni exaduerso superius propositæ; nimirum quod data etiam diuiduitate valeat Dom. Marchionissa comparere pro suo iure, & interesse tamquam tertia.

150 Tertius quando venit, vt Actor, Forum rei conuenti tenetur sequi.

151 Ideoque iste tertius si præuentus fuerit coram alio Iudice non potest sua voluntate declinare iurisdictionem Iudicis sæcularis.

152 Quinimò vbicumque postmodum compareat, vel vti tertius, vel tamquam actor etiam coram alio Iudice competenti potest ei opponi preuentio.

153 Exceptio litis pendentiæ est adeo valida, vt statim impediat processum coram alio Iudice quamuis cõpetenti.

154 Et stante præuentione, nec minus Cardinalis Legatus potest agnoscere, atque auocare Causam iam prius pendentem coram Ordinario.

155 Ad euitandam huiusmodi præuentionem non sufficit prætextus necessariæ defensionis, nec etiam legitima status mutatio.

156 Qualis sit principalis præuentionis effectus.

157 Respondetur ad Couarr. practic. quæst. cap. 13. num. 4.

158 Statim ac per citationem legitimam fuit præuenta iurisdictio, neque Actor, neque Reus altero inuito potest forum ex quacumque causa mutare.

159 Couarr. loc. supracit. verè non applicatur casui nostro, quia supponit expressè communionem inter coheredes.

160 Huiusmodi oppositiones tertij plerumque fiunt potius iniuria, & malitia, quàm iure iuxta monitum ipsius Couarr. exaduerso citati.

161 Afferuntur tria fundamenta Partis aduersæ, pro subuertendo dicto iudicio præuentiuo.

162 Primum, quod remedium intentatum à D. Philippo coram Supremo Magistratu, vel l. diffamari, vel l. si contendat, nullam inducat præuentionem, quando Reus originarius duos, vel plures habet Iudices competentes iuxtà opinion. Soccin. & Couarr.

163 Secunda super lege diei 23. Ianuarij 1572. quæ concurrit cum iuris communis dispositione.

164 Tertium ex omissione transmissionis copiæ libelli præsentati à D. Philippo ad formam Statuti Florentini lib. 2. rub. 1. de mod. procedend.

165 Responsio ad primum fundamentum, ostendendo veriorem, ac magis receptam opinionem stare contra Socc. & Couar. cum sint à DD. singillatim reiecti.

166 In iudicando cauendum est à Tondut. & Fermos. in hac quæstione; dum isti non discusso articulo sequuntur Soccin. & Couarr.

167 Et admissa etiam contraria opinione Soccin. receptissima est quædam distinctio, quæ tollit omnem controuersiam in præsenti casu.

168 Quam distinctionem tenent ipsimet Soccin. & Fermosin. in contrarium adducti.

169 Vbi simpliciter, & absque vlla mixtura Iudicij diffamatorij fuit petitum à Possessore declarari nullum ius competere, & ipsum absolui diffinitiuè a quamcumque illius prætensione, à nemine dubitatur inductam esse præuentionem etiam quoad ipsa merita causæ.

170 Vbicumque speratur sententia ferenda, quæ debeat parere exceptionem rei iudicatæ in meritis, tunc semper inducatur præuentio.

171 Ad instar actionis negatoriæ valet Possessor, licet Reus originarius, vt declaretur nullum ius competere, & eum absolui à quacumque prætensione.

172 Quando præuia imploratione Officij Iudicis fuit intentatum quodlibet aliud iuris remedium magis vtile, tunc dubitari non potest de prædicta facultate agendi.

173 Si possideo aliqua Bona, & prætendo me ius habere in illis possum agere, vt declaretur illud mihi competere.

174 Doctores tenentes remedium l. diffamari, & l. si contendat non inducere præuentionem, quid supponant pro indubitato?

175 Florentiæ cuique notorium est Magistratum Supremum nedum esse Forum proprium, quoad coniunctos, verum etiam priuatiuum, quoad omnes alios huius Serenissimæ Ditionis.

176 Respondetur ad secundum obiectum fundatum super lege Anni 1572. tradendo eius verum intellectum.

177 Et talis intellectus præstitus, nedum percipitur ex verbis eiusdem legis, verum etiam inuenitur canonizatus à Dom. Auditore Stacolo, vt in Lib. Mot. 121. pag. 14. §. neque prodest.

178 Non datur cumulatio nisi in remedijs vniformibus.

Dictio, altri, similitudinem denotat, & est relatiua, & repetitiua similium cum eisdem qualitatibus.

179 Idque etiam si apponatur verbum vniuersale, quibuscumque.

180 Re-

180 *Respondetur ad tertium obiectum existens super dicto Statuto lib.2 rub. 1. de modo procedendi.*

181 *Supradictum Statutum non comprehendit Magistratum Ciuium Florentinorum, & præcipuè Magistratum Supremum.*

182 *Affertur reformatio diei 23. July 1477. per quàm expresse abrogatum est onus transmittendi copiam libelli, nec amplius in ipsa Rota seruatur hæc solemnitas.*

183 *Quando priuilegium Fori, seù exemptionis est collusiuè procuratum, nullatenus præiudicare potest præuentioni.*

184 *Beneficium iuris, seù priuilegium indultum ob aliquam causam non iuuat illum, qui eam causam etiam licitè affectauit.*

185 *Quod si hoc procedit etiam licitè, quanto fortiùs, vbi cum affectatione concurrit manifesta collusio.*

186 *Rot. Romana semper tenuit actum, qui ex collusione resultat haberi pro nullo.*

187 *Collusio semper est illicita, ac à iure damnata, quotiescumque illa est contra dispositionem legis, vel sub mendicato velamine tendit ad euertendas ipsas iuris regulas.*

188 *Præuentionis effectus est consolidare omnem iurisdictionem, quam habent plures Iudices.*

189 *Facta præuentione per legitimam citationem, non potest deinceps, neque Actor, neque Reus altero inuito Forum mutare ex quocumque etiam Foro superuenienti de iure communi.*

190 *Clerici effecti post præuentam causam à seculari Iudice debent coram eodem prosequi iudicium.*

191 *Ostenditur ex pluribus maximum resultare præiudicium Dom. Philippum, si iudicium præuentum deberet deserere.*

192 *Vlterius læderetur publica vtilitas, quæ versatur in litibus abbreuiandis.*

193 *Affertur causa collusionis consistent in maiori vtilitate Parti aduersæ causam agendi coram Iudice Ecclesiastico.*

194 *Quando concurrunt plures coniecturæ, ista sole de per se sufficiunt absque causa ad iustificandam collusionem.*

195 *Prima deducitur ex eo, quod non solum in præsens, sed etiam in præteritum semper tentauit euocare Causam ad Tribunalia forensia.*

196 *Secunda ex longo silentio.*

197 *Tertia, quia Pars aduersa licèt citata nihil coram eodem Supremo Magistratu respondit, sed adiuit Curiam Archiepiscopalem, & prouocauit Moniales ad mouendum iudicium contra Dom. Philippum.*

198 *Quarta, quia nulla adfuit legitima causa, ob quam Pars aduersa prouocaret Moniales etiam contra eam.*

199 *Ratio quare ex petitione medietatis hæreditatum petita à Monialibus clarè conuincitur dicta collusio.*

200 *Iuxta veriorem, ac magis receptam opinionem Statutum exclusiuum fœminarum propter masculos afficit etiam fœminas professas in Religione.*

201 *Ex eo quod Moniales volunt trahere D. Marchionissam ad eumdem Forum Ecclesiasticum, vtpote hoc sit eis potius præiudiciale, eo magis resultat collusio inter dictas partes.*

202 *Aliqui Doctores censuerunt fœminarum exclusarum partem non excludendi, sed etiam alijs omnibus, qui cum eo succedunt applicari.*

203 *At eorum opinio est reiecta, & verior, ac magis recepta est contraria.*

204 *Lucrum quoquis priuatur contemplatione alicuius, illi soli applicatur cuius contemplatione priuatur.*

205 *Tollitur obiectum, quod exclusa à successione habeatur pro mortua.*

206 *Et quando etiam haberetur pro mortua in omnem casum id esset intelligendum, quoad commodum illius à quo excluditur, & non aliorum.*

207 *An, & quando reus valeat allegare aduersus eius Aduersarium actorem rem iudicatam emanatam in Foro Ecclesiastico.*

208 *Quinta coniectura ex obligationem facta à Parte aduersa ad fauorem Monialium de soluendis omnibus sumptibus litis.*

209 *Ostenditur denique præfatas responsiones allatas ad primam, & secundam exceptionem esse superfluas ex solo vnico verbo, &c.*

Votum confirmatiuum, & amplificatiuum eorum, quæ dicta sunt in §. Causa num. 13. & §. Laicus num. 3.

Adsit Omnipotens Deus.

DEfuncto ab intestato Illustriss. D. Francisco de Fran- 1
ceschis anno 1642. superstitibus Illustriss. DD. Philippo, Iuliano, Maria, Lucretia, Maria Magdalena, & Maria Honesta Moniali professa in Monasterio Diui Dominici eius Filijs, decessit pariter ab intestato dictus D. Iulianus, post eius mortem insurrexit Illustriss. D. Marchionissa Maria Vxor Illustriss. D. Marchionis Cerbonis del Monte prætendens ad se deuolutam fuisse eius quotam iure successionis in bonis, & hæreditate paterna præfati D. Francisci, ac fraterna supradicti D. Iuliani ab intestato Defunctorum respectu bonorum sitorum extra ditionem, & Dominium Florentinum, quapropter tentauit trahere dictum D. Philippum eius Fratrem eorumdem bonorum possessorem ad litigandum in Ciuitate Romæ, vbi sita reperitur pars supradictorum bonorum, contra expressam dispositionem Statutorum Florentiæ, quorum vigore per Iudices Delegatos à Celsitudine Sua Serenissima fuit declaratum supradictæ Dom. Marchionissæ non licere id peragere, vt constat ex Sententia dictorum DD. Iudicum dici Aprilis 1675.

Hoc ad notitiam RR. Monialium Sancti Dominici perueniento eædem Moniales prætendentes se non esse supposita supradictis Statutis, vti personas Ecclesiasticas ex personas Monialis Mariæ Honestæ sororis dictæ D. Marchionissæ Mariæ, & præfati D. Philippi, conuenerunt ipsum D. Philippum in Ciuitate Romæ coram Illustriss. & Reuerendiss. D. Auditore Cameræ Apostolicæ petendo, prout petierunt medietatem dd. hæreditatum, in quo Tribunali in contumaciam dicti D. Philippi, iuxta per ipsas petita sententiam fauorabilem reportauerunt.

Verùm, habito per D. Philippum ad Signaturam Iustitiæ recursu, ipso instante, emanauit inde rescriptum, cuius vigore eadem Causa ad partes ex integro remissa fuit.

Introducto interim inter dictas Reuerendas Moniales, & D. Philippum amicabilis compositionis tractatu, transactio subinde secuta fuit, qua mediante præfatæ Moniales pro ducatis tribus millibus, præuio iuramento omni dd. hæreditatum iuri renuntiauerunt, & reiteratis iuramentis eiusdem transactionis inuiolabilem obseruantiam promiserunt, vt ex Instrumento inter dictas partes celebrato.

Et licet Sacra Congregatio super negotijs Episcoporum, & Regularium ad preces earumdem Monialium scripserit Illustriss. ac Reuerendiss. D. Archiepiscopo Florentino pro informatione super petito beneplacito Apostolico, quod ex parte D. Philippi ad cautelam tantum desiderabatur.

Nihilominus cum præfatæ Moniales parum curantes de dicta transactione meditarentur litem inchoare, siuè prosequi contra dictum D. Philippum super dictis hæreditatibus, & existimans dicta Dom. Marchionissa Maria, valdè meliorare eius prætensionem circa easdem hæreditates se sc vniendo cum dictis Monialibus, & iura sua experiendo in foro Ecclesiastico, de Anno 1685. sub die 30. Ianuarij ab Incarnatione Illustriss. D. Marchio Cerbonius vir eiusdem D. Marchionissæ conuentionem iniuit cum præfatis Monialibus infrascripti tenoris videlicet.

Io Marchese Cerbone d'Vgolino del Monte prometto, e mi obligo con questa alle Molto Reuerende Monache di S. Domenico di Cafaggio di questa Città di Firenze, che in caso si debba proseguire la lite con il Signor Filippo Franceschi tanto in Roma, che in Firenze d'inanzi all'Arciuescouado per le pretese eredità ab intestato delli già SS. Francesco, e Giuliano Franceschis, dico, che mi contento di fare tutte le spese, che bisogneranno per la

sopra-

sopradetta lite, con condizione però, che ottenendo le dette RR. Monache l'esecuzione della Sentenza fauoreuole, ouero seguendo accordo col consenso degli altri Interessati, e per le cose giuste, e conuenienti, mi debbine le sudette Monache restituire, quante aurò spese in detta pendenza puntualmente, e seguendo il contrario, e che abbine la Sentenza contro, mi contento di perdere ogni cosa, e che non siane obligate à restituirmi niente obbligando in questo modo me stesso, miei Eredi, e Beni presenti, e futuri, &c. in ogni miglior modo, &c.

At prædicta præuidens D. Philippus supradictus, ac perpendens vexationes, & expensans, quas litigandi in foro Ecclesiastico passurus erat, nec non considerans graue præiudicium, quod ex hac collusione resultasset Iurisdictioni laicali præuentiuè adiuit Illustriss. Magistratum Supremum, & institit ab eo acceptari Causam contra eamdem D. Marchionissam, de qua in eius petitione diei 26. Nouemb. 1686. & deinde, sub die 17. Decemb. eiusdem anni contra aliàs duas illius sorores sæculares DD. scilicet Lucretiam, & Mariam Magdalenam petendo, prout petijt per præfatum Illustriss. Magistratum declarari nullum ius, nullamue actionem competere dictis eius sororibus sæcularibus in supradictis bonis hæreditarijs D. Francisci eius Patris, & D. Iuliani eius Fratris, tamquam exclusis à Statutis, in quibus sita sunt dicta bona hæreditaria propter existentiam masculorum, & ad instantiam eiusdem D. Philippi assignati fuerunt duo termini prædictæ D. Marchionissæ Mariæ ad dicendum, & allegandum quicquid, &c. & alium terminum alijs dictis duabus eius sororibus, eiusdem tenoris ab vna quarum fuit lis contestata, & propositæ eius exceptiones, sub die   eiusdem mensis Decembris.

Vix introducto per supradictum D. Philippum dicto præuentionis iudicio coram Illustriss. Supremo Magistratu, sub die 2. Ianuarij per prædictam D. Marchionissam Maria in foro Ecclesiastico fuit productus libellus, contra præfatas Reuerendas Moniales, in quo exposita morte ab intestato supradictorum DD. Francisci, & Iuliani, ac tenore Sententiæ Illustriss. & Reuerend. D. Auditoris Cameræ Apostolicæ instabant per Curiam Archiepiscopalem declarari solam tertiam partem dictarum hæreditatum pertinere ad easdem Reuerendas Moniales, & aliam tertiam partem ad ipsammet D. Marchionissam Mariam Comparentem, se expressè declarando velle experiri eius iura in dicto Foro Ecclesiastico contra Possessorem bonorum hæreditariorum præfatorum DD. Francisci, & Iuliani, & successiuè institit assignari breuem terminum eisdem RR. Monialibus ad se declarandum ipsas non posse succedere in dictis hæreditatibus, nisi pro tertia parte, qua declaratione intra dictum terminum non facta, petijt id per Sententiam Iudicis Ecclesiastici delarari, & vlterius institit assignari terminum eisdem RR. Monialibus ad comparendum in eodem Foro Ecclesiastico vnà cum se ipsamet, & petendum immissionem in possessionem dictorum bonorum hæreditariorum, contra eorum occupatores.

Habita notitia per Celsitudinem suam Serenissimam de gestis per dictam D. Marchionissam Mariam in Foro Ecclesiastico contra supradictum D. Philippum, ac de dicto Iudicio præuentiuo per ipsum intentato contra eamdem D. Marchionissam, & alias eius sorores sæculares, iussit eadem Celsitudo Serenissima præcipi ambabus partibus, quod omnem actum suspenderent in dictis Foris, vsque quo hoc negotium recognouisset, ac eius determinatione illud decessisset, vt constat ex Epistola Illustriss. D. Auditoris Ferrantis Capponi, sub die 6. Ianuarij 1686.

Die posteà 9. Aprilis 1687. supradictæ Reuerendæ Moniales S. Dominici comparuerunt in Foro Archiepiscopali, & contra supradictum D. Philippum produxerunt Libellum, in qoo narrato facto contento in petitione porrecta per dictam D. Marchionissam Mariam contra ipsas Reuerendas Moniales sub die 2. Ianuarij 1686. petierunt, & institerunt condemnari dictum D. Philippum ad liberè dimittendum, & sibi relaxandum integram medietatem omnium, & singulorum bonorum remansorum in dictis hæreditatibus, tam D. Francisci, quàm D. Iuliani de Franceschis, vnà cum fructibus perceptis à die obitus respectiuè eorumdem DD. de Franceschis, & in futurum percipiendis, &c. exclusis in totum dicta D. Marchionissa Maria, & alijs eius sororibus, & vlterius pronunciari ipsas Moniales Comparentes fore, & esse Immittendas in actualem, & corporalem possessionem eorumdem bonorum, saltem existentium in Territorio Romano, &c. ad prædictum effectum relaxari omne, & quodcumque mandatum expulsiuum, & immissiuum respectiuè, & omne aliud decretum desuper necessarium, & opportunum fieri, & interponi in forma exclusis in totum dicta D. Marchionissa Maria, alijsque eius sororibu laicalibus, & prout in præcitata Sententia Illustriss. D. Auditoris Cameræ Apostolicæ immissioneque concessa, procedi ad diuisionem supradictorum bonorum, & alia fieri desuper necessaria, & opportuna, & ad prædicta omnia, & singula mandari citari prædictas DD. Sorores ad tertiam iuris ad dicendum contra, &c.

His sic, vt supra se se habentibus, & ad notitiam Celsitudinis Suæ Sereniss. peruentis mediante recursu per supradictum D. Philippum facto eidem Celsitudini Suæ Sereniss. ab ea sub die 24. Aprilis emanauit Rescriptum infrascripti tenoris, videlicet, &c.

Nella controuersia, che pende tra il Sig. Filippo Franceschi, e la Sig. Maria sua sorella, Moglie del Sig. Marchese Cerbone del Monte sopra la competenza del Foro doue si deua agitare, e proseguire la Causa della successione pretesa da detta Sig. Maria nella quota dell'eredità de' SS. Francesco, e Giuliano loro comun Padre, e Fratello, rispetto à Beni posti fuori delle State Fiorentino, come ancora in tutti gli annessi, connessi, incidenti, & emergenti, che riguardino la detta competenza del Foro; vuole il Serenis. Granduca, che l'Auditor Fiscale Luci, Senator Ferrante Capponi, Auditor Francesco Venturini, e L. T. Fiscale Cepparelli sentite le parti riferischino à S. A. S. quello, che conuenga per buona giustizia.

Nos igitur iussioni Celsitudinis Suæ Sereniss. obtemperantes, auditis pluries partibus, ac eorum Aduocatis, & plenè discusso inter nos dicto articulo, ac pensatis vtriusque partis iuribus, rationibus, authoritatibus, & horum felicissimorum Statuum consuetudine, rerum iudicatarum authoritate roborata, atque confirmata. Nos Senator Capponius, Auditor Franciscus Venturinus, & Thomas Cepparellus L. T. Fiscalis; dissentiente Illustriss. D. Auditore Fiscali retulimus Celsitudini Suæ Sereniss. Forum laicalem in Causa prædicta inter dictam D. Marchionissam Mariam ex vna, & dictum D. Philippum de Franceschis ex altera parte vertente, fore, & esse competentem, & in eo prosequendam esse Causam prædictam, non autem in Foro Archiepiscopali.

Iustitiam supradictæ nostræ relationis, vel ex eo mani- 2
festè resultare censuimus, quia Causa supradicta est merè prophana, ac temporalis, in ea namque agitur inter personas laicas, & super bonis merè laicalibus, & iurisdictio tēporalis est penes Principes sæculares, spiritualis autem penes Pontificem *gloss. in cap. causam, quæst. 2. extrà, qui filij sint legitimi in verbo ad Regem* post Hugonem, vbi inquit Imperatorem à solo Deo habere potestatem in temporalibus, Papam verò in spiritualibus, & sic diuisam esse iurisdictionem, & ibi Hostiensis col. 2. vbi loquitur in hæc verba: *& patet hic, quod iurisdictio temporalis, & spiritualis distincta est, & diuisa vna ab alia, nec debet se intromittere sæcularis, de spiritualibus, nec spiritualis Iudex de sæcularibus*, & paulò inferiùs subdit hæc verba; Hugo dixit, *quod Papa habet potestatem à Deo, quo ad spiritualia solum, Imperator habet potestatem à Deo solum, quo ad temporalia, nec subest in eis Papæ*, & inferiùs inquit Hostiensis: *Dico tamen, quod Papa non habet se intromittere de temporalibus in alterius præiudicium, sed Imperator indistinctè se intromittit, quia à Deo est sibi immediatè commissum*, Franc. Hieronym. Leo *decis. 208. num. 12. tom. 2.*

Et quamuis nonnulli DD. teneant vtramque potesta- 3
tem, & iurisdictionem, scilicet temporalem, & spiritualem residere penes Ecclesiam, & illius Præsidem Romanum Pontificem, à quo [vt dicunt) in Imperatores, Reges, & Principes, ac alias potestates sæculares, tamquam à fonte deriuatur iurisdictio temporalis.

Omissa tamen hac quæstione, certum est, & extra omnem controuersiam, etiam apud dictos DD. quod in actu in temporalibus iurisdictio residet penes Principes, & potestates sæculares, à quibus executio gladij temporalis faciliùs, ac commodiùs fieri potest, quam ab Ecclesiasticis, licet fortasse secundùm opinionem eorundem DD. dici pos-
set,

ſet, quod in habitu ſemper remanſerit, etiam in temporalibus iuriſdictio penes Eccleſiam, penes quam, in actu, & habitu reſidet temporalis, & ſpiritualis Poteſtas, & iuriſ-
4 dictio. Hinc ſequitur non licere vni poteſtati alteram turbare, & multò minus idem fas ſubditis Poteſtatis Eccleſiæ ad poteſtatem ſæcularem conuolare in ſpiritualibus, & è contra ſubditis poteſtatis ſæcularis poteſtates Eccleſiaſticas in temporalibus adire; ſed vnamquamque Poteſtatem, & illius ſubditos reſpectiuè ſuis limitibus contentare.

5 Hoc etenim ſatis apertè ſignificare voluit Chriſtus Dominus Noſter, dum dixit Petro: *Conuerte gladium tuum in vagina*, ſignificans exercicium temporalis Poteſtatis, non Eccleſiaſticis, qui ſpiritualia tractant; ſed ſæcularibus Poteſtatibus dimittendum eſſe.

Pro quo etiam facit illud Matt. cap. 22. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*, annuens ex hoc diſtinctas eſſe debere eas poteſtates, ſaltem, quoad exercitium, licet in habitu ex hoc priuetur Eccleſia illa aptitudinali poteſtate, quam habet in locis ſuis, & in alienis ſecundùm Abb. *in cap. qualiter, & quando num. 7. & in cap. nouiter de iudic.*

6 Adeòut vtraque Poteſtas ſecularis ſcilicet, & Eccleſiaſtica, quando reſpectiuè turbatur in eius iuriſdictione, ſi eam poſſidet dicatur offenſa, & ei allata iniuria ex allegatis per Seſſ. *de inhib. cap. 9. §. 1. num. 17. & 18.*

Et ſi Poteſtates iſtæ, non contentis ſuis limitibus, ſe impediant, & vſurpent, & limites ſuos tranſcendant, poteſt, & debet vna aliam coercere remedijs opportunis à iure, & à DD. traditis, quod ſi non fuerint turbabitur vtriuſque poteſtas, ac in miſerrimo ſtatu erit tranquilitas, vt tradunt allegati per Seſſ. *dict. tract. de inhib. dict. cap. 9. dicto §. 1. num. 12. pag. mihi* 373. ex quo infertur, quod ſi tàm Poteſtatibus Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, licèt ſuam Iuriſdictionem defendere, Seſſ. *in præcitato loco num.* 13.

7 Multò vtique magis eiſdem Ponteſtatibus, tàm Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus fas erit eorum Iuriſdictioni ſubiectos, ac reſpectiuè ſubditos reprimere, ne eorum iuriſdictionem turbent, ac remedijs opportunis, tàm à iure communi, quàm à iure municipali, ac à iuris Profeſſoribus traditis, & in Supremis Tribunalibus quotidie practicatis, nec non à conſuetudine comprobatis compellere ad deſiſtendum à dicta turbatione, vt Reſpublica quieta ſit, & tranquilla, & ne fiat alicui iniuria, atque contraueniatur bonis iuris communis, & municipalis ordinibus, quibus ſancitum eſt, quod nemo extrahatur à ſuo Foro, *l. fin.*
8 *C. vbi in rem actio cap. cum ſit de Foro competenti, & rubric.* 18. *&* 20. *lib. 2. Statutorum Florentinorum.*

Quorum Statutorum diſpoſitiones, quamuis ab Informantibus pro D. Marchioniſſa Maria impugnentur opponendo, ſcilicet contra dict. rub. 18. quod eius ſanctio reuocata fuerit, prout apparere videtur ex *Libro Reformationum anni* 1427. *à* 35. *& à dict. rubr.* 20. quod non excludit Curiam Archiepiſcopalem, quia eadem Curia dicitur etiam Curia Florentina.

Hæc tamen obiectiones nullam habent ſubſiſtentiam, non quidem prima animaduertendo, quod dicta reuocatio facta fuit ſolum in partibus, quæ lædunt libertatem, ac immunitatem Eccleſiæ, vt clarè præſeferunt verba dictæ
9 Reformationis omiſſa à præfatis DD. Informantibus, ibi, *In parte, vel partibus, in quibus diſponerent contra libertatem Eccleſiæ, aut eius vilipendium, aut damnum vniuerſalis Cleri, & Florentini, & diſtrictualium omnium Eccleſiarum*. Nec de eiuſdem Statuti, in parte, de qua nos agimus, tangente punctum noſtrum obſeruantia vnquam vſque ad præſens inter ſubditos, & ſubditos ſæculares dubitatum fuit, & in ſpecie in hac quæſtione, quod poſſit laicus conuenire in Foro Eccleſiaſtico alium laicum ſub prætextu priuilegij competentis Clerico, prætendendo materiam, de qua agitur eſſe indiuiduam, vt videre eſt ex Epiſtola olim Illuſtriſſ. D. Auditoris Raphaelis Staccoli, prout dicemus infra in reſponſione ad primam exceptionem in verſ.

Nec dicatur rubr. præd. 18. in omnem caſum nequaquam applicari terminis noſtris, eo quia illius diſpoſitio videatur reſtricta ad Reum duntaxat.

10 Tum quia ſi benè obſeruetur eadem rubr. manifeſtè comperietur eam loqui de declinantibus Iuriſdictionem Communis Florentiæ, & in corpore pariter dicitur: *vel præſumat per ſe, vel per alium declinare Forum, vel Iuriſdictionem Communis Florentiæ*, quibus ſanè verbis generalibus, & indefinitis, non ſe reſtringentibus ad declinationem ſpecialem vnius Fori, vel Tribunalis eiuſdem rubricæ diſpoſitio verificari videtur, tàm in Actore, quàm in Reo, vel in quocumque alio, qui tentaret declinare Iuriſdictionem Communis Florentiæ cum indubitati iuris ſit, quod 11
quotieſcumque militat eadem ratio in perſonis, aut nominibus compræhenſis in loquutione indefinita, tunc Statutum debet intelligi indefinitè, ac abſque vlla diſtinctione, vt plenè probat Maſcard. *de gener. Statut. interpr. concluſ. 5. num.* 13.

Eo magis ponderando, quod Statutum prædictum inci- 12
pit per hæc verba, nempe *nulla perſona*, quæ quidem verba negatiuè, ac prohibitiuè vniuerſaliter concepta compræhendunt omnem caſum, & omnem perſonam, Rot. *dec. 42. num. 19. par. 12. recent.*

Vltra quam quod in iure, non ſubſiſtit, quod verbum, *declinare*, ſeù *opponere* verificetur ſolum in Reo.

Quandoquidem, & ſi verum ſit, quod regulariter verba prædicta potius adaptentur Reo, quam Actori, eo quia originaliter vocatur in iudicio ab Actore, vt ſequitur in huiuſmodi iudicijs præuentiuis promotis à Reo originario; 13
nihilominus, tàm verificatur declinatoria Fori in eodem Actore originario, quàm Reo, vt vtendo eodem verbo, *declinatoria*, aſſerit in terminis Actoris originarij præuentiuè prouocati per viam remedij legis ſi contendat, Amat. *reſolut. 52. n. 3.* vbi plures citat DD. qui hanc diſtinctionem inter Reum, & Actorem non faciunt; ſed vtuntur dicta exceptione declinatoria tàm in Reo, quàm in Actore.

Quinimò Fermoſinus *de Iudicijs in cap. propoſuiſti il 1. num. 37. de Foro competenti*, loquens in præciſis terminis præuentionis ait, quod quamuis Text. ab eo citatus loquatur ſolum de Reo, cui prohibet oppoſitionem declinatoriæ 14
Fori, hoc tamen etiam procedit in Actore, ea naturali motus ratione, quod in Iudicijs Reus, & Actor, non debent ad imparia iudicari, qui quidem Fermoſinus ibidem refert alios plures Doctores eiuſdem opinionis.

Præterea ad excluſionem ſupradictæ diſtinctionis inter Reum, & Actorem obſeruandum eſt quod Statutum prædictum, non vtitur ſolo verbo illo, *declinare, & opponere*; 15
Sed amplius ſubdit *allegantem*, quod ſanè verbum negari minimè poteſt, verificari etiam in Actore, ac in quacumque alia perſona.

Et quod magis vrget in fine adduntur alia verba magis ſignificantia præſeferentia quamcumque perſona, ibi, *Procuratorem vero, procuratorio nomine talis perſona declinantis opponentem aliquam exceptionem declinatoriam; vel quod aliud, quod tendat ad exceptionem iuriſdictionis Communis Florentiæ, vel ſuorum Officialium, vel Aduocatum circa prædictum allegantem, vel in fauorem ipſius declinantis aliquid dicentem, nullus Iudex, vel Officialis audiat, ſed ipſum puniat.*

Hæc facilius procedunt, quia in interpretandis legibus, 16
& Statutis eſt attendenda ratio, qua legislatores, ac ſtatuentes moti fuerunt ad ita ſanciendum, non autem ſimplex verborum cortex. Barboſ. *tract. var. axiom. num. 48. in verb. Meus num. 1. & ſeqq.*

Quod ſi ita eſt quis nam dubitare poterit, quod ſtatuentes noluerint vtrumq; declinantem eorum iuriſdictionem Reum ſcilicet, & Actorem compræhendere, dum expreſsè iubent, quod nemo quamuis priuilegiatus audeat declinare eorum iuriſdictionem, & ratio huiuſmodi Statutorũ eſt, quia vt optimè animaduertit Azeued. *lib. 4. tit. 1. della* 17
iuriſdizion. real. leg. 10. num. 4. grauis fit iniuria Iudici, ac Principi per declinationem eorum Tribunalium in dubium reuocando ipſorum iuſtitiam, quapropter animaduertentes, quod quando agitur de iuriſdictione, agitur de re graui, ſub pœnis valdè rigoroſis prohibent eiſdem iudicibus, ne audiant Aduocatos, vel Procuratores allegantes exceptionem declinatoriæ eorum iuriſdictionis, maximè in noſtro caſu, ponderando vltra ſuperiùs deducta verba eiuſdem Rubricæ 18. ſubſequentia videlicet, *vel quid aliud, quod tendat ad exceptionem Iuriſdictionis Communis Florentiæ, vel ſuorum Officialium.*

Superata ſic, vt ſupra prima obiectione oppoſita contra 18
ſupradicta *Rub.* 18. minus officit ſecunda tangentes *Rub.* 20.

Quandoquidem licet Bald. *in l. qua in prouincia num. 7. C. vbi de crimine agi oportet*, aſſerat, quod non contrauenitur diſpoſitioni dictæ rubricæ, quia etiam Archiepiſcopalis Curia Florentiæ, dicitur Curia Florentina;

Aduertendum est tamen, quod Bald. in præcitato loco supponit, quod Curia Archiepiscopalis sit Forus competens, eo quia agatur de persona Ecclesiastica, vel materia spirituali, prout ipse ita exemplificat cum omnibus eius Sequacibus.

Præterea idem Bald. pariter supponit, quod idem Statutum in dicta *Rub.* 20. loquatur solum de illis, qui aliquem volunt trahere extra Statum, vel extra Curiam Florentinam, quia non ponderauit illa verba subsequentia, videlicet, *vel locum, in quo præfatum Commune, non habeat præeminentiam*, quæ quidem verba non possunt intelligi, nisi de dicta Curia Archiepiscopali, ac aliorum omnium Tribunalium, in quibus Commune Florentiæ præeminentiam, non haberet, prout reprobato in hac parte Baldo,
19 iure merito tenet Saluetta, à cuius opinione tanquam summi practici, & fidelis horum Statutorum Florentinorum interpetris (vt notorium est) nullatenus recedendum existimauimus, eo magis, quia pluries dixit Rot. nostra deferendum esse illius opinioni, ipsum canonizando pro summo practico, atque fideli horum Statutorum interpetre, vt videre est ex *Lib. Mot.* 50. *pag.* 618. quod notorium est totius Rot. Flor. *& in Lib. Mot.* 97. *pag.* 685. vbi quod in hac parte existimandus est, vti oraculum.

20 Nec est mirandum, quod Baldus ad hæc non aduerterit, quia ipse se regulauit secundum Statutum Perusiæ eius Patriæ, de quo præcisè loquitur, in *l.* 1. *§. huius stadij in fine ff. de inst. & iur.* in quo sanè Statuto, non leguntur verba, quibus vtitur Statutum nostrum in *d. Rub.* 20. prout recognosci potest ab illo, & constat quoque ex ipsismet verbis Baldi, ibi, *Et quod stante Statuto, quod nemo trahat aliquem Perusinum extra Curiam Perusinam non prohibetur trahi ad Curiam Episcopalem Perusinam, quia etiam illa dicitur Curia Perusina.*

21 Neque obstant Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit. num.* 69. & Genuens. *in prax. Archiep. Curiæ Neapol. in cap.* 40. *num.* 5. *&* 6. exaduerso citati, dum ipsi sequendo eumdem Baldum *in d. l.* 1. loquuntur in terminis dicti Statuti Perusini, non intelligentes præfatis DD. aliud firmare authoritate Baldi, quam quod appellatione Curiæ Ciuitatis, venit etiam Curia Episcopalis, vel quod sub appellatione fauorabili Districtualium, veniant etiam Clerici, prout sunt verba præcisa Genuens. transcripta ad vnguem ex Felino *in præcitato loco sub d. num.* 69. *versus finem.*

22 His positis iuris principijs, nullius roboris esse censuimus exceptiones ex parte supradictæ D. Mariæ propositas, quarum prima est, quod cum hic agatur de iure indiuiduo, & connexo priuilegium Fori, quod habet Monasterium ratione indiuiduitatis, & connexionis competit, etiam supradictæ D. Marchionissæ Mariæ; Vlterius addendo Informantes pro eadem D. Marchionissa Maria, quod in omnem casum, huius articuli cognitio, atque resolutio pertinet ad Forum Ecclesiasticum, non autem ad Celsitudinem suam Serenissimam, vel eius etiam Supremos Ministros.

23 Secunda est exceptio, quod admisso etiam citra veri præiudicium, quod causa prædicta, non sit indiuidua, neque connexa; sed diuidua, & separabilis, adhuc tamen Forus competens videtur Forus Eccle siasticus, in quo eadem D. Marchionissa, tanquam tertia persona potest comparere pro suo iure, & interesse, vel exclusura vtrumque, videlicet D. Philippum, & Monasterium, aut coadiuuando eiusdem Monasterij iura; maximè, quia fuit prouocata ad comparendum in eodem Foro Ecclesiastico per præfatas Moniales.

EXCEPTIO PRIMA.

24 HAnc primam exceptionem, vel ea eo deducere conabantur tuentes iura dictæ D. Marchionissæ Mariæ, quia D. Philippus de Franceschis à dictis Monialibus conuentus fuerat actione petitionis hæreditatis, quæ tam ex natura rei, quàm ex dispositione iuris, ratione connexionis, & inseparabilitatis indiuidua videtur, qua stante indiuiduitate, & connexione contendebant priuilegium fori competens Monasterio foro communicatum præfatæ D. Marchionissæ argumento *l. si communem ff. quemadmodum seruitus amitt. l. si ijs qui duos ff. de liber. legat.* Mangil. *de euict. quæst.* 6. *num.* 31. Amat. *resolut.* 86. *num.* 47. *lib.* 2. Surd. *cons.* 396. *num.* 16. *lib.* 3. cum alijs relatis per Bonden. *in eius collect. legal. collect.* 4. *num.* 77. Marsil. *in eius singular. singul.* 144. vbi ait, quod si in causa indiuidua aliquis velit conuenire Clericum, & Laicum, vterque est conueniendus in Foro Ecclesiastico, quia dignus trahit ad se minus dignum.

Et est notissima iuris conclusio, quod in causis com- 25
munibus, indiuiduis, atque connexis inter plures, omnes, licet diuersi Fori, apud vnum, eumdemque iudicium conueniri debent, ex latè congestis per Get. Spin. *in cons.* 91. *num.* 1. Tum quia præsentia omnium simul in eodem loco faciliorem præstat expeditionem Causæ, in qua omnes sunt Consortes, non diuiditur. Tum quia euitatur absurdum, quod in vna eadem causa diuersæ, & forte contrariæ ferantur Sententiæ, si à diuersis Iudicibus cognoscendæ, & terminandæ forent, Marian. Soccin. *in cap.* 2. *art.* 11. *num.* 24. *cum tribus seq. de mut. petit.* idem Get. Spin. *in allegato cons.* 91. *sub num.* 2. *ad finem vbi n.* 3. subdit his rationibus concurrentibus cessare contrariam iuris regulam se se habentem, quod quilibet agere, & defendere possit pro parte coram vno Iudice, & pro parte coram alio.

Quæ omnia confirmat Bonden. *in d. collect.* 4. *num.* 87. 26
& seqq. vbi num. 97. vlterius dicit, quod laici non ligantur Statutis laicorum respectu iuris indiuidui, quod habent cum personis Ecclesiasticis.

Porro si aliter determinaretur, cum hoc Fori priuilegium in Causis communibus, indiuiduis, & connexis inter personam Ecclesiasticam, & laicam competens laico, ei non competat propter se; sed propter personæ Ecclesiasticæ prærogatiuam, vulneraretur, vt obseruat Sperell. *in decis.* 19. *num.* 18. *& decis.* 24. *num.* 11. *& seqq. vol.* 1. Bonden. *d. collect.* 4. *num.* 9. *lib.* 1. eo quia magis dignum ad se minus dignum nequaquam traheret contra certum iuris axioma in istis terminis emanatum, de quo per allegatos per eumdem Bonden. *d. collect.* 4. *num.* 96. est enim notabile dictu, quod multoties, quis ex alterius persona consequitur, quod ex propria consequi non posset ad *text. in l. Aristo, vbi glos. ff. quæ res pign. obligar. non possit, l. si communem, ff. quemadmodum seruit. amitt.* & ibi Paul. de Castr. in proposito nostro Felin. *in cap. sub n.* 5. *de præscript.* vbi innumeros casus congerit, in quibus persona, vel res Ecclesiastica trahit ad se res, vel personas sæculares.

Indiuiduitatem autem hæreditatis, & per consequens 27
causa petitionis hæreditatis, ex natura rei probare nitebantur tuentes iura D. Marchionissæ Mariæ.

Primò per *text. in l.* 1. *ff. de quibus rebus ad eumdem iudicat. & in l.* 1. *ff. famil. ercisc.*

Secundò, quia omne incorporeum est indiuiduum ex Aristotile *lib.* 3. *de Anima*; sed hæreditas est incorporalis, & in iure consistit *l.* 1. *ff. de rerum diuisione, l. peculia* 178. *l. hæreditatis appellatio* 119. *ff. de verbor. significat.* & absque vllo corpore iuris intellectum habet, *l. hæreditas ff. de petit. hæredit.* ergo hæreditas est indiuidua.

Hoc confirmari videtur, quia quicquid est totum id cum in partes diuiditur interijt, vt arbor diuisa, arbor esse desinit, & aratrum diuisum desinit esse aratrum, *l. quæritur ff. de fundo instructo*; sed hæreditas vniuersitas, & successio in vniuersum ius *l.* 208. *ff. de verbor. significat.* ergo diuidi non potest, & si diuidatur perit.

Tertiò, quia hæreditas est species Dominij, & applicari solet Dominium, *l.* 21. *§. vlt. ff. de bon. poss. secund. Tabul.* quia hæres nihil aliud est, quam Dominus, *§. vlt. instit. de hæred. qualit. & diff. l.* 1. *in princ. ff. de successor. edict.* sed Dominium, non recipit diuisionem, *l.* 3. *ff. pro derelicto igitur, nec hæreditas.*

Confirmatur, quia omne factum est indiuiduum, *l. is qui* 80. *§. vlt. ff. ad l. Falcid.* sed succedere in loco defuncti est factum, *l. si is qui* 34. *ff. de iudicijs*, successio hæreditatis igitur est indiuidua.

Quartò, quia deficere minimè videbantur auctoritates classicorum Doctorum hanc propositionem confirmantes, inter quos Get. Spin. *in cons.* 91. in cuius auctoritate maximum constituebatur fundamentum Boss. *de for. comp. num.* 146. Gratian. *discept. forens. cap.* 641. *tom.* 4. Castill. *in eius controuers. iur. lib.* 5. *qu.* 165. *num.* 47. Salgad. *in Labyrint. creditor. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. Seraphin. *decis.* 957. Rot. Rom. *decis.* 196. *par.* 11. *recent.* Bonden. *de iur. controuers. collect.* 4. *tom.* 1. Francisc. Hottomannus *in eius quæstionibus Illustribus in quæst.* 21. *per tot.* in præcisis terminis hæreditatis.

28 Indiuiduitatem verò ex dispositione iuris (indiuiduum etenim etiam aliquid dicitur iuris in dispositione, licèt sui natura diuiduum sit, Ruin. *cons. 77. num. 5. lib. 4.* latè Ger. Spin. *in allegato cons. 91. num. 10.*) eliciebant Informantes pro D. Marchionissa Maria, quia Moniales supradicti Monasterij conueniebant, & pulsabant dictum D. Philippum pro consequtione medietatis dictarum hæreditatum, ad quas aspirabat etiam eadem D. Marchionissa Maria pro eius contingenti portione, vt cohæres dictarum Monialium eodem iure, & eisdem rationibus, quæ prædictis Monialibus competebant, se vniendo propterea cũ ipsis in dicto Foro Ecclesiastico contra præfatum D. Philippum, contendens vlterius eadem D. Marchionissa Maria, aduersus easdem Moniales excessiuam esse earum prætensionem in medietate dictarum hæreditatum, cum ipsis, non competat ius super eisdem hæreditatibus, nisi pro earum quota, quæ est quinta pars totius assis hæreditarij attento numero cohæredum, nam quando causa est vna, eademque ratio defensionis vtriusque dicitur inter cohæredes communis & adeò connexa, itaut respectu omnium simul apud eumdem Iudicem agitari debeat, siquidem inseparabilis reddi videtur, licet aliqui eorum sint laici, aliqui verò Clerici, siue Ecclesiasticæ personæ, Rot. *decis. 196. sub num. 4. in vers. Tum rationi probationis part. 11. recent.* Ger. Spin. *d. cons. 91. nu. 3. in vers. vnde, & num.* 10. vbi ait, quòd eodem quoque modo iudicium iuris dispositione indiuiduum dici debet, quando continentia causæ diuideretur, & in eodem negotio diuersæ, & forsan contrariæ ferri possent sententiæ, quo in casu subdit idem Ger. Spin. *in præcit. loco*, quod omnium causa apud eumdem Iudicem tractari, & terminari debet, tanquam continens, qui indiuiduum iuris dispositione, licet sui natura diuiduum sit, & similiter res super quibus iudicium agitandum est diuiduæ sint, quod confirmat etiam Carleual. *de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disp. 2. num. 12. pag. mihi* 23. Eminentiss. Card. de Luca *de iurisdict. tom. 3. disc. 57. sub num. 11. in vers. respondebam*, vt tradit, quod in puncto iuris, & de stricta eius censura, ratione connexionis, & ob regulam, ne continentia causæ diuidatur, Forus dignior trahet totam causam, etiam quoad Correos alias eius non subditos.

29 Hinc videmus, quod iudicium vniuersale, quale est iudicium petitionis hæreditatis intentatum per Moniales prædictas, in dicta enim hæreditate omnia compræhenduntur mobilia, & immobilia iura, & actiones ad ipsam hæreditatem pertinente, quo casu, non est dubium, quin iudicium censendum sit vniuersale, Osasch. *decis. 74. num.* 2. & multis relatis probat Salgad. *in Labyr. credit. concur. par. 1. cap. 3. num. 5.* dicitur connexum, & indiuiduum, Salgad. *in præcitato loco d. part. 1. d. num. 5. in vers. ex quibus sequitur, & cap. 4. num. 15.*

Adeout non solum vti Iudicium vniuersalem ad se trahat quodlibet aliud Iudicium particulare, Buratt. *decis.* 257. *num.* 2. Osasch. *decis. 74. num.* 1. Salgad. *d. cap. 3. n. 4.* sed etiam idem operatur ratione connexionis, & indiuiduitatis.

30 Quandoquidem, quando causæ sunt mixtæ communes, aut connexæ, vt in iudicijs mixtis familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum administrationis tutelæ, & curæ, & alijs similibus, quæ commodam diuisionem recipere, non possunt, absque partium dispendio coram vno, eodemque Iudice, simul omnes erunt tractandæ, & decidendæ ob iurium vnitatem, & connexionem, ne diuisæ in diuersos Iudices absurdum producant, & periculum, vt singulæ diuersas, aut contrarias sententias consequantur, Soccin. *cons. 12. n. 17. lib. 1. & cons. 82. col. vlt. vers. nona conclusio lib. 3.* cum alijs pluribus per Salgad. *in allegato cap. 4. num. 19.*

31 Quam quidem connexionem, & indiuiduitatem indissolubilem, ac inextricabilem iactabant Informantes pro dicta D. Marchionissa Maria tanquam procedentem ex quadam complicatione orienti ex diuersis petitionibus, ac respectiuè prætensionibus dictarum DD. Sororum Laicalium earumdem Monialium, & præfati D. Philippi, hoc pacto efformata videlicet.

D. Philippus prætendit totas, & integras dictas hæreditas.

DD. Tres Sorores quintam partem pro qualibet earum.

Moniales autem ex persona Sororis Mariæ Honestæ alterius Sororis dicti D. Philippi earumdem hæreditatum medietatem.

Et ideò huiusmodi petitionum, ac prætensionum inuolucro inexplicabili connexione reddi dicebatur iudicium in Foro Ecclesiastico intentatum, ac proinde à Iudice Ecclesiastico in eodem Foro tanquam digniore resoluendum.

Repugnare siquidem naturæ causæ videtur, vt coram diuersis Iudicibus illa tractetur, cum huiusmodi iudicium præordinatum dicatur ad omnes prætensiones dictarum partium diffiniendas, atque terminandas, quæ nisi omnes in vno iudicio, & coram vno eodemque Iudice compareant, qui simul omnium iura examinet, & discutiat, quomodo poterit suam portionem dictarum hæreditatum cuilibet assignare, si id iustitia postulet, vt in similibus terminis concursus vniuersalis creditorum ratiocinatur, Salgad. *in d. cap. 4. num. 20. d. par. 1.*

Firmata sicut supra ex parte supradictæ D. Marchionissæ Mariæ huius causæ indiuiduitate, vel ex sui natura, vel ex iuris dispositione, & consequenter priuilegij Fori communicatione, addebatur supradictam exceptionem Fori Laicalis declinatoriam admittendam esse, & si 32
Monasterium prædictum pro ea, non insteterit, cum huiusmodi declinatoriæ possint à Laicis peti, quamuis personæ Ecclesiasticæ eas non proposuerint, Decian. *in tract. Crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 43. & seqq.* Farinac. *tit. de inquisit. qu. 8. n. 151. in fin. rub. resol. practicab. circa Testam. cap. 57. num. 166.* cum alijs relatis per Bonden. *d. collect. 4. num. 82.* vbi quod tunc omnes Partes ad Ecclesiasticum Forum remitti debent.

Fortiter insuper contendebant tuentes iura D. Marchionissæ Mariæ, frustratoriam penitus, atque superuacaneam in hoc Foro sæculari reddi præsentis inspectionis cognitionem duplici ex capite.

Primò, quia cum ex petitionibus, & actis per dictas
Moniales, & D. Marchionissam Mariam in Foro Ecclesia- 33
stico productis, satis clarè percipiatur qualitas prætensæ indiuiduitatis, & connexionis causæ, quæ (vt ipsi aiunt) est fundamentum iurisdictionis Iudicis Ecclesiasticis ad ipsum pertinere videbatur indagatio veritatis prædictæ, qualitatis, ac illius definitio iuxta theoricam Bart. *in l. ex quacumque ff. si quis ius vocat. non ierit*, vbi tenet, quod sufficit, quod in Libello sit narrata qualitas, quæ si est vera fundat iurisdictionem Iudicis, & si posteà apparebit, quod illa qualitas non est verificata, remittetur causa ad Iudicem competentem, quem refert, & sequitur Afflict. *decis. 297. qui num. 1. & 2.* Testatur pluries fuisse decisum, quod si in supplicatione narratur quædam qualitas, quæ fundat iurisdictionem Iudicis, coram quo datus est Libellus, & citatus Aduersarius, qui comparens negat illam qualitatem, quæ fundat iurisdictionem Iudicis citantis, & petit terminum ad ostendendum, quod illa qualitas non est vera, Iudex debet dare terminum ad probandum incumbentia cum hac declaratione, quod si facta publicatione in causa, non constabit de qualitate contenta in Libello, quæ fundabat iurisdictionem Iudicis, remittetur causa ad Iudicem competentem, si verò constabit de qualitate contenta in Libello, tunc procedetur ad vlteriora in causa.

Secundò, quoniam data etiam dubietate qualitatis de- 34
ductæ in Libello tribuentis Iurisdictionem Iudici, coram quo fuit producta Supplicatio, seù Libellus, & consequenter in casu nostro, cuiusnam sit Iurisdictio Ecclesiastici nempe, an Laici Iudicis, adhuc tamen ad Iudicem Ecclesiasticum eiusdem articuli discussio, & resolutio pertinere videbatur, Bellet. *disquisit. Clericor. §. 14. num. 35. tit. de Iudic. resolut. 15. sub num. 3.* Suar. *de defens. fide lib. 4. cap. 34. sub num. 2.* Grass. *de effectib. Clericat. effect. 1. num. 1262. & seqq.* Mascard. *de probat. conclus. 689. num. 23. in vers. Et sic ad ipsum, & decis. 24. n. 58. & 59.* Mart. *de Iurisdict. p. 14. cap. 145. in fin.* Bonden. *d. collect. 4. num. 84. lib. 1.*

Quibus addebatur Bulla Innocentij X. ædita sub die 15. 35
Ianuarij 1654. relata à Thom. del Bene *de Immunit. Ecclesiast. p. . . , in addit. Bulla ad materiam immunit. cap.* 8. in qua videtur prohiberi Iudicibus laicis Iudicium proferri in causis, in quibus de iurisdictionem, seù immunitate Ecclesiæ lis vertitur, & in ea reprobatur (vt contendebant Informantes pro D. Marchionissa Maria) tanquam hæreticum quoddam manuscriptum Benedicti de Triglies

Collateralis, & Regentis Regiæ Cancellariæ Neapolis, quod loco citato registratum repetitur in idiomate Hispano, in quo examinatur eiusdem Bullæ sensus, ex traditis alium longè esse allegatæ Bullæ significatum, quam illum, vt mox dictum est continere in eadem Bulla proponebatur.

Hactenus de prima exceptione.

EXCEPTIO SECVNDA.

36 SVpposita etiam citra veri præiudicium Iuris hæreditarij diuiduitate, adhuc Agentes pro præfata D. Marchionissa Maria nitebantur ostendere Forum Ecclesiasticum in hac controuersia esse competentem. Fuit Iuris conclusio communiter per DD. approbata, & omnibus Tribunalibus recepta, atque approbata, quod in quocumque Iudicio Tertius pro suo interesse admitti possit, & debeat, tam ad coadiuuandum iura, alicuius ex collitigantibus, quam etiam vtrumque exclusurus, vt de primo Cancer. *var. resolut. lib. 2. cap. 16. num. 2.* cum alijs penes Carleual. *de Iudic. lib. 1. tit. 3. disput. 12. num.* 18. & de secundo vltra Cancer. & Carleual. *in præcitatis locis*, Rota *decis. 199. num. 7. part. 10. rec.* Add. ad Ludouis. *decis. 259. num.* 7. Couarr. *pract. quæst. 4. num. 4. & cap. 13. num. 4.* vbi specialiter exemplificat in cohærede, cuius interest sententiam fauore alterius cohæredis ferri, quamuis, non esset contra eum paritura rei iudicatæ effectum, & de vtroque ad plures effectus multis alijs citatis Sabell. *in Summa §. Tertius per tot.*

Adeòut huiusmodi Tertij admissio fieri debeat, etiamsi vtraque pars Actor scilicet, & Reus hanc admissionem impugnarent, Menoch. *cons. 488. num. 1. cum seqq.* Carleual. *de Iudic. lib. 1. tit. 2. disput. 3. n. 5.*

37 Et quamuis in casu quo tertius venit exclusurus vtrumque, non faciat acta sua, nec censeatur venite in statu, & terminis, in quibus causa reperitur, & valeat ex integro, & principaliter audiri.

Hoc tamen in eius fauorem introductum censetur, itaut si ipsi expediens sit, & ita ei placeat admitti in statu, & terminis in quibus causa reperitur ad effectum, vt petitio in eodem iudicio terminetur exaudiendus videtur, vt declarat Ridolphin. *in prax. par. 2. cap. 4. n. 98.* Rota coram Cerro *decis. 425. n. 4. 5. & 7.*

38 Quæ sine vlla prorsus dubitatione procedere videbantur in præsenti casu, in quo D. Marchionissa ad instantiam supradictarum Monialium citata fuit ad dicendum contra earum petitionem exhibitam in Foro Ecclesiastico contra dictum D. Philippum de Franceschis, sub die 9. Aprilis 1687.

Hac etenim stante prouocatione eidem D. Marchionissæ nessarium videtur iura sua proponere, ac defendere in Foro Ecclesiastico aduersus præfatas Moniales prætendentes medietatem dictarum hæreditatum, quando ipsis non competit, nisi earum quinta pars attento numero succedere debentium in dictis hereditatibus, quandoquidem defensio est de iure naturali, quæ propterea nullatenus impediri valet, vt notatur in *l. vt cum, ff. de iust. & iur. & in Clement. 1. in §. non sic, & ibi glos. de verbor. significat.* Afflict. *decis. 351. num. 3.*

Responsio ad primam Exceptionem.

DIximus supra in versiculo, *His positis iuris principijs*, penitus irreleuantes nulliusque roboris esse supradictas propositas ex parte D. Marchionissæ Mariæ exceptiones.

39 Nam quod attinet ad primam fundatam in Communicatione priuilegij Fori, quo persona Ecclesiastica trahit Sæcularem ad Forum Ecclesiasticum ratione indiuiduitatis iuris hæreditarij, tam ex sui natura, quàm ex dispositione iuris propter assertam communionem, connexionem, & inseparabilitatem iurium dictarum Monialium, cum iuribus dictæ D. Marchionissæ Mariæ, cum euidentissimè constet in proposito casu assertæ indiuiduitatis suppositum, nullam habere subsistentiam, vt ex inferius dicendis clarissimè apparebit, vtique cessabit prætensa priuilegij Fori Ecclesiastici communicatio, quia cessante eo, in quo fundatur dispositio, ipsam quoq; dispositioné cessare cósequens est, *cap. cum cessante extr. de appellat. l. 1. §. quod autem ait Prætor*, & ibi Bart. *ff. ne quid in flumine publico*, & in specie, quod in indiuiduis priuilegium Ecclesiasticæ personæ non extendatur ad Socios, vel eius Consortes, probant tradita per Paul. de Castr. *in l. si cómuné in fin. ff. quemadmod. seruit. amitt.* & per Bart. *in l. iuris Peritos §. cum Ortundus in prima lectura ff. de excusat. Tutor.* & in nostris præcisis terminis petitionis hæreditatis Rot. Flor. *in Finizanen. prætensæ remissionis causa diei* 18. *Nouemb.* 1561. *in Lib. Mot. 22. à 110.*

Nulla namque ex natura rei in hæreditate considerari 40
potest indiuiduitas, quod satis superque probatur, primò, quia passim in iure traditur hæreditatem diuidi in duodecim vncias, quæ appellatione assis continetur, *§. hæreditas instit. de hæred. instit. l. 13. §. 1. & l. 20. §. vltimo ff. eodem*, ergo diuidua.

Secundò, quia lege duodecim tabularum inter hæredes à communione discedere volentes, iudicium diuisorum est constitutum, quod familiæ erciscundæ appellatur, *l. 1. & passim ff. famil. erciscund.*

Probatur tertiò, quia ex lege duodecim tabularum cau- 41
tum est, vt nomina defuncti siue suum, siue alienum æs esset pro cuiusque parte inter hæredes diuisa essent, *l. fin. C. de action. hæredit. l. 6. C. famil. erciscund. l. 25. §. idem iur. ff. eod. titulo*, quod optimè confirmat etiam Salgad. *in Labyrint. Credit. par. 3. cap. 1. num. 177.* ibi, *Prout in duobus hæredibus inter quos iura, & actiones hæreditatis ipso iure diuiduntur pro portionibus hæreditarijs, equè principaliter, & independenter ab altero.*

Quartò probatur, quia hæredes iuris successores esse dicuntur. Vnde si plures instituantur, diuiditur inter hæredes ius, quod si non fiat, omnes æqualiter erunt hæredes, ergo hæreditas, quæ est ius defuncti diuiditur.

Quintò probatur, quoniam iure nostro sancitum est, ea 42
appellari diuidua, quorum vsus est diuisus, ad *text. in l. 16. ff. de seruitut.* idest quorum partis vsus per se constat, indiuidua verò dicuntur, quorum partis vsus nullus est, vt fons, vel puteus diuiduus est, *l. 4. ff. communi diuid.* aratrum indiuiduum, quia partis eius vsus est nullus, *l. quæsitum 12. §. si quis eodem ff. de fund. instruct. & instrumento legato*, cum singulæ igitur partes hæreditatis vtiles sint, per consequens hæreditas est diuidua, vt benè Gedeus *de contrahenda stipulat. cap. 6. n. 302.* quem in nostris præcisis terminis hæreditatis sequitur Iulius Capon. *in eius tract. de pactis in tit. de stipulationibus quæst. 7. de indiuiduis proprijs pag. 626.*

Sextò idem optimè probat textus satis clarus *in l. si minor* 43
61. ff. de acquir. hæred. vbi deciditur, quod adita hæreditate per duos cohæredes, & per quemlibet sua portione, si alter ex eis sit minor, & aduersus aditam hæreditatem restitutus fuerit in integrum, portio cohæredis minoris, non accrescit cohæredi maiori, contra eius voluntatem; sed conceditur possessio eiusdem portionis creditoribus, quod etiam ad nostrum propositum explicat ibi glossa marginalis, & reprobato Parisio, benè confirmat Rot. Rom. coram Coccin. *decis. 219. num. 7. & 8. cum seqq.* & Phanucc. *de inuentario quæst. 239. num. 31.* vbi confutato pariter Parisio, sic ait: *Nam ista sunt vera in re indiuidua; sed in re diuidua secus, & hæreditas est res diuidua, quod præcipuè patet, quoniam potest ex pluribus cohæredibus vnus adire hæreditatem, cum inuentarij beneficio, alius verò sine inuentario.*

Septimò idem confirmatur per *text. in l. nam, & si pa-* 44
renti 15. §. filius ff. de inoff. testamento, cuius verba sunt hæc, videlicet.

Filius, qui de inofficioso actione aduersus duos hæredes expertus, diuersas sententias iudicium tulit, & vnum vicit, ab altero superatus est, & debitores conuenire, & ipse à creditoribus pro parte conueniri potest, & sed & corpora vendicari, & hæreditatem diuidere; Verum enim est familiæ erciscundæ iudicium competere, quia credimus eum legitimum hæredem pro parte esse factum, & ideo pars hæreditatis in testamento remansit, nec absurdum videtur pro parte intestatum videri.

Octauò, hanc eamdem propositionem apertis, & clarissimis verbis in præcisis terminis hæreditatis probat doctis-
simus Bellon. *de iure accrescendi in cap. 7. quæst. 42. nu. 280.* 45
cum quatuor seqq. tom. 2. vbi distinguendo sic ait, quod licet hæreditas respectu vnius, & eiusdem personæ sit indiuidua, respectu tamen diuersarum personarum, cuiusmodi sunt in proposito D. Philippus, & eius DD. Sorores, dicitur diuidua, quandoquidem, prout ibidem ratiocinatur idem Auctor, aut consideramus hæreditatem respectu sui, aut ratione quotæ, aut ratione substantiæ, si

ratio-

ratione quotæ absolutum est esse diuiduam, potest enim
46 diuidi, non solùm in duodecim, sed etiam in pluribus partes *l. seruum meum* 50. §. *fin. ff. de hered. instituend.* §. *hereditas instit. tit. eod.* scilicet, quia in qualibet quota continetur etiam quota, totius substantiæ, idest pars commodi, & incommodi; At si consideremus eam respectu substantiæ, quæ cosistit in commodis, & incommodis verius est eam esse indiuiduam, quia si aut à commodis separes incommoda, aut ab incommodis commoda, iam non amplius erit hæreditas, & sic res vniuersalis, sed res particularis, *l. cogi* 16. §. *inde quæritur, ff. ad Trebell.* Quod adeò verum est (inquit ibidem Bellon. *in præcitato loco sub num.* 283.) vt procedat etiam si hæreditas vendatur, siquidem eius commoda non separantur ab incommodis, quia actiones directè tàm actiuè, quàm passiuè remanent penes venditorem, vtiles verò, siue actiuè, siue passiuè transeunt in emptorem; sin autem consideremus hæreditatem respectu acquisitionis, pariter fatendum est esse indiuiduam, siue spectemus acquisitionem ipsam, siue causam acquisitionis; Quandoquidem si ipsam acquisitionem, ideò est indiuidua, quia non potest pro parte acquiri, & pro parte repudiari; sed vel tota acquiri, vel tota repudiari debet, *l. 1. & 2. ff. de acquirenda hæreditate, l. vnica* §. *his ita definitis C. de caduc. toll.* Quod si respiciamus causam acquisitionis, ideò est indiuidua, quia tota debet acquiri vel ex testamento, vel ab intestato, non autem partim est testamento, partim ab intestato, ne contingat Testatorem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum.

47 Cùm igitur in proposito, nequaquam considerentur hæreditates, de quibus agitur respectu vnius, & eiusdem personæ, nec respectu sui, idest ratione substantiæ, quæ vt mox diximus consistit in commodis, & incommodis, nec respectu acquisitionis, cum in præsenti non agatur de ea acquirenda pro parte, & pro parte repudianda, siue respectu illius causæ, eo quia contendatur easdem hæreditates partim acquiri ex testamento, & partim ab intestato; sed respectu diuersarum personarum ratione quotæ, in qua (vt supra diximus) continetur etiam quota totius substantiæ (procedunt enim DD. Sorores D. Philippi in supradictis hæreditatibus ab ipso possessis ipsarum quotas, vti assertæ cohæredes ab intestato præfati D. Philippi) inficiari nullatenus poterit, quin in proposito casu, & ad effectum, de quo agitur secundum hanc magistralem theoricam Bellonij hæreditas sit diuidua.

Et quod hæreditas sit diuidua probant etiam Treutlerus *disp.27. thes.4. qu.39.* quem refert, & sequitur Iulius Capon. *in eius tract. de pactis tit. de stipul. qu 7. de indiuiduis improprijs*, qui pluribus rationibus, & argumentis superiùs per nos ponderatis, hanc tuetur sententiam.

48 Nonò, quia præmissis iuribus, & auctoritatibus accedunt res iudicatæ in præcisis nostris terminis petitionis hæreditatis, vt videre est in *Florentina restitutionis portionis hæreditariæ diei 18. Nouembris* 1561. *in lib. mot.* 22. *pag.* 110. in qua legitur decisus per Almam Rotam Florentinam infrascriptus casus, videlicet. Actum fuit contra quinque Fratres ad restitutionem cuiusdam portionis hæreditatis per quemlibet eorum possessæ, & cum alter eorum esset Clericus petita fuit, etiam quoad sæculares remissio ad Ecclesiasticum Iudicem, in quo articulo auditis Partibus, & plena super eo per DD. tres Iudices secundarum appellationum habita cognitione, declaratum fuit, non esse locum petitæ remissioni causæ prædictæ, ea ratione quia causa erat diuidua, & in diuiduis priuilegium Clerici, non extenditur ad Socios, vel eius Consortes.

Cùm qua quidem Rotæ decisione concordat alia eiusdem Rotæ Decisio DD. scilicet trium Iudicum secundarum appellationum, vbi introducto iudicio incompetentiæ, in quadam causa petitionis hæreditatis, agitata corā D. Iudice Quarteriorum S. Ioannis & S. Mariæ Nouellæ per Marium Berrettarium, & litis Consortes contra Romualdum Cicchium Pisciensem, & in dicto iudicio incompetentiæ per eumdem Romualdum propositis tribus allegatæ incompetentiæ præfati Iudicis dictorum Quarteriorum rationibus, de tertia ratione fundata super iuris hæreditarij indiuiduitate, super qua ex parte prædicti Romualdi maximum constituebatur fundamentum, præcedente matura eiusdem articuli cognitione, ac discussione per eosdem D. tres Iudices nulla fuit habita ratio; sed reiecta, atque reprobata fuit, & apertis verbis firmatum ius hæreditarium esse diuiduum, & ideò Sæculares frui minimè posse priuilegio Clerici.

Et licet dicti Domini Iudices, Iudicem Quarteriorum in causa prædicta incompetentem declarauerint, alia tamen ratione ad ita pronuntiandum moti fuerunt, nempè, quia cum idem Romualdus extractus fuisset pro vno de officio Collegiorum illius Terræ die 20. mensis Augusti pro mensibus Septembris, & Octobris tunc proximis, non poterat à die extractionis prædictæ, & illos duos integros menses in iudicio molestari, & tamen die 21. eiusdem mensis ad comparendum coram D. Iudice Quarteriorum citatus fuerat, contra prædictorum Statutorum dispositionem, quibus Auctores prædicti, vti Piscienses suppositi erant, & in loco Pisciæ eumdem Marium citari curauerunt. Quandoquidem, si quis pro certo tempore coram Iudice conueniri, non potest, non nisi incompetens ille Iudex interim dicendus est, perinde, ac si numquam corā eo Iudice vocari posset, cum idem Iudicium sit de parte, quoad partem, sicuti de toto, quoad totum ad text. *in l. iuris gentium*, §. *adeò*, & ibi Iason. *& DD. ff. de pact. & in l. quæ de tota in principio, & ibi gloss.* & Bart. *ff. de rei vendic.*

Audiamus quæso verba præcisa prædictæ decisionis *in* 49
versiculo non in eo, an propositionem nostram mirabiliter probet nec ne? sic etenim legitur *in decisione prædicta diei* 20. *Septembris* 1618. *in lib. mot.* 98. *pag.* 421.

Non in eo, quod tertio loco exceptum fuit, non posse in Foro sæculari D. Romualdum conueniri, cum Fratrem Clericum habeat, cum quo in communione degit eiusque priuilegio vti intendat, quia dignior minus dignum ad se trahat; Nam respondetur, quod Actores Laicum solum conuenerunt, & pro re diuidua, vt est ius hæreditarium, & ita pro eius portione, & subsequenter nullo prorsus modo res tangitur Clerici, vel persona, quo casu cessat ratio priuilegij, Bartol. *in l. iuris Peritos* §. 1. *ff. de excusat. Tutor. in l. si emancipati C. de collat.* Roman. *cons.* 195. *circa finem*, & Abb. *cons.* 33. *num.* 8. *lib.* 2. *& id multò magis procedit quando Clerici nominatio in fraudem fieret ad iudicium sæcularem euitandum*, vt latè per Rimin. *cons.* 70. *col. vlt. lib.* 1. *prout hoc in casu facta videatur, vbi in iudicio merè sæculare, & contra Laicum pro re omnino diuidua incepto, Reus conuentus Fratrem Clericum nominauit, vt iurisdictionem Iudicis sæcularis eluderet*, vt euenit in nostro casu, vt infra plenè probabitur in responsionem ad secundam exceptionem, vbi de affectatione, & collusione sermonem habebimus.

Ex his etenim rebus iudicatis inducitur consuetudo, ita 50
iudicandi *gloss.* 3. *in l.* 3. *C. de Episcopal. aud. Neapol. in consuetud. si de bonis in verbo non habet*, Dec. *in cap. at si Clerici col.* 15. *vers. Et ista Communis conclusio extra de iudicijs*, Capyc. Latr. *decis.* 30. Vincent. de Franch. *decis.* 91. *num* 16. & melius *in decis.* 238. *num.* 3. vbi testatur id procedere, etiam si contraria sit verior opinio, optimè Constantin. Cassar. *in eius speculo Peregr. quæst. lib.* 1. *quæst.* 42.

Quinimò non desunt nonnulli Doctores, qui tenent consuetudinem iudicandi induci etiam per vnicam dumtaxat sententiam Bald. *cons.* 275. *num.* 3. *lib.* 1. Merlin. Pignatell. *controu. forens. centur.* 2. *cap.* 33. *num.* 23.

Quæ sanè obseruantia, & consuetudo iudicandi est præcipuè, & omninò attendenda, vt multis relatis probat Capyc. Latr. *in d. decis.* 29. *num.* 21. *lib.* 1. vbi subdit hanc obseruantiam posse allegari ad decisionem causarum ex ibi allegatis per ipsum.

Adeòut Iudex teneatur proferre sententiam consuetudi-
ni conformem, Bosch. *cons.* 459. *num.* 3. etiam si rationes, 51
& argumenta strictiora, ac validiora videantur, quæ pro vna aliqua parte stabant, si in simili casu constat alias iudicatum fuisse pro vna opinione, quod tamen dici, non potest in casu præsenti, in quo opinionem nostram, pro qua militant enunciatæ sententiæ, roboratam probauimus lege, ratione, & authoritate tot insignium Doctorum, & è conuerso contraria est destituta iure, ratione, & authoritate.

Et quamuis regulariter, non valeat consuetudo, quod
personæ Ecclesiasticæ possint conueniri coram Iudice sæ- 52
culari, *cap. Clerici, vbi gloss. de iudic.* Alex. *cons.* 8. *n.* 1. *vol.* 1. Soccin. *in cap. si quis Clericus in* 29. *fallent. de for. compet.* Rebuf. *cons.* 193. *num.* 7. Graff. *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 372.

Id tamen non procedit, vbi consuetudo, non esset generalis, sed particularis in certis casibus *gloss. in cap. vir autem de secundis Nuptijs*, Abb. *in cap. cum venissent de eo, qui mitt. in possess. & in cap. cum causam de re iudic.* cum alijs pluribus relatis per Grass. *in pracit. loco n.* 388. *pag. mihi* 114.

53 Prout regula prædicta limitatur, vt locum non habeat, vbi consuetudo non tribueret iurisdictionem Iudici Laico circa personas Clericorum, sed circa personas, quæ potiuntur Priuilegio Clericali, vt in casu nostro. Tunc etenim valet consuetudo, vt ij tales, & similes possint cognosci à Iudicibus Laicis, Belluga *in specul. princip. §. videndum n.* 9. *in fine versiculo maximè*, refert, & sequitur Carol. de Grass. *in allegato tract. de effectibus Clericat. d. effect.* 1. *sub num.* 389. *in versic. limitatur tertiò.*

Præterea quando præmissa aliquam paterentur dubitationem, quod tamen omninò negatur, propter vulgatum illud dicterium, quod exemplis, non sit iudicandum, nec iudicium aliorum in iudicando sequendum, contra magis communem, & practicatam in omnibus ferè Tri-

54 bunalibus opinionem, & præcipuè in hac Ciuitate, & toto eius Dominio, vbi semper in iudicando inuiolabiliter obseruatur consuetudo, ita iudicandi nullatenus tamen euitari poterit, etiam secundum sensum eorum, qui contrariam tutantur sententiam, quia saltem rerum iudicatarum exempla induci possint, non vt ex eis iudi-

55 cetur; sed vt ex illis veritas comprobetur, & quia in re dubia [quæ tamen in proposito casu luce meridiana clarior elucescit, vt videre est ex superiùs recensitis iuribus, rationibus, & authoritatibus in responsione ad primam exceptionem in versiculo *Nulla etenim ex natura rei*, & apertiùs confirmatum remanebit, ex statim subijciendis] iudicandum sit, sicut per alios iudicatum fuit, præcipuè quando rationes adductæ ab eis, per quos iudicatum fuit valdè stringunt Cornazzan. *decis. Lucens.* 19. *num.* 7. *& seqq.*

His positis, non refragantur iura, rationes, & authoritates in contrarium ponderatæ ex partæ præfatæ D. Marchionissæ Marię supra in prima exceptione in versiculo *Indiuiduitas autem.*

56 Quandoquidem, quod attinet ad text. *in l.* 1. *ff. de quibus rebus ad eumdem Iudicem eatur, & in l.* 1. *ff. famil. ercisc.* non applicantur casui præsenti, cum in dictis legibus supponatur communio, atque possessio communis inter eos, qui agunt iudicio familiæ ercisciundæ, communi diuidendo, & finium regendorum, quo casu, cum propter rem petitam, hoc est bona hæreditatis ratione communis possessionis pro indiuiso scissionem respectu iurisdictionis, donec diuisio fiat, bona prædicta non admittunt, & sicuti pro portione tangente personam Ecclesiasticam eadem bona in communi, at pro indiuiso inter Ecclesiasticum, & Sæculares iurisdictioni laicali non subiacent, eorumque cognitio ad Iudicem Ecclesiasticum spectat, ita & pro portionibus laicorum, ex allegatis per Rot. *in dict. decis.* 196. *part.* 11. *recent.* Ecclesiasticus enim in hoc casu habet possessionem in qualibet gleba omnium bonorum hæreditariorum, antequam eorumdem bonorum fiat separatio, eadem Rot. Rom. post Merlin. *de pign. & hypothec. decis.* 72. *num.* 2. *&* 3. tunc enim non possunt tangi bona laicorum, quia tangantur etiam bona Ecclesiasticorum, & ideò, non mirum si huiusmodi iudicia ratione rei reputentur indiuisibilia, & ea propter coram vno, & eodem Iudice terminanda sint.

Hæc autem ratio cessat in Actore petente hæreditatem, & eam, non possidente si Reus possessor negat habere cohæredem, siquidem tunc per huiusmodi exceptionem ab hærede possessore propositam, Actor petens à tali iudicio familiæ ercisceendæ excluditur, vt clarè sancitum reperitur in *dict. l.* 1. *in vers. qua quidem actio, ff. famil. erciscend.*

57 Hinc cernimus, quod titulus petitionis hæreditatis in *ff. de Codice* præcedit titulum familiæ ercisciundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, quibus accedit text. *in l. si quis libertatem vers. sed & Diuus Adrianus, ff. de petit. hæred. & ibi gloss. in vers. inducatur*, & in terminis Rot. *decis.* 241. *num.* 5. *part.* 9. *tom.* 1. *in recent.*

Quapropter cum DD. Sorores laicæ petitione hæreditatis agentes non possideant hæreditates, ad quas adspirant, & diuidere intendunt, atque cohæredes à D. Philippo esse negentur, absolutè fateri cogimur, nos minimè versari in iudicio indiuiduo dictarum legum. Prius enim obtinere debent pro indiuiso prætensarum hæreditatum possessionem, & posteà contra eumdem familiæ erciscundæ, & communi diuidundo indicium experiri.

Nullius etiam roboris esse censuimus rationes, & argumenta pro contraria sententia ponderatas.

Nam ad primam de qua supra in prima exceptione in *vers. indiuiduitatem autem*, ibi, *secundo quia* respondetur 58
rem incorpoream, & in iure consistentem diuidi in partes indiuisas, siue discretas intellectu, & mente, non quidem partes diuisas, atque discretas physicè, & realiter, intellectu tamen partes eius constituuntur, vt in præcisis nostris terminis hæreditatis huic argumento satisfacit Iul. Capon. *dict. tit. de stipulationibus dict. qu.* 7. *num.* 66.

Prout etiam nullum faciunt obstaculum, ea quæ pro supradicti argumenti confirmatione proposita fuere in *dict. vers. indiuiduitatem autem*, ibi, *hoc confirmari videtur.*

Quandoquidem clarè diluuntur animaduertendo, quod hæreditas pro parte diuisa, non diuiditur, quia sic non vna, sed plures fierent hæreditates, quod impossibile reputatur, & quod pœnitus periret hæreditas, sicut arbor diuisa, & aratrum diuisum; sed diuiditur hæreditas pro partibus indiuisis, ita idem Iulius Capon. *in pracitato loco sub dict. num.* 66. *in vers. ad confirmationem.*

Ad secundam autem rationem, de qua pariter supra in dicta prima exceptione in *versic. Tertio quia hæreditas* con- 59
siderandum proponitur, quod dominium diuisionem non recipit in partes diuisas, in partes tamen indiuisas diuidi posse eodem modo, quo diuiditur hæreditas. Et ad illius confirmationem respondet idem Iulius Capon. *in allegata quæst.* 7. *sub num.* 67. *in versiculo ad confirmationem*, quod licet omne factum sit indiuiduum, id tamen procedit à separatis, siquidem successio hæredis, & hæreditatis aditio ab ipsa hæreditate plurimum differunt. Quod si verbum successionis pro iure succedendi accipitur, prout illud in definitione hæreditatis accipi solet, tunc successio, non in facto, sed in iure consistit, & hæreditatem propriè sic dictam, non facti, sed iuris esse, certissimam esse testatur ibidem Iuris Capon. *sub d. n.* 67. *in versic. ad confirmationem versus finem.*

De his autem, quæ in hac materia exagerant DD. circa continentiam Causæ, non diuidendam, & absurdo vi- 60
tando, ne in eodem negotio diuersæ, & forsan contrariæ ferantur sententiæ parum curandum credidimus, ponderando circa continentiam causæ, quod ea diuidi potest quando Actor, & Reus sunt diuersi Fori, vt in casu nostro Carleual. *de iudic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 2. *num.* 13. *pag. mihi* 23. *& num.* 19. vbi vlterius dicit, quod continentia causæ diuidi potest, quando causa ex iustis alijs rationibus diuisionem recipere potest ex longa serie per ipsum ibi allegatis, qui exemplificat in negotio tangente Clericum, & Laicum, & concludit iudicium diuidendum esset tametsi sit eiusdem continentiæ, & qua ex parte tangit Laicum tractandam esse coram Sæculari, qua ex parte autem Clericum coram Ecclesiastico, quod multorum authoritate probat Constantin. Caffar. *in eius Peregrin. qu. lib.* 1. *qu.* 26. *sub num.* 15. *& quando Actor, & Reus, &c. ex cap. significauerunt*, vbi Innocent. Imol. Abb. Butr. & Barbos. *de iudicijs*. Qui quidem Constantin. Caffar. *in pracitato loco* subdit, quod pariter continentia causæ diuidi potest, quando Iudex non habet iurisdictionem super totam litem, quia tunc oportet diuidere iudicium, & super illo pluri supra Iudicis iurisdictionem adire alterum Iudicem ex Bart. *in l. in commodato, §. duobus ff. commodati*, Carleual. *de iudic. tom.* 2. *disp.* 2. *num.* 15. His addi possunt Griuel. *decis.* 30. *num.* 14. Card. Peteyr. *de empt. & vendit. cap.* 10. *num.* 45. Ciarlin. *controu.* 34. *num.* 28. *& seqq.* alijque plurimi ab istis, & à moderno nostro D. Sabello citati in Summa §. *Causa num.* 13. *&* §. *Laicus num.* 3. vbi quod absque vlla vtriusque iurisdictionis læsione ita de consuetudine, & praxi seruatur, quando litigantes sunt diuersi fori.

Et quoad assertum absurdum de contrarijs sententijs di- 61
ctum fuit, quod cum agatur de pluribus cohæredibus ius principale, & coæquale habentibus, propriam quotam prætendentibus, illud prorsus cessat, cum tunc sententia contra vnum lata alteri, non noceat, *l. sæpè* 63. *vers. nam scientibus, ff. de re iudic.* Peregr. *de fideicomm. art.* 53. *num.* 40. Osasch. *decis.* 157. *num.* 17. Cancer. *var. resolut. lib.* 2. *de tertiò opposit. cap.* 16. *num.* 53. *& de conten-*

contentiys. iurisdict. cap. 10. *num.* 102. & fortasse absurdum consideratum euenire posset si sententiæ contrariæ eamdem hæreditatis quotam, penes vnum hæredem existentem, & idem subiectum ferirent, vt benè obseruat Crauett. *in cons.* 232. *num.* 6. *vers. neque isto casu*, & animaduertit Ciarlin. *controu. iur. cap.* 34. *num.* 50.

62 Nec est nouum, quod super eodem facto aliquando, & præcipuè in nostro casu sententiæ contrariæ tollerentur inter diuersas personas latæ, vel ferendæ, quales sunt Moniales, & D. Marchionissa Maria singularissima, & expressa sunt iura *in l. nam, & si* 15. §. *filius qui de inofficioso, ff. de inoffic. Testam. l. cum filius diuisis Tribunalibus* 78. *de legat.* 2. vbi quando sunt duo hęredes ex Testamento instituti, filius, vel consanguineus veniens ab intestato dixit de nullitate, aut inofficioso Testamento separatim contra singulos hæredes in diuersis Tribunalibus, & vnus ex hæredibus in vno Tribunali alium vicit, & ab alio hærede in alio Tribunali victus fuit, respondit Consulti vtramque rem iudicatam quamtumuis contrariam substineri, & filius occupat partem hæreditatis victo hæredi pertinentem, & alius hæres, qui filium vicit suum retinet, in qua institutus est, & vterque pro rata, & portionibus hæreditarijs creditoribus hæreditatis teneri, & idem probat text. *in l. cum duobus heredibus, C. de inoffic. Testamento*, cuius verba sunt: *Cum duobus heredibus institutis vno ex quinque altero ex septem vncijs aduersus eum, qui in septem vncijs heres scriptus fuerat iusta querela te contendisse, ab altero autem victum te fuisse alleges, pro ea parte, qua resolutum est Testamentum [cum iure intestati qui obtinuit succedat] nec legata, nec fideicommissa debentur, quamuis libertates, & directæ competant, & fideicommissariæ præstari debeant*, Salgad. *in Labyrinth. Credit. concurs. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 124. & præcipuè ad finem, ibi, *Ergo idem dicendum erit in nostro casu, vt vtraque res iudicata, etiam contraria, & super eodem facto, & iure indiuiduo substineatur diuersarum personarum respectu*.

63 Et quamuis nos non lateat Salgadum *in præcitato loco num.* 128. *cum seqq.* in casu per ipsum proposito contrariam tueri sententiam, *num. tamen* 176. *cum tribus seqq.* veram profitetur eam, quam nos sequimur opinionem, videlicet duas res iudicatas super eodem iure contrarias substineri diuersarum personarum respectu quando ius, & actio diuiduntur inter diuersas personas, & quælibet iuris, & actionis partem habet independenter ab altera; sed vtraque persona æquè principaliter ius habet, & actionem diuisibiliter, prout in duobus hæredibus, inter quos iura, & actiones hæreditatis ipso iure diuiduntur pro portionibus hæreditarijs æquè principaliter, & independenter ab altero (qualis est casus noster) iuxta text. *in l.* 1. *& seqq. C. de heredit. action. & text. celebrem in l. si petitor, ff. de iudicijs*, vbi sic ait Consultus, *si petitor plures heredes reliquerit, vnusque eorum iudicio egerit, non erit verum totam rem, quæ in priori iudicio fuit deductam esse, nec enim quisquam alienam actionem in iudicio inuito herede perducere potest*. Subdens Salgad. *in præcitato loco num.* 178. quod ideò res iudicata, contra vnum, nec nocet, nec prodest, quoad portionem alteriùs ex ibi allegatis per ipsum.

64 Quod autem pertinet ad autoritates in contrarium allatas, vel loquuntur in eodem casu, quo omnes communiter, & pro indiuiso possident bona controuersa, vel in casu finium regundorum, vel administrationis tutelæ, vel curæ, vel si aliquis loquitur in terminis hæreditatis, loquitur contra leges expressas, & communem Doctorum sententiam, vt satis superque patet ex superiùs deductis, & euidentiùs apparebit ex sequentibus.

65 Nam Ger. Spin. *in cons.* 91. in cuius authoritate maximum constituitur fundamentum loquitur de restitutione fideicommissi, quod à pluribus fratribus, inter quos aderat Clericus, coniunctim, & pro indiuiso possidebatur, vt videre est *num.* 3. *in vers. Vnde improprie*. Et ideò, non mirum si ratione communionis, & possessionis in ipsos pro indiuiso ibidem tuetur Ger. Spin. iudicium esse indiuiduum.

66 Menoch. *de Arbitr. iudic. cas.* 371. *num.* 8. indiuiduitatem fundat in communionem bonorum à pluribus pro indiuiso possessorum, & ideò tradit vnum tantum Iudicem esse adeundum.

67 Bossius *de For. Compet. num.* 146. solum ait, quod tunc Clericus, & Laicus sunt ad Iudicem Ecclesiasticum remittendi, quando causa est indiuidua, & sic causæ indiuiduitatem supponit, quam nos constanter negamus iuribus, rationibus, & authoritatibus superiùs allegatis, & inferiùs deducendis.

Gratian. *discept. forens. tom.* 4. *in cap.* 641. agit de casu, 68
in quo Laicus, & Clericus conueniantur tanquam hæredes vnius, qui tutelæ, & curæ rationes reddere tenebatur, *vt num.* 1. *iuncto num.* 16. quam causam indiuiduam esse affirmat *num.* 20. tàm respectu Actoris, quàm eius hæredum rationibus ibi per eum adductis, qui non est casus noster, nec applicatur terminis nostræ hypothesis.

Et licet vlteriùs progrediendo Gratian. *in d. cap.* 641. *nu.* 69
.... firmet idem procedere etiam in causis diuiduis, & separabilibus falsa prorsus est hæc ampliatio, & magis communiter in consulendo, & iudicando per Doctores reprobata, vt videre est ex distinctione ab omnibus, qui hanc pertractarunt materiam communiter recepta inter causam diuiduam, & indiuiduam. Quare illius authoritati nullatenus deferendum testatur Ciarlin. *in eius controu. forens. in cap.* 34. *n.* 44.

Castill. *in eius controu. iur. lib.* 5. *qu.* 165. *n.* 47. sequitur Gra- 70
tian. in præcitato loco, & loquitur in eisdem terminis causæ indiuiduæ, & ne continentia causæ diuidatur.

Salgad. *in Labyr. creditor. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 19. agit de 71
causis mixtis, & indiuiduis, nempè familiæ erciscundæ communi diuidundo finium regundorum administrationis tutelæ, & curæ, quas indiuiduas esse communiter DD. affirmant.

Seraphin. *in decis.* 957. agit de pluribus fratribus, inter 72
quos aderat Clericus in communi viuentibus, & communiter bona, super quibus pulsabantur possidentibus; Vndè, non mirandum si causa, tanquam indiuiduam fuit ad Forum Ecclesiasticum remissa, maximè quia contra bona in communi possessa actio hypothecaria, quæ indiuidua reputatur intentata fuerat, contra plures hæredes actione hypothecaria pulsati insolidum teneantur *l.* 1. *&* 2. *Cod. si vnus ex pluribus hered.* vt etiam declarat Ciarlin. *in allegato cap.* 34. *num.* 45. *&* 46.

Rot. Rom. *in decis.* 196. *part.* 11. *recent.* loquitur pariter 73
in eisdem terminis, agebatur enim ibi de bonis fideicommissio suppositis, quæ ab omnibus, inter quos aderat Clericus communiter, & pro indiuiso possidebantur, quæ quidem bona scissionem respectu iurisdictionis, non admittebant ratione indiuiduitatis, eo quia sicuti pro portione tangente Clericum iurisdictioni laicali non subiacebant, eorumque cognitio ad Iudicem Ecclesiasticum spectabat, ita & pro portionibus Laicorum, vt proximè supra tetigimus *in versic. His autem stantibus*.

Bonden. *de iure controu. collect.* 4. potiùs retorquetur in 74
contrarium ponderando quod *num.* 80. asserit ius indiuiduum appellari ad effectum, vt causa sit remittenda ad Iudicem Ecclesiasticum, quoties versamur in casu, quod petuntur bona inter Clericum, & Laicum communia, & per ipsos pro indiuiso possessa, his, quæ sequuntur verbis videlicet; *Quinimo magis in specie, quod ius sit connexum ad dictum effectum quotiescumque petuntur bona communia inter Clericum, & Laicum, & ab ipsis pro indiuiso possessa, itaut nequeat admitti respectu eorumdem bonorum scissio iurisdictionis, donec diuisio fiat, & quemadmodum, quoad portionem ac Clericum spectantem cognitio pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, sic pro Laicorum portionibus, idem Iudex Ecclesiasticus, vti dignior sit adeundus*.

Et quamuis ibi ageretur de iuribus inter Clericum, & Laicum communibus Author tamen ibidem tuetur in eis procedendum fuisse, prout in bonis communibus, & pro indiuiso possessis.

Eiusdem farinæ sunt cæteræ authoritates allegatæ, & quæ allegari possent vltrà iam allegatas pro D. Marchionissam Maria, quæ singulariter, non confutantur, ne longiores simus eum eisdem responsionibus, mox ponderatis diluantur.

Nec vlla ratio habenda est de traditis per Francisc. Hot- 75
tomann *in d. q.* 21. disputata quæstione vtrùm hæreditas sit diuidua, an indiuidua, concludit hæreditatem propriè sumptam pro iure, quod incorporale est esse indiuiduam, impropriè autem pro rebus hæreditarijs esse diuiduam.

Quoniam vltrà quam quod est Auctor damnatus, qui in emendandis legibus, nullus eo infelicior, vt ex

iudicio Antonij Fabri animaduertit Ferdinandus Arias de
Mesa *var. resolut. lib. 3. cap. 46. num.* 8. & confirmat Paul
Francisc. Perremut. *conflict. Iureconsultorum inter se se
discrepantium part. 1. pag. 380. in verbo Franciscus Hotto-
mannus Auctor damnatus*, loquitur contra textum expres-
sum in *d. l. si minor, ff. de acquir. haredit. & in l. nam , & si
parentibus 15. §. filius ff. de inofficios. Testament.* & contra
rationes, & authoritates pro nostra opinione superiùs alle-
gatas in responsione ad primam exceptionem *in versic.
Nulla namque* , quam etiam Hottomanni sententiam ex-
preisè reprobat, & falsam appellat, Iulius Capon. *in dicto
eius tract. de pactis in tit. de stipulationibus quæst. 7. de in-
diuiduis improprijs num. 67. ad finem* , ibi, *Ergo falsa est
Hottomanni sententia dicentis hæreditatem esse indiui-
duam.*

76 Hottomannus enim ad sentiendum hæreditatem esse in-
diuiduam ea præcipuè mouetur ratione , quia hæreditas
nihil aliud est, quam ius successionis, & in iure consistit ,
quod est incorporale , & omne incorporeum est indiui-
duum ex iuribus, ibi per eum allegatis.

Quæ sanè Hottomanni ratio prorsus cessat animaduer-
tendo , quod [vt diximus supra in responsione ad primam
exceptionem *in versic. Nullius etiam roboris* , ibi , *Nam ad
primam*] licet res incorporea, & in iure consistens , non
diuidatur in partes diuisas, atque discretas physicè, & rea-
liter diuiditur tamen in partes indiuisas, siue discretas in-
tellectu, & mente, eiusque partes constituuntur.

77 Prætereà si causæ diuiduitatis, vel indiuiduitas ad effe-
ctum, vt priuilegium Fori, seu aliud quodcunque compe-
tens alteri , ex colliтigantibus communicetur , vel non
communicetur, etiam alijs litis consortibus deducenda est
ex natura rei, super qua vertitur litigium, vt probat Sauia
de reuisione in cap. 87. num. 9. pag. 407. vbi testatur, quod
in hac materia communiter per DD. hæc constituitur re-
gula, vtique extra omnem controuersiam erit, quod cum
res, de quibus vertitur controuersia sint secundum eorum
naturam diuiduæ, diuidua quoque iuxta hanc theoricam
dicetur litigij causa, secus autem si diuidua sit res in liti-
gium deducta.

78 Et secundum hanc distinctionem diuidui , & indiuidui
regulandam etiam esse quæstionem inter DD. agitatam .
Vtrùm reuisio, seu restitutio supplicanti concessa alijs litis
consortibus prosit nec ne? testatur ibidem Sousa, vbi con-
cludit, quod in casu, quo diuidua est res, de qua contendi-
tur; Reuisio, seù in integrum restitutio non prosit alijs li-
tis consortibus , secus autem sit quando res , super qua
vertitur litigium est penitus indiuidua.

Et hoc idem in materia stipulationum probat Piccard.
*super instit. lib. 4. tit. 17. cap. 11. de oblig. indiuidua num.
147. tom. 2. pag. mihi* 497. vbi sic ait, *ego sic explico , quod
cum qualitas diuidua, vel indiuidua obligationis , ex rebus
in stipulationem deductis , deducenda sit , vt latè super cap.
3. eatenusque diuidua existimentur , quatenus res , quæ ex
his percipiuntur , diuidi possunt seruitutes omnes indiui-
duas esse consequens est, quoniam cum incorporales sint ,
secundum vtilitatem , & commoditatem , quam præstant
considerantur.*

79 Confirmatur eadem propositio ex traditis per Castillum
de vsufructu in cap. 31. qui postquam num. 15. firmauit, quod
seruitutes omnes personales, quæ incorporales sunt, indi-
uiduæ sunt, excepto vsufructu, quem diuiduum esse ibi-
dem probat sequentibus verbis videlicet : *Quod cum ce-
terarum seruitutum vtilitas , & commoditas in vsu tantum
consistat , siue vsu solo terminetur , omnes seruitutes cen-
setur indiuiduæ , quia vsus earum indiuiduus est d. l. via ;
Vsusfructus vero , non terminatur solo vsu , siue vtilitas
eius, non consistat in vsu tantum ; sed in fructu, siue in cor-
poribus fructuum potissimum consistit, quæ diuisionem reci-
piunt ; Vnde cum fructus diuidui sint, & partes recipiant,
& vsusfructus ipse iudicatur diuiduus ; vsus vero (sicut ca-
teræ aliæ) indiuidua. Nam qui vsum partiri velit , quod
naturam eius corrumpat, necesse est, idcirco frui pro par-
te possumus , vti pro parte ; non possumus , vbi latius
prosequitur.*

Quod repetit *num.* 21. ibi : *Denique , & Ioannes Parla-
dorius , & Ioannes Marcus Aquilinus locis supra citatis
[licet non ita exacte) quod vsusfructus , & si ius incorpo-
rale sit diuisionem patitur, quia istud ius consistit in re cor-
porali, scilicet in fructibus , qui corporales sunt , & diui-
sionem recipiunt.*

Et confirmat *sub num.* 23. vbi ex Bart. Iasone, & Maria-
no Soccino iuniore, ait, quod licet vsusfructus, non pos- 80
sit diuidi, diuisione naturali , cum sit ius incorporale ,
quod non potest videri , neque tangi , vel palpari , tan-
quam tamen res consistens in re corporali, quæ diuisibilis
est benè diuiditur secundùm iuris ordinationem.

Probata igitur sic , vt supra diuiduitate ex natura rei ,
nulla pariter in hac facti specie considerari potest com-
munio indiuiduitas , seù potius connexitas , atque in-
separabilitas ex dispositione iuris , quæ operari possit ,
quod priuilegium Fori competens dicto Monasterio ex-
tendatur etiam ad supradictam D. Marchionissam Ma-
riam.

Nam prætermisso , an sola indiuiduitas procedens ex 81
communione , & connexione accidentali, & sic ex dispo-
sitione iuris, sit attendenda, ad effectum , vt operetur ,
quod omnes, licet diuersi Fori, apud vnum eumdemque
Iudicem conueniri debeant secundum terminos *l. 1. & 2.
ff. de quibus rebus apud eumdem Iudicem eatur* , quando
cum dicta connexione accidentali , non concurrit indiui-
duitas, etiam naturalis rei , super qua vertitur litigium ,
adeòut interesse vnius separari minimè possit ab interesse
alterius, prout requiritur in materia restitutionis in inte-
grum competentis minori , vt satis clarè deducitur ex tra-
ditis per Sousam *de reuis. in alleg. cap. 87. num. 9. & seqq.*
dum ibi concludit, quod alia in hac materia , non atten-
ditur indiuiduitas, quam ea quæ deducitur ex indiuidui-
tate rei, super qua vertitur lis ; Quæ quidem restitutio-
nis in integrum materia plurimum ad terminos nostros
accedit , cum in vtroque casu agatur de communione
priuilegij vnius , etiam alteri non priuilegiato ratione in-
diuiduitate causæ omnium simul, vt obseruat Ger. Spin.
in cons. 91. sub num. 7. in versic. Quæ quidem materia , licet
ipse in hac materia diuiduitatis aliter sentiat, & prout idem
disponitur in materia stipulationum , vt probauimus pro-
ximè supra *in versic. Et hoc idem*.

Prætermisso inquimus , an ad effectum, de quo agi-
mus , simul & coniunctim requiratur vtraque indiuidui-
tas, ex natura rei, scilicet & ex dispositione iuris, pror-
sus in casu nostro euanescit asserta indiuiduitas, ex dispo-
sitione iuris , seù potiùs connexio, & inseparabilitas ,
quoniam , non est eadem ratio inter dictam D. Marchio- 82
nissam Mariam , & præfatas Moniales pro obtinendis di-
ctis quotis supradictarum hæreditatum, & idcircò locus
esse non potest prætensæ causæ remissioni ad Iudicium Ec-
clesiasticum, Vant. *in eius tract. de nullit. tit. quot, & quibus
mod. nullitas prop. num.* 123. Scacc. *de iudicijs part. 2. cap. 11.
num.* 309. Cancer. *var. resol. lib. 3. cap. 10. num.* 100. Rot.
*decis. 334. num. 1. in fin. part. 2. recent. & decis. 178. num. 16.
part. 4. tom. 2. recent.* Seraphin. *decis. 930. num. 2.* Tondut.
de preuent. part. 1. cap. 13. num. 20 in fin. Eminentiss. Card.
de Luca *de iurisdict. discurs. 57. num. 12.* vbi quod, intret
connexio debet omnimoda rationum identitas concur-
rere.

Quod autem in proposito casu inter D. Marchionis- 83
sam Mariam, & præfatas Moniales, non militent eædem
rationis pro dictis quoties obtinendis; sed prorsus diuersæ
satis superque patet , tum quia Moniales statutis Floren-
tinis, nequaquam suppositas prætendunt ; sed successio-
nem secundum iuris communis censuram petunt, D. au-
tem Marchionissa Maria subiectionem eorumdem statu-
torum euadere nequit, tum quia præfatæ Moniales, con-
tendunt consuetudinem, quæ Florentiæ viget , vt pro fœ-
minarum exclusione vnica tantum subiectio sufficiat , se
ipsas minimè comprehendere , quam tamen consuetudi-
nem complecti D. Marchionissam Mariam , & alias eius
Sorores laicas ambigendum minimè videtur.

Prætetea contra supradictas Moniales obstat exceptio 84
transactionis initæ inter ipsas, & D. Philippum secutæ,
quæ parit exceptionem litis finitæ , *l. causas C. de tran-
sact. cap. de litis contest. in 6.* Rot. *in recent. decis. 402. num.
3. cum duobus seqq. part.* 5. & nihil commune habet
cum præfata D. Marchionissa Maria , quæ cum D. Phi-
lippo non transegit.

Prout etiam nullam credidimus esse habendam ratio- 85
nem de asserta indiuiduitate , & connexione oriente tum
ex vniuersalitate Iudicij petitionis dictarum hæreditatum,
tum ex prætensa causæ complicatione, atque indissolubi-
litate , quæ operari possint effectum à prædicta D. Mar-
chionissa Maria prætensum , nempè vel vt D. Philippus
eius

eius Frater trahatur, ad Forum Ecclesiasticum ad litigandum, cum eadem D. Marchionissa Maria, vel saltem, vt faciat silere iudicium pendens coram Supremo Magistratu per præfatum D. Philippum intentatum contra supradictam D. Marchionissam Mariam, & alias DD. Sorores laicas, & in ea supersederi, donec iudicium vniuersale petitionis hæreditatis posteà motum per dictas D. Moniales in Foro Ecclesiastico, cum quibus se vnire prætendit ipsa D. Marchionissa Maria.

86 Quoniam quod attinet ad vniuersalitatem Iudicij, omisso, quod licet Iudicium petitionis hæreditatis sit quidem vniuersale, siue sit super tota hæreditate, siue super quota, Vvessembec. *ad tit. ff. de petit. heredit. num. 6. vers. qui partem petit.* attamen ad effectum, vt alia iudicia super portionibus eiusdem hæreditatis coram alijs Iudicibus intentata, silere faciat, & ad se attrahat, debet esse super tota hæreditate, Rot. *decis.* 257. coram Buratto *n.* 2. ibi, *quia pendente iudicio super immissione totius hereditatis, &c.* & ibi Ferent. *in addit. lit. B.* cuius verba sunt hæc videlicet: *Et quod ad effectum, vt iudicium vniuersale petitionis hereditatis faciat silere particulare, petitio esse debet super tota hereditate, & proposita ab eo, qui totam hereditatem pretendit, & decis.* 178. *num.* 15. *par.* 4. *recent. tom.* 2. ibi, *Et in specie quod ad hunc effectum, vt sileat particulare iudicium debeat petitio esse super tota hereditate, & proposita ab eo qui totam hereditatem pretendat.*

Quare cùm iudicium à Monialibus intentatum non sit super totis, & integris dictis hæreditatibus; sed super dimidia tantùm, nec propositum ab eo, qui totas hæreditates prætendit merito, neque aliud iudicium super eisdem hæreditatibus coram Illustriss. Supremo Magistratu per dictum D. Philippum promoto trahere poterit, vel illud facere silere.

87 Ratio est, quia qui petit totam hæreditatem, si eam totam obtineat, hæc sententia cum omnes hæreditatis partes absorbeat, omnibus particularibus petitionibus eiusdem hæreditatis præiudicialis est, & ideò omnes particulares petitiones, sub Iudice petitionis totius hæreditatis vniendę sunt, ne præiudicium sentiant; At si quotæ eiusdem hæreditatis distinctè à quolibet hærede petantur, vna obtenta, remanet alia, nec vna alteri præiudicat.

Quoniam omisso (inquimus) an ad effectum, vt iudicium vniuersale petitionis hæreditatis operetur supradictos effectus, requiratur, vt petitio hæreditatis sit super tota hæreditate, & proposita ab eo, qui eam totam petit animaduertendum putauimus pro responsione ad huiusmodi
88 modi obiectum, quod in casu nostro cessat suppositum, cum quo loquuntur doctrinæ exaduerso ponderatæ, siquidem Buratt. Olasch. Salgad. & eorum sectatores expresse loquuntur in casu, in quo agatur de iudicio vniuersali, & particulari, tunc etenim, aiunt iudicium vniuersale trahere ad se particulare, vel donec illud pendet facit silere istud, ea ratione, quia maior est authoritas iudicij vniuersalis, quam particularis, qua maioritate stante sequitur regula *l. per minorem ff. de iudicijs*, quæ se habet, quod per minorem causam maiori cognitioni præiudicium fieri, non debet, & vt euitetur refricatio, seu reiteratio eiusdem causæ in iudicio vniuersali, vt aduertit idem Olasch. *in eadem decis.* 74. *num.* 2. *&* 3. exaduerso allegatis, In proposito autem casu tam iudicium vniuersale est illud, quod intentatum est per supradictas Moniales in Foro Ecclesiastico, quam illud, quod promouit, idem D. Philippus coram Illustriss. Supremo Magistratu contra dictam D. Marchionissam Mariam, & alias eius Sorores Laicas; Vtrumque enim iudicium est circa quotas hæreditatum, de quibus agitur, & si iudicium motum per præfatas Moniales est vniuersale, alterum quoque intentatum per prædictum D. Philippum vniuersale fateri oportet; Quamobrem hinc sequitur iuris conclusio, quod vnum, iudicium vniuersale, non impedit, neque trahit ad se aliud vniuersale, Bart. *in l. si quis libertatem col. fin. versic. Quæro vtrum iudicium vniuersale*, Olasch. *d. decis.* 74. *num.* 10. & meliùs *sub n.* 13.
89 *in versic. Et sic iudicium vniuersale*, quod optimè comprobari videtur, dum experimur, quod in actione inofficiosi, quæ idem est ac petitio hæreditatis possunt moueri diuersa iudicia, nec vnum trahit ad se alterum, quinimò sequi diuersæ sententiæ ad text. *satis apertos in l. nam & si parentibus* 15. *§. filius ff. de inoff. Testamento, & in l. cum filius diuersis* 78. *ff. de legat.* 2.

Præterea ineuitabili dilemmate tollitur quælibet hæsitatio. Quandoquidem, aut volumus nos versari in iudicio vniuersali ex eo, quod petitio hæreditatis sit talis iuxta authoritates superiùs allegatas, quibus additur Cortiad. *exaduerso pariter allegatus in decis.* 36. *num.* 38. & cum fuerit à D. Philippo præuentum coram Illustriss. Magistratu Supremo aduersus eius tres Sorores Laicas, tantum abest, quod ratione vniuersalitatis D. Marchionissa possit trahere, sub prætextu iudicij moti, à Monialibus D. Philippum
ad Curiam Ecclesiasticam, quod imò ipsemet potuerit tra- 90
here ipsasmet Moniales ad Tribunal Illustriss. Supremi Magistratus, vt exemplo concursus vniuersalis creditorum admittit in puncto Clerici ipsemet Cortiad. *d. decis.* 36. *num.* 38. *&* 39. *& seqq.* Salgad. *Labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 6. *per tot. & signant. num.* 8. *cum seqq.* Quod absque vlla pror-
sus difficultate procedit ea ratione, quia Moniales sint 91
Actrices voluntariæ, & non possideant, ad tradita per Eminentiss. Card. de Luca *de iudic. disc.* 3. *num.* 41. *cum duobus seqq.*

Aut verò volumus nos versari in iudicio particulari, eo quod agatur de certis rebus, licet agatur aduersus vniuersalem possessorem totius hæreditatis, & eo magis eliditur obiectum, vt fatetur ipsemet Cortiad. *in alleg. decis.* 36. *num.* 36.

Quod autem pertinet ad assertam complicationem, & 92
indissolubilitatem causæ, cum in substantia, ipsa non sit aliud, quam quædam indiuiduitas, & connexio, atque inseparabilitas ea penitus euanescit ex his, quæ superiùs ponderauimus pro responsione à prætensam indiuiduitatem, & connexionem, ex dispositione iuris in responsione ad hanc primam exceptionem *in versic. Nulla namque ex natura rei, & versic. Prætermisso inquimus.*

Præterea hæc allegata verbalis arte facta complicatio facillimè resoluitur animaduertendo D. Philippum omnes dictas hæreditates possidere, nihil à quoquam petere; sed à petentibus Sororibus se defendere, nihil enim petit Reus,
qui totum possidet, DD. autem Sorores Laicas dictarum 93
hæreditatum quintam petere partem pro qualibet, quia quinque sunt personæ, nempè Frater, & quatuor Sorores, quibus de iure communi delatum esset ius hæreditarium, nisi Sorores tamquam fœminæ exclusæ remanerent, vigore Statuti Florentini, &c. quæ quidem Sororum Laicorum petitio iam in iudicium deducta, cum Moniales à petitione dimidiæ prorsus excludat, quandoquidem, cum talis dimidiæ petitio deducta *ex l. vnica C. quando non pet. part. &c.* in solo Laicorum Sororum silentio fundamentum habeat, eo ipso, quod illæ loquuntur, & propriam quotam petunt euanescit penitus dimidiæ prætensio, atque ideò ex persona Sororis Mariæ Honestæ vnius ex dictis Sororibus quintam tantum partem, & non vlteriùs petere possunt Moniales. Quapropter asserta petitionum, siue prætensionum complicatio prorsus diluitur, cum præfatæ Sorores Laicæ, & etiam Moniales solum quintam partem pro qualibet, & non vltrà petere valeant, quando ius ipsis assisteret, nec municipalis sanctio, ac Patriæ consuetudo obstaret.

Neque iterùm allegata resurgit inuolutio, atque indisso- 94
lubilitas ex eo, quod exclusis hæreditatibus remanentibus Sororibus Laicis ipsarum portiones æquè D. Philippo, ac Monialibus accrescant.

Hæc etenim asserta noua inuolutio facillimè dissoluitur, quia hæc quæstio an portiones fœminarum exclusarum, solis masculis, quorum contemplatione fit exclusio, an verò fœminis etiam non exclusis accrescat primo pro certo supponit Laicarum Sororum exclusionem, & Monialium inclusionem, & ideò, non cadit in primo, & principali iudicio, in quo de Sororum Laicorum, & Monialium inclusione, & vel exclusione principaliter agitur. Quapropter, vbi per sententias, quas ferri contigerit, & Sorores Laicæ exclusæ, & Moniales inclusæ apparebunt, tunc tantum inter D. Philippum, & Moniales solum singillatim hæc quæstio erit discutienda, & consequenter hæc etiam asserta indissolubilitas prorsus eradicatur, cum nullo modo in præsens iudicium cadere possit.

Vltra quam quod nullam de hac prætensa complicatione, seu connexitate curandum esse credidimus, tamquam nimis affectata, & collusiuè facta ad eludendam iurisdictionem laicalem, ac ad trahendam causam ad Ecclesiasticum Tribunal, quo casu actus affectati, etiam alias liciti nullatenus sunt attendendi, & multò minus quando apparent collusiui, vt inferiùs probabimus in responsione

ad

ad secundam exceptionem *in versic. Verum enim verò*, ibi, *Animaduertendo quod eadem comparitio, & prouocatio.*

Hæc tamen, quæ pro resolutione pretensæ indiuiduitatis, & connexionis resultantis ex asserta vniuersalitate iudicij, & pondetata eius complicatione, superabundant, quia vnico verbo comprimitur obiectum opponendo, quod Monialibus nulla amplius competit actio petitionis hæreditatis aduersus D. Philippum, stante transactione cum eo inita, vt luculenter apparebit, ex mox inferiùs dicendis *in versic. Deficit primam suppositum.*

96 Quamobrem exclusa ex præmissis etiam asserta indiuiduitate ex dispositione iuris, nullatenus afficiunt ea, quæ pro iurisdictione Ecclesiastica proponebantur, nempè præsentis articuli diuiduitatis, vel indiuiduitatis, cognitionem, atque decisionem spectare ad Iudicem Ecclesiasticum, non autem ad Celsitudinem Suam Serenissimam, seu eius Ministros, à quo sanè articulo dependet resolutio cuiusnam Iudicis Ecclesiastici, nimirum, an sæcularis sit iurisdictio.

97 Quoniam quod attinet ad allegatam theoricam Bart. *in l. ex quacumque ff. si quis in ius vocat. non ierit*, quam sequitur Sacrum Consilium Neapolitanum teste Afflict. *in decis. 297. num. 1. & 2.* in qua exaduerso maximum constituebatur fundamentum.

Diximus illam, non applicari casui nostro, quia in ea supponitur, non fuisse in alio Tribunali motum aliud iudicium; sed dumtaxat coram eo Iudice, cuius iurisdictio prætendebatur fundata in qualitate, in Actoris libello narrata; At totum contrarium verificatur in proposita facti specie dum D. Philippus in hoc præciso puncto successionis bonorum existentium extra Statum præuenit respectu dictarum DD. eius Sororum laicalium coram Magistratu Supremo, coram quo ipse pariter, & quidem meliori iure ob dictam præuentionem potest ad vnguem prætendere, quod ne dum recognoscantur coram dicto Tribunali qualitates, & circumstantiæ in eius libello narratæ ad mentem eiusdem decisionis Afflict. quę præterea potius retorque-
98 tur in contrarium, si verùm est, vt profitetur idem Afflict. quod qualitas tribuens iurisdictionem recognoscenda sit ab eo Iudice coram quo fuit præuentum, & iudicium inchoatum; sed etiam, quod tota causa ab eo terminetur iuxta *Textus expressos in l. vbi ceptum 10. ff. de iudic. l. si quis postea ff. eodem.* Fermosin. *in cap. proposuit. st. 19. part. 1. num. 36. & 37. de for. compet.* cum alijs allegatis per Rotam *in decis. 178. num. 20. part. 17. recent.*

Nec ex eo, quod per Moniales, & D. Marchionissam Mariam fuerint postea in Foro Ecclesiastico exhibitę scripturæ, & petitiones, ex quibus elici exaductio prætenditur asserta qualitas tribuens iurisdictionem, potuit eadem alterare huiusmodi iudicium præuentiuum.

99 Quandoquidem si nec subsequens nouum priuilegium, atque status mutatio potest vllum afferre præiudicium Iudici, coram quo fuit præuentum, vt in puncto testatur Cancer. *var. resolut. part. 2. cap. 2. de iurisdict. iudic. & for. compet. num. 245. & 246.* Petr. Barbos. *ad l. si quis postea num. 110. & 111. ff. de Iudic.* Fermosin. *in cap. proposuisti quæst. 1. num. 36. de for. compet.* Multò vtique minus potuit, id operari dicta asserta qualitas deducta ex supradictis scripturis, & comparitionibus coram Ecclesiastico Iudice productis, alioquin si admitteretur contraria opinio, ne dum actum esset de præuentione, verum etiam semper esset in facultate Ecclesiastici narrare aliquam qualitatem, quæ obligaret laicos ad litigandum in Foro Ecclesiastico, & sic manifestè eluderetur iurisdictio laicalis, & violaretur dispositio horum Statutorum Florentinorum, ne aliquis ex subditis audeat declinare iurisdictionem Communis Florentiæ, vel trahere alium subditum ad aliquod aliud Tribunal, in quo dictum Commune, non habeat præeminentiam, quod nullatenus permitti debet, quia tota iurisdictio Celsitudinis Suæ Serenissimę in qualibet ferè causa im-
100 pediri posset; Vt ergo hoc inconueniens tollatur, & vt huiusmodi hominum malitijs obuiatur, & claudatur via ad eludendam iustitiam, & ius publicum, necesse est fateri huius qualitatis cognitionem ad Iudicem sæcularem cuius iurisdictio præuenta fuit facti quæstione proposita pertinere, & spectare, vt in similibus terminis docet Peguer. *in allegata decis. 30. num. 23. vers. medium in versic. Sexto facit*, ibi, *At hoc fieri nequit*, & faciunt tradita per Carlequal. *de iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 7. num. 908. circa medium*, & per Azeued. *lib. 4. tit. 1. della iurisdittion. real. leg. 12. num. 15.*

Vlteriùs ponderauimus, quod quando etiam præmissa, 101
non procederent (quod omninò negatur) in super allegata tamen Bart. theorica, & Afflict. decisione in proposita facti specie nullum constitui poterat fundamentum, quoniam de dicta asserta qualitate deducta ex scripturis per dictas Moniales, & D. Marchionissam Mariam exhibitis in Foro Ecclesiastico, nulla prorsus habenda erat ratio, tamquam nimis affectata, & collusione plena ad eludendam sæcularem iurisdictionem, cum qualitas hoc casu affectate, & consultò apposita, non fundet Iudicis iurisdictionem, iuxta tradita per Felin. *in cap. At si Clerici de iudic. post num. 10. versic. Fallit tamen*, vbi *num. 2.* idem probat Angel. *in §. idem iuris instit. de except. num. 43.* Valasch. *consult. 162. num. 3.* Farinac. *quæst. 8. num. 101. gloss. in verb. sæculari in cap. relatum de iur. patron.* quam commendat Abb. *in cap. cum dilecti de arbitr.* cum alijs per nos relatis infra in responsione ad secundam exceptionem in *versic. Verum enim verò*, ibi, *Vnde succedit vulgata iuris conclusio*, dum ex professo agemus de affectatione, & collusione pro exclusione secundæ exceptionis.

Prætereà particulari animaduersione in nostro casu, di- 102
gnum credimus, quod Bart. & Afflict. in præcitatis locis loquuntur de qualitate iudicialiter, & per modum contentiosæ iurisdictionis cognoscenda, & discutienda à Iudice, coram quo fuit producta petitio, & exhibitæ scripturæ, qui quidem casus maximoperè differt à casu nostro, in quo habita per D. Philippum notitia de gestis per D. Marchionissam Mariam, & Monialem de trahenda tota causa vnà cum earum prætensionibus circa dictas hæreditates, quas habebant contra dictum D. Philippum ad Forum Ecclesiasticum, nec non de vnione, quam in eodem Foro ipsa D. Marchionissa facere intendebat cum præfatis Monialibus, postquam circa easdem differentias, ac prætensiones pendebat iudicium coram Supremo Illustrissimo Magistratu, contra prædictam D. Marchionissam Mariam, & alias eius sorores laicas in graue eius præiudicium, & iurisdictionis Celsitudinis Suæ Serenissimæ, idem D. Philippus recursum habuit ad prefatam Celsitudinem Suam Serenissimam coram ea preces porrigendo, & humiliter eius summam clementiam, & benignitatem deprecando, vt opportunis iuris remedijs dignaretur ab huiusmodi indebita vexatione, atque præiudicio ipsum liberare, & suam tueri iurisdictionem, cuius precibus annuendo pius, & clementissimus Princeps Dominus noster vtendo sua ordinaria protectione erga suos subditos, nobis commisit, vt C. S. S. referemus an iure, vel iniuria conquereretur Orator, & successiuè qualis Forus respectu DD. Sororum laicarum esset competens, an scilicet Forus Ecclesiasticus, an sæcularis ad effectum, vt cognita veritate iubere posset; quod sibi de iure magis consentaneum videretur; & in casu læsionis eius iurisdictionis, ac indebitæ vexationis præfati D. Philippi Celsitudo Sua Serenissima sua œconomica potestate tanto præiudicio occurrere possit modis, & formis in hoc Dominio Serenissimo adhiberi consuetis, plusquam per integrum sæculum ab Illustrissimis Supremis pro tempore Auditoribus eiusdem Serenissimi Dominij practicatis, qua quidem œconomica potestate pro tuitione eius iurisdictionis, & protectione eius subditorum vti posse Principem, est extra omnem controuersiam, & sacrilegium de ea disputare putamus, prout semper Serenissimi Principes pro tempore vsi fuerunt, & quotidie vtuntur etiam in alijs, & quidem maioribus causis, & negotijs, vt est notorium, & nos docent quotidianæ Celsitudinis Suæ Serenissimæ iustæ, & prudentissimæ resolutiones, quæ per ipsam emanant. Et si desiderentur doctrinæ, possunt videri plures pœnas Sabell. *in Summa §. Index num. 30. & seqq. §. Princeps num. 26. cum Addit. vtrobique.*

Et quod pertinet ad conclusionem se habentem, quod data etiam dubietate articuli cuiusnam sit iurisdictio Ecclesiastici, scilicet an laici Iudicis huiusmodi articuli cognitio, atque resolutio competit Foro Ecclesiastico duplici ex capite, nullatenus applicari potest proposito casui. Tum quia omnes authoritates per DD. Informantes pro eadem D. Marchionissa ponderatæ, & signanter Sperell. *in dec. 8. num. 23.* affirmant eam procedere, vbi articulus est satis dubios, circa huiusmodi competentiam Fori, quod totum contrarium verificatur in casu præsenti, dum tam ex iuri-

iuribus apertissimis, quàm punctualibus authoritatibus, atque decisionibus fuit plenè probatum ius hæreditarium, tam ex sui natura, quàm dispositione iuris esse diuiduum. In quo sanè casu à nemine controuertitur minimè posse laicum sub priuilegio Ecclesiasticæ personæ se coniungi ad litigandum in Foro Ecclesiastico, siquidem tunc cessat omne priuilegium, vt punctualiter animaduertit Rot. *nostra in allegato Lib. Mot. 98. pag. 421. & in Lib. Mot. 12. pag. 110. sub versic. Diximus*, & plenissimè confirmat Azeued. *lib. 4. tit. 1. de la Iurisdicion. leg. 10. num. 23. cum duobus seqq.*

105 Tum etiam quia tam dictus *Text. Canonic. si Iudex Laicus de sent. excomm.* quàm etiam omnes authoritates ex parte D. Marchionissæ Mariæ allegatæ loquuntur in casu, quo adest competentia, atque concursus inter Iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem præuia comparitione ipsius ordinarij prætendentis ad se spectare cognitionem, & definitionem Causæ, ad effectum substinendi, vel personam Ecclesiasticam, vel immunitatem ecclesiæ, eo quia forrasse agitur de re Ecclesiastica, vel materia pertinente
106 ad spiritualitatem, vel de læsione ipsius personæ Ecclesiasticæ, in quibus dumtaxat casibus satis clarè, & verbis apertissimis loquitur ipsemet *Textus in dict. cap. si Iudex*, ibi, *Quia de re Ecclesiastica, & spirituali vocato tamen Iudice sæculari, vel alio cuius interest cognitio pertinebit*.

Quemadmodum sic explicando eumdem textum solum procedere eius dispositionem vbi agitur de Clericatu, eo quia sit quæstio Ecclesiastica, & spiritualis affirmat Fermosin. *exaduerso citat. in cap. cum non ab homine 8. quæst. 8.*
107 *num. 1. & 2. de iudic.* vel vbi agitur de materia immunitatis ecclesiasticæ, eo quia prætendat Iudex Ecclesiasticus aliquem gaudere immunitate ecclesiastica, vt ibi subdit idem Fermosin. *in præcitato loco num.* 8. & aduertit Diana *in eius resolut. moral. part. 4. tract. 1. resol. 64.*

108 Verùm non solùm Sperell. *in præcitata decisione* 8. *num.* 18. *& seqq.* restringit conclusionem ad materiam ecclesiasticam, vel spiritualem, verùm etiam sub *num. 6. & 7.* respondendo contrarijs ingenuè fatetur, quod vbi agitur circa possessionem bonorum hæreditariorum cognitio spectat ad Iudicem sæcularem, quippè quia agatur de re merè temporali inter laicos, & quod pariter vbi tractatur de bonis prophanis possessis à laico, & quæ petuntur per alios laicos, & sic de causis super materia prophana iam inceptis Iudex laicus sit competens, & non Ecclesiasticus quidquid secus sit in spiritualibus, optimè Azaued. *lib. 4. tit. de la Iurisdict. real. leg. 10. n. 42. in fin. & num. 43.*

Hic autem, non solùm nulla facta inhibitione, ac citatione non comparet, neque concurrit Archiepiscopus;

Quinimò, nec ipsemet Moniales circa huiusmodi communicationem Fori aliquid prætendunt prosequentes dumtaxat earum propriam causam cum D. Philippo possessore
109 Bonorum in Curia Archiepiscopali, & solùm D. Marchionissa Maria facit hanc instantiam, quo in casu res versatur extra omnem dubitationem, cum etiam in fortioribus terminis materiæ spiritualis habeatur quod Iudex Laicus possit de per se cognoscere exceptionem incompetentiæ, vel declinatoriæ Fori, vt egregiè distinguit ipsemet Fermosin. *in allegato cap. cum ab homine d. quæst. 10. n. 6. & 7. de iudicijs.*

Nec vllatenus aduersari censuimus allegatam Bullam Innocentij X. de qua supra in prima exceptione *in versic. Quibus addebatur Bulla Innocentij X.*

110 Quoniam cùm in dicta Bulla impugnetur, & sub censuris reprobetur relatum Manuscriptum solum, eo quia in eo asserebatur Summi Pontificis Bullas, & sua rescripta extra Statum Ecclesiasticum exequenda minimè posse executioni mandari, nisi obtento beneplacito eorum Principum, in quorum territorio executio facienda venit, qui successiuè possint Bullas prædictas, & rescripta examinare, & recognoscere, an causæ, & personæ, quæ in eisdem Bullis, & rescriptis continentur, de ipsorum iurisdictione sint, ad propositum nostrum, non facit, cum de his quæstio præsens, non sit, ac idcircò in proposita thesi, nequaquam allegari merebatur.

Verùm omissis, sat fuisse respondere Ministros Serenis. Magni Ducis esse in quasi possessione decidendi ex se
111 huiusmodi articulos ad effectum tuendi iurisdictionem, atque particulares sanctiones huius Serenissimi Dominij, quod satis superque conuincitur ne dum ex litteris DD. Auditorum Staccoli, & Vettorij, alijsque exemplis per dictum D. Philippum adductis; sed etiam ex duabus decisionibus Rotæ Florentinæ iam citatis, dum controuerso ad vnguem huiusmodi articulo, an hæreditas esset materia diuidua, an indiuidua, & consequenter vtrum Fratres Laici possent gaudere Foro Ecclesiastico, sub priuilegio Clerici consortis, atque cohæredes fuit per Rotam declaratum, non licere ob rationes in dictis decisionibus cumulatas, quibus duabus decisionibus additur alia Florentina decisio penes Monach. *in decis. Florentina 67. ad finem*. In qua fuit declaratus Iudex ordinarius competens, non obstante, quod ibi ageretur de quæstione cuiusnam esset iurisdictio Ecclesiastici, nempè, seu laici Iudicis; agebatur etenim in illo casu de Clerico, cum quo erant coniuncti alij laici, qui prætendebant, quod Clericus traheret ad se, & ad Forum Ecclesiasticum, etiam alios laicos quamtumuis plures essent, ex quibus satis superque patet, vt quotiescumque huiusmodi articuli emergunt Ministri Celsitudinis Suæ Serenissimæ, non expectant eorum decisionem à Iudice Ecclesiastico, sed de per se cognoscunt, atque resoluunt huiusmodi controuersias, prout pariter de hac consuetudine in Regnis Lusitaniæ testatur Cabed. *in decis. 142. in princ. & num.* 1. similes etenim de iurisdictione lites deciduntur secundùm praxim, & obseruantiam locorum, in quibus lis agitur, & animaduertit Eminentiss. Card. de Luca *in supplem. lib. 16. part. 1. de iurisdict. disc.* 103. vbi ita respondit Eminentiss. Card. Borromæo, à quo super causa etiam indiuidua, vt penes ipsam videre est consultus fuerat.

Quæ quidem consuetudo iure merito fuit introducta, 113
tum quia quando causa est super re prophana, & contra laicum ab alio laico in Foro Ecclesiastico mota (vt est casus noster) & oritur controuersia cuius sit iurisdictio, ad Principem, seu eius Supremos Ministros pertinet huius contentionis cognitio, *l. si quis ex aliena ff. de Iudicijs*, Oldrad. *cons. 83. incip. An Episcopus possit declinare forum Regis*, Pereyra *de manu regia ad ordinat. lib. 1. tit. 12. §. 5. cap. 10. ex vsurpata iurisd. sub num. 1. in versic. id est*, ibi, *Vnde fit, quod ex supradicta concordia iuncta dispositione iuris communis, secundum quod ad Regem spectat cognoscere de sua iurisdictione, &c.* Roderic. *de annuis reddit. lib. 1. q. 17 num. 70. pag. mihi* 111. vbi quod tunc Senatus omnia acta per Ecclesiasticum gesta annullat, & causam ad ordinarium Iudicem sæcularem remittit, & *num. 71.* subdit, quod tunc, non solet curare Senatus de laici declinatoria; & paulò inferiùs sub eodem *num. 71. ad fin.* firmat, quòd de occupatione, & impedimento iurisdictionis temporalis solus Rex, Regiusque Senatus cognoscit, & idem elicitur ex deliberatione facta per Regium Cancellarium Cathaloniæ, & alijs contrarijs Regij Consilij criminalis illius Prouinciæ ad fauorem sæcularis iurisdictionis, de qua meminit Peguer. *in decis. 30. num.* 14. Adeòut, non possit laici consensus, Regis iurisdictioni præiudicare, nec possint eius vassalli, absque eius consensu coram alio Iudice litigare, Roderic. *d. quæst. 17. sub num. 71. in vers. His tamen*, ibi, *Quia laici*.

Et addendo dicitur quòd Princeps potest esse iudex in causa propria cum subditis, maximè vbi agitur de Regalibus, prout est iurisdictio, & tam contra sæculares, quàm contra Ecclesiasticos, vt ex pluribus probat Antunez Portugal. *de donat. Reg. lib. 2. cap. 34. n. 6. & seqq.* Cabed. *dec. 76. par. 2.* Cortiad. *dec. 37. num. 2. & seqq.* Sabell. *in Summa §. Princeps n. 19. cum add.*

Tum quia alioquin superflua omninò redderentur Sta- 114
tuta Florentina, quibus expresè cauetur ne declinetur iurisdictio Communis Florentiæ, & ne adeantur aliena Tribunalia, in quibus præfatum Commune, non habet præeminentiam; Quandoquidem cum semper (vt inter cæteros ponderat recolendæ memoriæ Illustriss. D. Auditor Staccolus) prætenderetur ab Ecclesiasticis ad ipsos spectare declarationem an materia sit diuisibilis nec ne? prout de facto hodie prætenditur, indubitatum est ipsos semper declaraturos causam esse indiuisibilem ad effectum eam trahendi ad eorum Forum Ecclesiasticum, etiam respectu sæcularium in graue præiudicium non solùm iurisdictionis Celsitudinis Suæ Serenissimæ (Nam quando agitur de priuilegio Fori Ecclesiastici agitur de graui præiudicio sæcularis iurisdictionis, Couarr. *pract. qq. cap.* 33. cum alijs relatis

latis

115 latis per Sanfel. *in dec. 7. num. 8.*) sed etiam eius subditorum sæcularium, quibus melius, & vtilius est litigare coram Iudicibus sæcularibus, quam Ecclesiasticis, vt satis apertè deducitur ex traditis per Constantin. Cattar. *in eius speculo Peregr. quæst. q. 25. sub n. 18. lib. 1.* & per Francisc. Hieron. Leo *in decis.* 208. *sub num.* 23. *lib.* 2. vbi ait, quòd quando iudicium vertitur coram Iudicibus Ecclesiasticis lites fiunt, quasi immortales, quod cum sit notorium, alia non indiget probatione.

116 Prout etiam frustatoria penitus fuisset, ac esset deputatio, ac electio Auditoris iurisdictionis, quæ initium habuit vsque de Anno 1546. & semper ab illo tempore vsque ad præsens continuauit, & sic per spatium annorum centum quadraginta duorum, vt videre est ex libris manuscriptis existentibus penes Illustriss. & Clariss. D. Senatorem, & Auditorem Supremum Sereniss. Magni Ducis Ferdinandi

117 tem Capponium acerrimum Defensorem iurisdictionis Celsitudinis Suæ Serenissimæ, qui merito ob eius præclaras qualitates, & prærogatiuas, ac merita ab eadem Celsitudine Sua Serenissima declaratus fuit eius primus Consiliarius Status cuius quidem Auditoris iurisdictionis munus est inuigilare, ne per Laicos indebitè sæcularis iurisdictio fraudetur, ac eludatur, & qui illam iniustè declinant, ad ipsam reducantur.

Quapropter quando petitio remissionis ad Iudicem Ecclesiasticum, etiam ab ipso Clerico facta (qui termini sunt fortiores nostris, vt ad sensum patet) est irrelevans, nec claris pro Ecclesiastica iurisdictione nititur probationibus; sed eludendæ laicæ iurisdictionis gratia proposita dignoscitur,

118 tur, vt in casu nostro potest Laicus Iudex, oppositione reiecta ad vlteriora in causa procedere Clar. *in §. fin. quæst. 36. num.* 21. Thomas del Bene *de immunit. Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 4. *dub.* 30. *num.* 2. *& cap.* 6. *dub.* 14. *sect.* 2. *n.* 11.

Qui quidem Iudex Laicus perfunctoriè, & absque forma Iudicij documenta ad suam iurisdictionem declinandam à Clerico coram eo producta videt, & recognoscit, vt dignoscat an causa sit remissibilis nec ne, Guaz. *defens.* 20. *cap.* 9. *num.* 35. *versic. Licet Iudex Laicus*, Franch. *decis.* 329. *num.* 13. Mastrill. *decis.* 213. *num.* 20. cum ibi relatis, qui loquuntur in fortioribus terminis.

Et cognita irrelevantia petitionis procedunt ad vlteriora, vt supra dictum est, petitionem vti calumniosam reijciendo, Mastrill. *decis.* 113. *numer.* 19. *in fine*.

119 Præmissis accedit in his terminis *dec.* 78. Osasch, vbi habetur, quod Princeps Sabaudiæ Senatum suum consuluit super casu sequenti videlicet: Quidam eius subditus coram Iudice Ecclesiastico, recedere volens à quodam instrumento, absolutionem à iuramento petierat, deinde causam rescissionis coram eo prosequebatur petijt Princeps an dicta causa esset Laicæ iurisdictionis; Et Senatus examinato articulo Principi respondit affirmatiuè, subdens partes illius esse, vt malitijs, & calumnijs hominum occurreret, & ne per indirectum laica iurisdictio læderetur, inhibendum fuisse Actori prædicto, ne alibi litigaret, quam coram Iudice ordinario Laico.

Quod autem Princeps ita rescribere posset, & deberet deduxit Senatus ex *cap. ex tenore* 11. *de foro compet.* cuius

120 casus ita se habet scilicet.

Summus Pontifex commiserat quandam causam inter viduam, & Laicum Archiepiscopo Turonensi; sed quia causa prædicta erat inter Laicos, Comes Britaniæ in cuius Territorio causa prædicta agitabatur, præcepit dictis litigantibus eius subditis, vt ad proprium Laicum Tribunal redirent, cumque Archiepiscopus in causa nihilominus procederet, Comes recursum habuit ad Summum Pontificem, qui cognito causam, de qua agebatur esse laicam, statim Archiepiscopo præcepit, quatenus se ab illa abstineret, ipsamque ad Comitis Tribunal remitteret.

Ex quo quidem *Text. & ex cap. ex transmissa* 6. *de for. compet.* clarè resultat Summum Pontificem, non solum, non damnasse mandatum à Comite Brittanico factum dictis litigantibus eius subditis, vt causam ipsam laicam ad proprium sæculare Tribunal deferrent; sed comperto causam ipsam ad Forum Ecclesiasticum non pertinere, præceptum Comitis confirmauit mandando causam eamdem ad eius Tribunal remitti.

Paret igitur ex prædictis, quod Celsitudo Sua Serenissima pro defensione suæ iurisdictionis, & ne ipsius subditi, quorum conseruator est, Pereyra *de manu regia cap.* 4. ad finem indebitè grauentur litigare extra eorum proprium Tribunal Laicum permittendo, vt trahantur ad Forum Ecclesiasticum, in quo impensæ sunt maximæ, & in eo (vt supra tetigimus *in versic. Quæ quidem consuetudo*, ibi, *sed etiam eius subditorum*) lites fiunt quasi immortales in hac controuersia competentiæ, vel incompetentiæ Fori sæcularis, vel Ecclesiastici respectiuè inter dictas partes suscitata. Nobis licèt, ac iustè mandare potuit, vt Celsitudinis Suæ Serenissimæ sensus nostros in articulo prædicto exponeremus, cuius iussionibus obtemperare tenebamur, vt fecimus eidem referendo, prout retulimus in causa prædicta inter dictam D. Marchionissam Mariam ex vna, & dictum D. Philippum eius Fratrem parte ex altera vertente Forum Laicum esse competentem atque in eo fore, & esse prosequendam causam prædictam, in quo iam erat introducta, non autem in Foro Ecclesiastico.

Quamobrem stante relatione prædicta iustè, ac licitè poterit Celsitudo Sua Serenissima præcipere præfatæ D. Marchionissæ Mariæ, vt ad proprium Laicum Tribunal redeat. Quandoquidem, non est nouum, quod Princeps 121
Laicus, vt malitijs, ac calumnijs hominum occurratur, & ne iniuria fiat per indirectum eius iurisdictioni, possit inhibere Actori, ne in præiudicium suæ iurisdictionis in causis laicis alibi litigare possit, quam coram Iudice sæculari, Osasch. *d. decis.* 78. *sub num.* 19. *in vers. Quare in casu proposito*, Nauarr. *cons.* 56. *num.* 3. *cum duobus seqq. sub tit. de sent. & re iudic.* vbi tradit istas leges, & consuetudines esse iustas, Menoch. *controu. illustr. cap.* 14. *num.* 35. Carleual. *de iudicijs par.* 1. *quæst.* 8. *sect.* 3. *num.* 1121. tuendo enim Princeps propriam iurisdictionem non peccat, imò 122
rectè facit, nec contra Ecclesiasticam libertatem operari dicitur, Azaued. *ad Hispanas leges tit.* 1. *lib.* 4. *compil. leg.* 11. *à num.* 2. 3. *& 4. & seqq. & num.* 10. *& 14. vers. finem in versic. Et ideo pro sua iurisdictione defendenda*, Osasch. *decis.* 31. *num.* 7. Pereyr. *de man. reg. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 2. *& per tot.*

Est enim hic cognoscendi, & operandi modus dependens ab illo iure vniuersali, quo Summi Principes propriam iurisdictionem, ac subditos tuentur, & sua ordinaria vtuntur protectione, vt eos defendant; quandoquidem 123
dem Principibus incumbit suorum subditorum defensio ex ratione proprij officij, Billug. optimè *in specul. Princip. rub.* 8. *num.* 16. *pag. mihi* 51. Teste Hieronymo *Hierem.* 22. & Isidor. *lib.* 3. *sentent. cap.* 63. August. *Epistol.* 50. & tradit consilium Parisiens. 1. *sub Ludouico par.* 2. *cap.* 2. *& 3.* Sess. *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 2. *tit.* 25. *& 73.* optimè Afflict. *decis.* 24. *num.* 4. quæ actiones à legitima potestate procedunt, cum sint superioris defendentis, alias enim diceretur Princeps iniuriam inferre, si cum posset non propulsaret eam; Duo enim iniustitiæ genera ponit Cicero *in primo libro Officiorum*, vnum eorum, qui inferunt alterum eorum, qui ab his, quibus infertur si possunt, non propulsant iniuriam, Iulius Pacius *in tit. digestorum de iust. & iur. num.* 5. & non solum Princeps eius subditos defendere tenetur, sed etiam eorum commodis inuigilare debet, Bellug. *d. rub.* 8. *num.* 3. *pag. mihi* 50.

Qui quidem procedendi modus, quo Princeps, & eorum Supremi Officiales, vti solent, & semper obseruatum fuit hic Florentiæ, regulariter fieri solet extra ordinem, siue extraiudicialiter, licet examinentur, acta, & processus, 124
sus, siquidem illud fit, non vt de iuribus causæ cognoscatur: sed solum, vt ex illis actis violatio iurisdictionis, & eius subditorum vexatio cognoscatur, quod quidem importat nudam facti quæstionem, cuius cognitionis facti Principes, & eorum Supremi Officiales sunt de iure competentes, vt in fortioribus terminis, nempè in causis Ecclesiasticis affirmant Batt. *in l. Titia ff. solut. Matrim. & in l. omni nouatione C. de sacros. Eccles.* cuius sententiam communem dicit Ripa *in rub. de iudicijs num.* 90. Marant. *de ordin. iudicior. par.* 4. *decis.* 13. *num.* 5. Afflict. *decis.* 24. & præcipuè *num.* 4. quorum opinio absque vllo prorsus dubio procedere debet quando contentio est inter Laicos, & agitur de bonis prophanis, iuxta tradita per Sess. *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 3. *pag. mihi* 339.

Hæc autem cognitio dicitur facti, etiam si habeat mixtionem iuris, quando sine iuris discussione intelligi nequit, 125
Pereyra *de manu regia cap.* 4. *num.* 8. *pag. mihi* 13. ibi, *In qua cognitione, licet aliquod ius inuoluatur, quia articulus violentiæ, sine iuris discussione intelligi nequit, adhuc illa*

illa cognitio dicitur facti licet admixtum habeat ius, quia eo casu iuris discussio, non principaliter interuenit; sed secundario, quia quamuis, apud doctos illa quæstio dubio careat tamen apud minus doctos oportet, vt inspecto iuri decidatur librique, & Doctores consulantur, vbi paulò

126 inferiùs loquendo de terminatione rei spiritualis subdit (qui est casus fortior nostro, in quo agitur de bonis prophanis, & de quæstione inter laicos) quod quando determinatio rei spiritualis est notoria, vel ex actis, vel ex iure, eam Iudex sæcularis determinare potest, quod ibi probat Pereyra multorum authoritate, ea ratione, quia hæc omnia fiunt per modum causæ, & iurisdictio, quæ explicatur per modum declarationis numquam censetur prohibita, etiam in causis ecclesiasticis ex Decio *in conf.* 127. *num.* 2. & Aufer. *de potest. Eccles.* 4. *reg. pag.* 21. Sabell. *in Summa* §. *Clericus num.* 71. *vers. quo ad merum factum &c. eum Addit.* vbi multos allegat quoad cognitionem facti, quam iudices laici habent circa clericatum, & alia.

Tunc enim dum processus per Principes, seu eius Supremos Ministros instruitur, ipsi, non dicuntur sibi abrogare iurisdictionem ecclesiasticam, sed nudum factum dumtaxat assumere declarandum, cognitio prius an verè eorum iurisdictio lædatur, & eorum subditi indebitè vexentur, ad effectum, vt circa prædicta opportuna remedia adhibere valeant, latè Azeued. *lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 2. *per tot.* latissimè quoque Vvessembec. *in l.* 1. *&* 2. *C. quando liceat vnicuique sine Iudice se vindi.* & triti iuris est cognitionem facti, etiam in causis Ecclesiasticis (quod fortius est) Sæculari competere posse, vt per DD. *in cap. Inquisitionis* §. *prohibemus de heret. lib.* 6. Alex. *in l. Titia num.* 12. *ff. solut. Matrim.* Felin. *in cap. cum sit n.* 1. *de for. compet.* Simanch. *de catholic. cap.* 36. *in princip.* Dec. *cap.* 2. *num.* 24. *in fine de iudic.*

127 Quæ optimè confirmantur ex traditis per Couarr. *pract. quæst. in cap.* 35. *sub num.* 2. *versus finem in vers. Sexto non negamus pag. mihi* 972. sic loquentem: *Sexto, non negamus posse iustissime Iudices regios, qui in Prætorijs assident, & ibi iura partium regio, & supremo nomine testantur extraordinarie tractare causam possessoriam, in qua de possessione Beneficij disputetur ad effectum, vt quieta Respublica sit, ne fiat alicui iniuria, & violentia, aut indebitè possessione, quam obtinet expolietur.* Hoc enim etiam in Neapolitano Regno sæpè fieri testatur Matth. de Afflict. *in decis.* 24. *scribens in hoc iudicio potius agi de defensione extraiudiciali, quam de iudiciali ordinaria cognitione, &c.* Et ratio est, quia vt mox diximus in *vers. Tunc enim*, ibi, *Et triti iuris est cognitio facti, etiam in causis Ecclesiasticis sæcularibus competit, eo quia cum tunc agatur de cognitione facti extraiudicialiter, & per modum defensionis cognitio facti, etiam in causis Ecclesiasticis sæcularibus competit.*

Quinimò Peguet. *in decis.* 30. in huiusmodi materia, & quæstione, an & quando sæculares possint se intromittere in causis Ecclesiasticis inter laicos vertentibus, obseruat,

128 quod quando ius est certum, & determinatum, vt in casu nostro, vt videre est ex omnibus superiùs præmissis, & inferiùs dicendis solum censetur proposita quæstio facti, & illud factum venit decidendum secundum illud ius certum, cum ex facto iuris oriatur, & illa sint inseparabilia, Corn. *conf.* 19. *num.* 8. *& conf.* 227. *num.* 3. *vol.* 3.

Verùm enimverò, omnia hæc, quæ sic vt supra allata fuere ad excludendam priuilegij fori communicationem, quam sibi competere prætendebat præfata D. Marchionissa Maria ex asserto priuilegio Fori supradicti Monasterij ratione assertæ indiuiduitatis rei, & Causæ, ex abundanti, vt magis magisque in hoc articulo elucescerent iura D. Philippi exarata fuere.

Quandoquidem cum prætensa priuilegij Fori communicatio habeat pro constanti fundamento suppositum existen-

129 tiæ litis in Foro Ecclesiastico super petitione quotæ dictarum hæreditatum motæ per prædictum Monasterium, cum quo se vnire prætendit supradicta D. Marchionissa Maria contra dictum D. Philippum, nec non competentiæ Fori Ecclesiastici; Vtique omni prorsus dubitatione remota, vtroque supposito deficiente corruent omnia ponderata per Fautores iurium dictæ D. Marchionissæ Mariæ pro dicta prætensa priuilegij Fori communicatione, *cap. cum cessante* 20. *de appellat. & l.* 1. §. *Quod autem ait Prætor*, & ibi Bart. *ff. ne quid in flumin. pub.*

Deficit primum suppositum animaduertendo, quòd super hac controuersia prætensionum dicti Monasterij circa 130
medietatem dictarum hæreditatum contra supradictum D. Philippum earum possessorem, inita fuit transactio inter dictas partes, vsque sub die 8. Maij 1685. vt supra dictum fuit in initio narrationis facti,

Quis enim veretur transactionem parere exceptionem litis finitæ, & ingressum litis, tam in agendo, quàm in excipiendo impedire ad *Text. in l. causas C. de transact. cap.* 1. *de lit. contest. in* 6. Rot. *in recent. decis.* 402. *num.* 3. *&* 4. *par.* 5. *decis.* 86. *sub num.* 1. *par.* 6. *decis.* 218. *n.* 1. *&* 2. *p.* 7. *& decis.* 7. *num.* 1. *& dec.* 175. *num.* 5. *par.* 8. Seraphin. *decis.* 1059. *num.* 1. Caualer. *decis.* 276. *num.* 1. Ludouis. *decis.* 374. *num.* 1. cum alijs relatis per Bonden. *in eius collect. legal. collect.* 7. *num.* 2.

Quandoquidem transactio nil aliud est, quam recessus 131
à lite, & actione mota, ac mouenda, & ideò dicitur transactio, quasi transitus ab actione, vel quasi transiens actio, Bart. *in l. fine apud num.* 22. *C. de transact.* Bald. *in l.* 2. *ff. de iur. iur.* Bonden. *dict. collect.* 7. *num.* 3.

Itaut illa sit natura transactionis, quod lis totaliter finiatur, omnis controuersia extinguatur, & fiat de albo nigrum, *l. quamuis C. de transact.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 28. Rot. *in recent. decis.* 447. *num.* 1. *par.* 2. *& decis.* 147. *num.* 20. *par.* 5. *& decis.* 218. *n.* 2. *part.* 7. & coram Seraphin. *decis.* 638. *num.* 5. & coram Ludouis. *decis.* 354. *num.* 2. & coram Merlin. *decis.* 799. *num.* 14. *tom.* 2.

Et hoc adeò verùm est, vt transactionem vim rei iudi- 132
catæ obtinere, itaut nulla super ipsa amplius controuersia moueri possit professi fuerunt, Crauett. *in conf.* 685. *n.* 27. Decian. *in conf.* 103. *num.* 5. *lib.* 3. Altograd. *conf.* 3. *num.* 28. *lib.* 2. cum alijs relatis per Rot. *in recent. decis.* 86. *num.* 1. *par.* 6. & coram Merlin. *decis.* 408. *num.* 2. *tom.* 1. quibus addi possunt Vrceol. *tract. de transact.* & Sabell. *in Summa* §. *Transactio num.* 1. *& seqq.* qui plenè materiam transactionum pertractant.

Validitas autem transactionis prædictæ in dubium re- 133
uocari minimè potest, quoniam de illius necessarijs requisitis satis superque apparet, nec audiuimus ex parte D. Marchionissæ ea in controuersia poni.

Nam quod fuerit facta super re dubia, ac incerta, itaut adfuerit lis, & timor probabilis maiorum litium, quod primum requisitum ad *Text. in l. summa ff. de condit. indebit. & l.* 1. *ff. de transact.* Crauett. *conf.* 153. *sub num.* 10. Fagnan. *in cap. veniens num.* 16. *de transact.* Rot. coram Merlin. *decis.* 809. *num.* 14. *tom.* 2. Bonden. *dict. collect.* 7. *num.* 6. patet ex serie facti indubitabili, ac ex ipsomet transactionis instrumento, & actis, & processu fabricato in dicta causa, & lite, &c. & ex iuris articulis in causa prædicta discussis, & discutiendis.

Et quod interuenerit mutua hinc inde inter partes transigentes compensatio, alterum requisitum transactionis, *l. transactio nullo dato, vbi DD. C. de transact.* Fagnan. *in cap. contingit num.* 31. *de arbitr.* Croz. *de apicib. iur. ciuil. lib.* 3. *cap.* 12. *sub num.* 2. *vers. Et omnis transactio*, Rot. coram Merlin. *dict. decis.* 809. *num.* 15. & coram Ludouis. *dec.* 311. *num.* 14. *& in recent. decis.* 231. *num.* 2. *part.* 4. *dec.* 271. *sub n.* 25. *par.* 6. constat ex eodem Instrumento transactionis, & ex serie facti indubitabili.

Cùm igitur dubitari minimè possit, quin in transactio-
ne prædicta interuenerint supradicta requisita, consequens 134
indubitatum elicitur, non posse in dubium reuocari huiusce transactionis subsistentem validitatem, pro qua omnis etiam est capienda interpretatio, *cap. venerabilis, & cap. finem litibus de dolo, & contumacia, cap. ius gentium de re iudic.* Bero. *conf.* 176. *num.* 15. *lib.* 1. & coram Othob. *decis.* 198. *num.* 10. Bonden. *collect.* 7. *num.* 31.

Itaut generale sit, quod transactio præsumitur valida, Cyriac. *contron.* 3. *num.* 43. Merlin. *decis.* 163. *num.* 1. & Caualer. *decis.* 550. *num.* 3.

Qui quidem validitatis transactionis status perdurat vsquequò per tres sententias conformes ab eadem transactione recedatur, Rot. coram Cerro *decis.* 40. *num.* 7. & coram Royas *decis.* 89. *num.* 7. *& in recent. dict. decis.* 86. *num.* 9. *par.* 6. & coram Merlin. *dec.* 767. *sub num.* 1. *vers. nisi prius, tom.* 2.

Quæ proindè, cùm ita se habeant Moniales prædictas certissimum est repellendas esse à promoto iudicio petitionis dictarum hæreditatum, ac de illarum petitione nullam esse habendam rationem perindè, ac si exhibita, non fuisset,

fet, obſtante illis tranſactione prædicta validè facta, ac tot, iuramentis roborata, quæ ſicuti imponit finem litibus controuerſijs, & prætenſionibus, vt probatum fuit ſupra *in verſic. Prætereà contra ſupradictas Moniales*, ſic prohibet illas inſtaurari, & ad trutinam iudicialem reduci, *l. cum mota*, *l. tranſactione*, *& l. cauſa C. de tranſact.* Rot. *in d. deciſ.* 86. *num.* 5. *par.* 6. *deciſ.* 218. *num.* 1. *par.* 7. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 354. *num.* 2. coram Caualer. *dec.* 550. *num.* 2. coram Corrado *deciſ.* 25. *ſub num.* 1. & coram Royas *d. deciſ.* 89. *num.* 4. poſt Salgad. *in Labyrint. credit.* Bonden. *d. collect.* 7. *num.* 34.

136 Nec debet reſidere in voluntate mera præfatarum Monialium à tranſactione prædicta validè facta recedere, & eam minimè obſeruare contra omnes iuris regulas ad *text. in l. Fratris C. de tranſact.* Rota coram Merlino *deciſ.* 480. *num.* 2. *tom.* 1. *& dec.* 1799. *num.* 14. *tom.* 2. Altograd. *conſ.* 3. *num.* 26. *lib.* 2. Quinimò Partes tranſigentes poſſunt ad eius obſeruantiam compelli, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 665. *num.* 11. Rot. poſt Poſth. *de ſubhaſt. deciſ.* 193. *num.* 8. *ac dec.* 206. *num.* 3. *in addit.* & poſt Merlin. *de pign. & hypothec. deciſ.* 96. *num.* 12. *& deciſ.* 123. *num.* 2. Merlin. *d. deciſ.* 480. *n.* 3. *& deciſ.* 875. *num.* 9. cum alijs congeſtis per Bonden. *in alleg. collect.* 7. *num.* 35. *&* 36.

Et quidem iure merito, ne cum cauſa finalis tranſigendi fuerit receſſus à lite ab expenſis, incommodis, ac iurgijs, litem iam tranſactionem ſopitam reaſſumendo, maiores patiantur expenſas, vexationes, ac ærumnas.

137 Nihil obſtante aſſerta beneplaciti apoſtolici deficientia, quæ nullitatem eiuſdem tranſactionis ipſo iure inducere videtur præſertim, quia factam fuiſſe apparet dictam tranſactionem ſub conditione beneplaciti apoſtolici, quo in caſu fas eſſe videbatur dictis Monialibus pœnitere, & ab eadem tranſactione recedere, vt videmus in obligationibus, ſeu promiſſionibus contractis, ſub conditione diſpenſationis, ſeu confirmationis apoſtolicæ à quibus pendente conditione, hoc eſt ante obtentum beneplacitum, ſeu diſpenſationem, licet vtrique parti pœnitere, & ab eis recedere, vt in concordia ſuper beneficialibus inita, & matrimonio contracto in gradu prohibito, exemplificat Put. *in dec.* 343. *lib.* 1. relatus à Ioanne Baptiſta Turricellio *in eius tract. de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 22. *num.* 11. *pag.* 78.

138 Quia reſpondetur, quod ſi alienatio, ſeu tranſactio, vel alius quilibet contractus, cum Eccleſia celebratus, cum legitima cauſa, & ſolemnitatibus de iure requiſitis (vt in caſu propoſito) ſed deficiat beneplacitum apoſtolicum, talis contractus habet implicitum ſtatum validitatis, Coccin. *dec.* 274. *n.* 7. Millin. *dec.* 235. *n.* 3. Merlin. *dec.* 255. *n.* 4. *& dec.* 219. *n.* 5. Rota *dec.* 673. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 3. *rec. & deciſ.* 603. *num.* 46. *part.* 5. *tom.* 2. *& deciſ.* 82. *num.* 11. *part.* 6. *& deciſ.* 119. *num.* 26. *part.* 7. vbi quod id procedit, non obſtante decreto irritanti *in extrauaganti Pauli II. appoſito*, *& deciſ.* 107. *num.* 13. *part.* 8. *recent.* Turricel. *d. cap.* 22. *num.* 3. vbi præſentis aſſertionis rationem aſſignat, quia in alienatione rerum Eccleſiæ non eſt de ſubſtantia contractus, vt beneplacitum præcedat contractum, aut interponatur de tempore contractus, ſed ſufficit, vt ex poſt interueniat. Ideòque alienatio, vſque de tempore contractus dicitur habere implicitum ſtatum validitatis, quia ad illud tempus beneplacitum quodcumque poſteà obtentum retrotrahatur, Duran. *deciſ.* 397. *à num.* 9. Mantic. *deciſ.* 201. *num.* 7. Sabell. *in Summa* §. *Beneplacitum num.* 4. *& ſeqq.*

139 Hinc videmus, quod contractus rei feudalis licet reſolui poſſit propter defectum aſſenſus, tamen intereà valet, & perfectus eſt, Ioſeph. de Roſa *in eius iuris conſultationibus conſult.* 14. *num.* 12. Donat. Anton. de Marinis *in eius reſolut. quotid. in cap.* 304. *num.* 3. *&* 4. vbi firmat, quòd contractus puri, qui tamen ſub aliqua conditione reſoluuntur habent interim executionem, ac ſi illi conditionali reſolutioni, non ſubiacerent ex *gloſſ. in l.* 2. *ff. de in diem adiectione*, ex traditis per Bart. *in l. Iulianus in finem ff. de condit. indebit.* Dec. *conſ.* 279. vbi generaliter dicit contractum, qui ſub conditione reſolui poteſt præſenti ſtatu inſpecto, vti purum cenſendum eſſe, non autem conſiderandum, quod reſolui poſſit.

140 Et quamuis Eccleſia poſſit pœnitere, vel in alienatione perſiſtere, prout ſibi magis expedit; Nam fauore Eccleſiæ contractum claudicare poſſe, certum eſt, cum ſolemnitatum, ſeu beneplaciti defectus ab ea ſolum opponi poſſit, Put. *deciſ.* 302. *lib.* 1. *& deciſ.* 343. *num.* 3. *lib.* 2. *in correct.* Seraphin. *deciſ.* 256. *num.* 2. *& deciſ.* 278. *num.* 1. Mantic. *d. deciſ.* 201. *num.* 2. *verſ. diuerſum eſt*, Merlin. *d. dec.* 255. *num.* 7. *& deciſ.* 764. *num.* 11. Turricell. *d. cap.* 22. *num.* 4. Sabell. *d.* §. *Beneplacitum num.* 8.

Aduertendum eſt tamen, quod ſi beneplacitum fuit in alienatione, ſeu tranſactione reſeruatum, & poſteà impetratæ litteræ ſi in euidentem; ſed non executæ, vt in caſu noſtro; non poterit Eccleſia ante confirmationem executoris à contractu recedere, Rot. *deciſ.* 205. *& deciſ.* 206. *part.* 4. *diuerſorum*, *Add. ad deciſ.* Ludouiſ. 410. *num.* 8. *ad finem*, Turricell. *in allegato cap.* 22. *num.* 10. vbi *num.* 11. obſeruat, quod non obſtat, quod in obligationibus, ſeu permiſſionibus contractis ſub conditione diſpenſationis, ſiue confirmationis apoſtolicæ pendente conditione, ante, ſcilicet obtentum beneplacitum, ſiue diſpenſationem, liceat vtrique parti pœnitere, & à contractu recedere, quia hoc procedit ſpeciali ratione, in beneficialibus, & Matrimonio, quoniam in illis materijs contractus ab initio eſt ipſo iure nullus, cum abſque beneplacito apoſtolico ſuper beneficialibus tranſigere non liceat, Put. *d. deciſ.* 343. *n.* 4. & ſponſalia inter conſanguineos, licet contracta ſub conditione futuræ diſpenſationis ſint nulla propter impedimentum conſanguinitatis; Vndè etiamſi ſuperueniat diſpenſatio, ſeu beneplacitum opus eſt nouo conſenſu, cum contractus numquam habuerit implicitum validitatis ſtatum. 141

Additur præmiſſis, quod cum tranſactio, de qua agimus fuerit inita cum pacto ſoluendi Monialibus ſcuta tria millia, licet conuentum beneplacitum apoſtolicum, nondum aduenerit, non licet tamen eiſdem Monialibus à dicta tranſactione abſque nouo beneplacito recedere, ea potiſſimum ratione, quia ſicuti tranſigendo lædi potuerunt, ita in recedendo a tranſactione lædi poſſunt, Rot. *deciſ.* 42. *num.* 16. *&* 17. *& ſeqq. par.* 8. *recent.* 143

Prætereà non omittendum cenſuimus, quod etiam circumſcriptis præmiſſis, cum facta fuerit tranſactio ſuper hæreditate, & bonis nondum Monaſterio incorporatis; ſed adhuc poſſeſſis per ſupradictum D. Philippum ſecundum quamplurimum Doctorum opinionem non eſt pro eius validitate neceſſarium beneplacitum apoſtolicum, vti de magis communi Doctorum opinione teſtatur Valeron. *de tranſact. tit.* 3. *quæſt.* 6. *n.* 7. *& ſeqq. & num.* 14. cum pluribus alijs congeſtis per Thomam del Bene *de immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 17. *dubit.* 12. *num.* 8. & Sabell. *d.* §. *Beneplacitum num.* 12. 144

Sublata igitur de medio lite per præfatas Moniales mota in Foro Eccleſiaſtico contra dictum D. Philippum, mediante exceptione tranſactionis prædictæ ab ipſo D. Philippo aduerſus eaſdem Moniales propoſita per modum dilatoriæ. Pluſquam certum redditur, quod euaneſcit aſſerta rei, & Cauſæ indiuiduitas, atque connexitas, qua ceſſante, ceſſare quoque neceſſe eſt prætenſam priuilegij Fori communicationem, quæ vt ſuperiùs diximus fundata eſt in dicta aſſerta indiuiduitate, atque connexione.

Deficit pariter ſecundum ſuppoſitum, nempè competentia Fori Eccleſiaſtici; Siquidem cum Moniales prædictæ in dicto iudicio petitionis hæreditatis promoto in Foro Eccleſiaſtico, in quo ſe vniuit, & cum quibus Monialibus ſe coniunxit præfata D. Marchioniſſa Maria ſint Actrices, profectò eorum forus competens, tam iuris communis, quàm iuris canonici ſanctionibus inſpectis erat Forus laicus, non autem eccleſiaſticus, iuxta illud vulgatum axioma, quod Actor debet ſequi Forum rei, *l. in criminali C. de iuriſdictione omnium Iudicum*, *l. iuris ordinem C. eodem tit. l. fin. C. vbi in rem actio*, *l.* 2. *C. vbi*, *& apud quem*, *cap. experientiæ*, *& cap. ſi quiſque* 11. *q.* 1. *cap. ſanè*, *cap. cum ſit generale*, *cap. ſi Clericus de foro compet.* Roman. *conſ.* 412. *per tot.* Oldrad. *conſ.* 83. *n.* 3. Surd. *conſ.* 266. *num.* 8. Franciſc. Leo *in Theſauro Fori Eccleſiaſtici part.* 1. *cap.* 14. *num.* 18. Caſtill. *lib.* 3. *quotid. reſolut. cap.* 25. *num.* 8. Seraphin. *deciſ.* 1018. *n.* 1. Marta *in eius votis nouiſ. deciſ. vot.* 95. *num.* 4. *&* 5. Sabell. *in Summa* §. *Actor num.* 4. *&* §. *Eccleſia num.* 19. *verſ. Intelliges* vbi an, & quando Eccleſia habeat fori electionem, vel non. 145

Nec præmiſſis aduerſari credidimus conſtitutionem ſynodalem anni 1517. vt omnes Cauſæ Clericorum, ſiue agendo, ſiue excipiendo pertineat ad Forum Eccleſiaſticum approbatam à Summo tunc temporis Pontifice. 146

Quoniam cùm eadem conſtitutio ſit correctoria iuris communis, & canonici, quia vt ſupra diximus, Actor etiam

147 etiam Clericus ſequitur Forum rei, non poteſt accipere in-
terpretationem ab eodem iure communi, iuxta quod Cle-
ricus coniunctus cum alijs laicis trahit ad ſe, & ad Forum
Eccleſiaſticum etiam alios laicos, Bart. *in l. Iuris Peritos*
§. 1. num. 1. ff. de excuſat. tutor. Monach. *deciſ. Flor. 67.*
num. 16. ſed eſt intelligenda, vt iacet, verbiſque conſtitu-
tionis, eſt inhærendum, Surd. *conſ. 393. num. 16. lib.* 3. cum
148 alijs relatis per Monach. in præciſis terminis noſtris in
dict. deciſ. 67. num. 14. & eſt regulare, quod Statutum
loquens in caſu ſimplici, non extenditur ad caſum mixtum,
Monach. *dict. deciſ. 67. num.* 12. & ea interpretatio in ſta-
tutis, vel conſtitutionibus accipienda eſt per quam
minus, quam fieri poſſit ius commune lædatur, & iu-
ri communi derogetur ex allegatis per eumdem Mo-
nach. *in eadem deciſ. 67. num.* 20. *qui à num.* 11. *ad finem in*
verſ. Addebam ipſe, vſque ad *num.* 21. latè optimè tue-
tur dictam conſtitutionem ſynodalem, non comprehen-
dere hunc caſum mixtum, quando ſcilicet cum Cleri-
co coniuncti ſunt alij laici collitigatores, & Actores,
&c. De Statuto loquente in ſimplici, vt non procedat in
caſu mixto plura Sabell. *in Summa §. Statutum circa gene-*
ralia num. 15.

Reſponſio ad ſecundam Exceptionem.

149 EXcluſa ex omnibus hactenus exaratis prima exceptio-
ne, ſupereſt modo, vt ad ſecundæ exceptionis enu-
cleationem deueniamus.
Firmatur in ea, quod data etiam diuiduitate cauſæ
adhuc poſſet D. Marchioniſſa Maria comparere in dicto iu-
dicio per dictas Moniales intentato in Foro Eccleſiaſtico
contra dictum D. Philippum, vel excluſura vtrumque vi-
delicet eumdem D. Philippum, & Monaſterium, vel
coadiuuando ipſius Monaſterij iura, præcipuè quia fuit
per dictas Moniales prouocata ad comparendum in eodem
iudicio iuribus allegatis ſupra in dicta Exceptione ſe-
cunda.
Verùm hæc Exceptio nullius roboris eſſe dignoſcitur
animaduertendo, quod dicta D. Marchioniſſa Maria,
150 quando etiam comparuiſſet, tamquam tertia, quod ex
actis falſum eſſe dignoſcitur ipſa conſideranda fuiſſet tam-
quam Actrix, & veras Actricis partes ſubſtinuiſſet, &
per conſequens Forum D. Philippi Rei Conuenti, ſequi
obligata fuiſſet, vt in puncto obſeruat Gail. *practic. obſer-*
uat. lib. 1. obſeruat. 71. *num.* 2. tertius enim quocumque
modo veniat ad cauſam ad excludendum vtrumque Colli-
tigantem dicitur venire voluntarius, non autem coactus,
Ridolphin. *in prax. part. 2. cap. 3. ſub num.* 99. & eſt,
quoad eum nouum iudicium, Giurba *deciſ. 1. num.* 30.
151 & ideò ſi iſte tertius præuentus fuerit coram alio Iudice,
prout præuenta fuit eadem D. Marchioniſſa Maria coram
Supremo Magiſtratu, non poterit ſua voluntate declinare
iuriſdictionem Iudicis ſæcularis. Hoc etenim caſu vbi-
cumque poſtmodum velit comparere tamquam tertia,
152 vel tamquam Actrix, etiam coram alio Iudice compe-
tenti ſemper D. Philippus poterit ei opponere dictam præ-
uentionem, atque litis pendentiam, iuxta textus expreſſos
in l. vbi cœptum 20. ff. de iudic. & in l. ſi quis poſteà 7. ff. eo-
dem, & in cap. propoſuiſti 19. de for. compet. qui quidem
textus loquuntur generaliter, ac indiſtinctè, ſicut etiam
loquuntur, cum eadem generalitate, atque verbis vni-
uerſaliſſimis Doctores allegati tam à Fermoſin. *in dict.*
cap. propoſuiſti quæſt. 1. num. 36. & 37. de for. comp.
quàm etiam à Petr. Barboſ. *ad l. ſi quis poſteà num.* 110.
& 111. ff. de iudicijs, & Carleual. *de iudic. lib. 1. tit. 1.*
diſput. 2. quæſt. 7. num. 906. nec non Rot. *in deciſ.* 178.
num. 20. & 21. quæſt. 17. recent. ſubdens hanc exceptio-
153 nem litis pendentiæ eſſe adeò validam, vt ſtatim im-
pediat proceſſum coram alio Iudice quamuis competen-
ti, adeò vt ſtatim ac dicta exceptio fuerit oppoſita, quem-
libet alium Iudicem, quaſi per præuentionem habentem
manus ligatas, non poſſe amplius ſe ingerere in cauſa,
teſtatus fuerit Fermoſin. *in allegata quæſt. 1. num.* 18.
& 19. Rot. Florent. *in alleg. deciſ. Piſcienſis Incompe-*
petentiæ pag. 2. à tergo in verſic. Non etiam, Afflict. *de-*
ciſ. 351.
Et hæc litis pendentis exceptio eſt tanti roboris propter
154 legitimam præuentionem, vt nec ipſe Cardinalis Le-
gatus valeat cognoſcere, atque auocare cauſam iam
prius pendentem coram Ordinario, vt ex Abb. aliiſque
Canoniſtis teſtatur Ferret. *in conſ. 39. in princip. num.* 4.
Quinimò nec prætextus neceſſariæ defenſionis, nec 155
etiam legitima ſtatus mutatio, vel ſuperueniens priuile-
gium, vllatenus ſuffragari poteſt ad euitandam præuen-
tionem atque litis pendentiam, latè Cancer. *var. reſolut.*
par. 2. cap. 2. de iuriſdict. iudic. & for. compet. num. 245. vbi
ſub num. 264. tradit non ſolùm illum, non poſſe declina-
re Forum ſui Iudicis; ſed nec etiam Iudices Eccleſiaſticos 156
poſſe inhibere, & quatenus etiam inhibeant poſſe Iudicem
ſæcularem ſpreta inhibitione ad vlteriora procedere, &
hunc eſſe effectum præuentionis luculenter obſeruant Petr.
Barboſ. *ad l. ſi quis poſteà num.* 110. *& ſeqq. ff. de iudic.* Fer-
moſin. *in cap. propoſuiſti 19. part. 3. num. 36. de for. compet.*
Carleual. *de iudicijs lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 7. num.* 906.
in his terminis fortioribus legitimè mutationis ſtatus, vt
in terminis ſuperuenientiæ noui priuilegij adeſt textus
punctualis, tam de iure ciuili, quàm canonico, nem-
pè *l. ſi quis poſteà 7. ff. de iudic. & in cap. propoſuiſti*
19. de foro compet. lib. 2. Decretalium, vbi gloſſ. ſpecia-
liter notat, quod per ſolam citationem perpetuatur iuriſ-
dictio Iudicis citantis, quoad cauſam illam, pro qua fuit
præuentum.
Nec vllam rationem habendam eſſe putauimus de autho- 157
ritate Couarr. *practic. quæſt. cap. 13. num.* 4. Tum quia,
non loquitur in caſu, vbi cum ipſo tertio, iam aderat in
alio Tribunali litis pendentia ſuper eodem articulo, & fuit
legitimè præuentum à Reo poſſeſſore, de quo ſanè caſu
nullum verbum facit Couarr. quia vti vir doctiſſimus, non
ignorabat, quod ſtatim ac per citationem legitimam fuit
præuenta iuriſdictio, neque Actor, neque Reus altero 158
inuito poteſt Forum quoquomodo, & ex quacumque
cauſa mutare, quoad litem cœptam, & præuentam;
ſed ea coram præueniente Iudice, venit ex neceſſitate
proſequenda, vtpotè eadem inſtantia perſeuerante, vt
ijs præciſis verbis aduertit Fermoſin. *in dict. cap. propo-*
ſuiſti quæſt. 1. num. 37. Tum etiam quia idem Couarr. 159
ſupponit expreſsè communionem inter cohæredes, &
ideò ponderat, quod ſaltem ſententia faceret præſum-
ptionem aduerſus alium, licet non rem iudicatam ex
quo deducit intereſſe alterius cohæredis, quæ quidem
communio deſideratur in caſu noſtro, quia D. Philip-
pus nullam habet communionem cum dicta D. Mar-
chioniſſa Maria; Nam ſolum D. Philippus, vti maſcu-
lus vigore ſtatutorum excluſiuorum fœminarum poſſi-
det omnia bona dictarum hæreditatum, ac propterea
ſi præfatæ DD. eius Sorores, tam Eccleſiaſtica, quàm
laicalis prætendunt vnà cum ipſo ſuccedere in earum
portionibus, cum agatur de re diuidua, vt ſatis ſu-
perque probauimus ſupra in reſponſione ad primam
exceptionem, debet vnaquæque adire ſuum Iudicem
competentem ipſi reo poſſeſſori, in quo ſanè caſu, ne
dum ſententia lata aduerſus vnam, non faceret rem
iudicatam aduerſus alteram; ſed nec etiam vllam præ-
ſumptionem, dum propter diuerſas rationes, quæ mi-
litare poſſunt potius ad fauorem vnius, quam alterius
nihil repugnat, quod ferantur contrariæ ſententiæ, vt
in puncto hæreditatis, & inter eoſdem cohæredes,
tradit *Text. in l. nam eſt ſi parentibus 15. §. filius ff.*
de inoff. teſtam. & ibid. Bart. Fulgoſ. & Odofred.
Ex quibus clarè patet Couarr. aſſertionem in præci-
tato loco caſui noſtro nequaquam applicari.
Iure meritò tamen aſſerere poſſumus mirabiliter con- 160
gruere caſui propoſito aliam eiuſdem Couarr. traditio-
nem *in eodem cap. 13. ſub num. 1. ad fin.* valdè nota-
tu dignam circa huiuſmodi comparitiones, ac oppoſi-
tiones factas à tertijs, inquit enim Couarr. *in præcita-*
to loco. Qua ratione plura deduci poterunt, quæ ſunt in
praxi maximè notanda ad rectum Iuſtitiæ miniſterium,
& vt calumnijs occurramus, quæ facillimè contingunt in
his oppoſitionibus, cum plerumque fiant potius iniuria, & ma-
litia, quam iure.
Quandoquidem dubitari minimè poteſt, quin dicta
comparitio, & prouocatio ſint nimis affectatæ, & artifi-
cioſæ, aque valdè ſuſpectæ de colluſione ad declinandam
laicam iuriſdictionem, prout ſatis manifeſtè præſeferunt
tota facti ſeries, & omnes circumſtantiæ infra ſuo loco
ponderandæ.
Animaduertentes informantes pro D. Marchioniſſa 161
Maria præiudicium, quod ei oriebatur ex ſupradicto
iudi-

iudicio legitimæ præuentionis triplici ex capite acriter eam subuertere curauerunt.

162 Primò, quia remedium intentatum per dictum D. Philippum coram Supremo Magistratu, *vel legis diffamari C. de ingen. & manumiss. vel legis si contendat ff. de fideiuss.* nullam inducit præuentionem, quoad negotium principale, quando Reus originarius duos, vel plures habet Iudices competentes iuxta doctrinam Couarr. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 6. quem sequuntur Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. & Fermosin. *in cap. cum sit generale cap.* 8. *quæst.* 4. *num.* 3. *de for. compet.*

163 Secundò, quia cum iuris communis dispositione concurrit etiam municipalis sanctio *in lege diei* 23. *Mensis Ianuarij* 1572. per quam expressè disponitur: *Che i libelli, & remedij diffamatorij hoggi pendenti, e che in l'auuenire si proporranno, o intenteranno nelle cause ciuili, non s'intendino indurre quanto al giudizio principale preuentione, pendentia di lite, ò altro, che potessi torre al creditore, & à quello, che doueua sostenere nel vero giudizio la persona dell'Attore, la elezione del Foro, à lui dalle leggi communi, ò Statuti di Fiorenza concessa, ancorche con detti remedij diffamatorij fussino cumulati. altri remedij di qualsiuoglia sorte, di modo, che facendo il diffamante asserto creditore la sua petitione, ò domanda ordinata sopra quello, che pendeua la causa della diffamazione auanti vno de' Giudici competenti, s'intenda subito la diffamatoria estinta, & non domandando, e lassando seguire il giudizio della diffamazione fine alla sentenza il Giudice cognitore della diffamatoria sia tenuto, & obligato assegnare tempo di vn mese almeno, o più ad arbitrio suo secondo la qualità del caso delle persone, e loro impedimenti al detto diffamante asserto creditore à far la sua petizione, e proseguirla fino al fine innanzi à qualsiuoglia Giudice competente, & relassare in effetto la elezione del Foro al creditore, & à colui che originalmente, deue essere Attore nella causa principale, pur che agiti dentro al termine assegnatoli, & non agitando doppo tal termine la diffamatoria operi, & habbia quell'effetto, che sarà stato dichiarato per giustizia, nella sentenza, & resiudicata data sopra detta diffamatoria, e tutto quelle, che si facessi senza osseruare l'ordine, e forma soprascritto fusse ipso iure nullo, & inualido con espressa dichiarazione; perocche non s'intenda in parte alcuna alterata, ò impedita la legge, e prouisione, che dispone, e tratta della incompetenza de' Giudici.*

164 Tertiò, quoniam quando præmissa etiam non obstarent cum non fuerit transmissa cum citatione copia Libelli per dictum D. Philippum præsentati coram Illustriss. Supremo Magistratu contra dictam D. Marchionissam Mariam, prout requiritur à *Statuto Florentino lib.* 2. *rubr.* 1. *De modo procedendi in ciuilibus* dictum iudicium præuentiuum, tamquam, non seruata forma à lege municipali præscripta nullum redditur, nec ius aliquod tribuit, ac nullum producit effectum, ex infra dicendis; formam autem esse per dictum Statutum inductam controuerti minimè posse videtur, quia per illud imposita est necessitas Actori transmittendi cum citatione copiam Libelli Reo conuento, siquidem quando additur per legem necessitas aliquid faciendi forma inducta dicitur Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 36. *gloss.* 3. *num.* 25. Bero. *quæst.* 24. *num.* 4. Barbos. *tract. variar. axiom.* 100. *sub num.* 2. *in vers. Secundo*, & est in iure certum, quod forma in aliquo actu seruanda, si in illo deficiat actus est nullus, *l. Meuius, l. quis heredi ff. de condit. & demonstr. l.* 1. *&* 2. *C. quand. prouocare, non est necesse*, Soar. *de legitim. lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 1. Valenzuel. *cons.* 112. *num.* 58. Barbos. *dict. axiom.* 100. *num.* 2. prout est axioma indubitabile, quod nullum, quod est nullum producit effectum, *l.* 4. *§. condemnatum ff. de re iudic. l. non putauit §. non quanis ff. de bon. possess. contr. tabul. l. non dubium C. de legib. cap. illud de iur. patronat.* Surd. *decis.* 40. *num.* 8. *& cons.* 3. *num.* 11. *& cons.* 373. *num.* 24. cum alijs pluribus relatis per Barbos. *in dd. eius tract. variar. axiom.* 164. *num.* 1. *pag. mihi* 110. & nullum esse, vel esse sine effectu paria sunt, Surd. *cons.* 3. *à num.* 8. *& cons.* 157. *à num.* 13. *& cons.* 179. *à num.* 49. *&* 381. *à num.* 13. *& decis.* 51. *num.* 21. *&* 22. & ideò nullum, quod est ius aliquod tribuere non potest, Rot. *decis.* 572. *num.* 9. apud Farinac. *par.* 1. *recent.* Barbos. *dict. axiom.* 164. *num.* 3. Nec vllum præstat impedimentum præsertim si contineat præiudicium tertij ex allegatis per Barbos. *in præcitato axiomat.* 164. *num.* 4. vbi *num.* 5. subdit actum nullum allegabilem, non esse.

Verùm præuentionem prædictam ex dictis tribus ponderatis capitibus nullatenus labefactare putauimus, sed in suo robore remanere, ac suum operari effectum constanter asserimus.

Quandoquidem, quod attinet ad primum caput res- 165
ponsio facilis redditur animaduertendo, quod contraria opinio quicquid dicat Couarr. etiam ita simpliciter, & in abstracto desumpta est verior, ac magis communiter recepta, vt validissimis fundamentis eam tuentur, Caccialup. *in l. omnes populi num.* 9. *ff. de iust. & iur.* Felin. *in cap. cum sit generale num.* 6. *de for. compet.* Rom. *cons.* 412. *num.* 4. vbi restatur de communi Gabr. *lib.* 2. *de actionib. conclus.* 6. *num.* 31. *&* 32. Cagnol. *in l. diffamari num.* 10. *in fine in versic. sed opponitur*, & Contard. *ibid. quæst.* 2. *num.* 28. *in vers. contrarium*, Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 1. *de diffamat. resol. vlt. num.* 7. & plenè etiam discusso articulo, atque testando de veriori hanc opinionem tutantur Marchesan. *de commiss. iactation. part.* 3. §. 2. *num.* 76. *pag. mihi* 349. Ridolph. *in eius praxi iudiciaria part.* 3. *cap.* 3. *à num.* 56. *vsque ad num.* 61. iunctis etiam *num.* 76. *&* 80. in quibus locis specialiter reprobatis fundamentis Soccin. atque Couarr. qui eum sequitur probat contrariam opinionem, ne dum esse veriorem, sed etiam communem.

Et ideò prorsus in iudicando cauendum videtur à 166
Tondut. *de præuent. part.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. & à Fermosin. *in cap. cum sit generale* 8. *quæst.* 4. *num.* 3. *de for. compet.* dum isti, non discusso articulo clausis oculis sequuntur Soccin. *in cons.* 94. *lib.* 3. atque Couarr. nullum alium allegando, adeòut ipsemet Fermosin. *sub num.* 5. fateatur illa omnia decerpsisse à Couarr.

Præterea dato (nullatenus tamen concesso) quod Soc- 167
cini, & eius sequacium opinio esset verior, ac communior, omnis tamen in casu præsenti remouetur difficultas, dum Doctores omnes vnanimiter conueniunt, quod vbi diffamatus, non præuenerit diffamantem super assignatione termini ad agendum; sed etiam cumulatiuè super negotio principali, & veritate diffamationis, petendo declarari nullum ius competere aduersario iuxta terminos *legis si contendat ff. de fideiussorib.* tunc præuentio inducatur coram illo Iudice etiam si Reus duos, vel plures haberet Iudices competentes vt egregiè declarat ipsemet Soccin. *in cap. proposuisti num.* 26. *vers. Et aduerte circa id de for. compet. & in cons.* 41. *num.* 5. *lib.* 1. inquiens in hoc casu decisionem esse claram, quoad inductam præuentionem, etiam in causa principali, optimè, ac magistraliter Ferret. *in cons.* 39. *num.* 2. 3. *& per tot.* Tuseh. *in litt. D. conclus.* 411. *num.* 10. Boss. *de for. compet. num.* 107. Borgnin. *decis.* 9. *num.* 3. *part.* 4. Cost. *de remed. subsid. remed.* 50. *num.* 10. *&* 16. Alciuiad. *lucar. practic. obseruat. lib.* 3. *Academ.* 6. *obseruat.* 1. *n.* 4. *& seqq.* Franc. *decis.* 395. *in fine*, inquiens declarationem Soccini esse veram, quinimò prorsus cessare in hoc casu obiectum luculenter animaduertit Mastrill. *in dec.* 14. *num.* 19. quod etiam probat Ridolphin. *in dict. cap.* 3. 168
num. 81. & ita quoque magistraliter inter vtrumque casum postea distinguit se declarando, ac se citando in loco superiùs pro parte D. Marchionissæ Mariæ allegato Fermosin. *in cap. proposuisti* 19. *quæst.* 22. *num.* 1. *&* 2. *de for. compet.* subdens in hoc casu esse præuentam iurisdictionem, quoad totum, nempè, quod assignationem termini, & quoad negotium principale.

At si prædicta vera sunt ac locum habent in supradictis fortioribus terminis iudicij iactationis ex *l. si contendat*, vtique eo magis id procederet, vbi simpliciter, 169
& absque vlla mixtura iudicij diffamatorij ad defensionem possessionis, & ad inquietationes remouendas per dictum D. Philippum petitum fuit præfatæ D. Marchionissæ Mariæ nullum ius competere, & ipsum absolui diffinitiuè à quacumque illius prætensione, vt innuit Gratian. *discept. forens. cap.* 85. *num.* 1. *iunctis etiam numer.* 11. 12. *&* 13. in quibus terminis etiam ad effectum præuentionis consuluit Rom. *in cons.* 412. *num.* 1. 2. *&* 4.

Porrò cum in hoc casu vnicum sit iudicium, & tam sit causa præparata, quam præparatoria, adeòut nil aliud sit examinandum, ac decidendum, nisi super meritis causæ, ac negotio principali successionis, vel eius exclusionis. Quinimò cesset illa ratio, quod ex comparatione rei in termino assignato ad decernendam actionem, desinat primum iudicium, & fiat locus secundo, in quo postea debeant discuti merita causæ propter quam rationem principaliter se mouent Couarr. & Tondut. *in præcitatis locis*, nullus equidem remanet dubitandi locus de necessa-
170 ria præuentione super ipsa actione, atque causa principali, ponendo pro regula certa, & indubitata, quod vbicumque speratur sententia ferenda, quæ debeat parere exceptionem rei iudicatæ in meritis, tunc semper inducatur præuentio, quippe quia tunc pernecesse in illo iudicio ius Actoris, veniat discutiendum, vt eleganter ponderat Ferret. *in cons. 39. num. 2. iuncto num. 8. in fine*.

Quamobrem opus minimè videbatur, vt D. Philippus ostenderet cuius alterius legis virtute actionem negatoriam intentare potuerit, petendo coram Supremo Magistratu iudicari causam in meritis, quando, non est Actor, sed Reus originarius.

Quandoquidem si hoc ex communi DD. opinione potest fieri in iudicio iactationis, vel in remedio *l. si contendat*, cumulando petitam assignationem termini ad agendum vnà cum negotio principali, vt luculenter fuit superiùs ostensum, vtique tanto magis hoc potuit
171 fieri in hoc iudicio à præfato D. Philippo ad instar actionis negatoriæ licet Reo originario, in qua prouocans remanet Reus, vt ex Dec. tradit Rot. coram Seraphin. *in d. decis. 1436. num. 4. in fine*, in quo sanè iudicio nulla petita assignatione termini ad agendum; sed negando ius competere DD. eius Sororibus super hæreditatibus, de quibus agitur, vt pariter in eius casu aduertit Rot. coram Seraphin. *decis. 1436. num. 4.* petitur absolui à quacumque prætensione id etenim passim fieri in Supremis Magistratibus, atque Magnis Curijs testantur infinitis cumulatis Amat. *resolut. 52. num. 1.* Grattian. *discept. forens. cap. 85. num. 1.* Ridolph. *in praxi iudiciar. part. 3. cap. 3. num. 112.* Rom. *cons. 412. num. 1. & 2.* quod est in hac materia magistralis, & Mastrill. *decis. 14. numer. 19.*

172 Vltraquamquod ex abundanti ad euitandas molestias, & inquietationes, præuia imploratione officij Iudicis, ac Magistratus Supremi per dictum D. Philippum fuit intentatum, quodlibet aliud iuris remedium magis vtile, expeditum, proficuum, & opportunum, quo casu cum sint intentata omnia remedia inducta à legibus, ac iuribus cumulatis, nullatenus dubitari poterit de prædicta facultate agendi, quomodocumque etiam res accipiatur secundum punctuale *cons.* Romani 412. *num. 1. & 2. cum seqq.* Et in indiuiduo, quod licitum sit Reo principaliter petere, vt declaretur ius Actori non competere, & absolui à petitis, testatur Dec. *in cons. 3. num. 9. & 10.* quod etiam confirmat Rot. *in decis. 236. num. 3. par. 1. diuers.* quibus additur punctualis doctrina Castrensis *in l. si contendat 29. n. 1. & 2. ff. de fideiusso-*
173 *ribus*, vbi ait, quòd vbicumque ego possideo aliqua bona, & pretendo me ius habere in illis, possum agere, vt declaretur illud mihi competere, adeòut si dubito in illis molestari, possum etiam agere ad declarandum te nullum ius habere in ijsdem bonis; quam Castrensis doctrinam ad hunc effectum præuentionis valdè commendat Ferret. *in d. cons. 39. num. 3.* qui quidem casus à Castrense, ibi figuratus, vt est casus noster, cum dubitari minimè possit, quin D. Philippus sit Possessor, & prætendat habere ius in ijsdem bonis extra Dominium Serenissimi Magni Ducis existentibus stante Statuto exclusiuo fœminarum vigente, tum in hac Ciuitate, quam Romæ, ac in tota ferè Italia.

Et quamuis ex præmissis omnis prorsus remoueatur dubietas respectu propositæ præuentionis; Ex alia tamen animaduersione penitus diluitur suscitata difficultas fundata in authoritatibus Couarr. Tondut. & Fermosin. *de quibus supra*, & alijs per DD. Informantes pro D. Marchionissa Maria deductis. Quandoquidem considerandum proponimus, quod in hac quæstione
174 Doctores sententiam negatiuam tuentes, videlicet remedium *l. diffamari C. de ingen. vel l. si contendat, ff. de fideiussoribus*, non inducere præuentionem pro indubitato supponunt, quod Reus Originarius habeat duos, vel plures Iudices competentes cum facultate competente Actori diffamanti eligendi quem veli, quod quidem suppositum in præsenti casu nullatenus verificatur, vt pariter in eius casu replicando *ad cons. 94.* Soccini ponderat Ferrett. *in dict. cons. 39. num. 8. in fine*, dum præfatus D. Philippus nullum habet Iudicem competentem in hæreditatum prædictarum controuersia, inter ipsum, & dictas eius Sorores laicas, nisi Magistratum Supre-
mum, cum cuicumque notorium sit in hac Ciuitate, ne 175
dum istum Forum esse proprium, quo ad Coniunctos, & consanguineos, verùm etiam priuatiuum quo ad omnes alios huius Serenissimæ Ditionis, & tamen sufficere ad hunc effectum, quod fuerit præuenta iurisdictio coram ordinario ambarum partium, testatus est idem Ferrett. *in dict. cons. 39. num. 8.*

Nullum pariter obstaculum facere censuimus secun- 176
dum caput fundatum in sanctione municipali Legis 1572.

Quia Lex prædicta loquitur, & procedit in casu, quo ex remedio *l. diffamari* cumulato cum alijs quibuscumque remedijs introductum fuit simplex iudicium diffamationis, ad effectum; vt actor Originarius cogatur exhibere suam petitionem in causa principali, vt satis clarè indicant verba eiusdem Legis, ibi, *Di modo, che facendo il diffamante asserto Creditore la sua petizione, o domanda ordinata sopra quello, che pendeua la causa della diffamazione, &c.* causa autem, seu iudicium diffamationis dicitur illud, quod introducitur ad hoc, vt Actor agat, vt animaduertit Fermosin. *in cap. cum sit generale 8. quæst. 4. num. 4. & in cap. proposuisti 19. quæst. 22. num. 6. de foro compet.* Tondut. *de præuent. quæst. 1. cap. 8. sub num. 4. circa medium, & vers. Ergo his remedijs*, & in eisdem terminis prosequitur dicta lex municipalis, ibi, *s'intenda subito la diffamatoria estinta, &c.* Et ibi, *e lasciando seguire il giudizio della diffamazione, &c.* sententia quoque à Iudice ferenda, de qua loquitur eadem municipalis sanctio manifestè demonstrat eam loqui de simplici iudicio diffamationis, ibi, *Il Giudice cognitore della diffamatoria sia tenuto, & obbligato assegnar tempo di vn mese almeno, &c. al diffamante asserto creditore à far la sua petizione, &c.*
Quem quidem intellectum sic, vt supra expositum in- 177
uenimus canonizatum à D. Auditore Camillo Staccolo in *Florentina inhibitionis de Serristoris 16. Iunij 1643.* de qua *in Libro Mot. 121. pag. 14. in §. Neque prodesse potest DD. Manellis, & Zatis lex super libellis diffamationum edita 23. Ianuarij 1572.* ibi, *Nam non fuit à D. Equitem intentatum iudicium diffamationis in cuius libello concludi debet, vt diffamanti præscribatur tempus ad agendum contra diffamatum, quo elapso amplius, non audiatur l. diffamari, & ibi gloss. sub initio*, Alberic. & Bald. *num. 1. C. de ingenuis, vbi num. 8. ait imponi debere diffamanti perpetuum silentium super tota causa, & diffamatione, & non pronunciari diffamatum esse liberum, quia super libertate nihil fuit probatum, in libello autem D. Equitis Serristorij conclusum fuit fore deueniendum ad generalem computorum solidationem ad condemnandumque debitorem Creditori per solidationem computorum, &c.*

Nil reuelantibus verbis eiusdem Legis, ibi, *ancorchè con detti remedi diffamatori fossero cumulati altri remedi di qualsiuoglia sorte, &c.*

Quoniam cùm non detur cumulatio, nisi in remedijs 178
vniformibus, non autem in omnino diuersi, & inuicem repugnantibus, necessario propterea est intelligenda in ijs casibus, in quibus vniformiter cumulantur plura remedia ad eumdem finem simpliciter cogendi Actorem ad agendum, prout solent cum *l. diffamari* cumulari, *l. si contendat de fideiussoribus, & l. Aurelius §. centum de liberat. legat.* vt obseruat Couarr. *var. resolut. lib. 1. cap. 18. numer. 3. in fin.* & satis superque percipitur ex dictio-
ne illa *altri*, quæ similitudinem denotat, & est rela- 179
tiua, & repetitiua similium, & facit positionem eiusdem qualitatis ad præcedentia, *l. quidam relegatus*, & ibi Bart. *ff. de reb. dub. l. 3. vbi gloss. Cod. de seru. fugitiu. cap. sedes de rescript. gloss. in verbo alio quocumque modo*

in l. 1. ff. mandati, Tiraquell. *ad leges connub. gloss. 5. n. 8. ad finem*, Natt. *cons.* 298. *num.* 5. *volum.* 1. Alex. *cons.* 119. *num.* 8. *volum.* 2. Curt. iun. *cons.* 38. *num.* 1. Honded. *cons.* 7. *num.* 31. *volum.* 2. Afflict. *decis.* 244. *num.* 1. Osasch. *decis. Pedemont.* 157. *num.* 7. Surd. *decis.* 265. *num.* 24. & 274. *num.* 4. & *cons.* 42. *num.* 26. Seraphin. *decis.* 587. *num.* 2. Rot. penes Farinac. *decis.* 391. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* & apud Paul. de Rub. *decis.* 104. *num.* 12. *tom.* 3. *diuers. alias part.* 7. *recent.* vbi quod non potest imperare modos diuersæ naturæ, *Narbona lib.* 8. *gloss.* 5. *n.* 7. *tit.* 5. *lib.* 1. *Recop. ex l.* 31. *gloss.* 11. *num.* 18. *pag.* 109. vbi quod repetit similes qualitates præcedentibus, & *l.* 20. *glos.* 17. *num.* 1. *cum seqq. tit.* 1. *lib.* 4. *Recop.* vbi quod est repetitiua similium cum eisdem qualitatibus, & refertur ad similia, etiam in qualitate, Ruin. *cons.* 181. *num.* 2. *volum.* 2. Paris. *cons.* 145. *à num.* 25. *volum.* 4. Osasch. *decis.* 52. *num.* 123. prout etiam repetit conditionem præcedentis dispositionis in sequentem, Viu. *decis.* 193. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 1. *collect. decis. par.* 1. *collect.* 589. Galganett. *de condit. & demonstrat. part.* 1. *cap.* 1. *quæst.* 18. *num.* 12. ac est repetitiua qualitatis, & similitudinis in substantia, Surd. *cons.* 21. *num.* 13. & 14. *lib.* 1. Rota apud Farinac. *decis.* 327. *num.* 7. & *decis.* 663. *num.* 87. *part.* 1. *recent.*

180 Et adeò hæc dictio est relatiua, & præseruatiua similium, & qualitatum præcedentium, vt id procedat etiam si apponatur verbum vniuersale, vtpotè *quibuscumque*, quia huiusmodi verbum, non alterabit naturam dictionis alijs, quæ, vt dictum est, relatiua est similium, Calderin. *cons.* 111. *ad finem alias* 2. *de arbitr.* Tusch. *conclus.* 245. *num.* 9. Ias. *in l. si vnus ex argentarijs ff. de pact. & in l. quicumque num.* 3. *C. qui admitti*, Alex. *cons.* 26. *incip. viso num.* 26. *vers. Confirmatur lib.* 4. & *cons.* 70. *incip. Magnificus num.* 3. *vers. Nec obstat lib.* 6. Felin. *in cap. sedes num.* 5. *vers. Sed contra de rescript.* vbi ponit plura exempla Roman. *cons.* 80. *num.* 9. *in fin.* quod præcipuè procedit, quando verba prolata sunt à lege, Curt. iun. *cons.* 1. *num.* 3. & *seqq.* Tusch. *conclus.* 355. *num.* 10.

181 Minus vim aliquam constitui posse super tertio capite deducto ex allegato *Statuto Florentino lib.* 2. *rub.* 1. *De modo procedendi in ciuilibus*, &c. arbitratis fuimus. Quandoquidem Statutum prædictum expresè loquitur de causis introducendis in Curijs Officialium Forensium Ciuitatis Florentiæ, quæ sunt Curiæ Quarteriorum, & Potestatis Florentiæ, ibi, *Et terminandas coram quibuscumque Iudicibus, & Officialibus forensibus Ciuitatis Florentiæ proponeretur*, &c. Et inferiùs, ibi, *Et quod omnes quæstiones, & causæ præfatæ de cætero mouendæ in Curijs quorumcumque Officialium forensium Ciuitatis Florentiæ intelligantur*, &c. Et rursus, ibi, *Et copiam talis petitionis dimittat infixam Ianuæ Palatij Residentiæ D. Potestatis Communis Florentiæ.*

182 Quamobrem, non potest comprehendere Magistratus Ciuium Florentinorum, & præcipuè Magistratum Supremum, qui amplissimam habet authoritatem, & coram quo non attenduntur iuris apices. Qualitas enim dispositionis, vbi deficit, deficit & ipsa dispositio *gl. in verbo auocandum in l. mancipia ff. de seru. fugit.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 82. *num.* 1. Surd. *cons.* 400. *num.* 16. & *cons.* 514. *num.* 4. Adeòut si qualitates plures à lege requisitæ sint omnes insimul concurrere debent, nec sufficit si vna solum adsit, *ad Text. in l. si haredi plures ff. de condit. instit. §. pen. instit. cap. fin. de verb. signific. lib.* 6. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 13. *numer.* 100. Barbos. *in eius tract. variar. axiomat.* 196. *num.* 7.

183 Hæc tamen sint dicta ex abundanti, quia omnis prorsus tollitur dubietas, dum habemus reformationem diei 23. Iulij 1477. per quam expresè abrogatum est onus transmittendi copiam Libelli, nec amplius in Rota seruatur hæc solemnitas.

Verùm enimuerò circumscriptis etiam omnibus ijs, quæ de præuentione asseruimus, quæ validissima sunt, & nullo pacto elidi posse credimus, si in sensum veritatis ea intueri volumus, omnia quæ de comparitione dictæ D. Marchionissæ Mariæ in Foro Ecclesiastico, etiam tamquam tertiæ, & eius prouocatione facta, vt asseritur à præfati Monialibus, mediante citatione ad earum instantiam ad ipsam transmissa ad comparendum in Foro Ecclesiastico per Dominos eiusdem D. Marchionissæ Mariæ Informantes ponderata fuere in secunda exceptione euanescere penitus existimauimus, animaduertendo, quod eadem comparitio, & prouocatio, examinata tota facti serie, nimis affectata, & collusiua ad effectum declinandi iurisdictionem Celsitudinis Suæ Serenissimæ detecta fuit. Vnde succedit 184 vulgata iuris conclusio, quod priuilegium fori, seu exemptionis procuratum, & affectatum, vt in casu nostro, prout pensata tota facti serie, & clarius, & euidentiùs constabit ex inferiùs dicendis, dum de collusione tractabimus, quæ quidem conclusio probatur ex regula *Text. in l. sed & qui data opera* 5. *ff. ex quib. caus. maior. & in l.* 2. *§. vltim. ff. si quis caut. l. si maritus* 15. *§. legis Iuliæ ff. ad l. Iul. de adult.* & in his præcisis terminis præuentionis affirmat Becc. *in cons.* 69. *numer.* 7. & 8. *lib.* 1. Fermosin. *in cap. proposuisti* 19. *quæst.* 3. *num.* 11. *de for. compet.* Carleual. *de iudic. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *disputat.* 2. *quæst.* 6. *sect.* 7. *num.* 638. *pag. mihi* 263.

Regulare est etenim beneficium iuris, seu priuilegium 185 indultum ob aliquam causam, non iuuare illum, neque illi prodesse, qui eam causam etiam licitè, ne dum si illicito medio affectauerit, *dict. l. sed & qui data opera* 5. *ff. ex quibus caus. maior. l. penult. C. quomodo, & quando Iud. l. vniuersi C. de legat. lib.* 10. *§. item tria instit. de excusat. tutor. & ibi gloss.* Rom. *singul.* 597. Felin. *in cap. licet ratione vltimo num.* 25. *de for. compet. vers. Secundò addunt moderni, & in cap. vltim. num.* 2. *in fine, & num.* 3. & 4. *de test. & addit. ad eum locum*, Hippol. & Marsil. *in repet. Rub. de fideiuss. ex num.* 175. & *in l.* 1. *§. cum quis latrones num.* 6. & *seqq. ff. de quæstionibus*, Surd. *cons.* 42. *ex num.* 23. *lib.* 1. Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 35. *gloss.* 4. *ex num.* 27. Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 16. *num.* 9. *vers. Secundò illud*, Barbos. *in l.* 2. *§. legatus num.* 66. *ff. de Iudicijs.*

Verùm si hæc procedunt, quando quis licitè procurat, 186 & affectat aliquod beneficium, ac priuilegium sibi à iure indultum; equidem fortiùs locum sibi vendicabunt in casu nostro, in quo cum affectatione concurrit manifesta collusio dictæ D. Marchionissæ Mariæ, cum dictis Monialibus in fraudem iurisdictionis laicalis, quæ regulariter, ac ferè semper à iure nostro reijcitur, ea palpabili, & conuincenti ratione, quod versutia, & fraus nemini patrocinari debet, Surd. *cons.* 32. *num.* 5. & in puncto præuentionis hanc rationem ponderat Mascard. *de probat. conclus.* 1232. *num.* 20. Rebuff. *in tract. de benefic. artic. vnico num.* 12. Carleual. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 3. *num.* 908. *circa medium.* Adeòut 187 Rota Romana semper tenuerit actum, qui ex collusione resultat, haberi pro nullo, perindè ac si factus non fuisset, vt inter aliàs decisiones firmat Merlin. *in decis.* 13. *num.* 2. & 3.

Additur quod à nemine controuertitur collusionem esse illicitam, ac à iure damnatam quotiescumque illa est 188 contra dispositionem legis, vel sub mendicato velamine tendit ad euertendas ipsas iuris regulas ad *Text. in l.* 1. & *toto tit. C. de collus. cap.* 3. *extra eodem tit.* aut ex ea resultat præiudicium tertij; Qui omnes profectò casus, licèt alter solum sufficeret, mirificè verificantur in proposito casu prepenso, quod omnes iuris regulæ supra per nos traditæ destruerentur, sunt etenim, vt prosequenda sit causa, ac terminanda, vbi iudicium est cœptum atque præuentum iuxta *Text. expressos in l. vbi cœptum* 10. *ff. de iudic. & l. si quis postea* 7. *ff. eod. tit. & in cap. proposuisti* 19. *de for. compet.* vltra superiùs relatos in responsione *ad secundam except. in vers. Verùm hæc exceptio, & seqq.*

Siquidem præuentionis effectus est consolidare om- 189 nem iurisdictionem, quam habent plures Iudices, eamque appropriare præuenienti, itaut deinceps ipse solum possit de causa cognoscere, & sit præferendus in cognitione, & processu causæ, cæteris omnibus Iudicibus competentibus, & alij non debeant, neque possint, quasi per præuentionem habentes manus ligatas, se amplius in ea causa ingerere; sed processus præuentionis faciat silere processus præuentorum ad *Text. in l. cum*

l. cum quadam 19. in principio ff. de iurisdictione omnium iudic. & in l. si quis postea 7. ff. de Iudicijs, cap. proposuisti 19. de foro compet. & ibi Marian. Soccin. *num. 27.* Hippolit. de Marsil. *in repetit. l. extra territorium fin. num. 201. ff. de iurisdict. omnium Iudic.* Scaccia *de Iudicijs lib. 1. d. cap. 12. num. 57. & 66.* Bossius *tit. de foro compet. num. 79.* Gail. *obseruat. practicar. lib. 1. obseruat. 29. num. 6.* cum alijs relatis per Carleual. *de iudic. tom. 1. lib. 1. disput. 2. quæst. 7. sect. 3. num. 899. pag. mihi 376.* & nouissimè per Sabell. *in Summa §. Præuentio num. 1. vlt. & per totum cum Addit.*

190 Ex quo sanè præuentionis effectu oritur alius, qui est, vt facta præuentione per legitimam citationem, non possit deinceps neque Actor, neque Reus altero inuito Forum mutare, quoad litem ceptam, & præuentam; sed eam coram præueniente Iudice prosequi teneantur, & finire siuè adueniat nouus Forus de iure communi, siue ex nouo superueniente priuilegio, *l. cum quadam 19. in principio ff. de iurisdictione omnium indic. l. si quis postea 7. l. vbi ceptum 30. ff. de iudic. cap. proposuisti 19. de foro compet.* in quibus locis id notant omnes Doctores, & singulariter Marian. Soccin. *in d. cap. proposuisti num. 36. & 38. & ex num. 45.* & idem probat Carleual. *de iudic. in allegato tom. 1. lib. 1. tit. 2. disput. 2. quæst. 7. sect. 3. num. 906. ex* Decian. Barbos. Valasc. Surd. Cancer. Caualcan. Tuscho, Marta, Marcel. Cala, Giurba, & Grass. *de effect. Cleric.* contumeliam namque Iudici facere videtur is qui eo relicto vadit ad alterum, vt luculenter obseruat Azeued. *lib. 4. tit. 1. de la iurisdiction. real. lib. 10. num. 2.* Qua-

191 propter hinc oritur, inquit ibidem Carleual. *num. 907.* vt Clerici, aut Religiosi effecti post præuentam causam à sæculari Iudicem coram eodem habeant prosequi iudicium ex allegatis per ipsum *in d. 1. tom. lib. 1. tit. 2. quæst. 6. numer. 445. & melius num. 448.* Item vt miles factus post causam præuentam, quoad litem cœptam, non gaudeat Priuilegio Fori, vt dixit idem Carleual. *d. quæst. 6. numer. 473. cum seqq.* & idem de scholari facto post citationem sentiendum pariter affirmauit ibidem Carleual. *d. numer. 907. & d. quæst. 6. numer. 448.* & pariter, vt qui post litem cœptam cepit esse miserabilis litem non possit trahere ad priuilegiatum Forum, neque eo gaudere, vt asserit idem Carleual. *sub dicto num. 407.* & prius probauit in sæpius allegata *quæst. 6. ex num. 635.* & tandem, vt qui Neapolitanam Ciuitatem acquisiuit post litem cœptam Priuilegio Fori Neapolitanorum gaudere non debeat, Carleual. *dict. quæst. 6. num. 686.* & repetit in *quæst. 7. sub eodem num. 907. ad finem.*

Et non solùm collusio prædicta est contra legis dispositionem, & tendit ad euertendas eius iuris regulas, vt satis superque constat ex mox deductis.

Sed etiam maximum ex ea dicto D. Philippo insurgeret præiudicium, si ea, non reijceretur, & essent attendendi actus ex ea resultantes, quandoquidem, non solùm iudicium iam cœptum, & præuentum coram Illustriss. Supremo Magistratu deserere teneretur, & nouum pati litigium respectu præfatæ D. Marchionissæ in Foro Ecclesiastico in graue eius præiudicium; Vtilius est enim litigare coram Illustriss. Magistratu Supremo in quo litigia vnica sententia terminantur, quam coram Tribunali Ecclesiastico, coram quo tres requiruntur sententiæ conformes, & lites fiunt ferè immortales, vt notorium est, & superiùs obseruauimus in responsione ad primam Exceptionem *in versic. Tum quia n. 115.*

193 Et etiam læderetur publica vtilitas, quæ versatur in litibus abbreuiandis, *l. properandum 12. in principio*, & ibi notata per DD. *C. de iudic. & tollendis impedimentis eas differentibus*, Carleual. *de indic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disput. 6. num. 23. pag. mihi 71.* quandoquidem si verùm est, quod regulariter lites maximas impensas, ærumnas, & incommoda afferunt, quid dicendum de litigijs longissimo tempore duraturis, vt sunt litigia coram Ecclesiastico Tribunali introducta.

Collusio autem in proposita facti species patens, atque euidens est, cum habeamus ne dum causam; sed plures, & quidem vrgentes coniecturas.

194 Causa probari videtur, quia magis interest D. Marchionissæ causam agere coram Tribunali Ecclesiastico, quam laicali, ratione diuersitatis opinionum, quæ potest intercedere inter vnum, & alterum Tribunal, cum illi magis faueat Tribunal Ecclesiasticum ex opinione Rotæ
Romanæ, quæ de directo aduersatur opinioni Rotæ Flo- 195
rentinæ, Cum qua concurrunt plures coniecturæ, quæ pariter per se solæ, etiam absque causa sufficere videntur ad illam iustificandam, & concludendam, vt per Rot. *decis. 268. num. 14. par. 10. & decis. 525. num. 6. par. 13. recen.* Prima igitur est coniectura, quæ deducitur, quia non solùm in præsens, sed etiam in præteritum D. Marchionissa semper tentauit auocare causam ad Tribu-
nalia forensia, & extra iurisdictionem, vt euidenter 196
recognoscitur ex actis annorum 1674. & 1675. & sententia.

Secunda est coniectura deducta ex longo silentio habito 197
per præfatam D. Marchionissam Matiam, antequam promoueretur iudicium de quo agitur coram Ecclesiastico; quod nec etiam promotum fuisset, nisi dictus D. Philippus præuenisset coram Magistratu sæculari, quod vtique factum fuit, non alia ratione, nisi ad effectum inueniendi occasionem se iungendi cum Monialibus, prout ad præsens euenit.

Tertia oritur coniectura ex eo, quia post introductio- 198
nem causæ coram Supremo Magistratu ad instantiam D. Philippi, D. Marchionissa, ac D. Marchio illius vir, licet citati, nihil coram eodem Supremo Magistratu responderunt, sed adiuerunt Curiam Archiepiscopalem, & prouocauerunt Moniales ad mouendum iudicium contra D. Philippum cum declaratione, quod ipsi volebant concurrere ad idem iudicium cum Monialibus, Verall. *decis. 143. sub num. 4. in versic. Tertia fuit.*

Quarta elicitur coniectura, quia nulla adfuit legiti- 199
ma causa, ob quam D. Marchionissa prouocaret sic, vt supra dictas Moniales, & ob quam ipsæ Moniales introducerent iudicium in Curia Ecclesiastica, etiam contra dictam D. Marchionissam, & ideò cum talis prouocatio sit extra ordines, & cum modo non solito pro collusione intrat vehemens præsumptio, Farinac. *de falsit. quæst. 162. num. 155.* Gratian. *discept. forens. cap. 479. num. 79.* Rot. *decis. 283. num. 8. par. 5. & decis. 3. num. 5. par. 9. & dec. 148. num. 17. par. 16. recent.*

Non adfuit quidem legitima causa, quandoquidem, quod Moniales promouerunt iudicium aduersus D. Philippum nihil intereat D. Marchionissæ, & licèt ipsa prouocando Moniales ad litem allegauerit pro legitimo prætextu sententiam Curiæ Romanæ decernentem Monialibus medietatem dictarum hæreditatum in sui præiudicium, tamen hæc sententia remanserat omninò circumducta per signaturam iustitiæ Sanctissimi remittendo causam ex integro ad partes, vltra quam quod poterat facillimè se eximere à lite cum Monialibus opponendo exceptionem litis pendentiæ cum D. Philippo introductæ coram Supremo Magistratu; Adeòut non alio fine censendum sit D. Marchionissam absque necessitate prouocasse Moniales, nisi vt ipsa sub hoc prætextu declinaret Forum laicalem concurrendo adire iudicium cum Monialibus, prout ipsamet in dicta comparitione exhibita in Curia Archiepiscopali profitetur, Moniales autem satis corresponderunt huic collusioni petendo medietatem dictarum hæreditatum, & citando D. Marchionissam, quia cum illa per dictam eius comparationem declarauerit se velle consequi suam ratam earumdem hæreditatum, indebitè deindè Moniales petierunt earum medietatem cum non augeatur portio succedentis, nisi quando alij nolunt, vel non petunt eorum portiones iuxta *Text. in l. vnica C. quando non pet. part. petent. accresc.* Vndè conuincitur petitam fuisse à Monialibus medietatem dictarum hæreditatum ex tacita conuentione sic inita cum D. Marchionissa ad hoc vt in præiudicium iurisdictionis laicalis tractetur in Foro Ecclesiastico de exclusione, vel inclusione ipsius D. Marchionissæ, qui articulus cum cadat inter D. Philippum, & D. Marchionissam, nihil profectò est, quod super eo se intrudere debeat Curia Ecclesiastica ad instantiam Monialium.

Quod si replicetur Moniales, ideò prætendere medietatem successionis cum supposito, quod Statutum Florentinum excludit à successione etiam bonorum sitorum extra Territorium Florentinum D. Marchionissam, ex hac quidem replicatione magis magisque conuincitur collusio ad eludendam iurisdictionem laicalem; siquidem si Statutum excludit D. Marchionissam eodem iure, ac modo excludit quoque Moniales cum secundùm versio-

tem, & magis communem Doctorum opinionem Statutum exclusiuum fœminarum, propter masculos afficiat etiam fœminas professas Religionem, ac proindè allegando talem rationem sibi præiudicialem videntur manifestè colludere.

Si verò dicatur, quòd in Foro Ecclesiastico propter autoritatem Rotæ Romanæ sic tenentis Statutum prædictum non excludit fœminas à successione propter masculos, quoad bona sita extra Territorium Statuentium, respon-
202 detur, quòd in hoc stat ipsa ratio, & causa collusionis. Nam dum Moniales trahunt D. Marchionissam ad eundem Forum Ecclesiasticum faciunt sibi præiudicium, dum præbent ansam eidem D. Marchionissæ, ibi se iuuandi de asserta opinione Rotæ Romanæ pro sua inclusione ad successionem, itaut ipsæ nullatenus in dicto Foro petitam medietate hæreditatum prædictarum sperare possint.

Et si replicaretur, quòd si D. Marchionissa, & aliæ eius Sorores, vigore Statuti Florentini excludentis fœminas propter masculos remanerent exclusæ, earum portio sic exclusarum æqualiter accresceret tam dicto D. Philippo, quàm ipsis Monialibus ex persona Sororis Mariæ Honestæ Monialis professæ, quæ non remaneret exclusa à bonis extra Territorium sitis, secundum opinionem Rotæ Romanæ, vt ex aduerso prætenditur.

203 Euanescit hæc replicatio tamquam in iure, non subsistens, respondendo quod quamuis plerique censuerint exclusarum partem, non solum excludenti, sed etiam alijs omnibus, qui cum eo succedunt, applicari, inter quos Soccin. sen. *cons. 84. num. 7. versic. Vnde perplexus, & n. 8. volum.* 1. & Gabriel. *cons. 15. num. 14. volum.* 1. ea ratione, quia, quæ tempore mortis est à successione exclusa pro mortua habetur, *l. si necem 4. §. si deportatus ff. de bon. lib. l. 1. §. pen. ff. de bonor. possess. contra tab.* cum paria sint aliquem non esse, vel non posse succedere, *l. si post mortem 10. §. liberi ff. de bonor. possess. contra tab. §. sed nostra instit. de success. libert.* Atque si fuisset mortua debuisset tota hæreditas æqualiter inter masculum excludentem, & cæteros omnes distribui, idem igitur dicendum videtur, & cum est à successione exclusa.

204 Verius tamen, & receptius est deberi soli masculo, à quo fuit exclusa, non etiam alijs applicari, Abb. *cons. 111. num. 6. vers. venio nunc ad tertium volum.* 2. Ias. *in dict. l. seruo legato 72. §. si Testator num. 6. ff. de leg.* 1. Soccin. sen. *cons. 5. per tot. volum.* 1. Rum. *cons. 39. num. 3. volum.* 3. Rub. *in l. Pater filium 14. num. 178. ff. de inoff.* Honded. *cons. 6. num. 13. volum.* 1. cum alijs pluribus relatis per Bellon. *de iur. accresc. cap. 5. quest. 49. num. 13. pag. mihi 192. lib.* 1. nam cum portio debeat illis applicari, quorum contemplatione, quis à successione remouetur, *l. si defunctus 9. C. de suis, & legit. l. 2. §. si duo fratres*, & ibi not. Bart. *ff. de collat. bonor.* Ias. *cons. 61. column. 3. vers. confirmatur quia volum.* 3. Soccin. sen. *cons. 5. num. 6. vers. Sexto volum.* 1. Honded. *cons. 1. num. 77. vol.* 2. Menoch. *cons. 247. num.* 57. Bellon. *de iur. accresc. in*
205 *allegato cap. 5. quest. 49. num. 1. dict. lib.* 1. & hinc est, quod lucrum, quo quis priuatur contemplatione alicuius, illi soli applicatur cuius contemplatione priuatur, *l. post legatum 5. §. amittere ff. de his quibus; vt indign. l. penult. C. de legat.* cum alijs iuribus, & authoritatibus, de quibus per eumdem Bellon. *num.* 2. ex qua conclusione multis relatis *num.* 3. in specie statuti exclusiui fœminarum propter masculos infert partem fœminarum, quæ masculis extantibus à successione repelluntur, esse masculis applicandam.

206 Nec obstaculum facit, quod exclusa à successione pro mortua habeatur.

Nam declinatur obiectum, considerando, quòd id procedit, quando persona est omni casu exclusa, secus autem quando potest aliquo casu succedere, prout potest filia, quæ masculis extantibus à successione repellitur, siquidem succedere potest, si masculi portionem eius non acceptent, vel si omnimodò, non succedant, & ideò non potest ante masculorum acceptationem pro mortua reputari, vt in his terminis declarat Honded. *in cons. 1. numer. 86. & seqq. volum.* 3. quem sequitur Bellon. *de iur. accresc. dict. cap. 5. dict. quest. 49. num.* 15.

Vltra quam quod animaduertendum proponitur, quod dato, quod sic vt supra exclusa habenda est pro mortua, id
in omnem casum intelligendum esset, quoad eum, à quo 207
excluditur, & eius commodum, respectu autem aliorum perinde haberi, ac si succederet iuxta declarationem, quam in his terminis faciunt Paris. *in cons. 36. num. 29. volum.* 2. & Honded. *in cons. 1. num. 89. volum.* 2. quos refert, & sequitur Bellon. *in dict. cap. 5. dict. quest. 49. num. 16. dict. lib.* 1

Quamobrem satis clarè percipitur, quod citatio emanata contra dicta D. Marchionissam ad instantiam dictarum Monialium fuit ab ipsa affectata, & per collusionem procurata ad effectum declinandi Forum laicalem iam per D. Philippum præuentum, vbi viget opinio contraria opinioni Rotæ Romanæ.

Nec dicatur, quod si D. Marchionissa, non se defendat in Foro Ecclesiastico, & ibi feratur sententia ad fauorem Monialium pro medietate dictarum hæreditatum talis sententia sibi futura sit præiudicialis.

onere reuersionis ad fratres, & sorores vterinas, responsio esset, quod dicta opinio non est tam firma in filijs, prout est in patre; adeò quod nulla egeret declaratione pro dirimendis litibus; vltra quam quod Rubrica 102. est ampla, & certè potuisset dici statutum porrexisse vires etiam ad bona materna contra vterinos, qui non erant agnati consanguineo morienti, nam statuto excludente matrem, & alios ascendentes per lineam maternam censentur omnes exclusi, qui ab ea descendunt Castr. & Alex. in *l. illam C. de collat. l.* 1. *viuam matre C. de bon. matern.* Mart. *de successʃ. legal. part.* 3. *quæst.* 4. *art.* 6. *num.* 12. ideò debuerunt conditores statuti declarare sub illa amplissima exclusione ob agnationem seruandam non fuisse inclusos vterinos in bonis à Matre, in quibus tanta ratio conseruandæ agnationis non aderat; & hæc, si mea non me fallit opinio est germana interpretatio.

Saluo &c.

Io: Baptista Sansoni in Ciuilibus, & Criminalibus Pistorij Iudex.

Cap. X.

ARGVMENTVM.

In hac Consultatione Excellentissimi D. Renzoli habetur plenè

1 NOn posse procedi ad torturam ordinariam, & tantò minus ad Capram ex processu informatiuo, etiam contra Monetarios, & quando secùs, quid tunc seruandum, & qualia requirantur indicia.

2 Corpus delicti, an dicatur sufficienter constare per instrumenta ad cudendam monetam in domo alicuius reperta, vel sit etiam necessaria moneta oculis Peritorum subijcienda, qualem faciant indicium, &c.

3 Con-

3 Confessio extraiudicialis qualiter sit probanda, quando dicatur per suggestionem indebitè extorta, &c.

4 Fama quomodo probanda, & quando non faciat indicium.

5 Pœna afflictiua, etiam triremium, an, & quando possit imponi, vel non Inquisito torto, qui negatiuam sustinuit, maximè in tormento Capræ, & alia de quibus in sequenti Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Tortura non inferenda ex processu informatiuo etiam contra monetarios, quare, & quando secus num. 7. & seqq.*

2 *Brachium Regium non censetur concessum nisi expresse sit dictum.*

3 *Legatus de Latere non potest procedere contra formam iuris.*

4 *Brachium Regium quando soleat concedi.*

5 *Ex quibus clausulis dicatur concessum, vel non.*

6 *Quid seruandum antequam procedatur ad torturam ex processu informatiuo, & num. 11. &c.*

7 *Indicia quæ requirantur ad procedendum ad torturam ex abrupto, maximè ad Capram, numer. 44.*

8 *Testes non repetiti, vel aliter non ligitimato processu non probant, & num. 22.*

13 *Instrumenta ad cudendam monetam in domo Inquisiti reperta magnum faciunt indicium cum mala fama, & num. 42. non tamen indubitatum, num. 51.*

14 *Ex perquisitione, & non reperitione excluditur suspicio.*

15 *Præsumptio cedit veritati.*

16 *Veritas in tormento præsumitur dicta, & numer. 41. 47.*

17 *Ex negatiua complicium in tortura iustificatur aliorum innocentia.*

18 *Periti quot sint eligendi, quando non probent, &c.*

19 *Confessio extraiudicialis per duos testes probanda, etiam in atrocissimis.*

20 *Testes infames, & inuerisimilia deponentes non probant.*

21 *Testes patientes plures exceptiones non probant etiam cum tortura.*

23 *Testes contrarij etiam in non substantialibus si sint aliundè suspecti non probant.*

24 *Confessio extraiudicialis per suggestionem, & mendacium extorta non afficit reum.*

25 *Suggestio ex quibus arguatur.*

26 *Cautela ponendi exploratores cum carceratis damnatur.*

27 *Fama sine requisitis non facit indicium, & quare.*

28 *Fama ex numero testium probatur, etiam sine requisitis.*

29 *Fama post capturam, & inquisitionem non faciat indicium, & num. 37. 39.*

30 *Moneta debet oculis peritorum subijci, vt constet de corpore delicti, & num. 57. & seqq.*

31 *Testis affirmans audisse ab alijs non probat nisi dicat à quibus.*

32 *Testis inimicus non probat, nec admittitur, & num. 35.*

33 *Fama de delicto dissimili non facit indicium.*

34 *Testis alternatiue, vel cum dictione* in circa *deponens non probat.*

36 *Fama nisi sit inconcussa, & cum auctore non afficit.*

38 *Illatio non fit ex diuersis.*

40 *Testes de fama debent esse omni exceptione maiores.*

41 *Tortura cum negatiua purgat indicia, & numer. 47. 48.*

42 *Instrumenta ad aliud apta, non præsumuntur pro fabricationem monetæ retenta.*

43 *Indicia debent esse per duos testes probata.*

45 *Indicia Iudici arbitraria.*

46 *Capra tormentum per quot horas dari possit.*

47 *Negatiuus in tormento debet absolui.*

48 *Indicia etiam vrgentissima, indubitata, & probationes per torturam tolluntur, num. 53. &c.*

49 *Indicia quæ dicantur indubitata.*

50 *Indicia indubitata ad condemnandum debent esse saltem duo, nec vnum sufficit.*

52 *Indicia indubitata sufficiunt tantum pro pœna extraordinaria relicta via tortura.*

54 *Pœna corporalis extraordinaria etiam triremium, an, & quando possit imponi, vel non reo torto, & negatiuo, & num. 56. & seqq.*

55 *Tortura non potest inferri super indicijs separatis, licet iudex, protestetur sibi aliqua reseruare.*

58 *Probatio æquiuoca, vaga, & incerta non concludit.*

59 *De corpore delicti verè, & non præsumptiuè constare debet.*

60 *Testes discordantes in tempore non probant.*

61 *Moneta dominium non arguitur ex numeratione.*

62 *Testis deponens ad sui exonerationem, & in causa propria non meretur fidem.*

63 *Doctores intelligendi sunt secundum iura, & doctrinas allegatas.*

64 *Protestatio sine preiudicio probationum, quando sit in tortura adhibenda, & quid operetur.*

I. M. I.

Pro N. contra Fiscum.

ILLVSTRISSIME DOMINE.

Lux vera illuminet.

EX Processu informatiuo, ac denegatis Res defensio-
nibus, non posse procedi ad torturam, sed defensio- 1
nes esse assignandas, ac indiciorum copiam dandam firmant communiter DD. vt ex Clar. *qu.* 49. *num.* 1. Boss. *in tit. de mandat. ad homicid. num.* 30. Burlatt. *cons.* 201. *num.* 99. *& seqq. lib.* 2. Farinac. *qu.* 38. *num.* 3. & latius *qu.* 39. *per tot.* & optimè *in cons.* 103. *per tot.* Guazzin. *reor. defens.* 21. *cap.* 1. *num.* 5. *& per tot. & defens.* 24. *cap.* 9. *num.* 7. Ludouic. Rudolfin. *de suprem. Princip. Potest. cap.* 6. *num.* 85. Conciol. *in verbo tortura resol.* 4. *num.* 1.

A regulis enim iuris naturalis, ac ciuilis alienum videtur à tortura iudicium inchoare contra *text. in l.* 1. *& in l. maritus, ff. de quæst.* ad hanc enim deuenire, regulariter fas non est, nisi prius lite contestata, citata parte, & legitimè repetitis testibus Fisci, vt probat Bart. *in l. si quis adulterium in princip. de adult.* immò, & factis defensionibus, ac Processus publicatione, idem Bart. *in l. vnius, & in l. fin. ff. de quæst.* Afflict. *decis.* 391. *nu.* 1. & quod locum habeat etiam in atrocissimis delictis, vt in crimine læsæ Maiestatis, & Hæresis, optimè demonstrat Farinac. *d. cons.* 103. vbi scribens in crimine Parricidij, affirmat per Sanctiss. Pontificem fuisse mandatum, vt datis defensionibus procederetur.

Et reuerà durus est huiusmodi procedendi modus ad torturam denegatis defensionibus, diciturque terribilissimos, nec iure fundatus, vt post Maur. Burg. inquit Conciol. *in verb. tortura resol.* 4. *num.* 9. *ad fin.* & repugnat iuri naturali, quo perspicuum est, non esse tollendas defensiones, quæ sunt iuris naturæ, *cap. dilecti filij de except. cap. Pastoralis de re iudic. l. vt vim ff. de iust. & iur. l.* 1. *§. cum arietes, ff. si quadrup. pauper. feciss. dicat.* & reo quocumque tempore defensiones petierit esse concedendas docet *text. express. in l. vnius §. cogniturum, ff. de quæst. l. defensionis facultas, C. de iur. Fisci cap.* 1. *de caus. possess. & propriet.* Bald. *in l.* 3. *§. is pro quo, ff. quod quisque iur.* & alij relati per Farinac. *d. quæst.* 39. *num.* 18. *& seq. & d. cons.* 103. *num.* 7. Gomez. *var. resolut. l.* 3. *cap.* 13. *rubr. de tort. reor. num.* 33. *in princ.* & à Summo Pontifice fuit annullata sententia lata per Imperatorem contra Siciliæ Regem, cui facultas se defendendi fuerat sublata, vt videre est penes Farinac. *dicto cons.* 103. *num.* 7. vbi rationem assignat, & Scacc. *de indic. cap.* 97. *n.*

97.*n*.88. *verſ. ſimiliter quantum attinet viden.* & faciunt ad
rem aurea verba Senec. *de ira l.* 2. *c.* 20. *fol. mihi* 301. ibi ,
*De paruula ſumma indicaturo tibi , res ſine teſte non pro-
baretur : Teſtis ſine iureiurando non valeret vtrique par-
ti dares actionem , dares tempus : nec ſemel audires , &
cum tormenta ſint morte ipſa amariora , hominem torquere
audes , antequam illi , vel indicia noſſe liceat , vel teſtes ,
antequam eum audias dilatione conceſſa , vt ſuſpiciones
diluat* , Bobadill. *in politic. l.* 5. *c.* 3. *num.* 16. *litt. A. fol.
mihi* 692.

Et licet non ignorem , quod huiuſmodi facultas proce-
dendi diſpenſatiuo modo , poteſt à Supremo Principe con-
2 cedi , attamen animaduertendum eſt , quod brachium Re-
gium non cenſetur conceſſum , niſi expreſsè fuerit di-
ctum , nec comprehenſum videtur in quauis ampliſſima
facultate , cum ſit de reſeruatis Principi , Grammat.
*conſ.*6. *num.*9. Vincent. de Franc. *deciſ.* 275. *num.* 5. & 8. de
Marin. ad Grammat. *deciſ.*34. *num.* 21. Molfeſ. *in addit. ad
eius Comment. ſuper conſuetud. Neapol. part.* 2. *tit. de per-
ſon. qu.* 4. *num.* 5. Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrupt. qu.*
3. *num.* 10.

Et quia huiuſmodi modus procedendi eſt extra iuris or-
dinem , Carauit. *in rit.* 259. *num.* 10. Burg. *d. qu.* 3. *num.* 10.
3 ideò nec Legato de latere conceſſus videtur , cum non poſ-
ſit aliquid facere contra formam Iuris , Speculat. *in tit. de
legat.* §. *ſupereſt num.* 5. & 7. Abb. *conſ.* 1. *num.*3. *lib.*2. Soc-
cin. *conſ.*27. *num.* 9. *lib.*3. Honded. *conſ.* 93. *num.* 7. *lib.* 2.
Rot. *in Forolin. Nullit. oblig.* 29. *Maij* 1613. *coram Card.
Sacrat.* & tunc concedi ſolet quando agitur contra famo-
ſos latrones , quando delictum eſt notorium , vel timetur
4 populi tumultus , & celeritas indagationis requiritur ,
Vaſquez *controu. illuſtr. cap.*31. *num.* 9. Farinac. *conſ.* 103.
num. 5. & *queſt.* 39. *num.* 9. & 24. & 109. Cæſar. Locatell.
de qu. inſpect. 5. *num.* 46. Caualc. *de Brach. Reg. part.* 3. *nu.*
4. *in princip.* Guazzin. *reor. defenſ.* 21. *cap.* 1. *num.* 6. Mat-
theu & Sanz. *de re crim. controu.* 25. *num.* 23. & *num.* 28.
vtrobique in fin. Ludouic. Ridolfin. *de ſuprema Princip. po-
teſt. cap.*6. *num.*29. *fol.* 26. Conciol. *in verbo tortura reſolut.*
4. *num.*9. cum citatis .

Reſcriptum Sereniſſimi Magni Ducis , pijſſimi , ac clementiſſimi Domini noſtri in hac Cauſa , eſt tenoris ſequentis videlicet .

*SEntendo il Sereniſſimo Gran Duca , che ſi ſiano vedu-
ti per Firenze , & in altri luoghi alcuni dobloni falſi ,
e che ſia ſtato catturato come ſoſpetto di complicità in ta-
li monete N. di Poppi : vuole , che l'Auditor Fiſcale procu-
ri con tutta l'attenzione di mettere in chiaro queſto fatto ,
è con piena autorità di Giudice delegato faccia Proceſſo
con ogni giuſto rigore , tanto contro gli Autori della fab-
bricazione , che contro qualſiſia complice in qualſiſia ma-
niera , e ſopra ogni emergente , incidente , o conneſſo ,
che occorra in d. Cauſa , quale deua terminare in vna , o
più volte con participazione dell'A. S. e poſſa valerſi di
quelli Attuarij vno , o più , che ſtimerà idonei , con fa-
coltà a' medeſimi di poter eſaminare , e fare tutti gli at-
ti , e diligenze , che in eſſa Cauſa occorreranno anche ſen-
za l'interuento del medeſimo Delegato ſino alla ſentenza
eſcluſiuamente , non oſtante , &c.*

c. Franceſco Panciatichi 2. *Dec.* 1684.
c. Coſ.

Ex præfato benigno reſcripto , brachium Regium , nec
expreſsè , nec tacitè conceſſum videtur : Non expreſsè ,
quia littera hoc non dicit ; Non tacitè , quoniam non ad-
5 ſunt Clauſulæ id ipſum inferentes , vt de clauſula , ſum-
mariè extraordinariè , brachio Regio , ac alijs videre eſt
apud Caualc. *de brach. Reg. par.* 1. *num.* 10. & 15. & *part.*
3. *num.* 26. Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrupt. qu.* 6. *per
tot.* & cum ſit odioſum , & Iuri communi contrarium , in
forme , ac in regulare Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrupt.
qu.*9. *num.*2. reſtringi debet , præcipuè in Ciuitate Floren-
tiæ , vbi adſunt ſtatuta , ordinarium , ac legale modum
procedendi dictantia , vt *lib.* 3. *rub.* 2. *per tot.* quæ ſemper
fuerunt ſeruata , etiam in atrociſſimis delictis , vt acta
reuoluenti patet , & in puncto falſæ monetæ ſit præ-
cisè fuit ſeruatum per Dominos Delegatos de anno 1667.
die 11. Ianuarij in Cauſa de Marlianis.

At quando modus ex abrupto procedendi conceſſus fuiſ-
ſet , non ideò poterat , ad torturam denegatis defenſioni- 6
bus deueniri , niſi prius facto Decreto , quo declaratum eſ-
ſet , velle procedere denegatis defenſionibus , Scannarol.
de Viſitat. Carcer. lib. 1. *ſect.* 1. *num.* 9. Nec non Rei Defen-
ſores erant prius audiendi , Scannarol. *loc. cit. num.* 11.
Cæſar. Locatell. *de quæſt. inſpect.* 5. *num.* 49. *ad fin. num.*
50. vbi inquit ſeruari in grauiſſimo , ac atrociſſimo cri-
mine hæreſis .

Indicia vrgentiſſima , ac violentiſſimæ præſumptiones
concurrere debebant , nec vnum tantum vrgentiſſimum in-
dicium , ſed plura vrgentiſſima indicia requirebantur , & 7
plenius probata , quam ſi modo , ac via ordinaria procede-
retur , ita ex Bonior. & Cartar. firmat Maur. Burg. *de mod.
proced. ex abrupt. qu.* 41. *num.* 13. *fol. mihi* 133. Scannarol.
*de Viſit. Carcerat. lib.*2. *cap.*4. *num.* 12. & 17. Farinac. *quæſt.*
38. *num.* 71. Locatell. *de qu. inſpect.* 1. *num.* 44. Tandem
Teſtes pro informatione Curiæ recepti repeti debebant , &
Proceſſus legitimari , nam aliter Teſtes nullam faciunt pro- 8
bationem , nullumque etiam faciant indicium ad torturam ,
etiam ſi eſſent mille , & cauſa ageretur coram quocum-
que Iudice habente liberum , & abſolutum arbitrium ,
Burſat. *conſ.* 201. *num.* 99. & *num.* 119. Farinac. *quæſt.* 38.
num. 99.

Nec obſtant in contrarium adducta per Mattheu &
Sanz. *de re crim. contr.* 25. *per tot.* vbi poſt longam quæſtio-
nis diſpunctionem firmat poſſe ad quæſtionem deueniri 9
nulla data indiciorum copia : Nam prænterquam quod
innumeri Doctores contrariam ſectantur opinionem vt
videre eſt apud Pereian. *de Vniuerſ. inſtr. ædit. part.* 2. *tit.*
2. *reſ.*8. *per tot.* Mattheu & Sanz. *d. controu.* 25. *num.* 3. &
num. 21. Farinac. *qu.* 39. *per tot.* animaduertendum eſt
Sanz. reſolutionem fundari in praxi in eadem Aula ab anti-
quiſſimo tempore communiter recepta , vt aduertit idem
Sanz. *d. controu.* 25. *num.* 1. at in hac Florentina Ciuitate ,
contrariam habemus praxim , vt ſuperius fuit dictum , non
ſolum ex diſpoſitione ſtatutaria , ſed etiam ex obſeruantia
in terminis falſæ monetæ .

Inſuper Sanz. fundat reſolutionem queſtionis in Legibus
Partit. vt legenti patet *à num.* 57. *num.* 87. & in com-
miſſione facta cum clauſula ſola facti veritate inſpecta ,
vt *num.* 60. quæ omnia , cum prorſus extranea ſint , ad de-
ciſionem præſentis caſus allegari nequeunt .

At quando doctiſſimus Sanz. ad reſolutionem iniuium
per omniſcium Farinac. adductorum peruenit , vt *d. con-* 10
trou. 25. *num.* 29. & præcipuè (omniſſis alijs) *ad text. in
vulnerabilem , & ad litteram in l. vnius facinoris* §. *cognitu-
rum , ff. de quæſt.* quamuis apertam textus deciſionem ſub-
uertere contendat *num.* 30. dum auctoritate Gloſ. & Bart.
in verbo ante diem demonſtrare conatur , textum loqui
non de tortura inferenda , ſed de cauſa diffinitiuè termi-
nanda , attamen hoc aſſequi non potuit , quandoquidem
nec Gloſ. nec Bart. eo loci in meo Codice hoc dicunt , nec
ſine myſterio in *d. controu.* 25. *num.* 30. fuerunt poſita ver-
ba Teſtus ibi , *AD DIEM* , cum in Textu legatur , *AN-
TE DIEM* , nam legendo ante diem , ſignificatur tem-
pus , quod præcedit tactum , Iacob. Spiegel. *in Lexic.
iur. in verb. ante* , & quod ſignificet tempus ante prin-
cipium actus , tenet Dec. *conſ.* 593. *num.* 3. hinc patet ,
quod verba Textus non de deffinitiua ſententia , ſed de
tortura , quæ ſententiam præcedere debet , ſunt intel-
ligenda .

Tandem , ipſe Sanz. cognoſcens , ſecundum ſuam inter-
pretationem vim inferri litteræ Textus , vel inuitus fate-
tur . genuinum intellectum textus , eſſe de tortura , & affir-
mat , Reum eſſe audiendum ſi defenſiones poſtulauerit *d.* 11
*num.*30. *in fin.* & *num.*61. *pariter in fin.* ibi , *ſed ſi poſtulaſ-
ſet , abſque dubio concederem* .

Retenta etiam Sanz. opinione ad quæſtionem procedi
non poterat ; nam Reus petijt defenſiones antequam tortu-
ræ ſubijceretur , ibi , a 572. *Ho da eſſer torturato prima* 12
d'auer le diſeſe ? Io da me non le poſſo fare , & iterùm in
prima hora capræ a 572. à t. ibi , *O che Giuſtizia è queſta ,
mi ſi da queſto tormento , ſenza darmi prima le diſeſe* , &
denuò in ſexta hora a 574. ibi , *Che crudeltà è queſta , neſſu-
no ci è per me , che dica le mie ragioni , e però ſon condot-
to su queſto tormento ſenza poter far prima le mie diſeſe* ,
& in octaua hora a 574. à t. ibi , *Se haueſſi auuto le diſeſe aue-
rei ben trouato chi fuſſi ſtato* .

Et

Et licet multa cumulentur indicia contra Reum, vnum
tantum affirmandum esse vrgens ex animo, censeo, videli-
13 cet. Instrumenta apta ad monetam cudendam in domo In-
quisiti reperta, mala concurrente fama, Maur. Burg. *de
mod. proced. ex abrupt. qu.* 23. *num.* 137. Farinac. *cons.* 161.
num. 6. *& qu.* 115. *num.* 120.

Nullius momenti hoc indicium esse demonstrabitur, si
ad trutinam veritatis reducetur. Liquet enim ex Proces-
su, quod in prima perquisitione facta Domi N. typi, seù
stigmata impressoria non aderant, nec reperta fuere, ex
14 qua perquisitione excludi suspicionem delicti, docet Mat-
theu & Sanz. *de re crim. controu.* 47. *num.* 32. sed tantum in
secunda perquisitione huiusmodi instrumenta fuerunt re-
perta præ manibus N. filiæ Inquisiti, & desuper lecto cubi-
culari, infra culcitras laneas eiusdem lecti, & interrogata
dicta filia cuius essent instrumenta, ad quid faciendum
apta, & vnde habuisset? Respondit a 363. sibi fuisse tradita
à quodam incognito præcedentibus diebus, ad hoc vt ipsi
asseruarentur de mandato Iustitiæ, & idem pluries interro-
gata respondit; id ipsum quoque, & vxor, & aliæ Inquisi-
ti filiæ professæ sunt a 367. 383. t. & quod caput est, etiam
in rigoroso examine confirmauere vna, & altera, quæ
torturæ suppositæ fuerunt.

Hinc perspicue constat nullius momenti esse hoc indi-
cium (licet alias graue) quandoquidem sola præsumptio-
ne nititur, præsumitur enim, quod res Domi reperta, sit
15 Domini Domus, ac veritati præsumptio cedit, *l. fin. in
princip. ff. quod met. caus. l. scripturæ in fin. de iur. dot. l. cum
de indebito, ff. de probat.* vnde cum habeamus veritatem de-
sumptam ex depositionibus filiarum per viam quæstionis,
ipsarum dicta attendenda sunt, quia in tormento mera, ac
16 pura veritas dicta censetur, Locatell. *de quæst. inspect.* 3.
num. 16. & constantia socij criminis in tormentis prodest ad
exculpationem consocij, Locatell. *de quæst. inspect.* 5. *num.*
17 233. immò, ex negatiua complicitum iustificatur aliorum
innocentia, & tolluntur omnia indicia, ac etiam confessio
in puncto falsæ monetæ, Farinac. *cons.* 161. *num.* 1. 2. *&* 3.
Vermigl. loquens pariter in hoc crimine *cons.* 218. *num.* 9.
& cons. 272. *num.* 15. Nec requisita mala fama concurrit,
vt inferius demonstrabitur.

Nullius momenti est depositio assertorum Peritorum,
affirmantium, aureas monetas fuisse impressas, cum Ty-
pis repertis in Domo Informantis, nam præterquam quod
huiusmodi Peritorum electio est informis, cum fuerint
electi absque partis citatione, nec Reus fuerit præsens ad
videndum ipsos iurare, Sanch. *de matr. lib.* 7. *disp.* 113. *nu.*
18 14. Farinac. *cons.* 70. *num.* 61. & plusquam duo erant eli-
gendi, Farinac. *cons.* 108. *num.* 24. Animaduertendum est
depositionem Peritorum esse irreleuantem, quandoqui-
dem de veritate, & non de crudelitate (vt requiritur)
deposuerunt a 431. t. & 432. Pacian. *de prob. lib.* 1. *cap.* 47.
num. 18. *& num.* 25.

Et quod caput est, isti asserti Periti, non sunt Magistri
Cunei; sed sunt Magistri experimenti Magnæ Ducalis Si-
clæ, & ideò deponere non poterant (saltem vt Periti) de
impressione facta cum typis exhibitis, sed ad hunc effectum
erant eligendi Magistri Cunei, Capyc. Latr. *decis.* 179. *n.*
25. *vers. Ex qua informatione*, & quando prædicta non
obstarent, stat pro Reo, depositio filiarum etiam in tor-
mentis confirmata, vt fuit dictum in vers. Hinc perspicuè
constat.

Aliud indicium desumitur ex asserta extraiudiciali con-
fessione, quod nullius ponderis esse absque dubio demon-
strabitur.

Certum enim est, quod ex confessione extraiudiciali,
19 indicium remotum progreditur, quod probandum esse
duobus Testibus omni exceptione maioribus, indubium
reuocari non potest, Farin. *quæst.* 37. *num.* 18. vbi de com-
muni Foller. *in prax. crim. verb. & si confitebuntur par.* 2.
num. 1. quod procedit etiam in atrocissimis, vt per Farin.
d. qu. 37. *num.* 31. *&* 32. & in puncto indicij resultantis ex
confessione extraiudiciali, quod probari debeat per binos
Testes omni exceptione maiores docent Farinac. *cons.* 70.
num. 43. *ad fin. cons.* 115. *num.* 24. *& qu.* 37. *num.* 18. *&* 29.
Guazzin. *defens.* 32. *cap.* 34. *num.* 14. Conciol *verbo confes-
sio, resol.* 13. *num.* 14. Francisc. de Angel. *de confessione lib.*
1. *quæst.* 7. *effect.* 2. *num.* 28. *& seqq.* Sous. *in aphorism. lib.* 2.
cap. 21. *num.* 9. Ricc. *decis.* 35. *num.* 2.

Testes huiusmodi extraiudicialem confessionem pro-
bantes, non sunt omni exceptione maiores, cum vnus sit
Birroarius, alter verò pro pluribus furtis cum falsitate com-
missis in pœnam vltimi supplicij damnatus, & sic vterque 20
infamis ideò non probant, vt de Satellite dixit Farinac. *qu.*
56. *num.* 371. *qu.* 108. *num.* 154. *& cons.* 100. *num.* 29. Mat-
theu, & Sanz. *de re crim. contr.* 18. *num.* 53. Maioran. *in
opoprax. lib.* 2. *cap.* 6. *nu.* 65. & de capitaliter damnato Car-
tar. *de execut. sentent. capt. bannit. cap. fin. num.* 415. Fari-
nac. *qu.* 56. *num.* 283. *post med.* Ricc. *decis.* 24. *num.* 3. Vin-
cent. de Franch. *decis.* 102. *num.* 31. & re vera huiusmodi
extraiudiciales confessiones, multum suspicionis habent,
& Testes de ipsis deponentes dicuntur inuerisimilia depo-
nere Farinac. *qu.* 82. *num.* 32. *&* 35. Guazzin. *defens.* 32. *cap.*
34. *num.* 10. Vermigl. *cons.* 33. *num.* 33. ideò falsitati proxi-
mi sunt, Abb. *in cap. quia verisimile de præs.* Bertaz-
zol. *cons.* 71. *num.* 66. Boss. *in tit. de oppos. contra text.
num.* 94.

Nec infamiæ maculam per tormenta purgauerunt, vn-
de perspicuum fit, inanes eorum depositiones reddi, & li-
cet fuissent torti, adhuc non purgassent defectus, quia plu- 21
res exceptiones patiuntur, Farinac. *cons.* 130. *num.* 24. *cons.*
192. *num.* 8. *&* 30. *& qu.* 43. *num.* 178. *in fin.* Vermigl. *cons.*
32. *num.* 2.

Insuper isti Testes fuerunt recepti absque partis citatio-
ne, nec fuerunt repetiti super interrogatorijs ab Informan- 22
te exibitis, & ideò nihil penitus probant, Farin. *qu.* 72. *c.* 2. *n.*
87. *vbi* 18. Doctorum auctoritate regulam firmat, Caball.
resol. crimin. cas. 55. *num.* 1. Guazzin. *defens.* 25. *cap.* 1. *nu.*
1. Farinac. *cons.* 192. *num.* 33. Mattheu, & Sanz. *de re crim.
contr.* 18. *num.* 47. Hæctor. Felic. *allegat.* 93. *num.* 9. Surd.
cons. 328. *num.* 3. Scacc. *de indic. lib.* 1. *cap.* 98. *num.* 7. Prat.
resp. crim. 18. *per tot. & num.* 11. Peregr. *in prax. Vicarior.
part.* 4. *sect.* 2. *num.* 64. *& d. part.* 4. *sect.* 11. *per tot. & num.* 1.
& 2. Cartar. *de interrogand. reis lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 64. Am-
brosin. *Proc. Inform. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 4. Zuff. *de legit. Pro-
cess. qu.* 50. *num.* 11. *& qu.* 98. *num.* 4. Conciol. *res. crim. ver-
bo Testis quo ad examen res.* 6. *per tot. & in addit.* vbi citat
Scialo *in prax. torquend. reos*, Cyriac. *controu.* 143. *num.* 6.
& cont. 150. *num.* 83. *& seqq.* Nouar. *decis.* 62. *per tot. &
decis.* 73. *num.* 3.

Tandem in eorum dictis non sunt contestes, sed contra-
rij, & ideò nihil probant, Farinac. *qu.* 65. *num* 2. quod
procedit, licet contrarietas non esset in substantialibus,
quoniam in Testibus suspectis, prout isti, ex eorum ma-
culis, ac exceptionibus sunt, contrarietas, etiam in non
substantialibus attenditur, Cyriac. *controu.* 150. *num.* 57.
Sous. *in aphorism. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 12.

Constat enim, assertam extraiudicialem confessionem,
nullo pacto probatam esse, quod benè percepit oculatissi-
mus, ac rectissimus Iudex, dum cumulando indicia con-
tra Informantem, & ipso respondente a 571. a t. ibi, *V. S.
Illustris. hà ella risentito il N. quello doppo che hà deposto
contro di me mi hà detto, che quello hà detto l'hà deposto
per forza, che se sarà nuouamente sentito non lo darà
più*, fuit replicatum per D. suam Illustrissimam, ibi,
*Dettoli, che questo è poco, & è quel meno, del quale la
Giustizia fà capitale contro di lui*. Item in secunda ora ca-
præ a 573. *disse, Sig. Illustrissimo il N. il Mazzanti, & il
Tenente m'hanno fatto contro questa congiura, io non hò
confessato nulla à costoro, ma il Tenente sotto specie di far
parlare il N. al Procuratore l'hà cauato per discorrer seco,
e anco quel Prete, che è in segrete m'hà fatte la congiu-
ra, & il N. l'hà fatto per saluarsi la vita*; Sic ei fuit respon-
sum, ibi, *Dettoli, che questo è il meno indizio, e capitale,
che sia in Processo*; Quæ responsio per Sapientissimum De-
legatum facta, iustitiæ, ac iuri consona est; Nam præter 24
probationis defectum, manifesta suggestione, dicta asser-
ta confessio laborat, & ideò ex ea nullum indiciū resultat,
nec afficit Reum, Farin. *cons.* 226. *per tot.* Prat. *respons. crim.*
20. *num.* 61. Guazz. *defens.* 20. *cap.* 13. *num.* 11.

De suggestione dubitandum non est, cum fuerit positus
in carcere Informantis Bartholomæus Mazzantes Birroa-
rius qui hæc verba protulit a 575. a t. *E così io gli dissi, che
il Gran Duca ormai era informato, che lui aueua fatte le
monete false, e che non si poteua negare*, & alijs mendacijs
vsus fuit Mazzantes a 566. *Dissi a d. N. che ero stato à seruì-
re vn Conte Bolognese, e che vedeuo, che faceua in casa
certe monete d'oro.*

Ex verbis superiùs repetitis, *che lui aueua fatte la mone-
ta falsa, e non si poteua negare*, resultat plusquam sug-
gestio, vt punctualiter dicit Locatell. *de qu. inspect.* 4. *n.* 77. 25
& men-

& mendacium de Comite Bononiense, fas non erat pro-
ferre ad circumueniendum Reum, Add. ad Farinac. *conf.*
83. *litt. A. verf. verum contra præmiſſa, & litt. D. verf.*
cum mendacijs.

Demùm huiuſmodi cautela ponendi exploratores in ſe-
cretis carceribus reprobatur à DD. vt videre eſt ex Ca-
26 ſtren. *in l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. Iud. & in l.*
adita, Cod. de edend. Iodoc. *in prax. cap. 37. rubr. de quaſt.*
num. 9. Farinac. *conf. 83. num. 6. & qu. 81. num. 308. & qu.*
83. *num. 93.* Guazzin. *def. 20. cap. 13. num. 10.* Locatelli. *de*
qu. inſpect. 5. num. 91.

Indicium ex aſſerta diffamatione deſumptum paruiſa-
ciendum eſſe conſtat, vel quia fama aliquando eligit, Ta-
cit. *in vita Agricol.* vel quia ſapiens non credit incerto,
27 Tertull. *in Apologet. aduerſ. gent. num. 101. in fin. fol. mihi*
34. vel denique quia huiuſmodi mala fama non fuit proba-
ta, cum requiſitis, de quibus per Clar. *§. fin. qu. 6. verſ.*
ſciendum eſt, Martin. del Rio *diſquiſ. Magic. lib. 5. ſec. 2.*
litt. A. Marſil. *de quaſt. § plurimum quoque num. 44. ad fin.*
Surd. *conſ. 135. num. 89. & conſ. 151. num. 76. & 77.* Farin.
qu. 47. per tot. Dec. *conſ. 37. nu. 10. & conſ. 575. num. 8. & 9.*
28 Nec releuat numerus 14. Teſtium de aſſerta diffamatione
deponentium, qui famam probant, licet abſque requiſitis
deponant ad Surd. *conſ. 311. num. 5.* Conciol. *verbo fama*
reſol. 7. num. 1. & num. 5.

Nam reſpondetur, quod octo ex ijs deponunt de origine
famæ poſt carcerationem, vt in Proceſſu a 398. a 399. a 402.
a 404. t. a 405. t. a 406. a 409. & a 411. a t. quo caſu nullius
ponderis eſt, quia non procedit capturam, & inquiſitio-
29 nem, Anchar. *conſ. 253. num. 4.* Auguſt. ad Angel. *de ma-*
lefic. verbo hec eſt quadam Inquiſitio num. 61. Farinac. *quaſt.*
47. *num. 177.* Peguer. *deciſ. 17. num. 27.*

Reliqui ſex Teſtes nullam probationem faciunt. Primus
enim a 397. *Ha ſentito dire publicamente, che faceſſi delle*
pezze da otto, e giulini di Napoli falſi, e a 397. t. *Non hà*
ſentito dire, che abbia battuto altra moneta. Hæc depoſi-
tio Reo opitulatur, quandoquidem Inquiſitio cantat de
cuſione aurearum monetarũ de quibus Teſtis non deponit,
& de alijs monetis à Teſte recenſitis nulla eſt in cauſa quæ-
ſtio, nec eſſe poteſt, cum nec per ſomnium conſtet de cor-
30 pore delicti quoniam moneta debet oculis Teſtium perito-
rum ſubijci, Anton. de Ball. *tract. var. lib. 2. qu. 9. num. 12.*
Farinac. *qu. 2. num. 22.* præterea iſte Teſtis ſua non caret
exceptione, quandoquidem a 397. inquit: *Diſmeſſi di con-*
uerſarlo, perche ſentiuo dire da varie perſone, che aueſſi
auuertito, perche queſto era vuomo di gran vantaggio: In-
terrogatus poſtea a 397. t. *Chi ſiano gli amici, che l'anno*
auuertito à guardarſi della pratica; Reſpondit, *Tutto il*
Paeſe e ſeguito in circolo in Piazza, che preciſamente non
poſſo nominar li particolari. Teſtis enim affirmans aliquid
31 audiuiſſe nihil probat, niſi nominet eos à quibus audiuit,
Gob. *conſultat. deciſ. 15. num. 26.*

Alter, & ſecundus ex ſex Teſtibus eſt capitalis inimicus
Informantis, ideò nihil probat, nec in teſtem admittitur,
32 etiam in atrociſſimis, nec in cauſa fidei, Director. *inquiſ.*
par. 3. qu. 67. & ibi Eimeric. *Commentar.* 116. Maſcard. *de*
probat. concl. 899. Farinac. *qu. 53. per tot.* Souſ. *in aphoriſm.*
lib. 2. cap. 10. num. 1.

Inimicitia probatur ab ipſomet Teſte à 400. t. *Non lo*
pratico, perche e tre, ò quattr'anni, che ſiamo nemici, io
lo volſi ammazzare in Piazza, gli diſſe buono, che ci era il
Sig. Generale.

Tertius Teſtis a 412. *Publicamente ſi diceua in Liuorno,*
che in caſa limaſſe le Pezze da otto di Bartolommeo Forno:
Limare argenteas monetas, & aureas fabbricare, valde
33 inter ſe differunt, & in delicto diſſimili, fama non facit in-
dicium, Clar. *qu. 21. verſ. Caterum.*

Quartus Teſtis a 418. *Sono anni 10. & anco 12. ò 7. ò 8.*
che preciſamente non mi ſouuiene, ma da poi in quà, che
io lo conoſco qui in Liuorno, lui publicamente hà auuto nome
di far monete falſe. Huiuſmodi alternatiua depoſitio,
34 non eſt conſideratione digna, quoniam Teſtes ita deponen-
tes non probant Alex. *conſ. 183. num. 7. lib. 7.* Ruin. *conſ. 6.*
num. 8. & conſ. 10. lib. 5. Vermigl. *conſ. 13. num. 5. & conſ.*
10. *num. 13.* Rot. *Lucenſ. diuerſ. deciſ. 78. verſ. ſed amplius,*
& de Teſte deponente cum dictione, *in circa*, quod non
probet, ſcripſit Menoch. *de arbitr. iudic. caſ. 46. lib. 2.* &
tandem eſt inimicus Informantis, quandoquidem contra
ipſum Teſtem fuit petita executio in Curia Liburni, vt per
fidem in defenſionibus productam probatur, & ex lite, ſi
non reſultat inimicitia capitalis, negari non poteſt quod
aliqua ſpecies inimicitiæ, ſeù ſaltem odioſitatis emergat,
ex qua Teſtis exceptione notatur, quæ licet Teſtem à Te- 35
ſtimonio ferendo non repellat, attamen non eſt integræ fi-
dei, nec ſemiplenam probationem facit Farinac. *qu. 49. nu.*
15. *& qu. 53. num. 30. num. 33. num. 50. & 53.*

Quintus Teſtis a 420. *E' da circa vn'anno, e mezzo in*
quà lui era in cattiuo concetto per la Piazza, che ſi diceua
per i cireoli, che faceſſe le monete falſe. Ognuno la di-
ſcorreua a ſuo modo, chi diceua, che faceſſi de' Crocioni, e
chi delle doble.

Ex dicto huius Teſtis non videtur probari fama, non ſo-
lum quia auctorem non laudat ad Clar. *in §. fin. quaſt. 6.* 36
verſ. ſecundum eſt, ſed etiam, quia fama nullius momen-
ti eſt, niſi fuerit inconcuſſa, & non varia, Farinac. *quaſt.*
47. *num. 163.*

Sextus, & vltimus Teſtis a 422. *Domandato quanto tem-*
po ſia, che d. N. ſi tiene in detto concetto. Riſpoſe, delle
doppie l'ho ſentito dire da poi, che è prigione, auanti però
sò, che vn'altra volta fu prigione circa ſei meſi ſono à
conto d'vno, che l'aueua accuſato, che aueua auuto certi Cro-
cioni falſi da lui.

Domandato, ſe auanti la carcerazione prima dell' N. per
la cauſa de' Crocioni in Liuorno il d. N. aueſſe alcuna diffa-
mazione. Riſpoſe, Lei sà, che il Mondo vuol dire quel che
li pare, la Piazza ſoſpettaua, che queſto N. poteſſe peccare
in queſto, cioè nel traffico di queſte monete falſe, io però la-
ſcio la verità al ſuo luogo.

Cuſionis duplarum famæ non probat hic Teſtis, vel quia
de ipſa deponit poſt capturam, Anchar. *conſ. 253. num. 2.* 37
& alij ſuperius adducti, vel quia non de impreſſione mo-
netarum, ſed de negotiatione deponit, & ipſe nihil ſcit, ſed
tantum quandam ſuſpicionem negotiationis allegat, quæ
à cuſione monetarum toto Cœlo diſtat, & ideò non poteſt
fieri illatio, quæ ex diuerſis non fit, *l. Papinianus exuli, ff.* 38
de minor. cum concordantib. Præterea exceptione non ca-
ret, cum inter Informantem, & Teſtem lis vertatur, &
ideò ei de fide minuitur ex dictis ſuperiùs, & fuit probatum
in defenſionibus per fidem extractam ex actis Curiæ Li-
burni, & in Proceſſu productam.

Si benè perpendantur dicta Teſtium, nullo modo fa-
mam probant, nam ij, qui originem indicant poſt captu- 39
ram, nulla conſideratione ſunt digni, alij famam non pro-
bant, tum quia numero impares, Surd. *conſ. 311. num. 5.*
Conciol. *verbo fama reſ. 7. num. 1. & 5.* tum quia omnes
ſunt exceptione notati, & Teſtes famam probantes exce-
ptione maiores eſſe debent, Dec. *conſ. 37. num. 10. & conſ.* 40
575. *num. 8. & 9.* Aſin. *in praxi part. 2. §. 1. cap. 133.* Farin.
conſ. 24. num. 8.

Nec aliud indicium deſumptum ex proceſſura Liburni
afficit Informantem, non ſolum quia in d. Proceſſu non fuit
actum de cuſione monetæ, ſed etiam quia noſter Reus fuit
abſolutus a 187. t. & ex tortura per quartam partem horæ
illata, in qua negatiuus permanſit omnia indicia (ſi quæ
aderant) purgauit, & meram veritatem dixiſſe præſumi- 41
tur, Boſſ. *tit. de confeſſ. num. 28.* Spad. *conſ. 114. num. 1.* Lo-
catell. *de qu. inſpect. 3. nu. 16.* Nec ſufficit ad effectum acriùs
puniendi, vel torquendi, quod Reus, aliàs, fuerit inquiſi-
tus, Farinac. *qu. 23. num. 33.*

Peritia in arte Aurificis, & inſtrumenta ad dictam artem
pertinentia, non poſſunt in vitium verti, nec pro indicio
deſumi, ſicut nec aliud ferrum ad inſtar vitis, quoniam Pe-
riti in eius recognitione a 430. non figunt pedem, nec affir-
mant eſſe ad cudendam monetam præcipuè adaptatum a
430. ibi, *Ma non poterlo dire aſſolutamente ſe non vedeſſe-*
ro il reſtante dell'edifizio, vnde nullum indicium deſumi
poſſe patet, quandoquidem inſtrumenta ad aliud apta, non 42
præſumuntur retenta pro fabricatione monetæ, Vermigl.
conſ. 219. num. 5.

Alia recenſita adminicula, nec leue indicium faciunt,
nec ſunt probata concludenter per duos Teſtes, vt requi- 43
ritur, Farinac. *conſ. 70. num. 47.* Iulius Cartar. *deciſ. crim.*
88. *num. 40.*

Cuique rectè intuenti patet, in hac cauſa non adfuiſſe
illa vrgentiſſima indicia, quæ ad crudeliſſimum Captæ
tormentum inferendum requiruntur, & ſignanter dene-
gatis defenſionibus, quæ ſaltem duo vrgentiſſima eſſe de-
bent, Scannarol. *de Viſit. Carcer. lib. 2. cap. 4. num. 17.* Lo- 44
catell. *de qu. inſpect. 1. num. 44.* Maur. Burg. *de mod. proced.*
ex abrupt. qu. 41. num. 23. ad fin. fol. mihi 153. Nec dicatur
defen-

defensiones non fuisse denegatas, sed dilatas post torturam
(sunt verba Conciol.) nam hoc non quadrat, cum tor-
tura contineat in se præiudicium irreparabile, Conciol.
verbo tortura, resol. 4. num. 9. in fin.

Sed vtcumque res se se habeat indicia sunt Iudici arbitra-
45 ria, & quod mihi non videbatur sufficiens, placuit doctis-
simo, ac integerrimo Delegato, & Reus fuit tortus per
decem horas in immanissimo Capræ tormento, quod lon-
gius protrahi nequit, & quidquid sit de tormento vigiliæ,
46 Capra ad summum per decem horas datur, Guazzin. *def.*
30. cap. 21. num. 13. Cartar. *in prax. interr. Reos lib. 4. cap.*
2. num. 7. vers. Et si stetisset, Farinac. *qu.* 38. *num.* 71. Scan-
narol. *de Visitat. Carcer. lib. 3. cap. 4. num.* 12. & licet tam
exquisito cruciatu fuerit afflictus, vt ferè animam exalaue-
xit, & inde plura sanitatis incommoda tulerit adeo, vt
cum sepulcro finem sint habitura, vt inferiùs dicetur: ta-
men summa Dei misericordia, qui semper innocentes tue-
tur, negatiuus permansit, & ideò ab omni pœna immu-
nem, pro veritate dimittendum esse existimo, & constan-
tissimè, iterum, pro veritate affirmo.

Certum enim est, quod omnia indicia contra ipsum
laborantia purgauit, quæ per tam acre tormentum purga-
47 ri, indubium, veru non posse videtur, & ideò Reus, qui
negatiuus permansit, purgatis indicijs, absoluendus est,
Bart. *in l. vnius §. 1. ff. de quæst.* Alberic. *in l. edictum, ff. eod.*
Clar. §. *fin. qu. 64. vers. illata Reo*, Cepoll. *cons.* 32. Alex.
cons. 1. ante num. 1. lib. 3. Bursatt. *cons. 69. num. 1. & cons.*
367. *num.* 7. Bertazzol. *cons.* 266. *num.* 1. *& cons.* 336. *num.* 6.
Decian. *cons.* 93. *num.* 132. *lib.* 2. Vermigl. *cons.* 219. *num.* 3.
Spad. *cons.* 114. *num.* 1. Fachin. *controu. Iur. lib.* 1. *cap.* 33.
Thesaur. *quæst. forens. lib. 1. qu.* 45. *num.* 8. Giurb. *cons.* 42. *n.*
9. Cæsar. Locatell. *de quæst. inspect. 3. num.* 19. Guazz. *def.*
30. *cap. 40. num.* 1. Cyriac. *contr.* 106. *num.* 11. *&* 12. Peguer.
decis. 70. num. 1. & 2. Mascard. *de probat. concl.* 36. *num.* 33.
Menoch. *de præsumpt. lib. 1. qu. 97. num. 25. &* 26. Pacian. *de*
probat. lib. 1. cap. 7. num. 4. Caball. *resol. crim. cas.* 288. *num.*
21. *& num.* 29. Cartar. *de interrog. reis lib. 4. cap. 1. num.* 133.
& de exec. senten. capt. bannit. cap. 2. nu. 60. Farinac. *cons.*
10. *num.* 18. *cons. 25. num. 45. lib. 1. cons. 175. num. 19. lib. 2. &*
quæst. 4. num. 26. quæst. 40. per tot. Mattheu, & Sanz. *de re*
crim. contr. 26. num. 2. vbi decisiones diuersorum Tribuna-
lium recensentur.

Imò per torturam tolli indicia etiam vrgentissima, &
48 indubitata, ac etiam probationes delicti expresisè tenet
Alberic. *in d. l. edictum ff. de quæst.* Boss. *in tit. de confessis n.*
28. Viu. *decis. 143. num. 2.* Fachin. *controu. Iur. lib. 1. cap. 33.*
Farinac. *quæst.* 40. *num.* 2. Spad. *cons.* 114. *num.* 1. Guazzin.
defens. 30. cap. 40. num. 1. vers. Et talis tortura, Cæsar Lo-
catell. *de quæst. inspect. 3. num.* 19. & alij hic superiùs proxi-
mè adducti.

Verùm quia noster sermo ad indicia indubitata perue-
nit, & maxima est inter DD. quæstio ad discernendum,
quæ dicantur indicia indubitata, quibus ad condemnatio-
nem perueniri possit, & cum impar viribus sim ad hanc
quæstionem enucleandam, mihi bonum erit, Farinac. ac
Caball. adhærere, qui firmant: Indicia indubitata esse il-
49 la, quæ ita sunt clara, vt contrarium credi non possit, vel
animus iudicantis persuadere non possit ad credendum
contrarium, nec intellectus verti in contrariam conscien-
tiam, ita vnus *in qu. 86. num. 67.* alter *in resol. crimin. cas.*
288. *num.* 10. vbi etiam ponit exempla.

Huiusmodi autem indubitata indicia in duplici sunt dif-
ferentia, nam quædam sunt absque vlla hæsitatione actua-
li, sed cum aliqua hæsitatione virtuali, quædam enim nul-
lam, nec actualem, nec virtualem hæsitationem habent,
Barbos. *Lusitan. Prim. part. leg. 2. ff. solut. matr. num.* 89.
& quando indicia sunt aliqua hæsitatione permixta, non
dici indubitata patet ad sensum, & docent Thor. *to. 3. par. 3.*
verbo Sodomia fol. 263. Nouar. *ad Pragm. Regni Pragm.*
12. *de offic. Iud. per tot.* Insuper animaduertendum est, quod
50 indicia, ad hoc, vt sit locus condemnationi, debent esse
saltem duo, nec vnum sufficit, Menoch. *de præsumpt. lib. 1.*
præsump. 40. num. 10. Guazzin. *defens.* 33. *cap.* 15. Farinac.
qu. 86. num. 93. & cons. 78. vbi add. litt. A. vers. Verum ad
præmissa in fin. Altimar. ad Rouit. *decis.* 63. *num.* 12. Spad.
cons. 114. num. 2.

In hac causa (ni longè vertor à signo) non duo, sed nul-
lum adesse indubitatum indicium affirmandum, ex ani-
mo censeo, quandoquidem, indicium desumptum ex in-
51 strumentis ad cudendam monetam aptis, & in domo re-
pertis, eneruatum adeò fuit per filiæ depositionem, vt ferè
ad nihilum sit redactum, nec vllus ex Doctoribus quos vi-
derim, tale indicium pro indubitato supponit, sed quod
non sit indubitatum, firmat in puncto Spad. *cons.* 114.
num. 6. vbi laudat Marsil. Decian. Honded. Guazzin. Fa-
rinac. & alios.

At esto millies, quod in hac causa adfuissent indubitata
indicia, quæ re vera non adsunt, non tamen Reus poterat, 52
condemnari, nisi in pœnam extraordinariam secundum
communem opinionem, de qua per Anton. Butr. *in cap. af-*
ferte de præsumpt. num. 7. & ibi Card. Zabarell. *in fin.* Imol.
num. 3. Felin. *num.* 6. Boss. *in tit. de conuict. num.* 38. 40. 42.
& 45. Caball. *resol. crimin. cas. 288. per tot. & num.* 31. *&*
79. Guazzin. *reor. defens. 33. cap. 14. nu. 14. & seqq.* Capyc.
Latr. *decis.* 163. *num.* 3. vbi de magis communi opinione,
& num. 40. Farinac. *qu.* 40. *num.* 10. *& qu. 86. num.* 112. vbi
testatur de magis recepta, & praxi seruata opinione; Quæ
opinio locum habet, quando Iudex relicta via torturæ ad 53
condemnationem ex violentissimis, ac indubitatis indicijs
procedit: at quando Iudex omissa via condemnationis,
eligit viam torturæ, & Reum (prout hic) durissimè tor-
quet, quod non debeat condemnari in aliquam pœnam
corporalem, magistraliter docet Farinac. *qu.* 40. *num.* 14.
vbi *sub num.* 15. viuam, ac inconuincibilem rationem as-
signat, & dicit quod à firmata prædicta opinione, nec
consulendo, nec iudicando recedendum est, & Farinac.
sequitur Guazzin. *defens. 30. cap. 40. nu. 2. vers. sed modern.*
Rom. vbi laudat Caball. *resol. crim. cas.* 93. *num.* 29. *& cas.*
288. *num.* 21. *& num.* 22. Maur. Burg. *de mod. proced. exa-*
brupt. qu. 47. num. 19. *& quæst.* 100. *nu.* 51. 52. *&* 53. Fachin.
contr. iur. lib. 1. cap. 33. per tot. Cæsar. Locatell. *de q. inspect.*
3. *num.* 21. *& num.* 25. Pœna autem corporalis extraordina-
ria in Reo torto, ac negatiuo persistente, locum habet ad
summum, quando conuictus torquetur absque protesta-
tione, non quando tortura infertur ex indicijs quantum- 54
cumque violentijs, ac indubitatis, nam Reo torto ex indi-
cijs prædictis si negatiuam sustineat, actum est de pœna,
vt in puncto falsæ monetæ tenent infrascripti, Farin. *cons.*
175. *num.* 19. vbi ex Fachin. & alijs de veriori opinione te-
statur Vermigliol. *consil.* 219. *per totum*, Spad. *cons.* 114.
per tot. qui loquitur in Reo malæ famæ, penes quem reper-
ta fuerunt instrumenta pro cusione, & ipsa falsa moneta,
& ita fuit iudicatum Florentiæ de Anno 1667. die 11. Ia-
nuarij per tres doctissimos Delegatos in Causa de Marlia-
nis, vbi Reus fuit tortus per 9. horas Capræ licet apud ip-
sum non solus falsa moneta, sed etiam instrumenta ad ip-
sam fabricandam fuissent reperta; Et iterùm ita iudicauit
Rota Crim. Florent. de anno 1682. vt in Giornale 4. Rotæ
Criminalis a fol. 206. t.

Nec dicatur Reum non fuisse sufficienter tortum super
omnibus indicijs, nam respondetur, torturam non posse 55
inferri super indicijs separatis, licet Iudex protestaretur,
quod sibi reseruat aliqua indicia, Cæsar. Locatell. *de qu. in-*
spect. 5. num. 70. & num. 209. & cum capram per 10. horas
sustinuerit dicitur durissimè tortus, & plusquam sufficien-
ter, vt in fortioribus terminis de torto per horam funis cum
baculo ad pedes, & tribus quassationibus in terminis mo-
netæ falsæ, inquit Farinac. *cons.* 175. *num.* 21. vbi con-
cordantes.

Obijcitur contra Informantem doctrina Gobij *in opusc.*
de monet. quæst. 11. *num.* 78. vbi allegat Fab. *in Codic. lib.*
9. tit. 15. defin. 1. num. 3. & Spad. *cons.* 114. *num.* 16. *&*
per tot. & firmat, quod etsi Reus inditium præ torturam 56
purgauerit, non ideò penitus absoluendus, sed in pœ-
nam extraordinariam condemnandus, vsque ad perpe-
tuas triremes.

Pluribus modis doctrinæ Gobij occorritur, eamque non
adaptari præsenti facto demonstratur. Certum enim est,
quod Gob. supponit inuentionem instrumentorum ad fal-
sam cudendam monetam aptorum, & insuper ipsam fal-
sam monetam, & vtrumque repertum fuisse penes Reum,
& tunc firmat constare de corpore delicti; At in præsenti
casu fuerunt reperta tantum instrumenta, cum exceptio-
nibus desuper oppositis, quæ hic non repeto, at de mone-
ta nec obolus quidem adulterinus penes Informantem, vel
in eius domo; vnde non esset ponere os in Cœlum, vel
cum Gobij doctrina, si diceretur non constare de corpore
delicti, ad cuius essentiam requiritur, quod falsa moneta
ponatur ante oculos peritorum, Muscatell. *in prax. delicto-* 57
rum tit. de fals. monet. num. 14. Antun. de Ball. *tract. var.*

lib. 2.

lib. 2. quæst. 9. num. 12. Farinac. *quæst.2. num.* 22. Nec dicatur aureas monetas exibitas fuisse Peritis, & ab ipsis recognitas, falsasque iudicatas à 477. & insuper peritos metipsos dixisse cusas monetas præfatas, cum Typis repertis in domo Informantis à 431. Nam præterquam quod nullam de cuneis peritiam habent, vt superiùs fuit dictum, hoc est diuinare, quandoquidem de cusione cum typis prædictis nullam certitudinem in toto Processu habemus, præter conuenientiam duplarum, cum stampis, quæ nullius momenti videtur, cum certum sit, quod quælibet stampa adæquata, & adaptata esse debebat dictis monetis, quia eiusdem circumferentiæ sunt istæ falsæ duplæ, prout sunt duplæ non adulteratæ, & sic quisquis eas cudere volebat, debebat per necesse habere formas eiusdem qualitatis, vnde huiusmodi probatio est incerta, &
58 vaga, nec concludit, vt de probatione æquiuoca dicit Vermigl. *cons. 466. num.* 49. & quia in hoc consistit corpus delicti, nempè in falsis duplis, per ipsarum conuenientiam cum stampis, non potest dici constare verè de corpore delicti, sed præsumptiuè, & quidem de corpore deli-
59 cti ad effectum torquendi verè, & non præsumptiuè constare debet *ad text. in l.* 1. §. *item illud ff. ad Syllan.* Locatell. *de qu. inspect.* 5. *num.* 3. & multò magis ad effectum condemnandi, quo casu, probationes apertæ, ac concludentes pernecesse, requiruntur, S. Anton. *in summa tit. 9. de Process. inquisit.* §. 3. *vers. qua autem probationes prop. fin.* Honded. *cons. 96. num.* 32.

De corpore delicti ad effectum efficiendi Informantem, ni mea me fallit opinio, aliter constare debebat, nam quod attinet ad monetam, probanda erat numeratio, seù transmissio facta per informantem D. Doctori N. & iterùm consignatio, seù traditio duplarum facta per D. Doctorem, D. N. qui eas expendisse probatur, sed neutrum factum videò: Nam quod attinet ad primam, nullus ex Testibus deponit de aliqua consignatione, sed solum famula, & scriba asserunt vidisse Informantem in studio D. N. præmanibus habentem plures duplones a 465. & a 469. t. sed assumptum non probant, tum quia sunt inter duo iuramenta, tum denique, quia in essentiali requisito temporis
60 non conueniunt, nam famula affirmat vidisse *circa venti mesi sono* a 465. Scriba verò asserit a 469. t. *Stimo, che siano anco trenta mesi, piu tosto piu, che cio seguì*, Vermigliol. *cons.* 434. *num.* 18. & quatenus probarent, quod Informans, præ manibus habuisset aureas monetas in Bibliotecca D. Doctoris N. non ideò concluderent, quod dicta moneta esset Informantis, potest enim vnos præ manibus habere, & numerare, & alterius esse moneta; cum
61 ex numeratione, non arguatur Dominum in terminis falsæ monetæ, Capyc. Latr. *decis.* 179. *num.*47.

Alterum, nempè consignatio duplarum facta per D. N. Domino N. qui eas expendit, nullo modo probatur, imò ex confessione propria D. N. qui falsas monetas expendit, manifeste patet, eas non habuisse à D. Doctore N. a 271. t. *Li ducati dugento d'oro, che diedi in serbo al Signor N. l'aueuo auuti da piu persone, e particolarmente da D. Ortensio Spighi dobloni diciotto, o venti, bellissimi, quattro, ò cinque anni sono*, & a 272. *Da D. cinque, ò sei dobloni*, & a 272. t. *Gli aueuo stropicciati piu anni*, & a 274. t. *Con il Dottore N. non aueuo seco debito, ne credito, se non per dependenza di Procura*, & a 274. *Il mio fratello consegnò à questo Maturo circa 24. doppie, che me le portò; Mi scrisse, che n'aueua auute 10. in circa da Simone Ristori Merciaio in Calimara, vi erono tre, ò quattro dobloni.*

Nec obstat, quod N. qui falsas monetas expendit contrarium in supplici libello a 7. & eius constituto a 302. dixerit, asserendo, falsas monetas habuisse a D. Doctores N. postquam notitiam discessus à Ciuitate Florentiæ dicti N. habuit, nam in hoc nullam meretur fidem, & primum eius dictum est attendendum, tum quia est geminatum, vt ex epistola a 61. in qua confirmat idipsum quod dixerat in constitutis a 271. t. tum quia de veritate ipsius constat ex contestura cum D. Simone Ristorio, qui duplas dedisse fatetur a 275. t. & per Epistolam scriptam à D. N. Presbytero, ac fratre expensoris monetarum a 59. tum quia est repetitum a 272. t. tum denique quia ad sui exonerationem deponit, & in Causa propria, & ideò nullam fidem me- 62
retur in secundo dicto, *l. omnibus 9. Cod. de Test.* Farinac. *cons.55. num. 39. & quæst. 66. num.* 124. Spad. *cons.* 101. *nu.* 23. & cum non appareat consignatio duplarum facta per D. Doctorem N. D. N. qui eas expendisse negari non potest, nemo asserere valet, quod constet de corpore delicti, quod attinet ad Informantem, nam tunc, quatenus sua interest, diceretur de corpore delicti constare taliter qualiter, si vtraque consignatio legitimè, & per euidens, ac claras probationes fuisset probata.

Sed ad Gobium redeamus, & non obstare eius doctri-
nam facillimè demonstrabitur supponendo, quod quilibet 63
Doctor est intelligendus secundum iura, & DD. per ipsum allegatos, Tusc. *litt. D. Concl.* 554. *per tot. at* Gobius allegat Fabr. *in Cod. lib. 9. tit.* 15. *defin.* 1. *num.* 3. & Spad. *cons.* 114. *num.* 16. *& per tot.* ideò, ad mentem ipsorum est intelligendus.

Doctrina Fabri supponit contra Reum adfuisse delicti probationes, dum, ibidem ipse loci, *num.* 4. inquit, *Maximè verò si non esset addita protestatio, sine præiudicio probationum, quæ semper addi solet, & debet, ne alioquin necesse sit Reum absoluere.*

Non enim doctissimus Faber mentionem de protestatione fecisset, nisi probationes adfuissent, quandoquidem certum est dictam protestationem non requiri, quando adsunt tantum indicia, sed solum desiderari quando delictum est probatum, quod benè agnouit, & declarauit idem Fa-
ber. *in Cod. lib.9. tit.21. defin. 9. & defin. 25. num.2. & dicto* 64
lib.9. tit.25. defin. 6. num.3.4.5. & 6. fol. mihi 1101. & quod dicta protestatio requiratur, passim docent Doctores Clar. *quæst.64. vers. sed numquid*, Boss. *in tit. de confess. num.29. & in tit. de Indicijs, num.* 30. Caualcan. *de Brach. Reg. par. 3. num.271. in fin.* Maur. Burg. *de mod. proced. ex abrupt. quæst.*100. *num.*87. Bertazzol. *cons.266. num.* 2. Farin. *cons.* 11. *num.46. cons.60. num.*31. *& quæst.*40. Guazz. *reor. defens.* 30. *cap.40. num.*6. Baiard. ad Clar. *quæst.64. nu.* 119. *& seqq.* Ambrosin. *Process. Informat. lib.6. cap. 4. nu.* 1. & ibi Porr. *num.*13. Scialo *in prax. torquendi reos cap.7. num.9.* Cæsar. Locatell. *de quæst. inspect. 3. num. 27. & seqq.* & cum in nostro Processu dicta protestatio non adsit, vlterius de pœna quærendum non est.

Spada verò in allegato Consilio 114. tatum abest, vt opinioni Gobij opituletur quin potius illam funditus prosternit, & pro Reo omninò allegatur.

Tandem pro Reo, diuturna carceratio, & amarissimi cruciatus deducuntur, quibus ad vltimom vsque vitæ deliquiom redactus, amplius inter viuentes numerandus non sit, vt probant fides in actis exibitæ, quibus patet debilitatum, omnino sinistro brachio fuisse, & impudendis incurabili morbo fistulæ affectum, ob rigorosum capræ tormentum.

Quo attinet ad filias, & vxorem dicti N. certum est, quod nullibi constat (nec per somnium) de asserto auxilio cooperatiuo ad monetæ fabricationem, in inquisitione expresso, nec video, quomodo potuerit ipsarum nomen inter reos poni, cum nullum indicium, nullumque penitus adminiculum in Processu perlegerim, quibus de præfato cooperatiuo auxilio grauatæ reperiantur, attamen torturæ duæ suppositæ fuerunt, ac negatiuæ permanserunt, ideò absoluendæ omnes sunt ex latè congestis in terminis falsæ monetæ per Vermigliol. *cons.* 218. *per tot. & num. 9. & seqq.*

Et quibus &c. Saluo &c.

Ad Laudem Dei, Beatæ Mariæ semper Virginis, & Sancti Iosephi.

Addictissimus

BERNARDINVS RENZOLIVS.

Cap.

Cap. XI.

ARGVMENTVM.

De officio institutoris mensæ nummulariæ, & an, & qualiter dictus Institor possit obligare rationem bancariam, vel non; Et quid si Accomandita sit restricta ad certam summam, an possit illam obligare sine socij consensu, celebrando contractus etiam nomine societatis, vltra limites Accomanditæ.

SVMMARIVM.

1 *Officium institoris mensæ nummulariæ quale sit.*
2 *Institor non potest ex natura Negocij contrahere cambia fixa, & passiua ex defectu potestatis legalis, & cominus ex defectu potestatis ex conuentione hominis, num. 3. & 15.*
3 *Idem est scire, quod scire debere.*
5 *Quid importent verba*, Per il mio negozio, *&* al mio negozio.
6 *Non potest quis sibi debitori insimul, & creditori fructus stipulari.*
7 *Ex quibus coniecturis arguatur voluntas contrahendi ex noua causa, & num. 9. 10. 11. 12.*
8 *Socius non obligatur nisi pro ea quantitate, quam habet in societate, num. 14.*
13 *Quid requiratur ad hoc vt societas obligetur ex eo, quod alicuius pecunia reposita sit in arca communi.*

Romana prætensi Cambij.

Reu. Pater. NOn est procedendum ad vlteriorem executionem mandati relaxati contra Rationem Bancariam cantan. sub nomine Laurentij Vrsini, quia pro prætenso Cambio non remansit obligata, tam ex defectu potestatis, quàm voluntatis.

Ex defectu potestatis, quia quidquid dicat contraria de-
1 cisio 30. Ianuarij 1688. §. *Quo vero ad defectum potestatis coram* R. P. D. *Vrsino*, vt Institor Mensæ Numulariæ, cuius officium consistit in dandis, & recipiendis pecunijs, absque requisitis indigentiæ, possit contrahere cambium, veluti ex natura Mensæ Numulariæ exercitæ, ad differentiam Institoris alterius negocij, ex cuius naturam non sit datio, & receptio pecuniarum, quo casu non liceat ei contrahere cambium, nisi ad limites indigentiæ, cùm requisitis *Textus in l. final. ff. de exercitor. action.* reassumptis ab Alexandr. *cons.* 44. *num.* 6. *volum.* 2. Adhuc tamen ex nouo motiuo vsque modo non deducta, supplicamus animaduertere, quod Institor Mensæ Numulariæ dicitur quidem præpositus ad dandas, & recipiendas pecunias, ideòque ex natura negocij potest illas mutuò accipere, quod tantùm dicunt Antesignani istius sententiæ Bartol. *in l. 1. §. Non autem num.* 2. *ff. de exercitor. action.* & Bald. *in l.* 1. *pariter sub nu.* 2. *C. de Institor. & exercitor. action.* sicque benè stat, quod Institor hoc casu possit facere cambium minutum, cambiando pecunias datas, & receptas cum solitis vtilibus, iuxtà naturam Mensæ Numulariæ, quod genus Cambij quoad effectum conuenit cum mutuo, licèt in essentia adsit quoque discrimen, vt in proposito Scacc. *de commerc. & camb. §. 2. glos. 3. sub num.* 101. latè Turr. *de camb. disput. 1. quest. 7. per tot.* Et ita loquuntur adductæ pariter in prædicta contraria decisione R. P. D. Vrsini authoritates *Rota Ianuen. decis. 14. nu. 49. vers. sed quia*, Felin. *de societ. cap. 30. n. 24. iunctis anteceden.* Michalor. *de fratr. p. 2. cap. 48. n. 17. in fin. vers. Nisi tamen Institor*, Hermosilla ad Lopez *lib. 1. leg. 7 glos. 2. num.* 20. *pag.* 73. non solùm quia fundantur in ratione mutui, sed etiam quia sequuntur originalem doctrinam Baldi mox adducti, loquentes de simplici mutuo, atque nota est conclusio, Doctorem intelligendum esse iuxtà doctrinam, quam allegat Roman. *cons.* 211. *sub num.* 5. Rota coram Coccin. *decis.* 291. *num.* 6. & *decis.* 574. *num.* 47. *& in recent. par.* 17. *decis.* 317. *num.* 22. *vers. quia Textus, & par.* 18. *decis.* 603. *num.* 3. *& sæpè in alijs.*

Sed quod Institor Mensæ Numularię possit ex natura ne- 2
gocij contrahere cambia fixa, & passiua, ad rationem scutorum quatuor pro centenario, in non modica summa scutorũ 6000. vt contrahere intendebat Vrsinus cum D. Alemanno, nec prædictæ Authoritates dicũt, nec dicere possũt, quia de natura Mensæ Numulariæ est dare, & recipere pecunias per speciem mutui, cambiando cum solitis vtilibus, sed non est creare cambia passiua fixa cum vsuris annuis conuentis, ideòque requiruntur requisita Textus *in l. final. ff. de exercitor. action.* quoad limites indigentiæ, reassumpta ab Alexand. *eod. consil.* 44. *num.* 6. *volum.* 2. quæ in nostro casu deficere non controuertunt D. Aduersarius, nec decisiones contrariæ. Hæc nempè est communis sententia, de qua Castrens. *consil.* 345. *sub num.* 1. ibi, *Sed iste fuit præpositus fænerandis: quod autem reciperet pecunias ad vsuras, hoc sibi mandatum non fuit, volum.* 2. Capyc. Galeot. *controuers.* 70. *sub num.* 6. *lib.* 2. *iuncto princip.* vbi apparet loqui de Banco Martellini Florentini, sicque de præposito ad accipiendam pecuniam, in quo pariter casu explicando doctrinam Baldi, loquitur Gratian. *decis.* 178. *num.* 7. *& seqq.* quem sequuntur Genua *de scriptur. priuat. tit. de liber. ration. Institor. sub num.* 44. *& seqq.* Rota *recent. par.* 17. *decis.* 64. *num.* 12. & apud Merlin. *de pignor. decis.* 99. *sub n.* 39. *& seqq.* & latè firmatum fuit in alia *Romana pretensi cambij* 11. *Maij* 1682. §. *Non enim coram bon. mem. Paulutio, quæ datur in fine Informationis.*

Præter hunc defectum potestatis legalis, iuxtà sententiam hucvsque approbatam à S. Rota in tribus prędictis decisionibus, itaut in prædicta contraria decisione R. P. D. Vrsini, adductum non fuerit, nec vnum iudicatum huius Sac. Tribunalis, adest alter defectus potestatis ex conuen-
tione hominis, & ex voluntate non obligandi pro hoc cam- 3
bio Rationem Bancariam, sed illud contrahendi ex noua causa. Etenim procedendo etiam cum sensu contrariarum decisionum, quod Contrahens intuitu Rationis Bancariæ sciret, vel scire debuisset, quod idem est Apocam solam exhibitam in Consulatu Florentino, quæ succedit loco litterarum, quæ inscribebantur antiquitus ad Romanos ante tabernam, vt omnibus, qui contrahere vellent, essent notæ leges futuræ negociationis, ad terminos Textus *in l. sed etsi pupilli §. de quo palam, ff. de Institor. action.* atq; obligat quoscunque Contrahentes, datque legem contractibus, vt per Rot. *in rec. part.* 10. *decis.* 151. *num.* 10. *&* 21. *& in Romana Pecuniaria* 10. *Decembris* 1677. §. *Siquidem cum Hercules coram Eminentissimo Vicecomite*, quæ loquitur in Accommandita, & datur *in fine Informationis*, atque volunt decisiones causæ 21. Febr. 1687. *sub §. Præfata autem, & sub §. Quibus positis*, & 30. Ianuarij 1688. §. *Et licet, & seqq. coram R. P. D. Vrsino.*

Certum proindè est, quod D. Alemanus sciebat, vel 4
quod idem est, scire debebat Apocam exhibitam ab Vrsino, quando aperuit negotium, in dicto Consulatu Florentino, in qua declaratum fuit ab ipso Vrsino in hæc verba, *Che il suddetto mio negotio non hà altro Capitale, che la detta somma di scudi 25. mila, sopra li quali douranno farsi tutti li negotij, Summar. num.* 1. atque vlteriùs ibidem consequenter restrinxit se, suasque obligationes; *In conformità dello Statuto di Firenze nella rubrica de' Compagni, & in che modo l'vn compagno sia tenuto per l'altro*, quod Statutum in Rubrica, ad quam se restrinxit Vrsinus in Apoca exhibita in Consulatu Florentino, hodiè ad tollendam omnem difficultatem, nouiter exhibemus. In hoc autem loquendo præcisè de Accommandante, non exercente vt in casu non exercebat D. Dominicus Columna, hæc habet: *E se tali Accomandite saranno così descritte, e non saranno amministrate, ò gouernate da chi le dà, mà da chi le riceue, non sia tenuto chi le haurà date, ò darà, se non à quella somma, ò cosa, che vi haurà messa, & vtili, e guadagni di quella. Summar. n. vlt.* Si itaque D. Alemannus sciens hæc omnia, vel scire debens, voluit vltra capitale scutorum 25. mil. dare alia scuta 6000. non potuit habere obligatam Accomanditam ob prædictas conuentiones, & leges illius ad hanc summam tantùm restrictam, quarum ignorantia non excusat, quia, vt superiùs probaui, inuestiganda est conditio societatis, vt firmant per hanc rationem Castrens. *eod.*

eod. cons. 345. *sub num.* 2. *vers. breuiter volum.* 2. Paris. *consil.* 93. *sub num.* 52. *& seqq. & cons.* 94. *cnum.* 25. *volum.* 1. Spad. *consil.* 215. *num.* 2. *& seq. volum.* 3. Gratian. *d. decis.* 178. *sub num.* 8. latè Felic. *de Societat. cap.* 30. *num.* 7. *& seqq.* Ancharan. *consil.* 332. *num.* 3. *& pluribus seqq.* Antonell. *de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 125. *& seqq.* Catan. *consil.* 7. *num.* 4. qui loquitur præcisè de Accomandita, Paseth. *consil.* 199. *num.* 15. *& seqq.* vbi de simili Banco Rota post Merlin. *de pignor. ead. decis.* 99. *num.* 38. *vers. minus refragari, & n. seq.* vbi in præcisis terminis Cambij, & coram Coccin. *decis.* 1665. *num.* 2. & coram Pamphil. *decis.* 179. *n.* 5. *& in recent. par.* 18. *decis.* 146. *num.* 1. *& seqq.*

Verùm nec voluit D. Alemannus habere obligatam rationem bancariam, quia sciens illam restrictam ad scuta 25. mil. capitalis, ac pro solis 17. mil. obligatum esse D. Dominicum Columnam, vt in Apoca exhibita in Consulatu Florentino *Summario n.* 1. adhuc vltra hanc summam voluit dare Vrsino alia scuta 6. mil. Proposiut enim Vrsinus personam, *Chi V. S. sà*, quæ accipiebatur pro D. Dominico Columna velle dare, *Al mio negotio dieci altri mila scudi alla ragione di quattro per cento. Io vorrei seruirla di pigliare i suoi con dire all'Amico, di ritrouarmene per la sudetta somma impegnato con vn Personaggio, quando habbia da pagarli gl'interessi di quattro per cento*, vt referunt contrariæ decisiones, & forsàn Pars aduersa exhibebit in Summario. Igitur non in terminis prioris Accommanditæ, nec pro ea tractatum fuit ab Vrsino, vt D. Alemannus daret pe-
5 cunias ad Cambium, quia non dixit, *Per il mio negotio*, sed dixit expressè, *Al mio negotio*, quod est maximè ponderandum, quia pro negotio fuisset in causam negotij, & remansisset obligatus D. Dominicus Columna, vsque ad summam, quam posuit scutorum 17. mil. iuxta Apocam exhibitam in Consulatu Florentino: Sed dando pecunias negotio suo, vt benè dixit Vrsinus, tunc D. Alemanus non contemplabatur Accommanditam, sed ipsum Vrsinum Accommandatarium, cuius erat negotium, dum Accommandatarius dicitur Dominus, & Accommandans dicitur simplex Creditor pro summa Accommandata, Catan. *cons.* 7. *num.* 1. *vers. Primo præmitto, Rota Ianuen. decis.* 39. *num.* 9. & plenè Rota *in Romana Cambij* 19. *Ianuarij* 1685. §. *Etenim, & §§. seqq. coram R. P. D. Vrsino*, & 15. *Martij* 1686. §. *Verum istud coram R. P. D. Caccia*, quia aliud non est accommandare, quam deponere, inquit *Textus in l. commendare* 186. *ff. de verbor. obligation.*

Fortiùs quia Vrsinus proposuit D. Dominicum Columnam velle dare, non pro suo negotio, sed ipsi Accommandatario, vltra spheram prioris Accommanditæ in scutis 25. mil. coarctat, alia insuper scuta 6. mil. ibi, *Al mio negotio dieci altri mila scudi, alla ragione di quattro per cento.* Ergo non intra spheram, sed vltra 25. mil. scuta præexistentis Accommanditæ, dum supponebatur, D. Dominicum Columnam velle dare; *Altri dieci mila scudi*, quæ dictio, *altri*, est augmentatiua, & extensiua vltra 25. mil. scuta Accommanditam componentia, & sic extra illam, & causam præexistentem illius, & ex noua causa, dum denotat diuersitatem ab expressis, & illa excludit, Decian. *consil.* 24. *num.* 99. *volum.* 1. *& cons.* 55. *num.* 83. *vers. Quia respondetur volum.* 3. Paris. *cons.* 92. *num.* 5. *volum.* 1. Honded. *consil.* 69. *num.* 25. *volum.* 2. Rota *recent. part.* 5. *decis.* 316. *nu.* 7. & coram Dunozet. iun. *decis.* 699. *num.* 14.

Crescit vis argumenti ex motiuo pariter vsque adhuc non ponderato, quod implicat in terminis, quod D. Dominicus Columna dare voluisset alia scuta 10. mil. *Alla ragione di quattro per cento*; stipulando sibi vsuras intra ter-
6 minos, & cancellos prioris Accommanditæ, intra quos dum erat debitor pro prædicta rata scutorum 17. mil. non potuisset sibi debitori insimul, & creditori fructus stipulari, procedendo etiam cùm sensu contrariæ *decisionis* 30. *Ianuarij* 1688. §. *Minus releuat coram R. P. D. Vrsino*, ideòque pernecesse concluditur intellexisse Vrsinum proponere casum contractus extra causam præexistentis Accommanditæ, ad euitandum delictum alioquin insurgens, quasi non Accommanditæ, sed alij D. Dominicus pecunias dedissent sub vsuris, vti Tertius, ad litteram *Textus in l. si vnus ex Socijs* 68. §. *si vnus in fin.* ibi: *sed & si suam pecuniam dedit, non sine causa dicitur, quod vsuras quoque percipere debeat, quas posset habere, si alij mutuum dedisset, ff. pro Soc.* Turr. *de camb. disput.* 2. *quæst.* 7. *num.* 26. *& seq.* cum alijs, quos sequitur Rota *in Romana Societatis, & cambij* 15. *Maij* 1679. §. *Nec vllam implicat contradictionem coram bon. mem. Albergato, &* 11. *Decembris eiusdem anni* 1679. *coram bon. mem. Paulucio.*

Cæterùm sequentes Epistolæ ponunt adhuc magis rem in claris. Si enim intellexisset D. Alemanus obligatam habere Accommanditam, ex causa præexistenti, illius, cambiũ contractus, ineptum fuisset dicere: *Sò anche che l'Amico e sicuro, e puole obligarsi per centinara di migliara*: *Summario num.* 5. dum hæc securitas habebatur in Apoca exhibita in Consulatu Florentino, in qua erat securitas obligationis eiusdem D. Dominici Columnæ, & non egebat obligatione futura, *puole obligarsi*, si iam erat obligatus pro rata scutorum 17. mil. nec exagerare diuitias, *per centenara di migliara*: si iam ad scuta 17. mil. erat coarctata obligatio. 7
Sed quia D. Alemannus intendebat contrahere cambium ex noua causa, non ex præexistenti Accommanditæ, idcircò de his securitatibus erat sollicitus, ideòque in alia Epistola nimis apertè id demonstrauit *Summario nu.* 8. *Aspetto sentire ansioso l'esito accennatomi del cambio, e se l'Amico siasi risoluto.* Hæc enim requisitio noui consensus D. Dominici Columnæ ponit in aperto cambium creandum fuisse, non ex causa præexistenti Rationis Bancariæ istius Accommanditæ, quo casu nec de diuitijs, nec de nouo consensu Accommandantis curandum erat, stante eius obligatione pro rata scutorum 17. mil. vt sæpè dixi in Apoca exhibita in Consulatu Florentino, optimè Gratian. *discept.* 725. *num.* 8. *ad fin. vers. Ideò tanquam non confidens de istis Iuribus*, dum alioquin credendo pecunias Vrsino vti Complementario ex causa præexistenti habuisset Rationem obligatam pro restitutione sortis, sine alio consensu Participis, ac etiam pro fructibus, ratione damnorum, & interesse ob cambium non creatum, Stracc. *de Mercatur. tit. mandati num.* 51. Rocca *de mandat. seu complement. notabil.* 26. *num.* 53. *& seq. Rota Ianuen. decis.* 24. *num.* 17. *& seqq.*

Si igitur Vrsinus requisiuit pecuniam ex noua causa, non potuit obligare D. Dominicum Columnam, sine eius consensu, de quo non sine causa D. Alemannus sollicitus 8
erat, vt præcisè per Castrens. *cons.* 415. *nu.* 3. *volum.* 1. Menoch. *cons.* 121. *num.* 29. *& seqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 8. vbi quod socius non obligatur, nisi pro ea quantitate, quam habet in Societate, etiamsi contractus fuisset celebratus nomine Societatis, ideòq; D. Dominicus Columna non potuit obligari ad alia scuta 5. mil. recepta vltra summam positam in Accommandita, optimè in eisdem terminis Accommanditæ Caran. *eodem cons.* 7. *num.* 4. Castald. *consult.* 146. *num.* 14. *vers. Vbi conscius non habet facultatem, aut intentionem obligandi Consocios* Rota *coram S. D. N. decis.* 94. *num.* 17. *vers. Nec minus habuisse vllam intentionem obligandi Consocios*, & coram Dunozett. iun. *decis.* 402. *sub num.* 11. *& seqq. & in Bononien. Concursus Creditorum* 13. *Iunij* 1681. §. *Vnde quatenus coram R. P. D. Vrsino.*

Quatenus verò contrariæ decisiones dicunt, si non ex contractu, qui verè non adest ob defectum potestatis, & voluntatis non obligandi Rationem Bancariam, dum verè contractum fuit ex noua causa requisito nouo consensu D. Dominici Columnæ, consideratis eius diuitijs, contradistinctè ad scuta 25. mil. extantis Accommanditæ, extra illam summam, facta ab Vrsino propositione recipiendi, *Altri scudi* 10. *mil.* saltem eandem Rationem Bancariam teneri restituere scuta 5. mil. quæ ex pecunijs D. Alemanni, ingressa fuerunt in negotium, facilis est responsio. Etenim non solùm non probatur hæc scuta 5. mil. D. Alemanni ingressa fuisse in negotium, sed nos contrarium ostendimus ex quatuor demonstrationibus, quæ etiam magis, ac magis ostendunt voluntatem semper fuisse, vt ex noua causa, independente ab Accommandita, hæc gerenda essent, vt hu- 9
cusque probaui: Quarum prima est, quod Vrsinus exactiones istarum pecuniarum D. Alemanni non descripsit in libris Accomanditæ, vt solebat, & debebat describere, prout ex stylo omnium Mercatorum, licet notorio, testantur Stracc. *de mercatur. part.* 2. *num.* 66. Castald. *consult.* 136. *num.* 9. *& consult.* 137. *num.* 7. quod argumentum, si versaremur in claris, vt supponunt contrariæ decisiones, tunc posset disputari, an concluderet, & an omissa descriptio in libris Accommanditæ, nocere posset illius verò Creditori. Sed dum potius ex nouis ponderationibus hucusque non deductis, ostendimus nos potius versari in claris, vt hæc, omnia gesta fuerint ex noua causa, & nouo contractu independentibus à summa scutorum 25. mil. existentibus in

Accom-

Accomandita, super addendis contradistinctè ad hæc, *altri scudi dieci mila*, cum nouo idcircò consensu D. Dominici Columnæ exquirendo, eiusque pensatis diuitijs, vt dicitur in Epistolis, quorum nullum congruit contrahenti intra cancellos primæ obligationis Accomanditæ, vel saltem negari nequit id esse dubium: omissa descriptio exactionis in libris Accomanditæ, reputata semper fuit pro fortissimo argumento, non solum exclusionis, quod pecuniæ ingressè fuerint negocium, sed quod actus non fuerit gestus ex causa negotij, vt alijs adductis Gratian. *eadem decis. March.* 178. *in addition. num.* 5. Felic. *de sociee. cap.* 3. *sub num.* 46. *& seqq.* Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 22. *n.* 6. Rota coram Seraph. *decis.* 375. *num.* 2. & coram Coccin. *decis.* 2212. *num.* 6. *& seq. & in recent. par.* 13. *decis.* 437. *num.* 9.

Secunda demonstratio excludens prædicta scutorum 5. mil. D. Alemanni non ingressa fuisse negotium, & confirmans eiusdem negotij, intuitu, & animo illud obligandi, nihil gestum fuisse, fundatur in hoc, quod Vrsinus vni-
10 uersalis negotiorum gestor, & intimus Amicus D. Alemanni, hanc fidem quoque seruauit Rationi Bancariæ, vt ex contra distinctione actuum in futurum veritas contra distingueretur, quod pecunias D. Alemanni exegit mediante Iosepho Bartolino, qui non erat Minister Rationis Bancariæ, atque è conuerso pecunias Rationis Bancariæ exegit semper post vendita loca Montium D. Alemanni, mediante solo Gaetano Pariano eius Ordinario Exactore *Summar. num.* 10. sicque ex modo exigendi denotatur causa exactionis, vt in proposito exactionum comprobat Rota coram Bich. *decis.* 135. *num.* 19. *& seqq.* & coram Pirol. *decis.* 246. *num.* 15.

Tertia demonstratio insurgit ex eo, quod calculando à die, qua Vrsinus vendidit loca Montium D. Alemanni,
11 retractis exinde dictis scutis 5. mil. & coaceruatis omnibus summis exactis, & depositis ex causa negotij, exactio excedit quantitatem depositi, iuxta distinctum calculum arithmeticum in folio ad partes, vt occasione similis calculi, Natta *consil.* 567. *num.* 7. *vers. Immo potius probatum.* Ex quo calculo, dum Vrsinus remanet debitor Accomanditæ; ipsa Iure anterioritatis excludit D. Alemannum posteriorem, vt in terminis Rocca *disput.* 100. *num.* 10. *tom.* 2. Rota coram S. D. N. *decis.* 40. *num.* 43. *& seqq. & decis.* 94. *num.* 20. *& seqq.*

Quarta demonstratio elicitur ex hoc, quod Gaetanus Parianus Ordinarius Exactor istius Accommanditæ, ex libro, in quo ipse exigenda adnotabat, apparet habuisse ad
12 effectum exigendi scuta 100. mil. & vltra, ex effectibus Accomanditæ. Igitur si ex summa æquiualenti scutorum 100. mil. quę apparet ab eodem Gaetano Pariano Ordinario Accomanditæ Exactore delata ad Bancum S. Spiritus, in cuius libris adsunt verba, *Recò detto Summar. n.* 10. consequens est, vt scut. 4300. exacta à Bartolino eadem die, qua similis summa delata fuit ad Bancum prædictum S. Ppiritus à Gaetano Pariano, non sit illa pecunia, quam detulit Gaetanus Parianus, dum quidquid iste detulit in summa scutorum 100. mil. vt dixi, sit adnotatum cum verbis *Recò detto*, & sit ei bonificandum in redditione rationis exigendi pro Accomandita, pro qua habuit exigenda similia scuta 100. mil. & vltrà, ex effectibus eiusdem Accomanditæ. Et proindè non solum D. Alemannus non probat suas pecunias ingressas fuisse in arcam communem Accomanditæ, nec etiam materialiter, dum tamen formalis ingressus in vtilitatem Accomanditæ requirebatur, sed nec probare potest ingressas fuisse in arcam particularem Vrsini in Banco S. Spiritus, in quo retinebat proprias pecunias, atque illas Accomanditæ, quod supplico ponderari, quia si Gaetano Pariano bonificanda est hæc summa in redditione rationis suæ exactionis, pro effectibus Accomanditæ, quos exigendos habebat, impossibile est, quod fuerit ex pecunijs D. Alemanni, cuius fauore deduci non potest hæc partita, si bonificanda est Gaetano Pariano, & pro eo deducenda in sua redditione rationis, vt ex vulgata regula *textus in l. bona fides* 58. *ff. de regul. Iur.* in simili partita dicebat Rota *recent. part.* 18. *decis.* 594. *num.* 5.

Præterea, vt Societas obligetur ex eo, quod alicuius pecunia deposita sit, vel reposita in arca communi, quod est intrare in negotium, requiritur, vel quod reposi-
13 ta fuerit, seu deposita in arca communi, non materiali, sed formali, hoc est in vtilitatem communem, vel quod Consocij consenserint receptioni, vel acceptationi depositi, aliàs sicut Alemannus fecisset illam pecuniam intrare in arca communi ad suum libitum, quod absolutè non fecit, poterat etiam facere illam exire, eamque retrahere, & ita loquitur *textus in l. Iurè Societatis*, ibi, *Nisi in communem arcam pecunia versa sine*, *ff. pro soc.* & eundem Textum explicantes Natta *cons.* 567. *num.* 7. & melius Pasch. *omnino viden. cons.* 199. *num.* 13. *vers. Nec obstat*, quod dicitur, pecuniam fuisse repositam in arca communi, & *num. seqq.* Rota coram Seraph. *decis.* 375. *num.* 1. iuncto princ. vbi de simili deposito.

Et tamen Vrsinus in venditione locorum Montium D. Alemanni, & exactione pecuniæ exindè retractæ, se gessit vti Procurator D. Alemanni; ideòque superest contra Vrsinum sola actio mandati, non verò depositi contra Accomanditam, ad quod rogo videri indiuidualem *decis.* 1558. coram Seraphino.

Quare &c.

Peregrinus Masserius Aduoc.

EMINENTISS. VICECOMITE

Bononien. Pecuniaria.

Veneris 10. *Decembris* 1677.

Sub fundamento, quod post emptam per Herculem, &c.

Siquidem cùm Hercules contraxerit Societatem cum supradictis de Clericis, & Fungarinis per viam Accommanditæ, in qua pro sua rata exposuit libras 50. mil declaratione expressa, nolle vltra dictam quantitatem teneri, nec obligari posse per illos de Clericis Complimentarios, & Negotij Institores, ac sub eadem declaratione inscripti fuerint libri sociales à Consulibus tui Mercatorum approbati summam: Herculis dato sub die 21. Iunij proxime pręteriti *num.* 1. sequitur nulla contraxisse, nec contrahere potuisse debita, eiusque culpæ, & facto imputanda non per
Complimentarios vltra dictam quantitatem contracta, 14
dum eum obligare non poterant in plus, quam in societate exposuerat Paris. *cons.* 93. *num.* 31. *& per tot.* Stracc. *de mercatur. tit. de contract. Merc. num.* 15. Felin. *de societat. cap.* 30. *num.* 8. *& seq.* Rocc. *de societ. merc. notabil.* 6. *num.* 19. Cost. *de por. rat. quæst.* 99. *num.* 1. Giurb. *ad consuetud. Messanen. cap.* 1. *glos.* 5. *par.* 1. *num.* 16. *Rota Ianuen. decis.* 14. *num.* 210. *& seq. num.* 131. *cum seq.* Rota coram Dunozett. iun. *dec.* 402. *num.* 11. *&* 12.

Et ita post secundam causæ propositionem resolutum fuit, vtraque, &c.

R. P. D. PAVLVTIO.

Romana prætensi Cambij.

Luna 11. *Maij* 1682.

Erexerunt Ioannes Baptista, & Alexander, &c.

Non enim fuit contractum hoc cambium pro necessitate negotij; sed in termino expirantis prædictæ Rationis Bancariæ, quo habebat ipsa non solùm integra collata capitalia, & vtilia, sed exuberantem ingentem summam in capsa communi planè otiosam, quo casu Institor quantumuis cum libera constitutus facultate non potest præponentes
obligare, nisi vltra indigentiam etiam concurrant aliæ 15
conditiones, quas tanquam copulatiuè requisitas enumerat Alex. *cons.* 44. *nu.* 6. *volum.* 2. easque reassumpsit Michalor. *de fratrib. par.* 2. *cap.* 48. *num.* 17. ità Felic. *de societat. cap.* 30. *num.* 31. Genua *de scriptur. priuat. lib.* 4. *de libr. Rat. Institor. num.* 37. *& seqq.* Capyc. Galeot. *lib.* 2. *controuers.* 7. *num.* 4. Rota *decis.* 64. *num.* 10. *&* 11. *part.* 17. *&* 146. *num.* 3. *& seq. par.* 10. *recent.* Complementarius enim etsi cum libera non dicitur habere mandatum, nisi ad ea, quæ tangunt vtilitatem, aut necessitatem negotij, vndè & versio in rem mandantis, vltra mandatum requiritur, vt obligetur Præponens *l.* 1. *de Institor. action.*

Et ita resolutum vtraque Parte latissimè informante, &c.

Cap. XII.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac decisione de contentione inter fabricam S. Petri, & duas Archiconfraternitates Romæ, quænam earum esset admittenda ad officium executoris testamentarij in distributione dotium relictarum, cùm nomen illarum non esset in testamento expressum, sed in albo relictum, & coniecturis hinc inde examinatis, & quibus voluntas testatoris arguebatur, resoluitur ad fauorem Archiconfraternitatis Sanctissimæ Annunciatæ, cui proinde immissio conceditur in bonis hæreditarijs.

SVMMARIVM.

1 *Facti species circa incertitudinem executoris testamentarij per totum.*

2 *Fabrica S. Petri habet priuilegium capiendi incerta relicta, & alia priuilegia, num. 6. & seqq.*

3 *Decreta Sacra Congregationis fabricæ habent vim legis.*

4 *Incertitudo non vitiat, quando potest verificari in aliquo certo.*

5 *Incertitudo submoueri potest ex coniecturis ad sustinendam dispositionem testatoris.*

6 *Fabrica non debet peruertere defunctorum voluntates.*

7 *Certum dicitur quod potest ex coniecturis certificari.*

8 *Coniectura verisimiliores attenduntur, & num. 15. & seqq. & num. 23.*

9 *Ex inuocatione Sancti arguitur affectio.*

10 *Item ex inuitatione Confraternitatis ad funus, ex priori nominatione, ex legato, ex patria, & alijs pluribus, quæ tamen reiciuntur vt n. seqq. per totum.*

16 *Locus frequentatus est magis dilectus.*

17 *Voluntas testatoris probatur per testes, quibus fuit nota, etiamsi non sint formiter examinati, numer. 18.*

19 *Sententia quando afficiat etiam non citatos.*

20 *Legatum, an intuitu qualitatis, vel personæ censeatur relictum.*

22 *Minuta testamenti plurimum confert ad interpretandam voluntatem testatoris.*

R.P.D. RONDININO

Romana fideicommissi de Ruspolis.

Veneris 23. Iunij 1684.

POstquam Rota, mediante definitiua Sententia à R. P. D. meo Emerix prolata, & coram Me confirmata in Decisione edita die 9. currentis, canonizauit existentiam Fideicommissi ordinati in Testamento qu. Alexandri Ruspoli, eiusque purificationem fauore Puellarum dotandarum, sequtam per obitum Bartholomæi hæredis, noua, & grauior emersit controuersia super Immissionem, quam pro executione huius substitutionis, & electione Puellarum dotandarum, plures Collitigantes prætendebant, licet tres tantùm in hodierna Dubij disputatione comparuerint, scilicet Reu. Fabrica Sancti Petri in Vaticano, necnon Archiconfraternitates Sanctissimæ Annunciatæ existentis in Ecclesia Sanctæ Mariæ supra Mineruam, & Sancti Ioannis Decollati Nationis Florentiæ: Huius autem triangularis
1 controuersiæ occasionem præbuit insolita, & defectuosa dispositio Alexandri præfati, qui præuidens obitum Bartholomæi hæredis instituti sine filijs, & tali casu volens hæreditatem suam pijs vsibus reseruare, mandauit quidem (sunt verba Testamenti) *Che delli frutti ogni anno se ne mariti, e monachi tante Zitelle con darli di dote scudi ottanta di paoli dieci per scudo per ciascheduna*, sed Exequtorem talis dispositionis nominare neglexit, subdens solùm ibi, *Quali siano approuate, & elette dalli Confrati pro tempore della Venerabile Compagnia .... di Roma*, cuius nomen in albo reliquit; Siquidem à tali ommissione sua Iura deducens Reu. Fabrica, vigore Priuilegiorum à Summis Pontificibus indultorum, Immissionem petebat; è contra verò Archiconfraternitates præfatæ, in exclusionem Fabricæ concordes, licet inter se discordes, Alexandri Testatoris voluntatem aliunde supplentes, & declarantes, illius intentionem ad sui cuiusque fauorem conciliare conabantur, quibus tamen omnibus æqua lance libratis, pro Archiconfraternitate Sanctissimæ Annunciatæ hodie Rota inclinauit.

Antequam autem Archiconfraternitatum collitigantium argumenta discuterentur, recognoscere placuit Iura Reu. Fabricæ, quæ sicuti ad vtriusque exclusionem concurrebat, ita ab vtraque ex eis excludi videbatur: Illa siquidem deducens, quod controuersum fideicommissum omninò incertum sit, & quidem quoad personam hæredis, cuius nomen à Testatore scriptum non fuit, sibi applicandum esse prætendebat vigore notissimorum Priuilegiorum, quibus ipsa à pluribus Summis Pontificibus decorata fuit, præser- 2
tim à Iulio II. *in eius Constit. 23. §. 12.* & à Clemente VII. *in eius Constit. 9. §. 8. impressis in Bullar. nou. tom. 2.*

Quod tamen ratiocinium in facto parùm subsistens, minùs releuans in Iure reputatum est; Non enim verificatur incertitudo hæredis substituti, cuius fauore fideicommissum ordinatum fuit, quinimò ille expressis verbis à Testatore nominatur, ibi, *E morendo detto Bartolomeo herede, &c. senza figli, &c. voglio, che resti fideicommisso perpetuo &c. e che delli frutti ogn'anno se ne maritis, e monachi tante Zitelle di buona fama, &c.* quæ ideò dicuntur hæredes substitutæ, & certæ, vt supposuit *Rota in Decisionibus huius causæ editis coram R. P. D. meo Emerix die 19. Iunij 1682. & 26. Martij 1683. & in dicta alia præcedenti coram Me die 9. currentis*, ac in simili tradit Castren. *cons. 96. n. 1. lib. 1.* & Rota coram Coccin. *decis. 1008. num. 3.* Incertitudo verò, resultans ex omissa descriptione nominis Societatis, respicit tantùm personam Exequtoris destinati ad electionem, & nominationem Puellarum, ibi, *Quali siano approuate, & elette dalli Confratri pro tempore della Ven. Compagnia .... di Roma*, vt benè in simili animaduertit, & respondit *Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 544. per totam, vbi Adden. num. 42.* & coram Coccino *d. decis. 1008. num. 4. & duob. seqq.*

Nec ex tali incertitudine Exequtoris destinari ad distributionem Dotium aliquod Ius desumere valet Reu. Fabrica, quæ, mediantibus eius non minus doctis, quàm ingenuis Ministris, insubsistentem recognoscens prætensionem assequtionis controuersorum bonorum, principaliter insistebat in eo, quod cum Societas Exequtrix huius pij operis, & distributrix Dotium, nominata non fuerit, & per consequens remaneat incerta, debeat saltem tali Ius approbandi, & eligendi Puellas, ipsi Reu. Fabricæ adiudicari, vigore dictorum generalium Priuilegiorum, & specialium Decretorum editorum à Sacra Congregatione Eminentissimorum Cardinalium illi præposita, & relatorum in Compendio mox composito, & impresso per D. Carolum Vespignianum eiusdem Fabricæ Iudicem pag. 19. & pag. 34. quæ decreta habent vim legis, & pro lege obseruantur, vt in specie huius Congregationis Summi Pontifices demandarunt, & testatur Maranta *respons. 14. num. 8. &* 3
17. lib. 1. & generaliter de alijs, Honded. *cons. 76. num. 26. lib. 2.* Rota coram Mantica *decis. 56. num. 3.* coram Caualer. *dec. 628. num. 8.* & coram Buratto *decis. 476. in fine*.

Omisso enim, quod in præsenti controuersia nec etiam Exequtor dici potest incertus, omninò incertus, sed potiùs incertus de certis, cum sit vna ex Confraternitatibus Vrbis, quæ proculdubio certæ sunt, quo casu de Iure commu- 4
ni fideicommissum substinetur, per *Text. in l. vnum ex familia*, cum ibi notatis per *DD. ff. de legat. 2.* Bart. *in l. Quidam relegatus, in princip. & in l. si quis, in fin. ff. de reb. dub.* Crass. *de success. § Institutio, quæst. 12. num. 1.* Viu. *dec. 412. num.*

*n.*12. *&* 14. & Rota coram Dunoz. iun. *decis.* 208. *num.* 19.
Respondebat Domini duplicem exceptionem obstare
Reu. Fabricæ ; Primam scilicet , quod nullum eius Priui-
legium, nullumque Decretum hucusque editum exhibetur,
per quod tale Ius eligendi Puellas dotandas, & distribuen-
di Dotes , Ministris Fabricæ tribuatur , quinimò nulla
concurrit ratio id faciendi , quia cum Priuilegia omnia , &
facultates illi concessæ dirigantur solùm ad hoc , vt eis me-
diantibus eleemosynæ , pecuniæ , & bona comparentur ,
cum quibus Vaticanæ Basilicæ æternum , vt ita dicam ,
tàm ratione operis, quàm stabilitatis, ædificium promoueа-
tur , talis intentio , & finis nullatenus adimpletur ex distri-
butione Dotium per eius Ministros facienda; Idque confir-
matur ex Decretis per dictam Sacram Congregationem
editis, quæ , principalem finem intendens, mandauit qui-
dem, Dotes particulares distribuis neglectas Fabricæ appli-
cari , sed distributionem illarum Exequutoribus relinqui , vt
in dicto *Compendio Priuilegiorum pag.* 18. §. 3. *&* *pag.* 34. vbi
in secunda Margine adnotatur etiam , quod de stylo Sacræ
Congregationis rigor incertitudinis Legatorum omissus
fuit.

Alteram, quod cum ex alijs probationibus constet de cer-
ta voluntate Alexandri Testatoris , qui Exequtricem suæ
voluntatis in sua mente dixit , licet in schedula Testamenti
non scripserit, nec Iuris rigor , nec æquitatis ratio postulat,
vt accidentalis omissis , & verbalis negligentia , principali
5 intentioni , & dispositioni, per Testatorem habitæ pro per-
fecta, præiudicet , sed sufficit , talem incertitudinem, etiam
ex adminiculis , & coniecturis , arbitrio boni Viri sub mo-
ueri posse , & voluntatem disponentis à Iudice suppleri , ad
Text. in l. si in Testamento 109. *ff. de legat.* 1. *in dicta l. Vnum
ex familia §. penult. & in l. Cum Pater* 79. *§. Cum impleta
ff. de legat.* 2. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 2.
num. 16. Fusar. *de substit. quæst.* 284. *num.* 3. Cardin. de Luca
de fideicomm. discurs. 115. *num.* 10. Rot. *recent. decis.* 192.
num. 12. *part.* 8. coram Coccin. *decis.* 549. *sub num.* 3. & co-
ram Eminentiss. Cerro *decis.* 295. *num.* 3. *& decis.* 312. *n.* 1.
Quod etiam obseruare debet Fabrica , ne , vigore suorum
6 Priuilegiorum, supremas Defunctorum voluntates peruer-
tat , ita consulente Maranta olim eius Aduocato *cons.* 20.
num. 18. *& cons.* 32. *num.* 26. Rub. *de Testament. cap.* 84.
num. 269. *& seq.*

Non attento, quod in dicta Constitutione 23. Iulij II. *sub*
§. 12. & in alia Clementis VII. *scilicet la* 2. §. 8. determine-
tur, quod incerta dicantur ea omnia Legata, in quibus pro-
prium nomen Legatarij expressum non legitur, vndè dedu-
cebant Informantes pro Fabrica , quod cum in hoc Testa-
mento proprium nomen Societatis scriptum non fuerit ,
incerta dicatur , si non de Iure communi, saltem de specia-
li dictarum Constitutionum ; Satisfecit enim responsio ,
quod dictæ Constitutiones loquuntur de incertitudine
concernente personam Legatarij , & de applicatione ipso-
rum legatorum incertorum fauore Fabricæ , ideòque non
applicantur præsenti controuersiæ , in qua personæ legata-
7 riæ, saltem in genere , sicut certæ , & exequtio distributio-
nis Dotium non conceditur Fabricæ per viam priuilegij ,
ideò in hoc casu recurrendum est ad regulas Iuris commu-
nis , secundùm quas *Certum* dicitur , quod potest ex conie-
cturis certificari , *l. Certi, in princip. ibique Glos. verb. Ex
certo, ad med. ff. si cert. petat.* Anan. *cons.* 19. *num.* 13. Cra-
uett. *cons.* 162. *n.* 6. Rub. *de Testament. cap.* 78. *num.* 407.

Exclusa igitur Reu. Fabrica , & admisso , quod Alexan-
dri Testatoris voluntas , quo ad litteralem explicationem
defectuosa, & incerta, fauore alicuius Confraternitatis ex
coniecturis certificandæ suppleri , & declarari debeat , ita
8 vt illa sit admittenda , quæ verisimilibus argumentis pro-
bet, Testatorem in sua mente de se sensisse , *l. Demonstratio
falsa , in fine principij , ff. de condit. & demonstr. & l. cum
in Testamento , & l. Quem heredi , ff. de reb. dub.* Mantic.
de Coniect. vltim. volunt. lib. 8. *tit.* 4. *num.* 4. *in fin. & num.* 5.
Rub. *de Testament. cap.* 67. *num.* 29. *& pluribus seqq.* & in
similibus terminis aliàs respondit Rota coram Eminentiss.
Cerro *decis.* 295. *per tot. repetita in rec. decis.* 310. *part.* 10.
confirmata *in decis.* 312. *coram eodem , & in alia decis.* 765.
per tot. pariter coram Emin. Cerro , repetita apud Torr. *de
Pact. futur. success. decis.* 224. Attenta ponderatione tima-
tæ fuerunt Coniecturæ ab vtraque Archiconfraternitate
collitigante propositæ , quas omnes , prout approbatæ , vel
reprobatæ fuerunt , referre placuit .

Et incipiendo ab Archiconfraternitate S. Ioannis , in

duas Classes suas ipsa Coniecturas distribuebat , alias scili-
cet intrinsecas , ex Testamenti contextu elicitas , alias au-
tem extrinsecas , ex diuersis facti circumstantijs resultan-
tes : Ex intrinsecis autem proponebat. Primò inuocatio-
nem nominis Sancti Præcursoris ab Alexandro habitam in 9
principio sui Testamenti , in quo , cum alius Sanctus spe-
cialiter nominatus non legatur , vtique resultat singularis
affectionis , & obsequij præsumptio , de qua Bart. *in l. Cum
ita §. in fideicommisso ,* vbi Castr. & Alciat. *n.* 4. *ff. de legat.* 2.
Menoch. *cons.* 200. *num.* 13. *& seq.* Curt. iun. *cons.* 57. *nu.* 10.
Mascard. *de probat. conclus.* 67. *num.* 7. Fusar *de substit. quæst.*
468. *num.* 13. Cùmque nulla alia in Vrbe existat , vel sal-
tem nulla compareat Confraternitas sub inuocatione di-
cti Sancti erecta , ad fauorem Collitigantis talis coniectu-
ra applicari debet , per clarum *Text. in §. si quis nomine ,
vers. si quis autem vnum Sanctum , Auth. de Ecclesiast. tit.*
Bart. *in l.* 1. *§. ad municipalem , ff. ad leg. falcid.*

Secundò considerandum offerebatur , quod Societas
Sancti Ioannis Decollati fuit per Testatorem ad Funus in- 10
uitata , quod pro signo affectionis refert Cæphal. *cons.* 413.
num. 17. & Menoch *cons.* 434. *num.* 32. & quidem cum præ-
latione, & præcedentia quod alias Confraternitates in ordi-
ne scripturæ , in qua cum illa prius nominata legatur , ma-
ioris dilectionis intuitu honorata prætendebatur , ad *Text.
in l. Quoties , ff. de vsufr. l. cum Pater* 79. *§. à te peto ff. de le-
gat.* 2. *& l. Generaliter ,* 34. *§. quis ergo , ff. de fideicom. libert.*
Rota *in simili, dec.* 66. *nu.* 10. *&* 11. *part.* 16. *recent. & in Ca-
merinen. Dotium* 23. *Febr.* 1682. *§. nec subsistere, coram Me.*

Tertia Coniectura desumebatur , ex quo Archiconfra-
ternitas Sancti Ioannis Legato , & quidem pinguiori alij
Societatibus legatarijs , honorata fuit ; è contra verò illa 11
Sanctissimæ Annunciatæ nullum recedit ; ex qua prædile-
ctione in Legato , prædilectionem etiam in fideicommisso
arguunt per *Text. in Auth. Hoc amplius C. de fideicomm.*
Mantica *de Coniect. lib.* 8. *tit.* 4. *num.* 5. *in fin.* Fusar. *de sub-
stit. qu.* 468. *num.* 17.

Quartò deducebatur , quod cum Alexander in Testa-
mento se enunciet Florentinum , & Ciuem Romanum ,
nulli alteri Confraternitati magis addictus censetur, quàm
illæ S. Ioannis , quæ vtramque qualitatem complectens ,
ex Confratribus Florentinis in Vrbe Romana commoran- 12
tibus componitur , & quam ideò in sua Dispositione præ-
ferre voluisse præsumitur , *l. Si quis ad declarandum ,* 38.
C. de Episcop. & Cleric. & l. Diuus , ff. de Tutor. dat. ab his ,
Azeued. *cons.* 24. *n.* 64. Surd. *de aliment. tit.* 1. *qu.* 93. *num.* 7.
& seq. Rot. coram Peutinger. *decis.* 358. *& decis.* 378. *&
decis.* 405. *in omnibus num.* 1. *& per tot. vbi Concor-
dantes.*

Quinta Coniectura resultare prætendebatur ex eo , quia
Archiconfraternitas S. Ioannis distributionem Dotium ex
suo stylo , & consuetudine , etiam ante Testamentum
Alexandri obseruata , in Festo Sanctissimæ Assumptionis
Beatæ Virginis facere solet , eo apprimè festiuo die , quo
Alexander suo subsidia Dotalia distribui voluit , inferen-
do quod ex hac conformatione ad solitum huius Ar- 13
chiconfraternitatis , illam executricem suæ Dispositio-
nis desiderauerit , vt ad propositum considerat Mascard.
de probat. concl. 1141. *num* . 14. & Rota coram Buratto
decis. 432. *num.* 4. *&* 5.

His intrinsecis argumentis , & coniecturis , alias etiam
extrinsecas cumulabant Informantes pro Archiconfrater-
nitate præfata , desumptas scilicet ex qualitatibus eiusdem
Societatis , quæ vti longè pauperior , & exercens magis
pium charitatis officium , iuuandi scilicet , & confortandi
spiritualibus , & corporalibus subsidijs Reos morti damna-
tos , quod refert , & laudat Marchesan. *de Commiss. part.* 1.
tit. de appellat. in Caus. Crimin. §. 1. *n.* 51. *& seq. fol.* 1276. in 14
dubio præferenda esset , vt de prima qualitate Paupertatis ,
*sancius Imperator in d. §. si quis in nomine , Auth. de Eccle-
siast. tit.* Lap. *alleg.* 87. *sub n.* 6. & de secunda , nempè exerci-
tatione magis pij operis , loquitur Rub. *de Testam. cap.* 72.
n. 34. *& seq.* Nec non ex qualitatibus personalibus Testato-
ris, qui principaliora, & laboriosiora huius Archiconfrater-
nitatis Officia per longum annorum cursum exercuit, quod
pro amoris argumento refert Alciat. *de præsumpt. regul.* 1.
præsumpt. 30. *per tot.* Fusar. *de substit. q.* 468. *num.* 26. Rot. *dec.*
310. *n.* 6. *par.* 10. & in specie illam , viuens in Dotium distri-
butione iuuabat , dum occasione reintegrandi vnam ex eis
deperditam , eleemosynæ partem , alijs Confratribus maio-
rem , contulit , *Summar. eiusdem. nu.* 3. *litt. B.* vnde argue-

batur, quod etiam post mortem in tali pio opere illam destinare, & præferre voluerit, ad tradita per Simon. de Præt. *de interpr. vltim. volunt. fol. 62. num. 16. & fol. 63. num. 24.* Rub. *de Testam. cap. 67. num. 35. & seq.*

Quæ tamen argumenta omnia, & ratiocinia, licet à Defensoribus dictæ Archiconfraternitatis S. Ioannis in facto, & in Iure elaboratè comprobata, nihilominus contraposita cum alijs cumulatis pro Archiconfraternitate Sanctissimæ Annunciatæ, leuis ponderis; & minus habentia inuenta sunt, adeòut illis vti generalibus, & vagis neglectis, ista vti vrgentiora præponderare, & attendenda visa
15 sunt, prout regulariter in materia conjecturali, & interpretatiua faciendum esse aliàs dixit Rota apud Cassad. *dec. 1. nu. 9. de Testam.* coram Coccino *decis. 29. num. 7. in rec. decis. 50. & decis. 199. vtrobique num. 12. par. 19.*

Siquidem, reassumendo Coniecturas supra relatas, quatenus pertinet ad primam, scilicet inuocationem nominis Sancti Præcursoris, illa nihil nocet Archiconfraternitati Sanctissimæ Annunciatæ, dum pius Testator etiam Beatissimæ Virginis deuotam, & specialem inuocationem præmisit; Minusque concludit, quod Archiconfraternitas S. Ioannis inuitata fuerit ad Funus, vnde deducebatur secunda Coniectura, quia hoc etiam obseruatum fuit respectu Archiconfraternitatis Beatissimæ Virginis Suffragij: Prælatio autem in ordine scripturæ prouenire forsan potuit ex antiquiori institutione tali honore digna, per *Text. in l. 1. & 2. ff. de albo scriben.* Nec ex vtraque circumstantia vlla deduci valet coniecturas præiudicans Sanctissimæ Annunciatæ, quæ, non habens Confraternitatem Saccis indutam, non poterat ita propriè funerali Processioni interuenire, prout aliæ duæ nominatæ.

Parum etiam releuat, tertia coniectura desumptam ex legato facto fauore Archiconfraternitatis Sancti Ioannis, imò potiùs retorquetur, tùm quia hoc mediante credi potest, Testatorem satisfacere voluisse affectioni erga illam professæ, reseruans Archiconfraternitati Sanctissimæ Annunciatæ, nullo legato honoratæ, aliud obsequij testimonium in controuersia substitutione, vt in his terminis obseruat Rocch. *respons. legal. 77. num. 24. in fin. vers. secundo ponderatur, & seq. lib. 1.* Tùm & fortiùs, quia si voluisset Testator spatium in albo relictum reseruare pro describendo nomine Archiconfraternitatis Sancti Ioannis, superiùs nominatæ occasione legati, necessarium non erat repetere Confraternitatem substitutam cum adiectiuo ibi, *di Roma*, & è contra valde congruum erat illam nominate cum aliquo repetitiuo pronomine, vt fieri solet quando de eadem persona pluries mentio habetur, vnde vocans indefinite, *la Venerabile Compagnia di Roma*, vtique dignoscitur, quod in ea parte voluit Testator nouam Confraternitatem inuitare, amplius non nominatam, nec legato aliquo superius honoratam.

Ex eo autem quod Alexander scripserit se Florentinum, & Ciuem Romanum, nimis vaga, & generalis desumitur quarta Coniectura affectionis, cum potiùs id referri possit stylo, & consuetudini, ab omnibus obseruatæ, Patriam disponentis, eiusque qualitates in Testamento enunciandi; Quinimò si Testator aliquam in hoc casu considerationem habuisset suæ Patriæ, vel prætulisset Puellas Florentinas, vel non vocasset simpliciter Confraternitatem Romanam.

Faciliùs destruitur, imò aptè retorqueretur quinta Coniectura elicita ex ordine distribuendi Dotes in die Assumptionis Beatissimæ Virginis; supposito enim, quod ordinaria, & consueta distributio Dotium ab Archiconfraternitate Sancti Ioannis Decollati dicta die fieri soleat, superflua erat talis expressa dispositio, si Testator Exequtricem suæ voluntatis eandem Archiconfraternitatem destinasset, cum ex notitia, quam habebat consuetudinis præfatæ, facilè præuidere poterat, etiam sine tali expressione, Dotes in die Assumptionis ab eadem Archiconfraternitate distributuras fore; quod non verificatur in Archiconfraternitate Sanctissimæ Anounciatæ, cum soleat Dotium numerosam distributionem facere in die festo suæ inuocationis, necessarium erat, diuersam legem imponenti, eam explicitè declarare, adeòut talis declaratio non obscurè indicet voluntatem Alexandri ab Archiconfraternitate Sancti Ioannis alienam, & alteri Sanctissimæ Annunciatæ propensam.

Leuioris ponderis inuenta sunt alia argumenta per Archiconfraternitatem Sancti Ioannis extra Testamentum elicita, & quæ, vel nihil concludunt, vel conquassantur à similibus per Archiconfraternitatem Sanctissimæ Annunciatæ contrapositis: Quò enim ad qualitates concurrentes in prima, non releuat eius pium institutum inuandi, & confortandi Reos morti damnatos, quod per electionem, & approbationem Puellarum impeditur potiùs, quàm promouetur; imò isti contraponitur proprium munus Archiconfraternitatis Sanctissimæ Annunciatæ, ad distributio-
nem Dotium, & Puellarum subleuamen præcipuè institutæ; Minusque attendi meretur paupertas Archiconfraternitatis Sancti Ioannis, quæ nullam sperare posset vtilitatē ex hac substitutione, & hæreditate, cuius fructus omnes in dotatione Puellarū quotannis distribueret deberet: Qualitatibus autem personalibus concurrentibus in Alexandro, scilicet admissionis, & adscriptionis in Archiconfraternitate Sancti Iaonnis, cum exercitio plurium munerum, & officiorum, correspondet similis adscriptio, & exercitium in illa Sanctissimæ Annunciatæ, quæ etiam supponitur à Testatore magis frequentata, & per consequens magis dilecta, iuxta tradita per Alexand. *cons. 213. sub num. 2. lib. 6.* Rub. *de Testament. cap. 68. num. 85. & cap. 69. num. 103.* 16

E contra verò argumenta, & indicia proposita ab Archiconfraternitate Sanctissimæ Annunciatæ, adeò vrgentia, & specifica apparuerunt, vt voluntatem fideicommittentis illius fauore propensam vniuocè probare viderentur; Omisso enim illo resultante ex qualitate personali Testatoris, qui, vti Coofrater dictæ Archiconfraternitati adscriptus, eius pia, & œconomica negotia, concernentia distributionem Dotium, & electionem Puellarum, assidua applicatione per longum tempus administrauit, prout præcedenter ante ipsum administrauerant Barthotomæus Pater, & Horatius Frater; necnon alio desumpto ex Legato scripto fauore Archiconfraternitatis Sancti Ioannis in superiori parte Testamenti, & simplici nominatione Confraternitatis Romanæ, facta occasione huius controuersæ substitutionis, absque vlla dictione repetitiua, indicante Confraternitatem iam aliàs nominatam, sed potiùs directa ad nouam, nunquam expressam, vt superiùs animaduersum est; De hac præcisa, & declarata Testatoris voluntate deponit Testis Sacerdos, qui erga illum duplicem confidentiæ titulum gerebat, propter duplex munus Parochi, & Confessarij, *Summar. dictæ Archiconfraternitatis num. 4.* & de auditu à dicto Parocho deponit alter Sacerdos, & Confessarius, *dicto Summario num. 5.* quorum dicta magnam apud Dominos fidem meruerunt, tum quia formiter examinati fuerunt de mandato Summi Pontificis, & tempore proximo, scilicet paulò post obitum Testatoris, & aperitionem Testamenti; Tum quia coa-
17 diuuantur ex pluribus adminiculis mox recensendis, Crauett. *cons. 73. num. 41.* Ruin. *cons. 35. num. 16. lib. 4.* Rota *recen. decis. 55. num. 2. par. 11.* coram Eminentiss. Otthobono *decis. 200. n. 23. & coram Priolo decis. 384. n. 21.*

Parum releuante, quod examinati non fuerint cum Interrogatorijs, & citatione Archiconfraternitatis; id enim adimpleri non potuit, cum nulla tunc extaret cum ipsa lis, nec adhuc præuideretur purificatio controuersæ substitutionis, quæ per obitum Bartholomæi hæredis cum filijs euanescebat, ideòque sufficit, quod eorum examen factum fuerit eo modo, quo meliùs fieri poterat, citatis scilicet ad dandum Interrogatoria Exequtoribus Testamentarijs, tempore non suspecto, & de mandato Summi Pontificis; Nec ad effectum probandi nouam dispositionem, & substitutionem Testatori incognitam, sed solùm explicandi eius mentem, & indagandi voluntatem circum Societatem exequtricem verbis non expressam, quo casu etiam Testes extra-
iudicialiter deponentes admittuntur, vt omissis generali- 18
bus, in his terminis aliàs respondit Rota coram Em. Cerro *decis. 195. num. 10.*

Fidem dictorum Testium, & bonum Ius Archiconfraternitatis Sanctissimæ Annunciatæ, probáuit etiam bonæ mem. R. P. D. Machianellus, qui eodem tempore proximo Testamento, assumpta iudiciali cognitione, necnon citatis Bartholomæo hærede, & Exequtoribus Testamentarijs, per definitiuam Sententiam pronunciauit, ex voluntate Alexandri Testatoris eandem Archiconfraternitatem, & non aliam, substitutam, *d. Summario n. 5.* Quæ Sententia, licet lata absque citatione Archiconfraternitatis Sancti Ioannis hodiernæ colitigantis, nihilominus multum probat, tum quia non deducitur ad effectum ex illa inducendi rem iudicatam, & desumendi perfectam probationem, sed

solum

solùm vrgens adminiculum, & fortem coniecturam;
Tum quia tunc temporis diuinari non poterat hodierna
prætensio Archiconfraternitatis Sancti Ioannis, quæ li-
cet in Testamento nominata, non tamen aliquod vrgens
inde habet indicium suæ vocationis, quod importaret eius
certum interesse, quodque conuenire non possit etiam Ar-
chiconfraternitati Sanctissimi Suffragij, quæ tamen non
comparet, ideòque sufficit, citatos in illa fuisse legitimos
Contradictores tunc existentes, & certos, ad hoc vt alios
19 postea superuentos afficiat, saltem pro adminiculo, &
coniectura, ad *Text. in l. Ingenuum*, vbi *Gloss. & DD. ff.
de stat. homin.* Viuian. *de Iurepatr. lib. 14. cap. 2. num. 4.*
Rota coram Penia *decis. 165. num. 9. & in recent. decis. 15.
num. 19. par. 12. & decis. 354. num. 4. par. 19.*
Magnam præterea animaduersionem meruit speciale
Institutum Archiconfraternitatis Sanctissimæ Annuncia-
tæ, quæ præ alijs Locis pijs vnicè erecta fuit ad effectum
prouidendi Subsidia dotalia Puellis nubendis, vel mona-
candis; Vnde cum Alexander Testator fructus omnes suæ
hæreditatis in hoc opus quotannis distribui iusserit, & qui-
dem eodem modo, & forma, quam Confraternitas Exe-
qutrix in aliarum Dotium distributione seruare solet, faci-
lè credi potest, quod ad hoc adimplendum destinare volue-
20 rit Archiconfraternitatem præfatam Sanctissimæ Annun-
ciatæ, cuius intuitu alios habebat beneuoli animi impul-
sus, & cui fauebat recepta Iuris regula, præsumens lega-
tum relictum potiùs intuitu qualitatis, quam personæ Le-
gatarij, quoties qualitas etiam rei legatæ id suadeat, de
qua Honded. *cons. 82. num. 17. lib. 2.* Mantica *de coniect.
vlt. volunt. lib. 6. tit. 11. per tot.* Menoch. *de præsumpt. lib.
3. præsumpt. 103. lib. 3.*
Præsertim data etiam correspondentia, & similitudine
in quantitate Dotium, dum tàm illæ tunc distribui solitæ
per Archiconfraternitatem, quàm istæ per Alexandrum
taxatæ, ascendebant ad scuta octuaginta, itaut valdè ve-
risimile sit, distributionem de ordine Testatoris facien-
dam iuxta modum, & formam à Confraternitate Exequu-
trice solitam, commissam fuisse Archiconfraternitati San-
ctissimæ Annunciatæ, quæ etiam in quantitate consuetæ
eleemosynæ cum voluntate Alexandri conueniebat.
Iuuat pariter erectio, & dotatio Capellæ per eundem
21 Testatorem facta in Ecclesia Beatæ Mariæ in Vallicella sub
inuocatione Sanctissimæ Annunciationis, ex qua non le-
ue resultat indicium specialis obsequij, & deuotionis erga il-
lam, & per consequens prædilectionis Archiconfraternita-
tis collitigantis, sub eius patrocinio, & inuocatione institu-
tæ, ad tradita per Menochium *de præsumpt. lib. 4. præsumpt.
114. num. 6.* Conciol. *allegat. 68. num. 8.*
Fortissimum demum huius voluntatis, & prædilectionis
argumentum Domini deducebant ex alia Copia eiusdem
Testamenti, seu potius originali Matrice, Alexandri Te-
statoris manuscripta, & subscripta, in qua nomen Sanctis-
simæ Annunciatæ expressum legitur; quæ Schedula, penes
dictum Alexandrum diligenter custodita, & inter eius Scri-
pturas inuenta, exhibita fuit, & de ordine Summi Pon-
tificis producta à bonæ memoriæ Hortensio de Rubeis,
qui, vltra amicitiam, qua Testatoris personam coluerat
eius etiam negocia forensia, & ciuilia gubernabat, & suæ
voluntatis Exequtor fuerat à Testatore deputatus, vt patet
ex relatione per ipsum facta, transcripta in *dicto Summa-
rio num. 2.* Talis autem Schedula, siue Minuta, quidquid 22
sit ad alios effectus, ad interpretandam, & indagandam
voluntatem Defuncti plurimùm deseruit, Aretin. *in l. Qui
filiabus, num. 1.* & ibidem Iason *num. 5. ff. de legat. 1.* Ale-
xand. *cons. 14. num. 14. circa fin. lib. 6.* Castrens. *cons. 117.
num. 2. lib. 2.* Mantica *de coniect. vltim. voluntat. lib. 3. tit.
1. num. 7.* Rota *decis. 507. num. 6. par. 4. diuers.*
Has omnes Coniecturas, & argumenta supradicta,
vnitim, & simul iuncta, eò faciliùs Domini attendenda
censuerunt, quò agitur inter duos Collitigantes, quorum
neuter intentionem suam plenè, & concludenter per
legitimas probationes fundare potest; vnde supposito,
quod dubia, vel defectuosa dispositio interpretari, vel po-
tius suppleri debeat à coniecturis, ille in dubio præferendus
est, qui vrgentioribus, & validioribus nititur, non attento,
an omnes adductæ sint in suo genere perfectæ, & conclu- 23
dentes, Rota *dec. 203. n. 12. & decis. 269. eodem n. p. 7. recent.*
Probata igitur voluntate Alexandri, & quidem per argu-
menta concludentia intentionem disponentis, non autem
extentionem dispositionis, concludebant Domini, in illius
exequtionem Archiconfraternitati Sanctissimæ Annun- 24
ciatæ dandam esse immissionem in bonis omnibus hæredi-
tarijs eiusdem testatoris, vt aliàs seruatum fuit in *d. dec. 295.
coram Em. Cerro*, supradictis Collitigantibus auditis, &c.

Cap. XIII.

ARGVMENTVM.

Qualiter Regulares ex licentia Superiorum re-
uocabiliter possint habere administrationem,
& vsum peculij per eos acquisiti, atque
irreuocabiliter ex concessione Summi Pon-
tificis absque læsione voti paupertatis, &
multò magis Religiosus promouendus ad
Episcopatum, cui etiam potest assignari so-
lita congrua ex bonis sui Conuentus. Ad
confirmationem eorum, quæ dicta sunt in
§. *Abbas num. 7.*

SVMMARIVM.

Facti species in principio.

1 *Regularis ex licentia Superioris potest habere admi-
nistrationem, & vsum peculij, & multò magis
ex licentia Summi Pontificis absque læsione voti
paupertatis, etiam in propria domo, & num. 2.*

3 *Episcopis Regularibus à Sede Apostolica datur etiam
facultas testandi, & disponendi de fructibus, sicut
sæcularibus.*

4 *Episcopus Regularis potest non solum habere vsum-
fructum bonorum sua vita durante, sed etiam re-
cuperat ius succedendi in proprietate ad fauorem
Ecclesiæ.*

5 *Terminus alienationis verificatur in noua attribu-*

*tione eius, quod non fuit, non in continuatione eius
quod erat.*

6 *Conditione bona donata Religioso acquirantur Mona-
sterio qualiter reijciatur, sed Monasterium pati
debeat, vt Religiosus habeat vsumfructum, & ad-
ministrationem sua vita durante.*

7 *Quicquid ex largitionibus fidelium traditum est Reli-
gioso, non cedit commodo Religionis, sed seruanda
est voluntas tradentium.*

8 *Qualiter admittantur in fundationibus beneficiorum
etiam conditiones contra ius.*

9 *Data pro alimentis, & substentatione personæ tran-
seunt cum Religioso ad aliam Religionem migrante,
secus in datis Religionis intuitu.*

10 *Qualiter superiores præsertim auctoritate Pontificis
possint alienare aliquid in recompensationem meri-
torum Religiosi.*

11 *Permittitur vsusfructus Religioso, & iustissimus est
Pontificis assensus, cum vtilitate Conuentus, & sic
mutua compensatione.*

12 *Qualiter possint superiores concedere Religioso sua
arte multa comparanti Monasterio, vt donet, &
alia faciat.*

13 *An possit Religiosus, sub nomine amici cum contra
apoca, pecunias inuestire, vt possideat nomine,
eiusdem Religiosi eius vita durante, illesa pro-
prietate fauore Monasterij.*

Corduben. Suffraganeatus.

Eminentissime, & Reuerendissime Domine.

IN Sacra Congregatione Consistoriali die 19. Ianuarij proximè præteriti proposita instantia nomine Regis Catholici facta Sanctissimo pro concessione tituli Episcopatus in partibus Infidelium Patri Emanueli de Torquemada Religioso Sanctæ Mariæ de Mercede, illiusque deputatione in Suffraganeum Ecclesiæ Corduben. cum assignatione congruæ scutorum mille illius Regionis, ascenden. ad scuta 700. circiter monetæ Romanæ ex redditibus bonorum, quæ ex pecunijs sibi collatis ex largitionibus Fidelium, dum esset in Indijs Vicarius Generalis in Euangelicæ fidei propagatione insudans, comparata fuerunt pro suo Monasterio Corduben. attributo à Patre Generali vsufructu eorumdem bonorum eidem Religioso sua vita durante, vt ex Instrumento, quod datur *Summario numer.* 1. Sacra Congregatio resolutionem non cœpit circa assignationem istius congruæ, agnoscens in reliquis locum esse concessioni Suffraganei in persona eiusdem Patris de Torquemada tot meritis pollentis, ex rationibus tunc in supplici libello expressis.

Hinc à Sanctissimo deputata particulari Congregatione super dicto Articulo assignationis congruæ, pro qua non solùm consentiunt, sed supplicant Conuentus Corduben. & P. Generalis cum vniuerso cœtu Religionis, vt ex supplici libello porrecto Sanctissimo nomine Patris Vicarij Generalis Italiæ, & Procuratoris Generalis dictæ Religionis cum rescripto, quod est in manibus Illustrissimi D. Secretarij *num.* 2. speramus ex infrà dicendis esse locum instantiæ, pro qua vltra Religionem supplicant ipse Rex Catholicus, *num.* 3. & Eminentissimus Dominus Cardinalis Salazar.

Præmisso enim, quod Ecclesia Cordubensis reperitur grauata pensionibus vltra tertiam partem fructuum, neque ideò potest Eminentissimum Salazar eius Episcopus alijs excessiuis expensis pro administratione curæ Episcopalis grauatus solitam congruam ducatorum 300. auri de Camera super fructibus eiusdem Episcopatus assignare; vt agnoscunt etiam Pater Generalis, & alij Patres Religionis in eorum supplici libello, facilè est probare, quod non solùm non adest repugnantia, sed maxima assistit conuenientiæ ratio, vt hæc congrua modò prædicto assignetur, siuè ex parte personæ, siuè ex parte bonorum cognitio versetur.

Etenim ex parte Personæ nullum concurrit impedimentum obstans petitæ concessioni, sed maximè adest
1 congruentia, dum absolutum est Regularem ex licentia Superiorum Religionis habere posse, & quotidiè habere administrationem, & vsum peculij reuocabiliter ad nutum eorumdem Superiorum, atque irreuocabiliter ex licentia Summi Pontificis absque læsione voti Paupertatis, vt videmus etiam in Beneficijs Regularibus; quæ sunt amouibilia ad nutum Superioris, sed efficiuntur perpetua, accedente authoritate Pontificis, qui non semel hanc administrationem ad vitam concessit Profitentibus, vt *in Can. de Viduis 27. quæst. 1. & in cap. cum inter 16. in princip. de electión.* atque Innocentius III. eximiæ doctrinæ Pontifex professionem approbauit cum conditione manendi in propria domo cum omni substantia Profitentis quoad illius vsum *in cap. final. qui Cleric. vel vouen.* idemque concessit B. Pius V. cuidam nobili fœminæ, vt sibi vsum bonorum retinens profiteretur Domi propriæ, teste Nauarr. *comment. 2. de Regular. num.* 16. & Sanchez *in Decalog. 7. cap. 22. num.* 24. Et similis, imò etiam fortior concessio facta Religioso à fel. rec. Paulo V. inuestiendi pecunias vndequaque illi obuentas in censibus vitalitijs vsque ad summam ducatorum 300. auri de Camera ad subueniendum suis necessitatibus refert, Rota coram Bich. *decis.* 308. *num.* 5. vbi numeris sequentibus narratur, quod in vim eiusdem inita fuit transactio cum suo Monasterio; per quam dictus Religiosus cessit illi loca 57. montium, reseruato sibi dicto annuo redditu 300. ducatorum auri, & Monasterium pro securitate assignauit tot loca montium pro illius exactione approbante san. mem. Vrbano VIII. in qua vlterius transactione Religiosus sibi reseruauit quidquid ei ex consanguineorum, Amicorum, Dominorum, & piarum personarum, & aliorum quorumcumque benignitate, & pietate datum, & quomodolibet collatum fuerit.

Quam profectò confirmationem Apostolicam effectum irreuocabilitatis vsus administrationis, seù peculij operari quoad Regularem concludunt communiter DD. & si- 2
gnanter Abb. *in cap. ad nostram num. 6. de confirmation. vtil. vel inutil.* ibi, *Quod si ex certa scientia Papæ confirmetur Religioso aliqua administratio, quæ de se erat temporalis, quia poterat remoueri ad nutum Abbatis, non poterit deinceps remoueri.* Et *in d. cap. nisi essent num. 12. de Præben. in fine*, ibi, *Secundo nota, quod habens certam pensionem ex confirmatione Papæ non potest priuari per Abbatem suum, & est notabile dictum*, Nauarr. *consil. 15. num. 2. de stat. Monach.* & post alios optimè Barbos. *in cap. porrecta num. 5. de confirmation. vtil. vel inutil.* Azor. *Instit. moral. par. 2. lib. 8. cap. 7. quæst.* 11. Sanchez *in Decalog. lib. 7. cap. 29. num.* 130. Gigas *de Pension. quæst. 15. num.* 2. Surd. *de Aliment. tit. 8. priuil. 79. num. 5. vers. quod si non accessit Papæ dispensatio*, Tondut. *de Pension. cap. 79. num.* 21. Et in hac sententia residet ipse Fagnan. *in cap. Monachi num. 25. de stat. Monachor.* in hæc verba, *Si Abbas promiserit Monacho dare certam pensionem singulis Annis, nihilominus possit promissionem reuocare, nisi fuerit per Sedem Apostolicam confirmata*, & approbauit Rota *in d. decis.* 308. *num. 5. & seqq. coram Bich.* in qua in tantùm fuit nulla existimata impositio noui census vitalitij, in quantum excedebat dictam summam ducatorum 300. consumptam in ea transactione, & quia non constabat, quod constitutus fuisset ex pecunijs collatis in ea reseruatis, sed potiùs ex fructibus aliorum censuum, quos non dubitauit posse in vsus proprios à Religioso consumi, sed credidit in alia inuestimenta conuerti non valere. Quæ certè gratia magis est Religioni præiudicialis, quam permissio administrationis, & perceptionis fructuum rerum stabilium, quorum proprietas permanet apud Religionem.

Ideòque multò magis, & absque vlla prorsus difficultate id permitti potest Religioso promoto ad Episcopatum, in quo remittitur votum Paupertatis in ijs, quæ operantur incompatibilitatem inter statum Regularem, & Episcopalem, iuxtà istius decentiam itaut Episcopis 3
Regularibus concedatur à Sede Apostolica, vt notum est, facultas testandi, quæ magis aduersatur voto Paupertatis, quàm simplex irreuocabilis vsus fructuum, circa quos certum est Episcopum Regularem nihil differre ab Episcopo sæculari, itaut possit illos donare, & de illis disponere, sicut potest Episcopus sæcularis, iuxtà communem Canonistarum sententiam, de qua Abbas *in cap. cum olim num. 8. vers. 8. nota de Priuileg.* Zabarell. *in Clement. 2. in prim. notabil. de vit. & honest. Clericor. & in cap. final. num. 14. & seq. de pecul. Clericor.* Barbos. *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 42. nu. 243. & in tractat. de Potest. Episcop. part. 3. allegat.* 114. *num.* 28. Noguerol. *allegat. 26. à num. 156. vsque ad* 199. Capon. *discept.* 138. *num.* 33. Rot. *diuers. part. 1. decis. 772. num. 4. & in recent. part. 4. tom. 2. decis. 115. num. 3. & pluribus seqq.* & coram Ludouis. *decis. 401. num. 7. & per tot. & in Lithuana Donationis 5. Maij* 1688. §. *Similiter coram P. R. D. Caccia*; Quodque Religiosus promotus ad Episcopatum possit sua vita durante habere vsumfructum bonorum approbauit Sacra Congregatio Concilij 11. Ianuarij 1631. & 3. Decem- 4
bris 1639. declarando quod recuperat ius succedendi quoad proprietatem ad fauorem Ecclesiæ, & quoad vsumfructum ad proprium commodum.

Si verò habeatur respectus ad bona, quæ vtpotè acquisita, & incorporata Conuentui Cordubensi dubitari potest, verùm permissa sit superioribus Religionis illorum administratio, & vsusfructus durante vita Religiosi, etiam postquam ad Episcopatum fuerit promotus: Decimus quod idcircò supplicatum fuit Sanctissimo pro Beneplacito, quod est vnum ex requisitis, siquidem quoad aliud iustæ causæ plura profectò exuberare videntur illam suadentia.

Primò etenim est aduertendum, quod hic non agitur de alienatione, nec attributione noui Iuris percipiendi vsumfructum ex istis bonis, sed de continuatione eiusdem vsusfructus quem habuisset, licet reuocabiliter ad nutum
5 superioris iste Religiosus si permansisset in Religione, cui
iam à Superioribus assignatus fuerat, terminus enim alienationis verificatur in noua attributione eius, quod non fuit, non in continuatione eius, quod erat, quia vt inquit *Text. in l. alienationis verbum* 28. *ff. de verbor. significat.* qui occasione acquirendi non vtitur non intelligitur alienare; Prout etiam si res sit alienari solita promissa, vt illius alienatio etiam absque solemnitatibus, cum hæc sit potiùs continuatio præcedentium alienationum, vt tradunt Abbas *in cap.* 24. *super de Reb. Eccles. non alienand. num.* 11. del Bene *de Immunitat. cap.* 17. *dub.* 1. *num.* 36. *vers. quia hæc*, Palma Nepos apud Saminiat. *consule.* 2. *num.* 8.

Secundò concurrit quod ista bona (& hoc supplicamus potissimè ponderari) acquisita fuerunt ex pecunijs datis à fidelibus eidem Patri Torquemada, dum esset Vicarius Generalis in Indijs pro Euangelicæ Fidei promulgatione, & pro laboribus in ea impensis, vt patet ex licentia petita pro inuestimento ad formam piarum largitionum, faciendo quoad proprietatem fauore Conuentus Corduben̄, & quoad vsumfructum ad vitam ipsius Patris Torquemada percipiendum, & ex licentia eidem concessa in hunc modum à P. Generali, ibi, *penes se habet aliquas pecunias diuersarum, ad finem, & effectum illas inuestiendi in vtilitatem, & commodum, sui ipsius quoad vixerit, & ab inde in vtilitatem nostri Conuentus Corduben. vt in Instrumento litt. A. & B. & in supplici libello Religionis pariter litt. A. & B.*

Communis etenim est sententia, quod si aliquis donet bona Religioso, vel leget cum conditione, ne ius ali-
6 quod quæratur Monasterio, adhuc reiecta illa conditio-
ne, bona quærantur quoad proprietatem Monasterio, quod tamen pati debeat conniuentibus oculis, vt Religiosus habeat vsumfructum, & administrationem sua vita durante, quasi intelligatur ne quid quæratur Monasterio quoad factum nudi vsusfructus, ne arceantur fideles à largitionibus, Bart. *in auth. excepitur sub num.* 2. *C. de bo. quæ liber.* Abbas *in cap.* 2. *num.* 8. *de stat. Monachor. & cons.* 44. *num.* 3. *& seqq. & consil.* 63. *num.* 8. *par.* 2. Archidiacon. *in can. quia num.* 2. 19. *quæst.* 3. Sanchez *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 17. *num.* 4. *& seqq.* Surd. *de Aliment. tit.* 8. *priuileg.* 79. *num.* 4. Mantic. *de coniectur. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 10. *num.* 12. Lambertin. *de Iurepatron. lib.* 2. *par.* 1. *quæst.* 7. *artic.* 10. *num.* 18. Peregrin. *cons.* 53. *num.* 22. *vol.* 2. Peyrin. *de subdit. Regul. tom.* 1. *quæst.* 2. *cap.* 2. §. 2. *ad finem vers. colligitur octauo*, Tinaburr. *de iur. Abbatissar. disput.* 8. *qu.* 5. *num.* 1. Lezan. *oper. tom.* 1. *in summ. quæst. Regular. cap.* 6. *num.* 34. Caldas *in l. si curatorem verb. læsis nu.* 14. *vers. Hoc tamen restringendum*, *C. de integr. restit.* Fatinac. *decis.* 718. *per tot.* Caren. *resol.* 199. *num.* 1. *& seqq.* Dian. *resol. Moral. par.* 7. *tract.* 1. *de dub. Regular. resol.* 235. & perpetuò dixit Rota, & signanter coram Pen. *decis.* 1214. *à num.* 6. *vsque ad finem*, & coram Buratt. *decis.* 584. *num.* 13. *& in recent. part.* 16. *decis.* 410. *à num.* 11. *vsque ad fin.*

Multò igitur magis id permittendum est à Summo Pontifice in hoc casu, in quod pecuniæ ingenti quantitate ab Indijs datæ non fuerunt huic Religioso cum conditione, vt emerentur bona, quæ in nihilo quærerentur Monasterio, sed cum lege, vt quærerentur Conuentui Corduben̄ quoad proprietatem, & quoad vsumfructum sua vita durante ipsi Religioso, quem sicuti conniuentibus oculis pati debeant iuxtà prædictas authoritates ipsi Superiores, illo vti, & à quibus id suppliciter obtinuit idem Religiosos impetrata licentia à P. Generali, in maximam vtilitatem dicti Conuentus Corduben. vt in eodem Instrumento litt. A. & D. ita pariter congruens admodum causa videtur, vt idem Religiosus effectus Episcopus consentiente Conuentu, & P. Generali, continuet hunc vsumfructum percipere authorante Summo Pontifice, ne retrahantur Fideles ab istis pijs largitionibus, & violetur eorum mens, vt in simili casu Equitis Hierosolymitani veri Religiosi, quod quidquid ex largitionibus traditum ei fuit
7 pro fundando Collegio Societatis Iesu, ad quem effectum
ipse emerat certa bona, non cederet commodo Religionis, sed seruanda esset voluntas tradentium, resoluit Rota *in Lithuana donationis* 5. *Maij* 1688. §. *Quia tamen coram R. P. D. Caccia*, & simile reseruationem commoditatis pecuniarum quomodolibet Religioso delatarum ad eius vitam ab ipso factam mediante transactione cum Monasterio approbauit Sanct. memor. Vrbanus Octauus, sicuti narratur in dicta *decis.* 508. *num.* 6. *&* 7. *coram Bich.* quamuis non constaret, nec exprimeretur pecunias fuisse cum hac conditione collatas, quo casu approbatio maiori nititur æquitati, & conuenientiæ.

Istaque circumstantia ne fideles retrahantur à Pijs operibus, & munificentijs erga Ecclesias potissimè considerari solet ad hoc, vt Summi Pontifices admittantur in fundationibus beneficiorum, vt Episcopi apponant conditio-
nes contra Ius, etiam excludendo ipsos Episcopos à Vi- 8
sitatione, Carp. *de Execut. Testam. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 73. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 5. *in princip. nu.* 40. Adden. ad Buratt. *decis.* 1. *num.* 21. Duran. *de condit. & mod. imposs. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 112. Gallemart. ad Concil. Trident. *sess.* 22. *de Reform. cap.* 8. *sub num.* 4. ibidemque Barbos. *num.* 3. Rota coram Ludouis. *decis.* 4. *num.* 12. *& decis.* 8. *num.* 1.

Tertiò accidit quod ista bona, vt diximus, comparata sunt ex pecunijs traditis ad illa emenda, vt proprietas quæreretur Conuentui Corduben̄, & vsusfructus Patri Torquemadæ, ideòque vsusfructus exindè comparatus, prout comparandus erat intuitu personæ eiusdem Patris Torquemadæ, eius personam sequitur transeuntem ad Episcopatum, sicuti ea, quæ data sunt
pro alimentis, & substentatione personæ, transeunt 9
cum Religioso ad aliam Religionem migrante, ad distinctionem bonorum, quæ deferuntur Religioni, eiusdem Religionis intuitu, veluti in hoc casu quo ad proprietatem Emptorum, quæ remanent Religioni, a qua ipse discendit, Bottilier. *de success. theorem.* 78. *num.* 9. Sanchez *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 63. Passerin. *de stat. homin. tom.* 3. *quæst.* 189. *art.* 8. *numer.* 211. *vers. Pia Religio*, Card. de Luca *de Regular. discurs.* 57. *num.* 19.

Pro quarta, & potissima causa consideranda sunt eximia P. Torquemadæ merita ex ingenti vtilitate ob tantam summam pecuniarum inuestitam pro suo Conuentu Corduben̄, vt in Instrum. litt. C. & insuper ob administrationem bonorum Emptorum, adeò proficuam Conuentui, dum tempore emptionis bona vix reddebant scuta 500. annua illius Religionis, atque in vnico Anno, quo ille administrauit, redditus excedit scuta mille, vt affirmant P. Generalis, & alij Religiosi in supplici Libello litt. C. quo casu pro remuneratione meritorum, licet superioribus præsertim authorante Summo Pontifice aliena-
re aliquid in recompensationem meritorum, quia hæc 10
non dicitur alienatio, sed retributio, & commutatio vtilitatis, vt communiter sine contradictore concludunt *ex can. illud* 16. *quæst.* 6. *& cap. consensus de reb. Eccles. non alienand.* post multos relatos Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 434. *num.* 2. *& seqq.* Magon. *decis. Florentin.* 67. *sub num.* 49. *& seqq.* vbi præcisè de constitutione vsufructus in remunerationem Tiraquell. *in l. si vnquam verb. Donatione largitus num.* 27. *ff. de reuocand. donation.* Tamburin. *de Iur. Abbat. tom.* 3. *disp.* 13. *quæsit.* 9. *num.* 12. *& seq.* Piringh. *in Ius Canon. lib.* 3. *tit.* 13. *num.* 21. *ad fin.* Rota coram Merlin. *decis.* 756. *num.* 6. *& seqq.* Adeòque multò magis permittenda erit in remunerationem meritorum continuatio vsusfructus reseruati ex permissione P. Generalis, sicuti constitutionem census vitalitij, vel annuæ præstationis à Conuentu subministrandæ, imo assignationem bonorum, ex quibus exigi posset à Sede Apostolica fuisse approbatam narratur *in d. decisio* 508. *n.* 5. *& seqq. coram Bich.*

Quintò ponderandum videtur, quod ex hac assignatione vsusfructus non solùm Conuentus Cordubensis non erit in aliquo damno, sed in lucro, dum si P. Torquemada vnico anno duplicauit redditum bonorum, continuando in administratione eorumdem bonorum, quorum vsumfructum habebit, redditum centuplicabit, quando Conuentus Cordubensis impotens ad expensas culturæ, cogeretur ea bona locare, sicque pro minori redditu, dum Conductores volunt lucrari, non perdere, & ideò adesset lucrum cessans, quod certò speratur ex administratione P. Torquemadæ, & damnum emergens ob coactam locationem, pro minori profectò pensione, quam sit

redditus bonorum, & prosequuntur P. Generalis, & alij Religiosi in eorum supplici libello litt. D. quo casu versamur potius in bonis acquirendis Conuentui ex administratione cum vtilitate eiusdem Conuentus, vndè semper permittitur traditio alicuius Rei, veluti vsusfructus ex parte Ecclesiæ in hoc casu per speciem cuiusdam transactionis, in qua Conuentus dat vsumfructum, & Pater Torquemada centuplicat redditum
11 cum vtilitate Conuentus, quæ in his mutuis compensationibus, iustissimum reddit Apostolicæ Sedis assensum, prout rescripsit Sacra Congregatio Concilij in Assisien. Concordiæ 27. Martij 1683. & prius in cessione administrationis correspectiuè ad aliud emolumentum in Ambianen. Concordiæ 20. Iunij 1671. Rota apud Post. *de subhastat. decis.* 158. *num.* 58. & in terminis transactionis initæ inter Religiosum, & Conuentum, & per quam iste promisit annuam præstationem cum assignatione locorum Montium pro ea exigenda ad vitam, & reseruatione omnium pecuniarum, quæ quomodolibet illi obuenire possent firmauit Rot. *d. decis.* 508. *num.* 6. *&* 7. *coram Bichio*.

Itaque vtilitas Religionis est euidens etiam ex alio capite, quia ex permissione vsusfructus sua vita durante huic Religioso, inuitabuntur alij, vt imitentur Testimonium adeò insignis virtutis, & paupertatis Regularis deferendi ad pedes Superioris, quidquid pro suis labore, & fidelium largitionibus, quæritur, sicuti optimè aduertunt P. Generalis, & alij Religiosi in eorum supplici libello litt. E. quemadmodum Sacri Canones ad cultum Ecclesiarum promouendum, alliciunt Canonicos sub spe quotidianarum distributionum, vt
12 inquit Sacrosancta Synodus Trident. *sess.* 21. *de Format. cap.* 3. *in princip.* cum concordantibus, & benè ad propositum Sanchez *in Summa lib.* 7. *cap.* 19. *num.* 37. sequendo Nauar. ait (sunt verba præcisa) *licitum esse Superioribus concedere Religiosos sua arte comparanti multa Monasteria, vt moderanti Cathedram, vel quia multa bona attulit secum ad Monasterium, vt donet dum viuit Cognatis, amicis, aut alijs non diuitibus, sed pauperibus, vel ad Sacra facienda, vel ad instituendam Capellaniam, vt vel sic cæteri animosiores euadant ad similia bona acquirenda*.

Aliàs enim fauor, quo prosequenda est pietas huius Religiosi, retorqueretur in odium contra omnem Iustitiam, & æquitatem, si sedes Apostolica renueret assensum præstare, vt vsusfructus illorum bonorum permaneret apud eumdem eius vita durante, quia bona fide detulerit pecunias ad pedes Superioris, vt supra inuestiendas, quando poterat per æquipollens consulere, vt proprietas remaneret Religioni, & ipse fructum caperet, inuestiendo illas sub nomine Amici, vel Consanguinei, cum contra apoca, seù declaratione eiusdem Amici, vel Consanguinei, quod possideret nomine Religiosi prædicti sua vita durante, illæsa proprietate fauore Monasterij, vt ex placito Canonistarum omnium, & Theologorum latè fundat Capon. *disceptat.* 129. *per tot. tom.* 2. vbi pro veritate consultus à quodam Religioso licitam esse probat huiusmodi acquisitionem palliatam.

Quare &c.

Ioannes Baptista Bottinus
Peregrinus Masserius } Aduocati.

Cap. XIV.


ARGVMENTVM.

Agitur de renunciante primo fideicommisso, propter incompatibilitatem alterius pringuioris fideicommissi eidem delati; an filius eiusdem renunciantis longè post natus, possit tanquam vocatus ex propria persona auocare bona primi fideicommissi ab illis, quibus interim delata sunt ob assecutionem alterius fideicommissi incompatibilis; & an mediante emancipatione.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Fideicommissum incompatibile cum alio acquisito, vocat ad fauorem cohæredum per ius accrescendi.*
3 *Qualiter nati, vel habilitati post casum successionis delata auocent fideicommissa à succedentibus in gradu remotiori.*
4 *Fideicommissum ingressum in vnam lineam, in ea debet continuare, quousque euacuetur.*
5 *Emancipatio absentis non valet, nisi superueniente illius approbatione, nec retrotrahitur.*
6 *Emancipatio facta in fraudem alicuius est nulla, & ex quibus arguatur fraus, & simulatio, num.* 7. 8. *per tot.*

Pisauren. Fideicommissorum.



Reu. Pater. DEneganda in omnibus est immissio, quia Ioannes Andreas Oliuerius primò fideicommittens, & Institutor fideicommissi Oliuerij anno 1620. vocauit ad illud filios Petri Antonij Senioris de Abbatibus sui Nepotis *Summar. num.* 1. quales primò vocatos est in confesso inter partes, fuisse, vt in arbore, Ioan-
1 nem Andream, Dominicum, Annibalem, & Petrum Antonium, qui assumpto nomine de Oliuerijs, vt Testator iniunxerat, possessionem pacificam bonorum fideicommissariorum assecuti sunt, vt vsque adhuc detinuerunt. Hinc cum anno 1662. Hieronymus Iordanus aliud fideicommissum Iordanum instituerit, ad illud primò vocando eundem Petrum Antonium de Abbatibus Iuniorem, & postea insimul de Oliuerijs, ob assecutum pro sua parte primum supradictum fideicommissum Oliuerium cum onere vt relinqueret cognomen, & arma tam naturalis suæ familiæ de Abbatibus, quàm alterius assumptæ de Oliuerijs, sine vlla imaginabili mixtura, & cum alia conditione, vt nuberet cum Domina Catherina ipsius Hieronymi Iordani fideicommittentis filia, vocando post mortem Petri Antonij primò instituti filios ex eo matrimonio nascituros, *Con le medesime condizioni di vsar l'Arme, e Cognome della Casa Giordani, nel modo, e forma che si è detto di sopra, Summar. num.* 2. Cogitans proinde idem Petrus Antonius Iunior sibi, & suis filijs ex matrimonio ineundo cum Domina Catherina Iordana suscepturis, vtiliùs longè esse fideicommissum Iordanum assequi, dimisso fideicommisso Oliuerio, illud solemniter per Instrumentum anno 1666. acceptauit, istudque de Oliuerijs dimisit, in quo Instrumento licet reseruauerit sibi scuta decem millia id tamen declarauit se facere ex bonis proprijs, quia nempè Hieronymus Iordanus Institutor secundi fideicommissi Iordani præceperat, vt in assumptione cognominis Iordani, & armorum, relictis illis de Abbatibus, & de Oliuerijs, vt dixi, non solùm dimitteret bona fideicommissi Oliuerij ipso iure incompatibilia, sed renunciaret fauore fratrum etiam bonis proprijs, reseruata prædicta summa scutorum 10. mil. *Summar. eod. num.* 2. *vers. Terzo che debba*, *& num.* 3. Ideòque quoad bona propria renunciata quatenus in terminis renunciationis actus sustineatur, certè quoad bona fideicommissi Oliuerij non verificantur termini renunciationis, sed illud vacauit ipso iure ob incompatibilitatem
2 assumpti secundi fideicommissi Iordani, & bona fideicommissi prædicti Oliuerij delata sunt irreuocabiliter à lege fratribus Petri Antonij cohæredibus sublato de medio ipso Petro Antonio per ius accrescendi, vel non decrescendi, latè Paz. *de tenut. cap.* 34. *num.* 37. *pluribus seqq.* Solorzan. *de Iur. Indiar. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 57. Thesaur. *lib.* 1. *quæst. forens.* 24. *num.* 27. Larrea *decis.* 51. *num.* 33. *vers. Quam in eo instanti*, *& per tot.* Card. de Luca *de fideicommiss. discurs.* 12. *num.* 6. *vers. Potissimè*, & distinguendo electionem incompatibilis fideicommissi iam factam à casu in fieri, & approbando Larream mox adductum, & alios Rota *rec. par.* 14. *dec.* 311. *n.* 2. *& seqq.*

Consolidatis itaque bonis fideicommissi Oliuerij in Io: Andrea, Dominico & Annibale fratribus dicti Petri Antonij, & cohæredibus cum eod. primo vocatis, cessat omnis difficultas à Parte excitata, quia D. Camillus filius prædicti Petri Antonij, quem posteà iste suscepit ex nuptijs longè post contractis cum eadem Catherina Iordana, tunc neque natus, neque conceptus erat quæstio, quod posteà natus veluti vocatus ex propria persona auocare possit bona ab illis, quibus interim delata sunt ob assecutionem alterius fideicommissi incompatibilis, factam à Patre, quia authoritates deductæ à Domino Palma in causa pro D. Camillo scribente *allegat.* 128. *per tot.* præsertim ex decisionibus in Bononien. Primogenituræ de Luparis 27. Februarij 1679. coram Reuerendissimo Decano, & 19. Ianuarij 1680. coram Eminentissimo Vicecomite, impressis apud eundem Palmam *allegat.* 129. *& allegat.* 130. *Tom.* 2. supponunt auocationem bonorum delatorum reuocabiliter extraneis, vel remotioribus in gradu, quæ reuocantur à filio posteà nato, qui erat vnicè, & primo vocatus, vt in prima decisione apud dictum Palmam *allegat.* 129. *in fine principij*, ibi, *vnicus de linea Gentilis primo loco litteraliter vocatus*, *ideoque ante omnia admittendus*, & in secunda decisione apud eundem Palmam *allegat.* 130. *tom.* 2. *pariter in fine principij*, ibi *Vocatio est litteralis*, *& ideò ante omnes substitutos extraneos est admittendus*; Sed nunquam posteà nati auocant ab anterioribus, vel coæqualibus in gradu capientibus non tanquam substitutis, sed veluti in primo gradu per consolidationem bonorum, Mandell. Alb. *cons.* 106. *num.* 17. *& seqq.* Paris. *consil.* 19. *num.* 161. *vers. Venit non tanquam secundogenitus*, *sed tanquam Primogenitus*, *& primo vocatus à Testatore*, *& per tot. vol.* 1. Adden. ad Thesaur. *dec.* 270. *n.* 27. *vers. Tertio respondetur*, Cyriac. *controuers.* 206. *num.* 22. *& seqq.* Fusar. *de substit. quæst.* 318. *num.* 96. optimè Velenzuel. *cons.* 7. *num.* 34. ibi, *Obtinet enim in personis eiusdem gradus*, *vol.* 1. Rota *diuers. par.* 1. *decis.* 38. *per tot. & decis.* 379. *num.* 10. *& in recent. par.* 11. *decis.* 218. *num.* 18. *vers. Hoc tamen*, *& part.* 15. *dec.* 398. *num.* 12. & coram Zarate *decis.* 62. *pariter num.* 12. *vers. & dispositio.*

Et ratio est euidens, quia nati, vel habilitati post casum successionis delatæ auocant fideicommissa, quæ possunt stare in suspenso, ab extraneis, vel succedentibus in gradu remotiori, quia istis deferuntur, reuocabiliter quod secus est respectu antecedentium, vel coæqualium in gradu, quibus ab ipsa lege bona deferuntur, vt supra probaui, irreuocabiliter, dum in primo casu non possunt consolidari 3
portiones bonorum delatorum per eius accrescendi, vel non descrescendi irreuocabiliter, quia in eo casu extranei, vel remotiores in gradu non habent aliquam minimam partem bonorum quæsitam, cui reliqua vocans per incompatibilitatem accrescat, quod est in secundo casu coæqualium, vel anteriorum in gradu, occupantium successionem pro virilibus partibus, pro vt pro suis ratis bona fideicommissi Oliuerij iam erant detenta, & perfectè acquisita Io: Andreæ, Dominico, & Annibali de Abbatibus, & posteà de Oliuerijs, quando Petrus Antonius eorum frater per assecutionem alterius fideicommissi Iordani incompatibilis, effecit vt sua portio vacans ipso iure, ministerio legis consolidaretur irreuocabiliter cum portionibus eiusdem fideicommissi Oliuerij detenti à suis fratribus, quia portio accrescit portioni non personæ *l. si totam* 83. *ff. de acquiren. hæreditate*, Alexand. *consil.* 24. *num.* 7. *in fin. & seq. & ibi Adden. litt. D. volum.* 5. latè Bellon. *de Iur. accrescen. cap.* 7. *quæst.* 70. *num.* 4. *vers. consequens est*, *& num. seq. ac per tot.* Rota *recent. part.* 9. *decis.* 358. *n.* 8. *& seq.*

Alias enim quando fideicommissum est ingressum vnam lineam primò, & principaliter vocatorum, prout in hoc casu

casu fideicomm. Oliuerium pro rata vacante ob assumptionem incompatibilis fideicommissi Iordani, factam à Petro Antonio Iuniore immediatè legis ministerio ingressum est in personis, & lineis Ioannis Andreæ, Dominici, & Annibalis fratrum eiusdem Petri Antonij primò Institutorum, & cum eo cohæredum Ioannis Andreæ Oliuerij fideicommittentis, si modò D. Camillus filius Petri Antonij nec natus, nec conceptus tempore casus istius euenientis, sed
4 longè post nuptijs à suo Patre contractis cum dicta D. Catherina Iordana, auocare posset bona consolidata ministerio legis irreuocabiliter cum portionibus Patruorum antecedentium, vel coæqualium in gradu, id affirmand. esset in omnibus successionibus fideicommissarijs, & reuolueretur totus Mundus, destructa infallibili regula, quod fideicommissum ingressum in vnam lineam, in ea debet continuare, quousque euacuetur iuxta magistrale consilium Bald. 200. *num. 2. volum.* 5. Card. de Luca *de fideicommissis discurs. 7. num. 7. & seqq. & discurs. 16. num.* 3. de Ros. *consult. 69. num. 5. & seqq.* Rocca *select. disput. Iur. cap. 3. n. 9. & seqq.* & latè dixit Rot. *in Bononien. Primogenituræ* 16. *Februarij* 1675. *& in Senogallien. fideicommissi* 28. *Ianuarij 1678. coram Illustrissimo Bourlemont.*

Secundò, principaliter dico, denegandam esse immissionem in omnibus, quia D. Camillus Aduersarius, qui nec erat natus, nec conceptus, cælibe adhuc Patre assumente incompatibile cum Oliuerio fideicommissum Iordanum, neque etiam erat habilis ad succedend. in portione Dominici Patrui sine prole defuncti, dum iste decessit 15. Octobris 1680. *Summar. num.* 7. atque D. Ioannes Andreas de Abbatibus, & posteà de Oliuerijs noster principalis mandatum obtinuit de immittendo tamquam hæres fideicommissarius Io: Andreæ Oliuerij die 30. Octobris eiusdem anni, & die sequenti prædicti anni 1680. possessionem suæ ratæ Iudice authorante assecutus est *Summar. num.* 10. quo tempore D. Camillus nondum erat emancipatus, dum id gestum fuit 27. Ianuarij sequentis anni 1681. à Petro Antonio Iuniore Pisauri, absente filio, qui Romæ degebat, & vbi approbauit emancipationem, eique consensit die 28. Februarij *Summar. nu.* 6. à qua solum die potest dici emancipatus, dum emancipatio absentis non valet, nisi super-
5 ueniente illius approbatione *l. iubemus*, ibi, *Si tamen proposito Parentum suam voluntatem consonare posteà deposuerunt C. de emancipation.* Quomodocumque autem res se habeat, semper est verum dicere emancipationem secutam fuisse quatuor mensibus post adeptam possessionem à Domino Ioanne Andrea nostro principali, quo casu absolutum est non retrotrahi in eius præiudicium, *ad text. expressum in §. At hi emancipati in fin. Institut. de heredit. quæ ab intestat. deferuntur*, vbi gloss. additionalis V. ad Agnatos hæc subdit, *Item quia tunc videtur, quod auferretur ius quæsitum Agnatis, quod est inconueniens*, & Mysinger. *num.* 7. ibi, *Hæreditatem Agnatis adimere quod Prætori æquum visum non est*, *ac Port. num.* 5. ibi, *fuit quæsitum ius in hæreditate ipsis. Agnatis, quod non debet tolli.* Optimè Bartol. *in l. 1. §. Is quoque num. 3. de collation. bonor.* ibi, *Si emancipatio fit post delatam bonor. possessionem puto quod in dubio præsumatur fieri in fraudem*, Rota coram Bichio *decis. 52. num. 24.*

Tertio, emancipatio est nulla pariter, quia in fraudem nostri principalis simpliciter emanata, licet enim non dicatur quis fraudare alium, quando vtitur iure suo, id tamen intelligitur, quando iure suo vtitur tempore habili, & citrà propositum alios fraudandi, secus verò quando ex circumstantijs facti apparet id gestum fuisse ad præiudicandum iuri alterius, prout in hoc casu est euidens, quia
6 numquam D. Petrus Antonius cogitauit de emancipando filio, nisi postquam assumpsit fideicommissum Iordanum incompatibile cum Oliuerio, vt bona fideicommissi Oliuerij filius assequi posset, & ipse retineret bona fideicommissi Iordani, vt in terminis emancipationis, respondendo regulæ, quòd non videtur fraudare alium, qui vtitur iure suo, Ancharan. *consil. 430. num. 2. & seqq.* Honded. *cons. 32. num. 15. & seqq.* vbi quod Pater potest filium emancipare absque tamen fraude, sed si fraus adsit, emancipatio ei, in cuius fraudem fit, non præiudicat, *& num.* 50. vbi respondet regulæ, quod quis emancipando, vtatur iure suo, *& num. seq.* respondet decreto Iudicis *volum.* 1. Cyriac. *controuers. 319. per tot. & præsertim num. 39.* vbi ad propositum considerat, quod nulla alia causa emancipandi filium adesse poterat, quàm ista fraudandi nostrum Principalem successione bonorum fideicommissi Oliuerij, quia iste emancipatus tempore emancipationis secutæ anno 1681 vt dixi *Summar. num.* 6. non attingebat adhuc annum vndecimum, dum est natus die 26. Aprilis 1670. *Summar. num.* 5. ideòque penitus incapax se gerendi tamquam Paterfamilias, Menoch. *consil. 226. num. 19. & cons. 971. num. 7.* Bossius *de Patria potest. cap. 2. num.* 69. Rot. coram Merlin. *decis. 701. num. 7. & in recent. par.* 18. *decis. 791. num.* 2. & post Merlin. *de pignor. decis. 36. num. 12.*

Quartò, nulla est penitus emancipatio, quia simulata, nam licet appareat generalis, prout esse debet, adhuc ta- 7
men quia vt inquit *text. in l. 2. C. de emancipation. Non tam in emancipationibus seruari solet scriptura, quàm veritas.* Certum est in veritate ad hunc tantum actum emancipationem factam fuisse, pro assequenda ex persona filij successione fideicommissi Oliuerij, quod Pater amplius retinere non poterat, & ideò nulliter, dum ad vnum actum emancipari nequit, vt in terminis emancipationis in cortice vniuersalis, sed in rei veritate ad vnum actum, Honded. *eodem consil. 32. num. 9. & seqq. & melius num. 67. volum.* 1. quem in præcisis terminis sequitur Rot. *recent. part. 18. decis. 746. num. 8. & seq.* & generaliter latè comprobat Barbos. *de filiofamil. quæst. 6. num. 13. & seq.* Paschal. *de patr. potest. par. 1. cap. 5. num. 128.* Boss. *eod. tractat. de patr. potest. cap. 2. num.* 72. Cancer. *variar. resolut. par. 1. cap. 10. num.* 10. Franch. *decis. 32. num.* 13. & ibi Carol. Anton. de Luca *num. 8. in addition.* Rota *recent. part.* 18. *dicta decis. 746. num. 7.*

Comprobatur ad euidentiam emancipationis simulatio ex contrarietate inter Patrem, & filium, dum ille dixit absentem emancipasse, *quia à filio pluries requisitus per efficaces litteras.* Atque filius in acceptatione emancipationis Romæ habita ostendit numquam hoc petijsse, sed Patrem illum emancipasse, *ex causis, & rationibus illius animum mouentibus*, *Summar. eod. num. 6. in principio, & litt. D.* Atque aduertant RR. PP. si puer decem annorum 8
petere poterat se emancipare repetitis instantijs, alieno egens consilio, & gubernio. Secundò, quia expressè dicitur in acceptatione emancipationis in cortice vniuersalis simulatè, sed verè ad vnum actum tantum pro assequendis bonis fideicommissi Oliuerij, ad eam deuenire, *pro iuribus suis, & quæ possunt venire, & ad sui fauorem quomodolibet, & quouis titulo, & nomine purificari*, *Summar. eodem num. 6. litt. A.* & rursus in decreto Iudicis pro acceptatione inter positi, *eod. Summar. num. 6. litt. B., & agitur de acquisitione bonorum, & litt. D., & respectiuè nonnullor. iurium, & actionum particularium ipsius D. Camilli, quæ partim sunt iam purificata ad eius fauorem per obitum quondam D. Dominici de Abbatibus Oliuerijs eius Patrui, & per renunciationem ab eodem D. Petro Antonio factam.* Tertiò, quia aspirans ad retentionem vtriusque fideicommissi suam expressit intentionem apertè D. Petrus Antonius, in vanum supplicans Sanctissimo pro derogatione voluntati Iordani secundi fideicommittentis, vt patet *ex discursu 14. in princip.* Cardinal. de Luca *de fideicomm.* Quartò, quia D. Camillus post emancipationem se gessit semper tamquam filiumfamilias annuis præstationibus Romæ viuens, quas ei transmittit Pater, qui remansit in possessione omnium bonorum, vt est notorium, nec possessio referri potest ad partem vsusfructus Patri filium emancipantis competenti, quia omni vsufructui Pater renunciauit tam in bonis quæsitis, quàm in quærendis *Summar. num.* 6. paulò post princip. ibi, *absque eo quod D. Petrus Antonius Pater prætendere, vel consequi possit, & debeat aliquem vsumfructum in quibuscumque bonis ad ipsum D. Camillum eius filium spectantibus, & quæ in futurum spectare, & pertinere possent, aut quouis modo titulo, aut tempore acquirendis.* Et colligitur euidenter ex lite, quam proprijs sumptibus incommodum proprium agit Pater. Quæ omnia de directo contrariantur emancipationi, ex qua soluitur patria potestas filiusque emancipatus liberè contrahit, seque in omnibus gerit pro Patrefamilias *l. emancipari ff. de adoption. l. 1. C. de emancipation. §. Præterea Institut. quib. mod. patr. potest. soluit* vbi D. D. & præceteris, Ornot. *num. 1. & num.* 8. optimè Paris. *cons. 53. sub num. 22. & seqq. volum.* 1. cum alijs notissimis. Et tamen in ipsa simulatione consilium fuit, dum Pater sciebat mentem Institutoris secundi fideicommissi Iordani esse, vt bona omnia fideicommissi Oliuerij remanerent alijs fratribus Petri Antonij, & eorum descendentibus, illum obli-

gan-

gando ad renunciand. etiam proprijs, dempta summa scutorum 10. mil. instituto hoc nouo fideicommisso, non gratia solius Petri Antonij, sed eius fratrum, ac vniuersæ familiæ de Abbatibus Oliuerijs, æque suis Nepotibus, ita respondens, *all'vnione, & amoreuolezza passata sempre, oltre la parentela trà la Casa del sudetto Sig. Testatore, e quella de' Signori suoi Nipoti Summar. num. 3. §. che si tratta in fin. & §. 3. che debba.* Ideoque cogitauit de simulanda emancipatione vt tamquam nouus homo caperet fideicommissum Oliuerium, contra mentem Institutoris fideicommissi Iordani, indirectè tentans, quod directè sciebat consequi non posse, quia quando Institutor fideicommissi, ideò ad illud aliquem vocat cum sua descendentia, quia scit, & vult alios fratres cum eorum descendentia esse prouisos ex bonis alterius fideicommissi, tunc inter vtrumque fideicommissum oritur incompatibilitas realis, & prouisi de longè pinguiori fideicommisso Iordano, prout etiam fatetur D. Palma *ead. allegat.* 128. *num.* 13. *vers. in altero pinguiori fideicommisso incompatibile cum eo quod possidebat tom.* 2. Et protestatus fuit ipse D. Petrus Antonius in assumptione secundi fideicommissi Iordani, *se fuisse ab ipsius dilectissimo Auunculo maxima honorificencia decoratum, ac opibus locupletatum Summar. num. 3. post princip.* non possunt amplius retinere Oliuerium, Roxas *de incompatib. part. 7. cap. 6. sub num. 49. & seqq.* Carol. Anton. de Luc. *de lin. legal. lib. 1. art. 9. num. 38. vers. distinguendo, & lib. 2. art. 76. num. 10. vers. absque dubio*, Rota *in Carpentoraten. hereditatis seu fideicommissi* 14. *Martij* 1687. *§. corroboratur coram R. P. D. Molines, vt in particula.*

Quare &c.

Peregrinus Maserius Aduoc.

Carpentoraten. Hæreditatis seu fideicommissi

R. P. D. Molines

Veneris 4. Martij 1687.

Alemanus &c.

CORroboratur ista Testatoris voluntas ex validissima ratione, quæ ipsum ad sic disponend. induxit. Quia Gulielmus Senior erat Primogenitus de domo, & familia de Panisse, & successurus in pingui primogenitura eiusdem, quæ post eius mortem erat transitura ad suum Primogenitum, & suos descendentes; Ideò ne bona fideicommittentis confunderetur cum bonis alterius Primogenituræ de domo Panisse consulto noluit prouidere de pingui Primogenitura nouissimè ab eo erecta secundogenitum, & descendentes ab isto, & in defectum horum tertiogenitum &c. Sicque Testatur non respexit huiusmodi Maioratuum personalem incompatibilitatem, quæ sola non sufficit pro exclusione descendentium à Primogenito, iuxta distinctionem Roxas *de incompatibilit. part. 7. cap. 6. à num. 35. ad 48.* sed apposuit realem, & linealem, eo quia prouidit lineam totaliter diuersam à linea Primogeniti abundè prouisa de pingui Primogenitura de Panisse, in quibus terminis incompatibilitas est linealis, & realis Roxas *de incompatibilit. par. 1. cap. 8. num. 33. & 35. par. 7. cap. 6. à num. 50. ad 53.* Castill. *contrau. lib. 5. cap. 178. num. 15. & cap. 181. num. 8. & 9. tom. 6.* Alciat. *respons.* 101. *in fin. lib. 9. vers. non obstat*, Menoch. *cons. 97. lib. 1.*

Et ita Marchionissa, & Paulo Dominico de Seguins, ac Barone Petro Francisco, & Carolo de Panisse acriter informantibus resolutum fuit &c.

Cap. XV.

ARGVMENTVM.

Consultatio ad defensam homicidæ verbis iniuriosis prouocati, qui proindè fuit ad confinium damnatus.

SVMMARIVM.

1 *Honor æquiparatur vitæ.*
2 *Verba iniuriosa contrà virum vxoratum, & numer. 7. 8.*
3 *Homicidium omni iure prohibitum, & pœna mortis puniendum, nisi fiat ad sui defensionem num. 4.*
5 *Vel nisi fiat ad defensionem honoris.*
6 *Aggressus non tenetur fugere, sed potest aggressorem interficere, maximè si fuga esset sibi in dedecus.*
7 *Iniuriatus petulanter verbis, potest iniuriantem occidere.*
9 *Iniuriatus an teneatur adire magistratum.*
10 *Ex vnico vulnere non animus occidendi, sed se defendendi arguitur.*
11 *Excessus in defensione quando non sit considerabilis.*
12 *Chirurgis standum circa vulnera.*
13 *Testibus quibus magis credendum.*
14 *Moderamen defensionis, in quibus consistat*
15 *Vulnera non dantur ad mensuram.*
16 *Motus primi non sunt in potestate nostra.*
17 *Homicidium, nec aliud maleficium sine causa committitur.*
18 *Amicus casu potius, quàm dolo occisus præsumitur.*
19 *Aggressio fit etiam verbis.*
20 *Homicidium quando non dicatur deliberatum.*
21 *Iratus ab insano, tempore tantum distet.*
22 *Homicidium culposum qualiter puniatur.*

I. M. I.

Lux vera illuminet.

ABsoluendus videtur Ioanne Rosini, qui ad proprij ho- 1
noris tutelam, vnico pugionis ictu, Oratium de Porcelus interfecit. Honor enim inter res suauissimas numeratur, vt inquit Aristotel. *Rethor. lib. 1. text. 466.* & vitæ adæquatur *l. iusta ff. de manumiss. vindict. glos. in §. suspectus institut. de satisdat. tut.* Sanfelic. *decis.* 331. *num.* 16. & crudelis est qui eius famam negligit, Bald. *in Tit. de pace tenend.* quem refert Dec. *cons.* 686. *num.* 8. Cassan. *in Catalog. glor. mund. num. 1. part. 1. considerat. 2.* Hinc Cicer. *lib. 1. officior.* inquit: *Qui non obsistit iniuriæ, tam est in vitio, quàm si parentes, aut amicos, aut Patriam deserat.*

Constat enim Rosinum atrocissima iniuria, non semel 2
tantùm, sed bis, fuisse ab Oratio affectum, quandoquidem primo ipsum vocauit. Viso di C. & alia vice B. F. appellauit, quæ verba non benè conueniunt vxorato, nam contra honorem sunt, & iniuriosa, August. ad Angel. *de Malefic. verbo, & dictus Titius se defendendo n.* 29.

Et quamuis regulariter homicidium omni Iure, prohi- 3
bitum sit, vt per Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap.* 20. & pro eo mortis pœnam imponendam, de communi testentur Boss. *in tit. de Homicid. num.* 107. *& seqq.* Anton. Gomez. *de delict. cap. 3. tit. de homicid. num.* 1. Clar. *in §. homicidium vers.*

vers. sed quaero num. 14. & ibi Baiard. num. 42. Caball. de omni gen. homicid. num. 106. attamen dicta pœna non habet locum in homicidio ad sui defensionem patrato, nam huiusmodi homicidium non esse punibile, docet text. in l. ut
4 vim ff. de Iust. & Iur. l. 1. C. unde vi, l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi armat. Luc. de Penn. in l. 1. num. 8. C. de comment. lib. 12. Ioann. Francisc. Zoannet. in repert. legis ut vim ff. de Iust. & Iur. num. 3. & 11. Bartholom. Romul. in repetit. eiusdem legis num. 19. Caball. de omni gener. homicid. n. 93. Gregor. Obrect. de defens. necess. cap. 1. per tot. & alijs penes Farinac. de Homicid. quaest. 125. p. 1. num. 3. D. Sabell. Prat. verbo Omicidio num. 22. & resolut. 20. num. 4. Giurb. cons. 84. num. 16.

5 At cum honor vitae adaequetur ut per Cordub. in l. si quis à liberis in princ. num. 30. D. Sabell. var. resol. cap. 20. num. 11. ideò pro honoris defensione licitum esse occidere admittunt omnes, & praecipuè Vasquez controu. Illustr. lib. 1. cap. 11. num. 10. & cap. 18. num. 13. & 14. Romul. in Compend. Homicid. num. 60. Clar. §. homicidium num. 21. Gregor. Obrect. de defens. necess. cap. 9. num. 21. Bertazz. cons. 434. num. 5. Honded. cons. 105. num. 42. & seqq. Giurb. cons. 84. num. 16. D. Sabell. in Prax. verbo difesa num. 9. Caball. de omni gen. homicid. num. 89. Tolet. in Summ. cap. 80. num. 12. in fin. Nauarr. in Summ. super 5. precept. cap. 15. num. 4. vers. quod limitandum, Dian. tract. 4. de Homicid. resolut. 9. per tot. & resolut. 12. & tract. 7. miscellaneor. resolut. 51. Filliuc. tract. 40. num. 48. Sanchez in Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 39. num. 7.

6 Tantum enim tribuunt Doctores honoris defensioni, ut admittant, quod aggressus non debeat Fugere, sed possit aggressorem, potius, interficere, quàm sibi ipsi dedecus perfugam irrogare, ita doctissimus Vasquez controu. Illustr. lib. 1. cap. 18. num. 14. Gomez. de delict. lib. 3. cap. 3. num. 23. Romul. in Compend. homicid. num. 59. in fin. Angel. de malefic. verbo, & dictus Titius defendend. & ibi August. num. 11. in fin. Ioann. de Plat. Institut. de Iur. nat. gent. & ciuil. num. 41. Gregor. Obrect. de defens. necess. cap. 10. per tot. & num. 17. Io: Zoannett. in repet. l. ut vim ff. de Iust. & Iur. par. 2. num. 18. in fin. D. Sabell. variar. resolut. cap. 20. quod procedit etiam si homo sit, cui fugere non fuisset dedecus, ut reiecta Bart. opinione probat Dec. in l. ut vim num. 25. de Iust. & Iur. & alij penes Giurb. cons. 84. num. 19. in fin. Farinacc. quaest. 125. num. 126. & num. 128. vbi de magis communi, & in practica magis seruata opinione testatur.

7 At si honoris defensio consideratur in simplici fuga, quantò magis consideratione digna redditur in tam iniuriosis verbis, semel, atque iterum prolatis, quibus honorem lædi in dubium reuocari non potest, ut per Angel. de malefic. verbo & dictus Titius se defendendo, & ibi August. num. 29. licitum enim est petulanter attentantem honorem occidere per text. in l. item apud Labeonem §. adijcitur vers. unde quaeritur ff. de Iniur. quem ad hoc probandum inducit Bolognett. in repetit. legis ut vim ff. de Iust. & Iur. num. 95. & quod iniuriatus verbis possit iniuriantem occidere, probant Bertazzol. cons. 434. num. 5. & 28. Giurb. cons. 84. num. 20. in fin. Honded. cons. 105. num. 44. Boer. dec. 169. per tot.

Nec dicatur defensionem non fuisse factam cum moderamine inculpatae Tutelae, propulsando verba verbis, ut per Farinacc. quaest. 125. num. 96. nam prima iniuria, hoc est viso di C. fuit verbis, & quidem mollissimis non propulsata, sed dissimulata, ut in proc. a ibi, vedete bel modo di trattare, ex qua dissimulatione Horatius audacior, fa-
8 ctus, in aliam atrociorem iniuriam prorupit, videlicet B.F. haec autem iniuria in Ciuitate Florentiae habetur pro maximo vituperio, ut probant Testes a & ideò percutienti iniuriantem, simpliciter subueniendum esse, dixit Marl. cons. 68. num. 10. & cons. 105. num. 35. quod multò magis procedit quando offensio est iniusta, Farinac. dicta quaest. 125. num. 112. & obiectio criminis est falsa, Bolognett. in l. ut vim ff. de Iust. & Iur. num. 94. vers. ex quo infertur, ac talem esse in casu nostro, probatur non solum ex vulgata l. merito ff. pro soc. sed etiam ex depositione duorum Testium a quibus honestas, & bona fama vxoris Rosini detegitur, l. ubi numerus ff. de test. Farinacc. quaest. 63. num. 232.

Similiter non obstat, quod Rosinus potuisset adire magistratum, & coram ipso deducere iniuriam, nam res-
9 pondetur, ut per Gramatic. cons. 29. num. 39. & 30. cuius verba tamquam casui congruentia referre pigebit. Inquit enim, & Iuris dispositione sancitum est quod ubi, sit iniuria alicui, de qua non solet adiri Praetor, fortè propter conseruationem honestatis, seu aliter, cum Praetor illam audiens fortè poneret rem in derisum, & iniuriatus reputaretur vilis, seu Cornutus, tunc licet propria auctoritate propulsare, & iniuriam repellere, ob verecundiam, quam pati non poterat, & sic iustam habuit causam, unde non debet puniri de tali vindicta ad propulsationem iniuriae, licet excedat multum. Haec Gramat. cui conferunt dicta per Castrens. in cons. 277. num. 3. prop. med. lib. 2. fol. m. 133. t.

At quando non fuisset seruatum moderamen inculpatae Tutelae, & in aliquo fuisset excessum, attamen excusatione dignus esset Rosinus, quandoquidem vnico vulnere re- 10
pulsauit insultantem, Farinac. quaest. 125. num. 381. nam ex vno vulnere praesumitur se defendendi, non autem occidendi, Farinac. cons. 35. num. 33. & quaest. 127. num. 186. Boss. tit. de homicid. post num. 37. & quando excessus non fit
ex proposito nullam pœnam meretur, Gramat. cons. 29. 11
num. 33. Et dummodò non fuerit excessum dolo, vel lata, seu leui culpa, sed tantum leuissima, tunc excessus nulla prorsus pœna punitur, & excessus leuissima culpa dicitur, quando moderamen inculpatae Tutelae non seruatur circa vnum tantum ex tribus requisitis, quod notandum, dicit Guazzin. ad defens. reor. defens. 29. cap. 5. num. 3. in fin. Farinac. q. 125. n. 404. & 406.

Nec releuat quod in Inquisitione dicatur vulnera fuisse quatuor, nam vnico ictu fuerunt facta dicta 4. vulnera, & de vnico ictu deponunt Fisci Testes Thomas Palchetti a 8. t. ibi, gli tirò vna pugnalata fino alle guardie, & Hieronymus Piazzini a 11. ibi, veddi il Rosini, & il Basetta vicino al Terrazzino 10. braccia, & il Basetta s'appoggiò, e disse o Gesù, & il Rosini gli tirò vn colpo nel petto. Ne sò che prima hauessi hauuto altre ferite, & idem deponunt duo Testes ad defensam super 21. Articulo. Quibus adstipulatur fides per Dominos Chirurgos Franciscum de Giouagnolis, & Rodulphum de Faninis, qui deponunt quod quatuor vulnera in Inquisitione expressa facilè fieri potuerunt vnico ictu, quod praecipuè suadetur ex vulnere subtus
brachium dexterum quod ex transuerberatione factum di- 12
cunt Domini Chirurgi quibus tamquam peritis in arte standum est, Rot. post Zacch. quaest. medic. legal. decis. 35. n. 12. & 13. Mascard. de probat. concl. 1146. n. 12.

Quibus non obstant depositiones aliorum Fisci Testium, nam duo tantum deponunt de duobus ictibus, nempè Laurentius Benucci a 3. t. ibi, gli ha tirato almeno due ferite, & Alexander Cui a 9. t. ibi, gli ha tirato due pugnalate, nam standum est Testibus contra fiscum deponentibus, &
praecipuè quia excludunt delictum, Farinac. cons. 130. 13
num. 5. Sunt inducti à fisco, Guazzin. defens. 33. cap. 14. Farinacc. cons. 130. n. 11. & cons. 216. num. 14. Sunt plures numero, & deponunt ad defensam, Guazzin. defens. 29. cap. 3. num. 13.

Moderamen autem circa tria consistere docet, Ioann. de Plat. Instit. de Iur. nat. gent. & ciuil. num. 40. Guazzin. defens. 29. cap. 5. num. 2. Primò circa modum, secundò circa tempus, tertiò circa causam, vel factum.

Quo ad modum, non videtur non fuisse seruatum mo- 14
deramen inculpatae tutelae, nam licet Doctores teneant quod eodem genere armorum quo quis percussus fuit se defendat, attamen admittunt quod pro defensione honoris liceat occidere ut superiùs fuit demonstratum in vers. At si honoris defensio, vbi ex Bertazz. Giurb. Honded. Bolognett. & Boer. in locis allegatis, fuit probatum quod pro verbis iniuriosis liceat occidere, nec in Iure cautum reperitur, ut defensio non sit permissa ex diuerso Instrumento, maiori, vel fortio. Si Mazzol. credimus in cons. 11. num. 85. D. Sabell. var. resolut. cap. 20. num. 10. & admittit Caball. resolut. crim. cas. 248. num. 31. & num. 32. vbi quod offendere volentem pugno, vel manu vacua, possum occidere, & in aliquo non tenor. Hector Felic. allegat. Iur. allegat. 13. num. 10. vbi de occidente cum sclopeto insultantem cum Armis, Farinacc. cons. 35. num. 11. & 12. & de Homicid. quaest. 125. num. 360. Giurb. cons. 84. n. 17.

Quoad secundum requisitum, videlicet quoad tempus, liquido constat non fuisse excessum, nam defensio fuit facta in continenti, & non ex interuallo, & in flagranti crimine l. si ex plagis §. Tabernarius ff. ad l. Aquil. Bart. & Bald. in l. 1. C. vnd. vi, & hoc pro-

bant

bant Testes Fisci a & a & Testes ad defensam a & a

Circa tertium quod causam, vel factum respicere dixi, non fuisse excessum patet, quandoquidem ad defensionem honoris, non ad vindictam vulnus in latum fuit, *l. scientiam §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil.* quando enim quis est constitutus in discrimine vitæ, HONORIS, seu alicuius iniuriæ personalis, & aliter euadere non potest nisi offendat, vel occidat, non dicitur facere ad vindictam, sed ad defensionem Gramat. *cons. 56. num. 16.* Baiard. ad Clar. *§. homicidium num.* 106. quos refert, & sequitur Guazzin. *defens. 29. cap. 5. num. 2. vers. circa causam.* Quod admit-
15 tendum est licet duobus ictibus occidisset, nam vulnera non dantur ad mensuram, nec stateram potest habere in manibus insultatus, Farinac. *quæst. 125. num. 351. & 352. & cons. 35. num. 31.* Caball. *de omn. gen. homicid. num. 100. & seqq.*

Tandem moderamen inculpatæ tutelæ non consideratur in Rixa (prout fuit ista) nam quando insultatus excessisset modum in defendendo, tunc ei non imputaretur excessus,
16 quia eo casu non potest vti hac moderatione, ex quo primi motus non sunt in potestate nostra, Foller. *in Prax. Crimin. in fragment. num. 57. fol. mihi* 431. Gramat. *cons. 56. num. 17. & 18.* Baiard. ad Clar. *in §. homicidium num. 106. & 107.* Caball. *de omn. gener. homicid. num.* 101. & cum fuerit acriter prouocatus, quidquid fecit, factum fuisse ad necessariam defensionem, & calore iracundiæ iudicandum est, & ideò excusandus, Cyriac. *controu. 126. per tot. & num. 39. & 40.*

Satis superque de causa Homicidij doctum esse ex iam dictis patet, ideò non habet locum quod à Fisco deducitur
17 in Inquisitione, huiusmodi homicidium sine causa fuisse patratum, cui accedit quod nullum maleficium sine causa committi solet, Cason. *de indic. præcedentib. delict. cap. 1.* & homicidium nisi ex grauissima causa fit Hector. Felic. *allegat. iur. allegat. 36. num.* 11. Quod multò magis suadetur in præsenti casu, stante intrinseca amicitia, ac familiaritate quæ vigebant inter Defunctum, & Rosinum, vt probant Testes a & a quæ etiam ex naturali ratione præsumitur, Simon de Præt. *cons. 15. num. 60. & 63.* ex cuius amicitiæ probatione insurgere, etiam indicium innocentiæ dixit idem de Præt. *dicto cons. 15. num. 63. & seqq.*
18 Corn. *cons. 198. num. 26. vol. 2.* & Amicus, potius casu, quam dolo, occidisse præsumitur, Giurb. *cons. 63. num. 16.* Crass. *de effectib. amicit. num. 203. & 204.*
19 Hinc sequitur, quod cum constet de Rixa, & aggressione Horatij contra Rosinum (quæ etiam verbis fieri latissimè docet, Cyriac. *controuers. 126. per tot.* Giurb. *cons. 63. num. 6.* Gramat. *decis. 37. num. 5.* Bertazzol. *cons. 307. num. 2. & 8.*) homicidium simplex erit, non deliberatum, vt videre est ex distinctionibus allatis per Clar. *in §. homicidium vers. 1.* Farinac. *de homicid. quæst. 119. num. 5. & seqq.* Caball. *de omni gener. homicid. num. pariter 5. & seqq. & præcipuè num. 67. in decimo exemplo*, vbi, homicidium aggresso-
20 ris connumeratur inter homicidia legitima, hoc est à lege permissa, & ex spontanea comparitione non præsumitur homicidium deliberatum, Farinac. *quæst. 126. num. 208.* Bertazz. *cons. 449. num. 24.* Rixa enim omnem præmeditati animi indicium excludit, Cason. *de indic. tractat. 4. cap. 1. num. 2. & cap. 5. num. 4.* Clar. *§. homicidium num. 5.* & alij penes Giurb. *cons. 63. num. 9.* Farinac. *quæst. 126. num. 211.* Cumque in rixa Ioannes occiderit Horatium iræ calore percitus, ex in compositis Horatij verbis, deliberatus occidendi animus censeri non potest, quia ira impedit deliberationem, adeò, vt homo intenso dolore præuentus, mentis non habeat plenitudinem, *l. quidquid calore*, & ibi Cagnol. *num. 2. & 3. de reg. Iur.* Honded. *cons. 104. num. 29.* Roman. *singul. 514. incipit volo commentare num. 5.* Farinac. *quæst. 91. num. 5. & 7.* Giurb. *cons. 84. num. 25. in fin. vbi de verbis iniuriosis loquitur.* Ideò Aristoteles ea similitudine vsus est, *vt fumus mordicans oculos minime videre sinitque pedibus adiacent, sic iracundia oboriens, rationem offuscat, & quod bonum imbuta mens fuerat à ratione, ipsa iracundia non sint sine labore, ac molestia potiri, & Cato maior dicebat, iratum ab insano, tempore tantum distare*, refert Anton. de Butr. *tract. var. lib. 3. quæst. 2. cas. 1. num. 86. fol. m.* 109. vndè consilium occidendi abfuisse 21
dubitari non potest, & sic homicidij pœnam locum non habere in comperto est, ad quam infligendam duo copulatiuè requiruntur, factum scilicet, & consilium, Caball. *resolut. crim. cas. 31. num. 10.* Honded. *cons. 104. per tot.* cessante enim dolo numquam imponitur pœna corporalis, Clar. *quæst. 31. vers. scienter, & dolosè in fin. & quæst. 84. in princ.* Angel. *de Malefic. vers. Scienter & dolose num. 1.* quod procedit licet homicidium esset culposum, & hanc conclusionem ab omnibus communiter receptam esse testatur Farinac. *quæst. 126. num. 42. in fin.* & quamuis fuisset 22
commissum lata culpa, vt per eumd. Farinac. *d. quæst. num. 46. & latius quæst. 87. num. 73.*

Ex iam dictis patet Rosinum absolutione dignum esse, quia non dolo, sed ad summum culpa leuissima deliquit, quæ criminaliter non punitur, Farinac. *quæst. 125. n. 406.* & etiam si leui culpa deliquisset, nam homicidium, leui, seu leuissima culpa commissum, potiùs casuale dicitur, quam culposum, sic de communi testatur Honded. *cons. 104. num. 17.* At si aliqua pœna mulctandus esset, leuissima plectendus videretur, nam quotiescumque pœna minuitur, numquam imponitur corporis afflictiua, Honded. *d. cons. 104. num. 15. & 37.* Sed pecuniaria, vel nulla, vt fuit seruatum in casu Honded. *dicto cons.* 104. vbi reus fuit absolutus in casu Giurb. *cons.* 84. vbi fuit dictum Carceratio cedat in pœnam in casu Bertazzol. *cons.* 434. & in casu Boer. *decis.* 169. conferunt dicta per Farinac. *cons. 1. num. 18. & cons. 2. n. 10. & seqq.*

Quæ omnia admittenda sunt in casu nostro stante pace obtenta ad tradita per Caball. *resolut. crimin. cas. 56. & cas. 74.* Spontanea Rei comparitione, Boss. *tit. de mandat. ad homicid. num.* 26. Processura, ac carceratione, Guazzin. *defens. 2. cap. 3. n. 18.* Caball. *cas. 142.* & signanter bona ac pacifica vita conditione ac fama Inquisiti, & quod non sit solitus rixari, vt probant Testes a & a & per fidem a quæ sanè probatio multum in hoc attenditur, vt ex Salicet. Veronen. & Vulpell. dicit Honded. *cons. 104. n. 27.* Simon. de Præt. *cons. 15. num. 49.*

Ex quibus, &c. Ad laudem Dei, &c.

Addictissimus

Bernardinus Renzolius.

Cap. XVI.

ARGVMENTVM.

Fur pro tribus furtis, vel vno magno, licèt confessus, in hac consultatione à furca defenditur, & liberetur ex pluribus.

SVMMARIVM.

1 *Fur pro tribus furtis, vel vno magno furca suspendendus.*
2 *Furtum, licèt pluries iteratum quando dicatur continuatum, & vnicum.*
3 *Furti pœna ex quibus mitiganda.*
4 *Furta, vt sint plura debent esse separata re, loco, & tempore.*
5 *Contrectationes possunt esse plures quoad numerum, & non quoad pœnam.*
6 *Adulter pro pluribus adulterijs vna tantum pœna punitur.*
7 *Testis dans alium in contestem, si ille neget non probat.*
8 *Identitas non præsumitur ad inclusionem delicti.*
9 *Furtum quando reputetur magnum, vel non ad effectum pœna mortis.*
10 *Iudices possunt ex causa minuere, sicut augere pœnas.*

11 *Mi-*

11 *Minori mitigatur pœna, etiam in atrocissimis ex causa.*
12 *Florentiæ ætas 18. annorum æquatur 25. annis.*
13 *Non procedit contra forenses.*
14 *Specialia plura non attendenda ad inferendam mortis pœnam.*
15 *Statutum abbreuians minorem ætatem non aufert commutationem pœnæ.*
16 *Extrema necessitas ad pœnæ diminutionem confert.*
17 *Confessio qualificata quando non possit scindi.*
18 *Confessio qualificata excusat à pœna ordinaria.*
19 *Confessio spontanea prodest ad diminutionem pœnæ.*

I. M. I.

Pro N. contra Fiscum.

ILLVSTRISSIMI DOMINI.

Lux vera illuminet.

1 FVrca dignus videtur N. vel quia tria, & plura furta commisit in domo Illustriss. D. N. auferendo illinc, diuersis temporibus, plures adamantes, & alia pretiosa *ad text. in l. capitalium §. solent, & §. famosos ff. de pæn.* Caball. *resolut. crimin. cas. 19. num. 2.* Mattheu, & Sanz. *de re crimin. controuers. 36. num. 54. & controu. 37. num. 3. ad fin.* vel quia, vnum magnum furtum fecisse, negari non posse videtur, pro quo pœnam vltimi supplicij imponendam dicit Caball. *resolut. crimin. cas. 18. num. 4.* & Florentiæ habemus legem editam de Anno 1681. qua vtrumque casum decisum videtur.

Attamen, re benè ruminata, vt miserabili carcerato, quam possum opem, pietatis intuitu, feram, pœnæ laquei, locum esse non credo.

Quod attinet ad tria prætensa furta, non videntur commissa, nam, licet sint plures contrectationes, tempore distinctæ, tamen, de eadem sunt re, ex eodem loco, & eidem Domino rei factæ, & ideò vnicum furtum repu-
2 tari debent, ita Bart. *in l. inficiando §. infans in prim. opposit. ff. de furt. fol. mihi 131. t.* in hæc formalia verba, ibi, *Plura furta sunt, hoc est plures contrectationes, tamen in veritate vnum furtum est, continuatum per plura tempora.* Idem Bartolo *in d. §. num. 3. ad med. fol. 132.* ibi, *in istis pro toto tempore vnum maleficium est*, & Bartolum sequitur Angel. *in dicta l. inficiando §. infans ff. de furt. num. 4. fol. mihi 144. t.* ibi, *In delictis vero habentibus causam successiuam*, decidit idem Bartolus, *quod si animus circa continuationem potentius operatur, vt apparet in furto, in heresi, in continuatione Castri occupati per vim, vt l. 3. in princip. de acquir. poss. pro toto illo tempore continuato, maleficium est vnum, nisi sit possessio interrupta, vt hic, & ideo vnica pœna sola imponenda venit; & hoc credo verum, quoad impositionem vnitatis pœnæ non tamen quod intelligatur ex toto vnum maleficium*, & quod committens plura furta in eadem re, & eidem Domino, non dicatur reincidere, ita, quod mori debeat tenet Cassan. *ad consuetud.* Burgund. *tit. de iust. seu iurisdict. rubr. 1. §. quod si reincidat Vers. quæro quando dicitur reincidere ad fin. fol. mihi 205.* & in fortioribus terminis hanc sententiam probat, & pro ea iudicatum esse affirmat Mattheu, & Sanz. *de re crim. controu. 37. num. 24. & seqq.* ex gratia videndus.

Nec huiusmodi furta sunt distincta re, & tempore, quandoquidem ipsi pretiosi lapilli, & alia, sunt ipsa eadem in substantia, quæ N. prima vice, ac furto præmanibus habuit, & ad hoc, vt sit locus pœnæ furcarum, furta debent esse distincta re, & tempore, Fari-
3 nac. *de furt. quæst. 137. num. 71.* Mattheu, & Sanz. *d. controu. 37. n. 25.* vbi ex Clar. Baiard. Farinac. & alijs, affirmat, *quod regula de tribus furtis puniendis pœna capitali, procedit, quando singula furta sunt distincta, re, & tempore*, & quando furtum non est circumstantijs granatum, tunc pœna mitigatur, vt de consuetudine Hetruriæ testatur Caball. *resolut. crimin. cas. 19. num. 3.* Nec desunt celeberrimi Iurisconsulti, negantes, hominem ad Dei omnipotentis similitudinem factum, esse vita priuandum ob tria furta, vt vltra relatos à Caball. *d. cas.* videre est penes Anton. Mattheum *de criminib. tit. de furt. cap. 3. num. 11. post med. fol 98.* vbi expressè tenet pœnam mitigandam esse, si de primo, vel secundo furto Reus non fuerit apud Iudicem aliqua pœna affectus, quod ante eum, prius docuerat Cassan. in loco supra citato, Mattheu, & Sanz. *dicta controu. 37. num. 24. & est text. in l. capitalium §. solent*, & ibi, *glos. in verbo admoniti litt. E. ff. de pœn.* & agnouit lex furtorum, doctissimè, ac mirabiliter compilata, per integerrimum, ac sapientissimum virum Illustrissimum Dominum meum Auditorem Fiscalem Luci de Anno 1681. *num. 19.* ibi, *ancorche ne fosse il delinquente stato punito, ò graziato;* Hinc argumento à contrario sensu sumpto, quod fortissimum, frequens, & vtilissimum esse docet, Euerard. *in loco à contrario sensu legas num. 1. fol. 506.* sequitur, quod furta non computantur ad faciendum numerum, nisi fur, de primo furto, fuerit punitus.

Nec obstant in contrarium, non minus doctè, quam subtiliter, per Excellentissimum D. meum Aduocatum Fiscalem, adducta ex Thor. *vot. 93. num. 3. lib. 1.* Farinac. *quæst. 163. num. 74. & 75. & glos. in l. Vulgaris est quæstio in verbo fuerit immo videtur litt. G. ff. d. furt.* quibus probare 4
nititur, tot esse furta, quot sunt contrectationes; nam Thor. assertum, fundatur in præcitata Gloss. qua sublata, corruit, & Glossam non obstante mox demonstrabitur. Authoritas enim Farinac. *in quæst. 167. num. 74. & 75.* iustis ponderibus perpensa, Fisco non opitulatur, sed Reo, quandoque idem ipsemet Farinac. non solum *d. n. 74.* sed etiam *num. 71.* ad hoc, vt furta computentur, & faciant numerum, requirit quod sint separata re, & tempore, quod neutiquam euenit in præsenti casu, in quo plures fuerunt contrectationes, sed de eadem re, in eodem loco, & eidem Domino factæ, nec Farinac. eo loci affirmat, quod tria sint furta, quando fur præmanibus; & in eius posse habuit prima vice, omnes res furatas, licet pluties contrectauerit, sed tali casu, vnum esse furtum suadetur ex *glos. in l. vulgaris est quæstio ff. de furt. in gloss. magn.*

Dixi *gloss. doctrinam in l. vulgaris est quæstio in verbo fur erit*, immò videtur *litt. G. ff. de furt.* non obstare, & hoc dilucidè probatur, ponderando, quod hu-
iusmodi Glos. eo loci, non loquitur in terminis impositionis pœnæ, hoc est, an contrectationes debeant numerari, & debeant æstimari tot furta, quot sunt contrectationes possit imponi pœna exquisita, sed loqui- 5
tur in terminis discernendi furem manifestum à fure non 6
manifesto; at quando eademmet Gloss. verba fecit de pœnæ impositione, exemplificata est furem pluries contrectantem, Adultero plura adulteria committente, hoc est pluries, alicuius vxorem cognoscente, & decisum reliquit, quod pro pluribus adulterijs, vna tantum pœna debeatur. Nec audiendus est Bart. *ex aduerso allegatus in d. l. vulgaris est quæstio ff. de furt.* contrarium tenens, & affirmans, quod eatenus pro pluribus adulterijs vna pœna debetur, quatenus est pœna mortis, quæ reiterari nequit, & sic Glossæ sententiam restringit: Nam dicta Glossa optimè loquuta fuit, quandoquidem de Iure Pandectarum, quod Glossa ibi interpretatur, nondum erat pœna mortis aduersus adulteros statuta, sed pœna pecuniaria, & ideò reiterabilis, sic in puncto Bartolum confutat Couarr. *variar. resolut. lib. 2. cap. 10. num. 8. vers. quod vero diximus ad fin. fol. mihi 217. & in epitom. de matrim. cap. 7. §. 7. num. 16. fol. mihi 268.* vbi latè:

Insuper respondetur, quod contra præfatam Glossam tenuerunt Bart. & Angel. *in l. inficiando §. infans ff. de furt.* Cassan. *ad consuetud.* Burgund. *tit. de iust. seu iurisdict. rubr. 1. §. quod si reincidat, vers. quære quando dicitur reincidere, ad fin.* Couar. *variar. resolut. d. lib. 2. cap. 10. num. 8.* Mattheu, & Sanz. *de re crimin. controu. 37. num. 24. & seqq.* quorum opinio Glossæ opinioni præualere debet, & communis dici potest.

Nec furtum de quo agitur, magnum, ad præscriptum dictæ legis Anni 1681. *num. 1. ad fin.* iudicandum esse puto; quoniam, summam scutorum 200. non transcendit, vt ipsamet lex requirit, & licet per dictam legem, relinquatur Iudicis arbitrio, æstimatio rei furatæ,

qui

qui potest habere fidem depositioni furtum passi cum iura-
mento, attamen animaduertendum est, quod D. N. non
deponit de pretio, seu valore adamantum ex propria scien-
tia, sed per relationem ad Hieronymum Gorgerij, cui in
nihilo credendum esse facillimè desumitur, ex depositio-
ne Bomberghi. Inquit enim Gorgerius à 68. t. quod de
dictis lapillis pretiosis, ponderis granorum 75. inuenit
scuta tria cum dimidio pro quolibet grano à Bomberghio,
iste autem negat, se talem fecisse oblationem à 73. Testis
enim vocans alium inconteftem, si contestus neget, non
7 solum non probat, sed insuper suspicione non caret, Fa-
rinac. *cons. 37. num. 24. cons.* 181. *num.* 43. *& quæst.* 65. *num.*
274. At in præsenti casu adsunt claræ, & euidentes pro-
bationes, quod adamantes venditi per N. furem, &
per N. de furis mandato, erant valoris librarum octo,
circiter, pro quolibet grano, vt fuit probatum per Te-
stes ab Emptoribus inductos, qui de propria deposi-
tione, optimam reddidere rationem, ipsam ad qualita-
tem adamantum reducendo, dum inquiunt, quod ada-
mantes flaui coloris erant, vt videre est in dictis Testium
à 151. à 152. à 157. t. & à 158. t. & sic probato valore iden-
tificè per Testes, non est locus arbitrio, nec priuilegiatè
probationi, vt optimè declarat nostra lex furtorum, iam
recensita, & præcipuè quia ex depositione Gorgerij, non
8 probatur indentitas lapillorum furto subtractorum, cum
ijs ab ipso, ante furtum visis nec identitas præsumitur
ad inclusionem delicti, Guazzin. *reor. defens.* 4. *cap.* 2.
num. 7. Aimon. *cons.* 244. *num.* 2. Gramatic. *cons.* 23.
num. 1. Farinac. *cons.* 70. *num.* 46. Giouagnon. *respons.* 44.
num. 10. Altimar. *de nullitat. rubr.* 13. *quæst.* 20. *n.* 56. *tom.* 3.
fol. mihi 666.

Animaduertendum quoque est, quod pro vno furto, li-
cet magno, cum non concurrat enormitas, vel alia cir-
cumstantia aggrauans, fur, morte dignus iudicandus non
9 videtur, vt deducitur ex Caball. *res. crim. cas.* 18. *num.* 4.
11. *&* 12. vbi recenset duo exempla furum suspensorum pro
vnico furto magno, quæ toto Cœlo distant à præsenti casu,
nam illa furta fuerunt patrata nocturno tempore, & adulte-
rinis clauibus, in excessiua summa scutorum 600. & for-
san, non viro diuiti, qualis est D. N. cuius respectu fur-
tum magnum nec dici potest, Vermigl. *cons.* 261. *num.* 3.
cum citatis, & idem Vermigl. *d. cons.* 261. *num.* 1. inquit,
quod nec de iure, nec de consuetudine pro vno furto, li-
cet magno, imponitur pœna mortis, cum non est cum
magna qualitate aggrauanti, *& cons.* 269. *num.* 3. *&* 5. *&*
cons. 270. *num.* 1. Et si diceretur legem furtorum, sic præ-
cisè disponere, replicatur, quod huiusmodi lex est cor-
rectoria Iuris communis, quo inspecto, pro vnico furto,
quis morte afficiendus non est, *Auth. sed nouo Iure C. de
seruit. fugit.* & ideò strictè interpretanda venit, nec desunt
Doctores huiusmodi leges improbantes, vt videre est pe-
nes Anton. Mattheum *de crimin. tit. de furt. cap.* 3. *num.* 4.
& Petr. Caball. *d. cas.* 18. *num.* 9. inquit, quod à lege, cer-
tum quid statui nequit, quin Iudicis recti, ac prudentis
arbitrio multa relinquantur, *& num.* 13. scriptis manda-
uit, quod Iudices possunt arbitrari minorem pœnam, iux-
ta qualitatem facti, temporis, & ætatis, ac conditionem
personæ, vel alijs causis, quæ solent perducere Iudicem
10 ad mediocrem pœnam, & quod potest minorari pœna in-
dicta à statutis, licet Iudex iurauerit ea seruare, quia ex
causa potest leges transgredi, augendo, & minuendo pœ-
nam Vermigl. *cons.* 269. *num.* 5. *&* 6. *& cons.* 270. *num.* 1. *&*
10. Farinac. *quæst.* 17. *num.* 7. *& seqq.* Marant. *in specul. p.* 4.
num. 82. *fol. mihi* 62.

Causæ autem minorandi pœnam non desunt, & prima
est minor ætas, est enim N. minor vigintiquinque annis
ad Caball. *resol. crim. cas.* 134. *num.* 1. 2. *&* 11. *ad fin.* vbi
11 seruatum fuisse testatur, *& cas.* 135. *num.* 3. vbi quod pœ-
na debet imponi citra vltimum supplicium, Bonifac. *de
furt.* §. *animo num.* 131. vbi, quod pœna non debet esse la-
quei, Vermigl. *cons.* 261. *num.* 5. *&* 6. Farinac. *quæst.* 23.
num. 34. *quæst.* 92. *num.* 122. 124. 149. *& num.* 171. *& quæst.*
174. *num.* 85. ibi, *in minore, qui excusatur etiam in crimi-
ne furti, seu saltem mitius punitur.*

Huiusmodi autem minoratio pœnæ ex censura legis pro-
greditur, *l. auxilium* §. *in delictis ff. de minor. l.* 1. *C. de
fals. monet. l. ferè in omnibus ff. de reg. Iur.* Thesaur. *dec.* 161.
& ibi add. Farinac. *quæst.* 92. *num.* 163. Mattheu, & Sanz.
de re crim. controu. 8. *num.* 6. *& num.* 13. *controu.* 16. *num.* 8.
& controu. 41. *num.* 23. *&* 24. & post multos, quos allegat
D. Oril. ad Campan. *obseru.* 2. *num.* 3. *& seqq.* & ideò Iudi-
ces per necesse pœnam temperare debent, non solum in
simplicibus delictis, sed etiam in atrocibus, & atrociori-
bus, D. Oril. *d. obseruat.* 2. *num.* 7. At in atrocissimis pos-
sunt Iudices pœnam ex aliqua causa minorare, & fuit mi-
notata in Patricidio Farinac. *cons.* 106. *num.* 22. In crimine
hæresis, Iulin. Cartar. *decis. crim.* 73. *num.* 7. in falsa mo-
neta Gortiad. *decis.* 87. *num.* 52. in Incendiario Carpzou. *de-
finit. forens. part.* 4. *constitut.* 17. *definit.* 11. *per tot.* in incen-
diario idem Carpzou. *constit.* 22. *definit.* 3. *per tot.* in nefan-
do Sanfelic. *decis.* 57. *ad fin.* & in alijs grauissimis delictis,
vt videre est penes Ricc. *decis.* 77. Caren. *de Offic. Sanct.
Inquisit. par.* 3. *tit.* 9. *n.* 20. 21. *&* 22. Iul. Cæsar. Rugginell.
Pract. quæst. cap. 35. *per tot.*

Objicet Fiscum *Statutum Communis Florentiæ lib.* 3.
rubr. 33. quo ætas Annorum 18. exequata videtur ætati an-
norum 25. de quo statuto mentionem facit Caball. *resol.* 12
crim. cas. 134. *num.* 11. sed pluribus modis remouetur obie-
ctum, vt videre per *Cons. Asin.* 110. *num.* 12. *&* 13. *in re-
collet.* per Zilett. *inter cons. crim. lib.* 2. & per ea, quæ notat
Caball. *d. cas.* 134. *num.* 11. *ad fin.* vbi inquit, quod opinio
Asinij semel obseruata fuit.

Secundò, respondetur, quòd iste Reus est forensis, & 13
ideò, quod attinet ad legitimam ætatem, iudicandus est
ad præscriptum Iuris communis, & ita punctualiter fuit
seruatum per *Dominos Octo viros de Anno* 1679. *die* 2. *De-
cembris in vna Cortonensi*, vt refert Illustrissimus D. meus
Sabellus *in sua Praxi nouiter impressa* §. *pœna num.* 16. *vers.
e cosi anco fu osseruato fol. mihi* 293.

Tertiò, quia huiusmodi statutum est correctorium Iu-
ris communis Farinac. *q.* 92. *num.* 187. *ad fin.* & sic duo con-
currerent specialia ad inferendam mortis pœnam huic
Reo. Vnum, videlicet, desumptum ex dicto Statuto 14
ætatem exequante. Alterum ex lege furtorum imponen-
te pœnam vltimi supplicij, at duo leges, vel statuta, Iuri
communi contraria non sunt iungenda ad effectum exacer-
bandi pœnam, quia multiplicarentur specialia *contra text.
in l. quod vero contra, & in l. Ius singulare ff. de legib.* Natt.
cons. 613. *num.* 6. *& seqq. lib.* 3. Cefal. *cons.* 75. *n.* 53. *& cons.*
117. *n.* 36. *vol.* 1. Campan. *resol. selectar. in quæst. vnic. post
resolut. n.* 41. *fol. mihi* 113.

Tandem quia dictum Statutum non aufert commutatio- 15
nem pœnæ, quæ de Iure communi, ætate minori median-
te, fieri solet vt præter Asin. & Caball. *supra relatos, te-
nent, in terminis dicti statuti*, Honded. *cons.* 99. *num.*
48. *& seqq. lib.* 1. vidend. Farinac. *quæst.* 92. *n.* 171. *& seqq.
& num.* 190.

Extrema necessitas huius miserabilis carcerati, vxore,
ac filijs grauati, & minimum lucri habentis, quod ad Iu- 16
lios quinque in mensem non ascendebat, ad pœnæ diminu-
tionem confert Clar. §. *furtum vers. quandoque & vers. sed
vide*, Farinac. *quæst.* 174. *n.* 68. *&* 69. quæ satis superque
probata dicitur, ex eius qualificata confessione. Nec hu-
iusmodi confessio per Fiscum diuidi potest, quandoquidem
ante confessionem in Processu non aderant delicti proba-
tiones Reum conuincentes, vel indicia grauissima, qui- 17
bus posset in pœnam arbitrariam condemnari, Guazzin.
reor. defens. 32. *cap.* 35. *num.* 1. *vers. sed contrarium*, Scialo
in prax. Torquend. reos cap. 1. *num.* 14. Triuisan. *decis.* 46.
per tot. Gramatic. *decis.* 5. *num.* 13. Ciarlin. *controu.* 151.
num. 27. Faber. *in Cod. lib.* 7. *tit.* 22. *definit.* 1. *&* 2. Hector. de
Guid. *de virib. confess. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 29. Vermigl. *cons.*
347. *num.* 10. *& cons.* 382. *num.* 11. Farinac. *cons.* 120. *num.*
13. *in fin. & cons.* 130. *num.* 27. *& quæst.* 81. *num.* 131. *&
num.* 135. & præcipuè, quia qualitas necessitatis non ten-
dit ad omnimodam delicti extinctionem, Surd. *cons.* 173.
num. 69. *lib.* 2. & præcedit confessionem Caball. *resol. crim.
cas.* 17.

Nec pœna ordinaria plecti potest reus ex qualificata con-
fessione, vt contra Bart. *in l. Aurelius* §. *idem quæsiit ff. de
liber. leg. num.* 2. tenuit Abb. *in cap. auditis num.* 32. *de præ-
script.* & ratio est, nam cum delictum committens, præ- 18
sumatur dolo commisisse, nisi contrarium probetur, quo-
tiescumque Iudex, taliter confitentem, pœna ordinaria
condemnaret, sequeretur condemnatio ex quadam præ-
sumptione, quam habet delinquens contra se, & etiam
quia sola rei confessio, non est sufficiens delicti pro-
batio ad effectum vt sit locus pœnæ ordinariæ stante
qualitate, Anchar. *cons.* 24. *num.* 2. Farinac. *quæst.* 81. *num.*
116. Donat. Anton. de Marian. *resol.* 83. *per tot. &
num.* 10.

num. 10. *lib.* 1. Surd. *decis.* 258. *num.* 7. Mattheu, & Sanz. *de re crim. controu.* 18. *num.* 60. Francisc. de Angel. *de confess. quæst.* 11. *num.* 35. *&* 36. *& quæst.* 12. *num.* 45. at necessitas excludit dolum, vt omni causa excluditur Tiraquell. *de pæn. temperand. cons.* 43. *num.* 11. & sine dolo non est locus pœnæ mortis, Baiard. ad Clar. §. *fin. quæst.* 84. *num.* 1.

Ingenua eiusdem N. confessio, sponte, & absque aliquot tormentorum metu, ad pœnam temperandam opitulatur, Vermigl. *cons.* 270. *num.* 12. & etiam de Iure
91 canonico probatur hoc assertum, nam fur non potest promoueri ad sacros ordines, tamen promouetur, & spontè confessus fuit Abb. *in cap. fin. de furt.* Bonifac. *de furt.* §. *fin. num.* 54. & generaliter, quod spontè confesso sit minoranda pœna, docet Farinac. *quæst.* 81. *cap.* 5. *num.* 172. *&* 177. *ad med. & cons.* 106. *num.* 22. Tiraquel. *de pæn. temp. cons.* 30. *per tot. & num.* 11. Bertazzol. *cons.* 505. *num.* 27. *& seqq.* & ratio est, quia Fiscus non grauatur onere probandi maleficium, & confessio Rei dicitur probatio priuilegiata qua vtitur Fiscus, & ideò pœna temperanda est argumento *l. vnic. C. de ijs, qui se deferunt lib.* 10. & ibi Luc. de Penn. *num.* 3.

Quare, &c. Saluo, &c.

Addictissimus

Bernardinus Renzolius.

L A V S D E O.



